Pars prima http://books.google.com/books?id=aXU8AAAAcAAJ
Pars secunda http://books.google.com/books?id=QbhiI4uuFC8C
John Bromyard (14th c.), Summa Praedicantium (1586) OCR
http://en.wikipedia.org/wiki/John_Bromyard



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


Digitized by Google

4° Hom. 273 (1



Digitized by Google

SVMMA PRÆDICANTIVM

OMNI ERVDITIONE REFERTISSIMA,
explicans præcipuos catholicæ disciplinæ
sensus, & locos;

QVÆ OMNIBVS DOMINICI GREGIS PASTORIBVS,
diuini Verbi Præconibus, animarum fidelium ministris, &
sacrarum Literarum cultoribus longè vtilissi-
ma, ac perneceſſaria est:

NVNC DEMVM POST ALIAS ÆDITIONES
diligentius, ac laboriosius (quoad fieri potuit) recognita,
& Summarijs in singulis Capitibus huberrimis
aucta, & illustrata;

CVM INDICE, QVI PERINDE AC SVMMA
ipsa bipertitus iam recens proponitur, & adijcitur, tergemino, nem-
pe Capitum, rerum memorabilium, & materierum om-
nium, quæ per Annum, Aduentum, & Quadrageſi-
mam iuxta Sacrosanctæ Romanæ Eccleſiæ
Euangelia sacris concionatoribus
vsuenire possunt:

Auctore Ioanne Bromiardo Dominicanæ familiæ Theologo præstantissimo.

Prima Pars.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET REVEREND.MVM
D. D. Matthæum Sanutum Patricium Venetum, Præsulem
Concordiensem Meritissimum.



VENETIIS, M D LXXXVI.

Apud Dominicum Nicolinum.

Sum ex bibliotheca Ioh. Georgij à Werdenstein

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
D. D. MATTHÆO SANVTO
PATRITIO VENETO,
A SECRETIS D. D. NOSTRI
Sixti V. Pontificis Maximi Cubiculario, Epiſcopo Concordienſi digniſs.

F. Arcangelus Ritius Venetus Auguſtinienſis Eremita, Theologorum Mimimus.



NTIQVORVM ſemper fuit conſuetudo maximè memorabilis, Antiſtes præſtantiſſime, quam olim æquè ac legem omni cura ac diligentia priſci illi Patres ſeruare, & obtinere iurè ac merito contenderunt; vt amici, videlicet, famuli, clientes, & omnes id genus homines aliorum obſequiis, ope ac opera adiui, xenia, aut donaria non exigui momenti iis viris, qui nouum aliquem magiſtratum auſpicabantur, & ad ſublimius cuiuſpiam præfecturæ, ſeù dignitatis faſtigium erant euecti, hilari fronte, læto iucundoque animo geſtientes offerre ſolebant: quibus in propatulum ob omnium oculos de adepto huiuſmodi altioris gradus munere, atque decore, illis mirificè gratulari, ſibique gaudere, & gratiam ab eiſdem inire, huberrimè indicabant: Perinde ac ego vt digniſſimæ tuæ amplitudini (quantum vires meæ exiliores ferunt, & præſtant) in præſentiarum gratulari videar pro inita iam recenſ ſuperioribus diebus inſignis, ac vetuſtiſſimæ Concordienſis Eccleſiæ adminiſtratione, Opus hoc luculentiſſimum IOANNIS BROMIARDI Viri Dominicani ordinis per quàm eruditiſſimi, pluribus à me tùm erroribus, atque lituris expurgatum, tùm Summariis, Indicibus, Latinisque dictionibus vſitatioribus (rudiuſculis, & obſoletis obliteratis) auctum ac illuſtratum munuſculi

Digitized by Google

quidem partu, non omninò tamen contemnendi vice (cum donum aliud nec præcioſius, nec antiquius à mendicitatis, & tenuitatis profeſſore eremita emanare neutiquam valeat) prompto alacriuè animo, præclariſſimo tuo nomini, quod velut Numen aliquod terrenum ſuſpicere, ac venerari debeo, non ab re dedicare, ac deſtinare volui; tùm vt tuorum erga me meritorum magnitudo, quæ non ſine turpiſſima ingratitudinis nota omittere poſſum, & tanta mea erga te beneuolentia, obſeruantia, ac reuerentia (de me.n. non parum meritus es) cum tua cura, tuaque induſtria; & Siluani Capelli affinis tui amantiſſimi, Viri ingenii ſuauitate, animi magnitudine, humanitate, liberalitate, ac ſingulari probitate ornatiſſimi ſtudio, integro vnius Quadrageſimæ curſu ad Vrbem Venetias (vnde tibi, & mihi origo eſt, in Ædè D. Iuliani ſacras conciones habui) tibi, & reliquis omnibus penitus illuceſcant, & pateant: tùm etiam vt ſummam animi mei gratulationem atque lætitiam, ampliſſimæ tuæ Dominationi pro hac ad nouum Pontificiæ dignitatis culmen prouectione dilucidè teſtificarer; Quam quidem dignitatem tuipſe conſequutus es non ambitione, fauore, prenſationibus, corruptis ſuffragiis, & deſidia; ſed ſola bonitate, prudentia, pietate, eruditione, ſolertia, ingeniique præſtantia; huiuſce rei argumentum apertiſſimum fuit, Sanctiſſimum D. D. noſtrum Sixtum fauſti huius nominis Quintum Pontif. Max. vix ad Summum illud maieſtatis Pontificiæ cacumen prouectum, & vinctum ſacratiſſima illa tergemina infula, te illicò in ſupremum ſuum à ſecretis cubicularium aduocaſſe, ipſiusque vitæ moderamen tuæ diligentiæ, tuæ curæ, tuæque probitati potiſſimum credidiſſe; exploratum habemus; & eidem Pontificum hierarchæ vſque adeò acceptum, & tua animi, naturæve bonitate dilectum omnes intelligunt, vt te vnum è multis viris inculpatis moribus, optimisque literis imbutis, & præclaram excellentis ingenii indolem præferentibus; nunc primum in Sanctum Paſtorum gregem prudentiſſimè euexit; conſiderans beatiſſimus Pontifex ille, te virtutes omnes ſinu ſpacioſiſſimo, & ampliſſimo propediem complexurum; & talem te futurum, qui vocabulum iſtud Epiſcopalis dignitatis tuæ ingens, graue, & ponderoſum plenè, & optimè in Chriſti Eccleſia exequeris; Nam quid aliud Epiſcopus eſt, niſi altus, prudens & circunſpectus in omnibus ſpeculator? qui ceteris dormientibus, quaſi alter Agamemnon apud Homerum in exercitu ſuo, vigilantiſſimus, omnia quæque luſtret, circunſpectet, & alto animo hùc, & illùc reuoluat, quæ ſibi vſui ſummopere ſunt;

vt

vt pabulo ſalubriori commiſſum ſibi ſanctum Chriſti ouile paſcere, atque curare poſſit. Nec eſt mehercule abſonum, & indecorum, & ſi te hodie in hac ſumma epiſcopali dignitate præclariſſimè fulgere, iurè gloriari, ac lætari potes ampliſſime Præſul; tùm quia huiuſcemodi Eccleſiæ regimini non, niſi probiſſimi, atque doctiſſimi viri præponuntur; tum quia probus, doctus ac prudens omnium ferè Venetorum Procerum voce plauſibiliter diceris. Peroptarem equidem tantam mihi dicendi venuſtatem, ac facilitatem exhiberi, vt conſpicuæ ampliſſimorum meritorum tuorum, familiæque tuæ gloriæ, & honorum celſitudini, mea hæc liminaris Epiſtola reſponderet; Laudes namque verè tuas clariſſimas in aliud tempus conſulto remittam: mihi. n. non mediocriter timendum eſt, ne iraſcaris, ægreque ac dolenter feras, ſi te in ora virorum coniicerem: ea profecto natura non nunquàm fuiſti, vt malis tuarum laudum præconia in præcordiis hominum recondi, quàm blanditorum linguis verſari, atque efferri; quæ eiuſmodi planè ſunt, vt, breuiori, ſtrictiorique calamo complecti haud quaquam poſſint: Et eo magis, quod ea eſt tuarum virtutum gloria, ac laudum celebritas, vt oratoris conſumatiſſimi, aut hiſtorici in dicendo facundiſſimi, eloquentia, lepore, arte, & copia ad eas recenſendas, euulgandasque, atque illuſtrandas opus eſſe, non obſcurè perſpiciam. Qui ornatus, quæ facundia, & quæ dicendi copia tanta eſſet, quæ clariſſimo tuo ſplendore, fulgentiſſimisque Maiorum tuorum ornamentis non ſuperaretur? tacebo in præſentia ſacerrime Præſul, antiquiſſimam tuam Sanutorum familiam non minus virtutum omnium monumentis, & ornamentis, quàm ſapientiſſimorum Ducum, Conſulum, Præfectorum, Prætorum, & Oratorum imaginibus clariſſimam: quæ non modo Venetæ Reip. omnium ampliſſimę primum decus, & ſpecimen, in qua ſummis magiſtratibus, ac præfecturis conſularibus, & Senatoriis diù feliciſſimè floruit; ſed totius Italiæ ſplendor, & ornamentum lucidiſſimum ſemper extitit. Tacebo etiam ſingulos maiores tuos, qui etſi adeò præſtantiſſimi, & clariſſimi apud celeberrimum Venetorum Imperium meritò fuerint (ſicut omnibus minimæ alioquin doctrinæ, & eruditionis hominibus percelebres Senatorum inſignium tuæ SANVTÆ familiæ Annales, & imagines latiſſimè monſtrant) vt quem eis referre debeam inuenio neminem: tamen ſi hanc prouinciam aſſumerem, tantus mihi recentium heroum laudum campus pateret, vt antiquiora terra mariſque Proauorum geſta memorari, & conſectari haud quaquam opus eſſet: Tacebo Benedictum paternum auum, virum in re-

gendis Reip. Oppidis, Vrbibus, Prouinciis, Regnis, & frequentissimis terræ marisque populis solertissimum ac sapientissimum; qui vbi etiam legatum egerit, vt olim Legatus ad Seleuciæ Regem (quem Soldanum appellant) profectus fuit, ità principibus suauis, carus, facundus, & amabilis accedebat, vt nunquam re infecta legatione defungebatur. Hic demum cum Aduocatoris de communi (vt aiunt) munere omni æquitate, iurisque integritate disertissimè fungeretur; & consularem dignitatem meritò, & iurè assequutus fuisset, Salaminæ præfectus omnibus suæ vitæ desiderium relinquens mortem oppetiit: Cuius sanè laudes innumeras si replicare contendero, ipsarum rerum magnitudini succumbere cogar. Silentio meherclè non transgrediar Petrum amplissimum Patrem tuum nuper (prohdolor) facto functum; qui à patribus conscriptis sola consilii maturitate, prudentia, sedulitate, ingenii sagacitate, ac virtutum, scientiarumquè hubertate tùm Bergomi, & Rhodigii Prætor, tùm Patauii, & Vtini, Vrbium Italiæ insignium præfectus, & extremorum Senatus Confinium præses honorificè fuit creatus; quibus ipse laxas earum frequentissimarum gentium ciuitatum habenas, ita prudenter, & scitè moderatus est, integerrimam vbique æquitatem obseruans, & iustitiam vnà cum pace, atque annonarum, frugumque copia retinens, vt qui omnium iustissimus fuit, Aristides ab omnibus palàm merito vocabatur: Vnde cum vtrinque Parens ille tuus, absoluta admodum laudabiliter ciuitatum administratione, ad patriam versus discessum auspicaretur, hinc eum concomitantes adolescentes Catonem, illinc Senes Curium, Camillum, & Curtium lętis vocibus, etiam atque etiam vocitabant; Mulieres, puerique omnes vndique PETRVM SANVTVM liberalissimum Pauperum patronum, eleemosinarum benignissimum erogatorem, Iustitiæ, Pacis, opulentiæ, virtutumque amatorem, & vitiorum dissipatorem, ac vendicatorem, pleno ore certatim vsque ad sydera clamoribus circumsonantibus vociferabantur: Quis etiam ignorat eundem diù in numerum præstantissimorum Decemuirorum adscriptum, & consultissimum Consulem magnumque Collegii ac Consilii (vt inquiunt) sapientem terquè quaterquè decentissimè cooptatum?

Tacebo fratrem tuum Benedictum dominum præstantem, adeò potentissimo Senatui suauem, affabilem, iucundum & carum; partim quia virilis in eo circumspectissima emineat dignitas; partim quia quibuscunque muneribus peragendis sit diligentissimus, & prouidentissimus; vt grauissimis Reip. rebus creberrimè præfuit: Adde

quòd

quòd in ipſo admiror incorruptos,& probos mores, facilem, perbellam, ac perurbanam verſandi naturam, & paratas vnicuique laboranti indefeſſas ſuppetias, atque ſubſidia. Si Andream, & Federicum patruos addiderim; fatebor ingenuè, & apertè, eum virum religioſiſſimum eſſe, vt alter in ipſo conſcare videatur Andreas; nam vix profectò ille non ſolum vitæ ſanctitate, & mentis candore, ſed etiam incredibili charitate, Chriſtianaque munificentia, ac pietate cedit; qui conatus omnes ſuos, omnia vitæ opera, ſtudia, ac labores eò ſolummodo dirigit, non vt ſuis priuatis commodis conſulat, ſed vt indigis Xenodochiis, ſacrisque cadentibus Religioſorum ædibus, & cuicunque chriſticolæ quàm plurimum prodeſſe valeat: Federicum verò Senatorem inter ſolertiſſimos ac Sapientiſſimos Reip. optimates oppidò ſolertiorem, ac ſapientiorem, qui conſitlari dignitate iam iam iurè ſplendidiſſimè fulget, in præſentiarum tacebo: quippe qui dum inſignem, ac ampliſſimam Brixienſem Ciuitatem ſumma cum humanitate, prudentia, vrbanitate, magnanimitate, conſtantia, ordine, ingenio, & religione regeret, omnium voce tùm iuſtus, & clemens, tùm probus & prudens ferebatur; tantiq; ab omnibus fiebat, vt inhumanus, iniurius, iniucundus, ac inciuilis haberetur, qui eidem perfuncto ſui imperii munere decedenti compitatim non aſſurgeret: In eo nanque veraciter aſſerere auderem, non Cęſaris magnanimitatem, Cęlii indolem, Callidii ſubtilitatem, Bruti, & Catonis grauitatem, Sulpitii acumen, Caſſii acerbitatem, Pollionis diligentiam, Meſſalæ dignitatem, Calui Sanctitatem, Numæ religionem Scipionis Conſtantiam, Annibalis fortitudinem, Traiani æquitatem, & Octauii affabilem fęlicitatem, ſingulas, haſce duntaxat reperiri; ſed abſolutiſſimum cunctarum cumulum in eo admirari, ac ſpeculari facillimè poſſumus: Adde etiam, quod eoſdem Patruos (ſi ad literas curſum reflectimus) inter doctiſſimos, ac facundiſſimos viros, vt Anteſignanos, meritò præponere licet: quibus ſanè neque rerum gerendarum gloria, neque literarum ſtudiis, non virtutum omnium agnitione noſtra tempora præſtantiorem, & illuſtriorem habent: qui adeò inter ſe de virtute, doctrina, & eruditione concertare videntur; vt quem præferas perdifficilè ſit ferrè ſententiam: Adeoque omnium iudicio, omniumque ore laudibus extolluntur; vt ſi quid præclarum, ſi quid iuſtum, ſi quid munificum, benignum, ac vrbanum, ſi quid Antiano Senatore dignum, oratoris noſtri eloquentiſſimi haud inconſulto recenſere appetunt; ex horum prudenter geſtis, acutè dictis, ſapienter excogitatis latiſſimum exemplum afferre conſueſcunt. Nec ſilentio inuoluendum eſſe duco

Petrum Aurelium Sanutum, verum profectò ac vnicum ſplendidiſſimæ tuæ familiæ florem, & mei Auguſtinenſium Eremitarum inſtituti ornamentum & decus; qui vir maximo & altiſſimo ingenio, ſubtiliſſimus dialecticus, admirabilis Philoſophus, & Theologus incomparabilis, poſt innumeras in Ariſtotelis philoſophia lucubrationes aduerſus hæreſes eruditum volumen emiſit: & anno ſuæ ætatis ſexageſimo propter ſingularem morum & doctrinæ præſtantiam (niſi quam citius à nobis Mors infeſta eum ſurripuiſſet) non ſolum Magiſter Generalis noſtri ordinis electus, ſed etiam in adminiſtrationem Eccleſiæ Patriarcalis Venetæ à Senatoribus meritò aſſumptus fuiſſet; ad quod Patriarcatus onus communi omnium ore, ac votis paſſim vocabatur: Accedis tu Matthæe (vt ad inſtitutum regrediar) Antiſtes integerrime, tantis progenitoribus edite, & tantis atauis regibus digna ſoboles, nulla ex parte ſummis eorum laudibus inferior: quidnam Plebs, Oppida, frequentiſſimi populi, illuſtres proceres, clerus ſelectus, Sacerdotes & religioſi omnes candidiſſimi, tuæ Concordienſis Eccleſiæ ditioni parentes, ac tota denique fori Iulii inſignis Regio abs te ſperare, atque expectare poſſunt? Nil mehercule, niſi æquum, integrum, Sanctum, munificum, & tanto Pontifice dignum à præclariſſimis animi tui dotibus prodire videbitur; quandoquidem ea ſis humanitate, ingenio, vrbanitate, prudentia, magnanimitate, conſtantia, Religione, morumque omnium grauitate, & honorum ſublimitate refertus; vt propediem in magnam tui admirationem, & incredibilem beneuolentiam ac obſeruantiam omnes homines facillimè accendas, allicias, atque impellas. Cuius ego ipſe cum animi magnitudinem, pietatem, liberalitatem, vitæ modeſtiam, & mores integerrimos, & inculpatos perſpicuè intelligerem, quæ te iam dudum ad iſtum Pontificalis celſitudinis apicem euexerunt; & cum ad te gratulandi, & exultandi officio, celeberrima tui nominis fama accenſus accederem; nè illotis manibus, aut penitus vacuis (vt adagio tradunt) Amplitudinem tuam adire magno honoris mei diſpendio acerbiſſimè improber atque accuſer; te vnum omnium maximè delegi, cuius clariſſimo nomini opus hoc magnum omnium alioquin vtiliſſimum, diù à cunctis ſacrarum literarum profeſſoribus maximopere efflagitatum, & tanto ſtudio collectum à IOANNE BROMIARDO viro citra omnem controuerſiam doctiſſimo, quod propter omnimodam rerum ſcitu digniſſimarum ab omnibus ſacri verbi declamatoribus copiam inſcribere, Summam Prædicantium placuit, in argumentum haud obſcurum obſeruantiæ, & reuerentiæ meæ offerre, &

dedicare

dedicare conſtitui. Tu igitur humaniſſime Paſtor hoc tempore pro Archangeli munuſculo hoc qualecunque opus penè diuinum, tuo ſanè nomine non prorſus indignum, manu clientis tui dediticii, benignitati tuæ quàm libentiſſimè exhibitum, fauſto ſidere ſuſcipias, & æqui boniq́ue conſulas; Perinde ac gemina æra minuta, quæ olim abanu illa paupercula in ærarium, ſeù Gazophilacium munifico, ac promptiſſimo animo miſſa & collocata fuerunt, à domino nec contempta, nec parui facta fuiſſe ſatis apertè conſtat. Vale ſaluus, & incolumis diutiſſimè, decus, & preſidium Patriæ, ac bonorum certiſſimum. Venetiis. In feſto D. Michaelis Arcangeli. *M. D. LXXXV.*

AD

AD EVNDEM ILLVS. AC REVERENDISSIMVM CONCORDIENSEM ANTISTITEM D. Matthæum Sanutum.

Eiuſdem F. Archangeli Ritij Carmen.

IVRE tibi doctum dicat hoc opus, optime Præſul,
Eximius prudensq́; Auctor; qui dogmata ſacri
Eloquii oſtendit, quanā ratione uel arte
Sint promenda piis populis, ſeruandaq́; cunctis:
Nam medio in templo cum celſa è ſede diſertum
Diuina audieris Chriſti præcepta docentem,
Quæq́; ſequēda ſient, & quæ fugienda monentē,
Ceù iudex rectus, poteris meliora probare,
Ac tibi quæ merito ſunt à Paſtore ſupremo
Creditę oues regere, & curare, & paſcere, & omnes
Ducere ſyderei peramæna ad Pabula olympi:
Hinc Vrbis Venetæ, SANVTÆ, & gloria gentis
Clara, MATHÆE uiges iā, perpetuoq́; uigebis;
Inde & oues gratæ producent uellera cana
Murice ſidonio, quæ tingent LEMINE puro
Naiades, ſacrumq́; caput Diademate cingent
Purpureo; laudesq́; tuas modulamine dulci
Cantabūt, Nomenq́; ferēt maria omnia circum.

AD

Digitized by Google

AD ILLVSTRISSIMVM MATTHÆVM SANVTVM, CONCORDIENSEM ANTISTITEM.

IOSEPHI PHADII ODE.



ANVTE præſul nobilium ſacer
Sanguis parentum, cui premit infula
Inſignis oſtrino colore
Tempora, puniceiſq; tæniis,
Eſt vt forum vir triſte magis viro,
Fumumq;, & vrbis regia munera
Miretur, inſanosq; honores,
Et ſtudium popularis aurę
Exquirat: hic vt denſum humeris ſonum
Vulgus fauentem ter cuneis crepet
Laudesq; redditas hianti
Ingeminent Adriæ paterna
Ripæ furetis: ille vt apex gratis
Gemmis, & ora regius aurea,
Vſuſq; purpurarum, & oſtri
Sidonij pretiumq; circum
Notis reciſum nomina publicis
Clarent ſuperbum poſt genitis ducem, &
Poſt vitam Orontæos odores
Spiret Achæneniumq; coſtum.
Sunt inſolentes quos labor Iſthmius,
Vigorq; tollit puluere Achaico, &
Elæa victores reducit
Palma domum, pugilesve, equosve
Lauro impeditos tempora Delphica.
Audax ſed illum pauperies iubet,
Famesq; maiorum procellis
Æoliis, pelagoq; quaſſas
Rates minaci credere feruido
Vt tentet axi finitimum latus.
Et Solis incluſum calore
Auri, & opum precioſus emptor.

Paterna

Paterna bobus rura colens ſuis ;
Si arbuſta longis latiùs ordinet
Sulcis, aretq; mille fundi
Iugera Sicanij, aut Falerni,
Nunquàm trilicem pondere, & orbibus
Loricam ahenis pectora fortia
Indutus æratas triremes
Cum galea, clypeoq; læui
Scandet Liburnos inter, & exſules,
Nec barbarorum diruet agmina
Ferrata, crudeliq; ſternet
Exitio Iſmarias phalanges,
Simul metallis dira fremens cauis
Impulſus ignis fulminis impetu
Stragem cateruatim ciebit
Tranſtra per, abietibusq; puppes
Pictas ſecundo Marte ruens ferox.
Eſt qui in remoto gramine non fugit
Tacere, curarumq; dulci
Decipitur cythara, & laborum,
Quà pinus ingens, vel platanus caput
Sublime tollens texere brachijs
Vmbram hoſpitalem amat, leuiq;
Lympha loquax trepidat ſuſurro.
Mores, & artes Socraticæ iuuant,
Veriq; cauſas elicere abditas,
Et mira naturæ hauſtus eſt quus
Aethereus, potiorq; ceſſit
Cœleſtis auræ pars, ſapientiæ
Tractare natis myſtica principis
Arcana ; quus mixtus refulget
RICCIVS, *vt niſida inter ignes*
Lucet minores Luna, Heliconijs
Muſarum amicus fontibus, artium &
Sublimis interpres, ſacriq;
Grande decus, columenq; cœtus ;
Nunc vt potenti numine pleniùs
Diuina verbi ſemina liberi
Ab ore fundat culto, & aures
Detineat populorum acutas

Pius ſacerdos, carpere liuidas
Obliuiones abnuit, & nigra
Caligine vrgeri labores
Egregios BROMIARDI, *& atra*
Tegi ſepultos nocte, ſimul decus
Nouum reponit, quale ebur Indicum
Buxo addit incluſum per artes
Iſmenia, Pariumve marmor
Auro nitenti. Quicquid at ingeni
Curaq́ Præſul dare, nitet, ſibi
Donat, tuiſq́ effert, SANVTE
Auſpicijs veniens in æuum.

AD

AD R. P. ARCHANGELVM RITIVM THEOLOGVM AVGVSTINENSEM EREMITAM.

FRANCISCI PRASEGNII CARMEN.

SI quando Aonia, RICCI, proiectus in vmbra
Tendis Apollineæ plectra mouere lyræ,
Versibus ipse tuis decedit Thracius Orpheus,
Orpheus, quo tantum Bistonis ora tumet.
Sin homines ausis patriæ dulcedine linguæ
Deterres scelerum regna beata monens,
Pœnasq́ & flammis crepitantibus horrida semper
Tartara, spectando es maximus ingenio.
Siue animum studijs naturæ intendere certis,
Totumq́ in doctis artibus esse iuuat,
Summaq́ diuinæ curas mysteria chartæ,
Contendis magno acumine Aristotelæ.
Quid mirum est igitur, si tot modò viribus vna
Eruta collatis non potuere diu
Vrgentem obniti te contrà obliuia, longum
Ignotus nobis quem Bromiardus erat,
Sed tandem positis insignis sordibus author
Redditus est cunctis munere, & arte tuæ?
Macte animo, virtutum insignia summa tuarum,
Et laudes meritas sæcula nulla prement.

Εἰς τὸν αὐτὸν.

Ἡ μος ἀπὸ γλώττης ἀδινοῖσιν, Ῥίκκιε, λαοῖς
Ὢ κλέος ἀδριακοῦ αἰγιαλοῖο μέγα,
Δεσπεσίῳ ὅτα φωνήσας ἀυδῇ κατέχδας,
Ἀρχὸς ἀμιγγύρεως ἄγγελος ἧς ὑπάτης.
Νῦν δὲ φύλῳ βρομιάρδου θείῳ, ἤτ' ἀγορητὼ
Φαίνων, τουτί θεῷ ἐσθλὸν ὄχ' ἕις ἵκελος,
Τωσήφ φάδιος.

CAPI-

Digitized by Google

CAPITVM ELENCHVS QVÆ CONTINENTVR IN HAC PRIMA PARTE iuxta ordinem Alphabeticum.

A

Abiecti,& depreſſi. Cap. I. 2
Abijcere. Cap.II. 3
Ab infantia Cap.III. 4
Abſtinentia. fol.4.cine. Cap.IIII. 6
Abſcondit Cap.V. 7
Abuſionis Cap.VI. 8
Abſoluendi Cap.VII. 9
Accidia Cap.VIII. 11
Accedere Cap. IX. 13
Accipere Cap.X. 14
Accuſatio Cap. XI. 15
Acquiſitio Cap.XII. 17
Aduentus.f 2.d. pal. Cap.XIII. 26
Aduocatus Cap. XIIII. 32
Adulatio.f.3.d.5. Cap. XV. 38
Adoratio Cap.XVI 43
Adulterium Cap. XVII. 44
Aduerſitas Cap. XVIII. 46
Ambulatio Cap. XIX. 47
Amor Cap. XX. 49
Amicitia Cap.XXI. 52
Angelus Cap.XXII. 58
Anima Dom. in nati. Cap.XXIII. 61
Arma Cap.XXIIII. 65
Aſcendere Cap.XXV. 67
Audire Cap. XXVI. 73
Auaritia Cap.XXVII. 79

B

BEatitudo Cap.I. 90
Bellum.f.3.d.p. Cap.II. 92
Benefacere Cap. III. 100
Bonitas Cap. IIII. 101

C

CHaritas.f.d. Cap.I. 104
Caro Cap. II. 107
Caſtitas Cap. III. 109
Ciuitas Cap. IIII. 110
Contritio Cap. V. 114
Confeſſio Cap. VI. 119
Conſcientia Cap. VII. 128
Conſuetudo Cap. VIII. 132
Concordia Cap. IX 136
Cogitatio Cap. X. 137
Conſilium Cap. XI. 140
Compaſſio Cap. XII. 146
Conuerſatio Cap. XIII. 148
Cor Cap. XIIII. 149
Chorea Cap XV. 152
Correctio Cap. XVI. 154
Crux Cap. XVII. 162
Cuſtodia Cap. XVIII. 169

D

DAmnatio Cap. I. 171
Deſperatio Cap. II. 176
Decimæ Cap. III. 179
Dedicatio Cap. IIII. 181
Delectatio Cap. V. 184
Detractio Cap. VI. 186
Diſcretio Cap. VII. 193
Diſcordia Cap. VIII. 194
Dilectio.fer.6.cin. Cap.IX. 195
Dimittere Cap. X. 201
Diuitiarum Cap. XI. 204
Dominorum Cap. XII. 210

Ebrietas

E

Ebrietas	Cap. I.	218
Electio	Cap. II.	220
Eleemosina a.D.s.	Cap. III.	225
Aequitas	Cap. IIII.	234
Erubescentia	Cap. V.	235
Eucharistia	Cap. VI.	236
Exemplum	Cap. VII.	247
Executor	Cap. VIII.	253
Excommunicatio	Cap. IX.	260

F

Falsitas	Cap. I.	263
Fama	Cap. II.	274
Feriæ seu festa	Cap. III.	278
Fides.f.s.cin.	Cap. IIII.	287
Filiatio	Cap. V.	298
Fortitudo	Cap. VI.	303
Fraternitas	Cap. VII.	304
Furtum	Cap. VIII.	306

G

Gaudium	Cap. I.	309
Gloria	Cap. II.	317
Gratia	Cap. III.	330
Gratitudo	Cap. IIII.	337
Gula	Cap. V.	234

H

Homo	Cap. I.	347
Homicidiū	Cap. II.	353
Honestas	Cap. III.	355
Honor	Cap. IIII.	357
Hospitalitas	Cap. V.	361
Humilitas.tom.infra p.	Cap. VI.	364

I

Ieiunium	Cap. I.	370
Inconstantia	Cap. II.	372
Infirmitas	Cap. III.	376
Inobedientia	Cap. IIII.	380
Intentio	Cap. V.	382
Inuidia	Cap. VI.	385
Ipocrisis	Cap. VII.	390
Ira	Cap. VIII.	393
Iudices	Cap. IX.	397
Iudicium humanum	Cap. X.	405
Iudicium diuinum	Cap. XI.	410
Iuramentum	Cap. XII.	417
Iustitia.sabbato.d.s.	Cap. XIII.	425

L

Labor	Cap. I.	434
Laus	Cap. II.	438
Lex	Cap. III.	440
Liber	Cap. IIII.	444
Loquutio	Cap. V.	447
Ludus	Cap. VI.	454
Luxuria	Cap. VII.	456

ELEN-

ELENCHVS IN EVANGELIA, QVÆ DOMINICIS DIEBVS IN ECCLESIA ROMANA PER ANNVM,

In Aduentu, & in Quadrageſima de more cantari ſolent.

Ex ſumma Prædicantium R. P. F. Ioannis Bromiardici Theologi Prædicatorum ordinis nuper excerptus, ac ſtudioſè digeſtus.

DOMINICA prima Aduentus.
Erunt ſigna in Sole, & Luna. Lucæ 21.
De Aduentu Domini noſtri, & primo oſtéditur diſtinctio. Secundo ſufficiétia. Tertio qualis Aduentum Chriſti in carnem præceſſit pręparatio. Quarto qualia in Aduentu ſuo nobis parauit commoda. Quinto qualia ſeq deberét iuſtitiæ debita. Sexto qualis aduentũ Chriſti in animã præcedere debeat præparatio. Septimo qualia cõcurrant lucra. Octauo qualia ſequi debeant exparte nſra opera. Vide p.1.c.13.26

Dominica ſecunda Aduentus.
Cũ audiſſet Ioannes in vinculis. Mat. 11.
De pœnitentia. Primo quæ ſit vera, & ſecura pœnitentia. Secundo quomodo fieri debeat. Tertio quæ ſit pœnitétiæ vtilitas. Quarto quot ſunt pœnitentiæ impedimenta. p.1.c.7. 212

Dominica tertia Aduentus.
Miſerunt Iudæi ad Ioannem. Ioan. 1.
De Chriſto. Primo multa bona nobis attulit. Secundo magna pro nobis condidit. p.2.c.1. 473

Dominica quarta Aduentus.
Anno quintodecimo Imperij. Lucæ 3.
De prædicatore. Primo de officio prędicatoris. Secundo oſtéditur qualis intentio debet prçcedere tanti officij exercitium. Tertio quæ officium prædicationis impediunt. p.2.cap.13. fol.252.

In Natiuitate Dñi noſtri Ieſu Chriſti.
De hac Chriſti redemptoris noſtri ſacratiſſima Natiuitate. Primo oſtéditur diſtinctio, Poſſibilitas, cõgruitas. Secũdo ex parte Chriſti cauſalitas, & ex parte hominis oſtéditur vtilitas. Tertio quare ita tarde facta fuit illa benedicta Natiuitas. Quarto recipiendus, cuſtodiédus, & honorandus eſt, qui pro nobis naſcebatur. p.2.cap.1. 101

De Sancto Stephano Protomartyre.
Ecce ego mitto ad vos prophetas. Mat. 23.
De concordia, & pace inter nos habenda. Primo docent exempla. Secundo trahunt vtilia. Tertio arctant cõtraria, ſeu pœnalia. p.1.c.9. 136

De S. Ioanne Apoſtolo, & Euangelitta.
Dixit Ieſus Petro: ſequere me. Ioan. 1.
De ſequendo Chriſtum Primo triplici via. Secundo triplici modo. Tertio ſequi nõ debemus Diabolum, mundum, & carnis voluptaté. p.2.c.7. 356

In Circunciſio. dñi noſtri Ieſu Chriſti.
De pietate. Primo oſtéditur multiplex vtilitas. Secundo qualiter fieri debeat. p.2.c.10. 243

Vel de lege. Primo oſtenditur differentia. Secũdo nouę legis efficacia. Tertio obſeruantia. p.1.c.3. 440

Epiphania Domini.
De Adoratione. Primo quod perſona adorans ſit munda, & digna pro tali opere. Secundo quòd adoretur feſtinanter, reuerenter, veraciter, & perſeueranter. Tertio quare Deus ſit adorandus. p.1.c.16. 43

Digitized by Google

Dominica infra octauam Epiphaniæ. *Cum factus esset Iesus.* Lucæ 2.
De Sapientia. Primo ostenditur distinctio sapientię. Secundo in quibus rebus cõsistit vera sapiẽtia. Tertio quo modo acquiritur 2.p.c.3. 342
Dominica prima post octauam Epiph. *Nuptiæ factæ sunt.* Ioan.2.
De Matrimonio. Primo ostenditur dignitas, secundo ostẽditur, quòd licet sacramẽtum matrimonij in se dignũ sit, tamen munditia virginalis, & cõtinentia ei præferuntur. 2.p.c.4. 15
Dominica ij. post octauam Epiphaniæ. *Descendente Iesu de Monte.* Matth.8.
Quomodo nos debemus benefacere Deo prim. sibijpsi benefacere debemus secũdo loco: proximo tam amico, quam inimico; tertio loco benefacere. p.1.c.3. 101
Dominica iij. post octauã Epiphaniæ. *Ascendente Iesu in naviculam.* Matth.8.
De inobedientia, primo ponenda est causa inobediẽtiæ, secundo falsa excusatio, tertio pœna. p.1.c.4. 380
Dominica iiij. post octauã Epiphaniæ. *Simile est regnum Cœlorum.* Matth.3.
De falsitate. Primo quomodo in hoc mundo falsitas contra veritatẽ prævalet. Secundo periculosa falsorum societas, & amicitia. Tertio quis sit falsorum finis. p.1.c.1. 263
Dominica v. post octauam Epiphaniæ. *Simile est regnum Cœlorum grano sinapis.* Matth.13.
De bona fama. Primo ostenditur pulchritudo. Secundo vtilitas. Tertio necessitas. Quarto malæ famæ periculum. p.1.c.2. 274
Dominica in Septuagesima. *Simile est regnum Cœlorum.* Matth.20.
De vocatione. Primo quomodo ad vocationem Dei venire deberemus. Secũdo ad quẽ vocamur tam à Deo quam ab alijs vocantibus. Tertio vocatorum multitudo, & electorũ paucitas. 2.p.c.8. 454
Dominica in Sexagesima. *Cum turba plurima conuenirent.* Lucæ 8.
Quomodo debemus audire Deũ eiusque doctrinam. Secundo quæ sit necessitas audiẽdi. Tertio quantũ diabolum illam impedire nititur. p.1. cap.26. 73
Dominica in Quinquagesima. *Ecce ascendimus Hierosolymam.* Lucæ 8.
De paupertate. Primo ostenditur paupertatis voluntariæ exemplum. Secũdo vtilitas. Tertio quòd est diligẽter amplectenda. 2.p.c.3. 182

ELENCHVS IN EVANGELIA QUADRAGESIMÆ.

Feria quarta Cinerum. *Cum ieiunatis.* Matth.6.
De Ieiunio. Primo ostenditur eius generalitas. Secundo indictio. Tertio vtilitas. Quarto circunstãtiæ. Quinto necessitas. p.1.c.1. 370
Feria quinta post Cineres. *Cum introisset Iesus Capharnaum.* Matthæi 8.
De militia, quales mundi milites esse deberent, & quales spirituales Christi milites, & tertio quales vterque de facto sunt. 2.p.c.7. 24
Feria sexta post Cineres. *Audistis quia dictum est antiquis.* Matth.5.
De dilectione. Primo quod sit obiectũ dilectionis. Secundo motiuũ. Tertiò experimẽtum. Quarto fatuitas malę dilectionis. Quinto falsitas, & aduersitas. p.1.c.9. 296
Sabbatho post Cineres. *Cum sero esset factum.* Marc.6.
De tribulationibus, & primo origo, fuo causa tribulationũ. Secũdo quòd propter malos boni tribulãtur. Tertio quomodo tribulationes impedire poterimus. Quarto quæ sit Dei intẽtio tribulationem immittentis. Quinto quis sit effectus, vel finis tribulationis. 2.p.c.2. 403
Dominica prima Quadragesimæ. *Ductus est Iesus in desertum.* Matth.4.
De tentatione quare Deus homines tentare permittit. Secundo malitia Dæmonis,

Dęmonis, qua bonos plus tętat. Tertio remedia contra tentationes. 2. p. cap. 1. 287
Feria ſecunda poſt primam Dominicam Quadrageſimæ.
Cum venerit filius hominis. Matth. 25.
De iudicio diuino. Primo ratio vltimi iudicij. Secundo q illud erit bonis delectabile malis vero terribile. Tertio qualia remedia ſunt ante illud iudicium prouidęda, vt cum venerit non timeatur. p. 1. c. 11. 411
Feria tertia poſt primam Dominicam Quadrageſimæ.
Cum introiſſet Ieſus. Matth. 21.
De vſura. Primo de eius inuentione. Secũdo de prohibitione. Tertio vſurariorum comparatio. Quarto malitia. 2. p. c. 12. 467
Feria iiij. poſt primam Dom. Quadrag.
Acceſſerũt ad Ieſum Scribæ, & Phariſæi.
De ſuperbia. Primo quid ſit. Secũdo ſuperborũ aſſimilatio. Tertio peruerſitas. Quarto pęna, & periculum. 2. p. cap. 14. 381
Feria v. poſt primam Dom. Quadrag.
Egreſſus Ieſus ſeceſſit.
De oratione oſtenditur. Primo neceſſitas. Secũdò effectus, & vtilitas Tertio de cõditionibus orationis. Quarto quare Deus orãtes pro patre proprio non exaudit. 2. p. c. 5. 127
Feria vj. poſt j. Dominicam Quadrag.
Erat dies feſtus Iudæorum.
De infirmitate. Primo quæ ſit cauſa infirmitatis corporalis. Secundo quare Deus ipſam immittat. Tertio qđ eſt ſignum diuinæ dilectionis. Quarto vtilitas. p. 1. c. 3. 376
Sabbatho poſt primã Dom. Quadrag.
Aſſumpſit Ieſus Petrum.
De gaudio. Primo gaudij tęporalis paruitas, & breuitas oſtęditur. Secundo magnitudo gaudij cœleſtis. Tertio per quę media illud gaudium adipiſci poterit. p. 1. c. 1. 311
Dominica ſecunda Quadrageſimæ.
Aſſumpſit Ieſus.
De beatitudine. Primo ponitur diuiſio. Secundo quid ſit beatitudo apparẽs, & nõ exiſtens. Tertio qualis ſit beatitudo exiſtens, & non apparens, & qũo amatores ſuos hic perficit, & beatificat. Quarto qualis, & quanta ſit beatitudo apparens, & exiſtens & quomodo iſtam attingẽtes glorificat. Quinto qualiter ad illam boni perueniant. p. 1. c. 1. 90
Feria ſecunda poſt Dominicam ſecundam Quadrageſimæ.
Dixit Ieſus turbis Iudæorum.
Quærentes Deum duo attendere debẽt. Primò quæ ſunt diligẽter quærenda. Secundo quæ non ſunt quærẽda, ſed fortiter fugiẽda. 2. p. c. 1. 283
Feria iij. poſt Dom. ſecundã Quadrag.
Lotutus eſt Ieſus ad turbas.
De obedientia. Primo oſtẽditur diſtinctio. Secundo virtus. Tertio modus. Quarto ratio. Quinto vtilitas. 2. p. cap. 1. 214
Feria iiij poſt Dom. ſecundam Quadr.
Aſcendens Ieſus Hieroſolymam.
Dominorum tã eccleſiaſticorum, quã ſęcularium cõditiones. Secundo quare Deus tales dominari permittit. Tertio dominãtium periculum. p. 1. cap. 12. 211
Feria v. poſt Dom. ſecundam Quadrag.
Dicebat Ieſus turbis Iudæorum.
Gulæ vitium diſſuadent primo ipſius vilitas. Secundo periculum qđ affert ipſi animæ. Tertio quia multis peccatis viam diſponit. Quarto quia ad pęnam ducit æternam. p. 1. c. 5. 342
Feria vj. poſt Dom. ſecundã Quadrag.
Dicebat Ieſus turbis Iudæorum. Mat. 21.
Anima quomodo cognoſci poteſt, & qualis eſt in natura ſua. Secundo unde miniſtrat anima boni, vel mali, quo ad Deum, vel diabolum. Tertio quomodo corpori coniungitur, quomodo perficitur, & quomodo perditur. Quarto perditionis admiratio. p. 1. cap. 13. 61
Sabbatho poſt Dominicã ij. Quadrag.
Dicebat Ieſus turbis Iudæorum. Luc. 15.
Societatis vtilitates. Secundo ſocietatis peruerſæ inſtabilitas. Tertio periculũ, quia ſocios maculat, per cul-

pam Deo displicet, & ducit ad pœnã.
Dominica tertia Quadragesimæ.
Erat Iesus ejiciens dæmonium. Lucæ 11.
Confessio quid sit secundo necessitas cõfessionis. Tertio modus seu dispositio requisitus ex parte confitentis. Quarto confessionis vtilitas. p. 1. c. 6. folio 19.
Feria secunda post Dominicã tertiam Quadragesimæ.
Dixerunt Pharisæi ad Iesum. Lucæ 4.
Inuidiæ ostenditur origo. Secundo inuidorum conditiones. Tertio iltius peccati magnitudo. Quarto multiplex punitio, & pœna. p. 1. c. 6. 385
Feria iij. post tertiam Dom. Quadrag.
Respiciens Iesus discipulos suos. Mar. 8.
Correctionis ostẽdenda est necessitas. Secundo modus corrigendi. Tertio corrigentis intentio. Quarto periculum quod sequitur ex hoc quòd correctio non fit. p. 1. c. 1. 6. 155
Feria quarta post tertiam Dominicam Quadragesimę.
Accesserunt ad Iesum Scribæ, & Pharisæi. Matth. 15.
Detractorum descriptio, & intentio. Secũdo quam vile officium in curia diaboli teneant. Tertio detrahentiũ pœna. Quarto propter talium obloquutiones bona non sunt dimittenda. p. 1. c. 6. 186
Feria v. post tertiam Dom. Quadrag.
Surgens Iesus de Synagoga. Lucæ 4.
De humilitate primo ostẽditur distinctio, inductio, ostensio, conseruatio, vtilitas, & necessitas. p. 1. c. 6. 365
Feria vj. post tertiam Dom. Quadrag.
Abijt Iesus in ciuitatem Samariæ. Ioannis 4.
De gratia. Primo ostendenda est vtilitas. Secundo quomodo haberi, & acquiri poterit. Tertio quomodo conseruari debeat. Quarto pœna, non bene vtentium gratia eis concessa. p. 1. cap. 3. 330
Sabbatho post tertiã Dom. Quadrag.
Perrexit Iesus in montem Oliueti. Ioan. 8.
De adulterio. Ostendenda est pœna, & manifestanda est culpa. p. 1. c. 17. 44
Dominica quarta Quadragesimæ.
Abijt Iesus trans mare Galilææ. Ioan. 6.
De misericordia, & primo quid sit. Secundo quod ab omnibus rebus ostenditur, & ab omnibus est habenda. Tertio eius necessitas. p. 2 c. 9. 37
Feria ij. post quartam Dom. Quadrag.
Prope erat Pascha Iudæorum Ioan. 2.
De mercatione. Ostẽditur distinctio, & differentia. Secundo in quibus casibus regula, & responsiones falluntur mercatorum. Tertio sic fallentium pœna ostẽditur, & periculi. p. 2. c. 6. 19
Feria iij. post quartam Dom. Quadrag.
Iam die festo mediante. Ioan. 7.
De scientia. Primo ostenditur studentium differentia. Secundo quantam vtilitatem cõferat. Tertio in quibus consistit uera scientia. Quarto quomodo acquiritur augmẽtatur, & cõseruatur. p. 2. c. 4. 347
Feria iiij. post quartã Dom. Quadrag.
Præteriens Iesus vidit hominem cæcum. Ioannis 9.
De operatione, & primo operariorum ostẽditur diuersitas, siue diuisio. Secundo bonorum operũ, & operariorum ostenduntur modi, & necessariæ conditiones. Tertio ostẽduntur motiua, quare malorum mores sunt fugiendi, & bonorum conditiones sunt sequendæ. p. 2. c. 4. 123
Feria quinta post quartã Dominicam Quadragesimæ.
Ibat Iesus in ciuitatem. Lucæ 7.
De morte quòd mors est bene viuentibus vtilis, & male viuentibus inutilis. Secundo vtilitas mortis. Tertio per illam dantur remedia cõtra omnes mundi miserias. Quarto conditiones quæ mortem præcedere debent ad hoc quòd seuere expectaretur. p. 2. c. 11. 53
Feria sexta post quartam Dominicam Quadragesimæ.
Erat quidam languens Lazarus. Ioannis 11.

De peccatore ostẽdens periculum peccatoris ante mortem, in morte, & post mortem. Secundo quomodo diabolus peccatorem de vno peccato in aliud ducit. Tertio peccatoris ostenditur cęcitas seu fatuitas. 2. p. cap. 6. 207

Sabbatho post quartam Dominicam Quadragesimæ.
Dicebat Iesus turbis Iudæorum ego sum lux mundi.

De munditia quomodo anima mundari debet. Secundo qualiter in munditia conseruatur. Tertio munditiæ vtilitas. Quarto quòd seruantes munditiam multum Deo tenentur. 2. p. cap. 12. 87

Dominica in Passione.
Dicebat Iesus turbis Iudæorum, Ioan. 18.

De Veritate. Primo ostenditur vtilitas, & necessitas. Secundo quòd omnes tenentur veritatem libere pronuntiare, & defendere. Tertio quomodo veritas parit odium, & persecutionem. 2. p. c. 1. 419

Feria ij. post Dominicam in Passione.
Miserunt Principes & Pharisæi ministros. Ioan. 7.

De Negligentia, ostendens originem periculum, & reprobationem. 2. p. cap. 2. 106

Feria iij. post Dominicam in Passione.
Ambulabat Iesus in Galilæam, Ioan. 7.

De Homicidio. Primo ostenditur diuisio, & eius periculum, ac culpæ magnitudo, ex satisfaciendi difficultate; ex pœnæ æternæ diuturnitate, & ex temporalis vindictæ certitudine. 2. p. c. 2. 353

Feria iiij. post Dominicã in Passione.
Factæ sunt Encænia. Ioan. 10.

De Charitate. Primo quid sit charitas. Secundo proprietates charitatis. Tertio vtilitates, & experimentum. p. 1. c. 1. 104

Feria v. post Dominica in Passione.
Rogabat Iesum quidam Pharisæus, Luc. 7.

De ornatu, & primo quomodo Deum offendit subiectũ suum stultum ostẽdit. 2. p. c. 7. 158

Eodem die de honestate. p. 1. c. 3. 3. 5. 8

Feria vj. post Dominicam in Passione.
Collegerunt Pontifices, & Pharisæi Concilium, Ioan. 11.

De consilio. Consiliariorum bonorum ostenditur electio, veritas, vtilitas, & labor. Secundo malorum consiliariorum conditio quãtum ad errores, qui eos sequuntur. Tertio dominorũ stultitia qui tales non repellunt & quare debent expellere. p. 1. c. 11. 140

Sabbatho post Dominicã in Passione.
Cogitauerunt Principes Sacerdotum, Ioan. 12.

De volũtate. Primo ponitur distinctio. Secundo quomodo voluntas Christi est exemplar nostræ voluntatis. Tertio quod voluntati diuinæ est in omnibus obediendum, & quomodo vult omnes saluos fieri. 2. p. c. 10. 459

Dominica in Ramis Palmarum.
Cum appropinquasset Iesus Hierosolimis, Matth. 21.

De humilitate. Primo ponitur dictinctio, inductio, ostensio, deinde conseruatio, demum vtilitas, & necessitas. p. 1. c. 6. 365

Feria secunda post Dominicam in Ramis Palmarum.
Ante sex dies Paschæ. Ioan. 12.

De paupertate. Primo ostẽditur distinctio. Secundo voluntarię paupertatis exẽpla. Tertio vtilitas ante mortem, in morte, & post mortẽ. Quarto quod est diligenter amplectenda, & feruenter diligenda. 2. p. c. 3. 182

Feria tertia post Dominicam in Ramis Palmarum.

De prædestinatione, & ostenditur primo causa. Secũdo quòd prædestinatio nõ tollit arbitrij liberi facultatẽ. Tertio quòd prędestinatio est quantũ ad saluandos & præscientia quantum ad damnãdos. Quarto quòd nõ est in Deo salutis nostræ causa defectiua, nec perditionis causa effectiua. 2. p. c. 11. 245

Feria

Feria quarta post Dominicã in Ramis Palmarum.
De contritione. Primo ponenda est necessitas, & causalitas. Secundo qualitas, & vtilitas. Tertio quòd non habens tales conditiones nõ debet absolui. p.p.c.5. 114
Feria quinta post Dominicã in Ramis Palmarum.
De Eucharistiæ Sacramento, quod est spirituale conuiuium, in quo datur omne bonum. p p.c.6. 217
Feria sexta post Dominicam in Ramis Palmarum.
De Passione Christi. Primo ostenditur modus. Secundo magnitudo. Tertio congruitas, seu necessitas. Quarto vtilitas, seu efficacia. 2.p.c.2. 170
Sabbatho post Dominicã in Ramis Palmarum.
De munere. Primo ostenditur quòd christiani munera inordinata recipere nõ debent. Secundo quòd recipientes, & etiã dantes ad restitutionẽ tenentur. Tertio pœna ostenditur nõ restituentium. 2.p.c.14. 97
In die sancto Paschæ.
Maria Magdalene & Maria Iacob. Marc. 16.
De resurrectione ostenditur possibilitas, necessitas, & certitudo. Secundo quod resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis. Tertio de dotibus corporum resurgentiũ ad gloriam. 2.p.c.7. 333
Feria secunda post Pascha.
Duo ex Discipulis ipsa die. Luc. 24.
De Hospitalitate. Primo ostendenda est humilitas. Secundo generalitas. Tertio necessitas. p.p.c.5. 361
Feria tertia post Pascha.
Stetit Iesus in medio Discipulorum suorum. Luc. 24.
De pace. Primo ostenditur differentia, & veræ pacis quam mali non habent excellentia. Secundo quæ pacẽ impediunt, vel destruunt. 2.p.c.4. 191
Dominica in Albis.
Cum esset sero die illo. Io. 20.
De spe. Primo ostenditur emolumentum. Secundo fulcimentum. Tertio motiuum. Quarto impedimentum. 2.p c.12. 374
Dominica secunda post Pascha.
Dixit Iesus Discipulis suis. Ioan. 10.
De exemplo. Primo ostenditur, vtilitas, & necessitas. Secundo malorum periculum, & pœna. p.p.c.7. 248
Dominica tertia post Pascha.
Dixit Iesus Discipulis suis. Modicum. Ioan. 16.
De mundo. Primo ostenditur descriptio, & conditio. Secundo fortuna. Tertio fallacia. 2.p c.13. 90
Dominica quarta post Pascha.
Dixit Iesus Discipulis suis, Vado ad eum. Ioan. 16.
De loquutione. Primo ostenditur differentia. Secundo experientia. Tertio tam male loquutionis quam lete audientium ingratitudo. p.p.c.5 448
Dominica quinta post Pascha.
Dixit Iesus Discipulis suis; amen dico vobis. Ioan. 16.
De iuramento. Primo ostenditur distinctio, & circunstantiæ debitæ. Secundo obligatio. Tertio deliberatio. p.p.c.12. 418
In die Ascensionis Domini.
Recumbentibus vndecim Discipulis. Marc. 16.
Ascendentio. Primo ponẽda est diuersitas. Secundo quãdo Christus ascẽdit. Tertio vbi fuit in medio tempore inter resurrectionem, & ascensionem. Quarto ad quid ascendit, videlicet propter nostram vtilitatem. p.p.c.25. 87
Dominica infra octauam Ascensionis.
Cum venerit paraclitus. Ioan. 16.
De vita. Primo ostenditur comparatio inter vitam actiuam, & contemplatiuam. Secundo vitæ humanæ breuitas. Tertio vitæ gratiæ bonitas. Quarto vitæ gloriæ acquisitio. 2.p. c.17. 435

FINIS.

ELENCHVS IN EVANGELIA Dominicis diebus per annum vtiliſſimus.

In die ſanctiſſimo Pentecoſtes.
Si quis diligit me. Ioan. 14.
De Spiritu ſancto. Primo oſtenditur bonitas, qua à Patre, & Filio, & à ſeipſo dari voluit. Secundo huius doni vtilitas. Tertio iſtius doni oſtenditur generalitas. 2.p.c.14. 376
Feria ſecunda poſt Pentecoſten.
Sic Deus dilexit mundum. Ioan. 3.
De amore. Primo ponitur diſtinctio. Secundo boni amoris proprietates. Tertio modus quo Deus eſt amandus. p.p.c.20. 49
Feria tertia poſt Pentecoſten.
Dixit Ieſus Phariſæis: amen dico vobis. Ioan. 20.
Furti diuitis, & pauperis. Primo facienda eſt ad inuicem comparatio. Secundo falſa excuſatio. Tertio periculum vtriuſque oſtenditur.
In feſto ſanctiſſimæ Trinitatis.
Trinitatis. Primo oſtenditur diſtinctio. Secundo vnius Dei & trium perſonarum oſtenditur neceſſitas. Tertio quomodo debemus moribus ſanctã imitari Trinitatem. 2.p.c.4 398
In feſto corporis Chriſti.
De venerabili Euchariſtiæ Sacramento. p.p.c.6. 237
Dominica prima poſt Pentecoſten.
Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter miſericors eſt. Luc. 6.
De iuditio humano. Primo facienda eſt diuiſio. Secundo illiciti iudicij oſtenditur cauſalitas. Tertio reprobatio. Quarto remedia. Quinto paruipenſio. p.1.c.10. 405
Dominica ſecunda poſt Pentecoſt. quæ eſt infra octauam corporis Chriſti.
Homo quidam fecit cœnam magnam. Luc. 14.
De diuitijs. Primo oſtendetur diuiſio ſeu diſtinctio. Secundo quomodo circa diuitias temporales erratur. p.p.c.11. 204
Dominica tertia poſt Pentecoſten.
Erant appropinquantes ad Ieſum. Luc. 15.
Maledicitur. Primo homo ab homine. Secundo homo à Deo. Tertio quòd non eſt faciliter maledicendum. p.p. cap. 1. 1
Dominica quarta poſt Pentecoſten.
Cum turbæ irruerent in Ieſum. Luc. 5.
De iuſtitia. Primo quid ſit. Secundo de differentia inter iuſtitiam diuinam, & humanam. Tertio quomodo haberi poſſit. Quinto talis poſſeſſionis vtilitas. p.p.c.17. 426
Dominica quinta poſt Pentecoſten.
Dixit Ieſus Diſcipulis ſuis, amen dico vobis. Matth. 5.
De labore laborantium. Primo oſtenditur differentia. Secundo quales conditiones requirat labor meritorius. Tertio laborantium oſtenditur meritum. p.p.c.1. 435
Dominica ſexta poſt Pentecoſten.
Cum turba multa eſſet cum Ieſu. Mar. 8.
De miſericordia Dei. 2.p.c.9. 37
Dominica ſeptima poſt Pentecoſten.
Dixit Ieſus Diſcipulis ſuis: attendite à falſis Prophetis.
Hypochritarum. Primo oſtenduntur conditiones, & ſimilitudines. Secundo periculum. Tertio pœna.
Dominica octaua poſt Pentecoſten.
Dixit Ieſus Diſcipulis ſuis parabolam hanc. Luc. 16.
Primo ponenda eſt diſtinctio eleemoſinarum & ad inuicem comparatio. Secundo exempla ſeu documẽta ad eleemoſinas faciendas inclinantia. Tertio faciendi neceſſitas. Quarto matẽria de qua facienda eſt. p.p. cap. 3. 225
Dominica nona poſt Pentecoſten.
Cum appropinquaret Ieſus Hieruſalem. Luc. 19.
De vindicta: quod Deus iuſte accipit vindictas de peccatoribus, & quod homo non debet capere vindictam pro quibuſcunque iniurijs ſibi, vel ſuis, vel quibusvis rebus illatis. 2.p. cap. 5. 439

Dominica

Dominica decima poſt Pentecoſten. *Dixit Ieſus ad quoſdam.* Luc.18.
De conſcientia. Primo ponendum eſt officium. Secundo bonæ conſcientiæ vtilitas. Tertio quòd talis conſcientia eſt diligenter cuſtodienda. p. 1. cap.7. 128
Dominica vndecima poſt Pentecoſten. *Exiens Ieſus de finibus Tyri.* Mar.7.
De tribulatione.2.p.c.5. 403
Dominica duodecima poſt Pentecoſt. *Dixit Ieſus Diſcipulis ſuis: beati oculi.* Luc.10.
De lege.p.1.c.3. 440
Dominica decimatertia poſt Pentec. *Cum iret Ieſus in Hieruſalem.* Luc.17.
De munditia. Primo oſtenditur diuiſio. Secundo dignitas. Tertio qualiter templum Dei, ideſt anima mundari debet.2.p.c.12. 87
Dominica decimaquarta poſt Pentec. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.* Luc.12.
De Auaritia. Primo quid ſit. Secundo vtilitas. Tertio labor,& ingratitudo. p.1.c.17. 79
Dominica decimaquinta poſt Pentec. *Ibat Ieſus in ciuitatẽ, quæ vocatur Naim.* Luc.7.
De morte.2 p.c.11. 53
Dominica decimaſexta poſt Pentecoſt. *Cum intraret Ieſus domum cuiuſdam Principis.* Luc.14.
De ſolemnitate feſtorum.p.1.c.3. 278
Dominica decimaſeptima poſt Pentec. *Acceſſerunt ad Ieſum Phariſæi.* Mat.22.
De mandatis, oſtenditur primo neceſſitas. Secundo vtilitas, & facilitas. 2.p.c.2. 3
Dominica decimaoctaua poſt Pentec. *Aſcendit Ieſus in Nauiculam.*
De tribulationibus.2.p.c.5. 403
Dominica decimanona poſt Pentecoſt. *Simile eſt regnum Cœlorum.* Matth.21.
De ornatu nimis curioſo.2.p.c.7. 158
Dominica vigeſima poſt Pentecoſten. *Erat quidam Regulus.* Ioan.4.
De bonitate Dei.p.1.c.4. 101
Dominica vigeſimaprima poſt Pentec. *Homini regi qui voluit rationem ponere.* Matth.18.
De redditione. Primo oſtenditur obligatio. Secundo remuneratio. 2. p. cap.3. 309
Dominica vigeſimaſecunda poſt Pentec. *Abeuntes Phariſæi Conſilium inierunt.* Matth.22.
De adulatione. Primo ponitur diſtinctio. Secundo quare adulantur. Tertio operis ſeu officij adulantium vilitas.p.1.c.15. 39
Dominica vigeſimatertia poſt Pentec. *Loquente Ieſu ad turbas.* Matth.9.
De fide.p.1.c.4. 289
Dominica vgeſimaquarta poſt Pentec. *Cum videritis abominationem.* Matth.24.
De timore. Primo oſtenditur congruitas. Secundo vtilitas. Tertio timoris neceſſitas.2.p.c.3. 396

Digitized by Google

TABVLA SIVE INDEX
COPIOSISSIMVS VERBORVM, AC RERVM MEMORABILIVM,

Quæ in hac prima Parte continentur, iuxta ordinem Alphabeticum conscriptus.

Animaduerte numero quolibet in hoc Indice, primo Caput, secundo Articulum, tertio folium denotari.

A

Abiecti à Deo exaltabũtur. c.1.n.1. 2
Abiecti, & depressi. c.1. num.1. 2
Abiecti, & depressi qui sint. c.1.n.1. 2
Abiecti quod bonum consequantur. c.1. num.7. 3
Abiectionem quare aliqui nõ eligunt. c.1.num.4. 2
Abijcere. c.11.nu.1. 3
Abinfantia. c.3.n.1. 4
Abscondit. c.5.num.1 7
Absoluendi à Pontifice qui sint. cap.7. num.1. 9
Absoluendi. c.7.n.1. 9
Absolutio religiosorum excommunicatorum ad pontificem reijcitur. c.7. num.4. 9
Absolutio indebitè facta nocet absolutis, & absoluentibus. c 5.n.17. 116
Abstinentia. c.4.n.1. 6
Abstinentia spiritualis dæmonem ab animabus nostris expellit, vt fames à filua lupum. c.4.nu.1. 6
Abstinentia est causa omnium virtutũ inferiorum. c.4.n.2. 6
Abstinentiæ distinctio. c 4.n.1. 6
Abstinentis anima fert signum perpetuæ victoriæ. c.4.n.3. 6
Abstinentes non cruciantur si diuitijs carent, quia sua paupertate à morte liberantur æterna. c.4.n.4. 6
Abusio, c.6.n.1. 8
Abusio in quibus cõmittatur. c.6.n.2. 8
Abusiones clausti quot. c.6.nu.3. 8
Abusionis descriptio. c.6.n.1. 8
Accedentes ad Deum sanctificantur. c.8.n.3. 13
Accedentes ad Deum cõstantes in bonis operibus existere debent. cap 8. num 4. 13
Accedentes ad Deum debent omni labe expurgari. c.9.n.2. 13
Accedere. c.9.n.1. 13
Accidia. c.8.n.1. 11
Accidia quid sit. c.8.n.7. 11
Accidia fugienda c.8.n.8. 12
Accidiæ filię quæ sint. c.7.n.1. 11
Accidiosi quomodo cęlesti hæreditate priuantur. c.8.n.18. 13
Accidiosi officiũ in curia diaboli quale sit. c.8.n.5. 12
Accidiosorum conditiones. c. 8. numero 3. 12
Accipere. c.x.n.1. 13
Accipere, & reddere, & quæ fugere debeamus. c.x.n.1. 14
Accusandi necessitas, & generalitas quæ. c.x.n.5. 15
Accusantis intentio quæ. capit. x. numero 6. 16
Accusati iuste, & in accusantes vertentes culpam vulpes dicuntur. cap. xi. num. 9. 16
Accusatio. c.xi.n.1. 15
Acquirere multa periculosum est. c.12. num.1. 17
Acquisitio. c.12.n.1. 17
Acquisitio mala communis in quibus. c.12.n.3. 17

Acquisitionis distinctio.c.12.n.1. 17
Acquisitores mali sunt socij dæmonũ. c.12.n.4. 17
Acquisitores mali comparantur piscibus, quorum maiores deuorant minores.c.12.nu.5. 18
Acquisitores mali comparantur latronibus.cap.12.n.6. 18
Acquisitores qui excusentur.cap.12.numero 10. 18
Acquisitores mali à maioribus reprehenduntur, vt emendentur. cap.12. num.11. 18
Acquisitores mali in quod damnum incurrunt.c.12.nu.15. 18
Acquisitores mali cur statim omnia bona amittant.c.12.nu.14. 19
Acquisitores mali sæpe numero seruis acquirunt.c.12.n.15. 19
Acquisitores comparantur latronibus qui vitam pro modico furto.c.12.numero 28. 20
Acquisitores malos exẽplo lupi damno æterno puniri.c.12.nu.24. 20
Acquisitores mali magis nocent sibipsis, & illis quos amare dicunt quã alijs.c.12.nu.27. 20
Acquisitores iniqui nec pauperib⁹ parcunt.c.12.nu.31. 31
Administratores defunctorum rerum eos fraudant triplici de causa.cap.8. num.13. 256
Admonitiones parentum si non efficaciter fuerint factę parũ prosunt.c.3. num.20. 5
Adorandus est Deus duplici de causa. cap.16.nu.9. 43
Adorans quomodo esse debeat.c.16.numero 1. 42
Adorantes Deum ad tempus qui sunt. c.16.n.8. 43
Adoratio.c.16.n.1. 42
Adoratio quomodo fieri debeat. c.16. num.2. 42
Adoratio debet fieri reuerenter. c.16. num.3. 42
Adorationis præceptis qui aduersantur.c 16.n.5. 43
Aduentum Christi qui sequi deberent. c.13.nu.33. 30
Aduentuum sufficientia, & causa.c.13. num.2. 26
Aduentum Christi, quæ præcedebant. c.13.n.23. 29
Aduentus.c.13.n.1. 25
Aduentus Christi in generali duplex. c.13.n.1. 26
Aduentus Christi in die iudicij qui. c.13.n.4. 26
Aduentus Christi quæ commoda secum portauerit.c.13.n.6. 26
Aduentus Dei est cum magna abundantia gratiæ.c.13.n.17. 28
Adulatio.c.15.n.1. 38
Adulationis vitiũ est periculosum.c.15. num.19. 40
Adulationis vitium quibus sit periculosum.c.15.n.20. 41
Adulationis causa quid sit. cap.15. numero 23. 41
Adulationis radix & causa,quæsit.c.15. num.2. 38
Adulator in quibus puniendus. cap 15. num.30. 42
Adulatores sunt sacerdotes infernales. c.15.n.5. 39
Adulatores sunt ductores cæci. cap.15. num.6. 39
Adulatores sunt falsi testes. cap.15.numero 7. 39
Adulatores sunt quoquinarij infernales.c 15.nu.8. 39
Adulatores sunt detractores. capit.15. num.9. 39
Adulatores sunt horologium infernale.c.15.n.11. 39
Adulatores sunt incantatores,seu ioculatores diaboli.c.15.n.12. 39
Adulatores sunt consolatores, & medici diaboli.c.15.n.13. 39
Adulatores sunt dæmones laruati.c.15. num.14. 40
Adulatores sunt veluti Iuda osculo suũ dominum tradente.c.15.n.15. 40
Adulatores sunt homicidæ. cap.15. numero 16. 40
Adulatores sunt falsi prophetæ Balaã. c.15.n.17. 40
Adulatores sunt instabiles veluti ver. c.15.n.18. 40

INDEX.

Adulatoris nomen quibus attribuitur. c.15.n.1. 38
Adulatoribus quę pęna debeant.cap.15. num.31. 42
Adulatorum pęna quotuplex. capit.15. nu.28. 41
Adulatorum tabula capitu.15. numero 22. 42
Adulter qua de causa magis diligit adulteram, & adultera adulterum, quam maritum, & vxorem. cap.17. num.5. 44
Adulterij culpa quæ.c.17.n.1. 43
Adulterij pęna debita quatuplex. c.17. num.9 44
Adulterium in lege Dei, Iudęorum, & Saracenorum prohibetur.cap.17.numero 10. 45
Adulterium.c.17.n.1. 43
Adulterium est alieni thori violatio. c.17.n.1. 43
Aduersitas.c.18.n.1. 45
Aduersitas duplex est vna spiritualis, & altera corporalis.c.18.n.1. 45
Aduersitas spiritualis quæ. cap.18.numero 1. 45
Aduersitas corporalis quæ. cap.18.numero 2. 45
Aduersitates omnes procisuntur à malis, & fimulatis amoribus. cap.9.numero 25. 200
Aduersitates non immutant animã iusti.c.18.nu.8. 46
Aduocatorum conditiones quę.cap.24. num.1. 31
Aduocatus.c.14.nu.1. 32
Aedificij spirituales totum fortitudiné ex humilitatis fundamento, & basi surgere.c.6.n.30. 369
Aegrotis animarum medici, & amici, quicquid alloqui,& secum agere debeant lepide demonstratur. capit.3. num.14. 378
Aequitas est cathedra iudicum sceptrũ regum,& dominorum stateram mercatorum virga prælatorum.cap.4.numero 2. 234
Aequitas ex diuino mandato tria regulare debet corda, verba, & opera. c.4.n.1. 234
Aequitatis.c.4.n.1. 234
Alexandri Magni exemplum.cap.3.numero 3. 4
Amandi Deus modus.c.20.n.4. 49
Amantium diuersitas.c.20.n.6. 49
Amatores mundi cum hanc patriam, solum experti sint ideo illam cęlestẽ despiciunt.c.2.nu.30. 316
Ambrosij exemplum in theodosium. c.15.n.29. 42
Ambulantes debent ambulare in bona societate sancto, & mundo corde,& sobriè.c.19.n.9. 47
Ambulantes per semitam voluntariæ paupertatis.c.19.n.1. 47
Ambulatio.c.19 n.1. 47
Ambulationis modus spiritualis, quomodo accipiatur. c.19.n.8. 47
Amicitia.c.21.n.1. 52
Amicitia triplex.c.21.n.1. 52
Amicitia vtilis reijcitur. cap.21. numero 2. 52
Amicitia malorum non est durabilis. c.21.n.25. 56
Amicitia malorum in morte maximo cum dolore separatur. capit.21. numero 26. 57
Amicitiæ falsæ conditiones. cap.21. numero 17. 85
Amici mali quibus comparantur. c.21. num.9. 55
Amici carnales quibus comparentur. c.21.nu.19. 55
Amici huius sęculi inimici Dei sunt. c.21.n.23. 56
Amicis suis mala quæ Deus contingere permittit bona sunt. capit.21. numero 13. 54
Amicis suis Deus maximopere contulit.c.21.nu.14. 54
Amicotum differentiæ tres.cap.21.numero 3. 52
Amicos falsos quomodo cognoscere possimus.c.21.nu.18. 55
Amicus nunquam in foro amicum & familiarem accusat. capit.16. numero 22. 157
Amicus fidelis quis sit. capit.20.numero 7. 52
Amor.cap.20.n.1. 48

Amor in generali duplex, & differentia inter ipsos amores. capit.20. numero 1. 48
Amor quid vltimo expectat. cap 20. numero 5. 49
Amoris conditio. c.20. n.3. 49
Amoris commoda. c 20. n. 16. 50
Amoris immoderati conditiones. c.20. num.17. 51
Angeli commendantur à perpetuitate præmij. c.22. n.11. 58
Angeli in magna veneratione habendi. c.22 nu. 13. 59
Angeli veneraudi, & inuocandi. cap.22. nu. 14. 59
Angeli, sancti, prosani, & Dæmones apud iustissimum iudicē Deum impiorum nomen deferre non cessabāt. c.9. n.17. 414
Angeli iuuerunt Machabeum. cap.17. num.5. 163
Angelica natura, & humana in conditione libera creari debuit: capitu.1. num.13. 350
Angelorum officium quod sit. capi.22. num.1. 68
Angelorum Hierarchię quot. capit.22. num.2. 58
Angelorum malorum officium. cap.22. num.19. 60
Angelorum malorum locum, qui occupare debeant. c.22. n.15. 60
Angelorum diuersos ordines diuersæ probationes & causæ præcedunt. c.2. num.8. 321
Angelus. c.21. n.1. 58
Anima. c.23. n.1. 61
Anima quomodo videatur, & intelligatur. c.23. n.1. 61
Anima qualis sit quomodo cognoscatur. c.23. n.8. 62
Anima iusti cęlum est. capit.23. numero 9. 62
Anima iusti Deo spetiale hospitiū est. cap.23. n.10. 62
Anima iusti speciale Dei tęplum. c.23. num.11. 62
Anima sancta castrum Dei, & quot castra. c.13. n.12. 62
Anima bona, & tam nobilis creatura quare coniungatur corpori. cap.23. num 18. 63
Anima corpori cōiuncta quomodo perficiatur. c.23. n.21. 63
Anima omnibus alijs rebus est præponenda. c.23. nu.29. 64
Anima vna cum corpore interire perperam aliqui arbitrantur. cap.4. numero 22. 292
Anima quandoque spiritualiter perimitur propter diuitias male detentas. c.11. n.5. 204
Animam perdunt sæpe numero bonis alienis superbia elati. c.12. n.35. 21
Animam suam qui videant. cap.23. numero 22. 63
Animam minus diligere aliquem quā corpus quomodo cognoscamus. c.5. num.30. 114
Animarum curatores diligentiores esse debent, quam terreni iudices. c.11. num.1. 15
Animarum damnationes sæpe ex dissensione emanant. c.8. n.9. 185
Animę peccatoris turpitudo quomodo cognoscatur. c.23. n.7. 61
Animæ calamitas est duplex, culpæ, & pęnæ, c.12. n.2. 146
Animæ hortus quomodo sit irrigādus. c.5. nu.24. 117
Animæ iactura est causa doloris. cap.5. num.4. 114
Auaritia. c.27. n.1. 79
Auaritia quid sit. c.27. nu 1. 79
Auaritia in quibus fiat. c.27. n.2. 79
Auaritia cur idolorum seruitus. ca.27. num.40. 84
Auaritia in proximos inordinatos reddit. c.27. nu.44. 85
Aristotelis exemplum. c.4. nu.6. 6
Arma. cap.24. nu. 1. 64
Arma spiritualia quædam sunt ad expugnationem, quædam ad defensionem. c.24. n.17. 66
Arma quando parare debeamus. c.24. num.17. 65
Armis quibus debemus armare carnē. c.24. nu.8. 65
Armis abutūtur illi qui in gratia accepta non laborant. c.24. n.14. 66

Armorum quædam corporalia, quædã ſpiritualia, & quæ corporalia ſint. c.24.nu.1. 64
Auaritia peſſima quia inſatiabilis, & cauſa eius inſatiabilitatis. c.27. numero 5. 80
Auaritiæ generalitas habetur quo ad radicem, & quo ad opus. cap.27. numero 2. 79
Auaritiæ vitium eſt vilius omnibus alijs vitijs c.27.nu.10. 81
Auaritiæ vilitas quibus comparatur. cap.27.nu.21. 81
Auaritia homines iniquos reddit, & ingratitudinem ſecum fert in Deum & ſuos.c.27.n.21. 81
Auari in morte dolore afficiuntur.c.27. nume.47. 85
Auari quibus comparentur. cap.27.numero 52. 86
Auari Dei nutu ante mortem torquentur.c.27.nu 45. 85
Auari in quibus magis laborent. c.27. num.42. 85
Auari quo ditiores eo appetentiores. c.27.nu.7. 80
Auari ſunt crudeles Deo mẽbris ſuis, ſibi ipſis, amicis, & rebus inanimatis.c.27.n.28. 83
Auari ex prauitate vitæ indicant inſaniam.cap.27.nu.30 83
Auari in quod periculum peccati incidant.c.27.nu.35. 83
Auaris quid contingat in ſuis diuitijs. c.27.nu.62. 88
Auarorum excuſatio poſt mortem non admittitur.c.27 nu.51. 86
Auarorum bona cuius ſint futura difficile eſt iudicare. c.27.nu.13. 81
Auarus cur comparetur cani, & meum & tuum bella mouent, capit.27. numero 15. 81
Artes addiſcendæ vt ijſdem homines alantur.c 5 nu.19. 116
Aſcendamus ad montem Dei quomodo,& ad montem diaboli,cap.25.numero 1 67
Aſcendentes per viam falſitatis, proditionis, & duplicitatis quibus comparentur.c.14 nu.31. 71
Aſcendere.cap.25.nu.1. 67
Aſcenſum multorum quæ impediunt. c.24.nu.15. 68
Aſcenſus quomodo eſſe debeat.cap.14. num.16. 68
Aſcendemes per inuidiam, cupiditatẽ, hypocriſim quibus comparẽtur.c.24. num.23. 70
Audientes ſunt multi, credentes vero pauci.c.26.nu.7. 74
Audiendo verba Dei quæ pericula vitamus.c.26.nu.35. 77
Audire.c.26.nu.1 72
Audire Deum debemus diligẽter,obedienter,gaudenter, memoriter.c.26. nume.2. 37
Audire Deum eſt initiũ ſalutis noſtræ. c.26.n 6. 72
Audire Dei verba eſt bonorum chriſtianorum.c 26.nu.19. 75
Audire verba Dei nolle,& bona opera efficere qua de cauſa mali ſe excuſant.c 26.nu 23. 76
Audire verbum Dei nolentes propter ignorantiam non excuſantur.cap.26. num.30. 77
Audire verba Dei debemus non ſolum propter bonum, ſed etiam vt liberemur ab inferno. 78

B

Babilonicę ciuitatis conditiones.c 4.nu.23. 112
Babiloniæ ciuitas cur non erit proſpera & ſtabilis.cap.4. numero 24. 113
Beatitudo.c.1.nu.1. 89
Beatitudo quotuplex.c.1.nu.1. 83
Beatitudo apparens, & non exiſtens. c.7.nu.2. 89
Beatitudo exiſtens, & non apparens. c.7.num.3. 90
Beatitudo exiſtens,& non apparens.c.7. num.4. 90
Beatitudo quæ magis ab hominib⁹ deſideratur.c.7.nu.7. 90
Beatitudinem perfectam quomodo acquirere poſſimus.c.1.nu.8. 90
Beati in cęlo vbi eſt charitas ordinata meliora plus diligent, ac plus ordinatim eis gaudebunt.c.1.nu.12. 313

Digitized by Google

Beatos omnia videre cum in Deo sint in quo sunt omnia. capit.14. numero 16. 68
Bella inter carnem, & spiritum. cap.2. num.12. 108
Bellantium prauitas quæ sit. cap.2. numero 32. 99
Belli spiritualis, & corporalis similitudo.c.2.nu.29. 96
Bellorum causa est peccatum.cap.2.numero 53. 99
Bellum.c.2.nu.1. 92
Bellum duplex.c.2.nu.1. 92
Bellum spirituale, & corporale quomodo conueniunt. capitu.2. numero 2. 92
Benedictionem accipiãt omnibus modis benefacientes, capit.5. numero 4. 100
Benefacere.c.3.nu.1. 100
Benefacere sibijpsi debere secundo loco.c.3.n.2. 100
Benefacere tam amico, quam inimico tertio loco debere. capit.3. numero 3. 100
Beneficia gratis data sunt gratiora,quã petita.c.5.n.5. 7
Bona religiosorum habentes nunquam acquiescunt.c.12.nu.22. 20
Bona aliorum qui possidet, se reuocare deberet, & secundũ conscientiæ monita agere.c.12.nu.60. 25
Bona male acquisita sunt venenosa omnibus acquirentibus. cap.12. numero 7. 18
Bona fluentia pro nobis dum sumus in hoc mundo à summo bono,cap.4.numero 1. 101
Bona naturę, & fortunæ non esse appetenda quinque de causis. capit.4.numero 8. 102
Bonis alienis superbia elati sepenumero animam perdunt. capit.12.numero 36. 21
Bonitas.cap.4.n.1. 100
Brachia ecclesiæ sunt duo Dominia ecclesiastica, & secularia.capit.12.numero 2. 210
Bonos à malis quare Deus permittat deijci.c.1.n.1. 2

C

Alamitati corporali subueniẽdum est subsidijs corporalibus. cap.12. numero 4. 147
Carnem,& mentes cum vitijs crucifigentes tecti sunt ab hostibus multis de causis,capit.17.numero 20. 165
Carnem curare insipientis est,& maximi periculi.c.2.n.6. 107
Carni quomodo indulgendum sit. c.2. num.13. 108
Caro quomodo sit seruanda. cap.2. numero 5. 107
Caro,cap.2.n.1. 105
Caro quid sit.c.2.nu.1. 106
Caro quomodo decipit spiritum.cap.2. num.2. 106
Caro non est nimis diligenda, & nutrienda.cap.2.n.3. 107
Caro obliuioni est tradenda.cap.2.numero 14. 108
Caro cur sit affligenda cum pro se non peccet.c.2.nu.15. 108
Caro quomodo sit supprimenda. cap.2. num.16. 108
Caro quomodo se excusat. cap.2.numero 8. 108
Castitas.cap.3.nu.1. 109
Castitatis diuisio.c.3.nu.1. 108
Castitatis custodia qua de causa sit difficilis c.3.nu.2. 108
Castitatis vtilitates in hac vita, & in alia vita.c.3.n.3. 109
Castitatis exemplum, & pro castitate seruanda.c.3.n.5. 109
Casus ab episcopo reseruati.c.7.n.9. 9
Casus in quibus aliqui excipiuntur a pontificis absolutione.c.7.n.1. 9
Causa septem peccatum, quæ interius animam occidit, & à Deo separat cũ sententia exteriori, quæ & ab ecclesia separat exterius est multum timenda c.9.nu.3. 260
Causa quare frequenter ad confessionem accedere debemus. capit.5. numero 35. 123

Causa dilationum, & longorũ processuum.c.14.nu.32. 35
Causidici comparantur dæmonibus. c.1.nu.24. 34
Causidici minime veraciter se excusant.c.14.nu.33. 35
Causidici non excusantur à peccato, & restitutione causa ignorantiæ.cap.14. num.32. 35
Causidici comparantur focarijs.cap.14. num.26. 35
Causidici dicentes bonum malum, & verum falsum,& e conuerso,sunt spiritualiter leprosi.c.14.nu.38. 36
Causidici creduntur excusari scientia sua,c.14.nu.40. 36
Causidici imperiti puniuntur, etiã pœna æterna.c.14.nu.47. 37
Causidici abiecerunt legẽ domini exercituum.c.14.n.41. 36
Causidici in quibus puniẽdi qui iniustè à causa cadunt.c.14.nu.42. 36
Causidicos etiã puniri pœna corporali, si imperitiã peccant. c.14.nu.44. 37
Causidicorum munus esse veritatẽ indagari.c.14.nu.37. 36
Causidicorum excusatio dicentium se esse ministros iustitiæ.c.14.n.39. 36
Causidicus quæ habere debeat. cap.14. num.35. 36
Causidicus qua ratione à nonnullis creditur posse excusari.c.14.n.36. 36
Censura ecclesiastica necessaria. f. interdicti, excommunicationis, & suspensionis.c.9.nu.1. 269
Charitas.c.1.nu.1. 104
Charitas quid sit.c.1.nu.1. 104
Charitas fundamẽtũ spirituale amplificat,& durabile reddit.c.6.n.2. 303
Charitas quid debeat vno oculo,& vna manu facere c.1.nu.3. 104
Charitas quas vtilitates suum ferat.c.1. nume 6. 104
Charitas nihil perdit cum socio. cap.1. num.12. 105
Charitas ficta sæpius operatur quã vera c.1.nu.14. 105
Charitas vera quæ sit.c.1.n.17. 106
Charitas cognosci potest in qua fortitudine sit.c.1.n.18. 106
Charitatis opera facientes magis pro se ipsis quam pro illis pro quibus faciunt.c.1.nu.5. 104
Charitatis proprietates.c.1.nu.1. 104
Chorea.c.15.nu.1. 152
Choreatrices audire quãta est insania. c.15.nu.10. 155
Chorizantium culpa,& grauitas culpæ. c.15.nu.8. 153
Chorizantium viæ.c.15.nu.9. 153
Chorizantium officia in curia diaboli distingui.c.15.nu.1. 152
Chorizantium causa, & intẽtio.cap.15. nume.5. 152
Chrisostomus damnat qui duriora pro corpore, quam pro anima sustinent. cap.24.nu.30. 64
Christiani exemplis infidelium insignibus cogimur ad obseruandam fidem Deo,& proximo.c.4.nu.36. 295
Christiani debẽt proximos dilectione amplecti.c.10.nu.15. 203
Christianos qui ad cœlestia peruenire peroptant,per vigilias pœnitentiæ diuersas ad instar sanctorum omniũ proficisci per opus est.c.3.n.3. 277
Christum messiam venundatũ iri atq; passurum conspicue elucidatur. c.4. num.20. 291
Christus quomodo nobis occurrat.c.13. nume.9. 27
Christus venit vt traheret amorem nostrum ad se.c.13.n.15. 27
Christus qua ratione assumpsit corpus. c.13.nu.14. 27
Christus ante aduentum nuncios præmittit.c.13.n.18. 28
Christus venit vt lumen.c.13.n.10. 27
Christus venit vt legatus pacis.cap.13. num.21. 27
Christus à quibus magis recipitur. c.13. num.28. 30
Christus occurrit nobis vt medicus. c.13.nu.30. 30
Christus venit vt arbiter pacis. cap.13. num.31. 30
Christus tulit secum omnia bona.c.13. num.32. 30
Christus in hoc sacramẽto Eucharistiæ potius sub panis forma quam

hominis nobiſcum cõmorari, & manere ſibi placuit.c.6.n.24. 242
Chriſtus quando aſcendit, & vbi fuit Chriſtus inter aſcenſionem,& reſurrectionem.c.24.nu.1. 67
Chriſtus venit ad bellandum, & dimicandum cõtra peccata,& peccatores. c.16.nu.47. 163
Chriſtus aſcẽdit quatuor de cauſis.c.24. num.5. 68
Ciues, & domeſtici Dei qui ſint.cap.4. num.21. 112
Ciuitas quomodo poſſit deſtrui. cap.4. cap.4.nu.16. 11
Ciuitas Babiloniæ cur non erit proſpera,& ſtabilis.c.4.nu.24. 113
Ciuitas conſeruatur pacifica quinque conditionibus,c.4.nu.1. 109
Ciuitas,c.4.nu.1. 109
Ciuitatem euertere quomodo dæmones curent.c.4.n 17. 11
Ciuitatem deſtruẽtes veritate ſermonem.c.4.nu.30. 114
Ciuitates ſunt duæ,vna Dei, altera diaboli. c.4.nu.1. 109
Ciuitati pacem ample & ẽti quæ occurrant.c.4.nu.20. 113
Ciuitatis Babiloniæ conditiones, c.4. num.23. 112
Ciuitatis pacem, & cõmunitatem quæ confundunt.c.4.nu.3. 109
Ciuitatum rectores quibus comparentur.c.4.nu.2. 109
Clementiam abſcondere ſuos miſeris exponendo.c.5.n.3. 7
Clerici negligentes ſuorum laicorum animas in infernum demergunt. c.8. num.15. 12
Clerici tenentes in eccleſia locum, & ſtatum maiorem ænormius peccant. c.1.nu.19. 173
Clerici,ac religioſi recedentes à generibus diuinorum laudum. cap.2.numero 2. 438
Clerici,ac prelati admonẽtur,ne Chriſti exemplo puſillos infirmosque ac inſcientes ſcandalo afficiant, neque offendant.c.4.nu.17. 360
Clericos percutientes quomodo liberentur ab excommunicatione.cap.7. numero 17. 19
Cęleſtem hæreditatem quomodo acquirere poſſumus.c.3.nu.5. 441
Cęleſtis hæreditas quomodo amittatur.c.4.nu.18. 7
Cogitatio eſt duplex vna ſubita, alia deliberata.c.10.nu.1. 137
Cogitatio.cap.10.nu.1. 137
Cogitatio que futura reſpicit,tres examinatores habere debet.c.x.n.10.137
Cogitatio quę preterita reſpicit,debet habere tres comites.c.x.nu.11. 138
Cogitatio bona eſt nuncius præparans hoſpitium Dei, ita mala parat diabolo.c.x.nu.18. 139
Cogitationem malam per quamcunq; complacentiam cor tangere quale ſit periculum oſtenditur.c x.n.17. 138
Cogitationes ſubitaneæ cordis magnitatem non penetrant.c.x.nu.5. 137
Cogitationes turpes malos delectant. c.x.nu.18. 138
Compaſſio.cap.12.nu.1. 146
Compaſſio reſpiciens penalem animarum calamitatẽ eſt principaliter ad illos qui ſunt in purgatorio. cap.12. num.3. 146
Compaſſionis propria materia eſt calamitas, ſeu miſeria rationalis creaturæ.c.12.nu.1. 146
Compaſſionis veritatem negantes, & pietatis,inexcuſabiliter errãt.cap.12. num.6. 147
Concionatores boni, & mali,& quibus comparantur.c.4.n.28. 113
Concionatores pecuniarum lucro conſulentes magis q̃ animarum Dei ciuitatem prȩcipitant.c.4.nu.18. 113
Concordia.c.9.n.1. 136
Concordia tam res corporales, quam ſpirituales proſperantur.c.9.n.3. 136
Concordia facit homines fortes in bello.c.9.nu.4. 136
Concordia carere magnum eſt periculum.cap.9.u.6. 136
Concordiam,& pacem inter nos habere.c.9.nu.1. 136
Concordiæ magnum documentum eſt vnitas patris, & matris. capit.9.numero 21. 136

Con-

Cõcordiæ vtilitas eſt circa multitudinem temporalium.c.9.n.2. 136
Conditiones hominum accipientium quæ.cap.10.n.4. 14
Confeſſio.c 6.n 1. 118
Confeſſio quid ſit.c.6.n.1 118
Confeſſio quàm ſit neceſſaria.ca.6.numero 2. 118
Confeſſio qua de cauſa ſit accelerãda. cap.5.n.27. 122
Confeſſio frequenter fieri debet vtilitatis cauſa.c.5.n.48. 125
Confeſſio integra nõ eſt iteranda ſi denuo peccetur.c 5 n.49. 125
Timore pœnitentiæ dœmon curat claudere os confitentis.c.5 n 51. 126
Confeſſio quomodo eſſe debeat.cap.5. num.13. 120
Confeſſio an ſit facta debitis modis quomodo cognoſci poteſt. cap.5.numero 68. 128
Confeſſionem procraſtinare periculoſum eſt ſanis,& infirmis.c.5.n.25.122
Confeſſionem quibus cautelis nititur impedire diabolus.c.5.n.28. 117
Confeſſor quid facere debeat quando cognoſcit eſſe fictam contritionem, & confeſſionem.c.5.n.27. 117
Confeſſionis diſpoſitio quomodo eſſe debeat.c.6.n.4. 119
Confeſſus cur poſſit excuſari.cap.5.nume.20. 116
Confitens quæ fugere debeat. ca.6. numero 5. 119
Confitens debet obedire cõfeſſori.c.5. nume 22. 122
Confitens præmeditari debet ſua peccata, antequam ad cõfeſſionem accedat.c.5.n.15. 121
Confitentes in paſcate videntur facere treguam cum Deo.c.6.n.7. 119
Confitentis ſignum bonæ voluntatis, cap.6.nu.8. 119
Confœderationes quãdoque oriuntur contra tales conſiliarios. cap.11.numero 19. 142
Conſcientia bona eſt ſicut veſtis alba, & aqua clara.c.7.n.11. 129
Conſcientia mala duobus modis errat in generali.c.7.n.12. 129
Conſcientiæ eſt teſtamẽtum in quo teſtes debent cõcordare cum data interiori.cap.7.n.20. 130
Conſcientia bona eſt domus ſecura, & refugiũ, & refectorium cęleſte. c.7. nume. 21. 130
Conſcientia eſt lumen, quod Deus poſuit in medio domus animæ noſtræ. cap.7.n.23. 131
Cõſcientia bonorum promiſſis eos lętificat.c.7.n.6. 128
Conſcientia malorum fungitur officio accuſatoris:non conſolatur ad modũ matris, nec promittit dona ad modũ regis.c.7.n.7. 129
Conſcientia.c.7.n.1. 128
Conſcientia eſt in anima.c.7.n.1. 128
Cõſcientia quomodo poteſt comparari ad facta præterita.c.7.n.1. 128
Conſcientia diligẽter eſt corrigenda, vt periculum euitetur.c.7.n.26. 131
Conſcientia bona afflictos conſolatur. c.5.nu.5. 128
Conſcientiam bonã habere magna eſt conſolatio homini.c.7.n.4. 128
Conſcientiarum diuerſitatem quo ad bonitatem,& malitiam.c.7.n.9. 129
Conſcientiæ nomen vnde oritur. ca.7. nume 2. 128
Conſcientiæ malę damnum, & periculum.c.7.n.24. 131
Conſcientiæ bonæ magna eſt prohibitas,& vtilitas.c 7.n.16. 130
Conſcientiæ vero noſtræ teſtimonium circa tria verſatur. c.2.n.1. 319
Cõſecratio templi materialis quid boni efficiat c 4 n.9. 182
Conſiliarij tria debent habere,ſcientiã affectus,& mores.c.11.n.1. 140
Conſiliarij in moribus debent eſſe veraces,& iuſti.c.11.n 2. 140
Cõſiliarij, & ſecretarij nituntur dominis placere non dilectionis, ſed lucri cauſa.c.11.n.34. 144
Conſiliarij aliquando ſtant cum malis pia cauſa, & intentione, cap.11.numero 19. 142
Conſiliarij Pharaonis ſibi ipſis, & dominis ſuis dederunt conſilium: c.11. numero 27. 143

Con-

Consiliarios mali domini ad se inclinant, & post se trahūt. c.11.n.24. 144
Consiliariorum conditiones. capit.11. nume.5. 140
Cōsiliariorum quidam sunt boni, quidam sunt mali. c.11.n.1. 140
Consiliarius verax debet esse, & domino proprio apertè veritatem dicere. c.11.nu.3. 10
Consiliariorum malorum pœna iusta, & debita est quadruplex, videlicet gratię, bonorum tēporalium, & corporum, & cœli amissio. cap.11.n.35. folio 144.
Consiliariorum malum ex mala voluntate procedit dominorum. capit.11. nume.49. 146
Consiliariorum malorum cōditiones, & errores. c.11.n.24. 142
Consilium. c 11.n.1. 139
Consolatio quomodo facilis erit, quando flagellamur causa carnis. capit.8. nume 3. 46
Consuetudo multis vinculis peccatorū ligat. c.8.n.9. 132
Cōsuetudo peruersa in moribus, introducit consuetudinem malam in regimine. c.8.n.19. 133
Consuetudo non prævalet cōtra iusnaturale c.8.n.22. 134
Consuetudo mala non minus quā perniciosa corruptela abijcienda est. cap.8.n.23. 134
Consuetudo priuata, & publica quæ. c.8.nu.1. 131
Consuetudo facit leuiter operari, ideo est vade vtilis volenti bona operari. cap 8.nu.7. 132
Consuetudo c.8.n 1. 131
Consuetudo est altera natura capit.8. nume.5. 132
Consuetudo in malis operibus peccatorum quāti periculi sit. c.8.n 8. 132
Consuetudinum malarum pœnæ. ca.8. nume.37. 135
Consuetudinum distinctio generalis. cap.8.nu.1. 131
Conuersationis bonæ difficultas inter malos. c.13.n.1. 148
Conuersantium diuersitas est triplex. cap 13.nu.7. 148
Contritio quomodo esse debeat. ca.5. num.9. 115
Contritio. c.5.n.1. 114
Contritio est necessaria ad impetrandam veniam c.5.n.1. 114
Contritionis vtilitas quibus cōstet. c.5. nu.121. 115
Contritionis conditiones c.5.n.8. 115
Conuersationis bonæ vtilitates. ca.13. nume.4. 148
Crucē Christi suscipientes pauci sunt, vel ad terram sanctam gradientes. cap.17.nu 11. 164
Cor. cap.14 n.1. 149
Cor quot modis sit parandum. cap.13. nume.19. 28
Cor hominis quomodo cognoscet possit. c.18 nu 4. 46
Cor non debet declinare ad dexterā, siue ad sinistram. c.14.n 14. 150
Cor præparatum debemus Deo offerre c.14.nu.15. 150
Cor in altum debemus eleuare per dilectionem, contemplationem, & spiritualem abstractionem. c 14.n.18. 151
Cor quomodo diligenter custodiāt. ca. 14.nu 20. 151
Cor, siue animæ est custodienda lumine fidei. c.18 n.1 168
Cor est lauandum pura cōfessione. c.11 nume.9. 137
Cor hominis boni, & iniqui quibus cōparatur. c.46.n.14. 75
Cordi nimis credulo, & instabili magnū imminet periculum, & nimis in malitia ira, vel peccatis indurato. c.14.nume.26. 152
Cordis dispositio est vt totaliter, & integraliter in Deum cōuertatur. c.14. nume.1. 149
Cordis cōditio est spiritualis pulchritudo c.14.n.3. 149
Cordis pulchritudo consurgit ex debita dispositione claustri. c.14.n.5. 149
Cordis dispositio est requisita simplicitas. c.14.n.9. 150
Cordis dispositio requirit quinque cōditiones. c 14.n.1. 149
Cordis præparatio fit per contritionē, &

& confeſſionem.c.14.n.13. 150
Cordis cupiditas reſpicit delectationes ſecundùm carnem.c.14.n.2. 151
Correctio Prudentia, & Miſericordia contemperanda, moderandaque eſt. c.16 nume.21. 151
Correctio neceſſaria eſt delinquenti. cap.16.nu.1. 154
Correctionis.c 6. 154
Correctus aduerſus correctorẽ intelle ctũ nõ debet, etſi corrigés minor ſit. cap.16.nu.30. 158
Correctores pungũt repræhẽſi verbis liuidis,& aſperis.c.16.n.31. 158
Corripiens cum feruore prudentiam debet tenere.c.16.n.10. 155
Corripientes non ab re aſſimilantur barbi tonſoribus, tùm etiam oculo aliena,& non ſe ipſum intuenti.c.16. nume.5. 155
Corripientis quatuor ſunt cõditiones, ſcilicet cõuenientię,& paſſionis,feruorisque,atque prudentiæ. cap. 16. nume.4. 155
Creaturæ omnes in uniuerſali iudicio in flagitioſos homines iuſtitiam à Deo flagitabunt.c.9.n.16. 414
Crucis Chriſti.c.17.nu.1. 162
Crucis Chriſti ſignum in vniuerſali iudicio ad maiorem ingratorum confuſionem latè, & palam demonſtrabitur.c.17.n 10. 164
Crucis defenſio duplex eſt, ſcilicet corporalis,& ſpiritualis.c.17.n.19. 165
Crux Chriſti adoranda, & venerabilis in morte nos à periculis liberat, atque defendit c.17.n.7. 163
Crux Chriſti non ſolum eã ferenti mirificè prodeſt, ſed etiam ei, pro quo deferre cogitat.c.17.n.18. 163
Crucis virtute hoſtes longius fugãtur, & expelluntur.c.17.n.21. 165
Crucis ſigno liberamur à percuſſione, & damnatione.c.17.n.23. 166
Crucis ſignum Religioſi ſuper eorum muros,& oſtium extollere,& figere curant.c.17.n.24. 166
Crucis ſignum à tentationibus tuetur, & liberat.c.17.n.25. 166
Crucis virtus pãditur per Iacob ſcalã, quæ in terra ſtans cęlum tangebat. cap.17.nu.29. 166
Crucis lignũ quomodo nobis prodeſſe poteſt.c.17.n.31. 167
Cupiditas habendi & inertia eſt cauſa tantæ multitudinis malorum, & falſorum hominum.c.1.n.28. 269
Cupiditas quare ſit radix omnium malorum.c.14.n.30. 35
Cupiditatem hominum repræhendit. c.11.nu.52. 24
Curatores animarum diligẽtiores eſſe debent,quàm terreni iudices. ca.xi. numero 1. 15
Cuſtodia.c.18.n.1. 168

D

Dæmon ad decipiendum vtitur diuerſis modis. c.2. nu.5. fol.176.
Dæmon in hora mortis omnes defectus,& omnes cauſas deſperationis proponit,& narrat. capit.2. nume.6. 176
Dæmon aduerſus nefarios homines ſolet quandoque in morte uti ſillogizatione.c.2.n.7. 177
Dæmon nititur aliquandò in deſperationem ponere etiam bonos ſub colore nimiæ iuſtitiæ, atque aſtutiæ. c.2.nume.13. 177
Damnatio æterna oritur ex dolore, & deſperatione malorũ in morte.capi. 27.nume.49. 86
Dãnatio duplex eſt, ſcilicet temporalis,& æterna.c.1.n.1. 171
Damnationis.c.1.n.1. 171
Damnationis malorũ certitudo oſtenditur ex veteri nouoque teſtaméto. c.14.nu.6. 171
Damnum cliẽtulorũ,quomodo oriatur ex iniquo conſilio cauſidicorũ. c.14. numero 25. 34
Decima eſt redditus Deo debitus. c.3. nume.2. 178
Decima exhibita magis prodeſt exhibentibus,quam accipientibus.cap.3. numero 4. 179
Decimæ de quibus dari debentur. c.3. nu-

numero 3. 179
Decimarum exactoribus aduersantes quomodocunque, excommunicatur. cap. 7. nu. 10. 10
Decimarum exactionem impedientes quo modo liberari possunt ab excõmunicatione. c. 7. n. 12. 10
Decimarum. c. 3. n. 1. 178
Decimarum causa triplex inuestigatur quare dantur. c. 3 n. 1. 178
Decimas negantes, nolentesque dare contra Trinitatem peccant. ca. 3. n. 6. fol. 176.
Decimas qui de peioribus prębere solet, & parce eleemosinas erogat, de peioribus profectò, & parcè idem in futuro recipiet. c 3. n 9. 180
Dedicatio ecclesię multis sacrę paginę auctoritatibus ostenditur. c. 4. num. 1. folio 181.
Dedicationis caput. n. 1. 180
Defunctos truculętius est exuere, quã viuos. c. 8. n. 18. 257
Delectatio bonorum maior existit. c 5. numero 2. 184
Delectatio inordinata sæculi. ca. 5. numero 8. 185
Delectationi aquã nonnulli hauserunt ex puteis altis plagarum Christi, & beneficiorum. c. 5. n. 7. 185
Delectationem caput. 5 n. 183
Delicta venialia potius præter naturã quàm contra naturam à nobis appellari debent. c. 1. n. 2. 347
Delictum mortale est contra hominis naturam quatenus homo. cap. 1. numero 1. 347
Desperationis caput 2. nu. 1. 176
Desperationis prima causa consistit in malorum commissione. c. 2. n. 1. 176.
Peccator dupliciter scit se esse inimicũ Dei. c. 2. n. 2. 176
Deo primo nos benefacere debere, & quomodo. c. 3. n. 1. 100
Deo æquiualens, & cõdignum reddere non possumus pro opere creationis, & recreationis. c. 4. n 1. 337
Deo optimo maximo assidẽtes in iudicio generali omnes eorum querimonias, & accusationes intrepidè deponere valebunt. c. 9. n. 11. 413
Desperationis secunda causa est bonorum omissio, & tertia est callida dęmonis deceptio. c. 2. n. 3. 176
Detractio quadrifariam fit. capit. 6. numero 3. 186
Detractionis diffinitionem exponit. cap. 6. nu. 2. 186
Detractor vipera est. c. 6. n. 32. 191
Detractores, & obloquutores quales dicuntur. c. 6. n. 1. 186
Detractor cui comparatur, & assimilatur. c. 6. n. 6. 186
Detractores in Diaboli familia sũt tãquam graculus in caurea. cap. 6. numero 13. 188
Detractores superant quadrupedũ immanitatem. c. 6. n. 18 188
Detractores feriores, & inhumaniores existimantur dæmonibus, & inferis ipsis. c. 6. n. 21. 189
Detractores quomodo puniendi sint. cap. 6. n. 28. 190
Detractores non immeritò incantatoribus comparantur. c. 6. n. 34. 191
Detractorum caput. 6. n. 1. 186
Detractorum crudelitas excellit bellicorum armorum peruersitatem. c. 6. numero 16. 188
Detractorum excusatio. c. 6. n. 24. 190
Deum magis respicere animum furantis quam furtum. c. 12 n 55. 24
Deum & eius membra diligere nõ est satis, necesse est etiam vero amore prosequi eos, qui nobis obsunt. ca. 9. numero 8. 197
Deum honore, & studio prosequuntur qui sibi, & alijs bene pręsunt, & à veritatis iustitiæque tramite minimè deuiant. c. 4. n. 1. 357
Deum à nobis in veneratione, & honore ex necessitate verè habẽdum esse opinamur. c. 4. n 4. 357
Deum excludunt Diabolum includentes. c 5 n 21. 363
Deum pro ægrotantibus omni studio, & corde orandum esse. c. 3. n 20. 379
Deum benedictũ temere deformãt, & inhonestant appellãtes naturam humanam à Deo pro nobis assumptã, &

& eius necem, & crucem, ac effusum sanguinem inaniter.c.12.n.9. 419
Deus excelsus suæ dexteræ mutatione locupletum egenorumque statum; ac conditionem iustè quidem commutat.c.11.n.12. 12
Deus dat bona naturæ.c.10.n.2. 14
Deus quos misérit ante aduétũ Christi 13.nu.3. 26
Deus quare potuit homo fieri. capit.13. numero 16. 28
Deus quia aliquando permittit victoriam consequi ijdem victores debẽt cauere, & timere.cap.54. 99
Deus cur bonis mala tribuat, & malis bona.c.4.n.12. 101
Deus non remittit peccata si defuerit aliqua contritionis conditio. cap.5. numero 12. 115
Deus nonnunquam pœnas infernales æternas ostẽdit propter incredulos. cap.1.nu.10. 172
Deus quanto diutius præstolatur peccatorem, tãto grauius in fine in eum animaduertit.c.18.n.26. 175
Deus sine homine, nec homo sine Deo verè diligi potest.c.9.n.5. 196
Deus animas nostras diligit ad instar viri zelotipi vxorem eius diligentis.c.9.nu.26. 200
Deus æquissimè tot aduersis ærumnis & miserijs in hac vita nos lacerat, & vexat.c.9.n.27. 200
Deus hoc in sæculo hominibus nõ præstat plenam mercedẽ. c.11.n.19. 206
Deus nõ permittit discolos, & flagitiosos, & crudeles dominos alijs dominari.cap.12.n.32. 215
Deus quare voluerit seipsum præstare communicantibus potius quam aliquid aliud c.6.n.22. 242
Deus voluit sibi, & suis sanctis tẽpla ecclesias, & dies dedicare, vt in eis laudaret, & honoraret. c 3.n.9. 279
Deus ab ingratis festorum contemptoribus cuncta non inique eripit. ca.3. nume.17. 280
Deus fidei nostræ virtutem non solum antiquis verum etiã nouis declarat operibus.c.8.n.5. 288
Deus misericors qui quantum in se est neminem venenosa vult perire gloriã tam cõtra venenum gloriæ vanæ quam pernicioſę remedium multiplex prouidet.c.2 n 33. 325
Deus est causa effectrix totius esse nostri spiritualis.c.2.n.34. 35
Deus quare illos, quos præsciuit non assequutum iri debitum finem creationis humanæ creare non destitit. c.1.nu.6. 348
Deus quare fecit quos sciret æternaliter esse damnandos.c 1.n.10. 348
Deus quare omnium præscius euentũ naturam tã Angelorũ, quam hominum aliter non ordinauit.c.1.nu.12. 349
Deus decentes de homicidis diuersam sumere hac in vita vindictam atque vltionem.c.2.n.7. 354
Deus ab omnibus christianis in honore haberi debet.c.4.n.2. 357
Deus corde, ore, & opere laudãdus est. cap 2.nu.1. 438
Deus laudãdus est propter tria opera, scilicet creationis redemptionis, & gubernationis.c 2.n.1. 438
Deus à tribus hominum generibus laudari solet.c.2.n.1. 438
Diabolus abscondit peccata sub specie boni.c.5.nu.8. 7
Diabolus à minoribus ad maiora ducit peccatũ.c 3.n.14. 12
Diabolus cũ fraude homines detinet, vt lucrum spirituale amittant. cap.8. nume.11. 12
Diabolus est medicus mendax.capit 8. numero 11. 12
Diaboli ministri virtutes, & earundem virtutũ amatores mẽdacijs, & fallacijs vituperare cõtẽdunt.c.1.n.31. 270
Diabolus cũ ministris suis nititur filias proprias decorare, & ornare, & Dei filias deturbare. c.1.n.32. 271
Diabolus cõparatur in casu mortis falsis vsurarijs.c.2.n 12. 177
Diebus festiuis pauci sunt ab operibus corporeis cessantes.c.3.n 10. 279
Dilectionis.c.9 n 1. 195
Dilectionis obiectum triplex est.cap.8. numero 1. 195

Dilectio Dei generalius, & ordinarius ad omnes dirigitur. c. 9. n. 3. 196
Dilectio Dei, & proximi clarius lucet, & constat vno mutuo fraternæ dilectionis inditio. c. 9. n. 17. 197
Dilectio simulata habet magnam falsitatem. n. 22. 199
Diligẽdi sunt inimici tam propter vtilitatem tum propter mercedem. c. 9. nume. 9. 197
Dimissionis caput 16. n. 1. 206
Dimissionis modus duplex est totalis, & frequens. c. 10. n. 1. 200
Dimissionis causæ, & rationes plures. cap. 10. n. 1. 201
Dimittentium meritum. c. 10. n. 9. 201.
Pœna non dimittentium. c. 10. n. 10. 202
Discretionis caput 7. n. 1. 193
Discordiæ caput 8. n. 1. 193
Discretio habet maximam nobilitatẽ in virtutibus, & moribus. c. 7. n. 7. 193
Discretio triplex est. caput 8. n. 1. 193
Discretionem opportunam necessariã esse exemplis eruditis facilè ostẽditur. c. 7. n. 3. 193
Dispositio ad amandum Deum. ca. 20. nume. 11. 50
Dissidẽtes ipsius diaboli facinora maximopere sectantur. c. 8. n. 8. 185
Diues quid respondere debeat, cum de opibus tentatur. c. 11. n. 2. 204
Diues malus, & pauper bonus sibi mutuo obuiant in mortis puncto, & passu. c. 11. n. 11. 205
Diuites bona diuidere cũ pauperibus satius esse. c. 12. nu. 49. 23
Diuites pauperibus natura æquales sunt. c. 16. n. 16. 156
Correctio quãto citius facienda est ex congruitate temporis. c. 16. n. 20. 157
Diuites Deo, & proximis ingrati existunt. c. 11. n. 17. 205
Diuites pauperũ bonæ rapientes nullo puero a seculo puniuntur. cap. 11. numero 31. 207
Diuites ne pœnas in æternũ persoluant triplex remediũ inuenire quærunt. cap. 11. nu. 33. 20
Diuites, & dominos a furtis suis minimè excusari. c. 8. n. 3. 306
Diuites tribus conditionibus non carent quibus eorum furtũ grauatur. c. 8. nu. 6. 307
Diuites ac domini semper à subditis maiora, & meliora surripiunt. cap. 8. nume. 67. 307
Diuites improbi quoad melius possunt in die iudicij multifariam seipsas tueri, ac iustificari existentur. c. 8. nume. 14. 308
Diuites miserias secum habẽt. c. 2. numero 19. 314
Diuitiarum caput 11. n. 1. 204
Diuitijs seruiẽtium deceptio dupliciter demonstratur. c. 11. n. 21. 207
Homines decepti assimilantẽ somniantibus. c. 11. n. 21. 207
Dona, & beneficia à datore ad receptorem descẽdentia sunt quasi radij solares à sole ad cõpora inferiora descendentia. c. 4. n. 4. 337
Dominandi appetitus inordinandi est causa ferè omnium rixarum, & multorum malorum. c. 2. n. 36. 216
Dominantes quales esse debeant. c. 12. nume. 1. 210
Domini temporales quare excommunicentur. c. 7. n. 6. 9
Domini hodierni diligunt, qui peccata quælibet absoluunt. c. 7. n. 20. 11
Domini aliqui non solum permittunt iniusta facere, sed aperte eis perficiũt, qui sit inimicus talia, & noceat eis vbicunque potest. c. 12. n. 45. 23
Domini mali sunt etiam ingrati contra subditos eorum. c. 12. n. 30. 215
Domini quando bene, & secũdum virtutẽ degunt subditi etiam bene viuunt. c. 12. n. 35. 216
Domini mali puniendi sunt circa res exteriores. c. 12. n. 39. 216
Domini mali post mortem pœnas eorũ flagitijs cõuenientes æternaliter experientur. c. 12. n. 40. 217
Domini omnes enixè curare debent, vt Dei mandatis cuncti obsequi, & parere velint. c. 3. n. 29. f. 289. fidei christianæ. c. 4. n. 287.
Domini qui subditorum suorum bona arripiunt quibus cõparantur. ca. 8. nume.

numero 4. 306
Domini præpoſituras vendentes, vel nõ nullos ad eas comparãdas impellentes in æternum maledicti erũt. c.12. numero 16.
Dominia, duo & eccleſiaſtica, & ſecularia duo eccleſiæ brachia ſunt.c.12. nume.2. 210
Dominis ſuis male conſulentes ſæpius à flagitioſis hominibus prudẽtes vocitanturc.1.n.29. 270
Dominis qui in domo ſeruiunt, vel alicuius rei cuſtodię præſunt, ac præponuntur fidem, ac iuramentum fideliter ſeruare tenentur. cap.12. numero 20. 421
Dominorum cupiditates damnantur. cap.12.n.46. 23
Dominorum.cap.12. 201
Dubia mala ſuſpicanda, & cogitanda ſunt bona, vel bona intentione peracta.c.7.nu.10. 250

E

EBrietas eſt omni predone ſeuior, & immanior, & eſt ob peccato periculoſior. cap.1. numero 2. 218
Ebrietas fugiẽda eſt ſecundo, quia nos ad alia quam plura errata impellit, & trahit.c.1.n.3. 218
Ebrietas eſt fames, & nutrix omnium vitiorum.c.1 n.4. 218
Ebrietatis.c.1.n.1. 218
Ebrietatis vitium deuitari ab omnibus debet primo quia inſanire,& furore facit.c.1.n.1. 218
Ebrij nonnullo propter ebrietates in morte deſperantes decedunt, & dãnantur.c.1.n.7. 218
Ebrioſi ſaltem timere debent opum,& bonorum diminutionem, quia nunquàm dicabuntur.c.1.n.8. 219
Ebrioſitas refrænanda eſt.ca.1.n.9. 219
Ebrioſus homo eius famam vehementer cædit.c.1.n.5. 218
Eccleſia ad præbens non indigit oſtenſione miraculorum.c.4.n.34. 295
Electio duplex quędam reſpicit bonũ priuatum, & quædam reſpicit bonũ publicum.c.2.n.1. 220
Electio libera appellat rationalis creaturæ priuilegium, quia breuis non conuenit.c.2.n.2. 220
Electionis ritus,& vſus deſcribitur.c.2. numero 3. 220
Electionis.cap.x1.nu.1. 220
Electores homines indignos eligentes multipliciter errant. capit.2.numero xi. 22
Electores à Deo patientur, quia eius eccleſiam cadere, & torruere faciũt. c.2.nu.14. 222
Eleemoſina ſancta eſt dare, & ſuccurrere, indigenti pauperti. capit.3.numero 2. 224
Eleemoſina illorum, qui habẽtes ſpoliant,& non habentibus parcunt, vel quid parũ pro ſui patris anima dant non eſt ualida.c.3.n.6. 225
Eleemoſina in qua materia fieri debet ſunt pauperes,& in opes.c.3.n.7. 225
Eleemoſinã animæ proficere, & adeſſe à Deo per ſigna ſenſibilia, & corporalia iam plures oſtenſum eſt. cap.5. nume.36. 221
Eleemoſinam mendicis denegantibus cum clamauerim in morte, vel poſt mortem non exaudientur. cap.3. nume.39. 331
Eleemoſinarij tres obtinent vtilitates, ſcilicet ante mortem in morte, & poſt mortem.c.3.n.12. 226
Eleemoſinarum tria genera ſunt ſcilicet dare egenti, dimittere lædenti,& corrigere delinquentem. cap. 3. numero 7. 224
Eleemoſinarum actus delictam exigit materiam.c.3.nu.5. 225
Eleemoſinarũ actus requirit tres circunſtantias, vt ſcilicet fiãt primo velociter.ſecundo latenter,tertio hilariter.c.3.n.8. 226
Eleemoſinas ſub conſilio eſſe, & non ſub precepto cadere autumantes falluntur.c.3.n.4. 225
Eleemoſinas mendicis ſpargendo optimos mercatores ſectari debemus. c.3.n.19. 229

Digitized by Google

Eleemosinas pauperibus erogare nolé tes sunt in maximo periculo. capi.3. numero 38. 231
Eleemosina.c.3.n.1. 224
Elementa ingratorum iniurias vulcis scentur.c.10.n.11. 15
Eligendi sunt qui honores fugiunt, & ad talia onera sufferenda coguntur. cap.2.nu.9. 222
Eligétes inhabiles, & indignos ad imperandum,& regendum,Dei præcepto non obtemperant.c.2.n.18. 223
Episcopos aliquãdo mouere posse laicos ad solutioné decimarum si petatur à curatis c.7.n.10. 10
Errorum nonnullorũ correctorũ ostéditur.c 16.n.36. 159
Erubescentia pœnalis quid sit exemplo corui satis constat.c.5.n.5. 235
Erubescentia.c.5.n.1. 234
Erubescentia triplex est,laudabilis, vituperabilis,& pœnalis.c.25.n 1. 234
Erubvscentia mala, & vituperabilis est qua quis erubescit opera, quæ ad Christi seruitium,& animæ salutem pertinent.c 5.nu.2. 234
Erubescétia mala qui erubescũt,Christi milites esse nõ valent.c 5.n.3. 235
Eucharistia c.6.n.1. 237
Deus in isto spirituali Eucharistię sacramento nos pauit mirabiliter. c.6. numero 1 237
Eucharistiæ sacramentũ infidelibus mirabile videtur.c.6.n.2. 237
Eucharistiæ sacramẽtum infideles admirantur, quomodo vnum, & idem sactamentum esse possit in cunctis mundi ædibus simul,& semel. cap.6. numero 3. 237
Eucharistiæ sacramentum admirantur infideles quomodo idem possit esse, quod continuè ab ecclesiæ christianæ primordio vsque modo sumitur. cap 6.nu.3. 237
Eucharistiæ sacramentum mirãtur infideles,quomodo in se ipso idem manens,in recipiẽtibus tantam producat diuersitatem.c.6.n.7. 239
Eucharistiæ sacramentum potenter fideles depascere exẽplo declaratur. cap.6.n.10. 239
Eucharistiæ sacramẽtum in pixidę reseruatũ ab inquisitore potẽter exicit dęmonem.c.6.n.11. 239
Eucharistiæ sacramentum acceptum à bellatoribus liberat eos ab inimicorum periculis.c.6.n.15. 240
Eucharistiæ sacramentum ad gaudia æterna dignè suscipientes perducit, cap.6.nu.17. 241
Eucharistię sacramentum datur omnibus Christi fidelibus ei bene,& fideliter seruiẽtibus veluti arra gloriæ. cap.6.n.18. 241
Eucharistię delectationẽ nonnulli minimè percipiunt.c.6.n.20. 241
Eucharistiam in paschate suscipere tenentur cuncti fideles.c.6.n.38. 246
Eucharistiæ sacramentum quid sit, capitu.6.n.10. 247
Eucharistiã sumere in paschate tenemur.c.2.n.1. 3
Excommunicationis causa antequam sententia proferatur est diligẽter inuestiganda c.9.n.1. 260
Excommunicationis caput 9.n.1. 260
Excõmunicationis sententia pertimenda est propter maximum periculum in præsenti, & futura vita ipso excõmunicato.c.9.n.4 261
Excommunicationis sententia formidabilis est,ne deformitas in excõmunicato appareat coram Deo, & tota curia cœlesti.c.9.n.5. 261
Excommunicationis sentẽtia maximopere communicantes incommodat. cap.9.nu.6. 261
Excõmunicationis sententia iustis metuenda videtur.c.9 n.8 262
Excommunicatis participantes in causa sunt, quod tot reperiũtur excommunicati.c.9.n.7. 262
Excõmunicatus non seruatis conditionibus suspenditur ab ingressu ecclesiæ per mensem in quo tẽpore si ingrediatur sit irregularis.c.7.n.3 3
Excusationes illorum qui dicunt se casta, & pudicã vitam ducere minimè posse confutantur.c.7.n.30. 462
Exempla in eos qui malè acquisiuerũt,

cap.12.nu.9. 18
Exépla bona omnibus præbere aſtringimur diuino mandato.c.7.n.1. 247
Exempla bona debent prælati ſubditis oſtendere.c.7.n.2. 247
Exempla bona non habentes prædicatores quibus aſſimilãtur.c.7.n.3. 248
Exempla mala præbentes ſimiles fiunt oculis lippis.c.7.n.4. 248
Exempla ſanctorum virorũ ſequi debemus.c.6.nu.7. 249
Exempla mala cum pena, & ſupplicio, & ſine ſequenti ſunt mente tractanda, & cogitanda vt opere caueantur ac fugiantur.c.7.n.8. 249
Exempla mala peccatorum dum concio habetur non parum expedit hominibus ludentibus aleis, & taxillis audire.c.7.n.9. 249
Exempla mala præbentes quibus aſſimilantur.c.7.n.17. 251
Exempla nociua retrahere debemus. cap.7.nu.22. 252
Exemplo venuſto vtẽdum eſt in correctione, & admonitione. capitu.16. nume.14. 156
Exemplo caro oſtẽditur periculum mẽdacij aſſerẽtium temere, Deum nullum baptizatum damnare, & vindicare velle.c.18.nu.27. 175
Exemplorum.c.7.n.2. 247
Exemplum contra eos qui abſoluunt quælibet peccata.c.7.n.19. 10
Exemplum cõtra ininſtè acquirentes. cap.12.n.12. 18
Exemplum eorum qui miſcent malè parta, cum benè partis.c.12.n.17. 19
Exemplum de quodã inſano cauſa bonis ablati.c.12.n.18. 19
Exemplum de duobus agricolis, quorũ alter minus laborãdo plura bona parabat, alter autem magis laborando pauciora.c.12.n.20. 19
Exemplum de quodam, qui mercabatur pecuniã à fratre religioſo acceptam.c.12.n.21. 20
Exemplum de puero dicẽti melius eſſe in ſeculo viuere, quàm in religione. cap.12.nu.25. 20
Exemplum de quodam morienti, qui coegit hæredes ſuos ad appendendã crumenã in eius collo nummis plenam.c.12.n.32. 21
Exemplum cõtra quendam eccleſiã iniuſtè quæſitis facultatibus ædificãtẽ. cap.12.nu.51. 24
Exemplum de regẽ reſtituere deſiderante, quæ à patre malè parta fuere. cap.12.nu.59. 25
Exemplum de Paulino epiſcopo danti ſe in carcere pro vidua.c.14.n.7. 26
Exemplum Zorobabel volente educere populum de Babylonia. capit.13. numero 8. 27
Exemplum monaci expectantis Chriſtum.c.13.n.25. 29
Exemplum de ijs qui aliena bona poſſident.c.12.n.30. 30
Exemplum de verè iuranti. capitu.13. numero 31. 30
Exemplum de quodam nigromãte religioſo ſacro.c.14.n.5. 32
Exemplum auium inſidiantium aſino. cap.14.n.18. 33
Exemplum de quodam teſtamentum facienti.c.12.n.33. 21
Exemplum de dæmoniaco, ac quodam perſuadenti ad vſuras.c.12.n.34. 21
Exemplum in cauſidicum imperitum. cap.14.n.45. 37
Exemplum in cauſidicum facundia ſua gloriantem.c.14.n.46. 37
Exemplum in cauſidicos imperitos.capitu.14.nu.48. 37
Exemplum falſi cauſidici. ca.14.nu.49. folio 37.
Exemplum in falſum cauſidicum. c.14. nume.50. 37
Exemplum D.Ambroſij in Theodoſiũ. cap.15.nu.29. 42
Exemplum miraculoſum in quandam mulierem adulteram.c.17.n.14. 45
Exemplum de quodam diuite à Deo petente pauperem fieri.c.4.n.14.103
Exemplum quod mouet ad caſtitatem, & pro caſtitate ſeruanda.c.3.n.5.109
Exequutorum.c.8.n.1. 253
Exequutorum, & adminiſtratorum defunctorum rerum munus eſt nobile, & vtile.c.8.n.1. 253

Exequutores moriẽtium bona deprẽdari pro pœnarum formidine desinant.c.8.n.24. 258
Exequntores varias excuſationes adducunt.c.8.n.21. 258

F

Fabula de coruo cauſa illorũ qui alienis honoribus inuident.c.12.n.35. 21
Fabula de accipitre. cap.14. nume.6. 32
Fama ornat vitam bonam ſicut flores hortum ornant.c.1.n.1. 274
Fama bona, & nomẽ bonũ nobiſmetipſis,& cæteris mirum in modum conducit.c.2.n.2. 274
Fama bona grauium virorum non ſolũ pro ſeipſo,ſed etiam pro alijs neceſſaria exiſtit.c.2.n.3. 274
Fama bona pro alijs etiã neceſſaria eſt ad conſiderandum eorum ſaluti. ca. 2. nemero 4 275
Fama mala nullo tempore timẽda eſt, quæ ſibi ipſi, & alijs periculoſa eſt. cap.2.nu.6. 275
Fama mala alijs etiam periculoſa eſt. cap.2.nu.7. 275
Falſi, & mendaces ob ſex conditiones ſpinis infructuoſis meritò aſſimilãtur.c.1.nu.9. 265
Falſi inter ſe in falſitatibus ſuis confẽderati ſunt.c.1.n.4. 265
Falſi, & mẽdaces Duci aduerſariorum exercitũ vincere, & proſternere aſſimilantur.c.1.n.19. 267
Falſi,& mendaces non ſolum rotæ, ſed etiam,& libro errorũ pleno,ac falſæ pecuniæ non ab re comparandi ſunt. c.1.nu.21. 268
Falſi duas ob cauſas hominibus infideles dicuntur.c.1 n.23. 268
Falſi ſunt etiam ſibi ipſis falſi,& mendaces atque infideles c.1.n.24. 268
Falſi ſtulti ſunt qui prorſus cupiditati, & falſitati deſeruiunt, & rebus proprijs,nempè animæ, & loquelæ non conſulunt.c.1.n.25. 269
Falſi non paruo labore, ac opere emẽdari,immo nũquam corrigi poſſunt. cap.1.n.26. 269
Falſitas, & veritas inter ſe comparari poſſunt lupo,& agno.c.1.n.1. 263
Falſitas caritatem proſternit.cap.1.numero 3. 263
Falſitas maximam habet familiæ multitudinem.c.1 n 5. 264
Falſitatem colorantes ab improbis cõmendantur.c.1.n.19. 270
Falſitatis,& veritatis.c.1.n.1. 263
Falſorum honore, & exaltatione multa damna,& pericula emanant. ca.1. numero 36. 271
Falſorum hominum conſilio Domini, & principes ducti multa mala cõmittunt.c.1.n.37. 272
Falſorum hominum ſocietatẽ, ac ſeruitutem diſcriminoſam fore euidenter cognoſcitur.c.1.n.19. 268
Falſorum finis ſimilis proditoris Iudæ vtique erit.c.1.n.42. 273
Famæ bonæ.c.2 n.1. 274
Falſorum conſiliorum abuſus contra iura omnia, & Dei, & naturæ, & canonis,& ciuilis exiſtit.c.1.n.39. 272
Falſus ſiquis proditor eſt aut eſt ſibi aut amicisque eius,& ſic natura ipſa eum non honorandum eſſe docet.capit.1, numero 34. 271
Falſos,& fictos,mendacesque homines expellendos eſſe.c.1.n 33. 271
Fide bona viſa multũ deberet deſiderium accendere de illo gaudio habẽdo.c.2.n.28 316
Fides neceſſaria eſt priuſquàm hæc ſacra Euchariſtia ſumatur. ca.6.nu.28. folio 243.
Fides eſt res occulta,& latẽs quaſi ſubſtantia ſub accidentibus, quæ oculis corporeis nuſquam apparet. capit.4. numero 1. 287
Fides vna eſt ſola chriſtianorum. ca.4. numero 6. 288
Fides perinde eſt ac corpus ſine anima ſine forma fidei,quę charitas eſt.c.4. numero 7. 288
Fides omnium bonorum, & totius ſpiritualis ſtructurę fundamẽtũ cauſã, & principium conſtat.c.4 n.30. 294

Fides

Fides scutum seu clypeus est, cuius tria sunt cornua.c.4.n.31. 294
Fides in corde, & opere quomodo salutem faciat.c.4.n.41. 296
Fidei.c.4.n.5. 287
Fidei defectum omne malorum genus adducere, & afferre.c.4.n.33. 294
Fidei virtutem, & potestatē Christus non solum verbis, sed etiā quam pluribus insignib⁹ miraculis patefecit. cap.4.n.25. 293
Fidelis homo melior est non homine, & homine falso, qui non est homo. spiritualiter loquendo. cap.1.nu.27 folio 269.
Fidelium exequutorū erga defunctos paucitas quotidiano experimēto omnibus satis constat.c.8.n.3. 253
Fidelitas, & virtus requiritur in bello licito.c 2.n.18. 98
Filiationis.c.5.n.1. 298
Filiationis diuinæ effectus. cap.5.nu.5. folio 299.
Filij quomodo conuenire debent cum operibus Christi.c.3.n.8. 4
Filij ingrati Christi patri qui sunt. c.5. numero 4. 235
Filij domi retinēdi, vt bonum contrahant habitum.c.3.n.21. 5
Filij parentibus egenis non solum uita superstite, sed eo magis è vita excessis opem ferre distringuntur.c.5. numero 14. 300
Filius nūquid sit Dei, vel Diaboli quomodo cognoscatur.c.5.n.9. 449
Filius Dei æstimatur, qui à parentibus instruitur in bonis operibus spiritualibus.c.5.n 7. 299
Festa nostra quomodo Deo, & sanctis placeant.c.3.n.7. 279
Festa quomodo sunt tenenda. capitu.8 numero 8. 279
Festis diebus iubilantium tria sunt genera.c.3.nu.6. 278
Festiuorum dierum contemptores non modo in Deum, sed etiam in proximum eundē offendētes delinquunt. cap.3.nu.17. 280
Festorum solemnium.c.3.n.1. 277
Festorum quæ à iure feriæ uocitantur quædam temporalia sunt, & quædā æterna.c.3.n.1. 277
Festos dies non venerātes Deo ingrati, & inobedientes esse videntur.c.3. nume.14. 280
Principes, & populi omnes christiani Deo magis ingrati iudæis ipsis pluribus in rebus existunt.c.3.n.15. 280
Festum intrinsecum cōtinuum, & prorsus alternatum ac continuè celebratum esse debet.c.3.n.2. 277
Frates erga fratrem tria debet conferre beneficia, & officia.c.7.n.2. 304
Fraternitas duplex est, carnalis nēpe, & spiritualis.c.7.n.1. 304
Fraternitas spiritualis carnali fortior, & purior esse dicitur.c.7.n.1. 304
Fraternitas vera quo ad actum cordis tria requirit.c.7.n.5. 304
Fraternitas vera quo ad actū oris tria exigit.c.7.n.4. 304
Fraternitas ficta quæ sit.c.7.n.3. 304
Fraternitatis magna est vtilitas, & affectus bonus tam ex parte recipiētium quam receptorum.c.7.n.7. 305
Fraternitatis.c.7.n.1. 304
Fratres minores, & inquisitores qua de causa excommunicentur.c.7.n.7. 9
Fortitudinem spiritualem duo suadēt. c.6.nu.2. 303
Fortitudinis.c.6.n.1. 303
Fortitudo duplex, spiritualis scilicet, & corporea.c.6.n.1. 303
Fornicationem petentes qui fuerunt correcti in lege Dei. ca.17.nume.11. folio 45.
Fornicarij à cœlorum regno perpetuo abigentur.c.7.n.7. 458
Fornicationis piaculū ex ipso Dei precepto cunctis hominibus interdicitur.c.7.n.9. 458
Fornicationem mortale crimen esse. cap.7.nu.8. 458
Fortitudinis fundamētum in spiritualibus fides est.c.6.n.2. 305
Fortunæ exemplum.c.2.n.31. 32
Fur quomodo augmentatur in pauperibus, & subditis.c.8.n.8. 307
Furti.cap.8.nu.1. 306
Furtum quid sit.c.8.nu.1. 305

G

Gaudentes in hoc mũdo magno in damnationis æternæ discrimine versantur. cap.1.nu.2. 311

Gaudij cęlestis pulchritudo, & magnitudo æternitasque atque felicitas.c.1.n.7. 312

Gaudij.cap.1.n.1. 310

Gaudio illo sicuro, ac certo cęlorũ lætantes in huius mundani gaudij breuitatem timoremque affari possunt dicentes.c.2.n.25. 315

Gaudium est duplex vnum temporale alterum æternum.c.1.n.1. 310

Gaudium bonorũ virorum huiusmodi calamitates nõ desiderat.c.2.n.21.314

Gaudiũ illud cęleste omnes christigeni expetere, & quærere pro viribus deberent.c.2.n.24. 315

Gaudium nondum habitum peroptandum non est.c.1.n.2. 311

Gaudium habitũ peramari nõ debet. cap.1.n.2. 311

Gaudium in peccato, vel de peccato est interior affectio, & motus quandoque mẽtis, & corporis, cuius finis est mors, & dolor.c.1.n.6. 311

Gaudiũ vnius cuiusque beati angescit ex gaudijs aliorum in cęlo habitantium omnium c.1.n.10. 312

Gaudium cęli quomodo cunctis innotescit.c.2.nu.15. 313

Gaudiũ quod in hoc seculo christiani diuitijs atque honoribus vtentes capiunt, eos extollere deberẽt ad gaudia illa cęli, quæ æterna sunt. cap.2. numero 26. 315

Gaudium cęli infinitum pluribus modis adipisci possumus.c.2.n.31. 316

Gaudium cęleste nõ attingitur nisi per viam virtutum, & laborẽ bonorum operum.c.2.n.33. 317

Gloria inanis circa tria versatur, quæ sanè sunt naturæ, & fortunæ atque gratiæ.c.2.n.11. 321

Gloria inanis à quibus emanat. cap.2. numero 12. 321

Gloria viatorum est triplex. capitu.2. numero 5. 320

Gloria æterna scilicet beatorum quomodo sit in gloria viatorum. capit.2. numero 6. 321

Gloria vera viatoris in tribus collocatur.c.2.nu.1. 319

Gloria pernicioſa in quatuor malis pẽnitus immergi, & infigi videtur. c.2. numero 18. 322

Gloria vera non attenditur penes originem sed pœnes conditionem propriam.c.2.n.35. 326

Gloriam Deo soli in omnibus ascribere debemus.c.2.n.33. 320

Gloriam æternam quomodo cõparare possumus.c.4.n.11. 445

Gloriam inanem fugiendam esse. ca.2. numero 14. 322

Gloriæ inanis finis est in vita ista confusio, & dolor; in alia vero afflictio, & pœna.c.2.n.27. 324

Gloriæ inanis effectus.c.2.nu.15. 322

Gloriæ.c.2.n.1. 319

Glorię libertatem adepti sunt sancti. cap.2.nu.9. 321

Glorioſos dum eorum præterita mala ostentãt, piacula augere, ac geminare, & pluribus peccatorum vinculis sese obstringere.c.2.n.24. 323

Gratia initians quæ sit.c.3.n.21. 329

Gratia quinque modis ad hominẽ venit, & sic quinque vtilitates, & beneficia homini ipsi confert.capit.3. numero 1. 329

Gratia ad hominem accedit tanquam lumen superueniens. c.3.n.1. 329

Gratia homini aduenit tanquam confortans, & hoc modo gratia proficiẽs vocitatur.c.3.n.3. 329

Gratia præueniens, & proficiẽs, & perseuerans.c.3.n.7. 330

Gratia cooperans, quæ sit.capitu.3.n.5. folio 330.

Gratia Dei quomodo in nobis tueri posset.c.3.n.11. 331

Gratia consumans quę sit. capitu.3. numero 6. 330

Gratia homini missa est tanquam perficiens, & desiderium implens.cap.3. nume.6. 330

Gratia

Digitized by Google

Gratia ab homine quomodo possideri
potest.c.3.n.8. 331
Gratia gratum faciens,quæ sit.capit.3.
nume.10. 331
Gratia abutentes quomodo à Deo pu-
nire debent.c.3.n 14. 332
Gratiam quo saltim necessario eorum
saluti cõducit libenter largitur om-
nibus Deus misericors, & clemens.
cap.3.nu.16. 332
Gratiam nonnullos habere,& secundũ
gratiam non operari.c.3.n.25. 334
Gratia vnicuique datur,& offertur.c.3.
numero 31. 326
Gratitudo.c.4.n.1. 337
Gratiæ.c.3.n.1. 329
Gratię dispositio quinque conditiones
expostulat.c.3.n.8. 331
Gratitudinis seu gratiarũ actionis per-
petuitas.c.4.n.7. 337
Gratitudinis debitũ Deo, & proximo
referre debemus. c.4.n.2. 337
Gratitudinis memor cum ex vita tan-
dem emigrauerit gratiam consuma-
tam obtinebit.c.4.n.11. 338
Gratorum minorẽ, ac rariorem ingra-
torum autem maiorem; & vberiorẽ
turbam esse.c.7.n.12. 338
Gratus,& probus vir Deo,tam pro fau-
sto, quàm pro infausto lethaliqu: e-
uentu gratias agens ingentem vtili-
tatem,tum in vita, tum in morte sibi
proculdubio adipiscitur. capitu. 4.
numero 10. 338
Grex Christi à lupis famelicis deuo-
ratur duas ob causas.c.18.n.7. 169
Gregorius contra negantes animam.
c.23.nu.2. 242
Gula triplicem pœnam sustinet. cap.4.
numero 15. 344
Gula, & luxuria ac quodcunque deli-
ctum in principio heluonibus efictis
lenia,& mollia verba dant. capitu.4.
numero 9. 343
Gulæ vilitas.c.5.n.1. 242
Gulæ circunstãtiæ,tam intrinsecæ, quã
extrinsecæ.c.4.n.10. 343
Gulæ conditio intrinseca.cap.4. nu.12.
folio 344.
Gulæ vitium animam ipsam inficere,&
trucidare præclaris exemplis expro-
mitur.c.4.n.3. 342
Gulæ vitium fugiendum est, quia secũ
ducit magnam societatem. capitu.4.
numero 5. 342
Gulæ vltimus finis,& merces.capitu.4.
numero 7. 343
Gulosi non poterunt respondere in cõ-
puto illo quando pœna correspõde-
bit delectationi.c.4.n.8. 343
Gulosos,& vinolentos à superuacaneis
escis ipsarum saltim suppellectiliũ
iniusta direptio, & cõsumptio pror-
sus deterreat.c.4.n.14. 344
Gulosus Dei præcepto reluctari vide-
tur.c.4.nu.2. 342

H

HAeredes malè acquirentium
non tendunt in bonum finẽ.
c.12.n.19. 19
Hæredes mortuorum trifariam, & propinqui fideles bonorum
administratores interpellare. cap.8.
numero 6. 354
Hebræi deuitare volentes Christum
iam venisse negare enixè contendũt
prophetas prædixisse. capit.4.nu.16.
folio 391.
Hester, & Thobiæ exempla sequantur
qui necessitate impulsi honorem ac
dignitatem assequi, & assumere co-
gitur.c.4.n.10. 358
Homicidæ septem illæ Chaini impre-
cationes,seu pœnæ iure optimo con-
uenire.c.2.n.10. 354
Homicidas ab homicidio temporalis
vindictæ formido,quæ tribus modis
sępius fit,abducere,& terrere debet.
cap.2.n.4. 353
Homicidij corporalis discrimina, ac
grauitates vberius ostenduntur. c.2.
numero 2. 353
Homicidij corporalis difformitas, &
grauitas ex ipsa satisfaciẽdi difficul-
tate elicitur.c.2.n 3. 353
Homicidium.cap.2.n.1. 353
Homicidiũ duplex est, scilicet corpo-
rale,& spirituale.c.2.n.1. 352

Homicidium ſpirituale ſit ſeptē modis.c 2.n.1. 353
Homines iniqui confugiunt ad Deum, vt eos liberet, & ſe ipſos a ſuis peccatis liberare poſſent.c.8.n.10. 12
Homines quid accipiant à Deo. ca. 10. numero 3. 14
Homines nefarij pro breui facinore ęternum ſupplicium perſoluunt. c.18. numero 24. 174
Homines gratiæ lumine carentes,& id tantū credētes, quod ſenſu, & ratione naturali cernitur,puero in carcere nato comparantur.c.4.n 8. 288
Homines magis eſſe ex maximo, & præclariſſimo Dei genere quàm mū di expetere, & optare ſanè deberēt. cap.5.nu.2. 298
Homines ægros pie viſentes tria ſibi commoda pariunt.c 3.n.16. 378
Homines in hoc lachrymarum carcere conſtitutos tria potiſſimū incurrere deberent.c.1 n 22. 381
Homines quomodo ceciderunt ex miſerabili fortuna in multa incōueniēcia,ſeu miſerias.c.1.n.19. 351
Homines facinoroſi qui ſupra ſacrum codicem prauē peierare audēt, grauius piaculum admittūt, grauioriq; in diſcrimine verſantur. c.12.nu.15. folio 420.
Hominis naturalis dignitas conſiſtit in natura rationali libera in qua conditione ipſa cætera animalia excellit, cap.1 nu.1. 347
Hominum accipientium conditiones. cap.10.nu.4 14
Hominum vero malorum quidam ſaluādis profuerunt, dum Chriſtum ad illorum redemptionē crucifixerunt. cap.1.nu.8. 348
Homo naſcitur ad laborem.c 6.n.7. 8
Homo qua de cauſa factus ſit. capit.13. numero 19. 63
Homo aliquando cadit in deſperationē ante etiam ægritudinem, & mortem magnis erroribus, & meſtitijs aggrauatus,& vexatus.c.2.n.14. 177
Homo deſiderat varias delectationes nempe honorum, diuitiarum, & ciborum.c.5.n.4. 184
Homo delectari debet his ſpiritualib' rebus, quę propriam eius naturam decent,& ſequuntur.c.5.n.5. 184
Homo.c.1.n.1. 347
Homo creatus fuit, vt ſemper viueret ſi vellet.c.1.n.20. 351
Homo culpabilis exiſtit qui ab aliquo petit ea, quę ſine voti, vel fidei, vel iuramenti violatione fieri obtinerique non poſſunt c.12.n.21. 421
Honeſtas debet ornare animā propter intuitum Dei,& ſanctorum. capit.3, nume. 1. 355
Honeſtas loquutiones noſtras, atque cooperationes cohoneſtare, & concomitari debet.c.3.n.2. 355
Honeſtas facile naſcit ex honeſtis colloquijs, & operibus animę noſtræ. c.3.nu.3. 355
Honeſtatis.c.3.n 1. 355
Honeſtatis ornamētū etiā quod factū, ſeu opus intrinſecum exornare dicitur.c.3.n.4. 355
Honeſtatis ornamenta fortitudo ſeu perſenerantia omnia conſumit. ca.3. numero 5. 356
Honeſtorum veſtimētorum triplex eſt vtilitas.c.3.n.6. 356
Honor huius ſeculi primo Deo eſt reddendus. Honorantes Deum, ab ipſo honorabuntur.c.4 n.1. 357
Honor mundi ſpernendus eſt à probis viris.c.4.n.9. 358
Honor huius ſeculi à probis viris tribus de cauſis appetendum non eſt. cap.4.n.5. 357
Honoris mūdani omnes homines propemodum ſatagere ex diui Chryſoſtomi verbis conſpicuè conſtat. ca.4. numero 19. 36
Honoris.c.4.n.1. 356
Honoris mundani fauoribus confidentes leoni aſſimilari merito poſſunt. c.4.nume.6. 357
Hoſpitalitas cordis hoſpitium ſeu domum illuminat.c.5.n.2. 361
Hoſpitalem verum duo requirere indicatur.c.5.n.6. 362
Hoſpitalitatis generalitas oſtenditur. cap.

cap.5.nu.7. 361
Hoſpitalitatē à periculis grauioribus hoſpites tueri, & præſeruare capi 5. nume.5. 362
Hoſpitalitatem eſſe chriſtiani generaliter, atque perſeueranter ſectari debent.c.5.n.14. 363
Hoſpitalitatis.c.5.n.1. 361
Hoſpitalitas ſex vtilitates hoſpitibus affert.c.5.n.1. 361
Hoſpitari debent euangelizatores inter mendicantium numero ſine vllo interuallo.c.5.n.8. 362
Hoſpites domum ditant, quàm ingrediuntur tam ſpiritu aliter, quàm corporaliter.c.5.n.4. 361
Hoſpitum permanēs perſeuerantia eſt alterum quod ad veram hoſpitalitatem attinet.c.5.n.13. 363
Hoſtes obſeſſum ciuitatem facile intrant niſi portę cuſtodiantur.cap 13. numero 2. 169
Hoſtes crucis admirantur quomodo Deus magnus contineri poſſit ſub parua panis quantitate, & portione. cap.6.nu.4. 237
Humiles aliud extra, aliud intra fieri demonſtrantes euitare debemus. cap.6 nu.3. 364
Humiliare nos ipſos tum ratio, tū neceſſitas docet.c.6.n.29. 369
Humiliatio eſt debita cordis diſpoſitio.c.14.n.11. 150
Humilis homo demiſſus nequiſſimo, ac ſuperbiſſimo Diabolo ob ſacram eius humilitatem deteſtabilis, atque abominandus euadit. capitu.6. numero 22. 368
Humiles, & ſuperbi turri ſublimi, paruæque domui aſsimilantur. ca.6.numero 24. 368
Humilitas quid boni afferat.c.1.n.1. 2
Humilitas opere externo patefacta internas etiā cordis virtutes maximopere indicat.c.6.n.15 367
Humilitas ſex modis nobis prodeſt.c.6. numero 17. 367
Humilitas noſtræ mentis affectum accendit atque inflammat, & gratiæ. cap.16.nume.19. 835
Humilitas ipſa hominem tum Deo, tū hominibus non ſolum bonis, ac modeſtis, ſed etiā diſcolis, & ſuperbis, iucundum, & clarum, atque amabilē omni tempore reddere conatur. c.6. numero 19. 368
Humilitas vineæ nō ab re aſſimilatur. cap.6.n.27. 368
Humilitatē obtinent homines, quod ieiunio, ac oratione minimè aſſequuntur.c 6.n. 19. 367
Humilitatem non ſolum eiuſdem demum vitæ finis, ſed etiam maximum timorem, ac tremorem innuere deberet.c.6.nu.11. 356
Humilitatem cordis patiētiam oſtendere.c.6.n.12. 366
Humilitatis.c 6.n.1. 364
Humilitatis triplex eſt ſpecies. cap. 6. numero 1. 364
Humiliant ſe nonnulli verbis mendacibus, & veracibus.c.6.n.2. 364
Humilitatis ſpecies ſecunda. capitu.6. numero 4. 365
Humilitatis tertia ſpecies c 6.nu.5.365
Humilitatis ſex veræ, ac meritoriæ cauſæ exiſtunt. c.6.n.6. 365
Humilitatis exempla de humili vita Chriſti, & ſanctorum. c.6.n.7. 365
Humilitatis maioris apparere debet quāto quis maior eſt in gratis apud Deum.c.6.n.9. 366
Humilitatis exemplum, ſeu materiam nobis tradere deberēt omnia quę cū ad originem tum etiam ad vitæ curriculum, & ad finem ſpectare videntur.c.6.n.10. 366
Humilitatis noſtræ cauſa eſt origo noſtra vilis ac luctuoſa.capi 6.num.11. folio 366.
Hyppocriſis.c.7.n.1. 391
Hypocritæ ſtellis cadentibus, & puncto comparari poſſunt.c.7.n.1. 391
Hypocritæ inferorum lupi paſſim voeitantur.c.7.nu.5. 391
Hypocritam quemcūque tum ſibimet, tum alijs nequam, ac infeſtum fore clariſſime liquet.c.7.n.8. 392
Hypocritam inimicum fictum, ac ſimulatum, atque occultum eſſe exemplis

pluribus eruditè significatur. cap.7. numero 9. 392
Hypocritarum conditiones,& similitudines.c.7.n.1. 391
Hypocritarum notatur pœna iusta quidem & certa,& inexcusabilis. cap.7. numero 393.
Hypocritas mortuorum monumentis, & eorum imaginibus assimilari. c.7. numero 2. 391
Hypocritis omnibus asini, simiæ, oloris,ac strutionis conditiones esse.capitu.7. 391

I

IEiunãs ipse quoad omnes corporis sensus generaliter ieiunare debet.c.1.n.1. 370
Ieiunij tres sunt circunstãtiæ. cap.1.n.7. 371
Ieiunium c.1.n.1. 370
Ieiunium quod pluribus lõgè difficillimum videtur, apprime facilè esse satis superque ostenditur. capitu. 1. numero 4. 370
Ieiunium ieiunãtibus octifariam merito confert,atque conducit.capit.1. folio 371.
Ieiunium cum vtile,ac conducibile, tũ necessarium fore.c.1.n.9. 341
Ieiunium ab ipsomet Deo in paradiso sancitum, à Christo peractũ, ab ecclesia tandem determinatum fuisse nemo est qui ignorat.c.1.n.9. 371
Ignorantiam pro periurij tegumẽto in medium afferentes se ipsos nõ leuiter fallere. c.12.n.26. 422
Inconstantes quibus assimilantur. ca.2. numero 8. 373
Inconstantes qualem pœnam omnes tũ religiosi ac clerici tũ seculares luere merito debeant ex diris Dei æquissimi nimis facilè conijci potest. cap.2.n.14. 374
Inconstãtia duplex est,altera in cordè, & corpore simul, altera solũ in corde apparet.c.2.n.1. 373
Inconstantiæ.c 2.n.1. 373
Inconstantiæ quatuor esse causas clarè conspicitur.c.2 n.2. 373
Inconstãtiæ vero eorum qui ex professione sui iuris dominio carere deberent, voluntas propria,quàm semper secum tenue ũt causa est.c.2.n.5.372
Infantes in primæua ætate sũt coercẽdi.c.3.n.16. 5
Infideles ambigunt quomodo post cõuersionem panis in Christi corpus ibi permaneat panis sapor, & color. cap.6.nu.5. 238
Infideles admirantur quomodo in hoc sacramẽto cum Deus, & homo gloriosus,sit manibus collidetur,& frangatur,ac dentibus masticatur.cap.6. nume.6. 238
Infideles admirantẽ quare Deus in hoc sacramento morando quotidie ab eius hostibus sumi permittit. cap.6. numero 7. 238
Infidelitas iudæorũ & ratione, & prophetis pulchrè ostendit.c.4.n 9. 289
Infirmis morientibus quæ pœnitentia imponi debetur.c.7.n.18. 10
Infirmitas spiritualis quæ.c.8.nu.11.12
Infirmitas duplex, est altera animæ, & altera corpori vendicatur. cap.3.numero 1. 376
Infirmitas omnis tolerabiliter sufferẽda est.c.3.n.12. 377
Infirmitate Deus homines sæpenumero inficit,& torqueri.c.3.n.3. 376
Infirmitates corporales à spiritualibus emanant, atque nascuntur. cap.3.numero 2. 376
Infirmitates in homines improbos aliquando Deus mittit.c.3.n.6. 377
Infirmitates quibus sese sæpius laboramus Deum nos vehementi, ac sollicitiori amore prosequi .cap.3. nu.6. folio 376.
Infirmitates nobis tres potissimum vtilitates afferre videntur.capitu.3.numero 8. 326
Infirmitatis.c.3 n.1. 376
Infirmitatis spiritualis signum quod sig. cap.26.n.17. 75
Infirmos tenentur medici admonere, vt prius sacerdotes accersere faciãt. c.3.nu.13. 377

Digitized by Google

Infirmior qui ſit. capit.13. numero 10. fol.27.
Ingrati illi qui Chriſti fratres dunta-xat fecundum Deitatem non autem ſecundum eius humanitatem euadere vellent,nullius bonæ naturæ conditionem ſequuntur. capit.4. numero 13. 339
Ingrati malas, & improbas cunctarum naturarum cõditiones tolerabiliter. ac facile amplectuntur. capit.4. numero 14. 339
Ingrati cum eorum excuſationibus duplicem pœnam perſoluere merentur.c.4.nu.21. 240
Ingratitudo nolentium decimas Deo præſtare, & eius ſacerdotibus, latè præ oculis ponitur. capit.3. numero 5. 176
Ingratitudo ſumma eſt nolentium ſe ante ſacraméti receptionem præparare.c.6.nu.33. 244
Ingratus eſt qui non reddit,quòd accepit.c.x.n.8. 14
Inimicis dimittendum eſt, vt acquirere valeamus æterni regni mercedé. c.10.nu.8. 201
Iniurias multi ore ad tempus diſſimulant,quam corde remittant. cap.10. num.6. 201
Iniuſtitia denique auidorũ iudicũ toti ciuitati atque reipublicè admodũ obeſt.c.13.n.38. 433
Iniuſtus, & improbus peccator, ab improbis, & iniuſtis hominibus laudibus extolli ſolet.c.2.n.4 439
Innocentiæ effectus quomodo cognoſcatur.c.5.n.23. 117
Inobedientiæ.c.4.n.1. 379
Inobedientiæ peccatum eſt grande.c.4. num.11. 381
Inobediẽtię duplex eſt cauſa, altera intrinſeca, & altera extrinſeca. cap.4. num.1. 379
Inobedientiæ nomen multis eſt odioſum quibus tamen inobedientiæ factum placet.c.4.nu.2. 379
Intentio bona requiritur ex parte tam denunciantis,quàm corrigentis.c.16. num.21. 157
Intentio bona opus etiam quod e ſua natura malum eſt, bonũ efficere nequit.c.5 n.7. 383
Intentio mala ex decreto bonum opus ad nihilum valere facit.c.5.n.6. 383
Intentio cuiuſpiam operis boni in Deo propter tria dirigenda eſt. cap 5.numero 1. 382
Intentio bona intus,& foris opere licito,& honeſto vitæ noſtrę liber debet ſcribi.c.5.nu 8. 383
Intentionem bona opera illa quæ ex ſe ambigua videntur in meritum carcere.c.5.n.7. 383
Intentionem boni operis quæ Deum reſpicit, laudem atque mercedé continuam affere cognoſcimus.capit.5. num.3. 382
Opera bona omnia ſi ab habẽtibus intentionem formatam, atque charitatem peragãtur,ſunt ſibi æternę vitæ meritoria.c.5.n.4. 382
Intentionem rectam in quocunque bono opere huiuſcemodi opus moderantem ac dirigentem habere opere pretium eſſe æſtimamus.c.5.n 9. 383
Intentionis.c.5.n.1. 382
Inuidia tantum ab aliena tranquillitate, ac proſperitate ortum,ac initium trahere.c.6.n.1. 384
Inuidiæ.c.7.n.1. 384
Inuidiæ peccatum pluribus è cauſis à à nobis omni ſtudio, ac diligentia euitandum eſſe ducimus. cap.6 numero 23. 384
Inuidi homines, qui alienis ærumnis atque diſſidijs lætantur quibus aſſimilari poſſint.c.6.n.2. 384
Inuidi, & inuidioſi planctis affimilantur.c 6.n.4. 385
Inuidi feriores, ac deteriores brutis ipſis animalibus eſſe videntur.cap.6. numc.21. 388
Inuidi cunctis improbis malitia,ac nequitia præſtare præſeferunt. c.6. numero 22. 388
Inuidis triplex remedium oſtenditur. c.6.n.32. 390
Inuidorum inſaniam multiplicem eſſe non obſcure enucleatur.c.6.n.15.387

Inuidorum angor, actio, & cogitatus ratione plurimum carent. cap 6. num.16. 387
Inuidorum inuidentiam iracundia, atque cupiditate odio aegula deteriorem, & nequiorē esse clarissime patet.c.6.n.20. 383
Inuidos suos cōfratres minime lędere, sed sibimet mortem creberrime cōsciscere declaratur. capitu.6. numero 18. 387
Inuidus homines Dęmonibus similes esse perhibetur.c 6.n.13. 387
Inuidos Diaboli esse membra, & socios, & discipulos clare manifestatur.c 6.n.14. 387
Inuidus sibi prius quam alteri afficere studet.c.6.n.17. 387
Ira triplex est.cap.8.n.1. 393
Ira irascenti quam plurima incommoda ac detrimēta afferre videtur. c.8. num.2. 393
Ira impedit ne bonum vllum siue cogitando, siue loquendo, siue operando ab irato fiat.c.8.n.3. 394
Ira omne malum excitat atque adducit c.8.n.3. 394
Ira viam occludit ne iracundi prędicta discrimina euadere possint. capit.8. num.4. 394
Ira illos quibus indignantur plurimum periclitari facit.c.8.n.5. 394
Irę cap.8.nu.1. 393
Iracundię ignobilitas atque contemptus multifariam agnosci potest.c.8. num.6. 394
Iracundos & stomachosos libenter potius sustinere eisque cedere, & assentiri, quam instigare, & ad iram prouocare omni cura, ac diligentia debemus.c.8.nu.10. 395
Isaię vaticinium contra illos qui pauperibus panem negant. cap.3.numero 38. 231
Iter magnum facturi diluculo surgunt, ita qui ad cęlum ascendere cupiunt facere debent.c.3.n.9. 4
Iudęi, & Saraceni in causa sunt quod anulum fidei à christianis occupatū non habent.c.4.n.4. 287
Iudei proterue astruentes Messiam in lege,& prophetis promissum non esse Deum.c.4.n.17. 291
Iudex minus agit cum eo qui veritatē fatetur.c.x.n.4. 15
Iudex neminem prouocare debet ad iuramentum pro leui causa. cap.12. num.5. 418
Iudex debet habere potētiam seu fortitudinem.c.9.n.3. 397
Iudices medium tenere debent. cap.x. num.2. 15
Iudices qua de causa credunt excusari. c.12.n.43. 22
Iudices stultos appellant illos, qui pro alijs acquirunt. capit.52.numero 44. fol.25. -
Iudices iniusti callido coruo assimilandi sunt.c.13.n.36. 432
Iudices falsi in quem peccent primum. c.14.n 8. 32
Iudices recti, & maturi quatuor exequi debent.c.9.n.4. 397
Iudices recti duo potissimum execrari, ac detestari frequenter debent. c.9. num.11. 399
Iudices potius veritatem sibi notam quam falsitatem auditam, sequi debere ostenditur. capit.9. numero 31. fol.403.
Iudices ciuitatum dominosq; qui periuria periuriosos ve vindicare,& punire despiciunt,prauè, & perperam agere exemplis expromitur. cap.12. num.34. 424
Iudices si homini prauo plura scelerū genera perpetranti indulgeant, illico sęuitiam non exiguam profecto præseferunt.c.13.n.40. 433
Iudices, & prælati similes sunt leonibus.c.16.nu.23. 157
Iudicij diuini generalis diē ex D.Hier. sententia quindecim signa antecedere commostratur.c.11.nu.1 410
Iudicij diuini.c.11.n.1. 410
Iudicium diuinum duplex est, alterum particulare, alterum vero generale. c.11.nu.1. 410
Iudicij falsi multiplex inuenitur causa. c.10.num.2. 405

Iudicij humani c.x.nu.1. 405
Iudicis munere fungens quatuor virtutes sibi necessario parare contendit. c.9.nu.1. 397
Iudicium illicitum quid sit. cap.10.numero 2. 405
Iudicantes illicitè quaterna causa inueniri potest.c.x.n 3. 405
Iudicium licitum quid sit. cap.x.numero 1. 405
Iudicium geminum esse constat, licitū, scilicet, & illicitum. capit.x. numero 1. 405
Iudicium humanum quare sæpe fallitur.cap.x.n.10. 407
Iudicium Dei vniuersale ignis non immerito præcedere debet. cap.x1.numero 2. 411
Iudicium vniuersale tunc bonis iucundum ac delectabile fuerit. cap.9.numero 13. 413
Iudicium vniuersale ob quinque causas flagitiosis hominibus formidolosum, & horribile fuerit. capit.9. numero 15. 414
Iudicium diuinum signa concomitantia tria esse elucidatur.cap.9.numero 3. 411
Iudicium vniuersale fieri necesse est. cap.9.n.6. 412
Iudicium quòd tunc tèporis Deus iustus iudex obibit à iusto hominum iudicio non distabit. capit.9. numero 7. 412
Iudicium diuinum duas habebit partes sicut humanum. capit.9. numero 8. 412
Iudicium obiurgationes quæ esse debeant.c.x.n.7. 16
Iudicium.cap.9.n.1. 397
Iudicum, & causidicorum falsæ excusationes.c.3.n.16. 443
Iura aliorum accipiètes. cap.12.numero 40 12
Iuramenta quotidiana, vel periuria perfricata fronte, & audacter admittentes, multipliciter seipsos tueri ac defendere student, quorum inutiles voces, & leuiores excusationes facile reprimuntur.c.12.n.22. 421
Iuramentum c 12.n.1. 417
Iusamentum duplex esse enucleatur alterum assertorium, alterum autem promissorium appellatur. cap.12.numero 1. 417
Iuramentum quodlibet triplices conditiones exposcit. capit. 12. numero 1. 417
Iuramentum quomodo sit licitum.c.12. num.2. 417
Iuramētum promissorium quo ad Deū & quo ad homines quomodo nos semper obligare dicitur. cap.12. numero 3. 418
Iurantes inutiliter, & pernicioſe cum Dei eiusve sanctorū iniuria, ac dedecore cęteris colloquentes abutun tur, multipliciter periclitantur. c.12. num.14. 420
Iurando Deum inhonorantes quibus assimilantur.c.12.n.9. 419
Iuratorum seu conceſtium excusationes non ab re respuuntur. cap.9.numero 33. 404
Iurandum nequaquā est pro leui causa. cap.12.nu.4. 418
Iurantium temere, & consuetudinarie ingratitudo, & peccati magnitudo ostendit.c.12.n.8. 419
Iureiurandum, & vota infringere violareque quotidie assuescentes bipartito sibi consulere debent.cap.12.numero 32. 423
Iuris ciuilis Regulæ nonnullę spectantes ad alienarum rerum occupationem & acquisitionem.capit.7.numero 38. 274
Iustitiam palliantes cum fabula. cap.12. num.5. 23
Iustitia diuini iudicij patefit tum ratione, tum auctoritate. cap.1. numero 7. 272
Iustitia fundamentū spirituale in recto statu perseuat.cap.6.nu.2. 303
Iustitia quamodo è longe fiat. cap.13. num.18. 35
Iustitia Dei nos compellit vt animas tam bonorum quam malorum ex huius corporis ergastulo solutas, viuere semper credamus.c.4.n.11. 292.

Iuſtitia eſt triplex, nempe iudicatiua, commutatiua, ac diſtributiua. cap. 13. num. 4. 426
Iuſtitia commutatiua cuilibet menſuræ conferri conſiderate, & aptè poteſt. c. 13. n. 6. 26
Iuſtitia diſtributiua centro ſimilis eſſe non imperite traditur. c. 13. n. 7. 426
Iuſtitia bifariam perturbari, & ac periclitari poteſt. c. 13. n. 31. 431
Iuſtitia ſi à iudicibus hac in vita ob aliquam cauſam non efficitur, mundum iſtum inferis ipſis deteriorem eſſe. c. 13. n. 41. 433
Iuſtitiam pecuniariam faciẽtibus Iudæ ribelli proditori comparantur. c. 13. num. 33. 432
Iuſtitiam, & miſericordiã portat iuſtè iudicans. c. 16. n. 13. 156
Iuſtitiam cum vno dũ taxat oculo clauſo, & læua manu veteres ſapientes non incolſulto finxerunt. cap. 13. numero 1. 425
Iuſtitiam Dei in patria gloriam nobis eſſe. c. 13. n. 21. 429
Ius canonicum & apoſtolicum à lege ciuili diſcrepare non videtur. cap. 2. num. 8. 275
Iuſtitiæ ordo quomodo requiratur ex parte agentis. c. x. n. 5. 15
Iuſtitiæ rigor, & ſeueritas non ſemper petenda eſt. c. 10. n. 14. 202
Iuſtitiæ. c. 13. n. 1. 425
Iuſtitiæ deſcriptio iuxta legis tum humanæ tum diuinæ ſententiam eruditè apponitur. c. 13 n. 3. 426
Iuſtitiæ præceptum eſt vt nõ ſolum ipſi leges, & iuſtitias quas in extraneis obſeruari volunt obſeruent, ſed etiã ſuos propinquiſſimos, & chariſſimos illas obſeruare faciant. c. 13. n. 8. 427
Iuſtitiæ ſecundum præceptũ nobis iniungit de nemine lędendo. cap. 13. nume. 10. 427
Iuſtitiæ tertium præceptum de ſuo iure cuipiam exhibendo, ac præſtãdo nobis abijcitur. c. 13 n. 11. 427
Iuſtitiæ diuinæ, & veræ, & iuſtitiæ mundanæ ſeu falſæ differentia. capit. 13. num. 12. 428
Iuſtitiæ mundi exequutores domini, & potentes, qui improbos ſuſtinẽt probosq; cuertunt. c. 13. n. 14. 428
Iuſtitiæ Dei, & hominũ diſſimiles ſunt. c. 13. n. 16. 428
Iuſtitię falſæ mundi vno ſanè nomine gaudentes impędio magis vindictę, quam iuſtitiæ nuncupari merito debent. c. 13. n. 7. 428
Iuſtitiæ vere exequutio ſummo emolumento nobis & tum in via, tum in patria. c. 13 n. 22. 429
Iuſtitiæ rectę impeditio. cap. 13. numero 29. 430
Iuſtus abſcondit ſeipſum, & opera ſua. c. 5. n. 7. 7
Iuſtus ſanctusq; à ſanctis, & iuſtis, cum primũ occubuerit laudibus, & encomijs dignis efferri ſolet, & debet. c. 2. num. 3. 438

L

LAbor. cap. 1. n 1. 434
Laborantes in hac vita duplices ſunt, quidam bono, quidam malo labori inſudant. cap. 1. n. 1. 434
Laborantes ſeptem ſunt, qui rectè & non inaniter laborant. c. 1. n. 1. 434
Laborantium rite tres ſunt cõditiones, bona intentio, ſedula exequutio, & extrema perſeuerantia. cap. 1. numero 3. 434
Laborantium rite meritum, & præmiũ. c. 1. nu. 4. 435
Laborem illorum nunquam perire qui proprio corpori alendo, & proli ſuę nutriendæ laborioſe inuigilant. c. 1. num. 5. 435
Laſciuorum hominum ineptiæ ac nugæ comprimuntur. c. 7. n. 11. 458
Latrones qua de cauſa ſint in terra. c. 12. n. 23. 20
Laudem, & meritum quomodo acquirere poſſimus. c. 1. n. 5. 348
Laudis. cap. 2. n. 1. 438
Legata mortuorum non ſoluentes in periculo eſſe exemplo pateſit. cap. 12. num. 54. 24

Legem tetræ in medium afferentes cõparantur Iudæis. capitu.12. numero 39. 22
Legem in eam partem, quam volunt trahentes. c.12.n.42. 22
Legem gratiæ nos comparasse, & obtinuisse pulcherrimo exemplo sacræ paginæ addiscimus. capit.3. numero 4. 440
Legem impleri bonis operibus. cap.3. num.7. 441
Leges qua de causa addiscantur. cap.14. num.31. 35
Leges violantes Traiani Imperatoris exemplo reluctantur. cap.3. numero 9. 441
Leges iuste triplices ob causas violari, & dissipari solent. cap.3. numero 12. fol.442.
Legi non obtemperantes. capit.12. numero 41. 22
Legis.c.3.nu.1. 440
Legislatores praui legulei, ac iudices bifariam stipendiarijs, seu tributarijs sane assimilantur. cap.3. numero 14. 442
Legum conditiones sunt bonæ, & iustæ. c.14.n.1. 31
Legum mutatio mutationem non arguit in legislatore Deo. cap.3. numero 3. 440
Legum bonorum violatores, ac dissipatores falsi, & praui iurisperiti causarumque patroni esse videntur. cap.3. num.13. 442
Lex terræ.c.12.n.58. 22
Lex in causidicos cap.14.nu.41. 37
Lex quadruplex est, Naturę, Mosis, Christi, & mundi, c.3.nu.7. 440
Lex naturæ, & Mosi, quare legem Christi seu gratiæ antecesserit. cap.3. numero 2. 440
Lex gratiæ quomodo à Christigenis debet obseruari. capit. 3. nume.6. fol.442.
Lex, & exemplum prohibent illos etiã cum mulieribus versari, qui suis nitentes viribus se posse cum illis pudicè, & integre cohabitare explorarum habent. c.7.n.43. 465
Liber mortis duplex est. cap.4. numero 1. 44
Liber iudicantis Christi. cap.4. numero 2. 444
Liber. c.4.n.1. 441
Libidinis crimine luxurioſi nõ solum gratiarum donum confestim amittunt, sed etiam eos temporalibus bonis sæpe sæpius orbari, & abdicari videmus. c.7.n.33. 463
Libri vitæ. c.4.n.3. 444
Libri qui indiscriminatim tum vitæ, tum mortis esse dicuntur. cap.4. numero 4. 444
Libri sacræ scripturæ tam in vita, quã in morte vtilitas. c.4.n.15. 447
Libro diuinę cognitionis iustos, ac bonos diuersè scribi. c.4.n.8. 445
Librorum tria esse genera. cap.4. numero 1. 444
Librum etiam copias, & opes dici. c.4. num.5. 445
Librum vitæ immutabilem cognitionem Dei appellãdam esse. cap.4. numero 6. 445
Licentia ab episcopo data in generali præsumitur etiam in speciali. cap.7. num.6. 9
Lingua teste sapiente triplex est. cap.6. nume.6. 187
Linguaces, & periurioſi furibus, & homicidis conferri possunt. cap.12. numero 12. 419
Linguaces cum Iudæ pessimo Christi mercatori, tum Dæmonibus deteriores esse præseferunt. cap.12. numero 13. 419
Linguaces, & blaterones plurimum insaniæ, & minimum scientiæ possidere. c.5.n.13. 450
Lites bella rixæ iurgia, oriuntur ex discordia. c8.n.4. 194
Litigantes munera elargientes, tum arbitri ea accipientes debitum supplitium iuxta legum sanctiones persoluent. c.9.n.34. 404
Locorum terminos mouentes. cap.12. num.56. 24
Loquentium bene, & discrete præmiũ, & meritum. c.5.n.29. 453

Locus Deo dedicatus ornari, veneraríque ac celebrari, seu frequentari iure optimo debet. capit. 4. numero xi. 182
Locutionum duorum conditiones. c. 5. num. 5. 449
Loquentes de Deo triæ in medium asserunt, tria de seipsis tradere debēt, tria demum de proximo. capit. 5. numero 2. 448
Loquentium duo sunt genera, nonnulli eloquuntur & nōnulli obloquuntur. cap. 5. n. 1. 448
Loquentium tria esse genera, quidam otiosè, quidam inaniter, & quidam pernitiosè alloquuntur. capit. 5. numero 4. 448
Loquentium miseria. capitu. 5. numero 10. 449
Loquentium pœna. capit. 5. nume. 22. fol 452.
Loquutionis. c. 5. n. 1. 548
Loquutionis pernitiosi cognoscuntur à qua patria ortum habent. cap. 5. numero 7. 449
Loqutores vt plurimum sunt mendaces, ac veritatem inficiantur. cap. 5. num. 14. 450
Loquutorum linguæ trifariam maximopere obesse videntur. capit. 5. numero 17. 451
Ludorum genera duo sunt. cap. 6. numero 1. 454
Ludus cap. 6. n. 1. 454
Ludus licitus animi relaxandi causa inuentus est. c. 6. n. 1. 454
Ludus illicitus voluptatis, ac vanitatis studio exercēdo in more positus est. c. 6. n. 1. 454
Ludus alearum tum clericis, tum laicis omnibus interdicitur. cap. 6. numero 2. 454
Ludi quare omittendi sint. cap. 6. numero 3. 454
Luminis proprietates. capit. 4. numero 4 397
Lunæ conditiones tres. cap. 19. numero 4. 47
Lusores pluribus è causis allucinantur atque fallun tur. c. 4. n. 4. 45
Lusores plurimis damnis afficiuntur. c. 6. nu. 7. 455
Lusores detestabilibus eorū ludis ceteris quamplurimis iacturas nō exiguas afferre solent. capit. 6. numero 8. 455
Lusores triplicia pœnarum genera luere debent. c. 6. n. 10. 455
Luxuria fuit causa omnium malorum in bellis, quæ à sacris paginis referuntur. c. 2. n. 48. 98
Luxurię. c. 7. n. 1. 457
Luxuriæ communis, & generalis descriptio. c. 7. nu. 1. 457
Luxuriæ, & coitus septem sunt species. c. 7. nu. 2. 457
Luxuriæ species quadrifariam admitti possunt. c. 7. n. 4. 457
Luxuriæ modi ad species comparatæ maioris sunt periculi licet non minoris criminis. c. 7. n. 19. 460
Luxuriæ vitio Deum cōmunibus supplicijs quandoque æquissime vlcisti. c. 7. nu. 36. 464
Luxuriosorum pœna. c. 7. n. 37. 464

M

Magistri negligenter facere quod dicūt, auditores suos opprimunt. capit. 7. numero 5. 248
Malus & si imperet, & regnet seruus est bonus vero, & si seruiat, & obediat liber est. c. 12. n 33. 216
Malus diues, & opulentus cum è vita abijt quercui non temere assimilari debet. c. 8. n. 9. 255
Mali quibus comparantur. cap. 4. numero 26. 113
Mandata Dei sunt æquitas quo ad gentes omnes, vt habeant triplicē æquitatem, cordis, oris, & operis. cap. 4. num. 2. 234
Martires qui per viam martirij imitari nequeunt via tamen munditiæ virtutūq; eos sequi peroptime possunt. c. 7. nu. 4. 277
Matrimonia multa sunt adulteria. c. 17. num. 2. 43

Digitized by Google

Matrimonia Christianorum quomodo assimilentur matrimonijs iniquorũ. c.17.nu.3. 43
Matrimonium contrahentes quomodo excommunicentur. capit.7. numero 14. 10
Membra Christi quomodo cum Christo ascendere possint. capit.24. numero 10. 68
Membra Christi quomodo cognoscantur.c.12.n.14. 148
Messiam Christum à femina virgine nasci debere.c.4.n.19. 291
Michææ prophetæ misteriosa, & arcana vaticinatio.c.13.n.18. 428
Miles cuius sit cognoscitur ab armis. c.24.n.16. 66
Milites in otio degentes cuius sint. c.8. num.17. 13
Mimorum, ac Parasitorũ histrionumque & id genus blateronum excusationes inanes, & faciles facile refelluntur.c.5.nu.20. 451
Modus amandi Deum. cap.20. numero 4. 49
Moises dimisit bonos vicarios ad sui gregis israelitici custodiam. cap.18. num.8. 170
Monaci, & canonici regulares qua de causa excommunicentur. cap.7. numero 13. 10
Mortui speculum nostrum esse debẽt. c.7.n.20. 252
Mortuis omnes viui sunt ingrati. c.12. num.53. 24
Mortuorum bona, & vtensilia præoccupantes, & sibi vendicantes latrones merito appellandos ducimus. c.8.n.8. 255
Mutatio omnis lõge abesse à libro Dei. c.4 n.9. 446
Munus accipientis est reddere, quod acceperat.c.x.n 6. 14
Munus naturæ est communicare bona accepta.c.x.n.7. 14
Mulieres ornatæ quæ ad eas concupiscendas homines alliciunt,assimilantur Domui accensæ, cap. 7. numero 20. 460
Mundanos timeri ab inimicis, & amicis placere desiderare. capit.1. numero 6. 3
Mundus, & Diabolus ambo simul in principio vt parua furta faciant suadent.c.8.n.9. 307
Mulierum lasciuientium inania verba c.7.n.29. 462

N

Abuchodonosoris exemplũ abstinentis per septem annos à pane, vino, & carne. cap.4.n.7. 7
Nobilitatem sanguinis, & prolis non magnificiẽdum esse, si à virtute seiuncta, & sola permanet. c.2.n.36. 326
Nomen adulatoris quibus attribuitur. c.15.n.1. 38
Nominis Christi deuota memoria, & inuocatio multum valet. cap.17.numero 1 . 164
Natura Angelica,& humana in conditione libera creari debuit. capit.2. num.15. 350
Naturalia ad suum finem accedunt, ita nos ad Deum finem nostrum. cap.9. num.1. 13
Naturalis vis est inter parentes & prolem.c.5.n.17. 301

O

Blatio corporis Christi defunctorum animabus prodest,cap.6.nu.16. 240
Obediens perfectus quomodo esse debeat. capit.5. nume.23. 122
Obedire aliqui volunt superiori, qui nunquam contra illorum ordinaret voluntatem. capit.4. numero 3. fol.379.
Obloquutor, & maledicus est diaboli ipsius veneficus. capit.6. numero 7. 187
Obseruatio præceptorum.c.16.n.9. 74
Officium Angelorum. capit.22. numero 1. 58

Oculo

Oculo misericordiæ subditos aspicit qui in virtute dominatur.cap.12.numero 6. 211
Officium malorum angelorum.cap.22. nume.19. 60
Opera bona nostra vsque ad tempus mortis occultare debemus.cap.2.numero 17. 322
Operarios cuiusq; artis in errore quodāmodo excedere c.14.n.23. 34
Operatio eorum qui de legibus agunt quomodo sit.c.14.n.4. 32
Operis vtilitas inclinat voluntatē operantis.c.x.n.xi. 138
Operum bonorum fecunditas est conditio requisita ad debitam dispositionem cordis.c.14.n.12. 150
Opino vulpi de malis. capit.12. numero 29. 29
Ordo iustitiæ quomodo requiratur ex parte agentis.c.x.n.3. 15
Os tripliciter custoditur, ita opera tripliciter custodiūtur.s. respectu Dei, suimet, & proximi eius. cap.18.numero 3. 169

P

Pacis testamentum cōditum à Christo impedientes,excommunicatos à Deo esse nemo non iudicat. capit.8. nume.6. 194
Pacis tempore multi sunt qui fideles persequuntur.c.1.n.35. 271
Papa pro terra sancta recuperanda iustè indulgentias exhibere potest.c.17. num.1. 162
Papa mandare potest omnibus nationibus,vt admittāt prædicatores in eorum terris.c.17.n.2. 162
Papa & crucis prædicatores non debēt expresse,& directe prouocare, & irritare fideles ad homicidium infidelium.c.17.n.3. 162
Parentes vehementius delinquere,qui maiori amore prolis corpus quā animam prosequuntur. capit.5. numero xi. 300
Parentes,nutrices, & magistros omnibus se vitijs expiare debere dū pueros educant.c.3.n.2. 4
Parentes hodie à priscis natorū patribus non parum distant.c.5.n.9. 299
Parentum admonitiones si non efficaciter fuerint factæ, parum prosunt. cap.3.n.20. 5
Patientia benigna necessaria est ex parte correcti.c.16.n.29. 158
Patri necessarium est filium informare,& castigare.c.5.n.13. 300
Paupertas in morte, & miseria præcedens parit lętitiā,& spē.c.xi.n.9. 205
Pauperem hominē qui inter proprias ędes suscipiunt, ipsum Christum eiusque angelicam familiam hospitantur.c.5.n 3. 361
Pauperes Christi quibus assimilantur. c.3.n.19. 228
Peccata omnia excusabilia videri præterquàm auaritia.c.27.n.55. 86
Peccata nostra quādo magis debeamus confiteri.c.5.n.29. 122
Peccata nostra quare debeamus sæpe confiteri.c.5.n.38. 124
Peccata semper abijcere debemus, & mundā seruare animam.c.2.n.1. 3
Peccator imitari debet in carceribus detentos.c.5.n 56. 126
Peccati causa quæ bona amittantur.c.5. num.5. 114
Peccator abscōdit peccata sua turpiter. c.5.n.9. 7
Peccator dum in peccato est in manu diaboli manet.c.6.n.6. 119
Peccatores quomodo abijcere debent peccatum.c.2.n.4. 3
Peccatores reprehensi ex officio correctionem ante Deum micant,& lucēt. c.16.n.35. 158
Peccatores sunt veluti latrones ad crucem euntes.c.5.n.46. 125
Peccatores nōnulli fiunt vidētes peccatores sic vocari,& honorari, q nūquā aliqualiter fuissent mali c.7.n.30. 270
Peccatores viuis pœnas tartareas exponentibus fidem præstare nolunt.c.1. num.15. 173
Peccatorum nostrorū causa dolere debemus.c.5.n.3. 114
Peccatorum genera septē sunt,qui perperam operam nauant.c.1.n.2. 435

Digitized by Google

Peccatum eſt cauſa totius tribulationis.c.16.nu.1. 2
Pecunia accepta valet perinde,ac eleemoſina.c.16.n.40. 159
Periuros qui cum precibus tum pretijs ad peierandum flagitioſe, ac callidè illiciunt, graue piaculum admittũt, & homicidij ſcelere perinde ſe aſtringunt.c.12.n.18. 420
Pœna quid ſit.c.6.nu.4. 8
Pœna qua afficiuntur violantes, & profanantes ſacras ædes. capit.4. numero 12. 183
Pœna nolentium bene, & vtiliter accuſare,vel.accuſari ad emendationem. c.11.nu.11. 16
Pœna ingratorum quæ.c.x.n.x. 14
Pœna male accuſantium quæ.cap.x.numero 8. 16
Pœna debita hominibus in poteſtate poſitis, & conſtitutis qui feſta à ſubditis melius obſeruari non faciunt per pœnas, & coactiones. cap.3.numero 18. 281
Pœna æterna qua merito feſtorum contemptores,& conſentientes afficiuntur.c.3.n.19. 281
Pœna eorum qui auferunt defunctorũ bona.c.8.n.2. 306
Pœna furantibus intercuntium bona debita.c.8.n.22. 268
Pœna diuitibus inflicta pro eorum exceſſibus duplex eſt.c.11.n.27. 208
Pœna fidem Deo, & proximo violantibus.c.4.nu.38. 296
Pœna, & afflictio non exigui momenti qui iudicibus xenia, ac dona magna ſibi ut iniuſtitia faciẽtes innoc ẽtes incommodare velint. cap.13. numero 34. 432
Pœnam corporalem plus timent delinquentes quam pecuniariam. cap.16. num.39. 159
Pœna temporalis qua aduerſus improbos peierantes hac in vita vti oportet duplex eſt.c.12.n.28. 422
Pœnas temporales licet multi euadant, non tamen æternas.c.17.n.12. 45
Pœnarum diuerſitas eſt in damnatione æterna.c.1.n.3. 171
Pœnitens debet accipere pœnitentiam ſibi impoſitam.c.5.n.19. 121
Pœnitens quem confeſſorem eligere debeat.c.6.n.10. 120
Pœnitens ad pœnitentiam paratus, vel confeſſor non imponens an puniendus ſit.c.7.nu.21. 11
Petrus, & Paulus quam plures à languoribus liberabant virtute.
Peieratores æternam pœnã perſoluunt. c.12.n.30. 423
Pericula multa oriuntur à falſorum cõſilijs atque ſtatutis.c.1.n.41. 272
Periuroſis hominibus, qui arrident, & fauent magna imminet calamitas. c.12.n.17. 420
Periurij vitium in multis caſibus difficile eſt emẽdare propter malum effectum inde ſequentem. cap.12. numero 31. 423
Periculum & ſtultitia eorum qui occaſiones luxuriæ quærunt. cap.7. numero 23. 461
Potentiam ſuam abſcondere tribulãtibus,& percutientibus ſe.c.5.n.a. 7
Præmia iuſta perſeuerantes conſequi vt curſores Brauium.c.x.n.5. 14
Præcepta quomodo obſeruari debeant, c.16.n.9. 74
Prælati, & Sacerdotes non ſunt immunes à grauitate peccati populorum eis ob mala exempla detrahentium. c.3.nu 12. 180
Prælati quomodo ſolent ſe ipſos excuſare.c.18.n.9. 170
Prælati ſimplices, & rudes eliguntur humilitate ad cuſtodiẽdum Dei domum,& gregem.c.18.n.6. 169
Prælatos ſuperuacaneis, & inanibus ſumptibus ab egeſtate, & neceſſitate aliquãdo opprimi, atque angi.cap.4. num.16. 359
Prælatus piger, & iners in corrigendo peccatores, eis ſociatur in malis, & ſceleribus.c.16.n.59. 161
Prælatus non arguens eius familiã,culpabilem, & ſuſpenſum ſe reddit.c.16. num.24. 157
Præparatio quomodo eſſe debeat. c.13. num 26. 29

Proditorē domeſticū vnus quisq; maio ri ſupplicio afficit quam extraneum. cap.1.n.21. 174
Prouerbium de lingua cauſidici.cap.14. num.22. 34
Proximum temporaliter, & æternaliter interficiens ab ipſo Deo & temporaliter, & æternaliter trucidabſtur.c.2.n.4. 353
Pueri ab infantia inſtituendi. cap.3.numero 1. 4
Pueri angelis compara ntur.c.3.n.2. 5

Q

QVerelę rerum ad beneficium hominis creatarum. capit.x. numero 12. 15

R

RAdix mali concilij in petente concilium.c.x1.nu.28. 143
Raptores dum alienis bonis onerantur cęleſtibus priuantur.cap.12.num.48. 23
Rectores ciuitatum quibus comparentur.c.4.nu.2. 109
Regule nonnullæ iuris ciuilis ſpectantes ad alienarum rerum occupationem & acquiſitionem.c.7.n.38. 272
Religioni Chriſti deſeruire omnes ferè noſtra hac tempeſtate erubeſcunt. c.5.nu.6. 235
Religionis Chriſtianæ in hoc mundo non eſt exaltari, ſed deprimi. cap.1 nume.7. 3
Religioſi boni in quo proſint.cap.4 numero 15. 11
Religioſi quomodo eſſe debeant in vitio adulationis.c.15.n.4. 41
Religioſi ad fraternitatem ſuam quomodo amicos recipiant, capit.7. numero 6. 304
Religioſorum bona habētes nunquam acquieſcunt.c.12 n.22. 20
Religioſus quomodo eſſe debeat. c.12. nume.26. 20
Remedia ad euitandum tot illicitas locutiones. c.9.n.24. 452
Remedia adhibentes multi ne ſua bona perdant.cap.12.n.16. 19
Remedia tria aſſeruntur quę omnem nocendi facultatem tum prouocatis tum prouocantibus ad iram eripere poſſunt.c.8.n.13. 396
Remedia comparanda ab impudicis vt pœnas facilius euadere poſſint. c.7. num.39. 463
Remedium contra verecundiam confitentis.c.5.n.61. 127
Remedium ſe liberādi ab omnibus periculis in quę incidunt aliorum bonorum raptores.c.12.n.37. 25
Remedium contra auaritiam eſt conſideratio mortuorum, vel mortis aliorum.c.27.n.66. 89
Remedium tam ex parte iudicātis, quā ex parte iudicati.c.x.n.18. 409
Remedium contra omnia mala q̄ prouenium ex chorizātibus. cap.15.numero x1. 153
Remedium ad curandam deſperationis valetudinē, duplex inueniri poteſt.c.2.nu.15. 188
Reos mortis in iudicio, ad mortem condemnare, & morti trādere, non excludere dilectionem, & proximi charitatem.c.13 n.39. 433
Reſtitutio bonorum ante mortem debet fieri, quia poſt mortem nihil valet.c.27.n.46. 85

S

SAcerdos quid efficere debeat poſt contritionē.c.5.n.26. 117
Sacerdotis munus dum pœnitentium peccata audit.cap.5. numero 23. 115
Sacramentorum veritas ſub rebus viſibilibus abſconditur.c.5.n.1. 7
Sal ſapientiam indicat, quæ de cęlo eſt, & ad cęlum perducit.c.4.n.25. 293
Sacrificiorum genera in veteri teſtamento olim fuerunt tria.c.2 n.1. 438
Salarij conditio quomodo eſſe debeat. c.14.num.7. 32
Salus difficilis eſt quando reijciuntur peccata debita opera ad mortem.c.5. nume.14. 116
Salutem neminem conſequi poſſe arbitramur, niſi in aliquo horum triū ſtatuum vitam duxerit, qui quidem ſunt Virginitas, connubiū, & ſeu matrimonium, ac viduitas.c.7.n.12.458

Sama-

Digitized by Google

Samaritani, & vulnerati significatio. cap.9.nu.2. 260
Sancti quomodo cognoscantur.cap.10. numero 2. 61
Sãctorum & bonorum operum plures sunt laudatores quam imitatores. cap.3.nu.5. 278
Sanctus qui Deo propinquius adhæret intensiuè plus alio gaudet, qui Deo non adeo appropinquat.c.2.n.14 313
Scientia Dei refertur ad rerum euẽtũ & non ad necessitatem c.4.n.12. 445
Scientia Dei approbatiua bonorũ omnium causa est.c.4.n.14. 446
Scientiam Dei immutabilem minimè malorum causam esse.c.4.n.13. 446
Sedes pro omnibus sũt in curia diaboli.c.8.nu.6. 12
Sententia lata lite cõtestata priuilegiũ monstrandum non valet.c.6.n.6. 8
Sentẽtia suspẽsionis, & interdicti quomodo debet seruari.c.7.n.4. 9
Sententiam iudicis qui non vult audire quid facere debeat.c 26.n.40. 78
Sermo noster tria amplecti debet, vt de illo rectè gloriemur.c.2.n.2. 319
Serui, & operarij tribus modis seipsos excusant de parua festorum veneratione.c.3.n.25. 283
Serui illi viliores esse æstimantur, qui viliori domino Diabolo, & in vilioribus peccatorum operibus cõtinuẽ famulantur.c.2.n.37. 326
Seruitia coacta nec dominũ, nec Deũ diligere.c.5.n.4. 7
Signa quibus legitimi Dei filij ab illegitimis secerni, & discerni possint duplicia sunt.c.5.n.2. 298
Signum & experimentũ euidẽs, vtrum sit quis Diaboli membrum, an Dei. cap.12.nu.4. 147
Simoniaci,& iniusti.c.14.n.9. 32
Simoniaci, & iniusti sũt veluti sagittarij.c.14.n.10. 32
Simoniaci, & iniusti cõparantur latronibus.c.14.n.12. 33
Simoniaci,& iniusti comparantur monti Ethnæ.c.14.n.15. 33
Simoniaci comparantur hæreticis, & legum falsarijs.c.14.n.15. 33
Simoniaci comparantur brutis animalibus.c.14.n.17. 33
Simoniaci comparantur ranis. cap.14. numero 19. 33
Simoniacorum, & iniustorum potẽtiæ quæ.c.14.n.11. 32
Socij malorum quomodo puniantur. cap.21.n.28. 58
Speculum nostrum mortui esse debẽt. cap.7.nu.20. 252
Spes ædificiũ erigit, & allicit homines ad fortiter operandum t.6.n 2. 303
Spiritu renouatus quomodo cognoscatur.c.5.nu.39. 124
Stultitia dominorum,& periculum eorum qui quærunt, & retinent malos consiliarios.c.11.n.42. 145
Stuprum sibi vendicare primũ grauioris culpæ locum dicimus post fornicationem.c.7.n.13. 449
Subditi inopes, & pauperes sunt in eo dẽ periculo qui iudicum iustitiam vendentium nummis,& exequentiũ potestati subduntur ac subiacent.capitu.13.nu.35. 432
Subditi, & serui eorum dominorũ res inuolãtes quomodo se excusant. capitu.8.nu.3. 306
Subditorum seruorumque domini tria sibi cordi semper esse conantur. c.3. numerò 23. 282
Suffragia debita defunctorum nõ reddentes, nõ solum fures,ac sacrilegi, sed pessimi proditores iure perito vocandi sunt.c.8.n.10. 256
Superbia elati bonis alienis saepenumero animum perdunt.c.12.n.36. 21
Susanæ exemplum c.13.n.27. 430

T

Abula in adulatores. capit. 5. numero 32. 42
Templũ destructũ siue Arapenitus diruta, & iterum reædificata,consecranda est.capit.4. numero 5. 181
Templum materiale,quando est violatum morte, vel sanguinis effusione reconciliatur, sic anima tãquam spirituale templum violata homicidio, & odio reconcilianda est.c 4.n.7.182

Tem-

Digitized by Google

Templum materiale ſicut polluitur, & violatur quacúque luxuria, ita ſpirituale corrumpitur cor quacunque praua cogitatione. c.4.n.4. 181
Templum tum dedicandum eſt, & conſecrandum quando de eius dedicatione a pluribus ambigitur. c.4.nu.8. folio 182.
Tempus ad ieiunia ordinatum, ac ſanctum quale ſit. c.1.n.2. 370
Tempore fit leue, quod eſt in principio difficile. c.3.n.16. 5
Terminos locorum mouentes. cap.12. numero 56. 24
Terminus viarum qui ſit. c 19.n.12. 48
Terræ legem in mediũ afferẽtes comparantur iudæis c.12 n.39. 22
Timor offenſæ impedit correctionem. cap.16.nu.43. 160
Timore, & amore debemus nos prepa rare, c.13.n.20. 28
Tumidi, & auari ſæpe ſæpius ex alienis bonis nomẽ, & famã ſibi acquirunt. cap.2 nu.11. 276
Turpido animæ peccatoris quomodo cognoſcatur. c.22.n.7. 61
Tutor nõ debet altius extollere domos ſuas in præiudicium ſui pupilli. c.18. numero 10. 170

V

VErba Dei nõ audiẽtiũ, quæ dementia ſit. c.26.n.12. 74
Verba Dei audienda quo pericula vitemus. capit.26. numero 35. 77
Verbo, vel ſigno alios ad luxuriandum inducentes, ſimiles ſunt falſis mercatoribus, & falſis hominibus in quacunque arte. c.7.n.22. 461
Veritas in cęlo proſternit cupiditatem vſque ad infernum. c.13.n.29. 35
Veſtibus curioſis nouis non licet vti ad ſpirituale aliorum damnum. capit.7. numero 21. 252
Via impiorum quare pręferatur. ca.5. numero 10. 8
Viarum terminus qui ſit. capitu. 19. numero 12. 48
Victores debẽt cauere, & timere, quia dominium bello acquiſitum non eſt ſtabile. c.2.n.55. 99
Victores tenentur ad reſtitutionẽ omnium damnorum, & quia fortuna eſt variabilis. c.2.n.56. 100.
Virtutes quomodo facilius ſequantur. cap.3.n.12. 5
Vindicta temporalis in homicidas à Deo ſit reſiſtendi efficacia ſecundo modo ſanguinis clamore, & tertio modo mirabili miraculorum manifeſtatione. c.2.n.6. 353
Viſitatores prætores locorum cogẽtes ſoluere vſuras, nouam religionẽ inuenientes impediẽtes excommunicantur. c.7.n.15. 10
Vitæ curſus propter miſerabilem eius ſtatum ad humilitatem nos reducere debet c.6.n.11. 366
Vnitas triplex eſt in Deo. c.20.n.14. 50
Volũtarius hominis motus neceſſario eſt à contrario in contrarium. cap.2. numero 32 316
Voluntatem defunctorum ſimulanter promittentes exequi, proditoribus aſſimilari aperitur. c.8.n.11. 256
Voluntatis noſtræ liberæ congrua poteſt aſſignari cauſa tam ex parte Dei quam ex parte noſtra. c.1.n.4. 347
Voti tranſgreſſio non ſolum in propriũ ſed etiam in maximum illarum mulierum cum quibus peccant reddunt periculum. c.7.n.17. 460
Votum quod in ordinis ſuſceptione de cõtinentia ſeruãda includitur, æternum eſt. c.7 n.15. 459
Vtilitas magna nobis prouenit excordis conſeruatione. c.14.n.22. 151
Vtilitates quæ fluunt à caſtitate in hac vita, & in alia vita. c.3.n.3. 103
Vxores, famuli, amici, & filij malè acquirentium nõ deberent eſſe participes rerum acquiſitarũ, ſed potius oſtiatim eleemoſinam petere. ca.12. numero 9. 48

Finis Indicis Partis Primæ Summæ Prædicantium.

Ba[illegible]sche
Staat[illegible]

SVMMA PRÆDICANTIVM DICTA OMNES VTILIORES, & neceſſariores Diuini Eloquij Declamationes breuiter attingens,

A' R. P. F. Ioanne de Bromiard Sacræ Theologiæ Profeſſore, & Ordinis Prædicatorum edita.

PROLOGVS.

PRædicãtium vita ſecũdùm B. Gregorium ſuper Ezech. Homilia iij. Sonat, & ardet. Sonat verbo. Ardet deſiderio. Aes ergo candẽs eſt prædicatio accenſa. Sed de candenti ære ſcintillæ prodeunt: quia de eorum exhortatione verba flammãtia ad aures audientium procedunt. Recte ergo prædicatorũ verba appellata ſunt ſcintillæ: qa eos, quos in eor de tetigerint, incendũt. Et ſicut ſcintillæ ad diſtantes volant: ita prædicatores non ſolum inflammare debẽt præſentes ſcintillis verborum, ſed etiam poſteris, & diſtantibus: quãtum poſſibile eſt proficere debent exemplis ſcripturarum. Vnde Caſſiodorus lib. 2. Epiſt. 21. Sequens (inquit) ætas cum aliqua opinabili nouitate ſuccedat. Nam ſi glorioſum eſt poſteris auctas extendere facultates: quãto præſtantius eſt hæreditarias augere virtutes. Sicut ergo qui hæreditatẽ augmẽtat, aliqua inuenit ab anteceſſoribus ſibi derelicta: aliqua de ſua induſtria addit, ſita inſcribẽdo inuẽta, & ab alijs dicta, vel ſcripta: aliter ordinanda, atq; augmentanda ſunt. Vnde Seneca ad Lucillum Epiſt. 65. Fateor à ſapiẽte mihi iſta acquiſita ſunt: mihiq; laborata, ſed agamus modum patrisfamilias: faciamus ampliora, quæ accepimus; maior iſta hæreditas à me ad poſteros tranſeat. Multũ adhuc reſtat opus: multumq; reſtabit: nec vlli nato poſt mille ſecula præcludetur occaſio aliquid adhuc adijciendi. Cuilibet ergo non ſolum ſibi, vel ſuo tempori: ſed etiã poſteris viuendum eſt. ¶ Ad hoc habemus ducem, exemplum, & auctoritatem. Ducem habemus naturã. Sol enim & omnia luminaria quantum poſſibile eſt omnibus lucent: non ſolum præſentibus, ſed etiã poſteris noſtris lucebunt. ¶ Exemplum, illuſtrium virorum vitam: dicit Imperator volũtarios (inquit) labores appetimus, vt quietem alijs præparemus, Vt in Auth. vt diuinæ iuſſiones in princ. Collat. 2. Item dicit Imperator. Omnes inquit dies, ac noctes nobis contingit cum cogitatione degerere: vt aliquid placens Deo, & amabile noſtris collationibus prębeamus. In authentico, vt iudices ſine aliquo ſuffragio in princip. collat. 2. ¶ Authoritatem ſapientum. Antiqui enim ſapientes non æſtimabant aliquos viuere: niſi viuerent

Seneca.

ad aliorum vtilitatem. Vnde Seneca ad Lucillum Epiſt. 58. Nō ſibi viuit, qui nemini viuit. Idem in Epiſt. 82. Paucis natus eſt, qui populum ſuæ ætatis tātūmodo cogitat. Sic etiam loquitur Tullius libro de Anima, cap. 6 Non (inquit) minoris curæ eſt mihi, qualis poſt mortē meā reſpublica fuerit, quàm qualis hodie. Idē de offic. lib. 1. c. 6. præclare (inq uit) ſcriptum eſt à Platone: nō ſolum nobis nati ſumus: ortusq; noſtri partem patria vendicat, partem amici, atq; vt placet ſtoicis, quæ in terris gignuntur ad vſum hominū omnia creari: homines vero hominū cauſa eſſe generatos, vt ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſſent. Sic etiam loquitur lex ciuilis dicens, ℘ homo naſcitur reipublicæ. ff. de capu. & poſtli. reuer. l poſtliminium. § filius quoque fa. transfuga. in digeſto nouo. li 11 Quibus cōcordat Philoſophus 1. Ethic. docens, quòd bonum vniuerſale diuinius eſt. Vide aliā l. ad hæc concordantem. F. iij. 26. Sic etiam loquitur Paulus ad Rom. 14. Nemo (inquit) ſibi viuit, &c. Et ſapiens in Eccleſ. 33. Videte (inquit) quoniam non ſolum mihi laboraui, ſed omnibus exquirentibus diſciplinam. Iſtorum ergo iſformatus exēplo: compilationem à me prius collectā in iſto libello ad meā, & aliorum vtilitatem emendaui & augmentaui, ponendo certas materias ſub determinatis literis ſecundum ordinem alphabeti, per propria capitula diſtinguendo. Et quia frequenter contingit mittere de vna litera, & de vno capitulo ad aliud propter ſimilitudinem materię, de qua agitur in loco, de quo agitur & mittitur; quotatur litera & capitulum ad quod mittitur, & numerus in margine ſignatus ſub quo, quod quæritur, inuenietur. ¶ In hoc etiam opuſculo non videtur vanum dicta & exempla iſerere de diuerſis facultatibus. Quia ſicut dicit Petrus Bleſenſis in quadā Epiſtola. Nunquam (inquit) frater verbis vim faciam, de qua facultate ſumantur, dummodo ædificēt ad ſalutem. Nam nec de herbis quęritur in qua terra, vel cuius hortulani cura vel cultura adoleuerint dummodo vim habeāt ſanatiuam. Nam de fabulārum Gentilium moralitate forma quādoq; eruditionis elicitur, & phas etiā eſt ab hoſte doceri, & ditare hebraeos de ſpolijs Aegyptiorum: ſæpius nāmē per exēpla ponūtur accepta de moribus hominum, quàm de animalibus vel de alijs rebus ignotis, vtpote hominibus, quibus loquendum & prædicādum eſt magis nota & credibilioris perſuaſionis: ꝑ notiora enim debet ignotorū ſcientia acquiri: frequentius etiā exēpla ſunt applicata cō tra vitia particularia: quia generalia minus mouent, & volant tantum ad aures: quemadmodum amici generales, qui tātum recipiūtur ad aulam: ſingularia vero volant ad cor ſicut amici ſpeciales, qui recipiuntur ad cameram. De hoc rengratiatur Ruth. 1. Inuchi (inquit) gratiam in oculis tuis, & locutus es ad cor ancillæ tuæ. Multi lōquūtur: ſed nō ad cor: quia non deuotione, ſed verborum compoſitione & philoſophiæ oſtēſione aures demulcent auditorum cōtra doctrinā Auguſtini li. de cathechizandis rudibus. Maxime (inquit) eſt vtile noſſe, ita eſſe proponendas verbis ſentētias, vt præponitur animus corpori: & ita male debēt meliores, quàm diſertiores inuenire ſermones: ſicut male dicuntur prudentiores, quàm fortiores habere amicos. ¶ Eſt aliud etiā aduertēdum, quòd frequenter in hoc tractatu adducuntur Gētiles, & eorum opera in teſtimoniū veritatis. Et ſi quęratur in doctrina Chriſtianæ fidei, quid nobis de his, quæ foris ſunt, reſpondet Beatus Gregorius in Moral. li. 1. c. 6. ad confutandam impudentiam noſtram: gētibus homo Iob ad exemplum deducitur: vt quia obedire homo legi ſub lege poſitę deſpicit, eius ſaltem cōparatione euigilet, qui ſine lege legaliter vixit. Errāti igitur homini data eſt lex: errāti vero ſub lege adducitur teſtimonium illorum, qui extra legem ſunt: vt quia cōditi cōditionis noſtræ ordinē ſeruare nolumus, præceptis admonemur. Et quia præcepta cōtempſimus: exemplis confunderemur. Sic ergo homo ſine lege ad mediū deducitur: vt eorum, qui ſub lege ſunt pranitas cōfundatur: & ex actione ſecularium actio cō-

Tullius

Petrus Bleſenſis.

Aug.

Greg.

fundatur

fundatur religionis, dum illi viuēdo cu-
ſtodiunt, quę ipſi promittendo contem-
nunt. ¶ Huic etiam propoſito accidit, ꝙ
Dei virtus & ſapientia non ſolum Ninui-
tas: verum etiam ciconiam: miluum &
hirūdinem cōtra incredulos tempus ſuū
non agnoſcentes, in teſtimonium crimi-
Iob. 12. nis inuitauit, necnō & Iob iumenta præ-
b cepit interrogare: vt rationem habētibus
& non vtentibus ſint in exemplum. ¶ Ex
diuerſis ergo multa colligēdo in vnū nō
ſine magno labore: naturam ſequor apū.
Seneca. Vnde Seneca Epi. 87. apes (inquit) imitari
debemus, q̄ ita vagantur & flores ad mel
faciēdum carpunt: deinde quicquid attu-
lerint diſponunt, ac per fauos degerunt.
Ita debemus quæcūq; ex diuerſa lectio-
ne cōgeſſimus ſeparare, melius enim di-
ſtincta ſeruātur, deinde ad debitam facul
tatem ingenij in vnū ſaporem varia illa
libamēta redigere, vt etiam ſi apparuerit
vnde ſumptum eſt, aliud tamē eſſe, q̄ vn-
de ſumptum eſt, appareat. Quod in cor-
pore noſtro videmus operari naturā: ali-
mēta, quæ accepimus q̄diu in ſua quali-
tate perdurant, ſtomacho oneri ſunt, ac
cum mutata ſunt, in vires & ſanguinem
tranſeunt. Idem etiam illis, quibus alun-
tur ingenia præſtemus, vt quæcunque
hauſimus non patiamur integra eſſe.
Idē Epiſt. 2. Cum multa percurreris, vnū
excerpe. Idem Epiſt. 87. nec ſcribere tūn,
nec legere debemus: altera vires cōſter-
nabit, & exhauriet, deſtilo dico: altera di-
luet inuicem hæc: alterū altero temperā-
dū eſt vt, quicquid lectione collectū eſt:
ſtilus redigat in corpus. Cęterū quicquid
in hoc opuſculo repræhēdēdum ęſtima-
tur, meæ aſcribatur inſufficiētię: quicq̄d
vero vtile, ſaluatoris & perpetuę virginis
attribuat clementię: & beatiſſimi doc-
toris Gregorij ac patris noſtri beati Domi-
nici auxilijs: lectoresq̄; pro collectore pe-
ces porrigāt ſalutares, quod ideo faciant
ꝙ nō minus videtur promereri precum
ſuffragia, qui operatur cibum, qui nō pe-
rit pro animabus in æternū victuris, q̄-
diu ædificat hoſpitale ꝓ corporibus ite-
Grego. rum morituris: cū teſte beato Gregorio
in moralibus. Viuificatio & conſeruatio
animarum ſine cōpatatione viuificatio-
nem & cōſeruationem excedat corporū.
Neſcio (ſiquit) ſi pōt homo aliquid in hac
vita maiꝰ accipere: ignoro, an poſſit hac
gratia intima maiorē Deus homini ali-
quam cōferre: q̄ vt eius miniſterio pēr-
uerſi homines in melius mutētur: vt de
filijs diaboli, filij Dei efficiantur. Contra
forte cuiq̄ maius videbitur eſſe mortuos
ſuſcitare: ergo ne maiꝰ erit ſuſcitare car-
nem iterum morituram: quàm animam
inęternum victuram: ergo ne maius erit
carnem reuocare ad gaudia mūdi, quàm
animę reſtituere gaudia cęli? ergo ne ma
ius erit reſtituere carni bona trāſeuntia
iterum peritura, quàm animę bona ęter-
na reddere inæternum māſura? O qualis
dos, qualis dignitas talē gratiā accipere
a Deo nō debuit? Dei ſponſa a ſpōſo ſuo
dotem aliam accipere nō decuit Cęleſtē
ſponſum ſponſæ ſuę aliam dotem dona-
re, quàm vt per adoptionis gratiam poſt
multos deo filios gignere: & de filijs irę,
filijsque gehennę regni cæleſtis hæredes
aſcribere. Idem ſuper Ezech. Homil. 12.
ca. 38. Nullum omnipotenti Deo tale eſt
ſacrificium, quale eſt zelus animarum. Ad
idem beatus Greg. Homil. 5. ſuper Euā-
gelia. Plus (ſiquit) eſt verbi pabulo victurā
inęternum mētem reficere, q̄ vētrē mo-
rientē carnis terreno pane ſatiare. ¶ Po-
ſtremo circa tractatum ſequētē tria ſunt
aduertēda. Vnum ꝙ leges adductę nō ita
in hoc opuſculo ſcribūtur, quantum ad
quotationis modum, ſicut in libris ſolēt
ſcribi legiſtarū, qui digeſtū vetus & no-
uum & infortiatū per duplex ſcribūt. ff.
& totū allegāt digeſtis. In hoc vero ope-
re, & volumine ī generali, & libri in ſpe-
ciali frequēter nomina exprimuntur: ne
illi, qui dictorum librorum habēt copiā:
ſed eos vertēdi magnum nō habēt vſum
vel experiētiam, in quærendo, quod alle-
gatur, lōgius euagentur. Aliud, ꝙ exem-
platum ab iſto acceptum, antequam eſſet
factum vel correctum in multis: & ſpe-
cialiter in prima litera A; ſequentium di
ſcrepat capitulorum diſtinctione in ex-
teriori articulorum annotatione. Ter-
tium eſt, quòd frequēter fit miſſio ad ſcr.

mones tanquam ad materiam ſimile m vel breuius ordinatam.

¶ Abiecti, & depreſſi. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Quid boni afferat humilitas.*
2 *Exemplum in natura rationali, et irrationali.*
3 *Qua ratione bonos a malis Deus cruciari permittat.*
4 *Exemplū in natura ſenſibili de equo antiquo.*
5 *Exemplū in moribus de latrone, qui in primo ſupplicio non corrigitur.*
6 *Mundanos timeri ab inimicis, & amicis placere deſiderare.*
7 *Quod bonum conſequantur depreſſi.*

ABiecti, & depreſſi ſunt quidā ī hoc mūdo propria electione præcedēte: alij volūtate cōſequēte: alij volū tate ſemper contradicente. Primi à Deo exaltabuntur. Secundi purgantur. Tertij bis puniētur. ¶ De primo habemus exē- Arti. 1. plum ducem & auctoritatem. ¶ Exemplū 1 in his, quæ cōtingunt circa naturam inſenſibilem Lapis enim precioſus ī mari propria natura, & īclinatione deprimit: ſed a ſapiente inuētus exaltatur. Sic qui ſe in mari huius mundi humiliauerit, à Chriſto exaltabitur: & ecōtra palea, & putredo in mari exaltata à ſapiēte abijciuntur: ſic quem mūdus exaltat, Chriſtus deprimit: vnde depoſuit potētes. Luc. j. Ducem habemus vitā illuſtrium virorum. Refert Valerius li. 4. dictorū, & factorū memorabilium c. 4. de Attilio ab aratro rapto, vt eſſet Imperator Roman⁹: ſed ille ruſtico opere attritę manus ſalutē publicam ſtabilierunt, ingētes hoſtium copias peſſundederūt; quibus erigebantur triūphales curꝰ, nec fuit bis rubor eburneo ſcipione depoſito agreſtem ſtipitē aratri repetere. Idē patet de ſancto Alexio, & Eleazaro. 2. Mach. 6. qui volūtarie ibat ad ſupplicia. & de multis alijs martyribus & confeſſoribus, quorū quolibet dicere poteſt illud Pſal. 83. Elegi abiectus eſſe in domo Dei. ¶ Secū di purgant, Art. 2. & à Deo recipiuntur, & ad hoc pmittunt 2 deprimi, vt ab eo recipiātur, & exaltentur: ſicut bonus paterfamilias pmittitur granum optimum terrā deijci, vt creſcat, & in horreū exaltetur. Ad hoc etiā permittitur flagellari, ut purgetur. Exemplū ad idem in natura irrationabili; ſerpens flagellatus venenū emittit. In natura rationali; latro flagellatus ueritatē fatetur, & promittit latrocinia dimiſſurum: hoc dictat ratio; ꝙ videlicet infirmatus, & tribulatus causā quærit infirmitatis, vt ceſſet, & tribulatio ceſſet. ¶ Sic ſpiritualiter cum peccatum ſit cauſa totius tribulationis, & depreſſionis, illud confitendo ceſſat, quod ſi fecerit à Deo recipietur. Exē- 3 plum de manaſſe. T. v. 40. & de Paulo. Et licet Deus pmittat bonos à malis in hoc mundo deijci: tamen alia eſt intentio flagellantis: alia permittentis, & recipiētis. Mundus enim & mūdiales intēdunt bonis nocere, quia contrarij ſunt operibus eorum, & nolunt conſentire falſitatibus eorū, vel quia nolunt corū defectus corrigere: ſed quanto ſic plus deprimūtur: tā to plus a Deo diligūtur. Exemplū in moribus: afflicti, & incarcerati in regno tyrā ni ſemper fidem, quam ſeruāt vero regi ſuo, cui ipſe rebellat, vero regi cariores erūt: ſic victricus, qui odit matrē, & filiū eius: filium matri adhærentem verberat, quem, mater eo diligentius cum ad eam venerit, cōſolatur. Victricus bonorum eſt mūdus, & mali, qui filios Dei affligunt, & deijciunt: ſed ipſe eos conſolabitur, ipſo teſte, qui ait Eſa 66. Quomodo ſi mater blandiatur filio, ita vos conſolabor, & in Hieruſalē cōſolamini, & videbitis, & gaudebit cor veſtrū. Figura. j. Reg. 30. Dauid reficit, & conſolatur puerum à magiſtro ſuo crudeliter derelictū, & abiectum: ſic Chriſtus ne pereat abiectus. 2. Reg. 14.

¶ Tertij non corriguntur: exemplum de Art. 3. grano putrido, qđ flagello corrumpitur, nec tamē paleam dimittit; & lignum induratum, & ex antiquo incuruatū: citius frāgitur, quàm ad rectitudinem reducatur: ſic &c. Exemplum in natura ſenſibili 4. de equo antiquo, qui nec flagellis diſcit ambulare.

Digitized by Google

ambulare: ſed redit ad antiquam cõſuetudinem,tales bis puniẽtur. Exemplũ in moribus latro,qui propter amiſſionem vnius auris non corrigitur,iterum amittit aliam,in poſtremo vitam. Figura de Pharaone,& de Herode, quos tribulatio ad Deum non reduxit. Eze.xxxiiij.quod adiectum eſt,non reduxit.Sed aliqui nec abiectionem eligunt cum primis,nec eã patienter ferunt cum ſecũdis: ſed ad eius contrarium anhælant cum tertijs. Cuius erroris vna eſt cauſa,quia non reſpiciunt ad exemplar fidei: ſed ad exemplar mũdi. Vident enim alios ſuperexaltatos, & 6 eleuatos,& in diuerſis dignitatibus poſitos amicis ſuccurrere, ab inimicis terreri cogitant:vltra ſe eſſe ita ſciẽtes, ita nobiles,ita generoſos,vt verentur poſtponi, & deprimi,& quaſi inſcij ab omnibus reputari tã amicis, quàm ab inimicis. Affectant inſuper placere amicis, & timeri ab inimicis: & horum occaſione animam ſuam periculo exponunt, qui eandem non rediment,& dum mundi famæ inconſulte conſulunt, aſſerẽtes ſe de fama eorum oportere cogitare, animam perpetuæ exponunt infamiæ, ſalubrius caperẽt exemplũ à Paulo, qui vult apud mundum reputari ſtultus, vt ſit ſapiens apud Chriſtũ. Ait enim mundi ſapiẽtib. vos nobiles,nos ignobiles, vos ſapientibus,nos ſtulti: & alibi dicit ſe omnium 7 peripſima,vſque adhuc.j.Corũ.iiij.Tales etiã conſolatur Deus per Bedã ſuper illud Iac.j.Omne gaudiũ exiſtimate fratres, ne inquit indignemini, ſi mali in hoc mũdo floreant,& vos patiemini, qa nõ eſt Chriſtianæ religionis in hoc mũdo exaltari: ſed deprimi. Mali nihil habẽt in cœlo,vos nihil in hoc mundo: ſed ſpe illius boni ad qđ tẽditis, quicquid in via contigerit: gaudere debetis. Semper enim nobis nitendum eſt,vt hic in abiectione,& in cœlo in fruitione ſimus ſocij Chriſti,qui fuit opprobrium hominum, & abiectio plebis in Pſal.xxj. Qui enim in hoc mundo pro Chriſto abijciũtur:in alio mundo cum illo exaltabunt, & hoc in ratione conſonũ, & huic legi, quę dicit, qꝑ qui in vno grauatur, in alio debet releuari.ff.de iureiurando.l.eum qui.i.in digeſto veteri li.xij.nõ erubeſcamus ergo eſſe humiles, vt exaltemur. Exemplo Iacob, qui non erubuit reputari deformis, & piloſus Geñ.xxvij.vt patris benedictionem conſequi mereretur: ita nec nos, vt benedictionem illius conſequamur,qui dicit, & talibus ꝓmittit Ezech. xxxiiij.Quodabiectum fuerat,reducam, ſupple, vt benedictionẽ hæreditate poſſideatis.j.Pet.iij.Sed videlicet, qui mundabit aream ſuã, Matth.iij.ariſtas à grano ſeparando Beatus Grego.Ariſte ad alta proſilium grana intus latent:ſed ariſtis contritis grana patent, ſic reprobi dũ hic honores quęrunt,quaſi ad alta proſiliũt. Electi autem per humilitatem ſe abſcõdunt, ſed quando reprobi contriti fuerũt per pœnam, patebunt electi ad glotiam. Grego.

¶ Abijcere. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *In aliquibus ſemper teneri, ſed aliquando magis, vt in paſchate ſumere euchariſtiã.*
2 *In hac re affert exempla in natura ſenſibili in irrationabili parte.*
3 *Regis hoſtis,proditor,& publicè bannitus, non eſt recipiendus.*
4 *Vt latrones videntes regem abijciunt furtũ,ita peccatores peccatũ abijcere debẽt.*

A.ij.

ABijcere ſemper debemus peccata,& mundã ſeruare animã. ¶Circa quod duo ſunt dicenda. Primo oſtẽdetur propoſitum. Secundo oſtendetur,qꝑ propoſitum eſt, cito faciẽdum ¶Ad primum ſemper,diligamur: tamen aliquãdo ad hoc obligamur cum maiore ſolicitudine & diligẽtia, ſicut cui committitur camera regis, vel aliquod precioſum iocale cuſtodiendum; licet ſemper illud 1 cum reuerentia cuſtodiat:tamen quando rex eſt venturus ad illum locum:cũ maiore apparatu, & ob cuſtodum maiorem vtilitatem camera diligentius mũdatur. Et omnia, quæ regis aſpectum offendere, vel cuſtodum præfectũ impedire poſ- Arti.j.

Digitized by Google

ſent abijciuntur. Ita nos, quib. cõmittitur preciosum iocale, & Dei camera custodienda, uidelicet aĩa ad Dei imaginẽ facta: licet ſemper teneamur eã mũdã ſeruare, tñ qñ Deus eſt ad eã uenturus, cum alio nouo modo, uel propter noſtrã ſpecialẽ vtilitatẽ, ſicut in natalicio, & paſchate, & pẽthecoſte, ĩ quorũ primo venit noſtrã naturã aſſumendo. In ſecũdo & tertio ſeipſum nobis dando. Et ideo iſtis tẽporib. ſpecialius præparandũ eſt eius hoſpitium, & hac de cã ſatis congrue legitur ante natalicium illud apoſtoli Rom. 13. Abijciamus opera tenebrarũ, & induamur arma lucis: ſic vt in die honeſte ambulemus. Sicut enim alterius ſancti diẽ præcedit vigilia, ĩ qua hoĩes ſe diſponũt, vt digni in feſto inueniãtur: ita ſancti ſãctorũ præcedit totũ tempus aduentus, vt opera abijciãtur tenebrarũ, id eſt, peccatorũ: quia cõiter peccãtes quærunt tenebras: quia qui male agit odit lucẽ, niſi forte ſuperbes. Hæc aũt opera tenebrarum numerãtur ad Gall. v. Fornicatio, immũdicia, inimicitiæ, contẽtiones, ebrietates, homicidia, inuidiæ, qñ uidelicet vnus aliũ odit: qa lucrũ ſuũ impedit ſequitur, qui talia agunt, regnũ Dei nõ cõſequentur. ¶Hæc ergo abijcienda ſunt cito, & ſine reſumptione. Exẽplũ in natura ſenſibili. Cẽlũ abiicit peregrinas paſſiones, & ſeruiſia & vinũ bonũ ſe purgat, & abijcit corruptionẽ, quod ſi nõ facit, ſignum eſt, ꝙ nõ eſt in ſe purũ nec ſanũ. Exemplũ in natura irrationabili. Canis & omnẽ aĩal ſentiẽs in ſe malum quærit illud eiicere ſtatim, & medicinã q̃rere ſicut dicitur, ꝙ medici deuenerunt ad cognitionẽ herbarũ, ſerpentẽ lædẽdo, & eũ ĩ prato dimittendo, ſtantes à longe, vt uiderẽt ad quas herbas ꝙ ſanitate declinaret: eſtote ergo prudẽtes ſicut ſerpẽtes, Mat. 10. Exẽplum in natura rationali corporali: homo enim ſentiens ſe granatũ, quærit ꝙ ſudorẽ malum eiicere. Exẽplum in arte: falſum fundamentũ abiiciendũ eſt, & corrigendũ, ne totum opus cadat: falſum fundamentum eſt peccatum & iniuſto modo acquiſitũ: ſicut in feſtis vel falſitatibus. Exemplum in lege mundi. Hoſtis regis & proditor & publice bannitus non eſt hoſpitio recipiendus, ſed abiiciẽdus: quia regũ & principũ proditores, vel in mortẽ eorum conſpiratores, fautores, cõſiliatores, uel receptatores ſunt maxima pœna, & turpiſſima morte dãnandi: ſicut patet. C. lib. 10. de receptatorib. l. 1. Et C. lib. 9. ad leg. Iul. maieſt. l. j. & l. quiſquis. Cũ ergo diabolus & peccatum & ſeruus eorum inquãtum tales ſint huiuſmodi, uidelicet Dei proditores, & de cœlo bãniti sũt ab omnib. abiiciẽdi. Et mulũ remunerabitur homo à Deo eis reſiſtẽdo, ſicut multa dãtur à rege ei qui eius capit proditorẽ. Exemplũ in lege Dei, in qua leproſi præcipiuntur de caſtris eiici. Exẽplũ in morib. hoĩm: nobiles ſentiẽtes fœtores, dicunt adiicite iſta, ſed dormientes fœtores non ſentiunt: ita nec ipſi fœtorẽ peccati: quia ſpũaliter dormiũt, ſed excitati ſentiẽt. ¶Item latrones videntes regẽ, uel iudicẽ uenientem latrociniũ de collo proiiciunt. Et niſi hoc faciant quãdo poſſunt ante tribunal iudicis cũ vellent, non poterunt. Et multi ſic decipiuntur nõ ceſsãtes, uel reſtituentes, ſed ſemper euadere ſperantes. Sic in propoſito, to, abiiciamus dum poſſumus, quia hodie cãtatur. Ecce rex tuus uenit. Tota applicatio patet. abiicite ergo deos alienos Geñ. 35. de tẽplo Dei ſui: de anima p cõfeſſionẽ: de ſacrario cordis tenebras infidelitatis, carnalitatis, & malignalitatis: ſicut patet ſermo. 22. à porticu ſenſuũ. Videlicet ab oculis tenebras uanitatis: ab aurib. tenebras detractiõis, & iurationis: & ab ore ſiſſr. Ab attio operũ tenebrarum cupiditatis, & crudelitatis. Iac. j Abiicientes omnẽ immũdiciã ſuã p frequẽtẽ cõfeſſionẽ more antiquorũ bonorũ Chriſtianorum, q ſæpe, & ſpecialiterĩ p̃cipuis ſolẽnitatib cõfitebãtur, & cõicabãt. Exẽplo ẽt ſaracenorũ. Ione. 3. puenit uerbũ ad Regem Niniue, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit à ſe ueſtimẽtum ſuũ, & ĩdutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Nota. e. 6. 13. Et. a 13 19. Et c. 6. 3. Niſi eñ iſta opa de collo abiiciãtur, in tranſitu mortis trahent de deorſum, & abiicient in profundum, qđ patet per hoc qđ refert beatus Greg.

Exemplum. Greg. Greg.4.dialogorū de quodam cui Deus oſtēdit in ſpiritu,qūo mortui multas ſuſtinebāt pœnas:iter quos uidit quaſi pōtē artiſſimū,ſup quē onuſti peccatis volentes tranſire,qui à dęmonibus,qui ſub onere peccatorum erant, de quo in Pſal. 37. Onus graue grauate ſunt ſuper mę deorſum trahebantur ad pœnas.Abijciamus ergo omne pōdus,& circumſtās nos peccatū, quia iuſtū eſt,q̄ illi in tenebras e teriores à Deo abijciātur,qui hic Deū per opera tenebrarū abiecerūt, qui dicit. j.Reg.8.nō te abiecerūt, ſed me.Abiiciūt enim Deū in ſe ipſo de tēplo animæ,& ponūt in tēplo diaboli,uidelicet iter uiliſſimas ſordes.ſ.gulæ,& luxuriæ, & huiuſmodi,quę ſi ponerēt i tēplo materiali, q̄d minus eſt,reputarentur peſſimi Chriſtiani.Abiiciunt etiā eum in mēbris ſuis pauperes de domo expellendo,& excludendo,& male tractando, & de fraudando. Abiiciūt etiā doctrinā.ſ.eā paruipendendo.in Pſal.49. Proiecisti omnes ſermones,&c.cōtra illud Prouerb.3.Diſciplinā dñi ne abiicias:ſicut nec fratres carnales tam hæreditatis tuæ.Exemplo Pauli ad Gal.2.Non abijcio gratiam Dei.

¶ Ab infantia. Cap. III.

SVMMARIVM:

1 *Pueri ab infantia inſtituendi.*
2 *Parentes,nutrices, & magiſtros omnibus ſe vitijs expiare debere,dū pueros educāt.*
3 *In hoc eſt exemplū de Alexādro Magno.*
4 *Exēplū d̄ pāno nouo facile tīctura recipiēte*
5 *Exēplū i natura irratiōali d̄ equo,& boue.*
6 *Exēplū i medicina d̄ morbo ſanādo medela*
7 *Exēplū i morib. d̄ ſeruitio gratiori i iuuene.*
8 *Vt cōueniūt cū filijs regū ipſorū ſodales:ita filij cōuenire debent cū operibus Chriſti.*
9 *Vt q magnū iter facturi sūt,diluculo ſurgūt ita q adcœlū aſcēdere cupiūt facere dēnt.*
10 *Exēplum de viris illuſtribus noui, & veteris teſtamenti..*
11 *Confert pueros cum agelis.*
12 *Facilius eſt virtutes ſequi,ſi ante vitia nō fuerimus ſecuti.*
13 *Minus eſſe laborioſum & diaboli manibus vēdicare ſi in virtutibus occalluerimus.*
14 *Diabolus à minorib.ad maiora ducit peccata*
15 *Qui in peccatis conſenuit cum difficultate abijſdem ſe aufert:*
16 *Quod eſt difficile i pricipio fit leue tēpore.*
17 *Infantes in premena etate sūt coercendi.*
18 *Parētes raro gaudent filijs male educatis.*
19 *Exemplum de quodam ſuſpenſuro,qui petris naſum abſcideras.*
20 *Admonitiones parentum,ſi non efficaciter fuerint factæ parum proſunt.*
21 *Filij domi retinēdi, vt bonū cōtrahāt habitū*
22 *Exemplum de vacca, & vitulo marino quo ad curam filiorum.*

AB infantia informandi sūt pueri timere Deum, & abſtinere ab omni peccato. Circa q̄d duo ſunt dicēda. ¶Primo oſtendetur intentū multis exemplis. Secūdo oſtēdetur pœna,tā nō informātium, q̄ nō informatorū. ¶Primū patet : quia tunc ſunt magis aptu,& diſpoſiti ad doctrinæ ſuſceptionē. Exemplū i natura inſenſibili plātula nouella eſt ductilis,& inclinabilis ad omnē partē:ſic filii,& filię,quę sūt ſicut nouellę plātationes in iuuentute : in Pſal.143. Iſta plātacula debet appodiari uirga correctionis: ne omni uēto ꝓprię uolūtatis moueatur.Prouerb.22.ſtultitia colligata eſt i corde pueri uirga diſciplinę fugabit eā. ¶Sed aliq̄n dū appodiamenta incaute circa plātaculā ponūtur, eā nō ſupportāt,ſed opprimūt.Sic aliq̄n ipſimet parētes.ſ.pr̄ & mr̄,aliq̄n magiſtri,aliq̄n nutrices,fantes quos informare deberēt abſtinere ab omni peccato cordis,oris,& operis,& ſic ad Deū eos erigere ſpūaliter,malo exēplo,uel facto,uel negligētia opprimūt.Citius.n.eos īformāt i cātilenis carnalib.q̄ eos alliciūt ad amores illicitos; q̄ i his,qui ptinēt ad Deū, uel eorū ſalutē.Gaudēt,& ridēt de eorū iuramētis,& ſcurrilib.uerbis maledicis.Gaudētes em̄ uidēt eos duci ad patibulū īferni, ducētes eos coreas, & ſpectacula i habitu laſciuo.Quotiēs.n.uidēt eos peccare, & nō corrigūt, eos diabolo nutriūt:d̄ qb.male dictis i Pſ.105.Immolauerūt filios ſuos et filias ſuas dęmoniis.Exēpū ad hocopti mū B.G.i li.4.c.17.dialogorū d̄ puero qn que annorū quē dęmones pp iura,d̄ qb. eū pr̄ nō correxerat d̄ ſinu pris ad īfernū rapue-

A. iij.
1
Arti. 1.
2
Exemplum Gregorij.

Digitized by Google

3 rapuerũt. Sic fuit infectus, & ſpiritualiter oppreſſus. Alexãder magnus, de quo refert Vincẽtius in libro de informatione puerorũ, ſtatũ greca (inquit) narrat hiſtoria Alexãdrũ orbis dñatorem Leonidis magri ſui, nõ potuiſſe vicijs carere in teſtu, & morib. quib adhuc puerulus fuerat infectus. Iuxta illud Prouerb. xxij. Adoleſcẽs iuxta viã ſuã &c. etiã cũ ſenuerit nõ recedit ab ea. Et eſt exẽplũ ad hoc
4 de ſpeculo nouo: qđ faciliter ꝯhit macula indelibilẽ. Et de pãno nouo recipiẽte tinctura indelibilẽ: ſic qđ noua teſta capit &c. Sic adoleſcẽs iuxta viã ſuam &c. Aliud exẽplũ ad principale ꝓpoſitũ eſt de cera molli, q̃ recipit faciliter impreſſionẽ, & ſimilitudinẽ cuiuſcunq; ſigilli.
5 Ad idẽ exẽplũ ī natura irrationali: ſicut de equo qui ambulare dẽt. Et de boue, qui portare dẽt iugũ. Et breuiter oẽs beſtiæ: & aues melius domãtur, & domeſticant ī iuuẽtute, quia multa ex iſtis in ſenectute domeſticari nõ pñt. Exẽplũ in
6 arte medicinæ, anteq̃ qualeſcat morbus adhibẽda eſt medicina, & lana melius recipit tincturã, q̃ pãnus. Exẽplũ adhoc in morib. hoĩm. Seruitiũ. n. iuuenilis ætatis frequenter eſt nobilius, & acceptabilius, quia pulchriores, mũdiores, fortiores, & agiliores ſunt: ſic iuuenes Deo, quia pulchriores ſunt in ætia. vñ Vincẽ. in lib. de puerorũ nobiliũ eruditione dicit, ꝙ iuuenes offerũt Deo ſimilam, ſenes furfur. Sicut. n. multi in iuuẽtute docent filios ſuos diligẽter, qũo curialiter aſſiſtẽt, & miniſtrabũt potẽtib. ad caprãdũ eorũbeneplacitũ, maximè vbi p tale ſeruitiũ ſpes eſt de magna ꝓmotione. Ita à principaliori, & digniori, priori rõne eos ĩformare deberẽt, qũo Deo ſeruirẽt, & placerẽt: quia ibi eſſet ſpes de magna ꝓmotione?
7 Et ſicut videmus vltra, ꝙ charũ eſt nobilibus, ꝙ filij eorũ nutriantur cũ filio regis, vt bene ſint cũ illo cũ regnauerit: ita ſtudeãt, ꝙ filij eorum nutriatur cũ filio Dei, vt regnẽt cũ illo in regno ſuo. Sed vltra videmus, ꝙ oportet ſodales filij regis in multis ei conformari, & facere, q̃ ipſe facit, & ludere, q̃ ludit: ſic ſpiritualiter debẽt informari filij quorũcunq;, ꝙ ſe cõformet operib. Chriſti filij regis ſũmi in humilitate, in mũdicia, & alijs virtutibus in iuuẽtute ſua: quia frequenter contingit, ꝙ filij pauperũ, ſeu ſimpliciũ, qui cum patrib. eorũ ſunt nutriti in iuuentute, in victu, & veſtitu, & laboribus cõtra eos in ſenectute; nõ ſuperbiãt: nec eorũ erubeſcãt vitam, vel opera. Sed aliũde nutriti in curijs regũ & nobilium, & 8
ibidẽ impinguati, caſtrati, ditati, & dilatati: cũ ad mãiorem ætatẽ peruenerint: erubeſcunt nõ ſolum pñs victũ, & veſtitũ, & labores, ſed & etiã nomẽ ſimul, & parentelã: ſicut patet infra. c. dẽ erubeſcentia de filio Pariſius negãte patrẽ ſuũ. Ita eſt impropoſito de nutritis ab ĩfantia cũ Chriſto in paupertatẽ, & alijs virtutib. & de alijs nutritis in delicijs: equitaturis, & venationib. qui neſciunt miſerias pauperũ, nec experimẽto, nec doctrina, quia ducuntur frequẽter à malis: & ideo neſciunt Chriſtũ reuereri: ſed Deum patrẽ illorũ cõtẽnunt in ſe iura mẽtis in ſuis mẽbris crudelib. ſicut filij, vt dictũ eſt, q̃ nõ ſunt nutriti cum patrib. ſuis. Ideo ſignãter dicit pater noſter Chriſtus ſinite paruulos venire ad me: ſupple, vt mecũ nutriantur ab adoleſcẽtia ſua. Quia ſicut 9
dĩ Tre. iij. bonũ eſt viro cũm portauerit iugũ dñi ab adoleſcẽtia ſua. Aliud exẽplum ad principale in morib. ſiue in cõſuetudine eſt de dño, ſeu patre, qui mane excitat ſeruum, vel filium, qui dẽt magnam dietã facere, & ſpecialiter vbi magna ſperatur merces, & tps eſt breue, & vbi multa pericula cõtingũt ī via: diligẽter hortatur, ꝙ caute vadat ſic in illis, q̃ dñt facere dietã ad cœlũ. Applicatio patet. Exẽplũ ad hoc in viris illuſtrib. veteris teſtamenti, & noui. Dauid ei ſic fuit 10
doctus, qui ait. Deus docuiſti me à iuuẽtute mea, & vſq; nunc in Pſal lxx. Sic & filius ſuus Salomon a patre ſuo, qui ait Prouer. iiij. Ego filius tui patris mei tenellus, & vnigenitus corã matre mea. & docebat me, atq; dicebat, ſuſcipiat verba mea cor tuũ, cuſtodi p̃cepta mea, & viues. Sic Thob. iunior à pr̃e ſuo Sic. ſ. Aug. à matre ſua: ſic S. Nic. ſic S. Edmũd⁹: ſic. ſ. Ludo. rex Fraciæ a matre ſua, quæ dicere ſolebat:

ſolebat,ꝙ libēti⁹ videret filiū ſuū,& hęre dē corporaliter mori, q̄ mortaliter peccare:Och.nō ſic mō,qa mallēt, ꝙ peccarēt mortaliter: q̄ ꝙ caput illorū doloret, de quolibet iſtorū, & his ſimilib. dici p̄t: illud Thob j.Ab īfantia illū timere Deū
11 docuit,& abſtinere ab omni peccato.Sed differūt infantiū correctionē, aſſerentes eos nimis iuuenes ꝑ caſtigatione æſtimātes ſe totū ī poſterum corrigere, & ad bonū finē eos deducere. Sed aduertāt tales,ꝙ decipiūtur,pueri.n.puri ſunt,quaſi Angeli.Angeli aut ſtarim ſe dederunt in zelo,vel bono, vel malo, & in hoc adhuc ſtāt.Sūt ēt calidę naturę,quaſi ignis. Ignis vero cito aſcēdit vel extinguit:ſic ī ꝓpoſito ēt patet. Itē ex quo cito ſciūt aſſuefacere ad mala,& leuitas,& iuꝝa:quare neſcirēt ſe aſſuefacere ad vtilia,ſi eſſēt
12 informati.Et hoc aduertāt illi,q̄ iſtius ſūt opinionis,ꝙ facilius artē adiſcit, qui nihil de ea ſcit, q̄ malē in artis principijs, vel eius contrarijs informatus:quia tunc oportet primo deiſcere, anteq̄ addiſcat, qđ oſtēdit Vegeci⁹ de re militari li.1.c.x. Sicut patet ſermo.cxlv.& lxxij.docēs, ꝙ milites,à iuuentute ſunt in arte militari exercitādi,vt arte, & nō caſu vīcāt:& addit cām: facilius(ſquit)eſt ad virtutes nouos imbuere, q̄ ꝓteritos reuocare. Sicut arbor anteq̄ curuetur facilius in rectitudine tenetur,& pānus facilius recipit nobilē colorē, qui prius nō recepit colorē notariū. Nota optimē.c.viij.12.Et ſer.v. 11.Sic in morib.aīa facilius recipit picturas virtutū,& dei ſimilitudinem, q̄ prius
13 nō recepit picturas viciorū, nec diaboli ſimilitudinē. Diabolus nō libēter dimittit ſeruū, qui ei fideliter incipit ſeruire, ſicut nec homo facit.Sed homo talē quātū pōt ſibi ſtrictius obligat, ne ad alium recedat.Ita diabolus talē plurib. ligat vīculis peccatorū, faciēdo magnā cathenā ex plurib.anulis,quæ ſeruū ſuū ducat ad
14 infernū.verbi gr̄a. De gula, & ebrietate ad luxuriā,de luxuria ad debita cōtrahēda,& nō ſoluēda, quia illa peccata ſunt ſumptuoſa,deinde ad furta:primo minora poſtea maiora& homicidia:poſtremo ad furcas īferni,ſicut patet ſer.xij.7.Quot
ēm actus p̄ctorū cōmittit, & obligat: tot vinculis ſeipſum diabolo ligat ergo facit citius,qđ Deus p̄cipit:p. Eſa.lij.Et ſolue vincula colli tui cito, quia cōſuetudinē obtentā dimittere eſt difficile, & quaſi ꝫ naturā.Et hoc ſpecialiter ī malo, ſicut patet.c.viij.11.cū ſequētib.Vbi vſus eſt mētior in iuuētute,verax ī ſenectute, ſic de fure.Sic ēt raro de luxurioſo accidit, qn talis ſit,vel opere,vel volūtate, vel cogitādi voluptate. Sic ēt de mercatorib. vbi ēt eſt tepidus,& ocioſus ī iuuētute,& agilis ī ſenectute,cū ſit quaſi ꝫ naturā.Quo largus erit ī ſenectute, qui prius fuit tenax,& auarus?Q̄ uo poterit tūc ieiunare, cū factus fuerit,quaſi bis īfans? Oportet 15
ēm eū,quaſi infantē comedere.Vbi eſt,q̄ totū reſtituat ī ſenectute,qui malē acquiſiuit in iuuētute? Q̄uo tunc ſobrius, qui prius fuerit ebrius? Oportet ei mane bibere,quia natura ſiccior eſt,nec pōt tunc camiſiā dimittere, quia frigidus eſt, nec orare,quia caput debile eſt,& pectus ſtrictū ad orādū,ſed nō ad garrulandū.Nec verbū Dei audire, quia ſomnolētus eſt. Nec peregrinare,quia debilis,nec aliena reſtituere,vel eleemoſynas dare,ne pauper ſit.Et q̄uo tūc poſſēt metere, vel colligere, qui prius non ſeminauerunt,nec plātauerūt?Patet ergo conſideranti,ꝙ iſte ſpūales infirmitates,q̄ ab īfantia cū hoīe creſcūt raro,& cū difficultate ſanant, ſicut arbor diu ad vnā partē inclinata cū difficultate rectificat. Nō tn̄ impoſſibile, quia arbor paulatim cū potētia poſſet ad rectitudinē dirigi, niſi ſit tota indurata. hæc difficultas oſtēdebatur ī puero,quē diſcipuli nō potuerunt ſanare, ſed Chriſtus.Cui q̄rēti,rn̄dit pater, Marci.ix.ꝙ ei accidit, ab īfantia.Nota.p.L.52.6.Itē ſer. j.4.Et licet difficilis ſit ꝫria aſſuefactio in 1
principio,ſit tn̄ leuior ī ꝓceſſu: ſicut patet de arbore,q̄ rectificata ī fine ſtat ꝫ prima inclinationē faciliter.Scut ēt ei, qui diu fuit ī tenebris, cū graue ſit ī principio ex poſtfacto,tn̄ delectabile eſt videre Solē. Propter hæc p̄dicta, & alia picula cōſultius eſt tēpeſtiuē hoſpitiū cœli q̄tere,& pueros ad hoc īformare, iuxta p̄ceptū ſapiētis.Eccle.vij.F.lij(ſquit) tibi ſūt,

erudi

erudi illos,&curua illos à pueritia eorũ. Filię tibi sũt ſerua corp⁹ earũ,& ñ oñdas
17 hilarẽ faciã ad illas. Ad idẽ Ecc.30. Curua ceruicẽ eius ĩ iuuẽtute, & tũde latera ei⁹, dũ ĩfans eſt,ne forte induret, & ñ credat tibi ſicut p̃dictũ ẽ de arbore ĩdurata,quę non flectitur. Et lignum plenum aqua cũ accẽdit,fumũ amarũ emittit. Sic tales fumũ murmuratiõis ĩcorripiẽtes. Sequit ne des illi ꝓtãtẽ ſuã. ff. ſuijpſius, vel aliorũ bonorũ nimis ne eis abutat, ſicut filli⁹ ꝓdigus Luc̃.xv. Et ſi offendat, ad eius, tñ vtilitatẽ eſt,quo ſit. Vñ B. Greg. minimũ ĩquit puero ſubtrahim⁹,cui totã hr̃ditatẽ reſeruam⁹. ¶Si vero nõ ſic ĩforment, ſed volũtati ꝓprię ĩ iuuẽtute dimittant
Art.ij. mala frequẽter ſequũtur. Primũ ẽ,ꝙ impoſterũ ipſi sũt parẽtib. rebelles,& p̃rij,& tœdioſi,& ĩobediẽtes, et ĩgrati. Raro. n. viſũ eſt,ꝙ parẽtes diu gaudeãt de ꝓple male informata ĩ iuuẽtute, & hoc rõnabile
18 ſatis vr̃, ꝙ ſ cut ipſi ꝓmittũt ꝓlẽ eſſe inobediẽtẽ Deo,iurando, & alia turpia cõmittẽdo,ꝙ Deus poſtea ꝓmittat eos parẽtib. inobediẽtes, vt ĩ illis affligãtur,quos ſordinatè dilexerũt, & male cuſtodierũt. Qui delicate nutrit à iuuẽtute, & a pueritia ſeruũ ſuũ in fine ſentiet eũ cõtumacẽ,Prouer.29. Nota.a.27.5 2. Et.f.v.22. Sanius ergo eſſet,& filias, & ſeruos, & ancillas dieb. feſtiuis ad eccleſiã, vel cãpos ducere,q̃ ad ludos,vel tabernã: vñ Chryſoſt. ſup Io. Homil.3. Cũ (inquit) ſex dieb⁹ vobis, ſeptimo Deo vacare deberẽt, ad teatra,& ludos eos ducitis,nã attẽdentes, qm̃ in cerã mollẽ facilis fit impreſſio, & feras à iuuẽtute aſſuefacientes, mãſuetas facimus. Sicut ergo beſtiæ, quæ inclinatę ſunt ad malũ à natura, p doctrinã mãſueſcunt, ita ecõtra ex alia parte filij, & filiæ veſtræ,licet inclinentur ad bonũ, ꝓpter defectũ doctrinæ pereunt, cũ ergo flendo prolis veſtræ fatuitatẽ, vel malam fortunã reſpexeritis nulli, niſi vobiſipſis imputetis. Nota.f.v.11. Secũdo vita iuuenilis diſſoluta in morte vertetur ĩ dolorẽ,& dãnũ propriũ,& etiã parentũ, & in animarũ periculũ vtriſq;, ſicut patet per
Exem- hoc qđ refert Boeti⁹ de diſciplina ſchoplũ 19. larium de illo, qui cũ eſſet iudicatus ſuſpendio,ſub colore, quaſi vellet patrem oſculari,dentibus patris naſum abſcidit: eo,ꝙ ipſum in iuuentute nõ caſtigauit, aſſerens ſe propter patris defectum in illud incõueniens incidiſſe. Ad idẽ fertur in li. de apibus de conſimili, qui cũ diu poſt mortẽ patris infirmaretur, nec vellet amicis ſuadẽtib. ſacramenta recipere,ſed miſer ſic diu deſperatus iacẽs,ſubito clamauit. Iuuate me,iuuate, pluries replicãdo. Et circunſtantib. quærentibus, quare ſic clamaret,& qd uideret. Reſpõdit,nõne videtis patrem meum venire cũ multitudine magna ad me occidẽdum? & cũ impetu ſurrexit quaſi pugnatutus cum venientibus,ibiq; percuſſus cecidit mortuus,& iuit cũ patre ad infernũ, vbi multi ſunt,quia non caſtigauerunt. Alij, quia nõ fuerunt in iuuẽtute caſtigati. Iſta cõfirmãtur per mortẽ Hely, & filiorũ eius. 20
j. Reg.4. hos tñ pater correxit verbis, dicẽs. Non em̃ eſt bona fama,quã audio de vobis, ſicut patet. j. Reg.2. Nõ tamẽ hoc fecit efficaciter,ſic multi adhuc dicunt filijs nõ faciatis ſic amplius,ſed nõ efficaciter apponũt uerbera. Et tñ q̃ parcit virgę, odit filium ſuũ, Prouer.13. Nota bñ. c.16.27. decretale de iſto Hely. Ad idem de Adonia filio Dauid.3.Reg.j. Quẽ nõ corripuit pater aliqñ dicẽs,quare hoc feciſti. Et ideo poſt occidebatur, ſicut patet ibidem.c 2. Et ſic patet ĩductiuè, ꝙ filius ſtultus dolor eſt patris, Prouer.19. Filius vero bene informatus ecõuerſo. Nam cũ ab infantia ſemper Deum timuerit, & mãdata eius cuſtodierit,nõ ẽ cõtriſtatus cõtrã Deũ, Tho.2. Nota.c.ii.36. Ecce ſignanter dicitur cũ ab infantia &c.& ĩ ſenectute nõ eſt cõtriſtatus contra Deum. Quia Iob.27. Iuſtificationẽ,quã cępit tenere,nõ deſerã. Cũ ergo iuuẽtutis aſſuefactio in ſenectute ſit,quaſi lex & neceſſitatis Iuuenes maximè ſunt cuſtodiẽdi à diſcurſib. & occaſiõib. tẽtationũ,qavẽt⁹ veſtros nouellos flores corrũpit. Et ſi perdũt florẽ iuuẽtutis, perdũt fructum boni operis in ſenectute. Exemplũ de cæte. de quo dicitur, ꝙ fœtum ſuum nouellũ vagari nõ permittit,ſed eum aſſociat, & tẽpore tẽpeſtatis eũ in vterũ ſuum recipit, 21

& rece-

& recedente euomit. Sic iuuenes vagare nō deberent ſine bona ſocietate, ſed potius in domo recludi. 4. Re. 4. Dum clauſa fuit mulier ī domo cū filio ſuo, oīa vaſa plena fuerunt oleo. ſic iuuenes recluſi pleni &c. Gene. 42. Beniamin domi detinebat, alijs proficiſcentib. Vbi dicit glo. iuuenes nō ſunt diſcurſibus exponendi. Lilium, qđ inter ſpinas redolet, inter manus olet, & pulchritudinē ſuā amittit Iob 14. Quaſi flos egreditur, & cōteritᵉ. Nonne dina Geñ 34. flos egrediebatur,
22 ſed cōterebatur: ſic multi adhuc ſunt ergo ſenes emittendi ad prædicādū, & diſcurrendū, iuuenib. domi retētis. Figura. j. Reg 6. Vaccæ portabāt arcā, (recluſis vitulis,) ſed vaccę ibāt mugientes ſic murmurāt quidē, ſi iuuenes ad labores non emittantur. Ad idē uitulus marinus eſt animal laſciuū, vt dicitur, ſaltās, & diſcurrēs, ideo mater tenet eū infra mare quātū pōt, qui ſi aliqñ erit piſcator ponit ſe ītra mare, & ipſum, & eū capit. Sic iuuenes, diſcurrētes frequenter à diabolo capiuntur. Ideo ſaluator, Lucæ vlti. diſcipulos, & oēs in illis ammonet, dicēs ſedete in ciuitate, donec in duamini virtute ex alto, Exo. 13. sāctifica mihi omne primogenitū. Nota de hoc. c. 16. 12. Et. f. 6. per totum. Item. r. ſ. ar. 4. per totum.

¶Abſtinentia. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Abſtinentia ſpiritualis dæmonem ab aīabus noſtris expellit, vt fames à ſilua lupū.*
2 *Abſtinentia eſt cauſa omnium virtutū interiorum.*
3 *Anima abſtinentis fert ſignum perpetuæ victoriæ.*
4 *Abſtinentes non cruciantur ſi diuitijs carent, quia ſua paupertate à morte liberantur æterna.*
5 *Abſtinentia reddit firmiorem animam, quia corpus eius inimicum debilitat.*
6 *Exemplum de Ariſt. dicente exercitiū feciſſe eum clericum, & abſtinētiam caſtū.*
7 *Exemplum Nabuchodonoſoris abſtinentis per ſeptem annos à pane vino, & carne.*
8 *Quē admodū multi hērditatē luxuriosè viuēdo vēdere cogunᵗ, ita cæleſtē amittūt.*



Bſtinentia. Primo oſtēdetur diſtinctio. Secūdo oſtēdet, qūo abſtinētia ſpecialis multipliciter prodeſt. Arti. 4.

¶Quantum ad primum abſtinentia q̄dā eſt generalis, quę præſeruat cor à cogitatiōib. os à locutionib. manᵘ ab opationib. illicitis, q̄ vc; nobis īponiᵗ. j. ad Theſ. v. Ab omni (inquit) ſpecie mala abſtinete vos. Arti. j.

¶Alia eſt virtus ſpālis, q̄ nobis impo nit mediū, & modū, & menſurā circa delectationes ciborū, & potuū, ſicut patet per. S. Tho. 2. 2. q. 146. ar. 2. Et hęc nos docet, & oībus Chriſtianis multipliciter ꝓdeſt. Arti. ij.

¶Primo ſicut fames facit lupū exire de nemore· ita hæc lupū infernalem de aīa. Quia Mar. 9. hoc genus dæmoniorū ī nō eijciᵗ, niſi ī oŕe, ieiunio, & orone. Sed ſicut canis fame fit furioſus, vt dicitur: ita aliqui ad lites, & cōtētiones ieiunant, totā domū peruertētes clamoribus, & melācolijs. Quos ammonet Petrus. 2. Petri. j. In abſtinentia (inquit) patientiam ſupple habeatis. 1

¶Secundo, quia eſt cauſa, & ſignum interioris fœcūditatis. ſ. ſapiētię, & aliarū virtutum. Terra. n. macilētior, & minus ſimo impinguata, ditiora, & pretioſiora uina portat. Tale enim vinū frequenter creſcit, quaſi in rupib. aridis. Sic abſtinētes minus ſimo ciborum impinguati, & dilatati, aptiores ſunt ad ſapientiā, & omnium virtutum, & ſtudiorū exercitium, ſicut patet expreſsè, Dañ. j. & x. vbi hī, quòd pueris. ſ. abſtinentibus dedit Deus ſciētiā, & diſciplina in in omni libro, & ſapiētia. Danieli autem intellegētiam ſomniorum, nec abſtinentia fuit iſtis ſola, ſed mūdicia, & vitę bonitas, nec ēt nobis ſola ſit: vñ Iſidorus ſup Amos ꝓphetā. Qui ab eſcis abſtinēt, & malè agūt dęmones imitātur, q̄b. eſca ſp abeſt, & culpa ſemp adeſt. Tertio, qa eſt ſignū, q̄ aīa abſtinētis ſit īæternū victura. Sicut eñ ī aīalib ſignū eſt lōgioris vitę, q̄ñ abſtinētiæ, & laborib. exponūtur: ita ī ꝓpoſito, vt eruat à morte aīas eorum, & alat eos īfame. Et ſignū ecōuerſo eſt occiſionis, qā ad libitū paſcuis exponūtur, qa ſm beatū Grego, Animalibus mactandis 2 3

vberiora

vberiora paſcua concedunt. Ita in propoſito deſiderium eorum attulit eis. In Pſal. lxxvij. Et ſequitur. Ira Dei cecidit ſuper eos, & occidit pingues. A ſummo m. medico deſperatis oīa cōcedūtur, quia vita impiorū proſperatur, & bene eſt oīb. q malè agūt. Tales idē experimētum capiāt de morte æterna, qđ qdā accepit de
Exeñ. morte tēporali. Cū. n. īfirmitate graui videret medicos, q̄cūq; appeteret ſibi cōcedere, deſperās de vita, dixit gallicè quaſi per iſtū modū. Modo eſt bos ad pratum pōt comedere ſi vult, modo video, quo negociū vadit, ita poſsūt tales dicere deſperātes de vita æterna, quia qui hic facit feſtum, ibi faciet vigiliā, & ecōuerſo: vnde Hiero. Impoſſibile eſt tranſire de delicijs ad delicias; hic implere ventrem, & ibi mentem. Notat. t. v. 9 & 29. Ad idem eſt exemplum in arte medicinæ. In qua imponitur infirmo abſtinētia, vt diutius viuat, & contra infirmitates corporales, quia ſicut dicit decretum de con. diſt. 5. ne tales. Alimenta olerum, & leguminū plus valent corpori, quàm delicata. Exēplum Dañ. j. dentur nobis ligumina ad veſcendum, & aquę, ad bibendum, dixerunt pueri illi: quo facto, poſt decem dies apparuerūt corpulentiores vultus eorū. Hieronymus in quadam epiſtola. Abſtinētia mater eſt ſanitatis, mater vero ęgritudinis voluptas eſt, q̄a fames curat morbos, quos gula infert. De con. diſ. v. nihil vide eadē diſ. multa de ieiunio, & abſtinentia. Sic in arte animæ: abſtinētes, ſpirituales euadunt infirmitates, & longam cum Deo vitam obtinebūt beatam. Eccl. xxxvij. Qui abſtinens eſt, adijciet vitam,
4 Sicut ergo bos labori, & famæ expoſitus, ſi ſenſum, & intellectū haberet, nō murmuraret, ꝙ in paſcuis cū alijs mactandis nō expoſitis eſt. Ita nec pauper videndo peccatores, & abūdātes in ſeculo obtinere diuitias, & delicias, quas ipſe nō obtinet, ſed potius debet Deo regratiari cum illo incarcerato, de quo infra dicet. B. iiij. 17. Et ſic diſcāt in abſtinētia patiētiā habere. Ad iſtā patiētiā etiā abſtinētiā habēdā, multū valet ſapiēter cōſiderare vitā pauperū, & ſanctorū, qui ſunt fratres noſtri eiuſdē naturæ, & Dei filij, q̄ forte nō habēt ſatis de pane groſſo: Quod etiā in in carcerib. inedia cruciant, & alijs miſerijs. Qualis etiā erit abſtinētia, & fames æterna, q̄ ſpecialiter guloſis infligetur. Et q̄a diuites cōiter in hoc plus delinquūt. Iō ſignāter dicitur, Eccle. iij. Sapiēs cor, & intelligibile abſtinebit, ne. Carguat à Deo de inæqualitate diuiſionis, ſi ipſe ebrius ſit, & alius eſurit ipo melior, & ſciat, cuiꝰ etiā vita eſt fœlicior, q̄ illius, q̄ comedit, veſcit, eqtat, nā ſua voluptuosè viuēdo expēdit cū diuite: cui poſt negat gutta aquę, q̄a hic fecit feſtū. Ideo ſpecialiter abſtinētia diuitū cōmēdatur, Eccleſia. x. Beata terra cuius rex nobilis eſt, & cuius principes veſcūtur in tempore ſuo nō ad luxuriā. Ecōuerſo alijs vę, q̄a eſurientes implebit bonis, & diuites dimittet inanes, Luc. ij. ¶ Quarto, q̄a cōueniēs eſt nos conformari volūtati diuinę: ſicut ſeruus conformat ſuā voluntati dñi ſui. Sed hæc eſt volūtas Dei ſāctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicationi. j. Theſſa. iiij. Quinto: ꝙ animā reddit fortiorē, q̄a inimicum eius. ſ. carnē debilitat. j. Pet. ij. 5
Obſecro vos tanq̄ aduenas & peregrinos abſtinere vos a carnalib. deſiderijs, q̄ militāt aduerſus aīam. ¶ Sexto, q̄a nos conformat bono exēplo bonorū virorū, & 6
factorū laudabiliū. Primo de Ariſtotele, de quo fertur, ꝙ diſcipuli ſui ei recitātes iudiciū cuiuſdā magni in arte Philoſophiæ, ꝙ videlicet miraret eius ſciētiā, & virtutē: cū naturali diſpoſitione eſſet lubricus, & obſcuri īgenij. Rñdit Ariſtoteles: bene de me naturaſt iudicaui: ſed exercitiū fecit me clericū, & abſtinētia caſtrū. Itē narrat Vale. li. j. ꝙ vſus vini Romanis fœminis erat interdict⁹, ne in ali, quod dedecus laberent: & hoc rōnabiliꝰ q̄a q̄d ſtulti⁹, q̄ domui accēſe, oleū immittere, carnē tm̄ nutrire, vt carnis nutriantur vitia: dēt ergo alimentū eſſe frigidū, ne carnis calor accendatur, vñ Hiero. in epſa ad Furiā. Ardor corporū frigidioribꝰ epulis tēperād⁹ eſt. Propter hoc ſācti à carnib, & vino decreuerūnt abſtinere, vt Daniel: & Ioā. Baptiſta, & beatus Dominicus, q̄ vinum p̄ decennīū non bibit, &

multi

multi alij, vnde Bernardus. Abſtinebo à vino, in quo eſt luxuria. Ad idem de Nabuchodonoſor, de quo refert Magiſter ī Hiſtoria Danielis in fine terræ viſionis, ꝙ ad regnum ſuum reductus tantū ſe humiliauit, ꝙ per ſeptem annos regnare noluit, ſed cōſtituit ſeptem iudices, qui imperium regerēt tātum pēnituit, & fleuit, ꝙ oculi eius facti ſunt quaſi caro à fletu: tantum abſtinuit, ꝙ per ſeptē annos panem, nec carnem non comedit, nec vinū bibebat, ſed leguminibus paſcebatur, & Deū cęli orabat de cōſilio Danielis, huic canon perhibet teſtimonium, quòd videlicet eius pœnitentia fuit fructuoſa. xxiij. q. iiij. Nabuchodonoſor. Ad idem Ionæ. iij. de rege, & populo Niniue, qui propter minas futuræ tribulationis induti ſunt ſaccis, homines, & iumenta, nec comedere unt, nec biberūt aquam: vbi eſt chriſtianus, qui ſimilia faciat. Multos à regno, & hæreditate iectos: multos etiam incarcerātos, & infirmos, & exules. Audiuimus cū Nabuchodonoſor ad ſtatū ſuum reductos: multas etiā tribulationes, & vindictas, & temporales, & ęternas non ſolū non timemus, ſed quòd plus eſt, aliquas ad oculum videmus. Nec eſt tamen, qui agant pœnitētiā cum Niniuitis. Et ideo ſurgent Niniuitę in iudicio contra generationem Chriſtianorū, nec eſt inuentus, qui rediret, & daret laudem: niſi hic alienigena ſupple Nabuchodonoſor. Omnes alij ſunt ociоſi, quaſi non eſſent reducti, nec conducti. ¶ Septimo, quia temporaliter ditat: ſicut patuit de quodā habente paruam promotionē. De quo viri admirati, quō ſic abundabat. Reſpōſum fuit eum habere tres filias, quæ eum ditabāt, & alio hoc negante, quia caſtus erat, & prolem non habebat. Reſpōdit primam eſſe prouidētiam, ſecundam abſtinentiā: reſpectu ſuiipſius: tertiam patientiam in illa abſtinentia, ſeu hilaritatē. Et ſic multæ filiæ congregauerunt diuitias. Prouer. 9 vlt. ¶ Octauo, quia ab hæreditatis ęceſtis nos venditione pręſeruat. Exemplo multorum contrario modo, qui voluptuoſe viuendo hæreditatem temporalem vendere coguntur, ſic multi ęceſtem: exemplo primorum parentum, vbi aliquando in abſtinentia viuendo, hæreditatem retinent: ſic ęceſtem abſtinenter viuēdo recuperamus. vnde beatus Greg. in quadam Homilia nos ammonet: dicens qui (inquit) à paradiſi gaudijs per cibū cecidimus ad hunc, quomodo poſſumus per abſtinētiam reſurgamus? Propter iſtas, & alias cōmoditates Tobias ſapiēter docuit filiū ſuū Tob. ij. Abſtinete ab oī peccato.

Abſcondit. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentorum veritas ſub rebus viſibilibus abſconditur.*
2 *Abſcondere ſuam potentiā tribulantibus, & percutientibus ſe.*
3 *Clementiam abſcondere, ſuos miſerijs exponendo.*
4 *Nec dominum quemq;, nec Deum diligere coacta ſeruitia.*
5 *Graciora ſunt beneficia gratis data, quam petita.*
6 *Terreni nihil ducunt delectabile, niſi venerea, & eſculenta.*
7 *Iuſtus abſcondit ſe ipſum, & opera ſua.*
8 *Diabolus abſcondit peccata ſub ſpecie boni.*
9 *Peccator abſcondit peccata ſua turpiter, vt cadauer ſub pictо ſepulchro abſcondit.*
10 *Non eſt mirandum, ſi impij exaltantur.*

ABſcondit Deus: abſcondit iuſtus: abſcōdit diabolus: abſcōdit peccator. Abſcondit Deus viliter: iuſtus ſapiēter: diabolus fraudulēter: peccator damnabiliter: abſcōdit Deus ſacramēta: potentiā, clemētiā, pœnas & gaudia. ¶ Primo ſacramētorū veritatē ſub rebus viſibilibus: qđ eſt indicium eorū nobilitatis. Aurū. n. & oīa pretioſa metalla: quāto nobiliora: tāto profundius abſcōdūt. Sic anima ſub corpore: ſic oīa ſpiritualia: ſic ſacramēta abſcōdūtur: quemadmodū virtus ſub lapis colore: anima ſub corpore: vt fides habeat meritū, vbi ratio humana nō præbet experimētū. Et ſic Aug. de doctrina Chriſtiana. In parte ſacra Scriptura abſcōdita eſt ſub figuris & obſcuris, A.v. Art. 1.

vt à laboriosis & non ociosis tã pretiosus thesaurus inueniat: sic sacramẽta qa non est bonũ sanctum dare canibus ociosis. Cassiodor. super illud Psal. Absc̃ondisti timẽtibus te. Solet fastidiri omne, quod voluntati subiacet, & vile omnino creditur, quod sine difficultate prestatur. Ideo voluit Deus, omnia esse absc̃ondita innitentibus humanæ sapientiæ, & propriæ uoluntati, nõ autem innitẽtibus ueritati fidei, & humiliter quærentibus. Absc̃ondisti (inquit) ueritas hæc à sapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis Matth. 11.

2 ¶ Secundo suam potẽtiam se, & suos occidi & tribulari permittẽdo, & non uindicando: sicut uirtus radicis in hyeme dimittit ramos nudos, qui tũ ĩ estate germinabũt: sic Deꝰ Aba. 3. Ibi absc̃ondita est fortitudo eius. ¶ Tertio clementiã suam: in

3 hoc, qꝺ suos multis miserijs ĩ hoc mũdo exponit. Et ĩ hoc facit, sicut pater sapiẽs, q̃ non præbet filiꝫ uultũ hilarẽ, ne ei det audaciã delinquẽdi à timore patri debito recedẽdo. Ita deus ostẽdit nobis uultum tristem multarum tribulationũ Esa. 54.

4 Absc̃odi faciẽ meã parũper à te. ¶ Quarto pœnas, quia nec dñs quicũq;, nec deus diligit coacta seruitia. Si qlibet uideret ad oculũ pœnas ĩferni uel purgatorij: iret ad seruitium Dei quasi asinus stimulo Luc. 19. Si cognouisses & tu: nũc autẽ absc̃ondita sunt. Et sic quasi habẽs uxorem adulteram, dum absc̃ditur prope, cui dicitur tamẽ multũ distare, subito superuenit sic absc̃ódam faciem meam ab eis. Et cõsiderabo nouissima eorum Deuter.

5 32. ¶ Quinto gaudia bonorũ, quia deus non uult nos mercenarios esse. i. mercede operarios & pacto conductos, sed spõtaneos, propterea absc̃ondita est cõsolatio ab oculis meis Osee 13. Magis eñ acceptũ est patri seruitium boni filij, q gratis patri seruit: q̃ serui cõducti, & tali ꝓuidet: licet aliquãdo occulte, ut eum in domigerio habeat sufficiẽter ꝓ tota uita sua, ita uita uestra absc̃ódita est cum

6 Christo Coll. 3. Sed multi ĩ terrenis delectati illam uitã non desiderãt, quia nihil credunt delectabile, nisi uenerea & escũlẽta, & huiusmodi quæ gustauerunt, quę ibi non sunt, sed decipiũtur turpiter, sicut febricitãtes in sapore ciborum, sicut Italici de ceruisia, qa nõ gustauerũt, sicut Vuallicus ď gaudio cœli, quia nõ ẽ ibi potus. Sicut porcus de festo leonis, quia nõ fuerũt ibi fœces. Propter huiusmodi errores. Simile factum est regnum cœlorum thesauro absc̃ondito Matt. 13. supple abeis, & tamẽ ratione uinci deberent, quia sicut gustus febricitãtium cum ad sanitatem uenerint, & sicut gustus & delectatio puerorũ circa fructus & huiusmodi, euacuat cũ ad perfectũ uenerit. Ita iudiciũ illorũ de delectatione apparẽti, & uera, & si parua infirmitas intãtum illorũ mutat gustum, quod cibaria in quibus tãtum delectabantur, abominãtur. intelligãt dei præsentiã maioris esse uirtutis ad gustũ, & iudicium illorum in aliud mutãdum. Et si ipsi tantam inueniant delectationẽ in carcere consultius cogitarent maiores esse in aula & dicerẽt cum Psal. Quarum magna multitudo dulcedinis tuæ, quam absc̃ondisti timẽtibus te. Nota. g. j. 29. cũ se. ¶ Secundo absc̃ondit iustus seipsum & opera sua sicut sol absc̃ditur nube, sicut semen ab auibus & candela à uento, & merces a malo pagatore, & trutannus una eleemosynã ut accipiat aliã, sit eleemosyna tua in absc̃ondito Mat. 6. Et cartas ab inimicis sic cartas mãdatorum dei in corde absc̃ode, & thesaurus absc̃onditur a latronibus, sic ora patrẽ tuum in absc̃ondito Mat. 6. Exemplo parentũ Moysi, qui eum absc̃onderunt Exo. 2. ¶ Tertio absc̃ódit diabolus uenenum carnalitatis sub melle dulcedinis, cupiditatis sub colore necessitatis, sicut patet ser. 35. 3. Superbiã sub colore honestatis. Irã & vindictã, sub colore iustitiꝫ, sic ĩ uia hac, qua ambulabam, absc̃onderunt superbi. i. dæmones laqueũ mihi. Sed inter hos laqueos spiritualiores morbi sunt periculosiores, quia enim minus sentiuntur, rarius curantur: raro inuenitur, qui de eis rite pœniteat. Sicut etiã fortiores & audaciores, quia fortissimos inuadũt & decipiunt. Et ideo specialiter ibi est absc̃ondita pedica eius Iob 18. Nota. p. 5. 5. ¶ Quarto absc̃ódit peccator peccata sua turpiter, sicut cadauer sub

Arti. 2.

7

8

Arti. 3.

Arti. 4.

picto

pi cto ſepulchro, fimꝰ ſub niue. Periculoſe, ſicut apoſtema ſub pelle, ſicut ignis in grãgia, ſicut latro cordam, qua ſuſpenditur, ſicut patet. 1. 3 14. Qui abſcõdit ſcelera ſua, nõ dirigetur. Prouer. 28. Sed mirũ eſt medico dicẽte. Iſte cibꝰ te occidet: abſtinent, & narrãti de mirabilibus credũt. Sed Chriſto narrãti, quód pauci ſunt electi, & de pœnis inferni, & Paulo dicẽti, qđ fornicatio animam occidit, non credent inordinata delectatione decepti, cum dulce fuerit in ore eius, abſcondit illud. 20. Si ergo cuicunque de quatuor prędictis dirigatur quęſtio Iob. 13. Cur faciẽ tuã abſcondis. Per prędicta igitur reſpõderi poteſt. Et ſicut multi miratur de ſtatu Papæ & Principum, qui ſi ſcirẽt factorum cauſas, non mirarẽtur. Ita nec aliquis ueſtrũ de aliquo prędictorum mirabitur, quando clare uidebit cauſas, quare uia ĩpiorũ proſperatur, qñ uidelicet aperientur fardelli, & libri cõſcientiarum, quando omnia nuda apparebunt, ſicut nidus in hyeme, quãdo apparebit, quantum debes illi uſurario diabolo, qui tibi mutuat, modo neſcis quantum; ſed ſcies, uidelicet quando manifeſtabit abſcõdita tenebrarum. 1. Corinth. 4. Tũc enim nihil occultũ, quod non ſciatur: nec abſconditum, quod non cognoſcatur Luc. 8.

¶ Abuſionis. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Abuſio quid ſit.*
2 *Abuſio in quibus committatur.*
3 *Abuſiones clauſtri quot.*
4 *Pœna quid ſit.*
5 *Damni cauſa poteſt aliud conſtituí.*
6 *Lata ſententia, lite conteſtata, priuilegium monſtrandum non ualet.*
7 *Homo naſcitur ad laborem.*
8 *Qui in legem commiſit, fruſtra petit, niſi prius ſoluat.*

Art. vj. Art. j.

ABuſionis. Primo ponẽda ẽ ðſcriptio. Secũdo res, in quibus commititur. Tertio perſonę cõmittẽtes. Quarto pœna committentiũ. ¶ Quãtum ad primum. Abuſio ſecũdum Aug. ſuper illud Pſal. Loquẽtur aduerſus iuſtum ĩ ſuperbia & in abuſione, eſt uti ali quo ad uſum nõ ſuũ, id eſt inordinatũ.

Art. ij. ¶ Secũdo committitur in bonis naturę, fortunę & gratię, ſeu ſcientię.

¶ Primo in bonis naturæ: ſicut ĩ fortitudine, qua ordinatur, ut fortius Deo ſeruiat, & reſpublica & pax defendatur. In pulchritudine Deo ſeruiat. Quomodo his abutũtur patet in c. de fortitudine & pulchritudine & multis alijs locis. Sic de ĩgenio & de omnibus naturalibus patet.

¶ In bonis fortunę, ſcilicet diuitijs & cibarijs, quę ordinãtur ad noſtrã neceſſitatem, abutimur tamen ad uoluptatem. In bonis uero ſpiritualibus cuiuſmodi ſunt ſapientia, ſciẽtia, prudentia, induſtria, & huiuſmodi utimur ad aliorũ depreſſionem, ſuperbiã, & inuidiam cum ordinẽtur ad noſtrã & aliorum ædificationem Nota. b. 4. per totum.

¶ Perſonas abutentes enumerat, primo Hugo 2. de clauſtro animę.

Art. iij. ¶ Duodecim inquit ſunt abuſiones clauſtri, ĩ quibus tota religionis ſumma corrumpitur. Prælatus negligẽs, diſcipulus ĩobediẽs, iuuenis ociosus, ſenex obſtinatus, monachꝰ curialis, religioſus cauſidicus, habitꝰ precioſus, cibus exquiſitus, rumor ĩ clauſtro, lis in cappellano, diſſolutio in choro, irreuerẽtia circa altare. Secũdo Cypr. li. de 12. abuſio. ſeculi. Duodecim ĩquit ſunt abuſiones ſeculi. Sapiẽs ſine operibꝰ, ſenex ſine religione, adoleſcens, ſine obediẽtia: dies ſine eleemoſyna: fęmina ſine pudicitia, dominus ſine uirtute. Chriſtianus cõtentioſus, pauper ſuperbus, rex iniquꝰ, epiſcopꝰ negligẽs: plebs ſine diſciplina, populus ſine lege.

Art. iiij. ¶ Pœna ẽ, quod meretur priuilegiũ amittere, qui cõceſſa abutitur poteſtate. 11. q. 3. priuilegiũ. Et de reg. iur. in 6. Quomodo ergo prædicta amittet, patebit infra. Qui ergo abutuntur opere gratię & pœnitentię in ſuperbia ſicut ait Iob 34. Dedit ei tempus &c. meretur ĩtidere in tẽpus iuſtitiæ: quia qui in legem gratię cõmittit, fruſtra legis gratię ĩuocat auxiliũ. De uſu. quia fruſtra, & argumentum. 25.

q.1. Ita nos: vbi habetur, q̃ propter delictum priuilegio priuantur. Quia si proprium episcopum occiderint: perpetuo episcopo carebunt. Nota Matt 9.41. Itẽ aliquando amittitur propter cõtrarium factũ. Extra de priui. si de terra. Et extra de cõstitutionibus: cũ accessissent: ex quo habetur, q̃ priuilegiati de decimis non dandis, si postea dent, priuilegiũ amittũt. Sic in proposito, priuilegiati de nõ dãdo seipsos diabolo ĩ baptismo & pœnitẽtia, si cõtrariũ faciant &c. Nota de hoc optime. à xxiij. 13. Et d.j. 23. Et d.xj. 32. Et d.xij. 27. Et g.iij. 10. Et M.ix. 24. Et o.iiij. 15. Et
4 p.vij. 49. Et v.iij. 9. Itẽ pp negligentiã ff. de nundinis. li.xij. l.j. Casus quibusdã cõcessum fuit nundinas habere, q̃a per decenniũ nundinis nõ sunt vsi, priuilegiũ amisserũt: sic in proposito quibus cõcessum est infra spacium vitę, forum facere peccatorum in confessione, & patet. Itẽ pp damnũ graue superueniens, vt de decunis suggestum, vbi habetur, q̃ quibusdam fuit priuilegiũ datũ de decimis non
5 dandis, & pp damnum superueniens fuit aliter ordinatum. Sic mulctis indultũ est via naturæ, lõgũ vitæ spaciũ, sed pp damnum, quod inde accideret &c. viri sanguinũ & dolosi non dimidiabunt dies suos.
6 Item propter sententiam datã, vt de sen. & re iud. suborta, vbi habetur, q̃ lite contestata si priuilegium ante sententiam lata non ostendat, post sibi minime valebit. Sic in proposito lis cõtestata est inter nos & diabolum. Nos habemus priuilegium allegandi & excipiendi cõtra eum & dominium eius ante mortis sententiã diffinitiuã. Ante mortem ergo confitere, quia à mortuo quasi nihil perit confessio Eccl. xvij. Vnde versus. Indultum tollit neglectum crimen, abusus. Oppositũ fac-
7 tum, damnũ tempus variatum. Nota decretalẽ de hoc. M.ix. 41. Sed quid ĩ his, qui scientia & cathedra nõ vtũtur in labore ad quẽ nascũtur Iob v. homo nascitur ad laborẽ, sed abutuntur in quiete & vanitate, & laboris exemptione & nõ in fidei multiplicatione: specialiter ĩter infideles inter ethnicos & publicanos fors illorũ timẽda est. Vt Ç. de sac. fan. eccl. li.j. l. Iubemus, vt nullã nauẽ, ibi dicit lex, q̃ Imperatore trãseũte cõtra saracenos nulla nauis ei negabitur, & si persona etiam eccle siastica nauẽ ei negare, vel occultare præsumpserit, publicabitur, & nauem amittet. Sic qui nauẽ corporis labori non exponunt cũ vexillario, & vices gerẽte imperatoris, qui ait. Ecce cõuertimur ad gẽtes. Patet ergo ex prædictis, quòd abutentes vsu priuabuntur, & quòd frustra legis
8 inuocat auxilium, qui in legem commit tit. De vsu. quia frustra. Ibi dicit lex, quòd vsurarius vsuras, quas alteri vsurario tradidit repetere nõ potest, nisi prius vsuras soluat, in quibus alijs tenetur, q̃a in legẽ commisit. Sic qui in legem cõmittit misericordiæ contra eã faciendo, frustra misericordiã cum diuite epulatore in inferno inuocabit, q̃a qui sine lege misericordiæ viuit, sine lege misericordiæ peribit. Et iudicium sine misericordia &c. Iac. ij. Nota. M.ix. 29. Oĩbus prædictis casibus legum concordat lex diuina Leu. 25. vbi Deus dat priuilegiũ illis, qui vendiderint domum vel terram infra vrbes muratas, q̃ possint eas redimere infra annũ. Si aũt isto priuilegio abusi fuerint, nũquã postea redimendi haberent potestatẽ. Sic illi, qui vẽdiderunt animã suam diabolo infra vrbem, & Deus dedit priuilegium, q̃ infra vitę spaciũ illam redimere possunt. Postea vero amittent redimẽdi facultatẽ, quia in inferno nulla est redemptio. Sed heu de multis verificatur illud Iob 24. Dedit ei dominus locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbia.

Absoluendi. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Qui sint absoluendi à pontifice.*
2 *Qui à pontificis absolutione excipiantur.*
3 *Excommunicans non seruatis conditionibus suspenditur ab ingressu ecclesiæ per mensem, in quo tempore si ingrediatur sit irregularis.*
4 *In sententia suspensionis, & interdicti, quod seruandum, & in quam pœnam incurrant, qui seruanda non fecerint.*
5 *Absolutio religiosorũ excommunicatorum ad pontificem reijcitur.*

6 Licen-

6 *Licentia ab epiſcopo data in generali præſumitur etiam in ſpeciali.*
7 *Qua de cauſa domini temporales excommunicentur.*
8 *Fratres minores, & Inquiſitores quæ de cauſa excommunicentur.*
9 *Qui caſus epiſcopo reſeruentur.*
10 *Epiſcopos aliquãdo mouere poſſe laicos ad ſolutionem decimarum ſi petatur à curatis.*
11 *Quomodocũque aduerſantes exactoribus decimarum excommunicantur.*
12 *Quomodo liberari poſſint ab excommunicatione impedientes exactionem decimarum.*
13 *Qua de cauſa monaci, & canonico regulares excommunicentur.*
14 *Matrimonium contrahentes quomodo excommunicentur.*
15 *Excommunicantur impedientes viſitatores, prætores, locorum cogentes ſoluere vſuras, nouam religionem inuenientes, & alij huiuſmodi.*
16 *In huiuſmodi caſibus, qui habeant auctoritatem abſoluendi.*
17 *Percutientes clericos quomodo liberẽtur ab excommunicatione.*
18 *Infirmis morientibus, quæ pœnitentia imponi debeat.*
19 *Exemplum contra eos, qui abſoluunt, quælibet peccata.*
20 *Hodierni domini diligunt, qui peccata q̃libet abſoluunt.*
21 *An pœnitens ad pœnitentiam faciendam paratus, vel confeſſor non imponens puniendus ſit?*

A 7. ABſoluendi sũt aliq; à Papa vel eius pœnitẽtiario, aliqui ab epiſcopo, uel eius pœnitentiario. ¶Primo ergo ponendi ſunt caſus pro quibus mittendum eſt ad Papã. Secundo pro quibus ad epiſcopum. Tertio quidem caſus dubij. Quarto pœna male abſoluentium. ¶A Papa vero abſoluendi ſunt ſecundum antiqua iura falſificãtes bullam eius. Item incendiarius eccleſiæ poſtquàm eſt denũciatus, qui frãgit eccleſiam, & eſt denunciatus ab epiſcopo excommunicatus. Itẽ grauis iniuria in clericum uel religioſum. Item qui ſponte, uel ſcienter recipit excommunicatum à Papa ad diuina officia. Item qui communicat excommunicatũ à Papa in crimine propter quod excõmunicatus eſt. Ergo vbi percutiens clericum eſt mittendus ad Papam vel epiſcopum: aſſocians eum in illo facto ad eum mittendus eſt: quia participatores in crimine ab eodem abſoluũtur, à quo principaliter excõmunicari; ſicut patet de ſenten. excommunica. nuper. Item capellanus benedicẽs ſecundas nuptias, qui licet excommunicatus non ſit, mittendus eſt tamen ad Papam: officio beneficioq; ſuſpenſus, ut de ſecundis nuptiis. c. 1. Iſta probantur in ſumma confeſſorum. lib. 3. titu. 33. q. 89. In quibus caſibus. Item Papæ reſeruantur mutatio voti, religionis, & terræ ſanctæ. Item abſolutio ſibi reſeruata in ſtatuto. Item diſpenſatio irregularitatis in multis caſibus. Prædicti uero caſus, & etiam diſpẽſationes ſibi reſeruatę in antiquo iure notantur in his uerſibus. Ad Papã clerum percutiens falſarius urens: eccleſiam trangens participans ſceleris: pars, ſimon, ſi fuerit celebrans ſententia maiore ligatus. Iudex afficiens apoſtata ſit ſit ad ſacra promotus: iterũ uel epiſcopus, mutus, duplex baptiſmus duplexq;, ſacer ordo. A prædicta ſentẽtia excipiũtur iſti. Percutiens clericum Romã petit. Excipiuntur. Inſcius, erudiens, leniterq; iocans: minor ætas. Ianitor officij prætextu vim viq; repellens fœmineus ſexus, ualitudo, religioſus, coniuncta feriens, cum perſona coeuntem, pauper, & inſanus: inimicitias capitales. Romã petant, optata proſperitate ſuis. Iſti ultimi pauper, & inſanus, & habens inimicitias Romam petat, &c. non autem alii prænominati. Sequuntur alii uerſus. Non mittas ſeruum, ſenem, qui non ſui iuris. Impuberem monachum, clauſtralẽ, nec mulierem, hoſtia ualde potens, ſi pauperta tegrauatus, ſi leuis molens, infirmus, uel capitales. Minor ætas etiam

1 2

Arti. 1.

præſtabit iuramentum de eundo (impedimẽto ſublato) pauper non eſt mitẽdus, qui ſcilicet non habet, vnde poſſit ad curiam ire, & eſt ei uerecundum mendicare. Præſtito igitur iuramento, (ut dictũ eſt) abſoluitur nec ſeruus mittendus, ut dominus pateretur graue detrimentum. Item qui excõmunicat, niſi 3
hoc faciat in ſcriptis, & monitione præcedente, & cauſam tangat ſcriptis, & copiam tradat ſi infra meſem requiratur, eſt ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, & celebratione diuinorum per menſem, infra quem ſi immiſceat ſe diuinis eſt irregularis. Nõ autem ſi ſolummodo eccleſiam ingrediatur ſicut patet de ſenten. excommunica. in ſexto, cum medicinalis, in textu, & gloſ. Et eadem forma 4
eſt obſeruanda in ſententia ſuſpenſionis, & interdicti, & eandem pœnam incurrit contrarium faciens, ſicut patet ibidem. Epiſcopi uero ad ſtatutum tenentur, ſed pœnam non incurrunt, ſi contrarium faciant. In prædicta uero irregularitate ſolus Papa diſpenſat. De iudicibus uero, qui ſuſpenduntur propter malum iudicium dicetur in cap. de iudi. Item de nouo iure reſeruatur Papę 5
abſolutio religioſorum excommunicatorum, qui miniſtrant euchariſtiam, vel extremam vnctionem, vel matrimoniũ ſolennizant, uel quicunque excommunicatos à canone: uel à conſtitutionibus prouincialibus, uel ſynodalibus niſi in caſibus à iure eis conceſſis. Si uero aliquem de peccato abſoluant pro quo excommunicatur, & non à ſententia: licet grauiter peccet: non tamen excommunicatur ſecundum glo. Vuill de lugduno. Sequitur, vel qui à pœna, & à culpa abſoluunt. Probantur hæc in ſeptimo de priuileg. & exceſſibus priuilegiorũ. Religioſi tamen dicit Ioã. And. ꝙ illis, qui priuilegiis habent domeſticos cõmunicare non intendunt per hoc præiudicium facere. Idem etiam opinatur, quòd ſufficiat religioſo: ꝙ recepturi ſacramẽtum dicant ſe habere licentiam: quia nõ præſumuntur immemores ſuæ ſalutis. Oppinatur etiam, ꝙ ſufficiat, ꝙ det ſuis ſubditis licentiam in generali non nõ 6
minando in ſpeciali religioſum cui eos committit. Vel ꝙ etiam det in generali alicui religioſorum licentiã parrochianorum ſuorum. Item quicunque clericus, uel religioſus facit aliquam perſonã promittere, iurare, vel uouere, ꝙ ſepeliatur in eccleſia ſua, uel ꝙ ſepulturã electam mutet. Vt patet de pœnis cupiẽtes. in Cle. in fine. Item quicunque epiſcopum percuſſerit, uel detinuerit: vel ſocius fuerit. De pœnis ſi quis in Cle. Item quicunque domini temporales in 7
loco interdicto celebrare diuina cogũt: uel excõmunicatos ſeu interdictos publicè, dum celebrantur diuina aduocauerint: uel in ipſo officio retinuerunt: vel ne recedãt impedierint; quando ab hiis, q̃ diuina celebrauerint, moniti fuerint, ꝙ recedant, ipſi etiam nominatim moniti, qui non exeunt excommunicẽtur. De ſenten. excommunica. in Cle. 8
grauis. Item fratres minores, qui etiam tempore interdicti recipiunt ad diuina aliquem tertij ordinis. Item inquiſitores hæreticæ prauitatis, qui contra conſciẽtiam. Amore, odio, præce, vel precio proceſſum hæreſis cõtra aliquam incipiũt, vel inceptũ dimittat de hæreticis. ¶Epiſcopis reſeruatur vero de antiquo iure ſolennis pœnitentia. Excommunicatio maior: diſpenſatio irregularitatum quæ ſibi competunt. Sicut notatur ab Hoſti. in ſumma de diſpenſatoribus immediate ante. Ru. de ſenten. excommuni. Item incendiarij. 23. q. 8. c. peſſimam. Itẽ conſuetudo: vbi uidelicet de conſuetudine ĩ aliquo epiſcopatu, aliqua crimina ſibi reſeruat, quo ad abſolutionẽ. Nota iſta in ſumma confeſſ. li. 3. titu. 34. q. 50. vtrũ ſacerdos. Item blaſphema publica Dei, & ſanctorum. Extra de maledicis ſtatuimus. Item homicidium, quia minora ſibi reſeruantur, ſcilicet membrorũ mutilatio, ergo maiora 23. q. 8. Si quis mẽbrorum. De ſenten. excommu. cum illorum. Item uiolatores eccleſiarum cum effractione, de ſenten. excom. conqueſti. Item reſtitutio incertorum cum magna 9
quãtitate de iude, cum ſit. De teſtamẽtis

cum

tia de usuris cum tu. Item mutationes votorum Sancti Iacobi,& minorũ. Nota.b. 11.2. Item arduum factum. Itẽ specialis retẽtio. Aliqui verò casus episcopis reseruatos comprehendunt his versibus. Qui facit incestum,deflorans, aut homicida. Sacrilegus, patris percussor, vel sodomita. Transgressi uoti,periurus sorti lonusq;. Et mentita fides. faciẽs incendia raptor. Prolis oppressor,blasphemus,omnis adulter. Põtificem super his semper deuotus adibit Item alij uersus ad idem. Deditus usuris faciens incendia falsi. Testes sortilegi,falsarius atque monete tonsor. Legatum impediens, à canone uincti. Proditor ad hæresim sectans: vendensq; colũbas. Supponens partum ve necans: rerumque sacrarum. Raptor,presbytero nequeunt à simplici solui. Sed nota multi casus in istis versibus continentur,qui in summis non leguntur: sicut patet in summa confessorum. lib. 3. titu. 34. q. 50. utrum sacerdos, ubi casus episcopis reseruatis ponantur Inter quos multi de prædictis expresse non continentur. De nouo iure episcopis reseruantur. Religiosi retrahentes fideles à solutione decimarum suarum.

10 Sicut patet in Clem. de pœnis. Cupientes Item præcipit dominus Papa,ꝙ moueãt laicos ad solutionem decimarum ĩ certis festis,si curati hoc petant, & nisi ista faciant. Si etiam in audientia confessionis scienter dimiserint conscientias cõfitentium de hoc informare, suspendũtur ipso facto,donec sic confitẽtibus super hoc conscientiam fecerint,ꝙ si sciẽter negligentes de sic informanda conscientia infra tempus suspensionis prædicant,excommunicẽtur. Sicut patet de pœnis. Cupientes in Clem. Itẽ impediẽs

11 sequestrationem, vel fructus occupans sequestratos, post sententiã latam à curia de sequestratione ad compẽsandas. Item qui interdicti tempore in casibus non concessis nominatim, excommunicatum,seu interdictum,uel manifestũ vsurarium sepeliuit. De sepulturis eos, qui. in Clem. Item de religiosis, qui decimas noualium,uel animalium familiarium, uel pastorum suorum: uel animalium,quæ cum gregibus suis pascũtur,uel animalium,quę in fraudẽ emũt, & empta tradunt uenditoribus tenẽda: vel illis,qui ad se ueniunt, non renunciantes mundo dantes, & sua, uel terrarum,quas pro censu tradũt, nisi terra sit exempta,sicut persona,quæ tradit. Et ad hoc sciẽdum est,forma priuilegij inspi- 12
cienda secundum Ioan. Andr. uel qui quascunque alias decimas subtrahunt, vel dare prohibent habentes administrationem suspenduntur: non habentes excommunicentur: nisi infra mensem desistant. Et infra duos menses satisfaciant damnificatis. Addit in glos. Ioan. Andr. de terris eis traditis ad colendum idem esse iudicium. Quia ad hoc, ꝙ priuilegium de decimis non dandis,locum teneat,oportet,ꝙ prædium sit suum, & ꝙ sumptibus propriis colatur. Probantur hæc de decimis,religiosi. lib. 6. Item monachi,& canonici regulares non habentes administrationem, qui ad curias 13
regũ,uel principum accesserint, vt prælatis aut monasteriis damnum aliquod inferant. Monachi etiam,qui infra septa monasterij arma tenent. De sta. monachorum ne in agro in Clem. Item quæcunque accipiunt, uel portant habitum beguinarum, uel eas inducunt, uel fouent. De relig. do. Cum de quibusdam in Cle. Item quicunque cõtrahunt matrimonium in gradu consanguinita- 14
tis,uel affinitatis scienter. Si uero sciunt separentur,sed si ignorant talem gradũ esse prohibitum, adhunc incurrunt secundum Ioan. And non incurrunt,qui in aliis impedimentis contrahunt. Item religiosi moniales clerici in sacris ordinibus constituti matrimonium contrahentes. de facto excommunicẽtur. Probantur hæc omnia de consanguinitate, & affinitate. Eos in Cle. Item executores mortui beneficium infra decem dies eligant taxam beneficij, vel residuum, quod si noluerint eligat beneficiat⁹, qui uero ultra partẽ suam accepit, si sit episcopus,uel maior suspendit. Collegium interdicitur: persona inferior excõmu-

.ncer,niſi infra men ſem reſtituant. Probatur de præben. & dig. lib. 6. ſuſcepti regiminis cura. Item qui non ceſſant ceſſante ſancta matre eccleſia. de ſentē. excommu. ex frequentibus in Cle. Item quicūque impediunt ordinarios in viſitatione monialium, vel canoniſſarum quantumcunque ſint exempti, niſi ammoniti reſipiſcant, excommunicentur. Item poteſtates, capitanei, vel rectores ciuitatum, qui vſuras ſoluēt, compellūt, vel reſtitutiones earum quando repetūtur impediunt: aut ſtatuta ſuper hoc faciunt, vel facta cuſtodiunt: niſi infra tres menſes deluerint, excommunicentur. Item quicūque nouam religionem inuenit, aut locum ſine licentia Papæ accipit, vel mutat, vel transfert quocunq; titulo &c. ¶Alij verò caſus relinquuntur aliis, ſed dubium eſt quibus, quantum ad aliquos caſus, ſicut de excommunicatis ſine nominum expreſſione, ſicut pro furtis, & huiuſmodi, quæ fiunt in eccleſia à ſacerdotibus. De talibus
16 ſecundum Ioan. Monaci in gloſ. ſuper bullam benedicti, quæ incipit inter cunctas, poſſunt abſoluere, qui habent poteſtatem abſoluendi à peccatis aliis mortalibus ſuppoſita ſatisfactione, quia talis, quo ad eccleſiam militantem non eſt excommunicatus, ſed quo ad Deum: ſicut exiſtens in mortali peccato. Et ſecundum Bernard. ſi talis celebraret, non eſſet irregularis. Argumentum extra de offic ordi. ſi ſacerdos. in gloſ. Ibi enim gloſ. dicit, quòd talis ab eccleſia non eſt vitandus. Contra hæc videtur illud de ſenten. excommunica. cum non ab homine. Ibi habetur in textu & glo. quod talis, qui incidit in ſententiam canonis, clericum percutiendo, vel alio modo, & ſic denunciatus non ſcit, ipſe tamen, qui hoc ſcit, tenetur, eum vitare, niſi forte illud ſciat ſolus per confeſſionem, in quo caſu non debet eum vitare in publico, ſed in priuato. Sed aliud eſt de ſententia canonis, aliud iudicis, vtrobique tamen tenetur eum vitare in priuato, qui
17 eum ſcit incidiſſe. ¶ Item nota, quòd qui percutit clericum ignorans eū eſſe clericum, non incidit. Expreſsè eſt caſus de ſenten. excommunica. Si verò aliquis in clericum. Hoc dicit expreſse. Innoc. ad idem ſuper. c. cum non ab homine. Subiſtis verbis. Si aliqs (inquit) Innocentius clēricū occiderit ignorans eum clericum, forte quia in nocte eum occidit, non credimus eum excommunicatum. Credimus enim neceſſe eſſe, quòd dolus interueniat, & quòd clericum ſe percutere intendat ſupra eod. Si verò, quod prædictū eſt de ignorantia, eſt verum, vbi eſt ignorantia probabilis, ſecus ſi ſit craſſa: quando à tota patria habetur pro clerico, qui percutitur, tunc ignorātia percutientem non excuſat. Item ſecundum eundem, Ioannem ſuper conſtitutionem inter cunctas. Sortilegium, quod fit cum corpore Chriſti, vel Chriſmate, epiſcopis reſeruatur. ¶Item nota, 18
q̄ infirmo morienti, qui alias penitētias tunc perficere non poteſt, iniungatur, q̄ peccata ſua eleemoſynis redimat. ¶Item ſecundum gloſ. in Cle. de ſepulturis ſuper. c. dudum. Prius debet penitenti pœnitentia iniungi, & poſtea abſolui, quia contritio debet abſolutionem præcedere, cuius ſignum eſt humilis, & deuota pœnitentiæ ſuſceptio. ¶Periculum indi- Arti. 4.
ſcretē abſoluentium, & malè abſolutorum, patet exemplo de medico ſolum in ſuperficie curante filium regis graniter ad mortem vulneratum, talis curatio poſtea vertetur in periculum curati, & curantis. Sic ſpiritualiter illis, de quibus conqueritur rex regum Hyere. 6. Et curabant contritionem filiæ populi mei cū ignominia dicentes, pax, pax, & non eſt pax, & ideo poſtea vulnus ap- Exem-
parebit. Sicut patet de quodam magno plum.
qui (vt fertur) habuit ſacerdotē, qui in confeſſione eum offendere noluit, hic cum quadam die ſederet cū multis, qui conquerebātur, q̄ confeſſores eis nimis 19
eſſent auſteri, vel forte quia eos abſoluere noluerunt, ſed ad ſuperiores eos miſerunt, vel forte quia nimis graues eis pœnitentias impoſuerūt, dixit ego optimū habeo ſacerdotem ad confeſſiorem, q̄ de omni facto me abſoluit, & quales

ipſe

ſpſe uolo pœnitẽtias mihi imponit. Poſt mortẽ uerò utriuſq; domini. ſ. & capellani, uxore. ſ. prædicti domini in capella ſola orãte apparuit quidã habẽs formam hominis ignitã, & terribilẽ, portãs alium eiuſdẽ formæ ſuper dorſum ſuum, & ipſi domini nimis timenti ait, qui portabatur, ne timeas ego ſum maritus tuus, & iſte portator eſt ſacerdos confeſſor meus, qui ſicut uiuẽtem ſupportauit in culpa: ita mortuũ portat in pœna, & hoc iuſtũ eſt, ut ſimiles in pœna ſint adulatores, & qui eos dilexerũt.

20 Dequibus. 2. Thimo. 3 Prædixit Paulus erit tẽpus cum ſanam doctrinã non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacernabunt ſibi magiſtros. Tales. n. diligunt moderni domini, tã in iudicio forinſeco, quàm intrinſeco ſuæ conſciẽtiæ, & confeſſores, qui eos non offendunt veritatẽ faciẽdo, uel dicendo, ſicut patuit tẽpore moderno de quodã domino ſatis noto Hic vocato ad ſe quodã ſancto viro dixit, ꝙ uellet ei confiteri, cui cum ille ſe excuſaret, & in ſufficientẽ ſe diceret pro confeſſione audienda tanti domini, & alius excuſationes nõ acceptaret adiecit ſic. Narrabo inquàm uobis vnam narrationem. Accidit ſemel vnũ potentẽ, & iniurioſum, quendã habere confeſſorem, cui ĩ confeſſione ſe, & facta ſua excuſare ſolebat, & ſe iuſtificare de duro dominio, & huiuſmodi crudelia facta, inuenieus rationes multas, vt ei uidebatur, ubi nulla tamen erat nec poterat tot inuenire, quin confeſſor eũ iuuaret plures iuſtificationes inueniẽdo, ſicut Ieſabel uxor regis Achab &c. Et poſtea eum abſoluit ſine reſtitutione, ubi nõ potuit, cõtigit dominum illum mori, & in eccleſia ſepeliri, in qua cum confeſſor eſſet ſemel cum ſocio ſuo in eccleſia vidit terram tumuli moueri, eum ſic alloquitur propter tuum defectum, quia uerum mihi non dixiſti, ſed in errore ſupportaſti, & malè abſoluiſti, & propter meam negligẽtiam, quia tales dilexi, ſum damnatus, & ideo iuſtũ eſt, vt ſis etiam ſocius pœnæ, ſicut fuiſti culpæ, & accipiẽs eũ per caput tã pellem cũ pilis inde extraxit dicens, iſto interſignio poteris dicere vxori, & amicis meis ſtatum meũ. Iſto ſic narrato adiecit, ſi uis, ꝙ ſim cõfeſſor tuus, nõ portabo illũ rubeũ capellũ pro te poſt mortẽ tuã (quo audito) ei confiteri noluit, timuit. n. ne ueritas eũ contriſtaret, & diuertit ad adulatores. Et hoc eſt, qđ ſequitur in prædicta Pauli auctoritate, à ueritate quidem auditũ auertẽt, ad fabulas autem cõuertentur. Cũ ergo periculum falſæ abſolutionis nõ ſolum redundet in abſolutũ, ſed etiam in abſoluentẽ, ſanum eſt cuilibet confeſſori teneri conſiliũ apoſtoli. 1. Thim. 5. vide (iquit) manus cito nemini impoſueris, neq; communicaueris peccatis alienis, de hac materia infra. c. de ordine. Nota C. 5. 18. & 27. Item c. 6. 10. Sed quid ſi pœnitens paratus eſt condignã facere pœnitentiam, ſed confeſſor non ei imponit, ſicut debuit, quis illud in alio ſeculo ſupplebit? Videtur, ꝙ uterq;: confeſſor, quia fuit infidelis, & negligẽs diſpenſator: confeſſus, quia nõ ſatisfecit ſm, ꝙ taxatũ fuit in curia Dei, qđ in inferiori curia non põt remitti. Sed obijciunt, credebat totum ferre, quibus reſpondetur. Quod licet quis quandoque credat vulnus corporis bene ſanatũ, ipſe tamen poſtea ſentiet damnum, licet hoc ex medici defectu contigerit. Et licet ſeruus dimittat debitum domini ſine ſui præcepto: dominus poſtea illud repetet, non obſtante, ꝙ alius credat ſibi bene donatũ, uel dimiſſum, ſicut patet ſer. ciui. 6. Et ſi ponas cauſam hæreditatis tuæ ſuper hominem, quem credis eſſe ſapientiſſimum aduocatum; propter ipſius tamen defectum potes hæreditatem perdere: ſic in propoſito, & patet. In tali enim caſu poteſt cæcus cæcum in foueam ducere. Innocent. vero in iſto caſu dicit, quòd ſi confeſſor non dat ſufficientem pœnitentiam, ſicut deberet, ex ignorantia, uel alio defectu, vterque in alio ſeculo ſupplebit. Confeſſor quia non eſt ſacramentorum diſſipator, ſed diſpenſator, in qua diſpenſatione contra phas errat.

Exemplum.

Confessus verò non propter defectum voluntatis, suppositò, quòd uoluisse eā totam feciſſe, si fuisset imposita, sed ꝓpter peccatum præcedens, de quo non satisfecit. Si uerò propter rationabilem causam totam non imponit, puta cum posset, & nollet eā perficere, pœnitens totam supplebit. Not. C. 5. 13. cum multis sequentibus. Et C. 6. 20.

¶Accidia. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit accidia.*
2 *Quid sint filiæ accidiæ.*
3 *Quæ sint conditiones accidioſorum.*
4 *Illis, qui in conditionibus accidiæ sunt occupati videtur hora ieiunij prolixior.*
5 *Quale sit accidioſi officiū ī curia diaboli.*
6 *In curia diaboli sunt pro omnibus ſedes.*
7 *Quemadmodum canes ī quoquina, vel ſole iacentes permittunt muſcas aures perforare: ita homines in lecto iacentes malis cogitationibus animas lacerare.*
8 *Accidia fugienda, quia vt terra inculta producit ſpinas: ita homines accidioſi malas cogitationes.*
9 *Vt ſerpentes in os dormientium in locis amonis: ita vermes infernales in animā diu dormientium ingrediuntur.*
10 *Homines iniqui confugiunt ad Deum, vt eos liberet, & ſe ipſos à ſuis peccatis liberare poſſent.*
11 *Diabolus cum fraude homines detinet, vt lucrum, ſpirituale amittant.*
12 *Vt, q eſt are alieno oppreſſus, non poteſt dormire: ita, qui peccatorum onere oppoimitur quieſcere non poterit:*
13 *Infirmitas ſpiritualis quæ.*
14 *Quomodo ab infirmitate ſpirituali liberari poſſimus.*
15 *Vt nautæ negligentes ſubmergunt nauē: ita clerici negligentes ſuorum laicorum animas in infernum demegunt.*
16 *Quomodo punientur, qui ſeipſos nimium dilexerunt.*
17 *Cuius ſint milites, qui in otio degunt.*
18 *Quomodo otioſi cæleſti hæreditate priuentur.*

Accidiæ Primo ponēda eſt deſcriptio, & origo. Secūdo eius notificādę ſunt filię. Tertio ponēdæ ſunt cōditiones illorū, q filias illius ſibi matrimonio copolant. Quarto quale officiū accidioſi in curia diaboli teneāt. Quinto quare uitāda, & fugiēda eſt cū oībus ſimilibus, & conditionibus ſuis Sexto pœna non fugientium exprimēda eſt. Arti. 8.

¶Quātū ad primū Bern. in quodā ſermone eā ſic deſcribit. Accidia eſt qdam animi torpor, quo qs negligit bona inchoare, aut faſtidit perficere. Naſcitur eſm inſtinctu diabolico ponēte, ī corde, quàm uerecundum ſit confiteri, quàm graue pœnitētiā agere, ieiunare, reſtituere, & huiuſmodi facere. Et ex tali cogitatione afficitur quodā tœdio, & horrore, & quadā cōtra ritum eccleſiæ impatientia vñ Sene. in tertia eſt impatiēs ſui, & ſic affectus amittit, & faſtidit omnem ſpiritualem ſaporē in his, quæ Dei ſunt. Et habet quodammodo vitā propriā in tœdio, vñ Señ. epi. 19. Vitam in odiū, ocium adducere ſolet. Arti. 9. ¶Prædictis concordat Damaſcenus, dicēs. Accidiā eſſe triſtitiā agrauantē, quæ ita animū deprimit, vt nihil agere libeat, ſed ex quodam tœdio malo, totum Deo committit, cogitans ſi voluerit me ſaluare, ſaluet. Talis triſtitia ſi ſit de bono fiendo mala eſt: quia in dñi eſt ſperandum adiutorio, quātūcunque multa ſint impedimenta retrahentia: quia dñs fortitudo populi ſui. Si ſit de malo, in quod incidit, uel de peccato præterito, mala eſt, & contra doctrinā apoſtoli. 2. Cor. 2. quæ non vult, qđ pœnitens de peccatis ſuis maiori triſtitia abſorbeatur. Arti. 10.

¶Quātū ad ſecūdū filiæ eius ſufficiēter numerantur per S. Tho. 2. 2. q. 35 art. 4. Quarum vna eſt puſilanimitas quæ retrahitur ab aggreſſu durorū, ſed ponēdū eſt durū æternū, iuxta durum tēporale. Exēplo Susanę, dicētis Dañ. 13. melius eſt mihi incidere in manus, &c. & non erit durū nec antiquas delicias dimittere, nec nouas pœnitētias incipere.

¶Aliæ

Digitized by Google

3 ¶Alię sunt torpor, rancor malitia, ociosi-
tas, somnolentia, mētis importunitas,
corporis inquietudo, instabilitas, uer-
Arti.3. bositas, curiositas, desperatio. ¶Cōditio
nes accidiosorū sunt, diu lectū tenere,
tardè ecclesiā querere, lautè comèdere,
multū garrulare, & aliis detrahere, ina-
niter ludere, vtpote, quia intus (vt dictū
est) spirituale solatiū ñ habet, exterius
corporaliter quęrit, sicut patet ser. 58.6
4 Vnde tali cū nō sic occupatus, videtur
hora ieiunij prolixior, quia quasi ca-
nis semper famescit, vnde Io. Cassianus
in colla. patrū, collatione. 10. de spiritu
accidię dicit, q̄ mēs ociosi nihil cogita-
Arti. 4. re nouit, quā de escis, aut de vētre. ¶In
5 curia verò diaboli officiū habēt camera-
riorū, ipsum diabolū delicatè cubando,
& eius mēbra scalpando, quia sicut
boni mēbra sunt Christi, ita ipsi diaboli
à cōtrario sunt. ¶Itē sunt baiuli, & por-
tatores diaboli, quia sicut ipsi sunt ī fo-
ro parati ad omne opus portādū, & se
offerunt ad cōducendū, ita isti sicut pa-
tet ser. 61.6. sicut serui à nullo conducti
à diabolo ducunt ad multa. In lecto oc-
cupat eos circa cogitatiōes, & operatio-
nes luxurię ī aula gulę, ī taberna ebrie-
tate, in cāpo circa ficta opera, ī vico cir-
ca derisiones. In hoc differt dñium dia-
boli ab aliis. Quia alij inueniuntur, qui
volunt ministros superbos, luxuriosos,
crudeles, cupidos, & hmōdi, sed raro q̄
6 volūt ociosos. Diabol⁹ verò oībus aliis
curialior nullū refutat, sed illos, & istos
recipit, & infernus nūquàm eis deficit.
O. 2. 1. ¶Itē sunt vasa vacua in diaboli
celario. Item equi in eius stabulo pro
omni sessore para tit. Inuenit. n. domū
ociosi vacātē, & assumit sex spiritus ne-
quissimos secū: quia ad septē mortalia
faciliter eū secū ducit. ¶Itē sunt milui
diaboli, miluius enim dr quasi moliter
volans, sic ipsi lēte faciunt, & quia sem-
per cum miluio murmurant, dicēdo vi
vi, quare sic affligor, quare sic uexat me
in laboribus. ¶Itē sunt canes venatici,
& famelici ſm omnes sensus: quia au-
res famescūt rumores, oculi vanitates,
gustus sapores, tactus mūdicias, vnde
Hiero. in epistola ad Dęmetriadē vir-
ginē, ī desiderijs, vt legimus est omnis
ociosus. ¶Itē sicut canes antiqui in co- 7
quina, & in sole iacētes permittūt mu-
scas, quasi perforare aures suas sicisti, vt
patet in coquina diaboli ī lecto molli,
& calido diu iacēdo, sicut patet ser. 47.
& muscas infernales recipiunt. i. pessi-
mas cogitationes, & diaboli tētationes
plurimas, quę animas lacerant, vñ. Ioā.
Cassanus in colla. patrū. Apud Aegyptū
(inquit) ab antiquis patribus facta est
sanī a, operantē monachū dęmone vno
pulsari, ociosum verò innumeris spiri-
tibus deuastari, quia cū sit superbus, ti-
midè inuadit audaces, ne vincat, & for-
titer timidos, sicut prędictum est de ca-
ne, & ideo more canis eis ministrabit,
pelle. i. bonis tēporalibus detractis, &
diuisis. in qua diuisione spiritus est sa-
thanę, caro uermi ū, māmona regis, vni
ea plus duplici pars sua cuiq; placet, &
sic teste Sen. ocium sine literis mors est.
¶Quinto patet, q̄ ab oībus fugiēda est. Artic. 5.
Primo, quia sicut terra inculta, pducit 8
spinas, & generat herbas nociuas, & stās
aqua putrescit, & fœtet, & vestis à tineā
comedit, & ferrū nō vsitatū, rubigo cō-
sumit, sic spūaliter, vnde Sene. in quadā
epistola. vita humana ferri cōditionem
tenet, qđ nisi exerceas, rubigo cōsumit.
¶Secūdo, qa vermes infernales ītroduc- 9
cit in aīam, sicut patet ser. 71.7. Sicut. n.
dormiēti, & torpēti in locis amenis, q̄n-
que coluber os intra, ita spūaliter, &c.
Io. Hier. ammonet, dicēs, semp aliquid
facito ne diabol⁹ te ociosū inueniat. In
tali ergo spūali sopore constituti multū
tenent eos excitātibus. Exēplo cuiusdā Exem-
Philosophi de quo fert q̄ librū fecerit plum.
de laude musce qa cū coluber ipsū ītra
re vellet, musca casu momordet labia
sua, & sic eū à sōno excitauit. Sed spūa-
lis excitator, dicendo illud. 1. Pe. 5. So-
brij estote, & vigilate, & illud apostoli.
Exurge à mortuis, qui dormis frequē-
ter reportat malas grates, quia odio ha-
buerūt, corripētē Amos 5. ¶Tertio, q̄a 10
infatuat sicut patet ser. 35. 6. qa sicut in
luto detēt⁹ cū curru suo Deū, & trāsęū-

res ī adiutoriū inuocabat,& ipſemet no
ſuit ad currū manū ponere,quia noluit
inquinare nec pedes madefacere,cū tñ
ipſemet ſufficeret ad currū extrahēdū.
Ita multi clamāt ad deū dicētes,dñe ſal
ua me,adiuua me,educ me de iſto pctō.
Alteri ēt dicūt, ora ꝓ me, & ipſimet ſi
vellēt ſola cōfeſſiōe poſsēt ſeipſos libe-
rare,& nolūt. Sūt ſicut catus,q̄ diligit pi
ſcē,ſed nō vult madefacere pedes, & ſi-
cut fautus, q̄ cadēs ī aqua, cū pene ſub-
mergeretur inuocabat S. Nicolaum: &
ipſemet noluit manus de ſinu educere
ad liberādū ſeipsū,q̄a frigus erat, ſicut
patet ſer. 54.6. Caſſiodorus ī epiſtolis, ſi
cut natura duris laboribꝫ īſtruit,ita per
11 ocia torpētia fatuatur. ¶Quarto, q̄a ꝓdi
toriè hoīem detinet ſub ſocietate, dum
lucrū ſpirituale amittit, & dū diabolus
ignē peccati ī domū aīæ ſupponit: im-
mo dū ipsū occidit, & dū ēt dānū īcur-
rit maximū,q̄a argētū,& alia ſemel am-
miſſa recuperare pt, iterū idē non autē
idē tps,q̄d pdit. Et iō ſapiēs,dicit, Dāna
12 fleo rerū,ſed pꝛe fleo dāna dierū. ¶Quīto,
q̄a multis peccatis obligati ſumus.
Refert.n. Macrobius in ſaturnalibus, ꝙ
Imperator Auguſtus cū audiret ſe mul-
tis debitis obligatum: ꝓiecit à ſe culci-
trā ſup quā ſolebat dormire, rndēs quo
(inquit) delicatè, & ociosè dormire pōt
tot debitis obligatus, quo ergo tā delica-
tè dormire poſsūt nobiles moderni,
cum quicquid commedāt, vel bibāt pro
magna parte ſunt de mutuo, Vel quo
dormiet peccator cuius aīa obligatur
diabolo,& ęternæ pœnę, & cuius hērdi-
tas celeſtis eſt in ꝓditionis periculo, &
cuiꝰ dies breues ſunt, & miſerijs pleni?
Diſcamus ergo à formica, diſcamus, &
à fatuo amore, vt cupiditate vexatis: ma
gna & fortitur operari in amore Dei.
Quia teſte beato Greg. in Hom. de ſ. ſ.
Amor dei non eſt ocioſus operatur em
magna, ſi eſt ſi, aut operari renuit: amor
13 nō eſt. ¶Sexto, quia eſt ſpiritualis infir-
mitas ſignificata per illum habentē ma-
nū aridā. Matt. 12. & bene dicit manū,
quia manus ordinata ad Deum, & bona
opera ſola arida eſt, & ſic de pede, ita illi
podogra tenētur ī his, q̄ dei ſunt, q̄a cōi
ter ſunt tepidiores ad ea, q̄ Dei ſunt: ſi-
cut ſermones audiēdos & alia vtilia: ad
ſpectacula, & vana ſunt velociores; pe-
des. n. illorum ad malum currunt. Prou.
1. Et manus illorum ſaguine plenę
ſunt, Eſa. 1. Et lingua loquax, eſt ergo
peſſima paraliſis, quia reddit hoīem im-
potētē in his, q̄ ad Deum, & aīæ ꝓtinent
ſalutē, cūcta, q̄ ſpiritū nuūat fugiunt, &
carnis curā pficiūt in deſiderijs. ¶Septi- 14
mo, quia eſt medicina diaboli, ipſe em̄
eos informat, ꝙ ſi amitterent ſudores Exem-
ſuos, & dormitiones matutinales, more plum.
rētur & īfirmarētur. Sicut patet de illo,
qui omni nocte iacēs, de matutinis ex-
cuſauit ſe ſudore, iuxta cuius lectū cum
Abbas vna nocte trāſiret tpe matutina-
rū: vidit duos medicos inferni cū duo-
bus flabellis ſub lecto eius carbones ac
cēdētes, & q̄rēti cām. Rnderūt ad faciē-
dū iſtū ſudare, ne ad matutinas ſurgat, q̄
cū Abbas excitaſſet, & ei ſuū periculū ī-
timaſſet, optīe ſe poſtremū correxit, &
ita ſanū ſe inuenit, poſtea ſurgēdo, ſicut
prius ſudādo, hoc ēt experimēto vide-
mus, qđ ſurgētes media nocte, & mane,
& parcè, viuētes longioris vitæ, & pul-
chriores ſūt. Patet ergo, qđ diabolus eſt
medicus mēdax. Et licet accidia ab oībꝰ
fugiēda, ſit, maxīe tñ ab eccleſiaſticis, & à
viris religioſis, vt ad modū auiū ñ ſegni-
ter volātiū, ſed admodū philomenę: die
noctuq; cātantis. De eis verificē illud
Pſal. 8. volucres cęli &c. hic no. de ſctō
Carolo Magno Imp. qualiter oī nocte
ſurrexit. ¶Octauo quia nauē vitæ nr̄æ
ſubmergit, nautę em̄ minꝰ ſcioli: labo- 15
rioſi, tñ & diligētes, cū naue euadunt,
vbi magis ſciētifici in arte tepidi, & ne-
gligētes ſubmerguntur ſic in arte tepi-
di, & negligētes ſubmergūtur, ſic in ar-
te aīę maximi clerici negligentes circa
ſalutem aīę in infernū demergūtur, vbi
pauperes laici diligentes ſaluātur. Sicut
ergo ī naui clamāte oēs currunt, & nul-
lus ſe excuſat ita Deo clamēte p ſe, & p
alios, & ſacriſta pulsāte, nullus ſe excu-
ſet, dicēdo eccleſia non fugiet à nobis
benę iuenimus eā, ſed hoc aduertatis, ꝙ

dum

dum Christus dormiebat, nauis piclitabatur fluctibus: ita uiris ecclesiasticis tepide agentibus, q ob ecclesiæ nauē regēdā satis carē cōducunt, qa nulli hoīm, quietiora recipiunt stipēdia nec pinguiora. Sed heu Chrisost. dicit sup Io. omel. 37. Oēs (inquit) solicitātur de factis suis. s. manētes, nauigātes, agricolę, iudices, & nos terra ĩhabitamus Dei, & nihil eorum, qui Dei sunt sapimus. ¶ Vltimo tales puniētur ĩ corpore, qđ inordinatē dilexerunt, & in aīa, & sic erit de eis, sicut de multis temerè diligentibus nemora sua intm̄, q nulli pmittitur, īde aliquid auferre, & post mortē illorum ueniunt ad manus aliorum, qui totum destruūt. Arti. 6.

16 Sic de nutriētibus carnē, & ab oībus laboribus quātū posſūt pſeruātibus, quā vermes postea totaliter destruūt Eccl. x. Hō cū moritur hrditabunt eū uermes. Et ĩ aīa ēt punietur cū dæmone, de cuius falilia ut s. dictū extiterunt, sicut patet ser. 71. 7. Deus n. ordinauit tria genera hoīm. s. laborātes, sicut agricolas, & artifices ad supportādum totum corpus ecclesiæ, ad modum pedum: milites ad defendēdum ad modum manuum, clericos ad regēdum, & ducēdum ad modum ocłorum. Et oēs pdicti fideliter ſtatum suum tenētes, sunt de Dei familia. Diabolus verò ĩuenit quarū genus. s. ac cidiosos, qui ĩ nullo ordine sunt, nec laborāt cū rusticis: nec discurrūt: cū mercatoribus: nec pugnāt cū militibus: nec

17 orāt, uel cantāt cū clericis Iō ibunt cū abbate suo cuius ordinis fuerunt. s. diabolo, ubi nullus est ordo, sed sēpiternus horror. Iustū. n. est, ut ab eo, cui seruierunt, mercedē recipiāt, Christus. n. solūmō oparios uocabit, & pmiabit. Et sicut Christus laboratoribus dicet, uenite ad me oēs, qui laboratis. Mat 11. Et illis dabit regnū suū (ipso dicēte) & ego dispono uobis regnū. Sic diabolus dabit ociosis suis regnū suū, q pulchre oñditur p exēplū de rege pigerrimo, & sūme tales diligēte. Hic triū filiorū pigriorē voluit hrdē facere, sicut patet ser. x. 4. Isti ergo requisisti quātū eēt pigri. Primus dixit, ego tā piger est, q nolo pēdere đ igne, quo cōburitur retrahere, ergo mihi debetur hrditas. No. ait secūdus, sed mihi, quia ductus ad suspēdiū, & corda ligata ad collū, cū sit mihi datus gladius ad cordā scīdēdā, & sic mortē euadere possim, nolo p pigritia. Tertius ait immo mihi detur hrditas, qa iacēs ĩ lecto supinus cū pluuia descēdat ĩ vno oculo, eū claudere nolo. ¶ Spūaliter. Primus filius est, q hēt pedē affectionis ad aliqđ pctm̄, uel malā societatē, ubi erit se cōburēdū ęternaliter, nō tamē vult se retrahere. Sed̄s ducitur à diabolo ad patibulū Inferni corda verecūdię de cōfessione faciēda, & cōfusione, cui datus est gladius linguę ad cōfitēdū, nec uult eā scīdere. Tertiꝰ recipit ĩ oculo corporali guttas infernales. i. uisiones attrahentes ad malū, & ĩ oculo cordis cogitationes turpes, nec vult ocłos claudere. Iō oībus tribus debetur hrditas īferni, qa oībus

18 sufficit. ¶ Exēplū, quo tales hrditate cęle sti priuātur. Videmus ser. 71. 7. de duobus uicinis mercātibus adīuicē, quorū vnus est cautus, & cupidus, & diligēs in factis suis, alius uerò negligens. Primus paulatī supplātauit aliū đ hrditate sua. Sic đ carne, q cōcupiscit aduersus spm̄, & est diligēs circa facta sua, si aīa sit remissa, cito supplātabit eā đ hrditate sua Oīa, & à seruo pigno iussit do. Mat. 25: auferre talētū, & hoc iustū ē, qa q nolūt militare, nō accipiēt stipēdiū, & qui nō vult studere auferentur ab eo libri, ita q nō vult ĩ gra, pficere, auferetur gra, ab eo, & glia. Et arbor, q nō fructiferat, ponit ĩ ignē. Et regnū cęlorū vī patit, iō te pidi nō rapiūt illud, nec brauiū capit, q nō bn̄ currit, nec palmā, nisi legitīē certauerit. Nec mirū dēt alicui videri, qđ p dictū ē, q vc3 deus nō dabit regnū suū ociosis, qa n̄ ē aliquos nr̄m, q libēter daret asino, vl gardo vel equo, vel faconi ocioso cibū, vl ēt cani. Nec rex quātūcūq; largē vult dare hrditatē n̄ eūti secū ad pugnā, qn̄ uocat. Sed dicūt illud regnū ē nobis emptū sāguine Chri. Sicut p3 ser. 49. x. Ita si deus emisset tibi vnā liberatā ĩ mōasterio, & oēs ita ociosus, q nolles eā qrere, possesā amittere. Siç

Exemplum.

in

in ꝓposito qui abutitur illa emptione No. ad hoc. A. 6. 3. vſq; ad finē capitu li. Sed ſicut dñs terrenus dat aliqñ ocio ſo cibū ad diē, vel certū tps, ſed nō libēt. ca ſu eū tenet, vel ad magna ꝓmouet, ſicut patet, ſer. 107. 11. Ita nec Deus, licet det hic tpalia, nō tñ æterna. Non plura. c. de ocio. Not. de materia accidiæ ſer. c. 10.

¶Accedere. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Quemadmodum omnia naturalia accedunt ad ſuum finem, ita nos ad Deum finem noſtrum accedere debemus.*
2 *Ad Deum accedentes debent omni labe eſſe expurgati.*
3 *Ad Deum accedentes ſanctificantur:*
4 *Ad Deum accedentes conſtantes in bonis operibus exiſtere debent.*

A. 9. ACcedere accedite adeū volūtariè reuerēter, reintegraliter, & ꝓſe uerāter. ¶Voluntariè ſicut famelicus ad cibū, Ezech. 10. Ipſi accedēt Arti. 1. ad menſā meā, quorum videlicet ſpiritualis ſtomacus. ſ. cōſciētiæ, ñ eſt grauatus peccatis. Iō, q̄ accedūt ad dñm teſtificantur. Exod. 19. Itē ſicut dubius in cā magnæ hæreditatis ad legiſperitos, & diſcipulus ad magiſtrum, & cęcus ad illuminantem, & infirmus ad medicū vulneratus ad cyrugicum in periculo, & tribulatione exiſtens ad liberatorem, ſic acceſſerunt diſcipuli. Matth 8. dicētes ſalua nos perimus. ¶Exemplum ad hoc habemus in natura, in qua omnia promptè accedunt ad ſuum finem, ſicut lapis deorſum, ignis ſurſum noſter autē finis Chriſtus eſt. Item in confuſione, & in omni arte voluntariè accedunt ad lucrum, & clerici ad bonā præbendam. Et ſi accedunt propter temporalia, & non æterna bona, peſſime lectrices, & fatui electores, & citius vadunt ad mundum vocantem quam Chriſtū. Errant ſicut ouis, quæ perijt, quæ citius vadit ad occiſorem habentem ramum viridem in manu, quam ad paſtorē. Et tales, qui accedunt propter temporalia, illis habitis recedunt ſicut dæmon habita cappa, & capucio nō plus operābat. Ita tamen multi ditati plus oſtēdūt, deuotionis, quam ante oſtenderunt. ¶Secundum ſequitur ex primo. Ex quo tot auantagia inuenit in eo digne accedēs. Iuſtum eſt, vt dignè accedatur, & reuerenter, & videlicet accedens nō habeat faciē interiorē conſcientiæ turpem, nec anhelitum fetidum per verba illicita, vel iuramenta, nec manus ſanguinolētas per malas operationes. ¶Qui accedunt ad dominum ſanctificant. Et hoc intelligitur, ſicut patet. A. 2. & 4. Primo corde mundo. Eccle. 6. In omni animo tuo accede ad eum. Secūdo aure, ipſum audiendo, ſicut ſeruus domini mandata, Exo. 20. Acceſſit Moyſes ad caliginē, in qua erat Deus, & ibi didicit mādata. Sic oculis, ſic omnibus ſenſibus mundatis. Quia legitur, Leui. 21. Præcipitur omnis, qui habet maculam, non accedat. Sed heu Hugo li. de. 12. abuſionibus dicit. Acceſſit ad Ieſum Petrus, acceſſit, & Iudas acceſſerunt diſcipuli, acceſſerunt & milites cruciantes, accedūt & peruerſi ſacerdotes, ſicut patebit infra, ¶Quarto ſtabiliter, cum ſtabili ꝓpoſito, iterum non peccandi, ad Hebrę. 10. Accedamus cum uerò corde. Eccle. 2. Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta. ſ. ſtabiliter. Sic acceſſerunt angeli, & miniſtra. ei, Matth. 4. ¶Prædicta ſunt faciēda plus propter bonum proprium. Sed quia lucrum illud non videtur oculo corporali, ſicut lucrum terrenum, multi lentè accedunt, ſicut canes non videtes prædam. Sed in hoc non eſt ſequendum exemplum canum, ſed potius omnium artificum, qui licet finem laboris oculo corporali non videant, mentali tamē appręhendētes fortiter ad opus accedunt. Sic nos, Eccle. 6. quaſi is, qui arat, & qui ſeminat accede ad illam &c.

Arti. 2. Artic. 3. Artic. 4. Artic. 1.

¶Accipere. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Quæ accipere, quæ reddere, & quæ fugere debeamus.*
2 *Quæ Deus dat.*
3 *Quæ accipiunt homines.*
4 *Conditiones hominum accipientium quæ.*
5 *Perſeuerantes conſequi inſta præmia, vo*

curſo-

cultores brauium ī

6 *Munus accipiētis ē reddere, q̄ acceperat.*
7 *Munus naturæ eſt cōicare bona accepta*
8 *Ingratus eſt, qui nō red dit, quod accepit.*
9 *Incuriale ē sēper accipere, & quan dare.*
10 *Pœna ingratorum qua.*
11 *Elemēta ingratorū iniurias vidciſcent.*
12 *Querelæ rerū ad beneficiū hoīs creatarū.*

Art. 10. ACcipietis virtutē ſuperuenientis ſpirituſſancti in vos, & eritis mihi teſtes, Act.1. Primo donū promittit. Accipiētis. Secūdo preciū exprimit ſpirituſſancti. Tertio
1 ſeruitiū requirit. Eritis mihi teſtes. Quātū ad primū debemus accipere, q̄ Deus dat, & reddere, q̄ requirit, & fugere, quæ minatur. ¶Quia ſecūdū Hugo. li. de arra aīæ. Oīs uox, ſeu loquela Chriſti eſt triplex. Et illa triplici uoce totū mūdū vocat. Prima dicit, accipe bñficiū. Secūda redde debitū ſeruitiū. Tertia fugæ tormētū. Prima eſt famulātis. Secunda eſt ammonētis. Tertia cōminātis. Prima eſt delectabilis. Secunda rationabilis. Tertia timorabilis. Primo ergo vidē dum, quid dat Deus. Secundo quid acci-
Art. 1. piant homines. Tertio quid reddendū
2 eſt, & quare. Quarto pœna ingratorū de acceptis. Primo dat Deus bona naturæ, ſicut patet. P. 23. 6. ſ. aīam rōnabilē, corpus cū oībus ſenſibus, & aīam cū potētijs. Dat etiā bona fortunæ, exteriora. ſ. & oīa, quæ in mūdo ſunt, ſolē, & Lunā, cætera elemēta. Bona etiā gratiæ, oībus offert, ſicut patet j. c. de gra. Dat, ēt bona gloriæ. ſ. miniſteriū angelorū, p̄priū ēt filiū incarnatū, & mortuū, & etiā ſpiritūſanctū, & ſic patet illud Iac. 1. Dat omnibus abūdāter. ¶Quartū ad ſecūdū, q̄d videlicet accipiūt hoīes. Eſt ſciēdum, q̄
Art. 2. primū bonum, & ſecūdi, oēs cōiter accipiūt, q̄bus offerūtur, q̄a nec ī illa Dei loquela ſurdi ſūt, ſicut patet M. 11. 13. Nota. ſ. 13. arti. 1. Tertiū uerò, & quartū nō oēs accipiūt, ſed ſolūmō, qui habēt di-
3 ſpoſitiones, q̄ ſequūtur. Primo habētes innocētiā, quia cū Dei imaginē cuſtodiūt impollutā quaſi filij p̄ri Deo aſſimilātur, & iō eius accipiēt hērditatē. P ſ. 23. Innocēs manib⁹, & mūdo corde, hic ac. &c. ¶Scdo agētes pœnitētiā, quia tales ſūt, quaſi medici, qui merētur eleæmoſinā accipere. Act. 2. Pœnitētiā agite, & accipietis dona ſpirituſſācti. ¶Tertio obediētes, & o parij, ſicut ſerui mer- 4
cedē. 1. Cor. 3. Vnuſquiſq; propriā mercedē ac. &c. ¶Quarto pugnātes q̄ tētationes, & mūdi falſitates, ſicut milites ſtipendia p̄ victoria. Iac. 1. Beatus uir, qui ſuffert tētationē, &c. & alibi. Eſtote fortes ī bel. &c. ¶Quīto *miſericordes: ſicut* dñi recipiētes hērditatē *alicuius*, ī eorū neceſſitate à dñis recipitur ī ſua neceſſitate Matth. x. Qui recipit iuſtū ī noīe mer. &c. ¶Sexto uolūtariē paupes, quia dāt, q̄d amāt, ſicut ergo, qui nō dat, q̄ amat, ñ accipit, q̄ deſiderat & à cōtrario. Qui dat, q̄d amat, accipit, q̄d deſiderat Mat. 19. Oīs, qui reliquerit domū, &c. cētuplū accipiet, &c. ¶Septimo pſeuerātes ſicut curſor brauiū ī termino viç.
1. Cor. 9. Oēs quidē curimus, ſed vnus 5
accipit brauiū. Gl. pſeuerās. Oīs, qui ſic diſpoſitus petit accipit. Oīs (inquit) qui petit accipit. Luc. 11. Et iō cōueniēter dr ī epiſtola, cōſitemini alterutrū. Et ī euāgelio petite, quaſi dicere, primo diſponatis aīam, ī qua recipiatur, & poſtea pete tite Acceperunt, & ipſi ſingulos denarios. Mat. 20. Qui aūt aliter petit, nō accipit. Iac. 4. Petitis, & nō accipitis eo, q̄ malè, &c Iac. 1. Nō ergo exiſtimet homo ille grīā p̄ grā, q̄ accipiat aliquid. ¶Quātū ad tertiū. Quilibet ſecūdū il- Art. 3.
lud, q̄d recipit, tenetur reddere, & totū ī eius expēdere ſeruitiū, qui dat, & ei totū attribuere, & iō ī pdicta aucte, Mat. 20. Acceperūt, & ipſi ſingulos denarios Dei bona data à Deo denario cōparantur, q̄ hēt figurā circularē, ſic illa à deo
ſūt, & ī ipſū reflectēda, ſicut patebit in- 6
fra ī c. de gratitudine. Sicut ergo aliq̄d d̄ mari ad nubes mittitur, ut iterū fluat, ſic iſta ad Deū refundēda ſunt, ut plura iterū dētur. Deus. n. abūdāter dantibus ſibi, & ſuis abundantibus dabit. Et q̄ in modico eſt fidelis, & grat⁹, ſupra multa cōſtituet, & in hoc in bona parte aſſimilātur eligētibus, & p̄mouētibus ad

gra-

Exemplum. gradus episcopales, qui largos, & libenter dãtes libẽtius eligũt, & ad maiora ꝓmouẽt, nõ autẽ cõiter parcos. Vñ cũ ī quadã electione fieret mẽtio, de quodã in eꝑm eligẽdo. Rãdit alius, nõ illũ, quia nimis timidus est, quia solus de nocte nõ cubabit, alio nõato, nec illũ (inquit) quia nimis audax est, quia audet solus cũ capellano comedere ī maxima aula totius ciuitatis. Et sic primo ĩcõtinẽtiã, secundo parcitatẽ obiecit, & sic ĩnuit, ꝙ ei, qui noluit minus dare, nequa quã maius daret. Date ergo de acceptis, & dabitur vobis, & hoc est cõsonũ, & legi naturæ, & etiã legi gratitudinis, & legi curialitatis. ¶Primo legi naturæ, stomachus.n. pestifer est, qui multa reciqit, & accepta virtualiter ꝓput eorũ vtilitas requirit nõ diuidit, & cõicat, quia aliter ex sic excepto, & retento multi generantur morbi. Sic princeps, uel ꝑlat⁹, uel qcunq; diues, uel multa accipiẽs, & cupide sibi ipsi ĩcorporãs, de quo Hie. 4. Vẽtrẽ meũ doleo, multa sibi, & corporalia, & spiritualia cõgregat incõmoda.

¶Secũdo legi gratitudinis apud quem ingratus de acceptis, fit indignus de accipiẽdis, & talis etiã apud hoĩes modus inoleuit loquẽdi, nescĩuit (inquiũt) mihi grates dicere, uel nõ seruiuit, vel debitũ nõ reddidit ꝓ tali dono, uel stipẽdio, iõ ꝙ me posterioribus in æternum priuabitur, seu carebit. ¶Tertio legi curialitatis, sicut patet Ser. 11.6.10. Incuriale.n. est in omni curia, & Dei, & hominũ semp accipere, & nunquã dare, habere semp manus apertas, & aures ĩtẽtas, qñ dr̃ accipere, & totũ claudũ, & surdũ, qñ dr̃ date datũ accipere, & dãtẽ repellere, semp petere, & nũquã regratiari. Sic spiritualiter in curia Dei multa Deo accipere, & parũ sibi, uel suis dare. Talis deficit in cõputo, qñ in iudicio aperientur libri de receptis, & expẽsis. Nota. T. 5.17. in afflictione orare, ꝓcessiones facere, missas cãtare, & habito, qd desideratur, siue sit aeris serenitas: siue ꝓ pace nunquid aliquid tale facere, sit ad regratiãdũ, oĩa ista facta sũt eõtra legẽ naturalis rõnis, & gratitudinis, & curialitatis. Sũt ẽt ꝫ doctrinã Senecæ li. 1. de bñficiis. Tres (inquit) grãtes sũt, quę sorores uocãtur, prima dat bñficia, ſcda accipit, tertia reddit. Virgines sũt, qa ĩcorruptę sũt, & sincerè, & oĩbus S. luuenes, ẽt sũt, quia nõ dẽt memoria bñficiorũ senescere. Eccl. 14. ĩ diuisione sortis da, & accipe añ mortẽ tuã, bñ fac amico tuo, & ẽm uires tuas, da pauperi, & nõ defraudaberis à die bono. In diuisiõe sortis, sors istius ſculi ẽ deuitũ, alterius ſculi, pauperũ. Luc. 6. B. paupes. In sorte ergo tua, da pauperi eleęmosynã, vt recipias ĩ sorte sua gr̃iam, ipo teste, ꝙ ait. Mat 19. cẽtuplũ accipiet, &c. Iu dicũ. j. Aſcẽde mecũ in sorte meã, ut & ego aſcẽdã in sorte tuã. Not ꝫ. A. 12. 44. Sed multi ictã Senecæ regulã nõ tenẽt, ſed donis abutũtur, & de acceptis ĩgrati fiũt dãti, seu datori, sicut simariũ ꝫ solẽ, quãto.n. plus de radijs suis accipit, & ꝙ lorib⁹, tãto plus fetet. Sic multi ꝫ Deũ, de qbus, Mat. 20. & accipiẽtes murmura bãt aduersus. ſ. patrẽfamilias, ꝙ eis ddit, qcqd dare debuit. ¶Quarto ponẽda est pœna ĩgratorũ de acceptis. Pœna vna ẽ, ꝙ oĩa accepta amittet, & oĩm creatorẽ, & ẽt creaturã ꝫ se ꝓuocabit, & hic, & in futuro his punietur, ĩ qbus peccauit, qa cõgruũ est, ꝙ quẽadmodũ ĩgrato, singula imporerãtur bñficia ad eius cõfusionẽ, sic ẽt pctõri dicatur ĩproperãdo, terra facta fuit ad ꝓducẽdũ fructus ꝫ fame, & aĩalia ꝓ tua vtilitate nutriẽdo, & ad te portãdũ, aqua ad refrigerãdũ, ignis ad calefaciẽdũ. aer ad respirandũ, Sol, & Stellę ad illuminãdũ, aues, & pisces & iumẽta, & ẽt angeli ad tuũ seruitiũ facta sũt, & solatiũ. Oĩa ista ergo, si os haberẽt, & si ñ habeãt, eo tñ mõ, quo eis cõuenit tibi loquũt, & dicũt, accipe me ad tuũ seruitiũ creatũ, & serui Deo diligẽter, sicut ego tibi seruio. Terra dicit accipe à me fructus, bestias, & arbores, & redde deo debita decimas, & eleęmosynas. Sic aqua, sic ignis, sic oĩa loquũtur, sicut patet. Noli ergo obliuiſci oẽs retributionis eius. Pſ. 102. Quia, vt notatur. A. 26. 17. Et sermo. 13. 7. & Ser. 112. 5. nisi ista Deo reddideris, qd cõtinget

Arti. 2. 10

7

8

9

get, certè ōia tibi in pœnam conuertentur. Terra, scilicet sterilitate, hic nos afflíget herbis uenenosis, vel insanis animalia occidit. In futuro verò nos descendentes ad inferos terra deuorabit. Aqua etiam hic nos nimia pluuiarum abundantia grauabit, & in futuro torquebit, quoniam teste Iob, ibunt ab aquis niuiū in calorem nimium, Iob. 24. Sic etiam de igne, qui hic domos, & in futuro corpora conburet. Sic de omnibus rebus, ad solatium nostrum factis. Et sit teste sapiente, Sapiē. 5. Orbis terrarum pugnabit contra insensatos, & armabit creaturam in vltionem inimicorum, &c. ibidem. Et sicut furtum in collo furis ante iudicis tribunal modo suo petit defure fieri iustam vindictam: ita creaturæ modo suo petent de peccatore in iudicio. Muta quidem testimonia ore, sed non significatione, dicent. Nos fuimus facta ad seruiendum homini, vt homo tibi
2 Deo seruiret. Nos ei fecimus, quod debuimus, ipse nobis abusus est, & non tibi fecit, quod debuit. Rogamus, vt uindices nos. Nota. I. 11. 16. Et ista petitio videtur rationabilis: quia quando alicui dantur multa sub certa conditione, ipso faciente conditionis contrarium, non solum meretur accepta amittere, sicut patet. M. 2. 13. sed etiam punietur. Rege enim multi multa dante, vt secum pugnet, si trāsfert se ad inimicū regis proditor est, & omnibus, quę in regno suo habuit, vel habere debuit, priuabitur, & non solum regem, sed etiam totam familiam contra se prouocat. Sic in proposito, & est in parte exemplum Anselmi. Terra ergo sic prouocata iustè dicere potest. Nolo uos sustinere, sed absorbere. Cibus etiam. Nolo fortificare inimicum creatoris mei. Sol etiam. Nolo lucere inimico domini mei, & sic ibi in tenebras exteriores. Omnis homo etiā iuste de ingratis, & peccatoribus cōqueretur: qui sicut manus, vel pes inutilis factus redundat in damnum totius corporis, sic peccator in damnū malorum in inferno, quia de pressura erit maior pœna. Et bonorum, qui hic propter eōrum societatem multipliciter affliguntur, & in futuro gaudium eorum retardatur, ergo peccatores, & bonis, & malis nocent.

¶ Accusatio. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Curatores animarum diligentiores esse debent, quàm terreni iudices.*
2 *Iudices medium tenere debent.*
3 *Ex parte agentis quid requiratur.*
4 *Iudex mitius agit cum eo, qui veritatem fatetur.*
5 *Accusādi necessitas, & generalitas quæ.*
6 *Accusantis intentio quæ.*
7 *Obiurgationes iudicum, quæ esse debeāt.*
8 *Male accusantium pœna quæ.*
9 *Iuste accusati & in accusantes vertētes culpam vulpes dicuntur.*
10 *Deprehensi in fallacia duplici contritione conterentur.*
11 *Qua pœna afficiantur nolentes accusari, & accusare bene & viliter ad emēdationem.*

ACcusationis debite, tres partes iusticia cōstituti videlicet iudicem, siue auditorem, agentem & reum. Arti. 11. Arti. 1.

¶ Ex parte iudicis requiritur diligentia de veritate inquirenda, & debita executio effectui demādanda. Et hoc specialius, vbi de salute agitur animarum, si enim regum terrenorum iudices cum tanta diligentia veritatem inquirunt delictorum, & dure emendāt delicta contra corporalem eorum custodie commissa, quanto plus habentes custodiam animarum, tam periculosam, vt earum perditio animæ propriæ inducat perditionem. 3. Reg. 20. Custodi virum istum, qui in lapsus fuerit de manibus tuis, erit anima tua pro anima eius Requiritur ergo, ꝙ non sit nimis negligens, vel rigidus. In secundo enim plus quam in primo contra ius delinquūt. Quia vbi lucrum imminet terrenum, ibi ius suum non negligūt, sed in puni- 1 Exemplum.

Digitized by Google

punitione excedunt, dicentes, & modū cuiuſdam cęci habētes, cuius dominus, vt fertur leporarium quendam charum habuit odioſum familiæ, quia de menſis, quæ potuit rapere ſolebat: propter, quod frequenti eum percuſſione caſtigabant, dominus hoc uidens, prohibuit quod nullus percuteret, eum, niſi cū uirga, & ſup latus ne eius fraugeret tybyas, cęcus quidā in illa curia à quo frequēter panem abſtulit, cum leporariū uerſus cum uenire deprehenderet, eum cū baculo ſuo percuſſit, & fregit duas tybias eius habeas, hoc (inquit) in latere, ſicut dominus meus dixit. Ecce quantū intellexerat præceptū dñi, immo cōtrariū faciēdo illud p̄ ſe adduxit quod p̄ ſe nō erat. Et hoc forte, qa ſecus erat, & qđ fecerat piculū nō uidebat, ſic omnino eſt in propoſito. Dominus cœli, & 2 domini terrarum, & leges eorum volūt, & percipiunt correctionem, & emendā irrationabilem tamen, & cum uirga, & ſine reorum iniuſta læſione ſi ergo ille cui lex committit, quod poſſit pro tali delicto accipere duos ſolidos, & accipere duos ſolidos, & accipiat dimidiam marcam, & ubi dimidiam marcam, vigintiſolidos. Et ſic deinceps magis proprię voluntatis, quam legum iuſtarū ſequendo regulam, diecēdo habeas hoc in latere, leges hoc præcipiunt, & uolūt, cū 3 tamen in ueritate contra Dei leges, & ēt mundi iuſtas ſit. Nōne oſtendunt ſe eſſe cęcos, & duces cęcorum, &c. Medium ergo tenendo in correctione, ſe potius amicum quam iudicem exhibet. Vnde Aug. Auguſtinus. ad Bonifaciū de correctione. Moleſtius eſt medicus furenti frenetico, & pater indiſciplinato filio. Ille ligando, iſte cedendo, ſed ambo diligendo, ſi autē illos negligant, & perire permittāt, iſta potius falſa māſuetudo cru- Arti. ij. delis eſt, hæc ille. ¶Ex parte agentis, & requiritur ordo iuſticiæ: quo quis tā in foro priuato, quàm ī foro publico, plus tenetur ſibijpſi, quàm alteri. Ergo prius accuſet peccatum proprium, quia de iure ſeruus corpore non admittitur ad accuſationem, ſicut patet ī digeſto nouo, de accu. li. 10. l. hos accuſare. Ergo à fortiori ratione, nec ſeruus peccati, & diaboli, quia ſeruitus eſt uilior. Prius ergo accuſet ſeipſum: ratio hoc dictat. Nota. C. 16. 4. Videmus enim communiter, q̄ qui offendit aliquem dominum, ſi ſpōte, & cito accedit ad eum, & ueniam poſtulat offenſam humiliter recognoſcēs, micius tractatur, quàm ſi tardaret uenire, vel ad iudicium inuitus trahatur, uel alio accuſetur, uel cautelas, quærat euadendi, uel propter ueritatem dicendam uerberetur, uel flagelletur: ſic in propoſito, & iudex iuſtus Deus, & iudex terre- 4 nus ſecūdum communem modum loquendi, quo dicunt revela mihi ueritatem totam, micius agūt cum eo, qui in confeſſione, & exteriori correctione nō tardat, nec quaſi coactus: ſed gratis culpam ſuam deteſtando ſeipſum accuſat. Cum ergo hoc ordo iuſticiæ, & etiā utilitas propria requirat, licet, q̄ faciat quilibet exemplo Abraæ, qui primo circūcidit ſe, poſtea Iſmael, deinde reliquam familiam, Geñ. 17. Vt de eo verificetur illud prouerb. 18. Iuſtus prior accuſator eſt ſui. Sed talis raro inuenitur, Mich. 7. In hominibus rectus non eſt, qui dicit prior accuſator eſt ſui, ſatis uidetur innuere, q̄ ſecundario accuſator erit aliorum. ¶Sed ad hoc rectè faciendum, & ut in talibus accuſationib. conſultius procedatur, ſeptem ſunt notanda. ¶Primo ſ accuſandi neceſſitatas. Si enim crimen non euadit homicidij, qui nō paſcit corpus, q̄ famæ moritur, uel corporaliter morienti non ſuccurrit cum poteſt, & Aug. debet. A fortiori, nec qui animæ non ſuccurrit. Vnde Augu. in regula de uita clericorum. Magis innocentes non eſtis, ſi fratres quos iudicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittis. ¶Secundo accuſandi generalitas, q̄ nullus ſubterfugiat, incipientes à ſanctuario Dei, id eſt à maioribus ſecundum præceptum propheticum, Ezech. 9. quia illorum defectus in ſubditos in redūda, ſicut defectus capitis, & ſtomachi in totum corpus, & membra, & defectus aduocati in clientem ſuum. Primo ergo

ad

ad modum boni medici. Stomachus deinde membra sunt accusatione curanda, sic Labam scrutatus est idola, primo in tabernaculo Iacob, post in tabernaculo Lyæ, quę senior erat. Sed qui corripiunt solum minores, sunt sicut aranęæ, minores muscas, sed Rachel inobediēs ido la abscondit: Genesis. 3. quod si feceri-
6 tis, accusabit uos Moyses. Ioan. 5. ¶ Tertio accusantis intētio, ꝙ videlicet sit ex affectione. Exemplo membrorum, quorum vnum membrum aliud læsum, nititur naturali affectione ligare, & sanare. Vnde Augu. in epistola ad Marcellinum. Magis amat obiurgator sanans, quàm adulator dissimulans. Raro tamē procedunt accusationes ex affectione, sed ut per tales accusationes, uel relationes placeant illis, quibus talia deferunt, uel eos inde lucrari faciant, contra quos
7 Augu. lib. 2 de sermo. domini. obiurgationes adhibendæ sunt, ita tamen, ut in his non nobis, sed ut Deo seruiatur. Vel zelo irę, uel intentione uindictæ, & affectione nocendi. Ideo communiter tradunt billetas, uel occultæ malitios ē informāt, & in aperto pulcherrimē eis loquuntur, quasi per hos non essent accusati, immo ad colorandum factum suū eos ore consolantur, & aliis illud imponere nituntur, dicentes illud Ioā. 5. Nolite putare, quia accusaturus sim uos apud patrem, est, qui accusat uos Moyses in Psal. 27. loquuntur pacem cum proximo, mala autem in cordibus eorum. Et si accusatio uera sit, & illi digni sint correctione, uel punitione, tamen oculus nequàm, id est intentio mala, reddit totum corpus, id est, opus tenebrosum. Ideo Augustinus super epistolam ad Gal. tales ammouet, dicēs, quicquid lacerato animo dixeris, punientis est imtus, non charitas corrigentis: dilige, & dic quicquid uoles. Ibidem idem nunquàm alienum uicium obiurgandū est, nisi conscientia prius interrogata, & exa, minata respondeat. Nam Deo dilectione hoc facere. Nota. C. 16. 21. Sic uerò siniſtra intentione alios accusantes quantumcunque uerum sit, quod dicūt similes sunt dęmoni, qui latronem accusauit. A. 21. 26. ¶ Quarto, malè accusantium pœna circa quàm distingue, 8
quia, aut est uerum, quod dicit, sed mala intentione. Et talis apud Deum reportabit confusionem, sicut illi. Ioan. 8. Accusantes mulierem in adulterio deprehensam. Exibat vnus post alium cū verecūdia. Vbi sunt (inquit) Christus, qui te accusauerunt. Aut est falsum, quod dicit, & tunc tenetur ad restitutionem il^e lius, quod perdidit per eum, siue sit fama. siue res alia. Et simul cum hoc plus sibijpsi nocet, quia seipsum spiritualiter occidit, & finaliter in caput propriū redundabit, uel hic, uel in futuro. Et dum accusatus est, amittit tēporalia, aut ęternam uitam. Exemplum ad hoc de lupo Exemplum.
accusantem vulpem apud leonem, quod inuitatus ad curiam eius venire contempsisset, gallinarum deuorationi, & rapinis insistendo, quæ veritate ostensa, ꝙ videlicet sālamam iuerit pro medicina habenda pro leone infirmo, in cuius signum tota erat lutosa pixides seeum ꝓtans, consuluitq; leoni, ꝙ optimum esset ꝓ eo pellis lupi, eo ꝙ ex frigore infirmatus esset, lupo ergo excoriato, & sub rubo dentes nudatos ostendēti, ait, discas iterum neminem falsè accusare. In hoc est ad propositum, ꝙ laqueum parauit, & incidi in eum, non est ergo lupus sequendus in ista conditione, qa nemo debet aliū accusare falsè, nec talis est apud Deum, nec apud homines audiendus, vt ff. de rei uendi. li. 6. in fundo. Sed forte lupus ueraciter vulpē ac-
cusauit, sed ipse cautela totū retorsit in 9
lupum, & in ista conditione sunt multi irretiti, quia frequenter contingit, quòd ille, qui est in culpa, nititur alterius accusatio nem præuenire, uel seipsum iustificare, & alium inuoluere. Et ipsi partes vulpium erunt, & vulpis pœnam eos īcurrere oportebit, de qua fabulose ferē tur, ꝙ volens gallum decipere, iacens, vnum oculum clausit, quasi læsus esset festuca: rogauit gallum festucam de oculo trahere, cuius malicię gallus fugiens, abscessit. Vulpis videns se delusam, in

curia

curia Leonis quærimoniã deponit oculum clausit,asserens,q ipso dormiente, gallus eius oculum eruit. Gallus rogat eos de veritate inquirere, an videlicet eius oculus necessitate violenta, vel dolosa voluntate clausus esset. Inueniẽtes verò eum propria clausum malicia, eũ vtroque priuauerunt. Sic deprehensi in fallacia per accusationem duplici contritione conterentur. Vna culpę excusationis, altera falsæ debetur accusationi. Duplici ergo contritione conterent eũ. Sicut patet de Aman accusante Mardocheum,& Iudæos. Hester.3.de Caldeis accusatione propria,& malicioſa deducẽtibus socios Danielis ad fornacem illæsos, tamen seipsos comburentes. Danielem ad lacum illæsum, vbi ipsi deuorati sunt. De præsbyteris accusantibus Susannã. De Iudæis accusantibus Christum Ioan.18. Quam accusationem, ait Pilatus habetis aduersus hominem hũc. Et licet ad tempus contra eum prævaluerunt, tamen modo ipse est iudex illorum,& sic de aliis bonis, licet ad tempus aliquando à talibus aduersa sustineant,tamẽ finaliter prævalebunt. Quia Rom.8. Quis accusabit aduersus electos Dei. Mali verò ecõuerso, & si ad tempus hic prævaleant finaliter, tamen cadent, & si in propriis hic non cadant accusationibus, subtiles tamen in posterũ diaboli non euadent accusationes, nec pœnas, quando scilicet de eis verificabitur illud Apoch 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusauit illos die ac nocte. ¶Quinto pœna nolentium bene,& vtiliter accusare, vel accusari ad emendationem. Tales in morte accusabuntur, quia non accusant,& status illorum similis est inferno, quia non est in inferno accusatio vitę. Eccl. 41. supple ad vitam. ¶Sexto, quę accusantem retrahat tria sunt. Diuitiæ, amor timor. Diuitiæ, seu munera data,& accepta, tales inter se uendunt,& emunt infernũ, quia dans munera libere permittitur ire ad infernum, quia alij uolũt ei parcere. Sed vnũ auantagium est in ista mercatione, quæ non inuenitur in istis terrenis, q uidelicet,& vendentes,& ementes infernum illum simul possidebunt. Secũdo amor mordinatus, quo qs diligit corpus chari, ita quòd non animam. Tertio timor amittẽdi amicitias, vel alia bona, vel sustinendi damnum,& vtrosq; uincit Ioseph, quia fratres suos dilexit, & graue damnum ab eis ad tẽpus sustinuit, & tamen accusauit fratrrs suos apud patrẽ crimine pessimo. Geñ.37. Septimo meritum bene accusantium. Tales sunt coadiutores Dei, & resuscitatores animarum, quod plus est, quam corpora suscitare mortuorum. Augustinus de sermomone domini in monte. Accusare vitia officium bonum est. Figura Geñ.37. de Ioseph accusatore, qui à patre plus amabatur. ¶Ex parte accusati requiritur patientia,& beneuolentia. Exemplo Christi, cui dicebatur. Matth 27. Non audis, quot dicunt aduersum te testimonia? & patienter sustinuit, & beniuolum se eis exhibuit pro ipsis orando. Augustinus in epistola ad Vincentium non omnis, qui parcit amicus est,nõ omnis, qui verberat inimicus, quia qui freneticum ligat,& litargicum excitat, ambobus molestus est Ambos tamen sanat, quandiu ęgri sunt, indignantur, sed ambo sanati gratulantur. Accusationes vero, & correctiones male portantes, similes sunt, vitro, quod frangitur cum lauatur. Prouerb.15. Non amat pestilens eum, qui se corripit. Vas ergo vitreum multum sordidatum cum confricationem sustinere non possit, non facile mundatur à tenaci sorde,& de tali præceptum est, Leui.15. q vas immundum, quod non poterat bene mundari igne cremaretur.

10 Augu. Arti.3.

11

¶Acquisitio. Cap. XII.

SVMMARIVM:

1 *Acquisitio quotuplex.*
2 *Periculosum est multa acquirere.*
3 *Mala acquisitio communis in quibus.*
4 *Mali acquisitores sunt socij dæmonum.*
5 *Mali acquisitores cõparãtur piscibus, quorum maiores deuorant minores.*

6 *Mali*

6 *Mali acquisitores comparantur latronibus crumenem incidentibus: seu crumenisecis.*
7 *Bona malè acquisita sunt venenosa omnibus acquirentibus.*
8 *Exempla in eos, qui malè acquisiuerunt.*
9 *Vxores, famuli, amici, & filij malè acquirentium non deberent esse participes rerum acquisitarũ, sed potius ostiatim eleemosynam petere.*
10 *Qui acquisitores excusentur.*
11 *Mali acquisitores à maioribus reprehendendi, vt emendentur.*
12 *Exemplum contra iniustè acquirentes.*
13 *In quod damnum incurrunt mali acquisitores.*
14 *Cur statim omnia bona amittant mali acquisitores.*
15 *Mali acquisitores sæpenumero seruis acquirunt*
16 *Quæ remedia adhibeant multi ne sua bona perdant.*
17 *Exemplum eorum, qui miscẽt malè parta cum bene partis.*
18 *Exemplum de quodam insano causa bouis ablati.*
19 *Hæredes malè acquirentium non vendũt in bonum finem.*
20 *Exemplum de duobus agricolis, quorum alter minus laborando plura bona parabat: alter autem magis laborando pauciora.*
21 *Exemplum de quodam, qui mercabatur pecuniam à fratre religioso acceptam.*
22 *Qui bona religiosorum habent, nunquã acquiescunt.*
23 *Qua de causa sint tot latrones in terra.*
24 *Malos acquisitores exemplo lupi damno æterno puniri.*
25 *Exemplum de puero dicenti melius esse in seculo viuere, quàm in religione.*
26 *Religiosus quomodo esse debeat.*
27 *Mali acquisitores magis nocent sibi ipsis, & illis, quos amare dicunt, quàm alijs.*
28 *Mali acquisitores comparantur latronibus, qui vitã dant pro modico furto.*
29 *Quæ sit opinio vulgi de malis.*
30 *Exemplũ de ijs, qui aliena bona possidẽt.*
31 *Iniq acquisitores nec pauperibus parcunt.*
32 *Exemplum de quodam morienti, qui coegit hæredes suos ad appendendam crumenam in eius collo nummis plenam.*
33 *Exemplum de quodam testamentum facienti.*
34 *Exemplum de dæmoniaco, ac quodam persuadenti ad vsuras.*
35 *Fabula de coruo causa illorũ, qui alienis honoribus inuident.*
36 *Alienis bonis superbia elati sæpenumero animam perdunt.*
37 *Remedium se liberandi ab omnibus periculis in quæ incidunt aliorum bonorum raptores.*
38 *Contra apponentes legem terræ.*
39 *Qui legem terræ in medium afferunt comparantur Iudæis.*
40 *Contra eos, qui aliorum iura accipiunt.*
41 *Damnat eos, qui non secundum legem viuunt.*
42 *Damnat eos, qui legem in eam, quam volunt, partem trahunt.*
43 *Qua de causa nonnulli iudices credant excusari.*
44 *Stultos appellat illos iudices, qui pro alijs acquirunt.*
45 *Nonnulli domini nõ solum iudicibus nõ aduersantur me aliorum bona suppilent, verum eos ad peius faciendum, qđ possunt, hortantur.*
46 *Dominorum cupiditates damnantur.*
47 *Cur, si tirãni domini omnia darent, vt vitam proferrent, non restituunt aliorum bona, vt vitam æternam cõparent.*
48 *Raptores dum alienis bonis onerantur, cœlestibus priuantur.*
49 *Bona diuites diuidere cum pauperibus satius esse.*
50 *Cõtra eos, qui iustitiã palliãt, cũ fabulã.*
51 *Exemplum cõtra quendam ecclesiam iniustè positis facultatibus ædificantem.*
52 *Reprehendit hominum cupiditatem.*
53 *Omnes viui sunt ingrati mortuis.*
54 *Mortuorum legata non soluẽtes in periculo esse exemplo patefit.*
55 *Deum magis respicere animum furantis quàm furtum.*
56 *Contra eos, qui locorũ terminos mouent.*

57 *Quemadmodum male affecti conſulunt medicos, vt ſuis morbis medeantur ita illi, qui aliquo pacto credunt aliorum bonorum hæredes eſſe indagari debent ſi quæ iniuſtè fuerint parta, vt reſtituant.*

58 *Exemplum de rege reſtituere deſiderante, quæ à patre malè parta fuere.*

59 *Exemplum regis contra falſos conſiliarios.*

60 *Qui aliorum bona poſſidet, ſe reuocare deberet, & ſecundum conſcientiæ monita agere.*

Arti. 12.

Acquiſitionis.

Primo oſtendetur diſtinctio. Secũdo, q̃ periculoſum eſt multa temporalia acquirere. Tertio oſtendentur omnes modi, quib⁹ iniuſta fit acquiſitio Quarto quibus perſonis eſt damnoſa. Quinto quale damnum infert. Sexto excuſatio cum reprobatione. ¶Quãtũ ad primum. Acquiſitio eſt duplex, ſcilicet rerum ſpiritualium, & temporalium. Prima eſt vtilis & virtuoſa. Secũda eſt picuioſa. Prima eſt vtilis ſicut vtile, & deſiderabile eſt cæco acquirere lumẽ. Prou. 4. Acquirere prudentiam, quia precioſior eſt argento. Prouer. 3 Et melior eſt acquiſitio eius auro, quia virtutes ducũt ad gloriam. 2. Theſſ. 2. Vocauit nos per euangelium in acquiſitione gloriæ.

Artic. 1.

1

Artic. 2.

2 ¶Circa ſecundum, quòd multa acquirere periculoſum eſt patet. Exemplo, hiſtoria, & authoritate. Exemplo colligentes ſpinas punguntur, ſic colligentes diuitias, quas Chriſtus in euangelio ſpinas vocat. Matth. 13. Conſcientiam lacerant, & componentes lutum inquinantur: ſic diuitias, quas Paulus arbitratus eſt, vt ſtercora, Philip. 3. inquinantur in conſcientia. Vnde quidam magnus acquiſitor huius ſeculi, cum ammoneretur, quòd cum bona conſcientia acquireret. Reſpondit, quòd non cõpatiuntur ſe ſimul in eodem, bonus acquiſitor, & bona conſcientia, Prouer. 28. qui feſtinat ditari, non erit innocens, Eccleſi. 11. Si fueris diues, non eris immunis à delicto. Et 1. Thim 6. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum. ¶Quantum ad tertium eſt aduertendum, quòd non omnes modi poſſunt hic exprimi, ſed communiores. Communis enim mala acquiſitio in viris eccleſiaſticis eſt per ſimoniam. In potentibus, per falſas procurationes. Ieſabel 3. Reg. 21. Et patet. I. 13. 26. ſicut eſt rapina, talliatio, pauperum excoriatio per malos miniſtros, & per minas mutui acceptio ſine redditione. In mercatoribus per vſuram, & fraudulentam emptionem, & uenditionem. In executoribus nimia appropriatio. In pauperibus per furtum, & laborem tempore ab eccleſia interdictio, ſicut patet. Ser. libro 3. Omnes iſti in lucro ſunt ſocij dæmonum in facto ſimiles brutis, & furibus. Primo dico ſocij dæmonum. In lucro enim dæmon dicere poteſt, quod dixit quidem Galiardus, qui obulum proiecit ad cumulum pecuniæ vnius capſoris, & requiſitus de cauſa, Reſpondit. Deinceps uolo eſſe particeps cum illo in lucro. Ita diabolus eos iuuando meretur ſocius fieri, & quando facit eos malè lucrari, portionem ſuam addit, vt ſit particeps. Et non eſt mirabile eos cito ditari. quia ita cautum, & ingenioſum habẽt ſociũ, & participẽ, quia operant ingenio dæmonis, & hominis. Vnde ergo reſpõdit dæmon cuidam ſancto quærenti; quare ſuper quandam ſederet iſtam in eccleſia quadam depoſita Hic (inquit) ſunt denarij de meo, quos cuſtodio, quaſi per iſtum modum habetur in libro de apibus. Si ergo iuſtè ſibi ſeſſionem, & cuſtodiam, & participium vendicat, vbi ſunt duo denarij de ſuo, quid faciet vbi totum, vel maior pars eſt de malè acquiſito. Sic ergo ſunt ſocij dæmonum, & participes, contra illud prima. Cor decima. Nolo vos ſocios eſſe dæmoniorum. Secundo in facto aſſimilantur animalibus irrationabilibus, ſcilicet

Artic. 3.

3

Exemplum.

4 Exemplum.

5

licèt piscibus inter quos maior deuorat minorem. Et in animantibus, & ferijs, minor est prœda maioris, sicut patet, Ser. 58.9. sicut prædicti quilibet nititur alium decipere; simoniacus simoniacum: mercator mercatorem, & sic de alijs. Aba prima. Facies hominis, sicut pisces maris, & sicut reptilia. Verbi gratia vnus in officio malè tractabit, & spoliabit inferiores, hic pisces inferiores deuorat. Iste apud dominum accusabitur ab alio, qui eum odit, cui forte nocuit, vel qui officium suum desiderat intrare, sicut forte ipse intrauit, vt munera colligeret, & sumptibus proprijs parceret, vel malè reddidit computum, & iste tunc spoliabitur, & amittet quicquid acquisiuit, & forte plus. Ecce iste à maiore bestia deuoratur. Sicut vnus executor, de bonis defuncti ditatur, ita alius de suis ditabitur. Et sic deinceps de alijs. Aliquando dum prœda capta est in ventre sapientis, ipse capitur: sic in proposito dum bona aliena sunt in domo, & peccatum in conscientia, prœda sit dæmonum, & etiam tyrannorum. Omnes ergo isti à minimis officijs ad maximum. similitudinem gerunt belligerantium, & de tempore pacis præludia faciunt bellorum, vbi fortior prædam captam à debiliori aufert, licet in vna parte, & in vnius regis exercitu sint.

Sic in exercitu diaboli, vt de eis verificetur illud Esa. 33. Væ, qui prædaris,
6 nonne, & ipse prædaberis. Nota M. 18. Secundo in facto comparantur latronibus bursam scindentibus, qui lingua pulcherrimè cum homine loquuntur, manu tamen bursam scindunt. Ita ipsi lingua confitentur se bonos Christianos, sed manus, manus sunt. Esau. & eo magis sunt ingrati, quo non cuiuscunque bursam scindunt, vel cuicunque nocent: sed Deo, qui omnia dat, à quo vna manu recipiunt, & alia ei nocent, dum suis nocent. Ipse enim dicit. Quod vni ex minimis, &c. Qui ergo de ecclesiæ membris vnum defraudat, nomen domini defraudat.

Nota. P. 4. 5. ¶ Quantum ad quartum, scilicet quibus personis sunt mortifera, aut sit quæstio de acquisitione, & tunc sunt venenosa omnibus acquirentibus, & reprehentibus eis in hoc consilium, auxilium, uel fauorem, aut de usu, & tunc sunt mortifera omnibus vtentibus, & possessoribus malæfidei. Ista probantur exemplis, historijs, & authoritate. Exemplis de radi- 7
ce infecta, vel mortificata, sequitur infectio ramorum. Et corde intoxicato, sequitur intoxicatio membrorum. Ser. 49.9. Exueneno posito in fonte, intoxicanturri nullus. Cum ergo primus sit acquisitor quasi radix, & fons, & conscientias, & vtentes quasi rami, & riuuli, sicut si radix sancta, & rami. Ita necesse est sequi à contrario sensu, si radix maledicta, & rami, & bibentes de fonte malè acquisitorum, cum mors sit in olla, quis eos negaret mortem animæ incurrere. Historiam ad hoc narrat Petr⁹ Damianus, sicut patet Ser. 49.9. de quodam, qui iniustè acquisiuit quandam possessionem, quàm hæredes post eũ tenuerunt. Quorum quartus ducebatur ab angelo ad loca pœnalia. Vbi inter alias pœnas innumerabiles, ostendebatur sibi puteus horribilis, ignis, & sulphuris, in quo erat patibulum, super quod erant tres suspensi, super tres vncos, quilibet sub alio ita quod inferior plus patiebatur, quia guttę, & fœtores decurrentes ex calore de superioribus, cadebant super inferiores, vidit etiam superius vncum vacuum; & quærenti quid hęc significarent. Respondit angelus, quòd illi essent tres progenitores sui, propter talem iniustam acquisitionem, & detentionem sic tractati. Et quia prior plus peccauit, durius puniebatur, & secundus durius tertio, quia recentionem habuit memoriam de iniusta acquisitione. Vncus verò vacuus tibi ministrabit, nisi restituas. Et iustè quidem, sicut patet. M 8.3.39.9. qui rediens ad se totum restituit. Discant ergo illi, qui dicunt pater meus mortuus est in fey-

Arti. 4.

sina, & quantumcunque, ab habente iusticiam in foro publico petatur, vel in foro publico petatur, uel in foro cõfessionis iniungatur nolunt restituere, quia patres eorum mortui sunt in seyssinam, immo dicunt expresse, si malè acquisierunt, nescio, habeat ipse periculum, & quia noluit intelligere, ut benè ageret, nec veritatem, iquirere, sed ambulare in vijs patris sui, qui peccauit. Ideo introibit vsque in progenies patrum suorum, & usque in æternum nõ videbit lucem. In Psalm. 48. Quia etiã
8 secundum iura ciuilia possessor malæfidei, nullo tempore prescribit. Sicut patet in authenti. de prescriptionibus. 30. vel 40. annorum. C. lib. 7. 50. Item possessor. Idem patet per iura canonica Extra de regulis iuris, lib. 6. cap. possessor, quòd autem tenetur veritatẽ inquirere. Not. C. 16. 42. D. 12. 16. Et P. 73.
9 Vsores, & famuli, & amici, & filij taliũ non deberent esse participes in talibus acquisitis, vbi illicitè acquisita ab alijs discerni non possunt, sed potius deberent victum ostiatim quærere, sicut probatur in summa confessorum, lib. 2. tit. 5. q. 68. Quid ergo faciet, & specialiter vbi per talem participationem principalis sit non soluendo, aliqualiter de talibus permixtis comedere potest qui libet, dummodo intentionem habeat uiuere de licitè acquisitis, sicut
10 habetur ibidem. Excusantur etiam illi, qui vtiliter gerunt negocia spoliatorũ; eos ad restitutionem monendo. Et hoc
Exemplum. deberent omnes, qui iuxta eos sunt, facere. Exemplo uxoris cuiusdam militis, de quo fertur, quòd cum placitaret contra quendam abbatem Clareualensem pro quadam possessione. Abbas nolens circa terrena tantum sollicitari dixit militi, dic in verbo veritatis, quod tua sint illa bona, & ea habeas. Et sic ea adeptus est, quod cum iocunde narraret vxori suæ Ait illa. Male Christiane dolosè egisti contra Abbatem, vlcio diuina apprehendet te, & nisi restituas, societate mea carebis, quo audito cõpun-
11 ctus restituit. Et sic saluatus est vir infidelis per mulierẽ fidelẽ. Si sic reprehẽderentur tales, vel saltẽ confusione, uel cõpunctione citius cessarent, patet per factum, quod accidit Cenomis in Francia sicut Sancto uiro mihi narrente didici, quidẽ vsurarius audiens, ꝙ fratrũ cõuentus panẽ non haberet, misit eis spo. tã plenã, quã prior loci eidẽ remisit per eosdẽ, dicens, ꝙ dicerẽt dño suo, ꝙ mihi haberet suũ, & de alieno nihil dare posset qđ cũ ille audiret, oĩa restituit vsq; ad mendicitatem cũ sacco in dorso. Eertur etiam de quodã sancto, q
12 Exemplum. inuitatus à quodã usurario ad prandiũ benedixit mensem dicens: si hic apposita sint benè acquisita, sint bñdicta, & comedentibus proficiant, si uerò malè, recedant, quo dicto nihil inueniebatur super mensa, quo facto, fortiter cõpũctus restituit. Melius esset ueritatem dicendo, tales saluare, q̃ participando, & adulando cũ eis damnari. ¶ Quantũ ad Arti. 5.
quintum: quale uidelicet dãnum tales acquisitores incurrũt. Est sciẽdũ, ꝙ incurrunt, & dãnũ temporale, & ęternũ, ꝙ autem damnum inferãt tẽporale malè acquisita, patet exemplis historijs, & auctoritate Sicut eñ vna falsa pecia in opere, vel fundamẽto, uel vna colũna, putrida totũ opus decipit, & cadere facit. Et pp vnũ latronẽ dñs suspendit, & oĩa alia, quę etiam iustè possedit aufert. Ita Deus aufert, & auferri permittit, sicut patet. Ser. 74. 3. Et pp vnũ verbum
13 falsum, uel malè scriptũ in charta tua, potes totã perdere hr̃ditatẽ. Sic pp rem malè acquisitã tota alia mercatio minus prosperatur, uel in mari, uel terra periclitatur. Et etiam illa, q̃ bene habuit cũ ea perduntur, sicut bona ratione societatis suspendunt. Et pp maneriũ, vel terrã malè lucratam, moritur sine hẽde de corpore, vel dimittit post se fatuum, qui oĩa, quę pater acquisiuit pro se, & hęredibus suis, alienata se, & hęredibus suis. Ecce quomodo falsum fundamẽtũ omnia cadere facit, quantũ ad mercatores, & falsum punctum hęreditatẽ mutat, & pdit, quãtũ ad oẽs alios falsos acq̃sitores. Not. D. 12. 37. Q̃i verò tales.

fortu-

14 fortunas in mercatoribus, vel alijs videt,& mirantur eis resp̃onderi põt, qui pro uno punćto perdit &c. Si enim propter vnum pũctum falsitatum in bulla papali excommunicentur eam falsitãs, non est mirabile,si falsitãs bullam Dei, animã rationalẽ, in qua est impressa similitudo Dei, per malè acquisita,& alia peccata:& multa cadãt inconuenientia. Non est ergo mirabile, ꝙ bona mercatorum tot malis iuramentis,& falsitatibus acquisita,non sunt durabilia. Exempla etiam experimentalia,tota die videmus ad oculum de talibus, ꝙ videlicet aliqui tota uita sua laborãt,& parcã, & miseram ducunt vitã,vt ditẽtur,& hęreditatem magnã, & multas diuitias possint filijs dimittere: & filius totum vendit, & totum patris laborem, & sudorẽ & parcitatem in taberna consumit,& meretricibus diuidit. Alios videmus tota uita sua diuitias congregare,nihil benè de eis cõmedere,nec eleęmosynas facere, etiam si pauperes fame mori videant,& aliquando à latronibus in uita spoliantur, & ligantur, & occiduntur propter diuitias suas. Aliquando vero à latronibus spoliantur in morte, videlicet ab executoribus. Et si primos latrones aliquotiens euadãt,secundarios tamen raro vel nunquam,nec est mirũ, ꝙ de malè acquisitis non faciunt bona opera, quia non potest arbor mala bonos fructus facere. Alios videmus,qui grangias implent, & cumulis exaltant, vt charum tempus expectent, & quandoque ignis totum consumit. Alios videmus,qui credunt sibi, & filijs multa congregare, & in fine dominus,cui nitebatur malè placere, imponit ei, quod de suo est totum, & ꝙ non benè reddidit compotum, & omnia auferț. Alij verò congregant seruis,quia vxores eorum postea accipiunt illos in maritos.

Exemplum. Vnde fertur de quodam taliter cogitanti,cuius futura essent bona sua. Audiuit vocem dicentem,troylardi. Ille troylardus erat quidẽ miser in coquina sua,

15 quę vxor post mortẽ eius accepit in maritũ. Psal. 38. Thesaurizat,& ignorat &c. Quæ autẽ congregasti cuius erunt? Lucæ.12. Nota.C. 5.49.in omnibus istis,& consimilibus,quid est, nisi labor & afflicto spiritus, & diuitiæ congregatę in malũ domini sui. Et qui plus inde solicitatur,minus inde gaudet. Sicut ergo 16 multi contra huiusmodi pericula benè prouident remediũ,videlicet liberatam emendo in monasterijs, & mobilia cõmutando in immobilia, terras emẽdo, sic prouidendũ esset in cęlo,vbi nõ possęt de parte sua defraudari. Sene. enim Epist.18. reprehendit eos,qui omnia alijs dimittunt, & seipsos defraudant. Quanta (inquit) dementia est hęredi suo procurare, & sibi omnia negare. Magna ẽm hæreditas ex amico inimicum facit,quo enim plus accipiet, amplius de morte gaudebit. Si illi vituperantur,qui seipsos decipiunt,vt hęredes ditẽt. A fortiori vituperabiles sunt, qui thesaurizant latronibus,& executoribꝰ, & filijs potius,quàm animę proprię,vel Christo. Sic ergo exẽplis ostensum est, ꝙ mala acquisitio acquirenti nõ ꝓdest, nec taliter acquisitũ bonum habet finẽ. Ad hoc fertur, de quodam,qui peregri- Exemnabatur,pecunia pro expensis ab vxore plum. accepta,qui cũ esset in mari symia bursam iucautè iacentem accepit, & super 17 malum ascẽdens duos denarios proiecit in nauim,quos ille collegit,& tertiũ in mari, vsque esset tota pecunia consumpta, in reuersione vero inuenit, ꝙ vxor pecuniã illã lucrata fuerat de venditione lactis, in quo posuerat tertiam partem de aqua,& sic ementem de tertia parte decipiẽdo, tertium denarium 18 malè lucrata fuerat. Caueant ergo, qui miscent mala bonis in vẽditione vini, vel frumẽti,vel ceruisiæ,vel cuiuscunque mercationis. Ad idẽ in vitaspatrum sicut patet,Ser.50.9.Pater & mr cuiusdã Exeminsani duxerunt eum ad Ammonem vi- plum. rum Dei per sanitate habenda, quibus ait vir Dei, vosipsi potestis eum curare, si vultis, quia (inquit) detinetis iniustè talem bouem,quem malè acquisiuistis, ideo filius vester malè vexatur,restituatis ergo, & saluabitur filius vester, &

illo reſtituto filius ſanabatur, ſicut habet primo libro hyſtoriæ tripartitę. Ex iſto patet, quare multi & ſpecialiter nobiles iniuſti, & raptores, & adulteri, vel prole carent, uel malam habent, vtpotè homicidam, latronem, furem, & peſſimos ſeccatores, & exhæredatis venditores, uel etiam bonam habemus, ſed morte cito ſubtrahitur. Vtrunque verò rationabiliter contingit, ꝙ enim hæredes talium uerſus bonum finem nō tẽdunt, non eſt mirabile, quomodo enim in bono creſcerent, onerati, & depreſſi ſub iugo malorum acquiſitorum, ꝙ uel prole carent, vel cito ſubtrahitur Deus miſericorditer agit, prolẽ, vel poſſibilẽ, vel tam natam à periculis præſeruãdo, ꝙ verò infirmatur, vel inſanit, vt exemplum præcedens continet, patet in prole præmunitur, ſicut ſcindẽtes burſam. Primo præmuniuntur vnius auris abſciſſione, poſtea alterius, tertio ĩcorrigibiles ſuſpenduntur, ſic tales præmuniũtur ſuorum charorum infirmitate etiã propria, & alijs tœdijs multis, & incorrigibiles finaliter ſuſpendũtur: ſic ergo
20 acquiſita uertuntur in dãnum propriũ,
Exemplum. & etiam ſuorum, nec proſperãtur, quia radicem bonam non habent. Ad idem quaſi ſic narratur; ꝙ in vna uilla erant duo artifices eiuſdẽ artis: vnus expertus valde Alius inſcius, ſicut patet. Ser. 16. 8. Primus ſemper laborabat, & nunquàm ditabatur. Secundus minus laborãs ꝓſperabatur. Prior ergo vno die aliũ alloquebatur, dicens, ꝙ mirabatur de ꝓdicta fortuna. Cui alius reſpõdit, nõ eſt (inquit) mirum, quia ille inſcius habet theſarũ, in quo reperit omnia, quæ habet omni die, illum adeundo. Primus ergo ad eum ueniens rogauit eum, vt thezaurum ſuum ei oſtendere, quo ipſe etiam ditari poſſet. Si vis (inquit) fidelis ſocius eſſe, oſtendam, & mane duxit eum ad eccleſiam. Hic eſt (inquit) theſaurus meus, & cor meum hic omni die venio, & huic obedio, & quæ teneor reddo, & poſtea omnia mihi proſperantur iuxta doctrinam Chriſti, qui ait. Primum quærite regnum Dei, & iuſticiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis Matth. 6. Sed tu nec curas eccleſiã quærere, nec iuſticiam facere, nec feſta eius ſeruare, ſed in cupiditate, & falſitate confidens, decipieris. Ad idem fertur, ꝙ in colonia quidã mercator erat, Exemplum.
qui ſemper laborabat in mercando, & 21
lucrem nõ reportabat, ſed infortuniũ, & ſemper miſer erat, & indigens. Et cũ de hoc à quodam diſcreto in confeſſione conſilium quæreret, confeſſor ueritatem inueſtigans, inuenit, quòd erat frater cuiuſdam religioſæ perſonæ; à qua dono acceperat pecuniam, de qua mercabatur, & ſciens, ꝙ religioſi huiuſmodi dare non poſſunt, quia bona ordinis ſunt, conſuluit eidem, ꝙ totum reportaret, qđ & fecit, & factus eſt impoſterũ mercator fortunatus. Hęc Cęſarius. Hoc eſt contra multos eccleſiæ prępoſitos, qui de bonis eccleſiæ terras emunt, & dant alijs conſanguineis, & quibus volunt contra iura eccleſię, quæ volunt, ꝙ immobilia de pecunia eccleſiæ empta, ab eccleſia alienari non poſſunt, ſicut patet. 12. q. 3. c. 1. & q. 5. fixum. & patet infra. ¶ Item ad damnum temporale inducunt, uidelicet nimiam ſollicitudinem. Qui enim talibus eſt deditus, uix vnquàm corde quieſcit, ſed ad multiplicandum acquiſita anhelat, quòd nunquàm de ſtatu ſuo contentatur, ſicut habens vnam carutatam terram, anhelat ad duas, & habens vnum manerium, & ſic deinceps, & habens vnum feudum, vult habere baroniam, & habens vnam præbendam, vult habere duas, vel ſaltem eccleſiam cum præbenda, & habens vnũ officium, in quo lucratur, vult habere duo, & habens uiginti libras in redditibus, vel mercationibus, non poteſt quieſcere, antequàm habeat. 40. & ſic deinceps aſcendendo. Auarus non implebitur, ſimilis inferno, qui nũquàm dicit, ſufficit, ſic ergo oſtenſum eſt. quòd malè acquiſita inducunt temporale exterius in rebus, & interius in corde damnum. Inducunt etiam damnum illorum, qui talibus non conſentiunt,
22

&

& infamiam totius patriæ. Primum patet, quia propter munera malè accepta, & acquisita, sunt in ista terra
13 tot latrones, & homicidæ, quòd uix est aliquis secutus de statu suo, vel de bonis suis, quia quantumcunque sit velit pro eo pecuniam dare, quantum, latro magnus, si habeat amicum, qui postulatur, liberatur, & supportat. Tarde accidit, ꝙ quidam loqueretur cuidã pro amico digno satis suspendio, quem habuit in carcere, cui alius, nõ timeas, si veniret coram iudice eũ sex bobus in manu sua, ego facerẽ, ꝙ liberaretur. Si ergo supportati, & liberati homines, q nõ demerẽtur apud eos audacius spoliant. Secundum patet propter hoc, & similes falsitates, quæ in omni arte inueniuntur intantum, ꝙ pro vno veraci inueniunt̃ tres falsi, terra ista ĩ alijs regnis de falsitate diffamatur. De talibus intelligitur Isa. 5. Væ qui coniungitis domum ãd domum, & agrum agro copulatis, vsque ad terminum loci, nunquid habitabitis soli uos in medio terr̃? Sed væ primum habijt, quia de dãno temporali dictum, sequitur de dam-
14 no æterno, quod incurrit, ꝙ ostenditur. Exẽplo, historijs, & authoritate. Primo de lupo, & quo fabulosè fertur, ꝙ ouile intrauit cuiusdam pastoris, & strãgulauit agnos & oues multas, & satiatus, re fidũ portauit ad nemus pro lupa, & lupulis nutriendis, pro quibus, eos occiderat pastor ille se damnificatũ grauiter inueniens, cum securi lupum q̃sinit, & eo non inuento, lupam cum catulis suis inuenit, & securim eleuauit, vt eos mactaret, lupa ad eum loquitur, dicens: quare nos occidis? oues tuas nõ strangulauimus, ouile tuum nescimus. Quibus pastor, licet non occidistis, tamen carnes earum comedistis, & sanguinẽ bibistis, & à lupo occisos recepistis. Ideo parem cum eo iudicij sententiam portabitis. Pastor est Christus, qui dicit, ego sum pastor bonus, Ioan 10. Oues simplices, & recti. & iusti, lupus verò usurarij, deceptores, falsi hoies, & tyranni. Lupa uxor. Caruli nepotes, filij, & filię, & alię falsitatis sũę participes dãtes, & auxilium, consilium, uel fauorẽ. Cũ pastor in vltimo iudicio venerit, de lupis vlciõnẽ quęrens, & inceperit istos cum lupis à sinistris ponere, poterunt reclamare, & se excusare, & iustificare, dicentes, quare cũ lupis ignibus iudicandos ęternis nos ponis? quia nos nullum defraudauimus. Et usurã non cõmondauimus, latrones pro muneribus nõ liberauimus. Alienas terrenas ingenio nostro non occupabimus. Et sic de alijs. Quibus respondit pastor, licet vestro facto ista facta non sint, pro vobis tamẽ facta sunt, quia sicut vna ouis lupo suffecisset, vbi plures pro alijs occidit, ita modicũ pro ipso iniusto sufficisset, sed pro vxoris põpa nutrienda, ꝓ filijs promouendis, & filiabus maritandis, & alijs alendis, multas oues spoliauit, & uos scienter vsi fuistis, laborem pauperum comedendo, & bibendo, & vestiendo. Ideo uos cum lupo pœnam exoluetis, & sustinebitis. Ite cum lupis maledictis in ignem æternum. Oseę. 9. Panis lugentium sacrificium eorum, omnes, qui comedunt ex eo, contamibuntur. Nota. A. 27. 53. Nota etiam in- 25
fra de pompa vxoris. A. 12. 33. Et ꝙ hæc sententia iusta sit, patet per hystoriã in vita ipsa Vbi habetur, ꝙ quidã puer dixit abbati Abraã monenti, ꝙ mundum Exe mplum.
deserereꝛ, nolo, ait puer, eo melius, & se curus est in seculo, quàm religione, cui vir Dei, nonne lætaris de amicorum prosperitate in seculo, etiam quandoq; mala, & tristaris de aduersitate etiã iusta? sic ait puer. Ergo (inquit) abbas in futuro iudicio cẽsendus es de foro eorum, quorum uitam hic amas, & mores imitaris. Ideo (inquit) nos dimittimus mundum ne cum hoc seculo damnẽtur, dum ei nimis conformamur. Nolite (inquit) apostolus, conformari huic seculo. Tales eum, qui gloriantur in parentibus nobilibus, seu diuitibus, & in eorum uanitatibus. volentes per hoc eis glorioſus esse, furantur idolo patris sui. Geñ 31. Ideo dicit Bernardus quòd 29
religioſus debet esse sicut Melchise-

dech,ſine patre,& matre, id eſt ſine parentum memoria. De omnibus enim prædictis malis acquiſitoribus ſuccedentibus,vel uentibus, vel vicia diligẽtibus , eſt ſicut de equis ductis ad nundinas , quorum quilibet alteri ligatur. Sic hic ducuntur vinculis peccatorum, quilibet poſt primum acquiſitorem ad nundinas inferni. Et ſic omnes illicitè participantes cathena ducũtur, quemadmodum incarcerati in Neapoli, uidelicet cum vna cathena ferrea circa collum omnium, itaque vno præcedẽte omnes ſic circa collum ligati ſequãtur. Plus ergo nocent ſibijpſis,& eis, quos dicũt ſe maximè diligere, & quos deberent iuuare ad animæ ſalutem,quã eis, à quibus bona auferunt ſicut auis rapiendo granum,& piſcis vermem, in hamo modica rapiunt, & mortis periculum incurrunt , & ſic plus damnificantur , quàm damnificent alium. Sic in ꝓpoſito. Vnde Auguſtinus.Res,quã capis muſcipula eſt,& dum capis,caperis,& dum alienum tenes,teneris à diabolo, ſicut quandiu piſcis tenet hamũ, ab eodem tenetur ipſe,ſicut patet.D.ii. 5.& Ser.33.6. Eccleſia.9. Sicut capiuntur piſces hamo,& aues laqueo . ſic capiuntur homines tempore malo. Et reuera tempus malum,& carum eſt;quãdo pro re, quæ non valet vnum denarium,dãtur decem denarij.Et mala patria eſt,& malum ibi morari. Sed certè pro vno denariato malè acquiſito, plus datur quàm viginti ſolidi , immo plus quàm mille libræ ; quia anima pro illo datur,quę plus valet,quàm totus mundus,& omne aurum , & argentum non valet,ei comparari. Signantur ergo dicitur tempus talium malum. Tales aſſimilantur latronibus, qui vitam dant pro modico furto, & leccatoribus, qui animam æternis ignibus obligant pro breui delectatione , ſicut iſti. Et per hoc patet , quòd licet ditiſſimi reputetur quo ad mundum , & quacunque gaudeant dignitatis , vel nobilitatis excellentia , ſunt tamen in rei veritate pauperrimi , & in maxima egeſtate. Quia in magna egeſtate diceretur eſſe, qui manum, vel pedem daret pro eduſio paruo,pauperior,qui vtrũque daret pauperrimus, q̃ ſe totũ daret occidẽdũ, poſtquã ſaturatus fuiſſet. In tali fame sũt cupidi acquiſitores, immo illis sũt ſtultiores, & pauperiores ,quia ſeipſos tradunt æternaliter damnandos,quod peius eſt , quàm manum amittere pro parua re, quæ eos non ſatiat. Iſa. 33. Væ qui prædaris , &c. Ratio iſtius. Væ patet per opinionem vulgi dicentis, quòd Michael archangelus ponderabit in ſtatera ſua animas poſt mortem , ponendo omnia bona in vno latere , & mala in alio , qui igitur habent theſaurum , vel poſſeſſiones , vel alia maneria , uel bona malè acquiſita, valde ponderoſa erit illa pars ſtatere, vbi illa ponentur , & multum trahent deorſum uerſus infernum , & diabolus animam uerſus partem ſuam inclinantem rapiet. Sic ergo væ , qui prædatur , quia tunc prædabitur , nec mirum ſi in infernum demergantur; quia illud periculum euadere non poterunt , nec ad cœlum tranſire , niſi per pontem miſericordiæ , quem ipſi ante eos frangunt. Ideo demerſiſti eos in profundum quaſi lapis. Exod. 14. & 15. Et qui perſequebantur populum tuum domine demerſiſti eos in profundum . Exemplum ad idem legitur in uita beatæ Beatricis uirginis , quòd Lucretius iniuſtè poſſidens eius prædium , in quod intrauit cum gaudio facturus ibidem feſtum amicis ſuis , in quo erat mulier tenens infantem in gremo , qui omnibus audientibus dixit. Lucreti occidiſti , & inualuiſti, & ſtatim arreptus à diabolo , cito mortuus eſt , & demerſus in profundum. Similis fuit,hæc vox infantis, voci Helię.3.Re.21.Ad Achab,cui ait,occidiſti, & poſſediſti,&c.Et iuſte quidẽ in ꝓfundiſſimo loco erunt ſub Iuda,vt uidetur & multis dæmonibus,quia Iudas vidẽs errorem ſuum, & ꝙ malè pecuniam illam acceperit, eam reiecit , & reſtituit, quod iſti non faciunt. Sed aliquando

Exemplum.

vix

vix ad hoc volunt obedire, ꝙ veniam petant sine restitutione. Isti frequenter vendunt, & pro minore precio veritatē Iudas semel. Tales ergo conspiratores, & ductores patrię ad infernum, irrationaliter abominātur nomen Iudæ. Dęmones etiam inferno nō puniunt reos vltra demeritum, quod isti faciunt, dū pro paruo delicto grauiter subditos exactionant, vt ipsi ditentur. Vel vt iniustis dominis placeant multa lucrādo,
31 credunt tales, ꝙ Deus sit cęcus, vel surdus, ꝙ non videat, vel audiat, quomodo propter voluptates, & vanitates suas nutriendas in vino, & delicijs, ab illis crudeliter accipiunt, qui uix habent panē fabarū, & aquā in copia, nec per dimidium annum semel benè comedūt, sed sunt in continuis laboribus, & afflictionibus. Quam benè pphetauit de talibus. Isa. 5. cythara, lyra, & tympanum in conuiuijs vestris, & vinum, & opus Dei non respicitis, sed respiciunt, vt cōmedant lautè, & bibant, & laudant ad scacos, vel taxillos similes illis pessimis Iudęis Exo. 32. Qui comederunt, & biberunt, & surrexerunt ludere. Non sequuntur prudentiam formicæ, quæ laboret & puidet in posterum cōtra dies malos, quādo nemo operari potest. Sed iocunditatē sequuntur cicadæ, quæ cū tempus pulchrum habet, cātat sicut isti dum inueniunt, qui eis mutuant, & malè reddent, non est nisi festum, & iocus, & tripudiant, & in die bonorum immemores sunt malorum, quādo verificatur de illis illud Christi in Euangelio Lucæ 6. Vę vobis diuitibus saturati estis, qui habetis consolationem vestram. Væ nobis, qui redetis, quia flebitis. Tunc, & diuitum, & pauperum fortuna vertetur in contrariam. Quando duo transeunt coram aliquo, vnus vadit ad locū, de quo alius venit, & ecōuerso, & ille, qui fuit à dextris illius coram quo transeunt, erit à sinistris, & econuerso. Sed diues, & pauper omnes transeunt coram Deo, & in morte sibi mutuo obuiabunt. Diuites ergo, qui hic fuerunt ad dexteram, id est in prosperitate & in loco pascuæ, & cōsolationis, trāsibunt ibi ad sinistram in iudicio cum lupis, & ad locum horroris, & pœnalitatis. Pauperes omnino contrario modo. Figura Luc. 16. De diuite, & Lazaro. Sic fuit mutata fortuna illius, de quo fertur, quasi sic: Quidam auarus cum vrgeretur ad mor Exem-
tem, legauit vxori, & filijs magnam plum.
summam pecunię, & post aiebat, nescio ad quam patriam vado, nec quam prouidentiam ibi inueniam, bonum est, 32
ꝙ ego etiam sumam mecum partem, quia gallicè dicitur, qui non habet argentum non habebit amicum. Astrinxit ergo vxorem, & filios districto iuramento, ꝙ magnam pecuniæ summam, quam in sacco ligauerat, circa colum eius ligarent, & in puteum secum ponerent, quando eum sepelirent, quod etiam fecerunt propter iuramentum. Nocte tamen sequenti colloqueābtur, quòd non iurauerunt, ꝙ inde eam non tollerent (& concilio inito) venerunt, vt eum inde auferrent. Et cum appgopinquarent, viderunt mortuū inter multitudinem dæmonum, & volentes fugere, à dæmonibus detinebantur, qui dixerunt. Expectate, & videte, quàm læti fuimus de societate istius. fidelis ministri nostri, & quale festum ei faciemus in curia nostra: & inter alias pœnas, vt viuis videbatur, argentum liquefactum effuderunt in os eius, vt in quo peccauerat nimia cupiditate, & mala acquisitione, in eo puniretur. Malum est ergo talia nimis diligere, vel male acquirere, quia postquam acquisitum est, non potest faciliter dimitti, sed ip firmiter adhęret, quòd conscientiam hic quodā remorsu pungit, & in fine sicut graue illud, cui alligatur, deorsum trahit: & quantumcunque in conscientia & cogitatione de talibus affligatur. In fine si vult saluari, necesse est restituere. Ergo consequitur pęna, & pęnitentia pro peccato, & nullum auantagium. Item sic acquisita per peccatum faciunt in morte desperare, sicut patet. Ser. 77. 6;
Vnde fertur quasi sic, quòd cum quidā 33
talis

talis ammoneretur in infirmitate de testamento faciendo, fecit illud sic.
In primis lego animam meam omnibus dęmonibus inferni. Et ipsis credentibus eum insanire, hoc negauit, dicens, se illud meruisse, & illud habiturum, quia (inquit) iudicium est datũ, post ait sacerdos, & quid habebit vxor tua. Ipsa (inquit) habebit patibulum inferni, quia propter eius pompam in tunicis & cornuis, & audis nutriendam, huiusmodi incerta acquisiui in parte, quia pauciora mihi suffecissent. Et sacerdoti adhuc quęrenti, quid filijs & filiabus dimitteret. Respondit hæreditatem meam, quam mihi cum magno labore, & expensis acquisiui, & etiam eis infernum, illud enim palacium pulchrum, & illam curiam eis lego, quia propter eos ditandos, & maritadas, multa malè acquisiui. Et sacerdos, quid mihi (inquit) legabis, cui ille? In una semper mensa mecum eris in pœnis, qa dum delicatè in mensa mea comedisti, noluisti mihi dicere veritatem, nec in quo fui periculo, ne me offenderes, & cibum amitteres. Et sic adulatione, & veritatis subtractione me decepisti. Cõsentientes ergo, & agentes pari pœna puniendi sunt. Sic ergo patet, ꝙ sic acquisita hominem in morte desperare faciunt, & pro certo inter omnia peccata fortius hominem ligant, ne à diabolo recedat, ficut patet, Ser. 74. 3. Vnde retulit quędam religiosa persona, quæ fuit inter fideles in transmarinis partibus, ꝙ vidit ibi quandam dæmoniacam, per quam diabolus loquebatur: & respondit ad interrogata, qui coniuratus à prędicta persona, quòd diceret, de quo peccato ipsi libentius homines tentarent, & tentant? Respondit de iniusta acquisitione, & luxuria. De primo, quia quando habent aliena, sumus quasi ita certi de eis, ac si eos nobiscum in inferno haberemus, quia raro restituunt. In secundo etiam multos inuoluit, & faciliter, & raro perfecte dimittunt quin cogitatione, & locutione delectentur.
Item punientur temporaliter, etiam aliquoties in corpore suo. Vnde fertur Exemplum. ꝙ in Anglia quidam mortuo patre venit ad aliorum societatem, in quadã duodena. Et cum non posset ad falsitatem flecti, quia adhuc cõscientia erat tenera, nec fuit talibus falsitatibus assueta, ipso dicente, non audeo hoc facere, quia perderem animam meam. Ait quidam patrię seductor, inueteratus dierum malorum, nequaquam aliquid perdes, quia & patet tuus ante te sic vixit, & sic multa lucratus est, & nihil per didit. Et sic oportet, quòd tu facias, si vis in patria viuere, oportet teipsum, & alios iuuare. Ego etiam talia feci à iuuentute mea, & nunquam aliquid amisi, sed multa sic acquisiui. Statim venit vox omnibus audientibus, & dixit. Mentiris, pro periurijs, & falsitatibus tuis, tunc amisisti filium, tunc vxorem, tunc oues, tunc vnum oculum, nunc vero corpus & animam, qui & mortuus est his dictis. Tales enim, modo essent pauperrimi, si quilibet haberet suum. Et in fine erunt quando omnia amittent, quãdo erit de eis sicut fabulæ narrant de coruo: sicut breuiter tangitur, Ser. 54. 11. qui vocatus ad festum aquilæ cum alijs auibus cum esset niger, & turpis, semper tenuit in conuiuio vltimum locum, quod cum grauiter ferret, cautè, & fraudolenter cogitauit, qualiter posset alijs auibus præponi, & ab aliquibus auibus pennas furando, ab alijs mutuando, alias circunueniendo multas & multorum colorum pennas acquisiuit, quas sibi inseruit. Quo facto erat auis pulcherrima, & omni die cum rege residebat, & factus inde superbus & cupidus, inimicitias exercebat contra alias aues, & non contentus de plumis, quas ab eis prius acceperat, voluit eas omnino denudare, omnes plumas accipiendo, & rapiendo, quod cum aliæ aues viderent inito consilio, coruum inuaserunt, & quilibet accepit pennam suam, & eum nigrum, & turpissimum dimittentes, qui statim ejectus est à regis societate. Sic multi videntes diuites apud

Exemplum.

Fabulę.

potẽ-

potentes honoratos, & ab omnibus anteferri cogitant, quam felices essent, si tales esse possent, & ad istum statū obtinendum congregant omni modo falsitatis. Et reuera si quilibet haberet sua ipsi pauperrimi relinquerentur. Sed in morte omnibus illis pennis spoliabuntur, & ipsi à regis ęternę societate eijciē tur in tenebras exteriores. De talibus dicitur Abba. 2. Væ qui congregat auariciam, vt sit in excelso nidus eius, vt vi delicet sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Et ibidem. Vę qui multiplicat non sua, quia hic ea perdet, & ad locum vnde veniunt aquæ reuertentur. Eccl. 1. Et in alio sęculo bonis fraudabitur æternis. Neque acquiratis perditionem in opęribus manuum vestrarum. Sapien. 1. Sequitur iniusticia mortis est acquisitio. Nota. E. 5. 5. Et. O. 7. 14. cum sequentibus. Et. P. 7. 71.

37 Ad omnia ista pericula euadenda, vnū remedium testat. Restitutio scilicet cū contritione, & confessione, & satisfactione, quod patet ex libro Petri Cluniacensis, quasi sic. Monachus, qui in hoc sęculo erat miles, moriens runcinum cum calcibus, & dentibus impetentem & percutientem. Et cum Abbas eum moneret ad confessionem, quia vidit eum in timore magno continuo diuertebat, & abscondebat faciem quasi fugiendo ictus equi. Qui dum confessus esset, licet à diabolo diu impeditus esset, qui alia verba semper posuit in ore suo ad eum impediendum, & ne modo quo potuit restitueret, visio illa euanuit. Caueant illi, qui in torneamentis, & alijs modis illicitis equos lucrantur. Quidam sanctus solebat (vt dicitur) prædicare, ꝙ inter prędere & pendero non est, nisi vna litera & cætera. Ides patet. I. 9. 36. Et quia non est pha aliquem fine audientia condemnare, ubi locus potest esse iustificationis. Audiamus modo prædictorum responsiones, & exesutiones quas inueniunt ad excusandas excusationes in peccatis. ¶Aliqui se excusant legis ti-
Artic. 6. tulo, dicentes se legem pro eis habere,

Exemplum.

verbi gratia. Vna falsa duodena præce, vel præcio, amore, vel timore inducta, dicit aliquid esse talis, quod in ueritate suum non est, iudicium pro eo datur. Si talis postea de iniusta acquisitione reprehendatur. Respondet se legem 38
terræ, pro se habere, & bene dicit legē Lex ter-
terrę, quia pro certo legem cęli non ha rę.
bet. Lex enim domini immaculata conuertens homines. Hæc lex fraus est decipiens animas. Lex dico male intellecta. in se tamen bona. Lex enim est in talibus sicut omne receptum per modum recipientis recipitur: cum ergo ipsi falsi sint, lex in eis falsificatur. Et si quæreretur, quare uoco legem, quæ bona est falsam? Responderem, sicut respondetur in grammatica, quia sicut ille, cui adiungitur, & sicut ipsi largas & latas habent conscientias, ita latè ad omnes falsitates suas trahunt leges, quia non est aliqua falsitas vel iniusticia pro qua non inueniant aliquem legis colorem. Sed intantum dilatata totaliter laceratur, sicut vestis, quæ vltra vires suas extenditur. Aba. 1. propterea lacerata est lex. Nota. A. 14. 2. & 30. & 51. Et. 4. 5. Item. C. 7. 25. Item. C. 16. 46. Et. I. 9. 30. Item. I. 13. 17. Assimilantur 39
ergo tales Iudęis, qui dixerunt. Ioan. 19. Nos legem habemus, verum dixerunt bonam legem habuerunt, sed malè intellectam, & applicatam vtpotè à malis quādo adiecerunt, & secundùm legem nostram debet mori. Non alia differentia, nisi ꝙ lex illa malè intellecta torsit caput Christum. Et lex ciuilis, & canonica, & quæcunque sunt rigoris torquent membra malè applicata.

Tales etiam quibus videtur sufficere malus titulus emptionis, vel legis; similes sunt Principibus sacerdorum, qui Iudæ malè vendenti dixerunt, quid ad nos tu uideris, quasi dicerent culpa tua sit, non nostra. Sic etiam dicunt aduocati, periculum sit clientis. Et p istum falsum legis, colorem multi in immēsum ditati sunt ad tempus, verbi gratia. Vnus falsus non habens iusticiam ad manerium, vel terram aliquam, habet

tamen

tamen aliquem à longe inuentum cólorem venit ad unum iuſticiarium, uel legiſperitum, vel aliũ patrię reuoluto, rem & vẽdet ei totum, vt dicit ius, quod habet, cum nullum habeat. Vel alio modo totum ponit in manu illius modico precio accepto, & ipſe ſciens omnes curiæ cautelas, & legum ſubterfugia cito acquirit, quod alius acquirere non poſſet, nec ipſe deberet. Aliquando etiam qui habent iuſtitiam, tamen ab illis vel alijs magnis ius illorum iniuſtè detinetur, veniunt ad tales & ipſi notabiliter nimis verum precium illud emunt, & in neutro caſu bonum finem habebit. Et ideo ſicut tales velociſſimè aſcendũt in acquirendo · Ita velociſſimè deſcendunt in infernum. Iob. 21. In puncto ad inferna deſcendent. Iſto ergo modo iſta vox, nos legem habemus, eſt falſorum acquiſitorum. Iterum hæc uox nos legem habemus tyrannorum eſt dicentium, lucrati ſumus illud gladio noſtro, & lege belli, & quicquid equitauimus noſtrum erit, tales licitum libito adęquant dicentes. Quicquid principibus habet, legis habet vigorem, tales 41
loquentur ſicut illi. Sapien. 2. Sit fortitudo noſtra lex iniuſticię. Item hæc 42
eſt vox infidelium iudicium dicentiũ. Nos legem habemus, verum eſt, bonam quidem in ſe, ſed tamen eam habent ad colligendum munera ſicut meſſores falcem ad colligendum manipulos. Vnde lex in manibus eorum eſt, ſicut volunt ſtricta vel larga. Nihil danti erit ſtricta: quia nulla pro eo inuenire poſſunt. Et qui largè dat, leges largas pro 43
eo inueniet, ſed melius eſſet leges neſcire, ſicut patebit infra. Tales enim ſunt ſicut gallus ſuper campanili, qui vertit ſe ad omnem ventum, & illi ſe vertunt ad omne argentum. Alij credunt excuſari, qui talia iniuſtè acquirũt, non per ſe immediatè, ſed per miniſtros ſuos. Sed non excuſantur: quia tales diligunt, ſicut enim falcones & canes plus diliguntur, qui melius prędantur: ſic ſenaſcalos & balliuos & conſiliarios, qui ſciant pro offenſa ſex denariorum reportare quinque ſolidos. Et vt tales inſtituant, bonos & fideles ab officijs ſuis remouere ſolent, dicentes eos nimis ſupplices. Nota. A. 17. 41. & 43. Et. C. 16. 42. Et. D. 12. 26. Et R. 1. 22. In foro conſcientię potius diligunt placentes, vel palpantes, quàm pœnitentiarios, vel corrigentes: ſic etiam in foro exterioreſco, plus uolunt, qui eis placeant, quã qui iuſticiam faciant. Sic ſe ſolebat excuſare, quidam rex magnus cum informaretur de iniurijs factis per aliquos de ſuis quid (inquit) iſte poſſum ego, habeo enim tres miniſtros, qui ibunt ad infernum pro me, quia ſciebat ipſos in iuſtos, vt ei placerent. Sed timendum eſt: ꝙ ipſe iret cum eis: quia eos nõ correxit, nec fugauit, ſicut fecit Sanctus Ludouicus, infra. c. de conſilijs. 47. Et notate, quàm partim curauit de animabus miniſtrorum ibunt (inquit) ad infernum pro me. Modicum plus videtur, 44
de eorum animabus curare quàm canum, vel falconum, qui dum prędam capiunt, deliguntur cum non poſſunt proijciuntur. Stultiſſimi ſunt ergo illi pro talibus animas ſuas periculo exponendo, vt faciunt multi eorum, ſed pro commodo proprio. Sed quid prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, &c. Matth. 16. Nonne tales miniſtros habere voluit, & dilexit quidam magnus, qui cum reprehenderetur, ꝙ ballinum iniuſtum haberet in vno manerio ſuo. Reſpondit ſine talibus non poſſum domum tenere. Plus enim lucratur talis vnus, quàm decem fideles. Sic etiam loquuntur conſiliarij dominorum, dicentes talis eſt miniſter pro domino, qui emendat dominium de decem libris, quàm alij, vel vltra alios. Ser. 135. 9. Et tamen malè lucratur: qui Exem-
ſeipſum, & dominum ſuum perdit. Ta- plum.
les enim miniſtri aſſimilantur militi Miles
marino, qui dicitur adducit ſecum mul marí-
titudinem piſcium, & intrant in os cęti nus.
ſimul. Et ipſe exit, & ipſi remanent, & comeduntur. Sic tales alios accuſant, & puniunt, & licèt ipſi peiores ſint, vſque in finem impuniti remanent. Sic barrabas

bas dimissus,& Christus Crucifixus est, propter talia diliguntur. Gen.25. Diligebat Isaac Esau,eo q̃ de venatione sua vescereturi& Rebecca diligebat Iacob. Tales domini Deo displicent:quia proditores eius in domo sua tenent. Nota. D.12.7.& 8.& 26. Itē. M.8.23. optime. Alij verò domini non solum permittũt tales iniusta facere,sed apertè eis præcipiunt,q̃ sit inimicus talis, & noceat eis vbicunque poterit. Tales domini sunt aspides. Aspis enim dicitur ab aspergendo, quia venenum ore spargit. Sic tales spargunt venenum ad subditos, & ministros, & duodenam facientes indictare, & attaxare,& crudeliter tractare, uel incarcerare eos, qui nolunt eorum in omnibus facere voluntatem de uenditione terræ, uel manerij,quod desiderant, uel in aliquo quocunque negocio. Contra tales quærunt occasiones mendaces per ministros suos, sicut Achab contra Naboth per Iesabel, & iudices de Israel.3. Reg. 21. Fingentes causas, sicut lupus contra agnum cum inferius biberet, & ipso negante, adiecit lupus, pater tuus eam turbauit, ideo deuorabo te, sic tales dicunt pater tuus mortuus est sine computo: uel sic fecit contra me pater tuus: uel talis amicus, uel consanguineus tuus, & talibus reuolutoribus, qui sciunt conceptum illorum cautè deducere ad effectum,dant tunicas suas,& tales diligũt. Prouer.29. Princeps,qui libenter audit verba audacii, omnes ministros habebit impios. Item tales sunt basiliscus, qui uisu hominem interficit, visus illorum,siue oculi sunt cõsiliarij, per quos ducitur,& regitur in agendis, per quos alios interficiunt, & alios maleducunt. Item sunt leones, qui cauda excitantur ad prædam,sic isti & cætera. Item sunt drachones, qui cauda dicuntur plus nocere, sic isti. Sed quemlibet ab istis in hoc sœculo malè tractatum confortat. Psal. 99. dicens. Super aspidem, & basiliscum,& cætera. Causa in omnibus dominorum cupiditatibus, & quare tales diligunt ministros est in magna parte illorum superfluitas. Superfluè enim, & vanè in multis expendunt, & ideo subditos excoriant, quia proprij redditus eis non sufficiunt. Ideo congruè dicitur à communiter accidentibus,quia excessus, seu delictũ domini est pœna subditi, & delictum subditi, est preda, seu rapina dñi. Alij verò cum reprehenduntur de iniusta acquisitione:vel inani labore,sicut illi supra.eo.c. 14.vel q̃ talia iniusta nõ restituunt. Respondent viuere oportet malè,se excusant,quia non est idem viuere, & benè valere. Tales enim viuunt, sed non benè viuunt,nec ualent. Contra tales disputat August. in sermone de Sancto Laurentio, quasi per istum modum, sicut patet,Ser. 9. 3. Visum est aliquando, q̃ appropinquans morti, qui malè vixit,multum timet, & quicquid habet daret, ut uno die plus ei uita donaretur. Et quis tale quid facit pro uita æterna,qui ista dares parum uicturus, & ut mors parum differretur. Quare non pauca das, uel aliena restituis, vt semper uiuas. Si à tali,sic quæreretur,quare ista dares? Responderet,vt mortem differrem. Et si ultra quęratur, quare non das, vel restituis, ut mors tibi non noceat, sed semper viuas, & per eam ad uitam transeas ęternam? Nescio quid respondere posset, quàm multos inuenimus, qui dicunt tollat physicus, vel medicus res meas, vt serius moriar, quàm rarò inuenimus, qui dicunt,tollat physicus, vel medicus res meas, ut nunquam moriar. Et tamen,ò amator temporalis uitæ si tollat physicus,te spoliat in sœculo, si tollat Christus, tibi reseruat in cœlo. Propter hanc vitam nolunt homines habere unde uiuant, quòd tibi seruas,vnde uiuas, hic da, ut semper uiuas. Et si tali dicatur, si tantum dederis pro uitæ prolongatione non habebis post benè uiuere? Respondebit,non curo,mendicare:uolo malo uiuere mendicus, quàm mori diues, paratus est datis etiam necessariis mendicare in hoc mundo, ut parum plus in incertum uiuatur. Et non

Aspis.

Lupus Fabula. Agnus.

Basiliscus.

Leones Dracho nes.

45

46

47

est

eſt paratus erogatis, & reſtitutis ſuperfluis ſemper regnare cum Chriſto. Rogo appendet, ſi aliqua ſtatera, æquitatis inuenitur in archa cordis tui, profer illam, & hęc duo impone, mendicare in hoc mundo, & regnare cum Chriſto in vna parte, regnare uero in hoc mundo, & eſſe in pœna, & miſeria ſemper, in alia parte. Et uideas, quę pars potius ſit eligenda. Sed audientes cogitant, q̃ vellent, & hic, & ibi abundare, & regnare, ſed hoc difficile: quia poſſibilius eſt camelum tranſire per acum, &c. Et oportet, q̃ gibbus alienarum rerum deponatur. Matth. 19 Quia dum alienis one-
48 rantur, cęleſtibus priuantur, & hoc rationabiliter, habet enim Deus duo genera diuitiarum, & duo ſunt, quibus cõferuntur, vel quis eis vtuntur, & nõ eſt ita ſtultus, vt vtrunque conferat ei, qui minus ei ſeruit. Cũ ergo mali diuites, q̃ minus ei ſeruiũt, diuitias habeãt terrenas. Pauperibus, qui ei ſeruiunt, relinquent cœleſtes. Reſpondebit enim, ſicut matrona bis petẽti eleemoſynam. Vade habuiſti. Sic loquitur, Luc. 16. Fili recordare, quia recepiſti: quare ergo iterum petis, vade habuiſti. Sed econuerſo, Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Illi hic cauſam allegant, qa non habuerunt hic, & ideo ibi cẽtuplũ accipient. Iob. 27. Quæ eſt enim ſpes hypocrite, ſi auarè rapiat: nunquam clamorem eius audiet, cum venerit ſuper eum anguſtia. Ibi enim tangitur talũ duplex pœna, ſcilicet depauperatio in ſeipſis, & in ſucceſſione. In hoc, quòd dicitur, ſi multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabuntur pane. Secundo malos mors, & æterna damnatio, quia dicitur ibi nõ liberet Deus animam eius, ſequitur, hæc eſt pars hominis impij, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente ſuſcipient. hęc pars, ſcilicet diuitiæ malæ acquiſirę cum iſtis omnibus malis acquiſitis ſequentibus. Alia enim ars in cœlo eis non debetur, quia eam ſimpliciter non deſiderant, quia hic ſemper optãt viuere ſi poſſent, & ſignificantur per illos. Numeri. 32. Filij Ruben, & Gad habeant pecora multa, & erat illis infinita ſubſtantia. Et infra præcamur, vt des nobis terram hanc in poſſeſſionem, nec quicquam quęremus trãs Iordanem, id eſt in terram promiſ-
49 ſionis, Hiere. 13. Hæc eſt ſors tua parſq; menſuræ, dicit dominus, quia oblita es mei, & confiſa in mendacio. Sanius ergo conſilium eſſet, q̃ diues, & pauper prædictas partes ſuas inter ſe diuiderẽt, & mutuo ſe iuuarent. Iuxta conſilium Pauli, Gal. 6. Alter (inquit) alterius onera portate, &c. Super quo Auguſt. de ver Augu.
bis domini, Ser. 87. Proximus tuus on⁹ habet paupertatis, tu diuitiarum, quod eſt onus pauperis, non habere, quod diuitis, pluſquam oportet habere, portet ſecum non habere; porta tecum plus habere, vt æquales ſint ſarcinæ ueſtræ. Nunquid paupertas onus eſt immò ità, q̃ ſub ea multi incuruãtur, proſternuntur, & moriuntur, Exod. 23. Si uideris aſinum odientis te iacere ſub onere, nõ tranſibis, ſed ſubleuabis cum eo, quantomagis Chriſtianę proximum tuum, pro quo Chriſtus, vt te & ipſum ab onere inferni liberaret, ſub onere paſſionis ſanguinem ſudauit. In Cruce tandem moriendo. Nota de hoc ſupra. A 10. 9.
50 Alij iniuſticiam ſuam palliant, ſub colore regiminis. Æſtimant enim ex hoc, q̃ ſubditos ſuos permittunt in terris ſuis, & defendunt contra alios dominos, q̃ liceat eis eos ſpoliari ad libitũ, quibus reſpondere poterit Deus, ſicut reſpondit ſecundùm fabulam, paterfa- Fabulæ.
milias muſtelæ ab eo captę. Rogo, ait animal. Permittas me abire, & nõ me occidas, quia domum tuam à muribus cuſtodiui, circa quam cuſtodiam multum laboraui. Cui paterfamilias, non propter hęc parcam; quia non propter meum, ſed commodum proprium, vt ſola videlicet comederes hoc feciſti: ſic iſti protegunt ſuos ab alijs non intentione iuſticiæ, vel veritaris. Et ideo quando pro labore petent mercedem, dicetur recepiſtis mercedem veſtram, & ideo aliam non recipietis. Sed, quia

illa

illa mercede, vel illis stipendijs non eratis contenti, sed ad voluntatem vestram rapuistis crudeliter aliena. Iudicium vobis sine misericordia. Iac. 2. sic ꝙ labor priuabitur mercede, & excussui respondebit pœna. Alij credunt excusari pijs operibus: tales adhuc non intellexerunt, ꝙ modicum fermentum totam massam corrumpit, & ꝙ claudus non intrabit in templum, pede pietatis benè ambulant, sed pede crudelitatis claudicant. De tali fertur quasi sic, ꝙ cum
51 episcopus quidam sic ædificatam ecclesiam dedicare vellet, vidit diabolum in
Exemplum. vno angulo, & coniuratus ab eodem quid ibi faceret ego, ait, iustius hic sum, quàm tu, quia de meis ædificijs hæc ædificata est. Qui aufert à Petro, & dat Deo, neutri placebit. Qui membrum pungit, & caput lenit, utrique displicet. Esaiæ vlti. Qui immolat boucm, quasi qui interficiat virum, qui mactat pecus, quasi qui excerebrat canem. Qui offert oblationem, quasi qui sanguinẽ suillum offerat. Qui recordatur thuris, quasi qui benedicat Idolo, Oseæ. 9. Panis lugentium sacrificium eorum.

Alij credunt excusari, quia non pro se illa circa terrena acquisita malè sollicitantur, sed quadam compassione, quam habent ad suos propinquos, nè ipsi egeant, sed siue hoc faciant pro se, siue pro alijs, stultum est pro se, patet ꝙ ex quo uita est tam breuis, fatuum est de ea
52 nimis solicitari. Iob 14. Breues dies hominis. Si enim haberet cartam à Deo, ꝙ posset viuere mille annis, haberet aliquod motiuum cupiditatis. Et quilibet perpendere potest, quàm cupidi forent homines, si sic possent de communiter accidentibus viuere, ex quo pro tam breui uita sunt, ita cupidi. In principio mundi multi fere tot annos attigerunt, & tamen est modo maior cupiditas in vno, qui non transit, quinquaginta annos, quàm fuerunt tunc in multis, qui transierunt, in quinquagintos annos. Reducant ergo tales ad memoriam iudicium Dei. Lucæ. 12. De illo, qui cogitauit ampliare sua horrea, & nocte illa subito mortuus est. Et hoc patet ꝙ stultum est hoc facere pro alijs. Quia si fatuum est animam ponere in periculo, vt prouideat sibi ipsi, ergo stultius videtur se periculo exponere pro illis, qui erunt ei ingrati. Communiter enim omnes viui sunt mortui ingrati, sicut patet infra. A. 21. 5. 6. Et capitulo 53
de mortuis. 147. & 118. Verbi gratia. Ponamus gratia exempli, ꝙ unus acquisiuisset multas terras, & maneria, & reddi tus hęredi, vel alij filio, vel proximo, vel vxori, & circa talia acquirẽda animam suam multis periculis, & corpus multis laboribus, & sollicitudinibus exposuisset, vbi inueniretur aliquis inter decẽ, qui minimum manerium, vel saltem vnum agrum terræ daret pro liberatione illius acquisitoris post mortem eius. Nota. M. 11. 97. & 147. Sed fortè dicent, ꝙ si certitudinaliter scirent eum in periculo, de quo posset per hoc liberari, darent, sed falsitas istius dicti potest pluribus modis ostendi. Primo, quia aliquando visum est, ꝙ quando sciunt, ꝙ aliquis vult petere iustum debitum a patre infirmo, vel ab alijs, de ꝙbus sperant emolimentum post mortem, non placet, ꝙ intrent debitorum petitores ad eum, uel etiam illi, qui vellent eum monere de restitutione facienda, vel etiam distribuenda pro anima sua, ne pars illorum per hoc minor esset post mortem. Sed talibus fingunt eum sudare, vel dormire, vel aliter indispositũ. Et tamen scire possunt, ꝙ si moriatur sine restitutione vsuræ, vel simoniæ, vel rapinę, vel in iniustæ acquisitorum, ꝙ uadit ad pœnam. Ex quo non libenter permittũt seipsum liberare in vita sua, quomodo liberarent ipsi eum post mortem. Et ipsi non permittunt distribuere, uel restituere mobilia, quando uident verius pœnas, quæ nec ipsi bene tenere possunt, quando darent ipsi pro eius liberatione immobile manerium, quod tenere possunt. Istam etiam præ
sumptionem auget, ꝙ frequenter vide- 54
tur, sicut patet, Ser. 54. 12. ꝙ filij vxores, aut executores soluere nolunt, uel tardant,

dant debita defunctorum ad quæ de necessitate tenentur, & pro quibus non debet esse dubium, quin sint in periculo, tam defuncti, quàm ipsi detinentes vsque soluantur, cum ergo illa non soluant, sed detineant, ut per societatem cum acquirentibus ad infernum vadãt: vel saltem placitare circa illa faciant, an tequam soluantur, vt liberent animam, quæ est in periculo vsque soluantur, quando darent pro liberatione eius hereditatem suam, vel aliud, quod à nullo petitur. Vide. R. 6. 10. Item talis, aut odit illos, pro quibus sic sollicitatur, aut diligit. Si odit, stultum est pro ipsis ditandis tãtum laborare. Si diligit, extremæ dementiæ est eis illa acquirere propter quę damnabũtur. Ibi talis delictio vertetur in odium, intantum ꝙ maius odium erit inter eos, quàm inter dæmones, quod ostenditur quasi sic. Exemplum. Cuidam bono uiro in visione ostendit Deus inter alias pęnas in puteo ignis, & sulphuris rotam terribilem, sicut patet, Ser. 60. 8. in qua torquebantur duo, pater & filius, quorum uterque alteri maledicebat isto modo. Maledicta hora in qua genui te, quia propter te ditandum iniusta acquisiui, propter quę damnatus sum. Alius respondit. Sis tu maledictus, quia si tu iniusta nõ acquisiuisses, ego ea non tenuissem, nec damnatus fuissem. Primus dixit væ tibi, quia propter te damnatus sum. Alius idem respondit. Sap. 4. Et iniquis omnes filij, qui nascuntur testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua, sicut patet. L. 11. 17. & L. 5. 10. Item nota de hoc. I. 13. 37. & T. 1. 27. signanter videtur dicere in interrogatione sua, quia in inferno ponuntur ad quæstiones, sicut latrones. Alij vero se credunt excusari rei malę acquisitę paruitate, & propria paupertate æstimantes, ꝙ Deus eos non damnabit pro paruo furto, sicut ꝓ garbis, vel gallinis, vel quę quasi omnes in arte sua exercent, sed hoc nõ videtur verum. ¶Primo, quia Deus respicit plus contra quid fecit, quia contra præceptum de furto non faciendo, quàm quid fecit: sic homines etiam loquuntur, non curamus (inquiunt) de re in se, seu nocumento, sed de contemptu, quem nobis intulit. ¶Secundo, quia Deus plus respicit animum, quã furtum, sic etiam homines loquuntur, parum curo de nocumento, vel damno, quia multum me damnificauit, sed de animo, quia uoluit plus damni intulisse si potuisset, libenter me occidisset, si potuisset. Sic in proposito, qui inuenit vnum denarium, & abscondit, libẽtius absconderet decem marcas si inueniret, & qui modica furatur, plura libenter furaretur, si sciret se posse mundi euadere confusionem. Et qui mortaliter alium odit, quandoque occideret, si posset: vel saltem uellet ꝙ occisus esset. Tale enim plus mundum, quàm Deum timent, ergo Deus, qui intuetur cor, & qui nouit abscondita cordium, non solum eum perdet pro illo facto paruo, sed pro voluntate magna. Lucifer enim cum socijs suis non pro facto, sed pro voluntate dęmones facti sunt, Dæmones etiam per minora eos ducunt ad maiora. Primum enim apud eos est, qui in modico infidelis est, utique in maiori erit, qui etiam modica spernit; paulatim decidit in maiora. In paruis ergo furtis, & falsitatibus latet magnum periculum. Quod patet per hoc ꝙ fertur quasi sic; sicut patet, Ser. 18. 12. Quidam languens in extremis confessus, & horribiliter clamauit, dicens, magnum lapidẽ ignitum paruo filio pendere super caput eius. Et cum nullus alius uideret, dixerunt, ꝙ capitis debilitas fuit. Et cũ continuè clamaret, & lapidem super se casurum affirmaret, redijt ad eum sacerdos, hortans eum de diligentia scrutandi conscientiam, si forte ibi aliquid remaneret inconfessum. Et sic ad memoriam reduxit, quòd talem lapidem ieciserat de terra sua, qui sibi nociuus erat, & posuerat eum super terram vicini sui. De quo cum satisfeciſſet, visio disparuit. Quomodo ergo euadent, qui carrucam suam nimis prope terram vicini sui ducentes, sulcum, vel aliquid de

Exemplum.

terra

terrā illa furantur, vt quid tantūm cupiunt tam paruam terræ portionem, ex pectent patienter mortem, & habebunt terram ad oris, & oculorum, & aurium ſatietatem. ¶ Ad idem de remouente
56 palum, qui in tranſmarinis partibus in aliquo loco diuidit terras duorū, quaſi meta certa modicum ergo eam amonit, ut ampliaret partem ſuam, qui moriens exclamauit, ꝙ dęmones cum palo ignito eum perforare vellent, quocunque ſe verteret, cuius rei cauſam cō memorans confitens, & ſatisfaciens à timore illo liberatur. Deus ergo minimorum non vult malam acquiſitionē, qui etiam minimorum prohibet concupiſcentiam. Exo. 20. Non deſiderabis vxorem eius: non ſeruum: non ancillā: nō aſinum, nec omnia, quæ illius ſunt. Nec excuſantur paupertate, niſi eſſent in vltima neceſſitate. Plus enim deberent in paupertate de Deo confidere, & potius ei ſeruire, quàm de diabolo. Deꝰ enim non deſeruit ſperātes in ſe. Quando ergo pauperes, ſeu ſimplices audiunt prædicare contra diuitum iniuſta acquiſita, inaniter gloriantur, quaſi ipſi in ea parte non eſſent culpabiles, qui tamen ſi diuitum locum, & poteſtatem haberent, peiora facerent, & hoc in minori oſtendunt: ſi poſſint plus proximo nocere, quàm in vno falſo non denario decipere, illud libenter faciunt, dicentes, ego illum denarium pro bono accepi, quare non poſſum illum ſic tradere. Hoc tamen dictum non habet plus rationis, quàm ſi diceret, vnus furatus eſt mihi bouem, ideo ego alteri idem faciam, qui nihil circa hoc demeruit. Et vnus fregit mihi caput, idem alteri faciam, qui in culpa non eſt. Hoc eſt contra Apoſtolum ad Gal. 6. qui dicit, ꝙ vnuſquiſque onus ſuum portabit. Alij verò ſe excuſant falſo titulo emptionis, quorum titulus reprobabitur. c. de mercatoribus. Alij verò titulo donationis, quorum titulus reprobabitur. c. de muneribus. Alij verò credunt ſe excuſari à rebus iniuſtè ab alijs acquiſitis, & à ſe detentis, quadā affectata ignorantia, qua

Exemplum.

nolunt ſcire, vel audire, quæ benè, vel malè retinent, ſicut ille, qui noluit intelligere, vt benè ageret, nolunt etiam inquirere, nec ſcire facta miniſtrorū ſuorum. Iſti conuincuntur exemplis, hyſtorijs, & autoritatibus. Si haberent aliquā ſuſpitionem, vel euidentiam, ꝙ eſſet in eis aliqua diſpoſitio mala, ex qua, niſi remedium adhibetur, mors ſequetur corporis, benè medicum de hoc conſulerent, ſi etiam potens contra eos de hæreditate habēda, ſeu ſupplātanda placitaret. Et ſcirent vnum malum prouentum in carta, per quē hæreditatem poſſent amittere, legiſperitos ſumptuosè cōſulerent, quomodo remedium habere poſſent. Sic in propoſito, qui habet aliquam euidentiam de re ab anteceſſoribus ſuis malè acquiſita, vt pote, quia voluntariè homines, & magni acquiſitores exiterunt, vel forte vbi audierūt, ꝙ aliquid acquiſierunt iniuſtè, debet plus de illorum, & iniuſticia, & iuſticia inquirere: quia infirmitas de iniuſta detentione vertitur in periculum animæ, & nè eam perdat, & de hæreditate cęleſti, de qua dæmones eos nituntur ſupplantare, propter talem punctum expellatur, conſilium & remedium debet quę rere optimum. Sic fecit rex nobilis mor 58
tuo anteceſſore ſuo, qui multa acquiſiuit, miſit enim per regnum ſuum vnū epiſcopum, & quatuor religioſos viros expertos in lege Dei, & mundi præcipiēs, ꝙ ſi qua malè acquiſita inuenirēt, reſtituerent. Sed non ſic impij, non ſic, qui non curant, qua iuſticia teneāt, niſi ꝙ multum teneant, nil de veritate, ſeu iuſticia rerum, ſeu miniſtrorū curantes, cum tamen ſi eſſet fama, vel clamor, ꝙ latrones ſub vna ꝓtectione homines in nemore ſpoliarēt, tenerētur veritate inquirere, nec ante poſſent ſpoliorū partē bona conſcientia recipere. Ita vbi clamor eſt, ꝙ anteceſſores, vel ꝙ miniſtri illorum ſunt iniuſti, credo, ꝙ tenentur veritatē inquirere, nec ante ſunt bonęfidei poſſeſſores. Sed multi moderno tēpore, ſi mentio fiat de aliquo, qđ iniuſtè detinēt, vel ſi in ꝓpoſito ſint aliqua acq- 59

rendi, in neutro caſu homines conſuluntur Deum timentes. Exemplo prædicti regis, ſed falſos conſiliarios, & mundi ſapientes, qui tunicas ſuas portãt, & eis adulantur, & timent offendere, uel ueritatem dicere, & ideo cauſa iuſticiæ, & veritatis poſita in ore taliũ, perijt, & perit, & moritur. Nõ ergo talibus diſcutienda eſt cauſa ueritatis, & iuſticię, qa nõ ſunt apti arbitri inter iuſticiã, & iniuſtitiam. Nota. C. 11. 46. Sed deberet fieri exceptio, ſicut uidemus fieri in lege mundi, quando diſcutiẽda eſt veritas inter duos per duodenam, quando duodena vocatur, poteſt pars ponere exceptionem contra aliquẽ nominatum, quia inimicus eius eſt, vel magnus amicus aduerſarij, uel de familia ſua, vel ſeruus, vel infamis, & huiuſmodi. Ita quando diſcutienda eſt veritas inter iuſticiam, & iniuſticiam, utrum iuſticia, uel iniuſticia ſit in tali acquiſitio, vel acquirendo, & vocantur ad hoc diſcutiendum falſi conſiliarij, & balliui de familia ꝓpria, poſſet iuſticia facere exceptionem, omnes prædictas cauſas exceptionis allegãdo, quia ſunt amici iniuſticiæ. Item ſi tales in publico iudicio vocarentur ad duodenã pro tali iuſticia diſcernenda, pars aduerſa exciperet contra eos, quare ergo ponũt ſe ſuper eos in camera, qui veritatẽ non dicerent in publico? Item non eſt aliquis, qui libẽter ponit ſe in ore iudicis, aduocati, vel conſiliarij, de quo opinatur, ꝙ faciet eum amittere unum manerium: quare ponunt ſe in conſilio taliũ, qui facient eos amittere animam, & manerium cęli? Si ergo nulla fiat exceptio exterior, deberet ratio interiorem facere exceptionem iſto modo concupiſcentia duræ tenet habita & cupit habenda ex una parte, ſinderesis, quæ eſt dictamen rationis, nimet de iuſticia: ex alia parte, quando ergo concupiſcentia uellet ſe ponere ſuper tales falſos, deberet ratio excipere, ꝙ illi falſæ ſunt concupiſcentiæ nimis fauorabiles. Et ratio, quare deberet ſic interius excipere eſt. Quia, ſicut uidemus ſecundum leges terræ, ꝙ ſi una duodena dicat falſum in iudicio, ille contra quem data eſt ſententia, ſi eſſet potens, & haberet fidelem patriam, poſſet eos conuincere per attinentiã, vel adhęrentiam, vel appellationem, ita ſi hic contra tales non excipiat, nec de falſitate ſua conuincantur, ſed ad tempus lateat, Deus, qui eſt veritas, contra quem dant conſilium, & ſententiam, eos conuincet habendo ſecum fidelem patriam, angelos, & ſanctos, cum quibus eum exceperit iudicabit, iuſticiã: qui ergo non timent adhęrentiam hominum, timeant adherentiam Dei, quæ placita ſunt ei, & omni tẽpore conſilia tua in ipſo permaneãt: quia ipſe diſſipat conſilia gentium, & reprobat conſilia principum. Conſiliũ autem domini in æternum manet. Ex omnibus prædictis patet, vę ei, qui multiplicat non ſua. Aba. 2.

60

¶ Aduentus. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Aduentus Chriſti in generali duplex.*
2 *Sufficientia, & cauſa iſtorum aduentuum quæ.*
3 *Quos miſerit Deus ante aduentum Chriſti.*
4 *Aduentus Chriſti, in die iudicij qui.*
5 *Quæ præceſſerint pro receptione Chriſti.*
6 *Quæ commoda ſecum portauerit aduentus Chriſti.*
7 *Exemplum de Paulino epiſcopo danti ſe in carcere pro vidua.*
8 *Exemplum Zorobobel volente educere populum de Babylonia.*
9 *Quomodo nobis occurras Chriſtus.*
10 *Qui ſit infirmior.*
11 *Venit Chriſtus vt lumen.*
12 *Venit vt legatus pacis Chriſtus.*
13 *Venit Chriſtus vt traheret amorem noſtrum ad ſe.*
14 *Qua ratione corpus aſſumpſit Chriſtus.*
15 *Quid ſequi deberet Chriſtum.*
16 *Admiratio quare Deus poſſit homo fieri.*
17 *Aduentus Dei eſt cum magna abundantia gratiæ.*

18 Chri-

18 *Christus ante aduentum nuncios præmittit.*
19 *Cor quos modis sit parandum.*
20 *Quibus rationibus moueri debeamus ad sic præparandum.*
21 *Quomodo præparare debeamus in aduentu Christi*
22 *Quæ præcedant modo loco earum rerũ, quæ præcedebant aduentum Christi.*
23 *Quemadmodum in primitiua ecclesia fiebant, faciendum est modo.*
24 *Quæ dare debeamus Christi.*
25 *Exemplum monaci expectantis Christum.*
26 *Præparatio quomodo esse debeat.*
27 *Damnatur qui rebus corporalibus expectat dominum.*
28 *Christus, à quibus magis recipiatur.*
29 *Quæ concurrat cum Christo veniente.*
30 *Christus occurrit nobis vt medicus.*
31 *Christus venit vt arbiter pacis.*
32 *Christus tulit secum omnia bona.*
33 *Quæ sequi deberent istum aduentum.*
34 *Prauci sunt, qui loquãtur de ijs rebus, quæ pertinent ad honorem Dei.*
35 *Exemplum de uerè iuranti.*

Art. 13. 

Duentus Domini nostri. Primo ostendetur distinctio. Secundo sufficientia. Tertio qualis aduentum Christi in carnem præcessit præparatio. Quarto qualia in aduentu suo nobis portauit commoda. Quinto qualia sequi deberent iustitiæ debita. Sexto qualis aduentum Christi in animam præcedere debeat præparatio. Septimo qualia concurrant lucra. Octauo qualia sequi debeant ex parte nostra opera.

Artic. 1. ¶Quantum ad primum aduentus Christi in generali est duplex. Primus videlicet misericordiæ. Et secundus iustitiæ. Et uterque subdiuiditur, quia aduentus misericordiæ est duplex. Vnus in virgine carnem assumendo. Alius in animam gratiam largiendo, de utroque, Ioa. 14. Veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ad omnes enim venit, sed cum quibus mansionem facit, vel non. Nota. D. 9. 21. Secundus etiam aduẽtus subdiuiditur, quia aduentus iusticiæ est duplex. Vnus ad iudiciũ particulare, uidelicet in morte iustorũ, vel malorum per se, vel per angelos bonos, uel malos, sententiam executioni debitè demandando, secundus ad iudicium generale, sed de his duobus, vltimis dicetur infra locis suis.

¶Sufficientia verò, & causa istorum aduentuum, per misericordiam prius, & per veritatem posterius, iuxta illud, Psal. 24. Vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas. Pater per exemplum de magistro, qui prius dulciter discipulum docet, & pater filium, & maritus vxorem, & iudex ammonitionem præmittit, antequam excommunicet. Sic Deus se habet ad nos in duobus primis aduentibus, ne verberet, vel excommunicet: in secundo dicendo. Ite maledicti in ignem ęternum. Qui quidem processus notatur dominica prima aduentus, ubi ostenditur pius & mansuetus super asinam: & secunda vbi promittit se venientem in nubibus, tanquam iudicem cum potestate magna. In prima ammonet omnes. In secunda verberat rebelles, & excommunicat contumaces. Esa. 62. Discite filiæ Syon: ecce Saluator tuus venit. Ecce merces eius cum eo, quasi diceret. Ecce venit dulciter, quantum ad primos aduentus, vt amore filios attrahat, & omnes ammoneat, & doceat. Et merces eius cum eo, quantum ad secundos aduẽtus. In quibus reddet unicuique propriam mercedem secundùm suum laborem. 1. Cor 3. Idem adhuc patet per aliud exemplum de rege mansueto cui cum rumor peruenerit, q̃ aliqua ciuitas non est obediens, sicut deberet: sed forte aliqui occasione in errore posita, disponit ei rebellare: primo mittit eis aliquos ministros discretos, sicut patet, Ser. 70. 9. Ad sciendum eorum grauamen. Et ad corrigendum, & puniendum malos, & cõsolandum bonos, & admonẽdum omnes ne regi rebellent, quos si malè tra-

Artic. 2.

ſtauerint, & apertè rebellauerint mittit armatos ſuos, & obſidet eam. Vltimo uenit ipſe cum poteſtate magna, & rumpit omnia, & capit ciuitatem. Sic præmiſit Dauid Ioab, & exercitum ad obſidendum Rabat, & in fine venit ipſe, & eam cœpit. 2. Reg. 15. Sic Deus ſe habuit ad ciuitatem huiuſmodi ei rebellem. De qua in Pſal. 54. Vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.

3 Quia omnes conueniunt in unum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtũ eius, Pſal. 2. Primo miſit eis prophetas, & patres, & patriarchas, quos malè tractauerunt. Occidis inquit Chriſtus, lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. Matth. 23. Poſtea miſit ad eos fortiſſimos milites, & bellatores, apoſtolos, & martyres, dicens. Eſtote fortes in bello ad obſidendum, & ad faciendum ei inſultum cum ſagittis prædicationum, dicens cuihibet illorum illud, Ezechie. 4. Obfirmabis faciem tuam contra eam, & erit obſidione, & circundabit eam, & cætera. Sed ipſi ſic obſeſſi, fortiſſimè ſe defendunt, quærendo excuſationes in peccatis, dicendo. Natura mea eſt inclinata ad talia: non poſſum dimittere: habeo caput debile, non poſſum ieiunare. Fornicatio non eſt mortale, Deus non vult nos perdere. Multi alij ſic faciunt, & ſic de alijs. Et non ſolum habent talia arma defenſiua, ſed habent etiam arma inuaſiua, ſagittando verba pungitiua, ad exempla ducendo. Vos æſtis peiores, & cupidiores, & qui prædicas non furari, furaris. Et non ſolum uerbis, ſed etiam verberibus quandoque uiros bonos inuadunt, qui eos ad Chriſtum capere nituntur, ſicut patuit de ipſo Chriſto, qui verborum ſagittas ſuſtinuit, quando dixerunt dæmonium habes, & poſtea verbera vſque ad mortem. Sic martyres omnes ſuſtinuerunt ad modum apparitorum modernorum, qui ſi fideliter officium facerent, homines citando, talia in parte ſuſtinerent. Quid ergo faciet iſte verius Dauid noſter Chriſtus, qui in iſta obſidione Vriam, & multos alios milites, ut dictum eſt, morti expoſuit, in fine, id eſt in ſecundo aduentu iuſticiæ, ueniet cum poteſtate magna, & exercitu. Iohel. 2. Quia ueniet dies domini magnus, & terribilis tenebrarum, & caliginis, clangoris, & tubæ, 4 ſuper omnes ciuitates munitas, tunc confringet arma, & ſcuta comburet igni. Quod oſtenditur Dominica ſecunda. Et quia ante bellum fit armorum oſtenſio. Ideo illa die oſtendet arma ſua, ſcilicet ſigna in Sole & Luna, & alijs creaturis. Quia omnis creatura, ſcilicet orbis terrarum pugnabit contra inſenſatos. Sapien. 5. Nota. P. 6. 4. Es congruè oſtendent ſigna obſcuritatis. Sol enim conuertetur in tenebras, quia ſicut in paſſione nobili rege Chriſto mortuo, familia planetarum induebat nigrum habitum, quia tenebræ factæ ſunt ſuper uniuerſam terrã. Ita in iudicio domino quaſi irato, congruum eſt, quòd familia oſtendat vultũ triſtiorem, ad peccatorum terrorem. Sicut ergo hæretici prima vice, quando delinquunt, dulciter, & miſericorditer reuocantur. Secunda vice cremantur, vt ſaltem amore, vel timore corrigantur. Sic eccleſia prima Dominica dulciter loquitur. Secunda incutit timorem. Pſal. 33. Venite filij audite me timorem domini docebo vos. Aduentũ ergo iuſticiæ vſque ad locum, & tempus ſuum expectando. De primo aduentu in carnem, videlicet reſtat loquendum, & ſecundo de ſecundo in animam. Circa primum tria ſunt oſtenden- 5 da. Primo quomdo multa præceſſerunt præparatoria. Secundo, quomodo multa in aduentu ſuo concurrerunt naturæ noſtræ commoda. Tertio multa ſequi deberet aduenienti iuſticiæ debita. ¶Primo, vt pro Chriſti receptione præparatio digna fieret præceſſerunt multo. Videlicet tempora longa, ſcilicet. 70. anni quinque milia centum nonaginta ſex. præcones multi, & nuncij, oẽs, ſcilicet, pphetę, q de eo, & de aduentu ſuo pphetauerũt, ſicut patebit infra. c. de fide, & patriarchæ, & iuſti, q populum

ti. 3.

lum monebant, & hortabatur patratum esse in Aduentum Christi. Cærimonię etiam multæ, & figurę, sicut circuncisiones immolationes, oblationes, libamina, sacrificia, de quibus Leuiticus est plenus. Desideria sancta, & spiritualia multa bonorum virorum dicentium illud, Psal. 143. Inclina cœlos tuos, & descende. Et illud, Esa. 45. Rorate cœli de super. &c. & illud, Esa. 44. Vtinam disrumperes cœlos, & descenderes. Sequitur citò, ut notum fieret nomen tuũ inimicis tuis. Sequitur cum feceris mirabilia non sustinebimus. Glossa, sed blaphemabimus. Sicut patet Lucæ 11. Sequitur descendisti, & citò post occurristi lætanti, & facienti iusticiam in uijs tuis. Ex his patet autoritatibus, messiam in lege promissum non esse purum hominem, vt Iudæi fabulantur.

6 Purus homo de cęlo non desideratur à prophetis descendere. Ex prima ergo istarum trium petitur Deus. Ex secunda Deus, & homo simul, in hoc ꝙ de cœlo, seu nubibus petitur, & de terræ germine. Et tertia patet eius deitas: & Iudæorum circa humanitatem, & etiã diuinitatem eius infidelitas, qui eum blasphemauerunt. Ista ergo præibant ante faciem domini parare vias eius. Ista verò cõclusio, ꝙ uidelicet sit Deus, & homo; ex intentione probatur. c. de fide. ar. 3. per totum.

Arti. 4. ¶Secundo multa secum portauit commoda. Primo, quia nobis occurrit, vt rex castro obsessio. Erant enim corpora quo dãmodo obsessa in mundo, quia ad eorum solatium exire non poterant, & animæ in limbo, & clamauerunt ad regem suum. Illud, Psal. 79. Qui regis Israel intende. Excita potentiã tuam, & veni. Sicut enim illi obsessi in Iabes Galad. 1. Reg. 11. Miserunt ad regẽ suum Saul nuncios pro succursu. Ita isti preces. Clamauerunt enim ad dominum à facie tribulantis, sic vocatus, affuit ad ad modũ illius in li. Barlaam, ꝙ induit habitũ Saracenorũ, quasi esset vnus ex illis vt fratrẽ suum de carcere illorũ liberaret, quod & fecit, potuit enim quasi Saracenus libere castrũ, vbi frater erat, intrare. Sic Christus accepit similitudinem carnis peccati, & habitu inuẽtus vt homo. Phili. 2. Vt nostrã naturã de carcere mundi, & peccati & pęnę liberaret.

¶Ad idem est exemplum quod narrat beatus Gregorius, lib. 3. dialogorum de Paulino episcopo Nolano, ꝙ cum omnia sua pro redemptione pauperũ christianorum à gotis captorum dedisset, cuidam uiduæ petenti auxilium pro redemptione, cum non haberet, quod daret, seipsum in carcere cuiusdam magni Saraceni, qui erat gener regis, posuit ꝓ filio uiduæ: in cuius domo ortulani offici functus est: hic dominum illum vno die prẽmonuit de festina regis morte. Cum verò rex & ille dominus vna vice simul comederent. Paulinus intrauit portans herbas ad mensam more solito: quem rex videns tremebundus, ait. Iste non est popularis homo, sicut tu credis, & sicut videtur: quia alias ego ductus fui coram magnis iudicibus, qui sententiam mortis cõtra me dederunt, inter quos iste erat magnus. Et cum citò regis mors visionis veritatem ostenderet. Paulinus à dicto domino nihil accipere voluit, cũ multa ei offerret, nisi liberationem omniũ concaptorũ. Et sic captiuitas sua multis extitit causa liberationis sic Christi. Et patet. Filius enim viduæ natura nostra est filia ecclesiæ, cuius maritus in Cruce mortuus est. 7 Exemplum.

¶Ad idem exemplum de Zorobabel in principio Esdre, volente educere populum de Babylonia ad terrã promissionis, quẽ multi sequebantur, multi eum sequi noluerũt, sicut patet, Esdre. 2. Sed potius elegerunt in Babylonia remanere. Ita in proposito plures Christum sequi nolunt. Sed potius eligunt in peccatorum confusione remanere, & tales sunt pessimi in bello contra nos. Multi etiã sequi incipiunt, sed redeũt more iumẽtorũ, qui in egyptũ redierunt. 4. Reg. vlti. Moderno verò tempore prędicator crucis, vel alius feruorẽ, vel cõmissionẽ habens ducẽdi christianos ad terrã promissionis terrestrẽ, velęlestẽ Zorobabel 8 Exemplum.

ſingitur officio. Multi ſpernunt, multi de uia redeunt, nolentes de Babylonia liberari boni uerò de Caſtro confuſionis ſequuntur. Sic ergo Chriſtus per ſe & ſuos intrauit in quoddam Caſtellum. Lucæ. 10. Secundo nobis occurrit, ut medicus infirmus, emplaſtra pœnitentiæ dando bonorum operum, præceptorum dictam imponendo, Matt. 8. Domine, puer meus iacet paraliticus. Lucę. 5. Non ueni vocare iuſtos, ſed peccatores. Quam lętus eſt infirmus corpore in aduentu medici, licet certus nõ ſit, q̃ eum curare ſciatur, licet in ſumptibus infirmi veniat. Auget etiam illius leticiam, quando nunciatur ei dies aduenisſe, quia communiter diem deſiderant, ut pote qui grauius de nocte affliguntur, quàm lęti ergo debuerunt fuiſſe homines in Aduentu Chriſti, qui gratis venit, & genus humanum ſumptibus proprijs ſanauit, & medicos, & medicinam, & poſt ſe dimiſit. Sed heu aliqui ſanari nolunt, quia infirmitatem ſuam neſcire uolũt, & de talibus poteſt intelligi dictum beati Gregorij. Omnes (inquit) infirmi ſumus, ſed infirmior eſt, qui infirmitatem ſuam neſcit. Alij ſciunt, ſed ſanari nolunt. quia inde delectantur, vel lucrari ſe credunt, ſicut infirmi in uita Sancti Martini, qui fugerunt ne ſanarentur, quia infirmitas fuit eis lucratiua. De quibus A. 26. 21. Tales ſunt in carcere, & nolunt exire, niſi quãdo placet eis, ſimiles ſunt iudeo nolente extrahi in ſabbato, ſic iſti, quibus Deꝰ per ſe, & ſuos extendit manum, dicens. Prouer. 1. Extendi manum meam, & nõ fuit, qui aſpiceret. Tales medicis ſpiritualibus ſciunt malas grates. Timeant ergo, qui præcepta medici modo audire nolunt, ne aliquando clament cũ fatuis virginibus, & non exaudiantur. Tertio venit, ut lumen, illuminare his, qui in tenebris ſedebãt. Aba. 3. Deus ab auſtro veniet. Sequitur. Splendor eius ut luxerit. Sed habẽtes viſum, cũ gaudio exeũt de tenebris ad lucẽ, quia delectabile eſt oculis videre lumen. Eccl. 11. Sed cæci modicum de lumine curant, tãtum eſt eis eſſe in tenebris, quantum in lumine. Sed, & ſi dicatur eis. Ecce rex venit cum pulchra ſocietate, nõ multum lęti ficatur, quia videre non poſſunt, quòd alij vident. Ita nec mali tunc lætificabantur, quia cæci erant, nec mali chriſtiani modo ſpiritualiter lætantur, cum dicitur ecce rex tuus venit. Velamẽ maliciæ ſuper oculos habẽtes. F. 4. 31 Quarto uenit, ut legatus pacis inter Deum & hominem, à patre miſſus legatus ad gẽtes miſſus eſt. Ierem. 49. Et legatum ad gentes miſit. Abdie. 1. & vltimo. Legato vero & ſpecialiter quando pro utilitate illorum, ad quos uadit miſſus eſt, vel mittitur. Debentur duo, honoratio, & exhibitio: quia communiter legati papę accipiunt exhibitionem de terra ad quã mittuntur, ſcilicet pro ſe & ſuis, & hoc de melioribus, quia bene offenderetur legatus, ſi ſui non reciperẽtur, vel ſi malè eis miniſtraretur. Ita Chriſtus, niſi pauperes recipientur. Non enim eſt benè capiti, dum malè eſt membris. Ita nec Chriſto, qui ait, qui uos ſpernit, me ſpernit, & qui vos recipit me recipit. Quinto venit, vt amorem noſtrum ad ſe traheret, & cor noſtrum ad ſe inclinaret. Ante enim Chriſti carnationem, licet Deus multa pro homine fecerit: ipſum tam nobilem creaturam faciendo, & totum mundum ei ſubijciendo, legẽ naturæ & Moyſi diligenter dando, & angelorum cuſtodiam deputando, ei tamen ſemper ingratus exiſtebat, idola adorando, & alijs peccatis ipſum prouocando, in tantum, q̃ omnis caro corruperat uiam ſuam. Gen. 6. Cuius rei, & erroris vna cauſa fuit, quia homo carnalis, & corporalis exiſtẽs: rem, quæ uideri oculis corporalibus non potuit, nõ potuit perfectè cognoſcere, nec diligere, quia in gallico, puerbium eſt, q̃ cor nõ deſiderat, quod oculus nõ videt. Quia igitur Deum uidere non poterat, idola uiſa adorabat. Volens ergo miſericors Deus omnis talis erroris cauſas, & excuſationes excludere, carnẽ & corpus aſſumpſit, & uiſibilis factus eſt. Et teſte Bar. 3 In terris viſus eſt, & cũ hominib⁹ conuer-

conuersatus est, vt per hominem visibilem, in amorē inuisibilis attraheretur deitatis. Et secundùm beatum Gregorium. Vt dum visibiliter Deum cognoscimus per hunc in inuisibilium amorē rapiamur. Et non solum illis apparuit, sed & nobis apparet semper in forma panis, & nobiscum pro nostris necessitatibus conuersatur. Multum enim rapere deberet amorē serui, dulcis, & amabilis cum eo conuersatio domini, & similitudo in victu & vestitu. Nota. P. 2. 12. Descendit ergo, ut nos attraheret, sicut adamas, vel magnes approximando attrahit ferrum. Et hoc facit (ut dicitur) quadam qualitate cōnaturali, est enim quædam qualitas in magnete connaturalis qualitati ferri, mediante qua ferrū trahit. Sic Christus accipiendo nostram naturam, connaturalis nobis factus est; vt mediante illa connaturalitate nos ad ipsum attraheret, quem tractum multum iuuat impulsus à terra, consideratio, uidelicet quid, & quantum pro nobis in cruce sustinuit. Et hoc est, quod ait Ioh. 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.

Adam.

Art. 5. ¶ Tertio sequi deberet & venienti iusticiæ debita veneratio. Si enim tota Ecclesia veneratur Sanctum Alexium, quia dimissis diuicijs, & nobilitate paterna, & uxore, accepit habitum pauperum, multo plus deberet venerari Christi Adūctus, qui cum in forma Dei esset, quasi exinaniuit seipsum, formam serui accipiens factus est pro nobis egenus, & pauper. Et cum bonitas vna aliam requirant, qui nos tantum honorauit dignè est à nobis honorandus. Si filius regis multum honoraret religionem, quā intraret, multo plus honorauit filius Dei religionem humanæ naturę. Naturam ergo, quā ipse intātum honorauit, non deberemus peccatis deturpare. Exemplum ad hoc de illo, qui tali cogitatione se semper armauit contra peccatum luxuriæ, quasi diceret illud hester. 6. Sic honorabitur, quemcunque rex uoluerit honorare. Sic ergo venerāti nostram naturam debetur uenerario. Sed heu contrarium accidit, quia in multorum cordibus ex hoc secuta est infidelitas, & admiratio. Admirantur enim quare, & quomodo Deus posset homo fieri, tot sustinere opprobria, & in fine mori. Quia etiam Deus contineri dicitur sub modica panis specie, sed ista admiratio ex improuida procedit cogitatione, seu imaginatione, imaginantur enim, quod quicquid accidit naturę humanæ in Christo, totum etiam contingat eius deitati, ita quod deitas patiatur, torqueatur & puniatur. Et illa uidetur causa, quare modum christianę religionis refugiunt infideles in credēdo. Sed errant, ꝙ non plus torquetur deitas in carne illa benedicta, nec plus laceratur dentibus in hostia, quàm torqueatur in cœlo, vel vbicunque fuerit. Ergo non est magis inconueniens, ꝙ sit in carne illa, uel hostia, quàm ꝙ sit in cęlo, vel alijs locis. Sed dicunt, ꝙ alio modo sit in carne illa, vel hostia, vel alijs locis, quod conceditur quocunque: tamen modo passibili ponitur ibi esse; non plus ibi patitur, nec malum, uel pœnam sentit, nec detrimētum sustinet, aut perditionem, quàm in cęlo. Quocunque ergo modo ibi ponitur; impassibili modo ponitur. Sic patet P. 2. 1. Nullus ergo modus, vel causa vera inueniri potest, quare magis includit incōueniens ꝙ dicatur, vel credatur ibi esse; quàm ꝙ dicatur in cœlo esse. Sed potius valde inconueniens, ꝙ illa natura puniatur, & moriatur, & ꝙ mediante uirtute deitatis satisfaciat, quod per se facere non potuit. Et ꝙ ille inuisibilis est in natura sua, ꝓpter supradictas vtilitates illo modo in carne, & hostia visibilis nobiscum vsq; ad consummationem sœculi maneat, & excellemer veneretur. Ad quam veneratione inuitat nos, Psal. 95. d. Venite exultemus, &c. Quod si non fecerimus, minatur cuilibet nostrum. Apoc. 2. d. Venio ibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo. Aba. 2. Si moram fecerit excepta eum, quia ueniens per carnis assumptionem (ut dictum est.) Veniet per gratiæ infusionem. In quo

15

16

notatur ſecundo Aduentus, & non tardabit per iudicij diſcuſſionem, quantum ad tertium & quartum.

¶Aduentum etiam Dei in animam per gratię largitudinem,& ſpecialiter quando venit cum gratiæ abundantia: ſicut
Arti.6. multa præcedunt,multaque commoda concurrunt, ita multa ſequi debent ex parte noſtra, quia ſicut illo tẽpore,quo
17 venit carnem noſtram aſſumendo de virgine glorioſa, quæ digne præparata eum expectabat,ſecum portabat gratię plenitudinem. Vnde dicitur. Aue gratia plena. Lucæ primo. Ita dubium non debet eſſe,quin veniat cum largo gratiarum munere, eum dignè expectantibus, vt eſſe poſſint matres eius ſpiritualiter, ſicut ipſa fuit corporaliter, teſte ſeipſo, qui ait; qui facit uoluntatem patris mei, qui in cęlis eſt, hic meus frater ſoror & mater eſt. Ad hoc ergo, ꝙ quilibet dignè pro tanta diſponatur dignitate: procedit tempus, quod dicitur aduentus: præcedunt etiam præcones, & prædicatores, ſicut Paulus,qui dicit. Hora eſt iam &c. Et abijciamus opera tenebrarum.Roma. 13. De hoc. A.2.1. Et multi alij, qui ante eum mittuntur, ne nos improuiſos, & de hoc verecundos inueniat. Et eſt in hoc de Deo, ſicut de curiali domino, qui non ſubito intrat domum uicini ſui, & maximè vbi ſcit aliqua eſſe abſcondita.Sed prę-
18 mittit nuncium, uel tuſſim, vel facit aliquod ſignum,ne improuiſi verecundentur. Ita Chriſtus nolens aliquid inuenire,quod cum offendat,vel unde nos erubeſcemus,uel puniremur. Sed ꝙ peecata eſſent ante eius Aduentum ablata, & abſcondita. Ante omnem aduentum ſuum curialiter nuncios præmittit, ante aduentum ſuum in carnem præmiſit. Sicut ſupra patet Eccleſiaſtes. 5. Ante aduentum in mortem, præmittit multis infirmitates,ſenectutes, & ſigna. Sicut patet. M. 11.4. & omnibus exemplum aliorum, vel ſubito, uel aliter morientium. De hoc patet infra de mortuis. Ante aduentum in iudicium generale quindecim ſigna ſecundùm aliquos,de quibus habetur. I.11.1. Ante verò aduentum in mentem prędmittit bonas inſpirationes, & cogitationes,remorſum conſcientię de peccatis. Et prædicatores, qui dicunt tibi illud Eccleſiaſtici.2.& 18.Prępara animam tuam ad tempta. Primo, ſcilicet cor ſicut caſtrum antequam rex ingrediatur,& nas,antequam liquor infundatur,ſic cor pręparandum eſt tripliciter,ſicut patet,Ser.75.2. Vt,ſcilicet domus cordis non ſit tenebroſa per infidelitatem. Para ibi lumen fidei, ſicut ille,qui ait in Pſal. 131. Paraui lucernã Chriſto meo. Secundo, ꝙ non ſit ſor- 19
dida per carnalitatem,ſed ſicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditię ad iniquitatem.Ita nunc mundiciæ in ſanctificationem. Tertio, ꝙ non ſit amara,nec rixoſa per iram. Quia magnus dominus non libenter hoſpitatur in domo,vbi crebra ſunt litigia. Cogitationes verò iræ, vel inuidiæ, & pungentis, & contradicentis conſcientiæ, litigia ſunt in auribus Dei. Prępparate ergo corda veſtra domino,& ſeruite illi ſoli, ait Samuel ad populum. i. Re.7. Quia opus grande eſt, nec homini præparatur habitatio, ſed Deo.1.Paral.29. Nota.A.2.4.& E.6.31.& C.6.3. Secundo præparandum eſt Dei hoſpitium extra in porticum ſenſuum, per quos intrare debet. Eſa.49. Parate vias domini, rectas.f.f.Dei noſtri. Et non ſolũm porticus ſenſuum, ſed atrium, & ambitus operum eſt præparandus.Prouer. 24. Præpara foris opus tuum, & diligenter exercere agrum tuum, vrticas, & ſpinas diuitiarum iniuſtè acquiſitarum extirpando, & reſtituendo, ſic ergo præparamini contra Babilonem. Hiere.50. Sed ad hoc,quòd ſic præparemur, quatuor rationes nos mouere debẽt. Vna Dei curialitas, ideo ſemper præſto eſt intrare. Apoc. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, hic per gratiam, & ducam illum ad cœnandum mecum in gloria. Nimis ergo ſunt Deo incuriales, &

ſibiipſis

sibijpsis crudeles, qui Deo non præpa-
20 rant, & cum inuitante per viam mandatorum nō vadunt. Vnde beatus Gregorius Homel. 28. Certè, si nos alicuius seruus rogaret, vt ad eū ire deberemus; protinus nobis nostra superbia in cogitatione tacita responderet dicens, non eas, qa teipsum degeneras: honor tuus despicitur: locus uilescit. Sed ecce de cælo venit: qui seruo occurrere in terra non despicit, & tamē humiliari in terra, comptemnimus, qui de terra sumus, contra illud Prouerbio. 16. hominis est animam præparare. Secunda timor potestatis. Sicut seruus præparat se ad voluntatem domini timore. Ecclesiastici. 2. Qui timent dominum pręparabūt corda. Tertia amor proprij commodi, sicut colonus præparat se ast operandū dum amore fructuum, & aduocatus amore pecuniæ. Prouerb. 30. Formicę populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi. Quarta ualor æterni p̄mij, sicut sponsa præparat se, propter hęreditatem terrenam Apo. 19. Venerunt nuptiæ agni, & vxor agni præparat se, sic ergo præparare in occursum Dei
21 tui Amos. 4. Restat qualiter est præparandum. Sicut infirmus ad medicinā, qui tenet dietam, & à multis abstinet: Et sicut delinquens ad punitionem. Iustum enim est, quòd delinquens secundum delicti conditionem puniatur. Cū ergo cōditio delicti inueniatur in corde, ore, vel sensibus, & opere, iustum est, quòd punitio fiat, contritione, confessione, & satisfactione. Et hoc sicut voluntariè deliquit (Exemplo prophetę Dauid Psal. 37. dicentis. Ego in flagella paratus sum, quantum ad satisfactionē Et dolor meus in conspectu meo semper, quantum ad contritionem. Quoniam iniquitatem meā ego cognosco, quantum ad confessionem) Sic voluntariè tripliciter parandum est, non tamen murmurare confitendo, vel recipiendo, quæ iniunguntur, sicut currus malè vnctus. Sed dicat paratum cor meum interius, & exterius: non sicut hypocritę, qui solum parant, quod exterius: & pictor, qui non dat vitam, nec sicut tristis, uel melancolicus. Sed paratus sum, & non sum turbatus, in Psal.
118. Nota. C. 5. 2. Sic ergo loco tempo- 22
ris præcedentis primum aduētum, præcedit modo tempus aduentus, loco p̄phetarum præcedentium, præcedunt nunc prædicatores, loco uero circuncisionis tunc corporum, præcedit modo circuncisio cordium per confessionem. Sicut enim in primitiua ecclesia ante festum dominicæ natiuitatis solebant homines confiteri. Ita nunc deberent
boni Christiani. Pro receptione nunc 23
spirituali faciant, quòd ante pascha pro receptione sacramentali sunt facturi. Loco verò oblationum, & sacrificiorū, quę ibi tunc præcedebant, & Deo offe-offerebantur, nunc ei offerri deberet eleemosynarum largitudo. Regi enim nouiter venienti ad terram suam, vel domino venienti ad manerium amici, mittunt ei encœnia. Sic modo quando agitur, quomodo Christus primum venit ad mundum istum? mittenda est ei in suis membris eleemosynas. Sed heu in propria venit, & sui eum non receperunt Ioan. 1. & reuera tales pessimè ministrant hospiti suo Christo. Quia solum faciunt ei festum verborum in natiuitate sua cum tripudio, & cantilenis, dicentes, se de aduentu Christi gaudere, & eum gaudenter recipere, sed mentiuntur, dum permittunt eum extra esurire, & sitire, & sine hospitio esse. Sicut ergo occurrit nobis via triplicis misericordiæ, scilicet dando seipsum, qui optimus est. Secundo mutuando omnia, quæ habet. Tertio frequenter peccata dimittendo in confessione. Ita occurrit illi dando ei de melio- 24
ribus, ne dando vilia iterū erubescatis. Audistis, quia Christus clamidē martini corā tota curia cęlesti ostendit. Cū ergo sic vestes, & alias eleemosynas à nobis datas, iterū ostendit, cauete ne erubescatis sicut miles, qñ minus corā domino ostendit exilē, & vilē tunicā, quā ei dedit. Scdo indigentibus mutuando, qui non habent vnde gaudeāt in isto festo:

Tertio

Tertio omnes iniurias, & iras, & uindictę appetitus de corde remittēdo. Sicut enim magni occurrunt regi, cum magna comitiua de ſeruitoribus, & cibis ſuis, & familia: Ita nos Chriſto cū multis pauperibus, qui ſunt, vel eſſe deberent de ſeruitoribus, vel cibis diuitum, & cum tota familia eccleſiæ, cum qua vniri debet charitate. Et ſic oēs, quaſi vir vnus occurrere, quia vnum corpus ſumus ī Chriſto. 1. Corinth. 12. Sed heu multi econtrario occurrunt, cum crudelitate talliantes homines, ſcilicet & ſubditos ſuos durè tractantes, & mutuantes, & non ſoluentes pro expenſis ſeruitorum, & uoluptatum in cibis, & ludis, & huiuſmodi, quæ modo faciunt in iſto feſto. De quo ſupra. A. 12. 31. Tales uiam miſericordiæ obdurant, ne Deus ad eos ueniat. Loco etiam deſideriorum antiquorum præcedentium debemus nos præmittere ſpiritualia deſideria, quod ſi faceremus, ſicut ipſi Chriſtum receperunt corporaliter. Ita nos recipiemus ſpiritualiter, vt de illis, & etiam de nobis poſſet uerificari illud Pſal. 77. Deſiderium eorum attulit eis. Et non ſunt fraudati à deſiderio ſuo.

Exemplum. Quod oſtenditur per hoc, quod narratur in lib. Petri Cruniacenſis. quaſi per iſtum modum. Ille ſanctus Petrus abbas Cluniacenſis. ſpecialem habuit in aduentu ſeruorem, ſicut & antiqui patres habuerunt. Vnde omni die aduentus ſolebat conuentum ſuum deuotiſſimè ammonere, quod quilibet præpararet dignè lectum conſcientiæ ſuæ, & cordis ſui, ad dignè recipiendum puerum Chriſtum benedictum in nocte natiuitatis, qđ vnus innocens puer monachus literaliter intelligens. Nocte natiuitatis Chriſti paruit honeſtè lectum ſuum in dormitorio, quo facto, cogitauit intra ſe dicens, modo ueniat puer ille, quando uoluerit, quia lectum meū paratum inueniet (Et hoc dicto) affuit iuxta eū puer pulcherrimus, quē cum ſalutaſſet more puerorum vſque ad matutinas ſimul ludentes, cum leticia noctem perduxerunt, pulſatis uerò matutinis, ad eccleſiam ſimul ibāt, ī qua dum monachus coram altari inclinaret, puer ille diſparuit. Monachus verò dolore plenus, clamauit, & alij monachi cauſam fletus eius ſciſcitātes duxerunt eum ad Abbatem. Cui cum totū narraſſet Abbas fecit fracibus collationem dicendo, ꝙ ſicut puer, qui intellexit uerba eius corporaliter; Chriſtū corporaliter receperit. Ita q̄ ītelligūt ſpūaliter & ſe ſpūaliter p̄parent, eum ſpūaliter recipiunt. Sicut ergo antiqui patres in natiuitate eum receperunt corporaliter in carne ueniendo: ita boni modo per gratiam. Sed heu ſecundum Bern. Maius fuit antiquorū deſideriū, & gaudiū de aduentu, & re futura, quā noſtrum gaudium de habito ſpiritualiter loquendo. Iſta narratio eſt Ser. 1. 26 11. Et ſi Bern. hoc non dixiſſent, videtur veritas ad oculū, quòd ita eſt, quia quaſi omne gaudium, & præparatio ad feſtū natiuitatis eſt carnalis, & circa corpora, præparando pro corporibus cibum, & potum, & ueſtes lauando communius, quàm animam. Et ſicut præparatio p̄cedens eſt corporalis: ita lętitia cū feſtum aduenerit, eſt in cantilenis carnalibus, & uoluptuoſis, in commeſſationibus, & ebrietatibus, in cubilibus, & impudicitijs, in ludis taxillorum, & tripudij. Et non reputarent ſe benè illum diem, quo Chriſtus primo pro eis fleuit peragere, niſi diſſolutè, & malè illo die riderēt. De quibus Eſa. 5. Lyra, & cythara, & tympanum, & tybia in conuiuijs veſtris, & opus Dei non reſpicitis, propterea captiuus eſt populus: & quia nō habuerunt ſcientiam, nobiles eius interierunt. Idem. c. 22. Vocauit Dominus ad fletum, & Panctum. Et ecce gaudiū, & lętitia. Occidere uitulos, & iugulare arietes comedere carnes, & bibere vinum; comedamus, & bibamus cras eñ 27 moriemur. Tales ergo magis de corpore, quàm de anima cogitāt, & curāt; & uiliorem faciūt animam rebus ſuis, quas lauant, anima ſordida remanente. Tales etiam, & qui in peccatis ſunt, eū recipere non poſſunt, quia non habent

locum

locum ubi eum ponant, & in hoc assimilantur Iudæis, qui diu eum expectauerunt, sed uenientem multi illorum non receperunt. Assimilantur etiã Bethleemitis, qui ita habuerunt hospitia circa alia occupata, quòd Christum recipere non potuerunt. Ita cupidi, & luxuriosi, & omnes peccatores, in quorũ anima hospitatus est diabolus; donum animæ plenum habentes, Christum recipere non possiunt, Ioan. 1. Sui eũ non receperunt: sui, per creationem, & baptismum, & nomen Christianitatis. Si verò alicubi recipitur; credo, quòd hoc
28 contingit nunc, quod tunc. Tunc verò recipiebatur in diuersorio, quod erat in necessitate hospitium pauperum, sicut tunc patuit in effectu, qui hospitiũ chare conducere nõ potuerunt. Ita modo plus recipitur in animabus pauperum, quàm diuitum quantum ad personam suam, quia diuites, & nobiles piurijs, & uotis quasi omni uerbo, eum offendunt. Quantum etiam ad membra sua hoc apparet, qa simplices libẽtius, vt frequenter recipiunt mendicos in grangijs suis, & alijs artis domunculis, quàm diuites in magnis palacijs. Sic elyas à uidua potius, quàm à rege, exceptus fuit hospitio. 3. Re. 17. Filius ergo hominis veniens putasne inueniet fidem in terra? Ad hæc respõdetur, Osee. 4. Non est fides, nec misericordia, nec veritas de terra. Vnde dicuntur Romani scripsisse Alexandro, si ueneris, inuenies, scilicet resistentiam. Ita nos dicere poterimus, si ueneris, inuenies, scilicet mundum plenum peccatis. Ideo tales cum timore expectabunt tertium, & quartum aduentum, quando reddẽt ra-
29 tionẽ villicationis suæ. Matth. 25. Venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Talia ergo ad-
Artic. 7. uentum secundum præcedunt. ¶Nunc verò uidendum est, quæ concurrunt cũ eo. Concurrũt verò aliqua ex parte venientium, quæ uidelicet secum portat. Concurrere deberent alia ex parte recipientis. Portauit enim secum omnia commoda, de quibus dictum est supra, eo. c. 6. quia venit modo ad castrũ animæ ab inimicis obsessũ, & stat ad ostiũ, & pulsat Apoc. 3. Pulsat inspirationibus, tribulationibus, infirmitatib⁹, paupertatibus, afflictionibus, donationib⁹. Ex parte nostra debet esse, ut ei aperiamus inimicum eius, scilicet peccatum expellẽdo, quia nisi modo ei aperiatur, in tertio aduentu, scilicet mortis adducet clauem regiam violenter aperiẽdo. Et sicut rex, qui prius si redderẽt illud, eos reciperet ad uitam, quod non faciet in fine. Sic in proposito, nec est mirabile ualde enim grauaretur rex, si in castro proprio potius inimicũ suum quàm ipsummet reciperent, uel tenerent. Sequi uerò debet istum aduentũ, quòd de castro animæ nõ eijciatur per peccatum, ex quo tot laboribus, & morte propria castrũ, quod de nihilo creauit, redemit, & proprio corpore, & uirtutum armis, & gratiæ instaurauit, non sine magna proditione de illo eijcitur, nec inimici super eum recipiũtur. Diligenter enim claudẽdę sunt portę sensuum. Secundo, quia ex parte sui occurrit nobis, ut medicus infirmis per suos 30
ministros. Ex parte nostra concurrere debet, quòd medicina patiẽter recipiatur, & sequi debet, quòd retineatur. Tertio, quia ex parte sua uenit, ut lumẽ. Ex parte verò nostra cõcurrere debet, vt ei oculos aperiamus, ualde enim debilis esset cæcus, qui non assurgeret, & ostiũ aperiret uolenti sibi uidendi conferre gratiã. Surge ergo, qui dormis, & illuminabit te Christus. Sequi verò debet, quòd iterum nõ permittemus nos excęcare. Quarto, quia ex parte sui uenit 31
arbiter pacis. Sicut patet M. 5. 22. & N. j. 5. Vel vt pius dominus, qui arbitros dat, vt pacem reforment. Inter duos enim discordantes debet adiũgi tertius. ff. de arbitris. lib. 4. l. Si vnus. Sic Christus inter Deum, & peccatorem posuit arbitros sacerdotes. Et sicut pius iudex videns depauperationem placitantium, & consumptionem, datis arbitris præcipit, quòd concordent minando pœnam ei, qui non vult concordiam. Ipsũ

ergo

ergo timentes totaliter ſe ponũt ſuper ſententiam arbitrorum. Sic Chriſtus p̃cipit nos ire ad arbitros, ubi ait. Ite oſtẽdite vos ſacerdotibus, in quorum ſentẽtia ſi nos poſuerimus, habebimus pacẽ inter nos & Deum. Debet ergo voluntas noſtra concurrere, alioquin pacem nõ habebimus in conſcientia, quia nõ eſt pax impijs. Qui eſſet infirmus, & ſciret pro certo, ſi moreretur, quòd iret ad infernum, quomodo haberet pacẽ? Sed in mortali peccato exiſtens eſt talis. Ergo recipiamus mediatorem, qui multa dabit pro emẽda, ſi re miſerimus alijs, & ſic nobiſcum pacẽ habuerimus multas enim iniurias ſuſtinet homo, antequàm hæreditatem amittat terrenam: ergo pro partus iniurijs, non deberet amittere illam hæreditatem, quæ dabitur pacificis, qui filij Dei uocabũtur. Matth. 5. Et ſi filij, & hæredes per dominum. Ex parte ergo noſtra occurrit, pacem pro vtilitate noſtra recipere. Et ſequi debet, in ea perſeuerare, quia qui intromiſit ſe de pace, magnus eſt Chriſtus, qui multa dat pacificis, & grauiter punit alios, qui pacem nõ ſeruãt, ſicut patebit infra Quinto uenit omne
32 bonum ſecum portans. Sapiẽtiæ 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, ſcilicet Dei. Thob. 10. In te vno oĩa habentes, venit. n. totus cũ oĩb⁹ uirib⁹. Cui occurrere debemus cũ tota aĩa ſi cũ tota virtute, & cũ omnib⁹ ſenſibus, & potentijs, ad receptionem apertis, & paratis. Manus ei aperitur, quãdo aperitur inopi. Oculus, quando cõpatiendo uidet pauperem. Auris, quando audit utilia. Sic ergo aperiantur propter vtilitatem propriam. Onuſto enim auro, uel alia re, quam daret, cito oſtium aperires. Aperi ergo amore, uel ſaltem timore, ne ſi non aperias, contingat te clamare quandoque cum fatuis virginibus, & nõ audiaris. In ortu enim ſolis portę aperiuntur. Sed modo eſt ortus ueri ſolis iuſticiæ. Attollite ergo portas, & introibit rex gloriæ. Et quia ipſe mundus eſt, & ſanctus ſanctificami-
33 ni. In aduẽtu enim regis plateę mũdãntur, & auferuntur, quæ poſſent eius offendere à ſpectũ, domus ornantur, & tapecia, & panni ſuſpendũtur ciues induuntur. Sic auferte peccata de platea animæ, domus animæ uirtutibus adornetur, & decoretur, & panni ſupra dorſa ſuſpendantur pauperum. ¶ Sequi ue- Arti. 8.
rò debet iſtam receptionem ſenſuũ cuſtodia. Dum rex quieſcit in camera ſua, feneſtrę clauduntur, hoſtia cuſtodiuntur, ne tam utilis hoſpes expellatur. Sic ergo deberet recipi, ſic ſeruari. Sed heu cum duo hoſpites hoſpitium vendicẽt animæ, Deus uidelicet, & diabolus, & vterq; nuncios habeat, & miniſtros ad præparandũ pro aduentu ſuo, quis modo inuenitur, qui non diligentius, prõptius, & citius, & frequẽtius, & hylarius paret diabolo, quàm Deo. Hoc apparet inductiuè in omnibus ſenſibus, & potentijs corporis, vbi inuenitur inter vi- 34
ginti vnus, qui ita libenter loquitur de his, quæ pertinent ad honorem Dei, & animæ ſalutem, ſicut facit de vilibus, de inutilibus, de oblocutionibus, & luxurijs, & detractionibus: qui non eſt libẽtius in taberna, ubi talia loqui poſſunt, quàm in eccleſia, vbi loqui poteſt Deo, qui nõ libentius aperit manum ad aliquem decipiẽdum, quàm ad eleemoſynas dandum, qui non libentius audiat vana, quàm utilia. Trufatores, & luſores, & detractores, quàm prædicatores, qui non citius currit quando pulſatur campana diaboli, timpana ad coreas, & ſpectacula vbi annunciat aduentus diaboli, quia ibi ad multos venit per impudicos aſpectus, quàm quando pulſatur campana Dei ad eccleſiam. Et quis eſt, qui non diligentius ſe parat ad talia ſpectacula, ut malè placeat fatuis, & ne aliquid indecẽs ſit, quod eis diſplicere poſſet, & non ſolum citius, & ornatius currunt, ſed ibi delectabilius morãtur, vſque ad noctem, & diutius ſi poſſent, quia ſi dies eſſet in duplo prolixior, libenter ibi expectarent, ſed ad eccleſiam euntes non ita diligenter ſe parant, ne aliquid Deo diſpliceat, nec ita diu, vel delectabiliter ibi morant, vbi eſt etiam 35

qui

qui non plus gaudeat de filio ſuo dato mundo, & mundialibus diuitijs, quàm Deo, qui non plus timeat proximũ potentem offendere, quàm Deum. Ponatur exemplum ſic. Ecce ſi iuraueris verum, offendis talem dominum, & erit tibi inimicus: ſi falſum offendis Deum: petius eligunt Deum offendere. Exemplum poſſet etiam poni in multis alijs iniuſticijs. Et breuiter inductiuè in bonis naturæ, ſicut in filijs, & filiabus, & bonis fortunæ: peiora Deo dantur, ſi filium habeant debilem, vel claudum, vel curuum erit religioſus: ſi filiã monoculam erit monialis: ſi pulchra rema nebit mundo. Si habeat putrida cibaria, dicunt hoc debet dari pro Deo, & quod datur Deo, videtur quaſi perditũ? ſicut Iudas vnguentum, quod expendebatur in Chriſto, qui ait, vt quid perditio hęc? De ſeipſis etiam partem dant Deo peiorem, ſcilicet ſenectutem, vel forte nullam, nec videlicet iuuentutẽ, nec ſenectutem. Et breuiter ſicut in lib. Macha. dicitur, ꝙ vix aliquis ſe Iudęũ fatebatur. Ita raro modo inuenitur, qui ſe Chriſtianum facto, & opere fateatur, & licet verbo, hoc dicãt, lingua ſua mẽtiti ſunt ei, quia cor eorum non eſt rectum cum eo. Et vt breuiter concludã, qui ſe poterit digne prępparare, benè occurrere, & ſemper retinere beatus: qui econuerſo, maledictus. Beati ergo, qui expectant eũ. Eſa. 30. Nota F. 4. 8. Qualiter verò nos debemus venire ad eũ, patet Ser. 5. Rex tuus venit tibi. Zachariæ. 9. Venit ad tẽplum ſanctũ ſuũ Mal. 3.

¶Aduocatus. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones aduocatorum quæ.*
2 *Conditiones legum ſunt bonæ & iuſtæ.*
3 *In veteri conueniunt nomen, qui de legibus agunt*
4 *Quomodo ſit operatio eorum, qui de legibus agunt.*
5 *Exemplum de quodam nigromante religioſo facto.*
6 *Fabula de accipitre,*
7 *Conditio ſalarij quomodo eſſe debeat.*
8 *Falſi iudices in quem peccent primum.*
9 *In ſimoniacos, & iniuſtos.*
10 *Simoniaci, & iniuſti ſunt veluti ſagittarij.*
11 *Potẽtia ſimoniacorum, vel iniuſtorũ quæ.*
12 *Simoniaci, & iniuſti comparantur latronibus.*
13 *In errore, & peccato ſemoniaci, & iniuſti comparantur mercatoribus equorum.*
14 *Simoniaci, & iniuſti comparantur falſis mercatoribus.*
15 *Simoniaci comparantur monti Ethnæ.*
16 *Simoniaci comparantur hæreticis, & legum falſarijs.*
17 *Simoniaci cõparantur brutis animalibus.*
18 *Exemplum auium inſidiantium aſino.*
19 *Simoniaci comparantur ſimiæ:*
20 *Simoniaci comparantur ranis.*
21 *Impium prænalere aduerſum iuſtum.*
22 *Prouerbium de lingua cauſidici.*
23 *Operarios cuiuſque artis in errore quodã modo excedere.*
24 *Cauſidici comparantur dæmonibus:*
25 *Ex conſilio iniquo cauſidicorum quomodo oriatur dãnum cliẽtulorum & lucrum ipſorum.*
26 *Cauſidici comparantur focarijs.*
27 *Quomodo conuertatur retrorſum iudicium.*
28 *Quomodo iuſtitia à longe ſtet.*
29 *Veritas in cælo proſternit cupiditatem vſque ad infernum.*
30 *Quare cupiditas ſit radix omnium malorum.*
31 *Qua de cauſa leges addiſcantur.*
32 *Quæ ſit cauſa dilationum, & longorum proceſſuum.*
33 *Cauſidici minimè veraciter ſe excuſant.*
34 *Cauſidici non excuſantur à peccato, & reſtitutione cauſa ignorantiæ.*
35 *Quæ habere debeat cauſidicus.*
36 *Qua ratione à nonnullis credatur poſſe excuſari cauſidicus.*
37 *Munus cauſidicorum eſſe veritatem indagari.*
38 *Cauſidici dicentes bonum malum, & verum falſum, & econuerſo ſunt ſpiritualiter leproſi.*

39 *Excuſatio cauſidicorum dicensium ſe eſſe miniſtros iuſtitiæ.*
40 *Cauſidici creduntur excuſari ſcientia ſua.*
41 *Cauſidici abiecerunt legem domini exercituum.*
42 *In quibus puniendi cauſidici, qui iniuſtè à cauſa cadunt.*
43 *Lex in cauſidicos, qui cauſa cadunt imperitia, vel de alio modo.*
44 *Cauſidicos etiã puniri pœna corporali, ſi imperitia peccant.*
45 *Exemplum in cauſidicum imperitum.*
46 *Exemplum in cauſidicum facundia ſua gloriantem.*
47 *Cauſidici imperiti puniuntur etiã pœna æterna.*
48 *Exemplum in cauſidicos imperitos.*
49 *Exemplum falſi cauſidici.*
50 *Exemplum in falſum cauſidicum.*

Arti. 14. 

Duocatorũ primo deſcribẽdæ ſũt conditiones bonę, quę in eis requiruntur. Secundo errores, qui

Arti. 1. in eis aliquotiens inueniuntur. Tertio cauſa erroris. Quarto falſa excuſatio cũ reprobatione. Quinto ponenda eſt pœna malis aduocatis. ¶Circa primum ſic

1 proceditur. Primo ponendæ ſunt conditiones laudabiles, quæ reſpiciunt eorum perſonas. Secundo, quæ reſpiciunt eorum leges. Tertio, quæ reſpiciunt eorũ actus, ſeu operationes. Quarto, quæ reſpiciunt eorum ſalarium. ¶Quantum ad primum conditiones reſpicientes tales perſonas debent eſſe, quòd non ſint perſonæ malę, vel infames. Vtpotè hæreticus, excommunicatus, vel paganus. 4.q.3.c.1.ꝙ etiam non ſit perſona religioſa, vel promota, vel in ſacris ordinibus conſtituta, & ſpeciali ter in ſacerdotio, quia talibus prohibita eſt aduocatio, niſi ī cauſa propria pro eccleſia ſua, vel pro coniunctis, & miſerabilibus perſonis, vt habetur. 14.q.5. Denique. Et de poſtul. cum ſacerdotis. Et cauſa eſt, quia ipſi ſunt deputati in aduocatione melioris, ſcilicet inter Deum, & peccãtores, à quo impediri non debent. Ar. di. 91. clericus. Ex his colligitur, quòd debẽt eſſe perſonæ bonę famæ, fideles, & ad illum actum ordinatę. ¶Quantum ad 2
ſecundum, conditiones etiam legũ illorũ, bonę, & iuſtę ſunt. Vnde Tullius de legibus dicit, quòd lex eſt ſumma rõ inſita à natura, quæ iubet ea, quæ ſunt facienda, & prohibet contraria. Etiam Paulus Roma. 7. Lex quidem ſancta eſt, & mãdatum ſanctum. Et iterum. 1. Thi. 1. Scimus autem, quia bona eſt lex, ſi qs ea legitimè vtatur. Si tamẽ aliqui abutuntur, ſicut patet. A. 12. 38. cum quatuor ſequentibus. Sed tales non mererentur à legibus denominati legiſtę, niſi per antiphraſim, id eſt contrarium, vt dicatur legiſta, quaſi legens legem, vel ledens iuſta. In illis enim lex ueritatẽ ſuam amittit, ſicut ſaphirus in loco immundo, & vmbra illorum lex obſcuratur. Heb. 10. Vmbram habens lex, ſupple ī peruerſoribus. De quibus Eſa. 24. Tranſgreſſi ſunt leges, & mutauerunt ius ſupple per falſas allegationes, probationes, propoſitiones, teſtium informationes, dilationes, & huiuſmodi. Sequitur diſſipauerunt pactum ſempiternum. Iuſticiæ ergo domini rectè, ſicut regula, ſed tota gybboſitas in opere eſt ex parte malorum operatiorũ. ¶Quã- 3
tum ad tertium, ſcilicet conditiones, & operationes illorum, & eſt ſciendum, ꝙ licet diuerſa ſortiantur nomina vulgaria. Quidam enim vocantur aduocati, quidam etiam vulgari nomine ſerganum, quidam attornati, quidam aprentini, quidã procuratores, & ſic de alijs. Omnes tamen in vna operatione conuenire debent, vt videlicet ſint cooperatores, & miniſtri iuſticiæ, ita ꝙ nullus iniuſtam cauſam, vel deſperatam aſſumat. Et ſi talem ſuſceperit ab initio ignoranter, & in proceſſu iudicij eam eſſe talem cognouerit eam relinquere tenetur, C. de iudi. l. rem non nouam. Et idem ſtatuit Gregorius. 10. in conſilio Lugdu de poſtu. c. properandum. Et ad hoc aliqui ſunt admirati. Debent ergo

illorum

illorum actui cum actu conuenire iuſticię, vt non producant falſos teſtes, vel corruptos, nec falſa inſtrumẽta, nec mẽtiantur, nec falſas leges, uel alias iuris, vel facti probationes in ducant, nec dilationes, uel exceptiones non neceſſarias in grauamen partium quærant, ſed fideliter quantũ iuſticia permittit cauſam ſuam clientuli foueant, de contingentibus nihil omittendo. 3.q.7.infamis.§.Item ſi quis. Et arti.de teſtibus intimauit.C.de iudi.lib.3.Properandum.

4 §.illo proculdubio.4.q.4.c.1.& 2. Aduocatorum ergo, & aliorum ſapiẽtum operatio eſt quaſi operatio ſtellarum, ſcilicet alios dirigere ſuo lumine. Dañ. 12. Qui ad iuſticiam erudiunt multos: fulgebunt quaſi ſtellę &c. Sed boni ſunt quaſi ſtellę fixę in Deo ſuo. Sed falſi ad-

Stellę erraticę. uocati ſunt, ſicut ſtellę erraticę, quæ habent duplicem motum in factis ſuis, ſcilicet pro & contra. Pro: quando aliquid datur. Cõtra: ſi ab aduerſario plus

Exemplum. detur. Exemplum ad hoc de homine dante tali bouem ad loquendum pro eo, & cum nihil loqueretur, homo videns cauſam ſuam ſic periclitari. Ait, Deus meus quãdo loquetur bos meus. Aduocatus verò, qui uaccam ab aduerſario ſuo receperat pro ſilentio ſuo. Reſpondet uacca ita durè tenet eum per guttur, quòd non poteſt loqui. Ad idẽ fertur de alio, qui tali dedit currũ. Ad-

Exemplum. uerſarius verò ei equos dedit. Cũ ergo qui currum dedit, videre, quòd potius pro aduerſario loqueretur, ait, currus malè vadit. Aduocatus reſpondit, non poteſt aliter ire, quia equi eum ſic ducunt per illam viam. Nota.I.13.5. Tales ergo ſunt ſtellę erraticę, de quibus Apoca.12. Draco traxit tertiam partem ſtellarum ſecum. Vtinam tertia parte

5 contentus eſſet, quod neſcitur vtrũ verum ſit. Intantum enim multitudinem illorum ſecum falſitatibus, & cupiditatibus trahit, quòd locus ille vbi maior deberet vigere iuſticia, maior exercetur

Exemplum. iniquitas. Exemplum ad hoc habetur à quodam hunfredus nomine, hic prius fuerat magnus nigromanticus poſt tamen fructus eſt bonus religioſus: hic moriens, à miniſtro ſuo requiſitus de aliquo memorabili dicto. Dixit ſe crebro poſt ſe videre dæmones in diuerſis formis ante fratrum oculos in choro, ad eos diſtrahendum à diuino officio. Addidit etiam quaſi ſic, quòd quidam magnus dæmon ſcaualdus nomine, de hieruſalem in illis partibus electus, qa. ad Chriſtum ĩ cruce accedere præſumpſit. In peiori loco totius mundi habitaculum ſibi elegit Babiloniam caput infidelitatis: ſed inde per preces cuiuſdã ſancti electus ꝓ peiori, & ſibi, ſuiſque magis lucratiuo loco elegit habitaculum, & moram in aula veſtri monaſterij, tanquàm caput & fontem totius falſitatis. Ibi enim lacerata eſt lex, & impius prævalet aduerſus iuſtum. Aba.1.Eccleſia.3. Vidi in loco iuſticiæ iniquitatem. Ibi enim ponuntur ad de- 6
fenſionẽ iurium, & totius regni, & omnium, quiiniuriam patiuntur, & coram eis conqueruntur. Sed timẽdum eſt, ne defenſio ſimilis ſit illi, de qua in fabulis fingitur, fingitur enim, quòd bellũ fuit quondam inter perdices, & miluum. Perdices ergo grauatè loquebantur cũ Accipiter.
accipitre, quòd poſſint ab eo defendi contra miluos, qui promiſit tuitionẽ. Sed tamen cum genere ſuo plus deſtruxit perdix ſub colore defenſionis, quã milui facere conſueuerunt. Sic nonnulli forte in banco, ſic in artibus, ſic in alijs curijs, ſic foreſtarij in foreſtis, ſic curati in parochijs ponũtur ad cuſtodiã, & defenſionem, quemadmodum accipitres, vt prædictum eſt, quia quando falſi ſunt magis nocumentum inferũt, quàm alij inferre ſolebãt, uel poterũt: homines eis loquũtur, & quare eos cõducunt, & plus expendunt cum eis, & plus ab eis damnificantur, quàm a parte contraria, ſeu aduerſarijs ſuis. Cum minoribus enim expenſis poſſent domi pacificari, & concordari, quàm eis ſe ſubijcere, qui brigis delectantur, & ditantur, qui cogitant cogitationes afflictionis, & nõ pacis. Pro quibus orat Pſalm.67. dicens. Diſſipa gentes, quæ

bella

bella volunt veniant legati ex egypto ethiopia præueniat &c. Quarta verò conditio ſalarij quantum ad illos, qui eis ſoluere poſſunt, debet eſſe moderata, penſata quantitate laboris, & pauperitate, vel opulentia clientis, quem dolo non inducant, mentiendo circa laboris magnitudinem ad dandum plus, quàm
7 deberent. Quantum verò ad illos, qui dare non poſſunt, expectare debent ſalarium à Deo. In quo enim tenetur diues pauperem iuuare de diuitijs ſuis, & q̃cũq; opera exercere miſericordiæ, in illo tenetur aduocatus patrocinium p̃ſtare cauſæ pauperum, quando videlicet videt eos in tali neceſſitate, quòd non videt, vbi alias eis ſuccurri poſſit, tenetur de neceſſitate eos iuuare, & de ſua ſcientia eleemoſynam facere. 11. q. 3. pauper. Si medicus de medicina ſua, de vtroque poteſt intelligi illud Eſa. 1. Subuenite oppreſſo. Sic enim de tota ſcientia ſua hic remunerarentur, quàm mercedem expectarent ipſi à Deo de tota ſcientia, & labore ſuo, immo eis reſponderet, recepiſtis mercedem veſtrã. Sicut ergo de conſuetudine videmus, quòd illi, qui accipiunt petitionem, & propinas ab amico magno, iuuant eum conſilio, & placitant in cauſis ſuis, nõ accipiendo aliud ſalarium ab eo, ſi em̃ aliud peterent, indignatus forte dominus torum auferret. Sic in propoſito. Qui ſcientiam, ſapientiam, linguam, & eos à Deo accipiunt, niſi eum in membris ſuis iuuent aliud petendo ſalariũ, timerè potuerunt, ne totum amittant.

¶Quantum ad ſecũdum principale, ali-
Arti. 2. qui illorum multipliciter errant, & à vera illorum ſcientia turpiter deuiant, & contra Deum, & contra proximum. ¶Primo falſi iuridici contra Deum ſpecialiter peccant, quia cum ipſe ſit veritas, ab ea talẽtum, & armatura accepta, & pro inimico ſuo falſitate ſua expenſa, proditores eos oſtendit, & mendaces contra promiſſionem in baptiſmo factam Iere. 9. Extenderunt linguam ſuã
Arcus. quaſi arcum mendacij, & non veritatis. Sequitur, ſagitta vulnerans lingua eorum. Nota de iſtis multa Iere. 5. Et congruè dicitur lingua eorum ſagitta. Ipſi enim ſunt ſagittarij diaboli. Tum, quia ſicut ſagittarij, ſeu baliſtarij conducuntur ad cuſtodiam caſtrorum, & manetiorum, quando illi, qui ſunt ibi, timẽt inſultum ab his, qui fortè iuſtè eos in- 9
uadunt. Ita ſimoniaci, & iniuſti rerum quarumcunque, ſiue eccleſiarum, ſiue aliarum iniuſtè detentores timẽtes iuſtis aliorum quærelis, ab his, quæ iniuſtè detinent expelli, & priuari. Iſtos cõducunt ſagittarios, & ſtipendiarios. Tũ, quia diabolum in caſtro animę cuſtodiunt ne expellatur, & Deus intret, quã do videlicet concubinarios, vel nõ reſidentes, vel contumaces, vel quoſcunq; peccatores per appellationes, vel alios proceſſus prophanos defendũt, ne corrigatur. Tum quia ſagittarij ſubito, & quaſi inopinatè, & de longinquò volue rant. Ita iſti in longinquis partib⁹ exiſtentes inopinatè ſagittabant, & impe-
dient iuſtum proceſſum per prohibitio 10
nes; & cautelas, & conſilia peſſima. Sic ergo ſunt gladiarij, & ſagittarij diaboli boli, de quibus in Pſal. 63. Exacuerunt, vt gladium linguas ſuas, intenderunt arcum rem amarem. Caueant illi in arcubus, de quibus Iere. 9. Extenderunt linguam ſuam quaſi arcum, vt ſagittẽt in occultis immaculatum. Subdito ſagittabant eum, & non timebunt, &c. Et quia non timent alios immaculatos, ſic ſagittare, ipſi iterum ſagittabuntur in pœna. Pſal. 140. Quid detur tibi; aut qd apponatur tibi ad linguam doloſam; ſagittę potentes acutę cũ carbonibus deſolatorijs. Et iterum ſagittas ardẽtibus affecit. Et niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vrbauit, arcum ſuum tetendit. Et iterum, arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni. Ibi diſſipabitur arcus belli. Zach. 9. Secundo errant cõtra proximum lingua ſua multipliciter. Sicut enim nouacula burſa ſcinditur. Ita lingua illorum burſam ſcindit multorum, dum eorum defectu, vel actu ſua amittunt. De quibus in Pſal. 51. Tota die in iuſticiam

cogitauit

cogitauit lingua tua, immò lingua sua iniquitatis guttur scindit. Sequitur, sicut nouacula acuta fecisti dolum sedes ad-
11 uersus fratrem tuum loquebaris. Et signanter præmittitur ibidem in Psalmo. Potens est iniquitate. Potentiores enim sunt dęmonibus, quia falsus sapiēs inimicus Christi, & pacis, qui pacem, quā Christus uenit in terram facere, aliquādo subdit membro diaboli episcopatū, uel terram, seu possessionem aliam, ꝙ omnes dęmones facere non possent, & de talibus factis multum gloriantur, in tantum, ꝙ qui melius, & cautius scit tales cautelas, & cōsilia inuenire, est glo-
12 riosior. Ideo congruè dicitur, quid gloriaris in malicia, &c. Item in errore, & culpa. Primo assimilantur latronibus, qui nolenti eis conferre, minantur spoliationem. Ità isti nō dātibus eis munera, & honores minantur, & ostendūt etiam eis vultum turbulentum. Vocantes eos duros, & miseros. Ità ꝙ multi talia uidentes eis dant redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Et ipsi credunt habere iustum titulum donationis. Sed ita iustum habent, sicut latrones, qui à transeūntibus captis oblatum, vel extortum recipiunt ne eos spoliant socij furum. Esa. 1. immò peiores, quia immobilia auferunt. Secundo in errore, & peccato assimilātur mercatoribus equorum, quia sicut illi pecuniā recipiant, ꝙ silētio suo, ne uidelicet equos
13 apud emptores depraueut. Ità mundi sapientes pecuniam aliquotiens accipiunt, ut taceant, quia fortè conduci nō possunt, vt contra aliam partem loquā-
Exemplum. tur. Vnde cum quidam iactaret se multa pro vna aduocatione recepisse. Alius respondit, ego plus accepi, ut tacerem, ꝙ patet esse iniquum, & periculosum, quia aut tacet quandò veritas est dicēda, & tunc perit veritas propter tacentis defectum, & iusta pars opprimitur cōtra præceptū Dei Esa. 1. Subuenite oppresso. Vendit etiam Christum, qui est veritas, qui enim veritatem pro pecunia negant, uel uendunt Deum, qui est veritas, uendunt 1. q. 3. Abijt. Nota. V. 1. 4. Si uerò ueritas non est dicenda, tūc tenetur tacere, & sic accipit salarium pro illo, ad quod sine salario obligatur. Et tales in fine dicent illud Esa. 6. Væ mihi, quia tacui nonne filij, & uenit super me indignatio tua domine. Sed dicent ubi prohibetur hoc? quibus dicendum est, ꝙ aduocationem uendere licet, silentium nunquàm, uel dicant, ubi licitum est uendere, quod non est. 14
Tertiò assimilātur falsis mercatoribus, qui ementes decipiunt malo medio in quo dolus dat causam contractui, uel incidit in ipsum contractum, sicut patet. c. de mercatoribus. 13. Ita isti acquirunt falsis medijs, ponderando negocia clientibus, plusquàm essent ponderanda. Dicendo, ꝙ multa sunt pericula, & labor, ubi non sunt. Vbi ei dator dolo inducitur receptor videtur ad restitutionem teneri, quia fraus & dolus nemini debent patrocinari. Ita in proposito, vbi dolus dat causam contractui, uel incidit in ipsum cōtractum. Quin- 15
to in facto assimulantur monti Ethnæ, seipsos inuidia consumētes de alterius lucris: quando videlicet vnus plus lucratur de cliente suo, quàm ipse de suo. Vnde fertur de tali, ꝙ cum didicisset, qđ Exem-
socius suus uitulū plus accepisset, quā plum.
ipse, & ideo non ex corde loqueretur, rogatus, ut fortiter causam defenderet. Respondit uitulus ità stringit guttur meum, ꝙ loqui non possum. Tales obmutescent in pœnis Psal. 30. Muta fiant labia dolosa. Et impij in tenebris cōticescēt 1. Re. 2. Sexto in errore assimilant 16
hęreticis, & ad literam falsarij legū vocātur hęretici in iure immò pro tanto sunt hęretici peiores, quia hęretici ignoranter abutuntur, & falsificant sacrā scripturā, & iura ecclesiastica. Isti autē scienter abutuntur legibus, & faciūt medicinā morbū nutrire. Ex quo sequit, morbos, q legibus sanari deberent esse desperatissimos. Desperatissimus morbus est, quādo morbū nutrit medicina. Et emplastrum vulneris periculū auget, & quando dolorem augent, uel in periculum vertuntur, quæ ad salutem ordinantur.

Sic modo appellatio,& prouocatio, qui ordinabãtur in medicamẽtum contra brigarũ,& falſitatum morbos illos nutriũt. Et illi ſunt peſſimi medici, q ad hunc effectũ medicinas ordinant, & cõficiunt. De quibus exemplificat Bern. de cõſideratione lib. 3. c. 6. & idẽ. c. 4. Vñ inuehit cõtra appellationis abuſum ſatis pulchrè, & rationabiliter. Quantos (inquit) nouimus appellaſſe, vt interim liceret, qđ nunquã licet, nõnullis etiã quo ad vixerũt licuiſſe appellationis ſuffragio, nepharia ſcimus, ſicut incœſtum adulterium illud (inquit) qđ fuit bonis in antidotum, verſum eſt in venenum. Appellantur eſſ boni à malis, vt non faciant bona. Deniq; appellãtur epi, ne audeant illicita diſſoluere matrimonia, uel ꝓhibere appellantur, ne rapinas, fũrta, ſacrilegia, & quæ huiuſmodi ſunt, audeant punire. Appellãtur ne indignas perſonas, & infames à ſacris beneficijs officijs, ve repellere, ſeu amouere quæant, & ſic qđ inuentũ eſt remedium, repertũ eſt ad mortẽ. Sequitur ibidẽ. Et cur ab iniquis appellati nõ veniunt oſtẽſuri ſuã innocentiã aduerſariũq; malicià conuicturi. Dico qđ dicere ſolent, nolumus uexari fruſtra in curia, fouent appellantes melius eſſet domi ſedere, & talia deſerere iuri ꝓ-
17 prio cedere, ne lõgo, & tanto itinere fatigarentur. Nota. T. 5. 18. Septimo in factis & erroribus ſuis brutis animalibus aſſimilantur. Eſopus eſſ dicit, ꝙ aſinus cum ſit aſal rude vadens inter frutecta, paruas aues terret de nidis ſuis, & etiam ruditare ſua nidos illorum ſubuertit, & ideo eſt eis ualde odibile animal. Ita placitatores, & patriæ ductores, & pauperum tortores põpis, & minis pauperes, & ſimplices terrent. Aliquando per ſe dicendo, vnde mihi talem terrã, vel tale negocium, quia eſſet mihi quietũ vel da mihi tantã pecuniã pro filia mea maritanda, vel alia cauſa, vel malè erit tibi. quia ſic, vel ſic, vel talia feciſti, imponendo eis, quæ nunquàm fecerunt. Vel ſi leue aliquid fecerunt ipſi nimis hoc aggrauant addendo etiam, ꝙ multos habet emulos. Aliquando verò iſta faciunt per interpoſitã perſonã cautius, ſed non caſtius. Iſte ergo nũcius Sathanæ ſimplici miſſus dicit, fac, ꝙ talis ſit amicus tuus, Alioquin cã malè ibit. Et ſic cum per ſe, vel per alium facit, ꝙ aliquid in ore ſuo ꝓijcitur, ſicut in ore canis, ne latret, nidũ, id eſt domũ, uel poſſeſſionẽ ſimplicis euertit eum depauperãdo, & ſibi appropriando, & ideo ſepultura aſini ſepelietur. Cuius pellis, id eſt poſſeſſio mobiliũ, & immobiliũ remanebit excoriatoribus, caro canibus, id eſt uermibus, & anima dæmonibus. Et hoc propter miſeriã inopum, & gemitum pauperum ad Deũ clamãtium. Aues etiam prædictæ (vt dicitur) inſidiã 18
tur oculis, & dorſo aſini, qui earũ nidũ ſubuertit roſtro, & pedibus in eũ impingentes, & ſpecialiter ubi vulnus aliqđ in dorſo apparet. Ita ſimplices damnificati talibus maledicunt rogantes, ꝙ de eis vindictam accipiat. In quo tñ eos nõ laudo, quia peccant. Et cũ eis aliqđ malum acciderit, ſic ꝙ dñs illorum eos ſpoliat pp defectum computi, vel aliud ſimile, vel amittit per ignẽ, uel fores, vel mortalitatem oues, vel boues, vel filios, vel amicos, vel mala morte moritur: ſtatim exultãdo dicũt. Ecce quid ei accidit propter iuſticiã ſuã. Propter iniuſticias eſſ ſuas humiliati ſunt. In Pſal. 106. Et propter iniurias, quas nobis intulerunt de utriſque: in Pſal. 57. Iniquitates operamini in terra, iniuſticias manus veſtræ cõcinnat. Et cito poſt lætabitur iuſtus, cũ uiderit uindictã ſupple talem. Nota. R. j. ar. 2. Aſſimilantur ergo ſimię, quæ eſt animal in iuuentute ſociale, & aliqualiter placidum. Sed in ſenectute 19
eſt animal odioſum, & damnoſum, res aſportando, domos diſcooperiendo, & mordendo. Sic iuuenes ſcolares in iure ciuili, uel in banco primo, vel ſecundo anno de ſcola redeuntes ſunt omnibus gracioſi, ſociales curioſè ornati. Ab omnibus uicius benè dicuntur, benedicitur etiam mater, quæ ipſum portauit. Sed cum ſciuerit modicum placitare, & nocere vicinis ſuis, & eſſe attorneatus,

Exemplum. Aſinus. Simia.

& aduocatus, & huiuſmodi, accipit pinas à magnatibus, ſic de eorum conſilio alijs præponitur, ſit ſeneſcallus baiuus. Diſcit leunculis prędam capere, & ſimia creſcere. Tunc oportet, q̃ faciat dominum ſuum lucrari, aliter non reputabitur ſapiens, nec maiora ſperabit. Ideo apud ſe cogitat, niſi reportauero tantum de officio meo, quantum prædeceſſores mei, uel plus amittam propinas, & officium meum: quia non placitant domino, niſi qui multa reportãt, & niſi inuenero nouas cautelas, ſeu prudentias, & ſubtilitates, & conſilia extorſionum, & augmẽtationes redditauum: non reputabor ſapiens, & iſtis, & alijs huiuſmodi cauſis conceptis, & cogitatis, fiunt crudeles leones infernales diabolici, nemini parcentes, niſi quem inuadere non audent. Et ſic illi, qui in iuuentute ab omnibus benedicuntur, in ſenectute ſimul cum marte, quę eos genuit ab omnibus maledicuntur. Et ſicut tali ſymiæ ligatur truncus ad collũ ad trahendã eam deorſum, ita peccata, & malè oblata, & maledictiones uiduarũ, & pauperum ad collum illorum ligata, eos ad infernum trahet Iſa. 14. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. Item aſſimilãtur ranis in Orige. facto. Vnde Origenes ſuper illud Exo. 8. Percutiam omnes terminos tuos ranis. In originali Ranæ (inquit) ſignificant clamoſas aduocatorum allegationes, in talibus clamoribus lacerata eſt lex. Aba. 1. Quia ſicut canes l acerando pauperẽ, uel cadauer, vnus accipit vnã peciam, alius aliam de tunica ſua. Et ſic pauperem nudum dimittunt. Ita iſti in garritu ſuo vnus accipit vnam particulam de lege, alius aliam, quæ non eſſent ad propoſitum ſi benè examinarentur, ſed ſolum ad legis abuſum, & veritatis depreſſionem, & ad pauperum denudationem, & lacerationem, benè ergo dicere poſſit illud Roma. 3. Legem ergo deſtruimus. De hoc nota. A. 12. 38. Et in talibus clamoribus frequenter veri- 21 ficatur illud Aba. 1. Facta eſt contradictio potentior, & impius prævalet aduerſus iuſtum, & non peruenit vſq; ad finem iudiciũ. Facta eſt contradictio legiſtarum, & aduocatorum potentior quàm veritas. Quia ſi potẽs, & iniuſtus habeat ibi cauſam aduerſus ſimplicem, & innocentem, quantumcunque iniuſtam ipſe cum pecunia ſua habebit omnes aduocatos in curia vocabulo Chriſtianitatis, uel omnes ſergantes in curia regis? intantum q̃ pauper, & ueritas in nundinis illis nullum venialem inueniant, vel omnes ex alia parte conducuntur, vel quia dicunt, quia non audent timore partis. Tunc oportet, q̃ iudex ex officio aduocatum det illi, qui fortè non ita ex corde loquitur amore Dei datus, ſicut amore nummi conductus. Quia prouerbiũ eſt, q̃ lingua cauſidica eſt damnifica, niſi funibus argenteis circumligetur. Iſtum ergo ſeguiter argẽtem. Alij cum multitudine, & cla- 22 more, & contradictione opprimunt, & veritatem, & iudicium rectũ impediũt. Et propterea egreditur iudicium peruerſum. Aba. j. Et quia clamore, & multiloquio uix deeſt peccatum mendacij, nõ eſt dubiũ, quin aliquando tales, & contra mentem, & contra legem mentiantur. Vnde fertur de quodã aduocato ſa- Exempientiſſimo, & in cauſis fortunatiſſimo, plum. quaſi ſemper triumphauit, & uicit, poſt religioſus factus, & ad huiuſmodi cauſas demum tangentes omiſſus, ſemper ſuccubuit. Cuius fortunæ cauſam cum ab eo quaſi admirans quæreret. Reſpõdit. Cum eſſem ſecularis, non habui cõſcientiam mentiendi cautelas fingendi, Falſitates inueniendi. Et ideo ſemper huiuſmodi prævalui. Modo de huiuſmodi habeo conſcientiam, ideo ſemper ſuccumbo, nec eſt mirum, quia obliuioni tradidi uerbum maiores efficaciæ, quod habui in cauſis meis, ſcilicet mẽdacium, de quibus docuit linguam ſuam loqui mendacium. Et non ſolum linguam, ſed & clientes, & teſtes, & ſpecialiter, vbi probanda eſt carnalis copula, quia ſi teſtes tantum allegarent, quod ſcirent, rariſſimè intentum probarent. Informant ergo eos, quòd di-

ēat,qđ viderũt eos simul. Addētes locũ, & cõditiões falsas. Et tales ī formaorest in episcopatu.Et tales informatores in episcopatu Laugdunẽsi excõicent.Octa
23 uo operatios cuiuscũque artis ī errore quodãmõ excedũt.Quia oēs artificesre nuũt se intromittere de ope eis oblato pp materię inordinationẽ,seu desperationẽ,qa si offerres carpentario salariũ ad faciẽdũ domũ de lignis nimis curtis,vel ad domũ non ordinatis, diceret statim,nõ accipiã salariũ,nec intromittã me,qa ligna ista ad hoc nõ ualẽt. Sic medicus qñ desperat de saute, ideit se nolle manucapere infirmum, sic ī omni arte,multi inueniũtur morbi, & defectus incurabiles, nisi in arte aduocationis, & iuridicorum, ibi enim nulla inuenitur causa quantumcunque iniusta, quæ non inueniet aduocatum, vel adiutorem: qui uelit eam ꝓ salario defendere, & ꝓmouere,& forte aliqui illorum libentius falsam,quàm ueram,si plus ex illa parte detur : quia plus attẽdunt lucrum proprium,quàm iusticiã. De iusticia quotidie loquuntur, sed nõ operantur. Quos repræhendit Psal.57. dicens. Si uerè utique iusticiam loquimini,rectè iudicate, quia turpe est loq, & non operari,ut loquitur. Nono ī errore suo assimilant dęmonibus.De malis loquor, uerbi gratia. Diuersi dęmones,diuersis peccatis deputantur, &
24 habent inter se quasi diuersa officia tentandi. Sed tamen habent caudas simul ligatas,quemadmodum vulpes Samsonis,quia in lucro quodammodo,& uictoria conueniunt,& ad inuicem copulantur, quia dum vnus prævalet in sua tentatione facit alium prẽualere in sua tentatione,& officio.uerbi gratia Dum vnus prævalet in tentatione luxuriæ, frequenter prẽualet,qui habet officium tentandi de furto, & homicidio, quia propter luxuriam licentius exercendã ista committunt. Et dum prævalet,qui tentat de gula, frequenter prẽualet ex hoc,qui tẽtat de luxuria. Et sic de alijs. Sicut patet Ser. 17.6. Sic simul ligantur vulpes diaboli falsi homines,& conspiratores,uel exõuentione, quam inter se faciunt:uel de consuetudine habent: vel ex cõditione rei, de qua agitur. Primo sic,aliquandò fortè accidit, ꝙ tales inter se conueniunt, ꝙ qlibet illorũ ad se ad ueniẽtẽ ꝓ consilio habendo,accepto salario eum ad alium mittat, dicens si uis benè expedire,oportet,ꝙ vadas ad illum, & ꝙ habeas illum in manu tua. Et tertius ad tertium. Sic etiam cõueniunt inter se duo doctores de diuersis comitatibus, dicentes:quicunque in comitatu de carcere liberabitur de contracta in ea : uel quicunque de illa ibi placitabit factam te ibi lucrari, & alius falsè promittit alteri, sicut patet.F.ju 10.Vel ex natura negocij. Verbi gratia. Aliquis reuolutor concepit dolorem in corde suo, de aliquo perquisito, vel placito, uel aliquo regoroso facto. Sed 25
illum dolorem parere non potest: id est ad effectum deducere sine talium falsorum consilio. Ipsi verò dant sibi consilium placitandi,qui ibi vident commodum suum. Tunc venit ad amicos suos ille reuolutor, & dicit benè scitis,quomodo talis detinet terram illam mihi debitam?vel quomodo mihi iniuriatur in multis,& de omnibus mẽtitur? Habui enim consilium cum hominibus, qui sciunt leges quomodo de illo vendicare potero,& quomodo contra eum procedere potero, & per quã uiam, & ipsi dant consilium impetrandi tale breue?Et sic mouendi litem contra eum,& ipsi promittunt se ad hoc auxiliaturos, quantum poterunt, carè ergo aduocatos cõducit.Quod audiens aduersarius etiã ex illa parte aliquos cõducit,& munera hinc inde iudicib⁹,& officialib⁹ de curia,& duodenarijs dant.Ecce qũo ex lucro vnius, sequit lucrũ oĩm.Tales ergo sunt mercatores diaboli, socij in lucro.Ideoq; iustũ est, vt sint socij ī pœna. Et ꝙ sicut hic habẽt,ut ostensũ est simi litudinẽ dęmoniũ in officijs,cõsequens vr, ꝙ ad illorũ ordinem assumunur,sicut boni ad illorũ ordines angelorum, quorum officia hic digne exercuerũt. Et sicut hi simul ligati fuerunt ad me-

dium

quorum officia hic digne exercuerunt. Et ſicut hi ſimul ligati fuerunt ad modum vulpium in aliorum damnum, ita illic ligabũtur quaſi faſciculi, & ad cõburendum tradentur, quia in manus
26 gladij partes vulpium erunt. In Pſalm. 62. Decimo aſſimilantur in facto focarijs, vt per hoc libeat eos focarios vocari inferni, quẽ meruerunt. Vt dictũ eſt in §. immediatè præcedente. Factores enim foci in multis locis prouident ſibi de magno ſtipite, & poſt de minoribus focalib⁹. Vltimo ſocij ſaltãt circa ignẽ, & quilibet intromittit alium in ignẽ. Ità iſti iuridici, prouidẽt primo, quantũ poſſunt ſibi iudicẽ ad libitũ. Secũdo de falſa duodena, & poſt ipſi cũ cliẽte ſuo inter ſe ludũt iactãtes, & dicẽtes, dicta erit pro nobis. Nã habemus iudicẽ pro nobis, & nobis fauorabilẽ & talẽ ducto rẽ patrię, & talẽ: & ſic coriſantes quilibet aliũ trahit in ignẽ inferni. Pſal. 30. Erubeſcãt impij, & deducant ī infernũ, muta fiant labia doloſa, q̃ loquunt aduerſus, &c. Nota optimè c. de falſitate de ſpinis. Et A. 11. 26. Malum effectũ, & finem, qui ex prędictis ſequitur erro-
17 ribus, & ſcribit, & Iſa. 59. dicẽs. Conuerſum eſt retrorſum iudiciũ, qñ uidelicet ne uerũ iudicium proferant, tunc præponũt alia iudicio, & per conſequẽs iudicium, cõuertitur retrorſum, & munera, vel preces antrorſum, vel qñ verũ iudicium in foro pœnitentiæ, uel in foro publico datur pro temporalibus, quod deberet gratis fieri. Cum oẽ pp, qđ & illud magis tẽporale, magis appreciat ab eis. Et ſic in cordibus ſuis cõuertitur retrorſum iudiciũ, quod contradicitur. 2. Re. 1. Figuratiuè de iudicibus bonis, gladius Saul nõ eſt reuerſus, & ſagitta Ionatę nõ abijt retrorſum. Sequitur ī Iſa. 59. Et iuſticia à longe ſtetit q. ſante appellationem erat prope, poſt appellationem oportet, quòd quærat Laudunæ, vel Romę, ubi aliqñ fortè non inuenit, quia innituntur teſtibus, & poſſunt decipi. Vel iuſticia à longe ſtetit, quando videlicet impetratis literis reuocato-
18 rijs, vel ꝓhibitorijs iuſta ſnia retardat. Litera enim, q̃ dicit ſuper ſedeat, frequenter fecit iuſticiã à longe ſtare, ſequitur. Corruit ī plateis ueritas .i. publicè, & qa ab hoĩbus ſpernitur. Pſal. 11. Diminute ſunt ueritates, à fi &c. Iſa. 59. Facta eſt veritas in obliuionẽ, & q recidit à malo, ꝑdę patuit, facta eſt ueritas creata, & increata quaſi ab oĩbus in obliuione, quia omnes declinauerũt. Pſal. 13. Sucut ſupra. A. 13. 34. Dañ. 8. Proſternetur ueritas in terrã. Lucta enim fuit inter ueritatẽ, & cupiditatẽ, ſed cupiditas ueritatẽ in terrã proſtrauit. Sicut patet. F. 1. 2. In cęlo verò econuerſo ueritas proſternet cupiditatẽ uſq; in infernũ. Ratio patet Ser. 80. 3. Sequitur, æquitas non potuit ingredi, nec oculos, nec cor falſorũ, qa exenia, & dona excæcãt oculos. Eccleſia. 20. Nec ſocietatẽ illorũ, quia abominãtur impij eos, qui in recta ſunt via. Prouer. 29. Nec curias illorũ ad bouũ effe- 29
ctum nec ratione Dei, nec matris eius, nec ratione conſanguinitatis, quia non habuit, ꝙ daret dñis, & ſeruis, & miniſtris curiæ falſorũ, quia cõiter æquitas in hoc mũdo eſt in magna paupertate. Regnũ enim ſuũ non eſt de hoc mundo, vel nõ potuit ingredi capitulũ aliquorũ ī uiſione, & correctione propter inobedientes, & falſos ſe opponentes, & idola Laban abſcõdentes Ex quo accidit, ꝙ Chriſti ſeruus bona pſona ad ſtatum eccleſiaſticũ digna excluditur, & ſimoniacus intromittitur. Sic ergo erra uerunt ab vtero, locuti ſunt falſa, in Pſ. 57. ¶Quantũ ad ſecũdũ principale hęc ſufficiãt. Quantum verò ad tertiũ prin Acti. 4.
cipale, uidelicet, quæ ſit prædictorum 30
errorũ cã, licet multę ſint cauſę, tñ vna eſt principalis radix, & cã. Cupiditas, ſ. radix omniũ malorũ. & peccatorũ, ſeu amor, & deſiderium diuitiarũ. Hęc enim eſt cauſa cauſæ. Et ſic per conſequẽs eſt cauſa cauſati, Dico, ꝙ amor Dei diuitiarum eſt cã, quare adoocati leges, & cautelas addiſcũt. Videt enim, ꝙ aduocati cauſarũ terrenarũ care cõcludũtur, vbi aduocati animarũ contemnũtur. Et vbi ipſi reportant quadraginta ſolidos: iſti non reportant quadraginta obolos. Et ꝙ illi æquitant bonos æquos, & benè veſtiuntur. Accipiunt munera militis,

& cito promouentur, acquirant terras, ædificant pulchra maneria, vbi alij peditant, & sunt miseri, quantum ad mũdum. Et cogitant, quàm fœlices, & fortunati essent, qui talem statum attingere possent. Et hæc causa est, quare tanta est multitudo, & quasi omnes volunt leges audire lucratiuas: quare parentes, & amici filios, & nepotes suos ad legum mittunt audientiam? Quare schola legistarum habet centum: vel ducẽtos auditores, vbi schola theologorum non habet forte quinque? Agar enim hæc cõ cepit temporalia lucra, & ideo dominã suam sterilem in hac vita scientiam, videlicet diuinam contemnit, hic habet mercedem in præsenti. Alia in futuro, & ideo ab illis, qui solum, vel principalius præsentia attendunt, diligitur hic in præsenti prædicta capit. Ideo enim multa illis dantur, vt prædam ampliorem reportent. Vnde cuidam dicenti episcopo, quòd admirabatur, quare legistas, & non theologos promouerent: Cum ipse theologus esset? Respõdit cani non pro se panis datur, sed vt ouile custodiat. Vtinam eis daretur, vt ouile custodirent ecclesiæ, & non potius, vt prædam, & venationem reportarent. Exemplum.

Isaac cęcutienti ꝓpterea eũ diligebat. Isaac Esau, quia libenter de venatione sua ei dabat, Gen. 27. Sic à cæcis diligũtur mundi sapientes. Et hæc causa est, quare leges addiscunt, ut talibus placeant, & pro venatione prædę ab eis ꝓmoueantur. Et ex hoc sequitur causatũ, 31
seu effectus omnium prædictorum errorum, uident enim, quòd ad illum effectum contingere nõ possunt sine arte mendacij, & sagittis cautelarum, & pharetrarum falsitatis. Omnia ista cum Esau afferunt ad venandum, & in tanta multitudine, tanquàm fortiter fideles, & domesticos fidei, & non feras peccatorum venantur, & qui uolunt iustè, & piè uiuere cum Christo, quasi vbique persecutionem patiuntur, in tantum, ꝙ sunt quasi perplexi, nescientes quid eligendum agẽdum ve sit, quia si alijs falsis in conspirationibus, & duodenis, & periurijs, & falsitatibus se conformẽt damnationem incurrũt æternã. Si verò alijs se conformare voluerint, nec eorũ condescendere peruersè voluntati insidiantur in occulto, & in publico, sicut lupus agno, & miluius pullis, eos ĩdictã do, diffamãdo, accusando iniustè, & vexando in societatibus suis, & congregationibus suis vilipendendo, in tantum, ꝙ tędio affecti dicere potuerunt, illud Dan. 13. Quid eligam ignoro. Si ei hoc egero, mors mihi est, si aũt nõ egero nõ effugiã manus vestras. Et illud Iob. 10. Si impius fueroue mihi est, si iustus nõ leuabo caput meum afflictione, & miseria saturatus. Hæc etiam causa est dilationum, & longorum processuũ, qui in arte, & curijs, sunt aduocatorum, scilicet lucrum, quod capiunt. Si eñ causa statim determinaretur non esse multũ lucratiua. Et ex hoc sequit, ꝙ qui pecuniã nõ habent, nunquã determinabit, qui verò in pecunia abundat, diu expectabit: quia diffinitiua sententia in longũ protraheretur, minus ergo veraciter incipiunt processus suos, dicentes. In Dei nomine amen, veracius dicerent, vt frequenter in nummi nomine, amẽ. Quia ibi pecunię obediũt omnia, & in curijs illorũ potius nũmus, quã deus auditur, & expeditur. 32

¶Quarto uidẽdũ est, quõ minus veraciter se excusant. Ali qui enim illorũ dicũt, nescimus cãm, quã defendimus esse iniustã, cliẽti credimus, si nos decipit, periculũ suum sit, leges pro vtraque parte adduci possunt antequàm veritas per iudicẽ determinetur, cuius pars potior sit, ignoramus. Quibus respõdetur multipliciter, ostẽdendo, ꝙ vr hoc non sufficere. Primo, quia sicut vnus cliens iurat partem suã veram, ita alius suam, & hoc aduocato cõtrariæ partis iuraret, quare ergo plus credit cliẽti suo? nisi quia dat pecuniã. Secundo, quia sicut ignorantia non excusat sacerdotem in his, quæ ad officiũ suum pertinent. Mal. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legẽ exquirunt ex ore eius, nec medicum ab irregularitate si aliquid dimittat de contingentibus. Ita nec aduocatũ à peccato, & restitutione, ignorãtia in scientia sua, si- 33 34

cut

cut patet in ſumma confeſſorũ.lib.2.ti.5.q.175.Secundo reſpondetur, ꝙ licet veritas in principio cauſæ ſit obſcura: tamen qñ materia eſt diu trita, & diſcuſſa, raro, vel nũquàm eſt, quin appareat, quę pars ſit iuſta, & quæ iniuſta, & tunc tenet̃ informare clientẽ ſuũ de iniuſticia ſua, & ſibi conſulere, ꝙ ceſſaret, ꝙ ſi nollet ad minus, ipſe ceſſaret ſtatim, qñ hẽt cauſam deſperaram, & ipſe incipiet eſſe actor, & defenſor malæfidei. Et ad hoc iurant, uidelicet, ꝙ nõ defendãt partẽ falſam, & quod dimittant deſperatã. Sed heu nõ ceſſant, ne uel ſalariũ maius, uel famã amittant, & ſic minus reputati, etiam lucrum, & exercitium amitterent in futuro, uel ab illis falſi reputentur, quorum pecuniã receperunt, vel ab eis patiantur. Iudiciũ ergo prolõgãt, quantũ poſſunt, in præiudiciũ, & dãnũ alterius partis, vel dãt conſilium de die amoris, vel cõcordiæ accipienda, & ꝙ pacẽ faciat, à parte iuſta aliquid accipiẽdo, de qua nihil iſte capere põt, quia hic nõ dat uoluntate abſoluta, ſed cõdicionata, ſicut nauta ꝓijcit merces in mari ne plus perdat, ita hic redimit iniuſtã uexationẽ, uel ſaltẽ ad hoc agit, vt pars iniuſtè læſa remittat expenſas, & dãna, qui in placitãdo, ſuſtinuit, ad quę de iuſticia cõi obligatur, & omnia hæc fiunt de cõſilio impiorũ, qui non reſurgent in cõſilio iuſtorum ad ſalutẽ, quia conſilium Dei ſpreuerunt Luc.7. Legiſperiti cõſilium Dei ſpreuerunt. Tertio excuſatio illorũ non valet. Quia ſecundũ Tullium in Rhetorica ſua Orator dẽt habere tria, ſcilicet demonſtratiuũ, deliberatiuum, & iudiciale: ſi ergo erret falſum aſſumendo, vnũ iuſtorũ videtur dimittere, videlicet deliberatiuũ, quia non benè deliberat, an iuſtum, vel iniuſtum ſit, quòd ei demonſtratur à cliente. Et ſi deliberet nimis leuiter, & ſuperficialiter, hoc facit cupiditate ductus. Contra iſtud etiam deliberatiuum multum delinquunt illi, qui vulgariter vocantur ſergantes, qui quando ducuntur ad ſtandũ cũ alijs, & loquẽdum ſolũmodo ꝙ dicta non inquirunt niſi ex qua parte plus datur, & aliqñ poſt pactũ ad ſtãdũ cum vno, cũ plus offertur ab alio. Primi delinquunt, & nõ eſt dubium, quiu ſic frequenter iuuẽt malos, & iniquis prębent auxilium, & qñ linguis ſuis doloſè agebant, iudica illos Deus. In pſalmo.5. Pars enim falſa, vt cõiter plus dat, ut per munera ſuppleat, qđ de veritate ei deeſt. Qui ergo ad plus reſpiciunt, neceſſe eſt eos cõtra ueritatẽ loqui. Pſal.5. Nõ eſt in ore eorũ ueritas, cor eorũ vanũ eſt. Alij credũt excuſari rõne dubij, quia ante iuditiũ dubiũ eſt, quæ pars iuſticiã habeat, ſed in hoc videntur magis accuſari, quàm excuſari. Quia dicit lex, ꝙ in dubijs certior pars eſt tenenda. Verbi gratia. Si dubitetur vtrum eccleſia ſit conſecrata, an nõ: eſt conſecranda, de cõ.di.1.c.de eccleſiarũ. per to. Itẽ dicit lex, ꝙ dubia in quibus vertitur aĩarum periculũ, debẽt trahi ad partẽ, & præſumptionẽ tutiorem, Extra de ſpon. Iuuenis Ideo in dubio præſumitur paganus nõ baptizatus. De con. di.4.c.paruulos. & c.ſi nulla. dum ergo aduocati ſint in dubio, de veritate partis tutior pars eſſet vtrãq; partem deſerere, quã periculo ſe expõere. Sed dicẽt: Ergo nunquã eſſet placitũ nõ eſt mihi incõueniens. Sed ualdè cõueniens, & vtinã ſic eſſet. Videtur idẽ, ubi aliquis dubitat. Vtrũ res, quã tenet ſit iuſtè, vel iniuſtè acquiſita, ſecurius eſſet reſtituere, ſpecialiter ubi maiores haberet euidentias, de iniuſticia. Sicut etiã rõne dubij, tenetur iterũ confiteri. Si tẽ deberet magnã pecuniã ponere in re emenda, nõ faciliter credere uẽditori de iuſticia, ſed diligenter munimẽta ſcrutaret, de certitudine, quã facere poſſet, inquireret. Quare ergo veritatẽ diligẽter nõ inquirunt, vbi aĩa eſt præponenda, quæ potior eſt, & melior, quàm pecunia. Sed dicent, cã eſt certa, ſed euentus dubius: contra, impoſſibile eſt vtrũque contradictoriũ eſſe certum. Præterea ubi antecedens eſt certum conſequens eſt certũ. igitur &c. Sed dicũt, plus teneor credere clienti meo, quàm aduerſario. Sed pro certo ſi aduerſarius ꝓueniſſet, ipſe

35 36 37

fuiſſet cliens, cui credidiſſet. Sed ſicu pecunia facit, ꝙ pugilles in Francia, & alijs terris, vbi fiunt duella, exponũt ſe periculis corporũ, & pro pecunia manũ frequẽter, vel pedẽ, vel uitã amittũt. Sic pecunia facit, ꝙ aduocati exponũt ſe periculis ſpiritualibus. Et pro pecunia vitam amittũt æternam. Et ſic dicit Augu. de ci. Dei. lib. 3. c. 13. Melius eſſet pugilem non eſſe, quã tota die cũ gladio ludere in vitę periculum: ita in propoſito melius eſſet ſine ſapientia mundana eſſe, quàm cũ ea animam perdere. Et ſicut peſſimus pugil eſſet, qui quantumcunque charẽ conduceretur, ſi pugnare uellet contra patrem, vel matrẽ. Ita peſſimi ſunt, qui patrem defendunt contra Deum patrem, id eſt veritatẽ, & contra matrem eccleſiam, qui pro muneribus patri, id eſt veritati maledicũt, & contradicunt vocantes patrẽ nequã, dicentes bonum malum, & econuerſo.

38 Et verum falſum, & econuerſo. Tales ſunt ſpiritualiter leproſi, diſpoſiti enim ad lepram aurum comedendo malum ſub colore apparenti abſcondunt. Ita tales munera recipiendo malum leprę, quod in parte falſa eſt, abſcondunt. Dicentes malum bonum. Eſa. 5. Et 11. q. 3. væ qui. Et intantum iſtud falſitatis modo regnat, ꝙ habens cãm ueram cum paupertate contra potentem, vel dantẽ munera cũ falſitate. Obuiat quaſi olla lutea contra Æneam, quę ſemper habet peiorẽ partem, ſiue prius percutiat, ſiue
Fabulæ. prius percutiatur, ſemper ipſa frangit. Ideo fabulæ habent, ꝙ olla enea volẽte ſe ferire cũ lutea, lutea refutauit dicens, ſiue percuſſero, ſiue percuſſa fuero, peius mihi erit. Sic in propoſito in hoc ſeculo. Sed in futuro virga ferrea tã

39 quã vas ſinguli confringet eos. Pſal. 2. Vobis legiſperitis væ. Lu. 11. Aut ſe excuſant, dicentes ſe eſſe miniſtros iuſticiæ. Et ideo dicunt ſtatum illorum ſolidum, & ſecurum, quod uerum dicerẽt, ſi ſtatum ſuum tenerent. Sed heu timẽdum eſt, ne multi illorum ſint potius miniſtri mammonę, quã iuſticiæ. Quia ſecũdum Philoſophum Ethicorum. 5. Iuſticia nec miſerũ facit, nec miſerum deſerit, quorũ vtrunq; ipſi faciunt. Alij verò credunt excuſari ſcientia ſua, qui cũ reprehenduntur de erroribus ſuis. 40
reſpondent non ad interrogata. Dicentes, Scientia noſtra bona eſt, quod verum eſt, ſicut in principio iſtius ca. patet. Sed de bono opere, vel de bona lapidamus eos, ſcientia quidẽ à Deo eſt. 1. Re. 2. Deus ſcientiarum dñs eſt, quàm multi illorum peruertunt, quia, quæ à Deo ſunt ordinata, sũt ad bonum. Lex hæc ordinata eſt ad iuſticiã, & ad laudẽ bonorũ, & ad uindictã malorũ, qua ipſi abutuntur ad cõgregationẽ diuitiarũ principaliter. Itẽ ordinata eſt ad pacem nutriendã, & uiciorũ expugnationẽ, & ad uitandũ deceptiones, & falſitates. Et ſic bona eſt, ſicut ignis quidẽ bonus eſt ad malos, & hęreticos cõburendum. Et arma ad hoſtes inuadendũ. Sed abuſus eſt malus, qñ eis utuntur ad contrariũ. Sic in propoſito ſi legibus bella, & lites nutriantur, ſi boni iſtis armis inuadũtur. Eſt ergo lex hæc bona, ſed cum lege Dei, & non ſine ea. Sicut nec corpus ſine uita ualet. Sed heu Abiecerunt legẽ dñi exercituũ. Eſa. 5. Bernardus ad
Eugeniũ li. de cõſide. quotidie leges in 41
palatio tractantur, ſed Iuſtiniani non dei iuſti. Nã certè lex dñi immaculata conuertans animas, hæ autẽ non tã leges, quã lites, & cauillationes, ſubuertẽtes iudiciũ, de quibus in Pſal. 118. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non, vt lex tua. Tales faciunt contra illud Prouerb. 1. Ne dimittas legem matris tuæ.

¶Quantum ad quintũ, videlicet pœnã Art. 5.
malis aduocatis, & falſis mundi ſapiẽtibus debitã. Eſt ſciendum, ꝙ de triplici pœna eis debita legitur. Primo de temporali, adquem de neceſſitate tenentur. Secundo de corporali, quam aliquotiens incurrere videntur. Tertio de æterna, in quam incidere timentur. Primo ergo illi, per quorum auxilium 42
aduerſa pars iniuſtè amittit, vel propter infidelitatem ſuam, & negligentiam, vel imprudentiã pars ſua causã amittit,

in

in bonis temporalibus puniendi sunt, quia ad restitutionem tenentur. Vnde Augustinus Epist. 36. ante finem loquēs de Zacheo super illud, Lucæ. 19. Si quē defraudaui, &c. Si (inquit) iustitia syncerius consulatur, iustius dicitur aduocato redde, quod accepisti, quando contra veritatem fecisti, iniquitatem asseruisti, iudicem fefellisti, iustam causam oppressisti, de falsitate vicisti, ꝙ uides multos honestissimos, & discretissimos uiros non solum impugnè, verum etiam & glorioſum ſibi uideri committere. Hæc ille. Sed cum omnes aliena iniustè detinentes, de difficili ad restitutionem inducantur. Cum maiori quodammodo difficultate restituunt huiusmodi sapientes, vel quia alij per eos amittunt, quia defectum non fatentur, sed se defendunt, uel quæ ultra iustum salarium ipsi recipiunt, quia uidentur titulum habere donationis. Vnde quasi in auditum est alicuius restitutio. Vnde Augustin. in prædicta epistola. Quis aduocatus facilè reperitur, qui dicat, recipe, ꝙ mihi cum malè adessem dedisti, & redde aduersario tuo, quòd me a-
43 gente, iniquè absstuliſti: nisi fortè restituendum est alienum, quod per furtum clanculo aufertur: & restituendum non est, ꝙ decepto iudice & circumuentis legibus obtinetur: hæc ille. Idem probatur per leges illorum. Vult enim lex, ꝙ si assessor, uel aduocatus propter imperitiam, vel culpam malè procedat vel erret, uel etiam domus si malam familiam teneat, uel quicunque malos receptauerit, licet factum malicioſum non committat, tamen tenentur ad interesse, quia committunt, quasi delictum. Probantur hæc Instituta de obli. quæ quasi ex delicto nascuntur per totum. Caueant ergo tales, quia lucrum illicitum est ualdè periculoſum. Tum quia amittere facit regnum cœlorum. Tum quia amittit animam, & emit infernum. Tum quia dum lucratur fortè. 40. ſolidos, in foro conſcientiæ amittit fortè mille ſolidos; quia contingere poteſt, & frequenter contingit, ꝙ propter infidelitatē ſuam, vel ignorātiam, vel negligentiam: alius amittit mille ſolidos, ad quorum ipſe tenetur reſtitutionem. Secundo, aliquando auditum 44
eſt, ꝙ tales puniti ſunt pœna corporali, & ſpecialiter in ore, & in lingua, in qua delinquunt malè narrando, & manu in qua delinquunt falſa ſcribendo, & munera recipiendo. Exemplum de primo Exemfertur, de duobus ſocijs in arte aduoca- plum.
tionis. Quorum vnus ante alium mortuus poſt apparuit ſocio uiuenti in tali forma. Videbatur ſiquidem viuo, ꝙ vidit ſocium ſuum in tormentis maximis, & ꝙ inter alias pœnas equi, & boues, & alia animalia ignea intrabant os eius, quia erat ita latum, ut ſibi uidebatur, & q̄rens ab eo quare ſic affligeret, & qualiter ſibi eſſet? Reſpondit, quia (inqt) per loquelam oris huiuſmodi animalia malè acquiſiuit, per multitudinem talium animalium ſum punitus. Sap. 11. per ea, quæ peccat quis, per hæc & torquetur. De ſecundo etiam audiui exēplum à viro fide digno, & magnæ autoritatis, & religioſę conſeruationis, de quodam aduocato languente in extremis, ad quem venit diabolus volens eū ſecum portare. Et ille clamauit ad Sanctam Mariam, quę inuocata aduenit, & tum per manum tenuit ſiniſtram, ſed diabolus fortiter extraxit brachiū dextrum dicens. Ex quo non poſſum totū habere, ad minus illud habere volo cū
quo tot falſa ſcripſit in uita ſua. Iuſtè 45
enim in morte ſua lingua, & manu priuantur, quas ante totiens vendunt. Exem-
Vide etiam unum famoſum aduoca- plum.
tum, cuius os, ut (dixerunt) diu ante mortem interius putrefactum fœtebat, manifeſtè oſtendens, quòd in quo peccauerat, puniebatur. Deuter. 25. ſecundùm menſuram delicti, erit & plagarū modus. Ad idem fertur de quodam tali
egrotanti ad mortem. Hic cum cito lo- Exemquelā amitteret, amici, ꝙ tam citò lo- plum.
quelā amiſiſſet, cum adhuc non multū debilis eſſet, ſcrutantes os eius, nullam linguā inuenerunt. Iuſtè enim lingua
canum, quæ ſuper oēs latrat q̄ nihil po- 46
nunt

nunt in os eius, canibus detur inferni.
Exemplum. Psal.67. Lingua canum ex inimicis. Ad idem fertur de quodã aduocato, de quo propter facundiæ excellentiam, dicebatur, ꝙ linguam haberet auream, quod cũ fatuus audiret post mortem sepulcrum eius aperuit, vt linguam auream furaretur, & non aurum, sed bufonem in ore
Exemplum. eius inuenit. Iustè quidem, quia ore specialiter peccauit. De quo, Iob. 15. Condemnabit te os tuum. Ad idem de quodam tali iniusto appellatore quasi sic fertur, ꝙ cum ammoneretur in infirmitate de receptione sacramentorum. Appellauit à manifesta iniuria, ut sic ostenderet, quoniam falsum hoc, quod prius locutus malè fuerat contra alios, cõtra seipsum postea loqueretur, & sua sententia iudicaretur, de tanta receptione indignus. Dicit enim lex, ꝙ secundùm ea, quæ de alijs loquuntur sua sententia iudicabuntur. 6. q. 1. ex meritò. Quæsiuit prius ab eis si iudicarent esse faciendum, ꝙ confiteretur, & sacramenta reciperet, & ipsi dixerunt, ꝙ sic, quibus ille, & ego appello à falso iudicio. Si vis ergo in mortis necessitate os habere vtile, fac prius, quod dicitur, Prouer. 4. Remoue à te os paruum. Tertio,
47 timendum est, nè tales falsi sapientes in pœnas incidant æternas. Et hoc coniecturari potest, & timeri ex aliquibus signis, & factis uiuis ostensis ad eorum commonitionem. Fertur enim quendam vidisse. Neronem in pœnis, aurũ & argentum liquefactum bibẽtem, quę
Exemplum. nimis in uita sua dilexerat, & quibusdã dæmonibus portantibus aduocatos ad pœnas, exclamauit, dicens, finite hoc venale genus hominum venire ad me, vt & ipsi etiam mecum bibant, quia nimis dilexerunt. Congruè describitur
Versus. vita, & finis talium his versibus. O uos iuridici, qui linguam venditis illi. Vos uocat infernus, uos respuit ordo supernus. Nulli causidico reor fidem, neque dico. Hosti pro modico fit amicus, &
Exemplum. hostis amico. Ad idem est, ꝙ relatione fidedigni audiui, ꝙ quidam pro defectu hospitij posuit se de in nocte in quodã angulo domus. Vbi placita solebant 48
fieri in illo regno, & circa profundam noctem mensis in circuitu positis; & coopertis, & discumbentibus ibidem multis, & lautè, ut uidebatur comedentibus, subito intrauit quidam terribilis cum baculo, quem fatui baiulant, scilicet qui uocatur claua. Et percussit omnes succesiuè dicens ad singulas percussiones. Disce, quia sapientia huius mundi stultitia est apud Deum, qui sic percussit, statim iacuerũt quasi mortui, in fine uenit ille cum baculo suo ad illum, qui iacuit in angulo illo dicens. Vade ad talem iusticiarium, & narra ei, quę uidisti. Cui ille, non credet mihi, cui alius extende manum tuam, quod cum fecisset, gutta de digito eius cadẽs, manum eius perforauit. Isto, inquit, inter signo credet tibi. Huiusmodi ergo exemplo credẽdum est, ꝙ mors in fine mundi sapientes percutiens ostendet, ꝙ sapientia huius mundi stulticia est apud Deum. Ad idem fide digno narrante didicit, ꝙ cuidam diu illud officium exercenti, nocte quadam visum
Exemplum. est, ꝙ esset in platea ante aulam vuest monasterij, in qua uidit multitudinem terribilium hominum diuisam in duas 49
partes hinc & inde stantium, qui se mutuo concutiebant cum capitibus, & facieb⁹ acutissimus, quasi nouaculis, quasi hastiludium faciendo. Videns vero territus fugit in aulam retro ostium, & ibi etiam, ut sibi videbatur, uidit multitudinem stantium, quasi coram quibusdã iudicibus, quorum iudicium unus fecit eum uocari, cui, qui timore percussus nihil respondit. Iudex ergo præcepit apparitoribus, ꝙ eum ducerent vi, & traxerunt eum coram iudice, qui dixit ei, ꝙ propter falsitates suas, quas ibi & alibi fecisset, Deum negaret. Quod cum nollet, ait, facies pœnis coactus, & iussit eum poni in caldario bulienti, & cum submitteretur vsque ad cingulum clamando ab uxore excitabatur, & ut sio uana diceretur, in signum rei certitudinis in tota uita sua est factus impotens, in illa parte inferiori sub cingulo. Ecce

qui

qui in culpa habuerunt linguas, ſicut gladium acutum in pœnis iuſtę linguæ, ſeu facies quaſi gladij oſtenſę ſunt. De quibus, Prouer. 30. Generatio, quæ pro dētibus gladios habet, ut comedat inopes de terra & pauperes ex hominibus, ſanguiſugę, dicentes, affer, affer. De quibus, Eſa. 2. Conflabunt gladios ſuos in uomeres, quia loquuntur, & diſcunt ꝓpter lucra terrena. Ad idem fertur de duobus ſociis in arte illa, quorum unus ante alium mortuus, peſſimè uiuum de nocte vexabat factis & uerbis, dicendo, venite habemus cauſam placitare in alio ſęculo, qui nimis attediatus introduxit una nocte quoſdā ſocios ad ſuā defenſionē, & cū illa nocte ſolito veniret reſpiciētes extra, uiderunt unū obſcurū negocium, quaſi cumulū ſęni, & mutuo loquentes dixerunt, ibi eſt, ſagittemus eum, quorum unus, eum ſagitta percuſſit, & exiuit putredo fętida nimis in magna quantitate, de cuius fętore ſocius ille, videlicet aduocatus uiuus, & multi ibi preſentes infra mēſem mortui ſunt. Sic ergo ſapientia carnis mors eſt. Legi enim Dei non eſt ſubiecta. Ro. 8. Iſtud audiui ab illo, qui dixit ſe ambos prædictos uidiſſe. Addidit etiam, ꝙ fratres fuerunt iurati. Sic ergo falſi multipliciter punientur, quia multipliciter peccant. Vnde Iſido. de ſummo bono. li. 4. c. 59. Teſtis falſidicus multus eſt obnoxius. Deo, quem contemnit. Iudici, quem decipit. Innocenti, quē lædit. Væ ergo qui condunt leges iniquas. Eſa. 10. Sed ad hæc dicent, ꝙ ipſi non condunt, ſed domini, concedendū eſt, ꝙ domini cupidi autoritate, & legiſperiti fit conſilio legis peruerſæ adinuentio. Sicut verbi gratia, ꝙ habens in banco cauſam, ſi aduocatus deficiet in uno uocabulo, quod non eſt ad rei notificationem, nec ad maiorem rei notitiam habendam, ſ. ab eis vſitatum, ſicut verbi gratia, ſi in narrando nominet tempus, & annum regis, ſi non addat, quem Deus ſaluet, breuè perditur & quicquid circa illud expendit. Aliud exemplum poteſt poni de hoc, ꝙ cogūt homines in duodena aſſerere aliquem eſſe occidendum, uel dimittendum, vbi hoc neſciunt. In hoc etiam erant eis obedientes, contra exemplum Ruben, qui cautelam inuenit, nè cum alijs morti Ioſeph aſſentiret. Ge. 37. Nota de iſta materia. c. 8. 3. optimè.

Exemplum. 50

¶Adulatio. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Quibus attribuatur nomen adulatoris.*
2 *Radix, & cauſa adulationis quæ ſit.*
3 *Satius pro veritate pati ſupplicium, q̄ pro mendacio accipere beneficium.*
4 *Sua laudari placet, aliena autem non.*
5 *Adulatores ſunt Sacerdotes infernales.*
6 *Adulatores ſunt ductores cæci.*
7 *Adulatores ſunt falſi teſtes.*
8 *Adulatores ſunt quoquinarij infernales.*
9 *Adulatores ſunt detractores.*
10 *Adulatores ſunt pileus, ſeu biretum ſcabioſi cauda animalis fœda abſcondentis, pallium cooperiens mortuum.*
11 *Adulatores ſunt horologium infernale.*
12 *Adulatores ſunt incantatores, ſeu iaculatores diaboli, aucupes, nutrices eiuſdem, & locuſtæ.*
13 *Adulatores ſunt conſolatores, & medici diaboli, canes iaculatorum, & uelluti vulpes.*
14 *Adulatores ſunt dæmones larnati.*
15 *Adulatores ſunt uelluti Iuda oſculo ſuū dominum tradentes.*
16 *Adulatores ſunt homicidæ ſui impius ſpirituales.*
17 *Adulatores ſunt falſi prophetæ Balaā, & venatores diaboli.*
18 *Adulatores ſunt inſtabiles veluti aer.*
19 *Vitium adulationis eſt periculoſum.*
20 *Domini cum adulatoribus cadunt, & corporaliter, & ſpiritualiter.*
21 *Quibus ſpiritualiter ſit periculoſum vitium adulationis.*
22 *Quid contingat dominis nolentibus ſupa perſequi.*

23 *Quid*

23 *Quid ſit cauſa adulationis.*
24 *Quomodo eſſe debent religioſi in vitio adulationis.*
25 *Nonnulli ſemper ſe aſſimilant alijs.*
26 *Periculoſum eſt quod maiores adulationibus discantur.*
27 *Exemplum de quibuſdam, quorum alter adulari ſinebat, alter non.*
28 *Adulatorum pœna quotuplex.*
29 *Exemplum B. Ambroſij in Theodoſium.*
30 *In quibus puniendus adulator.*
31 *Quæ pœna debetur adulatoribus.*
32 *Tabula in adulatores.*

ADulantium.

Arti. 15. Primo ponetur diſtinctio. Secundo cauſa quare adulantur. Tertio operis, ſeu officij adulantium uilitas. Quarto periculum. Quinto pœna. ¶ Ratione primi eſt ſciendum, ꝙ nomen adulationis ſolet attribui omnibus, qui ſupra modum veritatis uolunt alios verbis, uel factis delectare, ſicut patet. Secunda ſecundæ. q. 115. ar. 1. Et ſiquidem hoc faciant ſola intentione placendi, uocantur placidi ſecũdùm Philoſophũ. Si autem hoc faciant cauſa alicuius lucri cõſequendi, vocãtur blanditores. ¶ Huius autem vicij cauſa & radix principalis eſt cupiditas. Vident enim aliqui veraces contemni, & adulatores lucra reportare terrena, atque honores, nituntur talibus conformari. Exemplũ ad hoc in fabulis, ſicut patet, Ser. 69. 2. de duobus hominibus veniẽtibus in quodam nemore coram rege ſymiarum, & familia ſua, quorum primus à rege requiſitus, quid ei uideatur de eo, & de familia ſua? Reſpondit timens, tu es beſtia pulcherrima & rex decorus, familia tua eſt honeſtiſſima, & curialis nimis, quo dicto, rex eum à latere ſuo collocauit, & diuitijs honorauit eum, & muneribus. Poſtea rex eandem quæſiuit quæſtionem à ſocio, qui cogitauit, ex quo ſocius meus eſt, ita honoratus pro falſitate, & mendacio, ergo plus honorabor, dicendo veritatem, quia illa melior eſt, & ait. Tu es turpiſſima, & familia tua uilis nimis, quo dicto, ſtatim verberabatur, & de ſocietate eijciebatur, & de regis curia. Sic in propoſito, loquentes placentia, & fauentes peccatoribus, & laudantes nepotes, & quos ſciunt ipſos diligere, quantumcumque mali ſint honorantur, & reportant munera, & donaria: ubi alius, qui verius diceret eum crudelẽ dominum, & familiam, & nepotes, & filios indiſciplinatos, reportaret malas grates, vel fortè verba, & compedes: cuius ratio eſt. Quia omne regnum ciuitas, & ſocietas amat conformes ſtatui ſuo. Sicut ciuitas de guerra amat bonos bellatores: regnum pacis amat pacificos. Sed mundus iſte eſt falſus, & apparens, & non exiſtens, & eum diligentes tales ſunt. Et ideo mundus, & ſui amatores falſos diligunt adulatores, & eos promouent, & ut diligantur, & ditentur, uel lucrentur, adulantur. Inſidiator enim alienarum hæreditatum adulatur regibus, di. 37. nonne. Sed ille, qui eſt veritas cuius regnum nõ eſt de hoc mundo; in regno ſuo honorabit veraces, & damnabit mẽdaces. Et tunc apparebit, quod melius eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione accipere beneficium. 11. q. 4. Nemo peritorum. Simile hic fertur de quodam imperatore, ſicut patet ſermone. 69. 2. promittente equum uni de duobus, qui melius reſpõderet ad quæſtionem. Verum res ſubditorum eſſẽt ſuæ ad libitum, an non. Quorum unus dixit quod non: & perdidit equum. Alius dixit ꝙ ſic: & habuit equum. Tũc dixit primus. Quia dixi ęquum, perdidi equum. Sic ergo inimici domini mentiti ſunt ei, erit tempus eorum in ſęcula. In Pſal. 80. Nota. F. 1. 36: Patet ergo ex prædictis, ꝙ adulatores à malis diliguntur. Sed ꝙ à bonis diligantur, videtur contra rationem. Videmus enim, ꝙ in vna domo facienda plures operarij diuerſarum artium concurrũt, ſicut carpentarij, & cemẽtarij, & huiuſmodi, cũ ergo ſuperuenit quis ad opus

Artic. 2. 1

2

Exemplum. 3 Exemplum.

viden-

Digitized by Google

videndum, & incipit illud comendare, quilibet auſcultat, ſi commendet opus ſuum q̄ ſi alienum commendat, & non ſua, grauatur. Sic in ędificio humanæ uitæ, quædam ſunt opera noſtra, ſicut bona ſpiritualia, ſicut ieiunia, veritas eleemoſyna, & huiuſmodi. Quædam ſunt opera aliena, ſicut fortitudo, pulchritudo, & huiuſmodi, quæ ſunt opera naturæ. Quædam ſunt opera fortunæ, ſicut diuitiæ, & huiuſmodi; qui ergo in nobis aliena laudat opera, hoc communiter adulator facit nobis uituperium fecit, & rationaliter nos deberet offendere. Vnde Sene. Quid ſtultius quàm in homine aliena laudare, ſola uirtus ſua eſt, non faciunt meliorē equū frena aurea. Idem generoſus eſt, laudet parentes, diues eſt, lauder fortunam, fortis, & pulcher eſt, expecta pauliſper & non erit.

Ami. 3. ¶Tertium principale, videlicet miniſterii adulatorum vilitas, ex multis patet ſimilibus. ¶Primo, quia ſunt ſacerdotes infernales, qui incipiunt à Placebo reſperas mortuorum in peccaris, quos in peccatis ſepeliunt. Pſal. 5. Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Semper enim cantant placebo, & nunquam dirige. De quibus. Matth. 8. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. 5 Super quo beatus Gregorius. 4. moralis. Mortuus mortuum ſepelit, cum peccator peccatorem fauoris, & adulationis ager premit. Et congruè dicuntur ſacerdos infernales, quia ſacerdotes infernales, & mali ſacrificium offerunt, & laudant, & cantant: propter lucrum temporale principaliter. Sicut patet. O. 6. 11. Sic iſti omnes laudes proferunt, vt prædictum eſt propter lucra, vel fauores temporales. De quibus Eccleſiaſti. 29. Donec accipiant, oſculantur manum dantis, quia potius manum dantem, quàm bonam uitam laudant. Vnde Sidonius in epiſtolario ſuo. lib. 3. Sectatores (inquit) epulatum laudabilem proferunt non de benè uiuente, ſed de benè paſcente ſententiam.

¶Secundo ſunt ductores cęci ducentes ſequaces, & diligētes eos, per lucra, & blandimenta terrena, & damna æterna. Sic duxit quidam, qui cum reprehenderetur, q̄ domino ſuo cuius conſiliarius erat, non dixit veritatem. Res (inquit) damnificabitur ueritate, & ideo aliam uiam quærimus. Mentita eſt iniquitas ſibi, quia falſitate damnatur æternaliter, & ipſe cum eo. Et ſi ad tempus lucrentur pecuniam & perdant animā. Sicut ille, qui cadens, & tibiam frangēs inuenit acum dicēs, ſemper lucramur, tamen in fine inueniet, q̄ melius diceretur perditio, quàm lucrum, & tunc apparebit, q̄ inimicus utiliter verberans præponitur amico inutiliter blādienti. 23. q. 4. Nimiū. 6 Exemplum.

¶Tertio ſunt falſi teſtes. 7 de quibus cōqueritur eccleſia. In Pſ. 26. dicēs. Inſurrexerūt in me teſtes iniqui, i. adulatores, ſecundùm Aug. Falſum teſtimonium prelatis, & magnis perhibēdo contra, quod eccleſia alibi à Deo remedium petit, dicens. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meū, i. adulatio non blandiat caput in regimine corporali, uel ſpirituali, quia tales ſunt falſi medici vnguētes loca ſana, & infirma non tangentes, ideo infirmū decipiunt, & occidunt. Vnde propheta, Eſa. 3. Populo meus, qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt, & viā greſſuum tuorum diſſipāt. Dum ergo tales pectinant, vel fricant, prelatum, vel dominū, poſſumus dicere illud, Tre. 1. Facti ſunt hoſtes eius in capite. Sed heu modo tales libētius audiuntur, quàm q̄ tangūt partes infirmas veritatē dicendo. Quia ſcriptum eſt, Prou. 20. Suauis eſt homini panis mendacij. Sed ſequitur, replebitur os eius, i. adulatoris calculo, pupulſcon Anglicæ, ardenti in inferno, qui de ore nō poterit exire, quia plenū eſt, nec guttur introire, & deſcēdere. qa magnus eſt, & hoc patet reſponſio ad quæſtionē, Pſ. 119. Quærentis quid detur tibi, aut quod apponatur tibi, &c. Calculus ut prædictum eſt. Et iuſtè quidē, qa faciunt cōtra præceptū de falſo teſtimonio nō perhibēdo. Exo. 20. ¶Quarto sūt 8 coquinarij

coquinarij infernales, qa ſicut quoq; qui ignem ollę ſupponentes contentum ex tra ollam aſcendere faciunt, & amitti, & maximè, ubi non ſal appoſitum eſt. Ita adulator miniſtrando ignem adulationis, quod latebat in corde aſcendere facit, ſpecialiter ubi non eſt ſal ſapientiæ, conuenienter ergo ſacrificia in ueteri
9 lege debuerunt ſale conditi. ¶Quinto ſunt detractores, quia ut uni placeant, alteri detrahunt, quia dum quęrunt uni placere, inimicis eius detrahũt, ut plus placeant, & qꝑ plus eſt eidem, cui adulãtur præſenti, detrahunt abſenti. Cuius rei experimentum viſum eſt, de quodã, qui abſente domino ſuo vix unquam de eo loqueretur bonum verbum, ſed contrarium. In præſentia verò econuerſo. Sic Iahel Iudi. 5. Lac dedit ſecum loquenti, ſed dormientem occidit. Bernar. de conſideratione. li. 1. c. 1. Hi ſunt, qui in facie benedicunt, mala autem in cordibus eorum. Not. optimè. F. li. 16. ¶Sexto ſunt mitta, ſeu capucium
10 ſcabioſi. Scabiem cooperiens. Et ſicut ſcabioſus benè diligit capucium ſuum, nec libenter ſine eo uadit, ſic defectuoſi diligunt adulatores. Mundus enim qꝫ ſuum eſt diligit. Iere. 5. Populus meus dilexit talia.

¶Septimo ſunt cauda animalis fęda abſcondentis. Eſa. 9. Propheta docens mendacium, ipſe eſt cauda. Sed dum nituntur peccatoris abſcondere fęditatem, plus ipſum fędant, quia peccatis prioribus eorum occaſione vanam glo, riam addit. Et ſic dicunt, & faciunt, ut qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Apoc. ul. Ad hoc. Not. D. 12 7. ¶Octauo ſunt pallium cooperiens mortuum, qa nituntur peccatores, vel dominum ſuũ ſpiritualiter mortuum in peccatis operire. Prouer. 10. Os impiorum operit ini
11 quitatem. ¶Nono ſunt horologium infernale, diuitibus, & ſocijs, dicentes comedamus, quia hora eſt, etiam diebus ieiuniorum, & mane, & inordinatè, & bibamus, & pulchras dominas viſitemus, & pulchras tunicas habeamus. Si fortè non habeant, & unde & cætera dicent. Habes ruſticos diuites tales, & tales, potes accipere ab eis viginti marcas, & non grauabis eos, habent enim boues, & oues multas. Addunt etiam dicentes. N. nepotulus noſter eſt, ita gratioſus, & literatus, licet ſit peſſimus lecator, & illiteratus des ſibi tale beneficium, vel ſcribe pro eo tali, vel tali pro eccleſia uacante omnia, hæc dixerunt impij non rectè cogitantes. Sapien. 2. ¶Decimo ſunt incantatores, ſeu ioculatores diaboli, qui faciunt aliud apparere, quàm ſit, & eiuſdem aucupes oris ſibilatione aues decipientes. Prouer. 11. Simulator ore decipit amicum. ¶Vndecimo ſunt nutrices diaboli, de quibus, Prouer. 16. Vir inicus lactat amicum ſuum, & ducet eum per uiam non bonam. Sed fili mi ſi te lactauerunt peccatores, ne acquieſcas eis. Prouer. 1. Sed ſunt aliqui, qui non adulantur verbo expreſſe, ſi aliquo modo peccatoribus fauent, dum non contradicunt, ſed alijs turantibus, vel turpia, uel peruerſa loquentibus, oſtendunt vultum hilarem. Iſti expreſsè peccatores non lactant, vel cibant, ſed falſem adminiſtrant: timeãt tales maledictionem. Iere. 48. Maledictus (inquit) qui facit opus domini fraudulenter, & qui prohibet gladium ſuũ à ſanguine. ¶Duodecimo ſunt locuſtę, quę ſolummodo cantant in æſtate proſperitatis, & ſirenes, quę cantu homines ſubmergunt, & ſunt ſignum futuræ tẽpeſtatis patet ergo, quòd nõ omnis, qui parcit, eſt amicus, nec omnis, qui verberat inimicus, quinta. q. 5. Non omnis & c. ſequenti. ¶Tertiodecimo tales ſunt conſolatores, & medici diaboli nõ permittentes peccatorem contriſtari. Cum tamen dicat, lex, qꝑ melius eſt proximũ cum ſeueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. 5. q. 5. Non omnis. ¶Quartodecimo tales ſunt canes ioculatorum, qui ſaltant & tripudiant, & faciunt, quod ioculator vult, de quibus, Apoc. 22. Foris canes. ¶Quintodecimo aſſimilantur vulpi, de qua fabuloſè fertur, qꝑ pepigit cum nauta, qꝑ doceret eum tres ſapientias, ita qꝑ tranſmitteret

12

Locuſtę. Sirenes. 13

Fabula de Vulpe & natura.

teret eã trans aquam. Prima fuit nullus citius decipit, quàm qui pulchrè loquitur. Secunda quanto pulchrius loquitur, tanto citius decipit. Tertiam dixit prope altam ripam ad terram saltando. Officium dico perdit, qui seruit iniquo. Sic adulatores tanto citius decipiunt, quanto pulcrius loquuntur, & in fine etiam uidebit, ꝙ perdit seruicium, qui tales diligit, & fouet, quia amicus stultorum efficietur eis similis. Prou. 13.

14 ¶Sextodecimo sunt dæmones laruati in effigie humana, dæmones enim sciẽtes se odibiles in propria effigie, & forma, loquuntur in effigie adulatorum, dicentes fornicatio non est peccatum mortale, & Deus nõ vult perdere quos redemit, & huiusmodi multa meditantur inania. in Psal. 2. Et confortant damnandos. Sic phitonissa illa, 1. Reg. 28. Cõfortauit Saul in crastino occidendũ. Apponens ei cibaria, ut comederet, & biberet. Sic mundus, sic adulator non dat consilium. Esa. 38. ut disponant domui suæ quasi morituri. Sed consilium Phitonissę, ut ducãt in bonis dies suos, quasi non essent morituri. Et sic sunt pastores ouium diaboli, eas diligenter custodiẽtes, ne domum eius mortis, vel pœnæ timore euadent. Et propterea tales custodias frequenter recipiunt amplas mercedes, & à multis diliguntur. Vnde prouerbium est. Si quis ditari cupiat, uel carus haberi, discat adulari, qa

5 tales sunt modo cari. ¶Decimoseptimo, tales sunt Iudas proditor osculo perditionem facientes, dum dulcibus verbis, quasi osculo ducũt ad perditionem. Ih hoc quasi sunt Ioab homicidæ, tenentes mentum Amasę. 1. peccatoris, cui blandiuntur, quasi uolentes eum osculari, sed dum dulcibus verbis eum excęcant, pugionem peccati vanæ gloriæ, uel audaciæ in malo, in animã transfigunt. Et sic dupliciter sunt homicidæ. Primo respectu illorum, quibus blandiuntur, quos fraudulẽter decipiunt ad modum bellantium, qui dolosè foueas faciunt, ita ꝙ nihil apparet in superficie, nisi planities, tamen nulla soliditas est ibi cadunt, & capiuntur incedentes per uiam illam. Sic confidentes in uerbis adulatorum, quasi imperceptibiliter decipiuntur, quia uiæ taliũ sunt plenę laqueis, Osęæ. 9. Laqueus ruinæ factus est super omnes uias eius. 16

Secundo sunt homicidæ suipsius spiritualiter loquendo, quia secundùm S. Tho. 2. 2. q 115. ar. 2. Adulatio peccatũ mortale est, quando contrariatur charitati. Hoc autem fit. Vno modo ratione materiæ, sicut cũ laudat aliquis peccatum alicuius, hoc enim contrariatur dilectioni Dei contra cuius iusticiam hoc loquitur, & dilectioni proximi, quem in peccato fouet, unde non est peccatum mortale: Secundum illud, Esa. 5. Væ qui dicunt bonum malum: Alio modo ratione intentionis, puta cũ aliquis adulatur ad hoc alicui, ut fraudulenter ei noceat, vel corporaliter, vel spiritualiter, hoc etiam mortale est. De hoc dicitur, Prouerb. 27. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis. Tertio modo per occasionem, & tunc considerandum est, utrum occasio sit data, uel accepta, uel qualis ruina sequatur ex hoc. s. venialis, vel mortalis, & secundùm hoc iudicandum est, sicut & de scandalo. Glo. verò cuiusdam decreti, disti. 25. Alias dicit, ꝙ tribus modis adulatur quis: vel attribuendo alicui bonum, quod nõ habet: uel nimium extollendo bonum, quod habet, & utrunque istorum est veniale: vel approbando malum, quod habet, & illud est mortale.

¶Decimooctauo, tales sunt falsi prophetæ Balaam, qui uoluit regi placere, & Deo: quia sicut boni prophetæ legũtur oleo inunxisse bonos reges, sicut isti oleo peccatoris, & adulatoris iniungunt vanos lingua adulatoria. De quibus, in Psal. 9. Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, super quo Augus. Adulantium linguæ alligant homines in peccato suo. Sed timere poterunt illud, Esa. 5. secundùm vnam literam. Vę qui dictis malo, quia bonus es. ¶Decimonono, tales sunt venatores diaboli. 17

Venator

Venator nolens capere lupum, cooperit foueam. Ita iſti cooperiunt foueã peccati, & inferni adulatoribus ſuis. Et ſic capiuntur lupi rapaces, & mundi potentes, ſed non humiles, qui dicunt illud Pſal. 90. Liberauit me de laqueo uenantium, & cætera.

18 ¶ Viceſimo, tales ſunt inſtabiles velut aer, qui eſt cum grauibus grauis, & cum leuibus leuis. ſecundùm philoſophum. Et uelut gallus ſuper campanili, qui uertit roſtrum ad omnem ventum. Ità iſti vertunt verba ſua placentia ad omnem voluntatem dominorũ, dicentes. Domine quid tibi placet pro lege habetur, quos reprehẽdit Helias propheta. 3. Reg. 18. dicens Vſque

Arti. 4. quo claudicatis in duas partes. ¶ Quartum principale, uidelicet ꝙ vicium adulationis eſt periculo ſum. Primo generaliter in omnibus hominibus patet, quia qui ligantur cadentibus de alto, & ipſum impellunt periculosè committunt, quia cum cadẽtibus cadere neceſſe eſt. Sic in propoſito adulatores uanis hominibus de cęlo cadentibus, & ſuperbis ſocietate ligantur, & ipſos adu

19 lationibus ſuis retro impellunt, ergo cum ipſis eadem neceſſe eſt Eſa. 9. Et erunt, qui beatificant populum iſtum ſeducentes, & qui beatificantur præcipitati. Exemplum ad hoc in caſu corporali ponit, Sene. lib. 6. De beneficijs.

Exemplum. De Xerſe ducente exercitium contra inimicos ſuos. Et idem narrat Valerius. lib. 1. quaſi per iſtum modum. Xerſes rex uadens ad bellandum contra græcos in uia quæſiuit à conſiliarijs ſuis, quid magis timendum reputarent in conflictu futuro. Primus ergo adulator reſpondit, ꝙ ipſe plus timuit, ꝙ nõ inueniret reſiſtentiam audient (inquit) græci prælia tua, & uictorias, & fugient. Alius verò reſpondit, ꝙ ipſe plus timuit, quòd non inuenirent domos, uel uillas, ubi poſſent hoſpitari, qa (inquit) græci audient nobilia facta veſtra priora, & comburent villas ſuas, & fugient. De hoc (inquit) imperator nõ eſt curandum, quia habemus tentoria. Tertius reſpondit, quòd ipſe plus timuit, quòd 48 mare non caperet nauigium eorum, de hoc (inquit) Xerſes non eſt vis; quia aliquæ poterunt præcedere, aliquæ ſequi. Quartus reſpondit, ꝙ ipſe plus timuit, ꝙ aer non caperet ſagittas illorum, quia in tanta multitudine habebãt ſagittas, & ſagittarios. Vltimo rex quęſiuit idem à quodam philoſopho Damaſcenus nomine, quem ſecum duxit, qui reſpondit non peccatis à me, quia ſermo meus non auditur in curia iſta, nec prævalet, frequenter dixi veritates, & non reportaui, niſi malas grates, immò (inquit) rex omninò dices: qui ait. Plus quod ego timeo eſt, de iſtis adulatoribus, ne credendo vobis, & conſilio eorum decipiaris, quod vt audierunt inſtabant erga regem indignati, ꝙ rex eos vindicaret, quod promiſit facturũ poſt victoriam. Græci autem audientes ſuperbum aduentum prædicti regis Medorum humiliter rogabant Deum, ꝙ eos iuuaret in iuſticia ſua, & fideli patriæ defenſione contra Medorum ſuperbiam. Sic ergo armati verbis optimis non fugerunt de uillis, neque eas conbuſſerunt. Sed exierunt Medis obuiam, committentes bellum nauale. In quo Medi fugati ſunt, multis illorum interfectis. Patet ergo, ꝙ adulatores faciũt dominos ignorare ſtatum, & vires ſuas. Et ſic cadunt ſimul domini cum adulatoribus, & corporaliter, & ſpiritualiter, quem caſum deſcribit, Seneca li. 6. De beneficijs. c. 21. dicẽs. Monſtrabo tibi, cuius rei inopia labo- 20 rant faſtigia, quid omnia poſſibilibus deſit, ſille, qui iterum dicat, & ſequitur, adulandi certamen eſt, & unum amicorum omnium officium unaque contentio, quis blandiſſimè fallat? Ignorauerunt potentes uires ſuas, dum ſe tã magnos, quàm audiunt credunt, hæc ille. Et non ſolum vires ſecundùm hãc, Senecæ ſententiam, ſed & debita & ſtatum domus, & familiæ propter tales adulatores ignorant. Quia ipſi rariſſimè, aut nunquam dicent hominibus veritatem, quia aut ſunt promoti, aut ſunt

pauperes,

pauperes,& ſperant promoueri. Primi intendunt,uel plus promoueri,vel circa dominos lucrari in diuerſis officijs, uel ad minus parcere ſumptibus proprijs, & tales non audẽt dicere veritatem, nè de curia, uel officio expellantur, & ſpe amplioris lucri ibidem priuentur. Vel ne rex vel alius dominus iratus quærat occaſionem eos priuandi de promotione iã habita. Nota. M. 8. t 6. Secundi verò,ſcilicet pauperes, q promotionẽ ſperant, vel expectant: veritatẽ dicere non audẽt, ne cũ tota paupertate eijciantur. Propter iſtas ergo cautas diminutę ſunt ueritates ab adulatoribus, Nota. C. 11. 34.

21 Secundo patet, ꝙ ſpecialiter periculoſum eſt in uiris religioſis, & eccleſiaſticis,& in viris in poteſtate cõſtitutis. Circa quod primo oſtendetur,quantum ſit contra rationẽ, ꝙ tales ſint adulatores. Secundo quantum ſit periculoſum, ꝙ tales adulatoribus ducãtur,vel regãtur. Primũ pæet per exemplum in naturis animalium. Licet eñ uidemus paruos caniculos aliquotiẽs ſequi dominos,& dominas, & eis multipliciter adulari,tñ magnos,qui ordinantur ad arrendũ lupos à gregibus rarò hæc videmus facere,quia niſi lupum fugauerint, & nõ fugiant, & niſi domũ à latronibus cuſtodierint,annona negat, ita ſi uiri magni ſtatus ſint canes muti non valentes lupos perſequi,ſed eis adulantes,nõ manducabunt panẽ in regno cœlorum, nec hic quidem dignè ſtipendium recipiũt.

22 Sed ſunt de illis quibus,dicitur, Oſeę. 4. peccata populi mei comedẽt. Super quo beatus Gregorius. Peccata quidem comedere eſt uicia delinquẽtium fouere, ne temporalia ſtipendia amittantur. Et nos quidem oblatione fidelium viuimus,ſi quid in ipſorum uita repræhenſibile uidemus, & tacemus eorundem peccata procul dubio manducamus. Hæc ille. Adulantes & emolumenta, vel honores recipiant ampliores,peccata dicuntur comedere: quia ſicut qui cibum comedit comminuendo illum in corpus trahit, ſic adulatores aliorũ peccata per adulationẽ diminuẽdo in animam ſuam maculam peccati traijciunt. Dum ergo ventrem implere cupiunt cibo animã implent peccato. De quibus Iſidorus in quadam epiſt. Fícti (inquit) adulatores cũ cęnas diuitium captant, nihil prius meditantur, niſi ꝙ putãt gratiſſimũ fore auditoribus, nam nec aliter impetrabunt, quod petunt, niſi quaſdã inſidias auditoribus fecerint. Cum ergo 23 diligentia, vt frequẽter ſic cauſa adulationis, hoc vicium longè debet eſſe ab his, qui non indigent, ab his quorũ prouidẽtia in Deo ponitur. Quia dicit lex ꝙ ordinandus in eccleſia militante nõ ſolum debet eſſe ſine crimine proprio, ſed etiam ſine alieno, ꝙ videlicet nõ ſit conſentiens, uel palpans, nec fauẽs peccatoribus, nec laudet delinquentes, ſed corrigat, aliàs reus erit, diſt. 46. Clericꝰ. Deberẽt ergo oẽs tales eſſe, ſicut cęcus, qui uoluit ludere ad ſtailes, qui ludus cõmunior eſt in tranſinarinis partibus, in quo proijcitur baculus ad quaſdam cauillas, qui ibi ponuntur. Cęcus quidã iuxta ludẽtes ſtans ei, date mihi baculũ, quia ego etiã proijciã, quod dũ faceret non uidẽs quẽcumque, nec cõſiderans, fregit capita & tibias circunſtantiũ fine differentia diuitis, vel pauperis. Ita uiri euãgelici,& qui habent alios regere,vel corrigere. Debent fortitur proiicere baculum verbi ueritatis, non cõſiderando pſonam potẽtis, vel pauperis. Et ſicut cę 24 cus proiiciens baculum inter multitudinem aliquem tangit. Ita iſti. Sed heu alii qui ſunt ſimiles cuidam beſtię, de qua dicitur, ꝙ uidendo leonem genuflectit coram eo. Ita aliqui diuitibus quãtumcunque malis in præſentia adulantur. Et in hoc etiam aſſimilãtur camaleoni, de quo dicitur, ꝙ uidẽdo colorẽ aliquẽ ſimilis coloris efficitur. Ita aliqui ſemper ſe aſſimilant aliis. Cum adulantibus 25 adulãrur in præſentia, cũ detrahẽtibus detrahũt in abſentia, cũ iurãtibus iurãt, cum potatoribus inebriãtur, cũ loquacibus turpia loquuntur, uel talia ſaltẽ facere,& loq; pmittũt, vbi poſſent,& deberent reſiſtere. In quo multũ delinquunt dñi tẽporales,& eccleſiaſtici, qui uident

Exemplum.

coram eis in domo,& in mensa sua. Ioculatores,aleatores, mentitores, adulatores, iuratores, blasphemare,iurare,& iactari, & turpia loqui, & alios errores committere, nec eos corrigũt,sed quod peiùs, rident & libentèr eos audiunt,& & sic eos ad ignẽ nutriunt infernalem. Iere. 50.Pastores seduxerunt eos. Quis non diceret tales diaboli nutrices cum teste beato Gregorio. Error,cui non resistitur,approbatur:patet ergò,ꝙ adulationis uicium in maioribus est periculosum,& multum contra rationem.No 26 ta.H.4.6. Secundo patet, ꝙ periculum est,ꝙ maiores adulationibus ducantur, vel rigantur,quia domini & prælati regulati adulatoribus, & cõsiliarijs,& malis confessoribus, & pueris, dominium suum,& seipsos,& ecclesiam destruunt, quia cęci cęcis ducũtur. Figura iudicũ. 16. De Samsone ducto à puero domũ concussit, & seipsum, & multos secum occidit. Ita tales non soluendo creditoribus,quæ debent,ecclesiæ,& pauperibus talium consilio subtrahendo, & exactiones faciendo,& malè extra dando, & seipsos, & multos secum occidunt,quia ductores illorum sunt: sicut canis ducens cęcum in lutum, propter cibum ei in lutum proiectum.Ita isti tales ducunt in lutum delicti,& in puteũ inferni, propter parua lucra terrena. Ideo antiqui sapientes non permiserũt adulatores loqui cum principibus, immò eos occiderunt,ut narrat. Valerius, lib.6. c. 3. Quod Athenienses Thimogoram salutantem. Darium regem adulatoriè occiderent. Sic Dauid.2.Reg.1. Fecit occidi illum adulatorem Amalechitem,qui dixit se Saul occidisse,sic.2. Reg.4. Occidit iussit illos,qui vt ei placerent,occiderent Isbosseth filium Saulis ad dandum alijs exemplum.ne adulatoribus, uel mala facientibus, ut eis placeant, fauerent. Sed heu huius contrarium modò fit, quia verberantes occidentes aliena acquirentes quęrelas in iustas defendentes, ut per huiusmodi nepharia dominis placeãt, nõ occidantur,sed honorãtur hic ad tps.Et hæc est causa quare tot sunt modò. Sed à Deo non honorabuntur,quia ille honor nulli defertur indigno, sicut patebit infra. c.de honore. Melius ergo esset cũ Diogene à Dionysio vilipendi, & à Deo ho 27
norari, quàm cũ Aristione à Dionysio Exem-
honorari, & à Deo vilipẽdi. Fert enim, plum.
ꝙ cũ Dyogenes philosophus multa aduersa à Dionisio tyrãno ꝓpter veritates sustinuisset,ad tantã deuenit inopiam,ꝙ quidã Aristio nomine amicus Dionysij inuenit eum in manibus ꝓprijs olera lauantẽ(qui ait)si Dionysij uolũtati pareres,nec olera lauares,nec comederes. Dyogenes respondit, immò si tu olera lauare,& comedere velles,nequaquam Dionysio adulares. Innuit, ꝙ pro cibo illi adulabatur: Sicut faciunt multi adhuc.De qbus dicitur in tractatu,de duodecim abusionibus, ꝙ videlicet sexta abusio est monachus causidicus, ꝙ qui amat plùs esse discumbentibus in curia cum Herode, quàm in carcere clausti cum Ioãne. Licet eñ ibi, scilicet in curia nõ videat caput Ioãnis. Videt tñ vacam uiduæ,& porcum pauperis.Pauper incarceratur,& ꝓ mẽsa principis spoliatur,& tñ de substantia pauperis monachus comedẽs principi blãditur, diues insidiatur, ut rapiat pauperem. Et talis blanditor sedet cum diuitibus in occultis,ut interficiant innocentẽ,dum interficienti consentit.Sed reuera melius est ire ad domũ luctus, quã ad domũ talis conuiuij.Eccl.7.Patet ergo ex prędictis, ꝙ domini deberent tales adulatores bilingues, & narratores exẽplo antiquorum reuellere,& reprehendere dicẽdo, falsum est,quod dicis,uade ribalde, benè scio,ꝙ talis non diceret, vel faceret talia,ꝙ si facerẽt,nõ ità abundarẽt,sicut faciunt. Audiant ergò dñi loquẽtes cum lingua integra,& tales eligant. Dicitur enim,ꝙ auis habẽs linguã bifurcatam, nunquã benè loquit,vel cãtat:ideo non eligit ad nutriendum.Ita de talibus bilinguis, quorum nemo quod bonum est, loquitur,Iere. 8. Ore suo pacem cũ 28
amico loquitur,& occultè ponit ei insi- Arti. 5.
dias,Hiere.9. ¶ Sequitur quintum prin-

cipale,

tipale, ſcilicet adulatorum pœna, quæ eſt duplex, ſcilicet temporalis, & æterna Prima adhuc eſt duplex, quia lædit fama, & diminuit res. ¶ Primo dico propria lædit famã apud bonos, & graues, quæ minùs benè de eis reputant. Et ſic quodãmodo puniuntur infamia. Exemplum de hoc in vita S. Ambroſij, vbi legitur, quod Theodoſium imperatorem delinquentẽ fecit ſtare extra eccleſiã in ter pœnitentes vſque ad ſatisfactionem. Deinde cum in eccleſia vellet inter clericos ſtare fecit eum ſtare inferius inter laicos, dicens, purpuram ſibi ipſum imperatorem nõ ſacerdotem oſtendere. hic cum poſtea veniſſet vſque ad Cõſtantinopolim, & quidam epiſcopus vellet eum facere ſtare in choro, noluit dicens, quod ſolum Ambroſium inuenit veritatis magiſtrum. Sic ergo patet quod Ambroſius, qui minus quæſiuit ei placere, & ſpecialiter in illicitis, plus ei placuit Deo operante, & de illis, quæ ei plùs nitebantur adulari minus reputabat. Idẽ patet de Thobia iter Aſſyrios, illi, q̃ crediderũt Salmanaſar, & Aſſyrijs placere cibos eorũ comedẽdo, & Deos illorum adorando, & in alijs illicitis ſe eis conformando; minus eis placuerunt, immò ab eis trucidabantur, quia Dominus diſſipauit oſſa eorum, quæ hominibus placent In pſal. 52. Et Thobię quæ homini fugiebat, dedit Deus gratiam in conſpectu Salmanaſar regis Tho. 1. Quia dilectus Deo & hominibus. Eccleſia. xlv. ¶ Secundo eſt puniendus in rebus, ſcilicet reſtituendo quod mala ſuggeſtione acquiſiuit. Nõ enim videtur eſſe bonæfidei poſſeſſor, q̃ malis acquirit medijs. Impetrans enim falſas literas ſecundum iura tenetur ad expenſas, quas altera pars fecit occaſione illius falſæ ſuggeſtionis. Extra de reſcri. Quia nonnulli in fine. Et de reſcriptis in ſexto diſpẽdia litium. Ità à ſimili adulator tenetur ad reſtitutionem, reuocando, & corrigendo, quę falſis ſuggeſſit verbis, & acquiſiuit, & nihilominus ſeueritati iudicis, & pœnę pro falſo ſuggeſto ſubiacebit. 25. q 2. c. dicẽti ſacras. &. c. ſequẽtibus. Sic ergo duplici contritione contere eos. Iere. 17. ¶ Secundo adulatoribus debetur pœna æterna. Et hęc eſt duplex, quia quędam ſpecialis, quę videlicet ſpecialiter reſpicit maiores adulatores. Tales ei deberent eſſe ſtellæ ad aliorum illuminationem. Sed non ſunt ſtellæ, manentes in ordine ſuo. Sed ſtellæ, q̃ de nocte cadere videntur. Sic iſti in noſte mortis cadent in infernum ¶ Apoc. 20. Miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat ampliùs gẽtes Secunda eſt generalis, quę reſpicit omnes generaliter. Et hoc patet tali exemplo, narrantur ſecũdùm fabulas, quod bellum fuit quondam inter volucres, & quadrupedes, & noctua, ſeu veſpertilio proditoriè ſe habuit in iſto bello, recipiens munera ab vtraque parte, & volens vtriq; parti placere, dubitans, quæ pars prœualeret, quod aduertẽtes animalia quędam eam deplumauerũt, & dederunt ſententiam, quod nunquã iterum pennas haberet, nec de die volaret, propter adulationẽ, & proditionẽ, & ſuam duplicitatem. Ita tales, qui volunt omnibus placere, qui volunt eſſe de parte leporari & leporis, regis & inimicorũ eius, dicẽtes, viuat, qui vincit. Sicut patebit infra. h. 4. 6. Expectantes, quæ pars incipit vincere, & illi adhęrẽtes, qui volunt Deo ſeruire & mundo, & quãdo videt partem dei debilem, videlicet vbi deberent aliquid pro veritate pati, vel ammittere eius partem deſerunt, falſitates multas, & periura committentes. Sed quando infirmãtur, & videtur eis, quod pars Dei incipit prœualere, confeſſorẽ petunt, cũ Deo volentes tũc militare. Sed cũ conualuerint, ſunt quales, & ante fuerũt. Tales ſententia accepta deplumabũtur in morte & in lumine tuo domine, nũquã videbunt lumẽ. Sed quilibet iſtorum introibit, vſq; in progenies patrũ ſuorũ, & vſque in æternũ nõ videbũt lumẽ, in pſal. 48. Nota ſimile hic. E. 2. 4. Iſta pœna adulatorũ in figura ordinatur a Deo. Nũc. 19 ſi quis (inquit) tetigerit cadauer hominis

Exemplum.

29

30

31

32 Fabulæ.

mortui,Glo.quędam conſentiendo adulando , uel imitando In tabernaculo clauſtri, uel in agro ſęculi immundus erit ſeptem diebus, ideſt uſque ad ſufficientem pęnitętiam, & ſi quis expiatus non fuerit, peribit de medio eccleſiæ. Non eſt ergo malis conſentiędum, nec parcendum,quia qui adulatur, uel parcit,pęnam incurrit,figura.1.Re.15.Vbi dicitur,quod pepercit Saul, & populus Agag,& optimis gregibus, & quæ pulchra erant, nec uoluerunt diſperdere, eam, quę tamen Deus occidi præcepit gladio. Et ideo ſeipſum iuſtè proprio occidit gladio,ſecundū gloſſam,ſeu haſta, ſic prædicatores, & pœnitentiarij adulantes,& parcentes ne peccatores per cutiant verbo Dei, ꝙ eſt omni gladio ancipiti acutius,iuſtè verbo Dei percutientur,& damnabuntur,quando percutientur, & damnabuntur,quādo percutiet terrā virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Eſa.11.

¶Adoratio. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo debet eſſe adorans.*
2 *Quomodo debeat fieri adoratio.*
3 *Quæ debeans feſtinanter fieri.*
4 *Adoratio debet fieri reuerenter.*
5 *Qui aduerſentur præceptis adorationis.*
6 *Qui aduerſantur præceptis adorationis, quibus aſſimilentur.*
7 *Quibus aſſimiletur aduerſantes præceptis adorationis.*
8 *Qui ſunt, qui adorant Deum, ad tempus.*
9 *Duplici de cauſa eſt Deus adorandus.*

Arti.16. ADorare volentes Deū tria attendere debent,perſonam,modum,& cauſam.

Artic.1. ¶Primo ꝙ perſona adorans ſit munda, & digna pro tali opere.Si enim omnia, in quibus honoratur corporaliter,ſicut calix,& corporalia ſunt munda,à fortiori illa,in quibus honorat ſpiritualiter, ſcilicet in animalibus noſtris,debēt eſſe munda,& ſpiritualia,quia eos,q adorāt, oportet in ſpiritu adorare. Io. 4. Debet ergo adoraturus Deū ꝓparari, ſicut notatur A.2.4. & ſic præparatus dñm Deū tuum adorabis.Mat.4. & ꝙ talis prępparatio , & ſpiritualis illuminatio debet præcedere, patet, Io. 9. vbi habetur , quod cæcus prius fuit illuminatus, & deinde procedens adorauit, &c.

¶Circa modum quatuor ſunt attendenda,videlicet ꝙ adoretur feſtinanter, reuerenter ueraciter , & perſeueranter. Artic.2. 2

Primo dico feſtinanter, ſeu citò,& tempeſtiuè,id eſt in iuuentute.& ſanitate,& in principio quadrageſimæ adoretur cordis contritione,& deuotione.Pſ.28. Adorate dñm in aula sācta eius,i.in cordis contritione, & oris confeſſione, & oratione.Eccl.35.Adorate dominum in obſecratione, & operis ſatisfactione, & eleemoſynarū largitione.Mat.2.Procidētes adorauerunt eū,& apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera.Iſta debēt citò,& cū feſtinatione fieri in ſignum, cuius inuitamur.In Pſ. 94. Venite adoremus inuitatoriū enim in vſu eccleſię cantat in mane . Qui ergo nimis expectat,quantū in eo eſt,ordinē, puertit ec cleſiaſticū,& periculo ſe exponit,qa mora trahit periculū.Ad veſperū eīm demorabit fletus,& ad matutinum lętitia In Pſ 29. In his eīm, q nimis expectant ad veſperū mortis demorabit flectus,in oī eīm curia mūdi tardè venient , & nihil præmittens,vt cōmuniter ſuſtinet defectū,ſi diues eſt dñs,tunc familia conqueritur, dicēs , quare nō ꝓmiſit nunciū,ſi pauper durè increpat,ſic ad curiā eccleſię p cōfeſſionē,qa deberēt ieiunare,ite rū poſt paſcha Sic etiā ad curiā Dei tardè venientes,& bona opa:quaſi nuncium non ꝓmittentes,ante mortē durè increpabūtur,& dānabuntur.Deus ei aliquo modo eis dicet, ſicut ſolebat qdam potens qñ alicuius aduentus ei nō placuit ꝓpter cōſciętiā nō ſolebat dicere benè veneritis , ſed ite,vel ſumite comedite, 3

&

& huiusmodi. Deus verò unum dicit, scilicet ite, & reliquum dimittet. Tepestiuè ergo venite adoremus cõtritione, procidamus ante Deũ cõfessione, ploremus satisfactione. Et hoc citò, quia, Sap. 16. Oportet præuenire solis ortum
4 adorando. Nota. C. 25. Secundo debet adorari reuerenter non ridendo, non confabulando, non in ecclesijs garrulando, & de impertinentibus loquẽdo, sed humiliter inclinando: Sicut qui minus multum desideratum accipit. Exo. 4. Audierunt filij Israel, q̃ dominus visitasset eos, & respexisset afflictionem eorum p:oni adorauerunt eum. Tertio debet adorari veraciter, ità q̃ veraciter sit in corde, quod exterius pretendit in confessione, Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, &
5 veritate. Contra istud faciunt ficte ad confessionem accedentes, vel ad communionem non habentes firmum propositum peccata dimittendi; pulchrè loquuntur, & promittunt, sed aliud cogitant. Tales assimilantur Iudæis, qui corpore & capite inclinatio, sed non corde, adorabant Christum, dicentes: Vah, qui destruis templum Dei. Iterum assimilantur Herodi, qui corde occidere cogitauit, sed ore dicebat, ut & ego veniens adorem eum. Mat. 2. Sic illi, qui cum proposito peccandi ad confessionem, vel communionem accedũt, de quibus, dicitur, Matt. 15. Populus hic
6 labijs me honorat. Cor autem illorum longè est à me. Nota, Ser. 5. 5. Tales assimilant malis seruis, & subditis aliquorum dominorum, qui licet eis caput inclinent, dicentes domine, quid placet vobis, tamen in corde suo vellent, q̃ nõ essent. Ita isti uellent Deum non esse, nec uellent eum expectare remuneratorem, ita q̃ non timerent vltorem, de numero illorum fuit ille. In Ps. 52. Dixit insipiens in corde suo non est Deus. De meritis enim suis exigentibus plus timent, quàm ament, vel sperent. Et ideo nõ est amor ille in corde, qui ostẽditur in ore. Et in hoc assimilantur cuidã, de quo ferrur quasi: sic hic cũ sederet in quadã ecclesia, imago crucifixi malè ligata cadens eius fregit brachium: ille ex hoc offensus, per annum ecclesiam intrare noluit finaliter ad instantiam vicinorũ dicentium, q̃ nisi ecclesiã intraret, esset sicut hæreticus comburendus timore coactus uno die ante ostium ecclesiæ venit: & in uno oculo introspiciens, & illam ibidem imaginem vidẽs. Dicebat quasi per istum modum, benè potero genuflectere & caput inclinare, & adorare, sed bonus amor, & fidelis amicitia inter nos nunquã erit. Ita faciunt multi mali christiani Christo feria sexta in passione domini, & eius membris: quando loquuntur pacẽ cum proximo suo, mala autẽ in cordibus eorum. In Ps. 27. Nota. P. 4. 15. Iterum tales assimilantur Italicis, qui de consuetudine habent, q̃ domino Papa, vel Cardinali, vel domino illorum ciuitẽ, vel castrum intrante occurrunt clamantes viuat, viuat talis, non diligentes verò cum alijs altè clamant viuat, sed submissè dicunt pauco tempore. Et frequenter contingit, q̃ dum eum ore honorant, cogitant quomodo eum perdere poterunt, & aliquãdo cogitationẽ opere cõplent. Sic multi alta uoce in ecclesia & extra Deum laudant, sed corde & operibus contradicũt. Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant In Ps. 61. Nota de ista materia. H. 4. 5. Quarto debet adorari continuè, & perseuerãter. Nam & pater tales quærit, qui adorent eũ, supple perseuerauerint, Ioã. 4. Qui enim solum eũ ad tẽpus adorãt, & deinde vilipendunt hos non quærit. Tales sunt, qui tantũmodo
8 adorant, dum sunt in quadragesima, vel in infirmitate, uel tribulatione, vel dum dona Dei capiunt, osculant manũ dãtis, cõtra quos. 2. Esdræ vltimo. Eleuatis sursum manibus procidentes in terrã adorauerũt eum. Et causa quare, ita citò ad solita mala redeunt, videt esse in differẽtia ad vtrãque partẽ, siue ad dimittendũ pctã, siue nõ: tẽpore confitentur, vel peccare cessãt, dicẽtes spero dimittere, si Deus voluerit. Et q̃a tales quasi ædificãtes domũ debilẽ, quæ ad oẽm partem

Exemplum.

monet ad omne tentationis ventum à diabolo proſternuntur. Videmus enim, & tales, qui non conſtanter determinauerunt ſe ad unum, ſed ſtant cogitantes quid faciendum ſit, faciliter recipiunt conſilium ad utramque partem. Et de ſic indifferentibus & quaſi neſciētibus, qui adorare debeant, poteſt dici Ioan. 4. Vos adoratis, & neſcitis. Debēt ergo eſſe ſtabiles, dicentes illud Ioan. 4. Arti. 3. Nos adoramus, quod ſcimus. ¶Cauſa verò motiua quare Deus eſt adorādus eſt duplex. Vna beneficia iam præſtita. Alia beneficia expectata. Quantum ad primum quemcunque ſecundùm adorares, qui tibi reddidiſſet manum amiſſam. Sed Deus dedit animam cum potentijs, corpus cum membris, mundum cum contentis. Perditos etiam redemit. De hoc nota. A. 10. 2. Adorate ergo eum, qui fecit cęlum & terram, &c. Apoc. 14. Secunda cauſa eſt commodum expectatum duplex, unum in præſenti, ſcilicet impetratio petitorum. Adoratus enim citius accipit, quod petit ſicut patet de leproſo, Matth 8. Et ecce leproſus veniens adorare eum, dicens, domine ſi vis. Ierē. 29. Adorabitis me & ego exaudiā. Aliud in futuro, quod dabitur his, qui adorant, Matt. 2. Procidentes adorauerunt eum, & citò poſt reuerſi ſunt in regionem ſuam. Sic ergo adorate eum omnes angeli eius, in Pſal. 96.

¶Adulterium. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1. *Culpa adulterij quæ.*
2. *Multa matrimonia ſunt adulteria.*
3. *Quomodo matrimonia Chriſtianorum aſſimilentur matrimonijs iniquorum.*
4. *In quos peccemus in adulterio.*
5. *Qua de cauſa magis diligit adulter, vel adultera adulteram, vel adulterum, quàm maritum, & uxorem.*
6. *Pœna debita adulterij quatuplex.*
7. *Exemplum contra illos, qui ſuas uxores non diligunt.*
8. *Exemplum contra regem Angliæ adulterum.*
9. *Exemplum miraculi contra adulteros.*
10. *In lege Dei Iudæorum & Saracenorum prohibetur adulterium.*
11. *In lege Dei, qui fuerint correcti petentes fornicationem.*
12. *Licet multi euadant pœnas temporales, non tamen euadunt æternas.*
13. *Exemplum in quendam frangentem matrimonium.*
14. *Exemplum miraculoſum in quadam muliere adultera.*

ADulterium, Arti. 17. eſt alieni thori violatio. Huius autē vicij. Primo notificanda eſt culpa. Secundo pœna. Huius autē culpæ magnitudo ex duobus perpenditur. Primo exemplo in naturis animalium. Secundo ex multis malis, quæ hoc peccatum concomitantur, & ſequūtur. Artic. 1. ¶De primo ſcribit Alexander nequā. lib. de naturis rerū, de cyconia Adultera, quam cum reprehendiſſet compar, multitudinem cyconiarum ſecum ducēs adulteram deplumauit: hoc ergo exemplo rationabile iudicatur, & una uni & econuerſo tantum deputetur, & niſi hoc teneāt cum in ſtatu ſint honoris, non ſolum cōparantur iumentis, ſed ſunt irrationabilibus animalibus peiores. Aues ei ſilueſtres, quādo circa pullorum productionem occupantur, vnę ſe tenent, hoc etiā leones obſeruare dicūtur, qui & grauiter adulterium vindicare dicuntur. Cuius rei vna cauſa poteſt eſſe, quia non libenter quæreret prædam, nec alienos libenter aleret catulos. Magna ergo cōfuſio deberet eſſe ratione vtentibus, & fide, & multis pactionibus coniunctis, qui habent filios alere & corporaliter, & ſpiritualiter, ſuperari in bonitate & diſcretione à brutis, & una cum duobus & econuerſo fide, vel verbo, vel facto cōtrahat, vel carnaliter copuletur. Quia propter tales cōtractus multa, quæ exedun-

Exemplum de Cyconia adultera.

tur

tur matrimonia tam adulterina, & multi alienos alunt filios, & hæredes faciunt, & in hoc casu peius & crudelius est adulterium in muliere, quàm in viro, & ipsa plus uituperatur; quia uir adulter non exhæredat filios proprios, sed filios illius cum cuius peccat uxore, & plus est contra naturam crudelitatem exercere in proprios, quàm in alienos. Vterque tamen facit falsos hæredes, de quibus est magna copia in mundo. Quia, Oseę. 4 Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt. Intàtum enim inundauerũt, & heu modo matrimonia christianorũ assimilãtur matrimoniis ribaldorum, sicut patet, Serm. 15. 11. Qui Angelice Harlom uocantur, qui quodã clamides portabant, de quibus dicitur, ꝙ solebãt annuatim ad capitula conuenire, & uxores mutare. Sicut etiam sponsi ecclesiæ sponsam pro pinguiori mutant, contra illud, Mal. 2. Vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere. Sic modo quando uxor displicet: uel alia concupiscitur propter pulchritudinem, uel huiusmodi diuortium procuratur. Primo clam per conspiratores uiæ excogitantur falsi testes inducũtur, & subornãtur. Deinde ad capitula curritur ordinariorum, partes citantur munera aduocatis, & inducis offeruntur. Iudici uero prima facie se reddenti difficilem, minantur, parentela falsificata adducitur. Sic ergo quid muneribus, quid minis, quid falsitatibus separantur, & alia more ducitur ribaldorũ. Et sic præcedente mendacio, adulteria inundauerunt. Si autem per processũ dimittere nõ potest, adminus aliam sub 4 ea tenebit. Nota. P. 13. 39. Secũdo huius magnitudo patet ex multis malis, & dãnis, & periculis concurrentibus. Primo enim peccatur contra Deum in adulterio, quia quos coniunxit, &c. sicut patet. Mat. 19. Adulterio separantur corda, & aliquotiens corpora. Secundo contra seipsum. Tertio contra proximum iam natum cum quo peccat. Quarto contra proximũ nascturũ, s. infantẽ, & qa redditur quodãmodo infamis. Et quia sicut concepit inclinatur ad paterna crimina. Et sic ponit ei salutis offendiculum antequã sit natus, & sic maledictus, qui ponit cęco offendiculũ. Cõcurrunt etiã prolis incertitudo, exhęredatio sacramẽti violatio fidei, fractio inter uirum & uxorẽ, mors & homicidiũ bonorum distractio, propter quã adulter, & adultera ad restitutionẽ tenentur, infamatio, falsa matrimonia, & plura adulteria, quia quando unus scit alium sibi infidelem, minus curat sibi fidelitatem seruare. Sequitur ultimo æterna damnatio. Heb. 13. Adulteros iudicabit Deus. Sed cum tot mala & spiritualia, & corporalia, tẽporalia, & æterna ex adulterio, quemãt mirabile uidetur, quare plus diligitur adulter uel adultera, quã prius maritus uel uxor & quare maior est amor inter eos, quos diabolus coniunxit peccato, quã inter illos quos Deus coniunxit sacramento? Vnde frequenter contingit, sicut patet, Ser. 51. 1. ꝙ qui peccãdo in fer uentissimo amore cõiunguntur, postquã fuerint matrimonio copulati tepescunt. Cuius cã est diaboli tẽtatio, q̃ stantium in peccato amore inflãmat, ut eos ad flãmas ducat æternas. Et matrimonialiter copulatos odio diuidere nititur. Tales diaboli, astucias, & malicias sentiẽs quidam eps, ut fertur, duos consanguineos dixit in peccato simul stãtes & matrimoniũ importunè contra rationẽ petẽtes, dẽ cõiunxisse, qui eodẽ die ambo diuortium petiuerunt. Ecce (inquit) episcopus quãta est uis sacramẽti, quæ diabolũ fugauit, qui uos in luxuria detinuit. Et sic patet, quãta malignatus est inimicus in sancto matrimonio. ¶ Pro secundo est sciendum, ꝙ pœna adulteris debita est triplex. Prima est infamia & ineptitudo, & infortunium in agendis corporalibus, & spiritualibus. Secũda est corporalis. Tertia est æterna. Prima consequit 6 ipsum peccatũ. Secũda cõsequi deberet. Tertia uerò nõ euadẽt. Ostendã (inquit) tibi dãnationẽ meretricis magnæ Apo. 17. quantum ad primã pœnam. Per illud quod scribit Bonifacius papa & martyr regi Anglorũ. Et habetur di. 46. Si gens

Arti. 2.

Anglorum ſub hoc tenore. Sicut patet, Ier. 1 5. ii. Si (inquit) gens Anglorũ, ſicut per iſtas prouincias diuulgatum eſt, & nobis in Francia, & in Italia improperatur. Et ab ipſis paganis nobis obijcitur, ꝙ ſpretis legitimis connubijs adulterãdo, luxuriando, & inſtar ſodomiticę gẽtis fędã uitã duxerit, de tali cõmixtione meretricũ exiſtimandũ eſt, degeneres populos & ignobiles, & furẽtes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuerſam plebem ad deteriora, & ignobiliora urgentẽ, & nouiſſimè nec bello ſęculari fortẽ, nec in fide ſtabilẽ, ſicut patet in periurijs, tam in curia mundi, quã eccleſiæ: ſequitur, & nec hominibus honorabilẽ, nec Deo amabilẽ eſſe venturã, ſicut alijs gẽtibus, Hyſpanię prouinciæ, & Burgundorum populis contigit, qui ſic à Deo recedentes fornicati ſunt, donec iudex talium criminum ultrices pœnas pro ignorantia legis Dei, etiã ꝑ Saracenos venire permiſit, & ſęuire. Hæc ille. Et hic tenor literarum eius. Et ſi diligenter aduertatur, quę prædixit, ꝑ magna parte acciderunt, quia nec ſunt modo in bello fortes, nec in fidelitate, & fidei datione, & iuramento ſtabiles. Immò tãtum valeret, ac ſi non iurarẽt, quia nõ ad fidelitatẽ, ſed ad lucrum, vel indemnitatem oculum habẽt, nec ſunt populis honorabiles, immò de omnibus populis dicuntur eſſe falſiores, & per ꝙ conſequẽs nec ſunt Deo amabiles. Non ergo ſine cauſa tanta fames in terra, tantaque ſanguinis effuſio, tot falſæ hæredes, ſed omnium cauſa ex magna parte adulteriũ, & luxuria. Pauci enim contentantur de vxoribus proprijs. Sed vnuſquiſque ad uxorẽ proximi ſui hinniebat. Iere. 5. Et ideo ſicut ipſi faciunt alijs falſos hęredes, ita alij faciunt. Et ſic multiplicantur mala in terra. Et adulteri multis modis moriuntur, & occidun tur. Et hoc iuſtè, vt qui vna noluit con-
Exem- tentari, nullã habeat. Et ſic eſt cauſa effu-
plum. ſionis ſanguinis. Vndei cũ cuida nobili in Anglia inſtrage nobiliũ nunciaretur
7 in magne, ꝙ eodẽ die turpi morte moreretur, cades in terrã clamauit, dicens: heu nunquam dilexi vxorẽ meã, quaſi recognoſcens propter illud peccatũ illã turpem mortem ei accidiſſe, Deut. 22. Morietur adulter, & adultera. Ergo iuſtè, & rationabiliter hoc cognouit. Ex quo lex Dei hoc vult. Nota, Pſ. 5. 22. Eſt etiam adulterium, ſicut cauſę effuſionis ſanguinis. Ità cauſa paupertatis, & famis, quia fructus benè ſufficerent legitimè natis, qui omnibus non ſufficiunt, propter illigitimorũ multitudinẽ. Sed ſicut uidemus multa, quæ prædixit contigiſſe, ità timendum ne cõtingant, quę adhuc non uidemus, uidelicet terrę deſtructio p aliquas extraneas nationes. Quia præteritorum exhibitio teſte beato Gregorio eſt futurorum certitudo. ¶Secundo deberent iudices apud iuſticiam chriſtianorum plus punire pœna corporali adulteros cum maiori diligẽtia, quàm faciunt. Hoc oſtendam tripliciter. Primo exemplo antiquorum Saracenorum. Secundo exemplo miraculorum. Tertio exemplo legum omnium nationum. Pro primo adduco illud, quod narrat Helinandus, & recitatur tertia parte ſpeculi hiſtorialis. Quo Exem-
modo tempore Conſtantini quarti ſanctus Bonifacius Maguntinus eps regẽ plum.
Angliæ Ether ualdum de luxuria, ſiue adulterio reprehẽdit in hunc modum. Memorare (inquit) quàm turpe ſit, vt tu qui domo Dei dominaris ad iniuriam 8
eius, ſicut libidinoſus ſeruus. In antiqua namque Saxonia ubi nulla eſt Chriſti cognitio, ſi uirgo in domo paterna, vel maritata ſub coniuge fuerit adulterata, manu ꝓpria ſtrangulatam cremant, & ſuper foſſam ſepulturæ, corruptorem ſuſpendunt, aut cingulo tenus veſtibus abſciſis flagellant caſtę matronæ, & cultellis pungunt: & de villa in villam miſſi nouę occurrunt flagellantes, donec intereant. Reduc etiam ad memoriam, quoniam quidam infideles ſuperuiuere maritis nolunt, ſed ſe cremant. Quomodo etiam prædeceſſores tui ſubita morte ꝓpter huiuſmodi culpas mortui ſunt, & à dęmone vexati ſũt. Hęc ille. Ex quo apud Saracenos

nos tñ deteſtabatur, & ita durè puniebatur adulterium, à fortiori ratione apud Chriſtianos. Secundo idem oſtenditur exemplo miraculi. In vita enim ſancti Gangolphi, qui ueneratur in Burgundia legitur. Quod cum eſſet homo vxoratus, & ſemel cum vxore, quam de
9 adulterio ſuſpectam habuit: iuxta fontem ſederet, uxori aiebat, ſi innocens es à culpa adulterij pone manum tuam in fonte iſto. Et ſi innocens ſis, veritatem oſtendat Deus. Quod cum feciſſet manus in fonte remanſit à brachio diuiſa. In quo facto oſtendit Deus, quantum iſtud uicium deteſtetur, qui tam pulchro illud punit miraculo, & corrigit. Sed ſi ſic puniret omnia adulteria modo, eſſet magna chariſtia panui, ꝓpter defectum latricum, quia adulterijs repleta eſt terra· Iere. 23. Tertio idem patet exemplo legum omnium gentium. In lege enim Saracenorum, videlicet ī Alcorano Machometi prohibetur adulterium, intantum, quòd adultera præcipitur occidi, vel in carce-
10 re perpetuo retrudi. In lege etiam Dei, & in lege Iudæorum, Deuter. 22. habetur ſic. Si dormierit vir cum vxore alterius, uterque morietur, id eſt adulter, & adultera, & auferes malum de Iſrael, ſicut patet. Ser. 7. 5. Item lex mundi lex ciuilis adulterium punit pœna capitis. ff. de adul. lib. 10. l. Lex Iulia. Et C. de adulte· lib. 9. l. Graccus. Aliæ gentes legē ſuam obſeruant in hoc. Sicut patet expreſsè de Iudæis iudicantibus Suſannam. In lib. Dañ. Sicut patet etiā de muliere in adulterio deprehenſa in euangelio, quam ad hoc duxerunt, vt iudicaretur. Sed hēu illud, quod tot leges, ita deteſtantur, & ita acriter puniunt: Chriſtiani legem Chriſti ſolo nomine habē tes, ità communiter inter ſe regnare p̄mittunt, ac ſi peccatum non eſſet. Adulteri enim, & fornicatores ſemper ſimul ſtare, & ad infernū ire poſſunt, pro parua pecunia data citatoribus, vel iudici-
11 bus eccleſiaſticis, qui cū illis pari pœna puniendi ſunt. Vbi uiſum eſt, ꝙ ꝓphetæ, & iudices legis Chriſti citarent, vel corrigerent aliquē potentem fornicatorē, uel adulterū, cū tamen ſint in hoc magis defectuoſi, quàm pauperes, & mediocres. Et tñ in lege Iudæorū Natam propheta Dauid regē potentiſſimū adulterantē, ita durè reprehendit, ꝙ ex uerbis proprijs ſententiauit eum dignū eſſe morte, ſicut patet. 2. Re. 12. Vbi ſic loquitur, Deus per os, Natā ꝓphetę ad regē adulterū eo (inquit) ꝙ deſpexeris me, & tuleris vxorē Vrię Ethei, vt eſſet vxor tua. Hęc dī dominus. Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollā uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cū uxoribus tuis in oculis ſolis huius. Tu autem feciſti abſconditè, ego uerò faciā uerbū iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in ſpectu ſolis. Ex iſta authoritate patet ter- 12a
tiū, videlicet, ꝙ licet adulteri pœnā eua dēt temporalem tamen incorrigibiles nullo modo pœnam euadēt æternam, quæ à Deo infligetur, qui ſe promittit puniturum eſſe adulterum in conſpectu omnis Iſrael. Et hoc oſtendi poteſt hyſtorijs, ut per ea facta, quæ fecit iam Deus perpendatur quid ſimilibus factu rus ſit. Et primo hyſtoria, quam narrat Helynandus quaſi, ſic patet Ser. 15. 8. De Exemquodā carbonario, q̄ ſingulis noctibus plum. iuxta puteū uidit equitē terribilē fortiter ſequentē mulierē, qua capta, eā fruſtratū diminuit gladio, & in puteū ignis ꝓiecit, q̄ cū hoc ſępius uidiſſet, cuidam bonę uitę uiro hoc indicauit, q̄ cū ſeſſus cū carbonario de nocte uigilās, & idē vidēs, eos cōiurauit, ille verò rndit, hęc alterius uxor erat, cū qua peccaui, & iō ſic mō ſimul torquemur. Quō ergo cęci ſunt, q̄ credūt, ꝙ Deus acriter non puniet adulteriū. Ex quo tot mala, vt ꝓdictū eſt ſupra. 4. proueniūt. Idē oſtēdit ꝓ Exemhoc, qđ legitur in uita S. Germani quaſi plum. ſic, hic cū eſſet rogatus interficere quēdā horribilē ſerpētē, q̄ pueros occidit & regionē uaſtauit, & eū iuenire nō poſſet, oſtēſū fuit ei, ꝓ angelū, qđ fuit ī ſepulchro cuiuſdā frangētis mīimomū ſuū, & ꝙ ꝓp enormitatē illius peccati, illud corpus ſibi tradebat deuorādum. 13

Ex

Ex quo corpus sic tradebatur serpentibus, præsumendum est, quòd anima malè torqueretur à dæmonibus, quia in utroque deliquit, & secundum mẽsuram delicti erit, & plagarum modus. Deuter. 25. Ad idem contigisse dicitur quòd quædã præterquàm de uiro suo duos habuit filios, filius uerò eius legitimus factus est sacerdos, qui frequenter pro ipsa lachrymis orãs, & celebrãs, quia sciuit ipsam in peccatis uixisse. Exemplum.

14 Huic ergo semel solito in ecclesia pro ipsa oranti, apparuit nubes tenebrosa, quę totam obscurauit ecclesiam, in qua apparuit mulier teterrima à duobus de tẽta, & ligata, de cuius capite, tanquàm capilli uidebantur dependere serpentes igniti, labiaq; eius, & linguam buso rodebat horribilis, uberibus eius duo serpentes eam fugebant: & pellem suam post se traxit, quæ adiurata dixit se esse matrem eius. Et serpentes dixit se habere in capite, qa ibi luxuriosè, & curiosè ornabat, vt ab alijs amaretur: & busonẽ in labijs ꝓpter oscula, & adulteria colloquia: duos serpẽtes propter duos spurios, quos ex his lactauit uberib⁹ · duos dæmones, propter duos adulteros. Et quòd sic pellem post se traxit, quia sic uestes post se trahere solebat ad superbiam. Et sic per omnia patet, quòd iusta sunt iudicia eius, qui iudicat de meretrice magna. Apoca. 19. Nota. M. 4. per totum.

¶Aduersitas. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Aduersitas prima, est infirmitas subtilior, & ideo incurabilior.*
2 *Quomodo agatur cũ homine in vita ista.*
3 *Aduersitas secunda, est fructifera tribus de causis.*
4 *Quomodo facilis erit consolatio cum flagellamur causa carnis.*
5 *Quomodo cognosci possit cor hominis.*
6 *Quæ requirantur inter vndas aduersationum huius maris.*
7 *Quomodo appetenda lumen animæ.*
8 *Aduersitates non imminuant animã iustũ.*
9 *Contra aduersantes studiosos, & bonos.*



Duersitas est duplex. Vna intrinseca, seu spiritualis, alia extrinseca, seu corporalis. Prima est periculosa; secunda fructuosa. Primam debemus timere, in secunda sperare. Prima dejcit, & fallit sequentem, secunda purgat; & perficit patientem sustinentem. Prima consistit in tentatione carnis mundi, & dęmonis. Secunda consistit in tribulatiõne pestilentiæ famis frigoris, & laboris; & persecutione tyrãnorum. ¶Prima est infirmitas subtilior, & ideo ĩcurabilior; quia ibi inimicus personam ostendit amici, & allicit, & ducit. Caro per modum delectabilis. Mundus per modum cõcupiscibilis, Diabolus p modũ iustitię, & irascibilis, & huiusmodi, quia omni irascenti videtur ira sua iusta. Sed in omnibus istis diabolus se immiscet, & omnibus istis vijs, & modis aduersarius noster diabolus, tanquàm leo rugiens circuit quærens prædam, quã deuorer, cui resistite fortes in fide. 1. Pet. 5. Et sanè dicit resistite, quia est de homine in uita ista, sicut de illo, qui est inter duas partes litigantium, sicut patet. Ser. 30. 4. Quarum vna continet amicos volentes eum eripere, & ad salutem ducere. Alia continet inimicos volentes eũ ad perditionem ducere. Si uidet amicos vincere, & eum secum ducere, gaudet. Si uidet inimicos vincere, & eum eos sequi, dolet: & ne sic doleat, in bello fortiter cũ amicis inimicis resistit. Sic quilibet nostrum positus inter amicos ex vna parte, Deum angelum bonum, & rationem, qui niuntur nos ad salutem ducere. Sed ex alia parte sunt inimici pdicti, inter quos est cõtinua aduersitas, quia caro concupiscit aduersus spiritum, &c. Gal. 5. Si sic positus uideat amicorũ partem prævalere, quòd ex operibus maximè cognoscere potest, gaudeat in domino. Si uerò uideat se ab inimi cis

Artic. 1.

1

2

inimicis adduci, doleat, & fortissimè resistat, quia inimicus suus fortissimus, & superbissimus est, quia aduersatur, & extollitur supra omne, qđ dicit Deus aut, qđ colitur. 2. Thessa 2. Nota. C. ij. a.

Antic. 1. ¶Secunda est fructifera propter tria. Primo, quia radices arboris uitæ nostræ fortiter firmat, vt fructum afferat vberiorem. vnde Sene. lib. de prouidẽtia. Non est fortis arbor, nisi in quam frequens ventus incurrat. Ipsa enim vexatione radices celsius figit, sicut in cursu ventorum altius ascendit, ita
3 iam eleuata, quanto plus eleuatur, tanto plures, & vehementiores ventorum sustinet insultus. Sichon quanto maior, & melior tanto plures sustinet aduersitates. Et ponit exemplum beatus Gregorius lib. xxiij. mora Et ponitur etiam in canone. vj. q. 1. Oues, verba beati Gregori sunt ista. Sic (inquit) est

Arbor. perfectus hominum, sicut incrementa prospicimus arborum, quo enim arbor altius surrexerit, eo ventorum vim vehementius sentit, quia quo plus quisque in bona operatione attollitur; eo ampliori ab ore laudantium flatu fatigatur. Sed ne immoderatis laudibus eruatur, plerunque numero rectoris nostri moderamine etiam detractionibus lacerari permittimur. Vox adulantis eleuat lingua detrahentis humiliet. Quia & sæpe arbor, que nimio vẽti impulsu, ita impellitur, vt pęnę iam euelli posse videatur, alterius ediuerso venientis flatu erigitur: & quæ ex hac parte inflectionem pertulit, ab alia ad statum redit, hinc & arbor illa in alto radicata, quasi inter aduersantes ventos inflexibilis steterit. Sicut apostolus eum dicebat per gloriam & ignobilitatem per infamiam & bonam famam. Sic etiam fuit radicata arbor, illa, de qua dixit mulier sapiens. 2. Reg. 14. Sicut inquit, angelus Domini, sic est Dominus meus rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur. Nota. A. 20. 10. Et. D. 6. 31. & T. 5. 72. Secundo quia arborem vitę
4 nostrę à nociuis, & superfluis impedimentis purgat. Vnde Beatus Gregorius in regiſtro. Facilis erit consolatio si inter flagella, quæ patimur, quæ fecimus delicta ad memoriam reuocemus, atq; hęc iam non flagella: sed dona esse cognoscimus, quando & si qua carnis delectatione peccamus, carnis dolore purgamur. Nota. D. 12. 38. Tertio, quia fructiferam ostendit. Sicut enim existimatas circa arborem mediante ventorum impulsu cognoscunt, qualem faciunt fructum. ita aduersitas cognoscere facit, qualis fructus sit in homine, patientię, vel impatientię, sapientię & insipientię, Vnde beatus Gregorius in dict. Qualis apud se quisque lateat illata cõtumelia probat. Idem in regiſtro, lib. 3. ante finem. Artem (inquit) gubernandi mare tranquillum non ostendit, nisi obsequentis uenti aliquod aduersum occurrat, quo animus probatur. Et in hoc mari huius mundi aduersitas est, quasi ancora mentis, ne nimis prosperitate eleuetur. In mari enim huius mũdi nauem nostram, prosperitas frequẽter periculosè eleuaret, & submergeret, nisi aduersitatis ancora subsisteret. Vnde beatus Gregorius lib. 3. regiſtri ante finem. Nec eleuari prosperis, nec frangi aduersis debemus, vt humiliati discamus, quicquid deliquimus, & exaltati aduersitatis memoriam, quasi humilitatis ancoram in mente teneamus. Adhuc inter undas aduersitatum, huius maris duo alia requiruntur, uidelicet sapiens gubernator, & 6
lumen. Primum patet, quia in omni aduersitate, & maximè mortis indigemus auxiliatore, ergo talis debet prouideri, & quæri in prosperitate, quia dicit Augusti. in sermone, quòd non facile inueniuntur in aduersitate præsidia, quæ nõ sunt in pace quæsita, quis enim tunc copulabitur ei, qui non fuerit prius societate coniunctus? Secundo lumen. Vnde nautę habẽt aliqđ corpus lucidũ, vel lumẽ in nasę absconditũ, vt per illud acũ suam uideant, & per hoc situm uidendo periculum euadant. Sic ille uirgines sapientissimè, Matth. 25. Qui habuerũt lumen in lampadibus suis, periculum

maximè

maximè aduersitatis euaserunt in morte. Sic Gedeon,& socij sui. Iudi. 7. In aduersitate inimicorũ vicerunt, quia habuerunt lumen in lagenis, quibus fractis, lumẽ clarè apparuit, quod ante minimè apparuit. Sic, qui habent lumen gratiæ infra lagenas corporum, corporibus aduersitate fatigatis, lumen patiẽtiæ apparet, plus quàm ante apparuit. Si quidem lumen lãpadum plus de nocte, quàm de die apparet. Sic factis corporibus in morte, anima luminosa per
7 gratiam omnes inimicos, de quibus, in Psal. 16. Inimici mei animam meã circundederunt. Et alibi aperuerunt super me os suum, sicut leo paratus ad prædã vincit, & fugat, quia non timebit cum loquitur inimicis suis in porta. In psal. 126. Arbor, ut prædictum est radicata, & purgata, & ostensa, & nauis sic ligata, sic gubernata, sic illuminata, non timebit aduersitates primas, uel secundas: quia quassare, & mouere possunt, sed nõ perdere. Vnde Sene. lib. de Prouidentia. Sicut (inquit) fontes, & annes non immutant saporem maris, sed in suum saporem eos trahit, ita nec aduersitates, quæ sunt quasi aquæ, in psal. 68. Intrauerunt aquæ &c animum iusti non immutant, sed ĩ suum saporem eos trahit,
8 & ibi probatur, sicut pugil in pugna cũ forti aduersario? Vnde Sene. in lib. de constantia sapientis. Quomodo (inquit) quorundam lapidum inexpugnabilis duricia est, nec enim secari adamas, nec cędi potest, sed omnia incurAdamas. rentia retundit: & quemadmodum scopuli in altum proiecti mare fragũt, nec vlla seuicie vestigia ostentant, & quemadmodum quædam consumi flamma non possunt, sic animus sapientis solidus est. Idem lib. 3. de ira. Sicut tela à duro resiliunt, & cum dolore ferientis solida percutiunt: ita qui aduersatur iusto plus seipsum lędit. Ad idem Chrisosto. Omel. 24. ligans ignem in vestimẽ-
9 to suo vestimentum consumit, sic qui insidiatur virtuosis, & qui adamantem percutit, ipse est, qui percutitur, & qui cõtra stimulos calcitrat, ipse est, q stimulatur, sic qui insidiatur virtuosis, gladiatur. Nota. N. 4. 3. Ex quo aduersitates sunt tam vtiles patienter sustinentibus, & uincentibus, vt patet ex prædictis, concluditur, quòd non est contra aduersarios quoscunque murmurandum, sed magis est eis regratiandum, & consentiendum: iuxta illud Matth. 5. Esto consentiens aduersario tuo citò, dum est cum eo in uia, quòd dicit citò est contra eos, qui vsque ad mortẽ murmurant, & odium retinent: citò ergò est consentiendum, propter illud, quod sequitur, ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris, & quibusdam interpositis addit. Et quicunque angariauerit te mille passus, uade cum eo, & alia duo. quære de ista materia in libro Augustini, de uerbis domini. Nota infra. c. de percussione. Nota. D. 9. 25. cum duobus sequentibus.

¶Ambulatio. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Ambulantes semitam ambulent voluntariæ paupertatis iuxta longiorem diæ vitiarum.*
2 *Ambulantes ambulant per semitam lætæ obedientiæ iuxta viam propriæ voluntatis.*
3 *Ambulantes ambulant per semitam continentiæ, & castitatis iuxta viam matrimonij.*
4 *Lunæ conditiones tres.*
5 *Perfecti quomodo sint.*
6 *Ambulãtes per rectas vias sem per eũt, & nunquam regrediuntur, & qui sit terminus rectarum viarum.*
7 *Boni per quas vias ambulent.*
8 *Modus spiritualis ambulationis quomodo accipiatur.*
9 *Ambulantes debent ambulare in bona societate, sãcto, & mundo corde, & sobriè pro temperantiam.*
10 *Ambulantes i bunt cũ viatico eleemosinarum, & specialiter corporis Christi: fugiendo fortiter diaboli minas, & promissa*

promiſſa miniſtrorum eius, & velociter ſicut peregrinus quando non appropinquat.

11 *Ambulantes ibunt ſimpliciter, & perſeueranter.*

12 *Terminus iſtarum viarum, qui ſit.*

AMbula coram me, & eſto perfect⁹. Geñ. 17. Iſta ammonitio facta Abraæ nos omnes includit, quibus ad hoc, vt ammonitio operę impleatur tria ſunt attendēda. Via, mudus, & terminus. Via ambulantium eſt triplex. Conſiliorum mandatorum, & deſideriorum. Prima eſt perfectorū. Secunda bonorum. Tertia damnatorum, ſeu peruerſorum. In prima ambulant pauci, in ſecunda plures, in tertia plurimi. Primi ambulant per ſemitam, ſecūdi per uiam, tertij per uiam deuiam erroris ſui. Circa illos tres primò oſtenditur, quæ ſunt ſemitę perfectorum. Secūdo quis ambulandi modus. Tertio quis terminus. Quarto, quæ viæ bonorum. Quinto quis modus. Sexto quis terminus. Septimo, quæ ſit via peruerſorum. Octauo modus. Nono terminus.

Vitic. 1. ¶Primo dico ambulant. Primo per
1 ſemitam uoluntarię paupertatis, iuxta lōgiorem viam diuitiarum. Citius eñ. & facilius vadit non onuſtus, & minus impeditur in perſequendo diabolum, quia qui uolunt diuites fieri incidunt in laqueum, &c. Et qui confidit in diuitijs corruet. Prouerb 11. Ideo Iudas præcepit ſuis ne ſpolijs inſiſterent, cū Gorgiam perſequi deberēt. 1. Machab. 4. Facilius etiam, & citius tranſit per uiā arctā in termino mortis non oneratus, & ſpecialiter malè acquiſitis, quia facilius eſt camelum tranſire, &c. Sic ergo onuſti dicere poſſunt, illud Iob. 19. Semitam meam circunſepſit, & tranſire non poſſum.

2 ¶ Secundo per ſemitam lætæ obedientiæ. Iuxta uiam propriæ uoluntatis. Per iſtam ſemitam itur ſecurius, ſicut qui uadit in tutela, & protectione, & defenſione principis tēpore guerræ. Et ſicut habens bonum ductorem ignota uia eum gaudens ſequitur. Sic ſubditus prælatum, dicendo illud Mich. 4. Docebit nos de vijs ſuis, & ibimus in ſemitis eius. ¶ Tertio per ſemi- 3
tam continentiæ, & caſtitatis, iuxta viā matrimonij itur citius, & mundius, ſicut peregrinus non inueniēs, quod delectat per uiam, plus ad patriam feſtinat, & ſicut vadens per ſemitam mundam cum minori ſollicitudine, & dolore ambulat, ſic qui ambulat per ſemitā caſtitatis, de qua Eſa. 35. Et erit tibi ſemita, & uia ſancta uocabitur, quia teſte Paulo virgo cogitat, quæ Dei ſunt, vt ſic ſit ſancta mente, & corpore, per iſtas ſēmitas multi promittunt ſe uelle ambulare, dicentes Ambulabimus in ſemitis eius, &c. Eſa. 2. Sed opera uideant, an in 4
illis naturam ſequantur luminis ſolaris, per hoc experimentum cognoſcere poterunt, an promiſſum impleant in opere, quia Prouerb. 4. ſcribitur: Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſque ad perfectam diem. In quo notatur ſecundum, ſcilicet modus ambulandi perfectorum in hoc, ꝙ dicit quaſi lux, ſupple candelę non Lunæ, non ignis, ſed Solis. Non Lunæ di- Tres cō ditiōes
co, propter tres conditiones. Primo, qa Lune.
Luna cum ſit ſolum in ſuperficie lumi noſa: alijs lucet in ſe in profundo interius tenebroſa exiſtens. Eſa. 13. Luna non ſplendebit in lumine ſuo. Viri autem perfecti econtra. Et lucent in ſe interius per bonam vitam, & ſplendēt exterius per bonam famam. Secundo, quia Luna cum fuerit plena ſtatim decreſcit. Iſta ſtulti intelligentes ſe habere aliquam perfectionem, per ſuperbiam decreſcunt. Et ſic ſuperbia bonis operibus inſidiatur, vt pereant. Auguſtinus in regula. Tertio Luna in ſtatu ſuo eſt inſtabilis, in vno minimè perſeuerans. Sic ſtultus, vt Luna mutatur. Eccleſiaſti 27. Sed perfecti creſcunt, vſque ad perfectum diem. Prouerb. quarto. Nec ſunt quaſi lux candelæ quæ alios illuminando

ſeipſam

ſeipſam conſumit, ſic de bonis operibus ſuperbiẽtes. Sed ſunt ſicut lux cœleſtis, quæ ſuper fœda maculam non cõtrahit: ſic nec caſti, & perfecti. Secundo nõ vadit per lineam tortam, ſed per rectam, & breuiorem: ſic pauperes, qui paupertate incipiunt, & terminant, & mediãt & per conſequens uadunt ad modum luminis, per lineam rectam, cuius medium non exit ab extremis. Tertio lux citò mouetur: ſic perfectus obediẽs nescit moram mandatum non procraſtinat, ſecundum Bernñ. Non quærit amba ges. Sed dicit. Pater fiat uoluntas tua, & dirige me in ſemita recta, in pſal. 26. Quanto in luce minima uidentur, ſic in conſcientijs eorum, &c. Quinto Sol à tempore quo oritur, non redit, nec reuertitur donec occidat, ſic nec perfecti nec moriantur. Ideo de ſanctis animalibus dicit Ezech. 1. quòd non reuertebantur cum incederent. Sic ergo iuſto-
6 rum ſemen, quaſi lux. Sequitur. Creſcit non ſic, quod ſeminatur in terra arida, & maledicta, quæ licet recipiat ſemina diuerſarum gratiarum, & omnia annullat, & conſumit: & aquas omnes exhaurit, non ſic irriga, & humida. Heſter. 10. Fons paruus creuit in fluuium, & in lucem ſolemq; conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit. Sed ſicut oculis tenebris aſſuetis grauis eſt in principio lux Solis. Ità mundialibus graue eſt in principio pedes affectionum, & vitę ponere in iſtis ſemitis luminoſis. Sed delectabile erit in progreſſu, & ſecurum. Et exemplum eſt bonum ad hoc deponente pedes in aqua frigida in ęſtate in principio grauatur. Idem patet de tranſeunte de centro rotę ad circunferentiã inter duo ligna: in principio artatur, ſed cõtinuè in progreſſu uia fit largior. Sic prædictæ ſemitę Dei, qui uolẽtibus per eas ire. Prouerb. 4. Promittit, dicens ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non artabuntur greſſus tui.

Artic. 3. ¶Terminus verò iſtarum ſemitarum eſt uita æterna, quia qui ſequit̃ me euntem per prædictas ſemitas, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ dicit dominus, Ioan. 8.

¶Secundi, ſcilicet boni ambulãt. Primo per uiam mandatorum, quia hæc eſt charitas, ut ambulemus ſecundum mandata eius. 2. Ioan c. vnico. Secundo per uiam aliarum uirtutum. Primo per viam pacis fugiendo iram, odium, appetitum vindictę, brigas, diſcordias: ſicut peregrinus mercator, vel uiator quicũque fugit vias guerrarum. Mal. 2. In pace, & in æquitate ambulauit mecũ. Secundo per uiam veritatis, fugiendo piuria, loquacitates mẽdacia, detractiones, & huiuſmodi. Quia maiorem horum non habeo gratiam, quàm ut audiam filios meos in ueritate ambulare. 3 Ioan. c. vnico. Tertio per uiam iuſticiæ, reddendo cuilibet, quod ſuum eſt, 7 ſicut patebit infra. c. de iuſticia, ſuperiori reuerentiam: æquali amicitiam: inferiori gubernationem, iſtę ſunt uiæ rectę? Oſee. 14. Rectę uiæ domini, iuſti ambulant in eis, ergo in uijs iuſticiæ ambula. Prouerb. 8.

¶Modus uerò iſtius ſpiritualis ambulationis accipitur per ſimilitudinem ambulantium corporaliter, cui modo ſatis neceſſariũ eſt, quòd ambulet de die, 8 ſeu de lumine. Sic in propoſito ad patriam gloriæ neceſſarium eſt lumen fidei, & doctrinę. 2. Cor. 5. Ambulamus per fidem, quia ſicut ambulans in tenebris faciliter à ſeductore, qui ſe fingit ductorem ſeducitur. & in omni puteo, & fouea faciliter cadit. Sic ambulantes ſine lumine fidei, & doctrinæ, ſortilegis, & incãtatricibus, & potius ſeductoribus, quàm ductoribus credunt. Secundo in omni fouea peccati facilitèr cadit, quia ideo in peccatum cadere non vetat, quia pœna non credit æternam. Ideoque neſcierunt, neq; intellexerunt in tenebris ambulant, in pſal. 81. Sed ſi quis ambulauerit in die, ſcilicet fidei non offendit. Ioan. 11. Quia lumen huius mundi videt. ¶Secundo, quòd am- 9 bulet in bona ſocietate, ad modũ illorum in Italia in terris guerrarum, qui expectent ſocietatem, ut uadant in numeroſa

Arti. 4.

Arti. 5.

merosa multitudine, & ad modũ mercatorum, qui volũt esse multi in societate, vt si vnus lucretur, omnes lucrẽtur. Et si vnus perdat omnes succurrant, sic ambulant, qui Deum diligunt, & proximum, sicut patebit, infrà c. de dilectione. Ambulate ergo in dilectione. Ephe. 5. Quia væ soli, qui scilicet nec ambulat cum Deo, uel proximo per dilectionem, & ideo cum ceciderit, non habet subleuantem se. ¶Tertio coram domino sancto, & mundo, ambulandum est mundo corde, & corpore: quia qui cum mulieribus non sunt coinquinati, ambulant cum Deo in albis, quia ipse dicit ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabit, In psal. c. Quarto sobriè per temperantiam. Ambulantibus aliquandò datur potus, ut soporati occidantur, & spolientur, sic ebriosis. Spiritu ergò ambulate, & desideria carnis nolite perficere. Gal. 5. ¶Quinto ambulandum est cum uiatico orationis eleemosynarum, & spiritualiter corporis Christi. 3. Reg. 19. Ambulauit in fortitudine cibi illius, vsque ad montem Dei. Sexto prudenter fugiendo diaboli minas, & promissa, & ministrorũ eius, qui niuntur hominem, uel minis, vel promissis, uel blanditijs, vel muneribus de via Dei educere, sicut latro peregrinum ad nemus ad socios, ut spolient, vel occidat. Videte ergò quomodo cautè ambuletis. Ephe. 5. Et si uis scire, quomodo hoc perficere poteris, audi Deum. Prouerb. 9. Relinquite infantiam, & uenite, & ambulate per vias prudentiæ. ¶Septimo uelociter, sicut peregrinus, vel viator, quando nõ appropinquat sic in proposito, non expectando quadragesimam, uel senectutem, vel noctem mortis. Ambulate dum lucem habetis. Ioã. 12. Quia illi, qui nimis expectant, stulti in tenebris ambulãt. Eccles. 11. Fili mi ne ambules cum eis. Prouerb. 1. Ratio, quia ad iudicis tribunal ambulas, ergò non est securum ambulare cum latronibus, ne societate suspendaris, ergò ne ambules cum eis. ¶Octauo simpliciter non fraudulenter, nec adulatorie, claudicando ex utraque parte veritatis, & falsitatis: qa uia dei ita arcta est, quòd talis cedere per eam non potest: sed qui ambulat simpliciter, ambulat cõfidẽter. Prouerb. 10. Nono perseuerantèr, ne interrumpatur uia per peccatum, ne extra viã Dei inueniaris, peregrinus eris, qui vadit quadraginta miliaria, & redit centum, sic nunquàm bonam peregrinationem perficiet. Sic qui uadit uersus cœlũ, per quadraginta dies in quadragesima, qp per totum annum uersus infernum retrocedendo, sicut cancer. Dicat ergo quod dicitur Iob. 16. Semitam per quam non reuertar ambulo. Esa. 40. Ambulabunt, & non deficient.

¶Terminus istarum uiarum est uita æterna, ut de quolibet ambulante per vias istas verificetur, illud Gen. 5. Ambulauit cum Deo, & nõ apparuit, quia tulit illum dominus. Hęc ergo uia ambulate in ea, neque à dextris, neque à sinistris. Arti. 6.

¶Tertij, scilicet peruersi ambulant via desideriorum. De quibus epstola Iudę. c. vnico veniunt illusores secundùm desideria sua ambulantes in impietatibus suis animales spiritum non habentes, &c. Hi ambulant per uiam tenebrosam inuidię penosam iræ, spinosam auaricię, lutosam gulę, & luxurię, periculosam superbię, & accidię. Et hi omnes ambulant post carnem, & concupiscẽtias suas. 2. Petr. 2. Arti. 7.

¶Modus istorum est ambulare uelociter, quia quot peccata succedunt committunt, quasi in tot equis ad infernum festinant. Vt quasi equo gulę lasso succedat luxuria, & sic furtum, & homicidium, &c Et lasso in vno officio minori, aliud maius acquirat, & quasi lasciuus in paruis diuitijs, maiores acquirat. Sic ergo ambulant festinantèr. Sed non securè, & ideo eis contingit, quod contigit cuidam nigromantico. De quo fertur, quòd cũ latro esset cautissimus, vincula carceres, & omnia huiusmodi mirabilitèr euasit. Hic semel captus, & in carcere cuiusdam dominę detentus, quę audiẽs tot mirabilia per eum fieri, Arti. 8. Exemplum.

fecit

fecit cum adduci coram ſe, & queſiuit quomodo ea faciebat, qui dixit ſe habere vnum taxillum, in quo erant tria pũcta, & quando uolo aliquid facere de latrocinijs, & huiuſmodi, proijcio cũ ter, & ſi quidã dixit mihi vadè proijcio eũ iterũ, & ſi tũc dicit mihi uade citò, proijcio eum tertio: & ſi tunc dicit mihi vade ſecure, uado audacter, & domina, quare ergo es tu modo captus, quare taxillis tuis non proieciſti: cui tunc ille, proieci eum, ſed defecit mihi in tertio puncto. Et ſic pro defectu illius puncti, ſcilicet ſecuritatis captus fuit, & ſuſpenſus. Sic mali ad tempus ambulant, & proſperantur, & quia à ſecuritate deficiũt, in fine inuenient, quòd ambulauerunt Arti. 9. poſt vanitatẽ. Et uani facti ſũt. Hiere. 2.

¶ Terminꝰ iſtarũ viarũ eſt mors æterna. De quo Phil. 3. Multi ambulãt quos ſæpe dicebam uobis, nunc autem, & Lẽs dicò inimicos Crucis Chriſti, quorum Deus uenter eſt, quorum finis interitus, & gloria in confuſione ipſorũ, qui terrena ſapiunt. Quibus ergo uidẽtur modo prædictæ viæ bonæ, tunc in tormentis dicent illud Sapientiæ. 5. Ambulauimus uia difficiles, de quibus vijs. 1. Pet. 4. Ambulauerunt (inquit) in luxurijs, deſiderijs, uinolentijs, comeſtationibus, potationibus. Iſtæ uiæ uidentur modo ſuaues, & delectabiles. Sed in fine uidebitur contrarium. Et hoc eſt, quod ſequitur nunc autem obſtupeſcunt, admirantur blaſphemãtes.

¶ Amor. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Amor in generali duplex, & differentia prima inter ipſos amores.*
2 *Secunda differentia inter ipſos amores.*
3 *Conditiones amoris.*
4 *Modus amandi Deum quot requiras.*
5 *Amor quid vltimo expetat.*
6 *Diuerſitas amantium.*
7 *Quid magis mouere nos debet ad Deum amandum.*
8 *Exemplum de quadam muliere, quæ parum amabat Deum.*
9 *Exemplum de quodam ponenti duas candelas accenſas: alterum ad imaginem Dei: alteram ad imaginem diaboli.*
10 *Diſpoſitio ad amandum Deum quomodo intelligatur.*
11 *Diſpoſitio ex imaginatione.*
12 *Subtractio inordinatè amatorũ quid ſit.*
13 *Quomodo experiri poſſimus ſi Deũ amemus per tribulationes.*
14 *In Deo eſt triplex vnitas.*
15 *Commodum amoris primum quod ſit.*
16 *Commodum amoris ſecundum quod ſit.*
17 *Amoris immoderati conditiones.*

AMoris. Primo oſtẽditur diſtinctio. Secundo boni amoris proprietates. Tertio modus, quo Deus eſt amãdꝰ. Quarto motiuũ, quare eſt amãdus. Quinto diſpoſitiuũ, Art. 20. quo eſt amandus. Sexto experimẽtum, quo ſcire poteſt ſi ametur. Septimo, quo modo quis debeat ſeipſum, & proximũ amare. Octauo boni amoris commodũ. Nono mali amoris conditiones.

¶ Quantum ad primum. Amor in ge Ar i. 1. nerali eſt duplex, quidam bonus, quidã malus. Et eſt inter iſtos duplex differẽtia, vna quia bonus incipit hic cũ parua delectatione, & donat ſine fine cum maxĩo auxmẽto. Malus uerò hic incipit cũ breui delectatiõe, & finit in odio æterno. Euidentia ad hoc eſt, de hoc, qđ 1 videtur aliquando, quod carnales amatores ceſſante mortuo amoris, magnũ inter ſe odiũ habent, ergo maius odiũ erit in inferno, vbi omnia mala erunt in ſuis extremis. i. peſſima inter illos, de quibus Sapientię. 15. Malorem amatores, &c. Nota. A. 21. 20. Alia differentia, quia bonus amor animam decorat. Malus difformat. Cuius rei modus, & 2 cauſa accipitur à uerbis Dionyſij, dicentis animam eſſe ſpecularis naturæ. Sicut ergo ſpeculum ad quodcunque ſe uertendo ſimilitudinem eius recipit, & ſimilitudo recepta in ſpeculo ipſum quodammodo ad ſimiluudinem rei repræſentatę Sic amor alicuius rei, ſiue pulchrę,

Digitized by Google

chrę siue fœde, conceptus in aĩa animã trahit ad ſuam ſimilitudinem. Et ſicut intelligitur, illud dictum Dionyſij de cœleſti ierarchia, quòd uidelicet amor eſt aſſimilatiuus, & eſt exẽplum de ferro ignito, qđ quodammodo igni aſſimilatur. Sic anima ignita amore diuino Deo fit ſimilis. De quib⁹ ſic Deo aſſimilatis, dicitur in Pſal. 81. Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi, non natuta, ſed participatione ſimilitudinis. Nota A. 21. 21. Item. A. 23. 6. Item. D. 5. 4 Item. L. 5. 14. Item. M. 11. 28. Item à contrario ſenſu amans diabolum, uel opera eius fit eis ſimilis. Oſeę. 9. Facti ſunt abominabiles, ſicut ea, quæ dilexerũt. Vnde Berũ. Si Deum diligis, Deus es. Si cœlum diligis, cœlum es. Si terram diligis, terra es. Ad idem Linconienſis ſuper Dionyſium, de cœleſti ierarchia. Nihil (inquit) facit mentem impuram niſi commixtio ex inordinato amore, aut amãdo non amandum, aut non ſicut amandum, aut non amando, quod amandũ, uel ſicut amandum. Amor enim amantem cum amato commiſcet, & fortiter
3 amans nominatiuum amati. Vnde cum vilius ſe amat impuritatem contrahit, ſicut aurum commixtum argento. De hoc dicetur. A. 23.

Artic. 2. ¶Iſta differentia ſic habita, reſtat loquendum de iſto duplici amore ſigillatim, & prius de bono amore, cuius proprietates, ſeu conditiones, ſecundùm Dionyſiũ de cœleſti ierarchia. c. 3. ſunt, ſicut proprietas ignis, ſcilicet ſempiterna, & non interrupta mobilitas, caliditas, acumen. penetratiuum, velocitas ſuper feruidum eorum, quæ contingit aſſimilatiuus, & in ſui naturam cõuerſiuus, & ſua ignitione illa igniens purgatiuus, exterminatiuus, & tenebroſitatis, expulſitiuus, & illuminatiuus.

Artic. 3. ¶Modus verò amandi Deum tria requirit, ad hoc ꝙ debite ametur, ſcilicet
4 excellentiam, obedientiam, perſeuerantiam. Primum in affectu. Secundum in effectu. Tertium in vtroque. Sicut patet Ser. lib. 1. cum ſc. ¶Primo ergo amor Dei erigit excellentiam, ſeu principalitatem, ut ametur Deus ſuper omnia, cuius ratio eſt, quia ſi bonum eſt diligendum, ergo magis bonum magis diligẽdum, & maximum maximè. Ideo dicit Matth. 10. Qui amat patrem, vel matrẽ plus quàm me, non eſt me dignus.

¶Secundo in effectu: lingua, & opere mandata eius obedienter implendo. Deuter. 11. Ama dominum Deum tuũ, & obſerua mandata eius. Qui enim dicit amo, & ore iurando, & blaſphemando. uel opere Dei membris nocẽdo cõtradicit mentitur. Ideo dicit omnibus 5
in Petro Ioan. 21. Petre amas me, paſce oues meas, quaſi diceret, oſtendas hoc in opere. ¶Tertio perſeuerantiam, & continuationem in utroque. Quid enim ualet nauem ducere ad portũ, ſi ibi ſubmergatur Ideo Prouerb. 5. dicitur. In amore eius delectare iugiter. Contra primum iſtorum, contra excellentiam iſtã faciunt, qui plus amãt creaturam, quã creatorẽ: data quàm dãtem. Et uocauit amor adulterinus, quia adultera plus diligit maritum propter munera, quàm propter ſeipſum. Et ſunt tales ſimiles. Exemplum.
Cuidam adulterę Pariſius, de qua fertur ꝙ de aſſenſu partium poſita fuit in medio inter maritum, & adulterum, ut ſic eligeret quam partem uellet, quę ſtatim adulterum elegit, quantum ad modum illius in medio inter maritum, & adulterum, ſumus oẽs ſic poſiti inter Deũ, & creaturã in medio, ideſt in libero arbitrio, & amor noſter ſit meritorius. Alij uerò ad modũ adulterę eligũt po- 6
ti⁹ amare creaturã. Alij uerò ad modũ fidelis ſpõſis amãt creaturã. De qb⁹ Aug. de verbis dñi, Ser. 55. Amor mũdi adulterat aĩam. Amor fabricatoris caſtigat.

¶Motiuũ uerò magnũ Deũ amandi Artũ. 4.
dẽt eſſe ꝙ ipſe tm̃ nõ amauit, qđ oſtẽdit per tria ſigna amoris, q̃ ſunt dare, facere, & pati, quorũ ultimũ ẽ certiſſimũ, & maximũ. Maiorẽ hac dilectione nemo habet. Ioan. 15. Dedit nobis multa, ſicut patebit infra. c. de dilectione. Fecit etiam nos, & pro nobis Eccleſiaſtica ſacramenta, & hmõi. Paſſus eſt mortẽ dãs uitã ſuis, & aĩam ſuã pro vita, & aĩa

noſtra. In quo oſtendit ſe quodammodo plus nos amare, quàm ſeipſum, ſicut plus amatur res empta, quàm preciũ datum, cuius amorem circa nos admirando dicere poſſumus, illud Io. 11. Ecce qualiter amabat eũ. Nota. O. 8. 1. & P. 2. 12. Et ergo uicẽ rependamus amando, qui nos ſic amauit. Aliter peiores cane ſumus, qui pro modico pane cuſtodit, & amat dñm tuum. Nota. F. 4. 37. Dando etiam ei, qđ ita care emit, & nõ vilipendere, nec pro modico darè, nec in vanũ animã accipere, quã ita carè emit. Inſuper, & pro ipſo etiã, quin potius ꝓ noſtro lucro ſuſtinere aduerſa debemus. Si eñ amor carnalis, uel ſpes lucri terreni, uel deſiderium habendi gratiã, & amorẽ dñi terreni facit hoĩem omnia ſuſtinere. Multomagis amor verus, oĩa ſuſtinere. Multomagis amor uerus, oĩa ſuffert, oĩa ſperat, & mediante illo martyres uicerunt regna, operati ſunt iuſticiam, &c. Cum quibus ſi tot ſuſtineremus pro Deo quot pro perituris ſuſtinemus, poſſemus eſſe, quod ipſi ſunt. Vnde Augu. de doctrina Chriſtiana. O ſi poſſemus excitare homines, & cũ ipſis excitati, ut tales eſſemus amatores vitę permanentis, quales ſunt, amatores vitę fugientis. Sed heu pauci ſunt, qui non libẽtius, & ſuſtinent, & laborant ꝓ alijs, quàm pro Deo, ſicut patebit infra
8 c. de labore. Et talis etiam modus loquẽdi apud nobiles, vel curiales inoleuit, ꝙ quando vnus vult, & alius præcedat, uel aliud ſimile modi, cum faciat. Dicit primo ꝙ faciat amore Dei, vl matris eius. Deinde dicit ꝓ amore meo hoc facias, & tunc citius cõcedit, &c. Iſtũ modum ſciens quidam pauper religioſus cum
Exemplum. veniret, & peteret prãdium ad portam cuiuſdam nobilis mulieris per ianitorem pro amore ſanctæ Mariæ, & ipſa iterum negante. Tertio remiſit eum petẽs pro amore ſuo. Ipſa tunc cogitans, ꝙ fortè haberet eius noticiam annuit, & ipſo intrante domina mirabatur, quia prius eũ nõ viderat, & in prãdio, & diu poſt expectans, quã amicitiam, uel noticiam prætendere vellet, cũ nihil ab eo de hoc audiret, finalite q̃ſiuit ab eo, quã noticiã eius haberet, qui dixit nullam, quare ergo hodie petiuiſti prãdium ꝓ amore tuo? qui ait, cogitaui, quòd eſſes nobilis mulier, & ſcio quòd nobilis minima petita pro amore, uel timore Dei, ſicut eleemoſynas, & huiuſmodi negãt, pro amore uerò mũdi, uel hominũ magna dãt, & ideo ſic petiui, & ſic obtinui. Vbi. n. dant pannũ integrũ, & cõuiuia magna ꝓ mũdi vanitate, uix dãt tunicã pro amore Dei, ubi multa ſuſpiria, & dolores, & labores ſuſtinent, & intentas cogitationes pro carnali amore, nõ libẽter frangerent, uel ammitterẽt vnã dormitionẽ in mane pro amore Dei, & citius ſurgerent, & irẽt ad eccleſiã, uoluptatũ amatores magis, quàm Dei. 2. Thimo. 3. ¶Quaſi ſimile accidit alteri religioſo me præſente. Cũ peteret hoſpitiũ à quodã diuite? Rñdit oportet nos accipere baliuos, & miniſtros regis ne nobis noceãt, vos debetis recipi à uiris eccleſiaſticis, cui religioſus. Fuit aliquãdo ĩ Italia quidã homo, q̃ omni die portabat ad eccleſiã duas cãdelas: vnam ponebat ante imaginẽ Dei: aliam uerò ante imaginem diaboli, qui ibi erat pictus, ſacerdos uidens hæc frequẽter fieri, mirabatur, credẽs eũ infidelẽ, quæuit ergo ſemel, quare hoc faceret? q̃ rñdit, nõ propter infidelitatem ſicut tu credis hæc facio, ſed vnã pono ante Deũ amore, ut mihi benè faciat: aliã ante diabolũ timore, ne mihi noceat, ſic multi faciunt. Ad hęc. R. 1. 21. 22. Itẽ Ser. 1. 6. Ne ſis ergo peioris cõditionis, quã ille, ſed ſi offers munꝰ, uel recipis hoſpitio vnũ regis miniſtrũ timore, ne noceat, recipe aliũ miniſtrũ Dei, ut proſit, & noli totũ offerre timori, uel diabolo, ſicut multi faciũt, in quibus Dei amor non eſt. De quibus Bern. in quodã ſermone. Non põt (inquit) ignitũ eloquium capere frigidum pectus. Qũo. n. græcè loquentem intelliget, qui græcum non nouit, nec latinè loquentẽ, qui latinus nõ eſt, & ſic de cæteris. Sic lingua amoris ei, q̃ nõ amat barbara erit, erit (inqt) ſicut es ſonãs, aut cymbalũ tinniẽs. Not. H. 5. 8.

Exemplum.

¶Ad

¶Ad hoc ergo ꝙ amet, oportet ꝙ diſcat, & diſponatur, ſicut qui vult intelligere linguã ignotam, & in hoc attenditur amoris Dei diſpoſitiuũ. Iſta autem diſpoſitio attẽditur, & accipitur ad modum diſponẽtis arborem: aut fluuiũ.

10 ¶Quantum ad arborem patet, ꝙ ramuſculi impediunt aſcenſum, & fructum arborum, quibus præciſis, aſcendit, & fructificat. Ita ſi uis, vt amor aſcẽdat ad Deũ præſcinde inordinatos, & carnales, & mundiales affectiones ad terrenã, & nepotes, & huiuſmodi, q̃ veri amoris aſcenſum impediunt. Teſte beato Grego. in quadã Omel. Tãto (inquit) quiſque à ſuperno amore diſiungitur, quãto inferius delectatur. Nota.

11 D. 9 29. Item. M. 11 75. ¶Secunda diſpoſitio de riuulo accipitur ex imaginatione Auguſtini ſuper Ioannem, quaſi ſic. Multi n. amores de corde egredientes ſunt, quaſi multi riuuli egredientes de vno fonte cuius fontis ſi uis, ꝙ riuulus vnus abundet, obtura alios inordinatos riuulos. Exẽplũ cuiuſdã puellæ, de qua

Exemplum. fertur, ꝙ cum amici eam uellent maritare refutauit, dicẽs. Si fuero maritata, oportet, ꝙ maritus habeat partẽ cordis mei, & amoris: & filij, & familia, & diuerſe occupationes alias partes, & ſic minor eſſet pars Dei, qui iuſtè totũ uẽdicat cor, & amorem. Sic etiã obturauit amoris riuulos inordinatos. Magdalena, q̃ teſte beato Gregorio. Os, oculos, crines, vnguenta, & omnia, quæ ſolebat ad inordinatos cõuertere amores: conuertit in dñi amorẽ. Oſculando, lauando, tergendo, & vngendo Chriſti pedes uiuos, & corpus mortuum. Et ideo riuulus ille abundabat, quia teſte Chriſto, dilexit multum, nec mirum, quia riuulus reflectabatur ad ſuum principiũ. Vnde Rern. ſuper Canti. Ser. 30. Magna res eſt amor, ſi ad ſuũ recurrat prĩcipiũ, ſi ſuæ origini reddatur, ſi refuſus ſuo fonti ſemper ex eo ſumat, vnde iugiter

12 fluat. Vide. R. 5 23. ¶Ex quo ſubtractio inordinatè amatorum eſt obturatio malorum riuulorum, & tam vtilis diſpoſitio diuinum amorẽ, nõ debemus murmurare contra Deũ, uel hoiem quemcũque auferentem raniuſculos, arborẽ amoris impedientes, vel inordinatos riuulos obturãtes. Ad hoc, ꝙ auferunt tẽporalia, vel alia inordinatè amata: quia in hoc diſponit nos ad Dei amorẽ. Hoc patet. A. 18. 3. Quia ſicut, qui ſepit terrã ſuã ſpinis, facit peregrinos viã rectam tenere, quia dum ſpinas extra uiam ſentiunt ad uiam feſtini redeunt. Rectè ſic Deus facit in opere, ſicut talibus fatuis amatoribus minatur. Oſe. 2. Qui dicũt ſicut ibi cõtinetur. Vadam poſt amatores meos, qui dãt panes mihi: & aquas, lanam, & linum, oleũ, & potũ. Propter talia multi ſequuntur lecatores adhuc, ſequitur. Propter hoc ego ſepiã uiã ſpinis, & ſequetur amatores ſuos, & nõ apprehendet eos, & quęret eos, & non inueniet. uel quia eum derelinquunt, & aliàs accipiunt, ipſa contenta: uel quia moriuntur, ſequitur. Dicet uadam, & reuertar ad uirum meum priorẽ, quia benè mihi erat, tũc magis quàm nunc. Ecce qũo ſpinæ extra uiã faciũt viã q̃rere. Pſal. 82. Imple faciem eorũ ignominia, &c. Nota. B. 4. 16. Itẽ. C. 1. 16. Itẽ. G. 1. 16.

¶Experiri poteſt, quis multiplici via Artic. 6. ſi ſic Deũ amet. Vna ſi amat, quæ Deus amat, & odit, quę ipſe odit: quia hęc eſt conditio amantium, ſecundùm Philoſophum in Ethicis, lib. 9. Alia ſi proximum amat, dicitur enim, qui me amat, canem meum amat. Nota. A. 21. 16. Itẽ. 23 8. Item. D 9. 14 Si ſeruas eius mãdata, ſi peccare dimittis amore. Verbi gra. Cogita quaſi ſic eſſet, ꝙ Deꝰ nullã pœnã infligeret peccatoribus, nec eſſet uerecũdi mũdo, ſed æquè p̃miaret cũ iuſtis, & ꝙ tũc dicat tibi ſic. Rogo te pro amore meo, ſerua mã data, & noli peccare: & ſi ſic poteſtis inuenire in corde, ꝙ iſto mõ dimitteretis malum, & faceretis bonũ: experimẽtũ eſt, ꝙ nõ timore, ſed amore Deo ſeruitis, & ille ſolus beatus eſt, & Deo placens, qui hũc modũ hẽt: dñi eñ terreni non amant ſeruos cum murmure, & flectu ſeruientes, nec ſolũ ad oculũ ſeruientes, q̃ſi, ſcilicet uidẽtur. Ita nec Deus, ſed illos, qui amando ſer-

mūr,qui etiā ſi pēnā euadere poſſēt,nō peccarent.De quibus Tullius 3. de officijs. Si (inquit) Deus hominesq, zelare poſſemus,nihil tñ auarè, nihil iniuſtè,nihil libidinosè faciendū eſſet.De his uerò,q non iſta intentione pctm vi
13 tant. Inducit fabulā de quodā paſtore,
Exem- qui inuenit anulū,quo factus eſt inuiſi
plum. bilis,per quem occultè occidit regē Lidiæ, & amicos eius,& p theſauros ſuos, quos occultè occupauit per anulū ſuū factus eſt rex Lidiæ, hunc tñ (inquit) Tullius, ſi habeat ſapientiā, nihil plus ſibi licere putet peccare,quā ſi nō haberet,honeſta.n.bonis viris, & nō occulta quæruntur.Ergo ex affectu,& operibus experimentum amoris Dei capiendum eſt.Quia teſte beato Gregorio, in Homel.de ſpiritu ſancto. Amor Dei operatur magna ſi eſt, ſi autē operari renuit amor non eſt. Nota ad hoc experimentum, infra.c.de dilectione.

Artic.7. ¶De amore uerò ſuijpſius carnali nō oportet multa dicere,quia homines ſatis proni ſunt ad amandum ſeipſos,etiā cum multa mala ex hoc ꝓueniāt.Quia talis nō ieiunat,non uigilat,& ſic aīam tuā multi odio habent, quia qui diligit iniquitatē,odit animam tuam.In teipſo debes amare fidē, ſicut peregrinus lucē.Sapien.8.Hanc amaui.Secūdo mundiciam, ſicut oīa exteriora amas mūdi, Iudith.15. Confortatum eſt cor tuum eo,quod caſtitatem amaueris.Tertio iudicium, & iuſticiam, Pſal.36 Dominus amat iudiciū. Sed heu multi ſeipſos nō amant,ſicut patet.F.1.25.Proximus verò eſt amandus Amicus in Deo, & inimicus propter Deum. Amor.n.eſt uis
vnitiua,ſicut patet.T.1.7.ſm Dionyſiū, quia habet uiuere homines cum Deo, & etiā inter ſe.Et in hoc aſſimilat amor homines Deo.Et hoc eſt,qđ ait, vt ſint vnum, ſicut & nos.In Deo autem eſt triplex vnitas,ſcilicet, ſubſtātiæ ſeu naturæ,amoris,& operationis ad extra. Sic inter omnes, inter quos eſt vna natura
14 ſpecifica,deberet eē vnitas amoris,oris, & operis.Qui detrahit,nō habet vnitatem oris,Qui alium ſpoliat, non habet vnitatem operis, nec tales ſunt mēbra corporis Chriſti,& eccleſiæ,quia vnum aliud non lædit: immò tanta eſt vnitas, quod vnum membrum reputat ſibi fieri,quod alteri fit,ut ſi pes lædatur,os cō quæritꝫ, & clamat ac ſi ipſi hoc feciſſes, Si etiam lauetur pes, uel bonum aliud ei fiat,os regratiatur,ac ſi ei fieret Sic inter mēbra Chriſti cogitandum eſt in ſignum,cuius noſtrum caput Chriſtus reputat ſibi fieri,quod ſuis mēbris fit, dicens, quod vni ex minimis meis feciſtis,Matth.25. Sic etiā reputant mēbra hæc capiti, & corpori coniuncta. Vnde Paulus.2.Corin.11.Quis infirmatur, & ego non infirmor, quis ſcandalizatur, & ideo nō vror? &c.Et eſt iſte amor ꝓximi, tam neceſſarius, quòd ſine illa, nec ducit ad uitam ieiunium, vel eleemoſyna, uel quæcunque oratio, quia hæc omnia malus facere poteſt,amare inimicum non poteſt, beatus ergo, qui amat,& amicum in te,& inimicum propter te,dicit Auguſtinus li.confeſſ.Sed requiritur, quòd iſtum proximi amorem ore, & opere oſtendas. Exemplo Dei, de quo Deuter.10.Dominus amat peregrinum, & dat ei uictū, & veſtitū.

¶Commodum uerò iſtius amoris eſt duplex temporale,& æternum. Primū Arti. 8. attenditur quantum ad corpus, & etiā 15 animam ſi multipliciter.

¶Primo, quia facit omnes labores iſtius ſeculi leues, & omnia mandata Dei,& ſuperiorum, & omnes afflictiones, & pœnas temporales, & omnia martyrij genera facit leuia. Vnde Auguſtinus, de uerbis domini. Omnia ſæua,& immania, leuia, & prope nulla facit amor.Item d.decreta. de pœ. di.2. Si quis ſemel.Si (inquit) Deū amamus, omnia difficilia, & aſpera perficimus. Item Auguſtinus,de moribus eccleſiæ, cōtra Manicheos.li.1.Nihil durū, atq; ferreū,qđ nō amore uincatur.Idē li.13. confeſſ Verus amor non ſentit amaritudinem,ſed dulcedinem,quia ſoror amoris dulcedo eſt, ſicut ſoror odij eſt amaritudo Qui enim amat,non laborat. Omnis enim labor non amantibus

grauis

grauis eſt, ſolus amor eſt, quod nomen difficultatis erubeſcit. Hæc ille Vide. G. S. 13. 9. ¶Secundo aliud commodum confert amor, ſcilicet pacem. Sicut eſt præſente patre, & matre filij, & filiæ pacem inter ſe habent, quibus mortuis inter ſe litigant, & pugnant pro diuiſione
16 hæreditatis, & mobilium. Ita præſente amore fideles inter ſe pacem habent.

¶Tertium eſt, quia eſt bonus theſaurus pauperum, qui ditat ſine labore magno. A peregrinatione poteſt ſe homo excuſare, quia eſt debilis. A ieiunio, qa infirmus. Ab eleemoſynis, quia eſt pauper. Sed, quòd non poſſit amare, nullus allegare poteſt, ſicut patet. D. 9. 12 niſi propter cor peruerſum. Pōt ergo amare ſi vult. Et ſic eſſe in anima dulciſſimus, ſi vult. Ideo dico ditiſſimus. Primo, quia prouerbium eſt, quòd ille eſt diues, quē Deus amat, ſicut patet Ioan. 16. Pater ipſe amat vos, quia vos me amaſtis. Secūdo, quia bonus non uenderet amorem Dei pro toto mundo, ergo plus habet quàm totum. Multum ergò dilatatur amore domus cordis, quæ p ipſum plus recipit, quàm totum mundum, & etiā ipſum infinitum Deum, & amicos, & inimicus, ubi in corde malorum propter eius artitudinem nō recipitur, niſi amicus. Et ille adhuc, niſi dimidiæ, ſcilicet corpus, quia ſolum corpus diligunt, nec mirum, quia edificator iſtius domus amoris eſt Deus: cœmētum charitas, ſicut patet Ser. 77. 4. Fundamentum fides, rectum ſpes, columne aliæ virtutes. Hæc eſt domus domini firmiter ædificata. De qua Bern. lib. 5. de cōſideratione, dilata amorem tuum ad inimicos, & latitudines tenes. Ama per ſeueranter, & longanimiter, & longitudines habes. Sic ergo dilata locum tentorij tui. Secundo modo amor affert cōmodum æternum. Primo, quia ad hoc diſponit. Secundo, quia hoc adducit. Primo ad hoc diſponit, quia facit nos peccata noſtra, & aliorum miſerias lacrimare, quia ſicut ex abundantia ignis ola eructuat aquā, ita homo amore ſuccenſus eructuat, & emittit lachrimas. Sic Magdalena, quæ amore ſuccenſa fuit, flere inter conuiuas non erubuit. Secūdo, quia ad hoc perducit, ſicut eſt calor Solis humores ſurſum trahit, ita amor Dei, & proximi amatores ſurſum ad Deum trahit, hic qui conuerſationē, & deſiderium, & poſt per fruitionem, & adeptionem. Iuxta illud Poeticum. Trahit quemcunque ſua uoluptas. Et ratio, & modus iſtius tractus, patet ī triplici exemplo. Primo in his, quæ ſimul ligantur, quando aliquid alteri rei fortiter ligatur ad locū quo mouetur: illud cui ligatur, oportet ligatum ſequi. Spiritualiter et fortiſſimum vinculum eſt amor. A. 21. 13. & 30. Cui ergo amore ligamur, oportet quod illud ad locum ſuum ſequamur. Cum ergo locus diaboli ſit in inferno, Dei autem in cœlo, & patet. Secundo per exemplum decapite, & de membris. Membra enim caput ſequuntur, membra Chriſti, vt ſupra dictum eſt, efficimur amore, ergo ipſum ſequamur in gloriā. Sed ad hoc prius neceſſe eſt, vt eum ſequamur pedibus duobus, ſcilicet amore Dei, & proximi: quia iſtę ſunt duæ alæ, & duo pedes, quorum vno per iram, uel inuidiā in fracto eum ſeq. & cum ipſo gloriam intrare non poſſumus, quia claudus in Dei lege prohibetur tēplum Dei ingredi, ut Deo offerat, Leui 21. Et habetur ēt di. 49. Hinc etenim. Tertio per exēplū in ponderibus arborum. Vbi enim inclinatur pondus arboris abſciſſa illuc ſequitur, & ad illam uadit partē. Sic vbi inclinatur amor noſter illic in morte abſciſi ſequamur. Quia ſecundum Auguſtinū, q̄ in corporibus pondus, hoc in ſpiritualibus amor. Punderibus (inquit) ſuis aguntur oīa, & loca ſua petunt pōdus meū, amor meus illo feror, quocūque feror. Hæc ille li. 13. confeſ. eſt ergo iſte amor vtilis, qa ſicut ramus ſine humore, vel ab arbore abſciſus nō fructificat, ſed in igne ponit: ita opera noſtra, & vita noſtra, niſi humorem habeat amoris. Vnde Chriſoſtomus, quod humor in arboribus, hoc amor in operibus. ¶Amor uerò inordinatus, ſiue Arti. 9.

mundialis, ſiue carnalis multas conditiones, & effectus malos habet.

¶Primo habet conditionem canum, canis enim aſſiſtens comedentibus diligenter eos intuetur, donec quòd optat recipiat, quo habito dorſum uertit. Ità multi ſe habent, quo ad Deum, & quo ad alios amicos. Quo ad Deum patet in iuuenibus ſcholaribus, & pauperibus, & communiter in omnibus innocentib⁹, qui antequàm ditentur, ſunt deuoti eccleſias frequentando, orãdo, multa Deo promittendo. Sed incraſſat, impinguati, dilatati, derelinquunt Deum factorẽ ſuum. Deut. 32. De quibus Baruth. 2. Aduertent ſe à dorſo ſuo. Eze. 8. Dorſa habentes contra templum. Et filios nutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Eſa. 1. Quo ad alios etiam amicos idem patet, quia diligenter eis nitũtur placere in loquendo, in ſeruiẽdo, dum emolumentum ſperant, & vſque teſtamentum condatur, quòd ſint certi de parte ſua, infirmũ diligenter, & frequẽter uiſitant, quo mortuo citò obliuioni traditur. Vnde pſal. 30. Obliuioni datus ſum, tanquàm mortuus à corde. Amor enim iſtorum Lunæ aſſimilatur, quę ſolum remittit radios ex parte illa, qua ſolis radios recipit, & ſolummodo dum recipit. Ita iſti dum beneuolentiam, recipiunt, vel recipere ſperant, & ſolummodo ad illos beneuolentiam oſtẽdũt. Pſal. 48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. De talibus plura dicentur, infra. c. de gratitudine. De quibus Paulus 2. Thimo. 3. Erunt homines ſeipſos amantes, &c. De hoc. 11. 17. & A 27. 22. & C. 1. 16. & C. 4. 24.

¶Secundo habent conditionem cæci, quia ſicut cæcus non benè diſcernit intuetur pulchrũ, & fœdum, ita nec iſti. Vnde, uerſus. Si quis amat ranam, ranã putat eſſe dianam.

¶Tertio habent conditionem occultę crudelitatis, quia ſicut amant corpora, ut animæ cum corporibus inæternũ damnentur, ſicut amant filios, & nepotes, vt ad mundiales honores malis medijs uelut lucifer, & fumus aſcendunt: & de breui honore ad æternum horrorem, quia qui amat periculum, peribit in illo. Eccleſiaſtici. 3. ¶Quarto habet ſecum ſemper annexam pœnam, quia famem, & deſiderium: ſicut idropicus potum, quia quanto plus habent, tanto plus cupiunt, quia auarus non implebitur pecunia. Et qui amat diuitias fructũ nõ capiet ex eis, Eccleſiaſtes. 5. ¶Quinto inducit paupertatem temporalem, & æternam. Prouerb. 21. Qui diligit epulas, implebitur egeſtate, & qui amat vinum, non ditabitur. Nihil ergo iniqus, quàm amare pecuniam. Eccleſiaſtici. 3. Id eſt terrena, & carnalia, ex quorum amore mala ſequuntur. Ex iſtis duobus amoribus, & eorum cõditionibus prędictis, elicitur vna concluſio, quam ponit Auguſtinus de ciuitate Dei. lib. 15. Duas (inquit) ciuitates duo faciunt amores; Hieruſalem facit amor Dei; Babiloniam facit amor ſeculi, ſicut patet, Ser. 52. 5.

¶Amicitia. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Amicitia triplex.*
2 *Reijcitur amicitia vtilis.*
3 *Quæ ſit prima differentia inter amicos.*
4 *Quæ ſit ſecunda differẽtia inter amicos.*
5 *Quæ ſit tertia differentia inter amicos.*
6 *Exemplũ de quodã captiuo petenti auxilium ab illis, quos hæredes inſtituerat.*
7 *Qui ſit amicus fidelis.*
8 *Bona opera poſſunt appellari amicus fidelis.*
9 *Mali amici, quibus comparentur.*
10 *Exemplum pro amicitia Dei.*
11 *Exemplum de quodam videnti aliquos in crucem ſublaturos, & ad ſimilitudinem Chriſti, eorum ſupplicia ferre cupienti.*
12 *Exemplum de duobus amicis, fidelibus.*
13 *Mala, quæ Deus amicis ſuis contingere promittit, bona ſunt.*
14 *Deus amicis ſuis maximopere conſulit.*
15 *Quibus mediȝ ad Deum peruenire valeamus.*
16 *Quo conȝcere poſſimus eſſe gratas Deo.*

17 *Quæ*

17 *Quæ sint conditiones falsæ amicitiæ carnis.*
18 *Quomodo cognoscere possemus falsos amicos.*
19 *Amici carnales quibus comparentur.*
20 *Exemplum de carnali, & ficto amico.*
21 *Quod periculum imminet illis, qui malos amicos sibi conciliarunt.*
22 *Quæ sit causa maxima omnium malorum quæ fiant in mundo.*
23 *Amici huius seculi inimici Dei sunt.*
24 *Qui grauius peccet vel qui peccatorem in amicum conciliauit, vel qui non ei contradicit.*
25 *Amicitia malorum non est concurabilis.*
26 *Malorum amicitia in morte maximo cū dolore separatur.*
27 *Odium maximum esse post mortem inter illos, qui inordinatè in amicitia vixerunt.*
28 *Malorum societatem damnosa esse ratione demonstratur.*
29 *Quomodo puniatur malorum socij.*
30 *Malos hæreditate cælesti ex hæredari posse.*
31 *Quod remediū adhiberi debeamus cū malum amicum cōiunctum habuerimus.*

Art. 20. AMicitiarum, seu amicorum. Primo ponenda est generalis distinctio. Secundo ostendenda differentia multiplex inter Dei amicitiam bonam, & mundi, vel carnis amicitiam falsam. Tertio, quę vtilitas ex Dei amicitia proueniat. Quarto per quę media, seu auxilia ad Dei amicitiā attingere possimus. Quinto, quo experimento cognoscere aliquo modo possimus, si eius amici fuerimus. Sexto ponendæ, sunt conditiones amicitiæ falsæ. Septimo periculum. Octauo finis. Nono pœna. Decimo remedium.

Art. 1. ¶Ratione primi est sciendum, quòd
1 amicitia secundùm Philosophum. 8. Æthicorum est triplex, videlicet. Vtilis, qua diligit quis sua propria, & hæc est mundi. Secunda delectabilis, & ista est carnis. Tertia honesta, & hæc est Dei, & bonorum. Et est magna differentia inter duas primas, & vltimam. Et quia quot in primis inueniuntur infidelitates, amaritudines, & falsitates, tot in tertia inueniuntur fidelitates, & delectationes.

¶In prima enim inuenitur infidelitas, & ingratitudo: quia dum amicus, quem diligere dicunt est in prosperitate, dum etiam lucrantur ab eo, uel lucrari sperant, amicitiam ore ostendunt, sicut patet, Ser. lib. sexto. Sed istis deficiētibus paupertate, vel morte superueniente amicitia illa apparens, & non existens cessat, & extinguitur. De quibus Ecclesiastici. 7. Et amicus socius mensę, & non permanebit in die necessitatis, id est in die paupertatis, vel 2
mortis. Ideo prouerbium est apud gallicos, quòd pauper, & mortuus non habent amicos, & ratio est, quia cessante causa, cessat effectus. Sed in ista amicitia diuitiæ, uel lucrum sunt causa amicitiæ. Iuxta illud Prouerb. 19. Diuitiæ addunt amicos, ergo ipsis cessantibus, cessat amicitia. In secunda uerò frequenter est amaritudo, quia qui diligunt, non diliguntur. Et ratio est, quia nō est eadem causa dilectionis ex vtraq; parte, quia vnus diligit propter delectationem, & talis dum durat, diligit diligenter, & feruenter. Sed reamatur propter vtile, & ideo solum apparenter amatur, vt prędictum est, & in præsentia, qui in absentia deridetur, & damnatur. De hoc Ecclesiastici. 6 Est amicus, qui conuertitur ad iniuriam. Sed Deus semper diligit. Omni (inquit) tempore diligit, qui amicus est. Prouerb 17. contra defectum in prima amicitia, ipse etiam, dicit Prouerb. 8. Ego diligentes me, deligo contra defectum in secunda. Amico ergo fideli nulla est comparatio. Et non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius. Ecclesiastici. 6. Et vt ista differentia clarius videatur, plura adducenda sunt exempla ad propositum, ostendendum conuenientia.

5 ¶Primo ergo differentia iſta videri poteſt ex differentia actionum recipiẽtium peregrinos ad hoſpitium ex vna parte, & patris eoſdem recipientis domum redeuntes ex alia parte. Illi enim hoſpitarij in multis partibus hilariter occurrunt peregrinus, & eos ad hoſpitia ſua diligenter inuitant, & trahunt: & multa eis delicata promittunt, pulchrè loquuntur comedentes, & bibentes, ridentes, & ludentes cum eis, vſque veniatur ad computum, in quo aliqui illorum, vel dimittunt, quod habere poſſunt, & ipſis procedentibus amplius de eis non curant. ſed nouis occurrunt, & idem eis faciunt, quod fecerunt prioribus. Sed cum redeunt de peregrinatione ad patrem, ipſe non ſolũ recipit eos eos pro vna nocte, nec vt burſam illorum exhauriat, ſed ad reficiendum, & ad hæreditatem imperpetuum poſſidendam. Ita ſeruit mundus, & mundiales amicis ſuis, & etiam multi ſerui, & miniſtri dominis ſuis quandiu habent aliquid expendere habebunt multos miniſtros, & ſocios eis applaudentes, & ad conuiuia, & tabernas ducentes. Sic Chriſtus multos habuit ſequaces, quando eos pauit, ſed non ad mortem. Ita nec iſti cum uenerint ad computum mortis. Et dicetur eis, redde rationem villicationis tuæ, quilibet accipit, quod poteſt, & ipſis recedentibus, & cito oblatis, nouis occurrunt, & ſimili modo eis ſeruiunt. Sed pater noſter, qui es in cœliſ, multo aliter recipit amicos ſuos de peregrinatione redeuntes, dicendo, uenite omnes, qui laboratis, &c. Matth. 11. & iterum. Venite benedicti, &c. Matth. 25. Et regnum eius reg. &c. ergo in amicitia illius delectatio bona. Sapi. 8.

4 ¶Secundo hæc differentia perpendi poteſt ex differentia locutionũ, & operationum iſtorum curialium, ſeu adulatorum ex vna parte, & patris ex alia. Primi habent talem modum loquendi. Sum totus veſter ad uoluntatem, & ſemper paratus ad ueſtrũ obſequiũ. & iſtud hoſpitium, & omnia, quæ in eo ſunt, ueſtra ſunt ad uoluntatem pręcipiatis, & petatis hic quicquid uolueritis, ſed ad quem effectum ſunt iſta uerba, pro certo ſi peteret aliquando duodecim denarios cum eſſet in paupertate, & miſeria, uel non daret, uel de petitione grauaretur non eſt peius donũ, quia ſic dat; uel offert homini exiſtenti in bonis: cuius amicitiam pulchris uerbis quęrit, cuius etiam amicitiam videt ſibi ratione ſtatus, quem tenet, poſſe valere ſi cadat in miſeriam, de qua nõ eſt ſpes, quòd reſurgat, nec dabit ei aliud, nec offert. Sed pater bonus non ſic, ſed cum filio, quem uidet ad malum, & ſuperbiam inclinatum, rigidè loquitur, ne de eius confidens ſupportatione peccet, vel etiam, ut errores ſuos corrigat, & ſanetur. Exiſtenti tamen in miſeria, pietate paterna pro poſſibilitate ſuccurrit. Ita mundus homini exiſtenti in potentia, omnia delectabilia offert, argentum, & aurum, equos, & canes, & huiuſmodi, ſed homine exiſtente in mortis miſeria, omnia aufert, ſed non ſic Chriſtus, ſed amicis hic rigidum ſe oſtẽdit, & durè permittit tractari, ſicut patet de omnibus illis, quibus dixit vos amici mei eſtis, ſed in mortis, & infirmitatis miſeria, eis ſuccurrit, eoſque ab omni miſeria, & infirmitate ſanat. Rectè ergo de eo dicitur Eccleſiaſtici. 7 Amicus fidelis medicamẽtum eſt uitæ, & immortalitatis, & qui metuunt dominum inuenient illum,

Exemplum. 5

¶Tertio hæc differentia patet exemplo, quod fingit quendam habuiſſe quatuor vicinos, quorum trium multum affectabat amicitiam, ſed quarti parum, vel nihil. Venit ergo ad primum quærens quomodo eius poſſet amentiam comparere? Qui reſpondit amicitiam meam habere non poteris ſine magno labore, & ſolicitudine labora re ergo pro me fortiter, & fortè poteris meam amicitiam ad tempus obtinere, q libent̃ conceſſit. Scds ſimiliter requiſitus reſpõdit, mihi des munera, & ueſtes, & fortè me poteris ad tps obtinere. Tertius requiſitus rñdit fac quicunque

tibi

tibi dixero,& ad tẽpus ero amicus tuus, teque iuuabo, qui omnibus annuit. Quartum vero requirere non curauit. Iſte uero poſtea à rege citatus pro proditione,quam fecerat. Venit ad primũ amicum, pro quo tantum laborabat,petens conſilium,& auxilium pro toto labore ſuo,qui reſpondit proditorem regis nolo in domo mea retinere, ſed te ejciam,& ſpoliabo:ſolummodo tibi relinquens pannum,quo mortuus, vel à rege occiſus inuoluaris. Triſtis ergo venit ad ſecundùm cui multa dederat, auxilium inquirens,qui ait. Regis proditor eſt ad mortem,quam meruit conducam,aliud à me non habebis, quare te antea melius non habuiſti? Tertius vero requiſitus dixit, regis proditorem in patibulo, ſicut meruit ſuſpendam. Quartus verò, ut proditorem liberaret mortem ſuſtinuit. Primus amicus eſt mundus,id eſt,quæ in mundo continẽtur,ſicut diuitiæ,honores,magna potentia,& huiuſmodi:pro quibus acquirendis,homo laborando ſeipſum cõſumit. Secundus,amici ſunt carnales. Tertius diabolus. Quartus Chriſtus.Pro cuius amicitia multi parum uidentur curare, quia modicum pro ea,uel laborant,uel dant, & tamen ipſe pro amicis ſuis mortem ſuſtinuit, ut eos à mortis periculo liberaret,in quo omnes prædicti amici, ut exemplo poſito patet, ſuum amicum delinquunt. De quolibet ergo illorum verificatur, illud Eccleſiaſtici. 6. Eſt amicus ſecundùm tempus, ſ.& non permanebit in die tribulationis.Simile fingitur de quodam potente, q̃ habuit ſeruum incarceratum,qui mortem meruit, niſi daret magnam redemptionẽ, ſicut patet, Sermo.57.8. Hic vero prius dederat cuidam amico magnam hæreditatem. Alteri vero dederat multa mobilia. Tertio magnam amicitiam oſtenderat,conuiuia,& feſta faciendo. Miſit ergo ad primum pro adiutorio, cui reſpondit ſi ego pro tua redemptione hæreditatem venderem, quam mihi dimiſiſti, ſeu dediſti eſſem mendicus, & ſic ambo pauperes eſſemus, melius eſt, ꝙ tu moriaris. Secundus etiam reſpondit, ego plus bonis indigeo, quàm tu; quia habeo me, & uxorem, & filios, & familiam ſuſtinere. Tu uero es ſolus indigẽs,melius eſt ergo,ꝙ tu indigeas, quàm omnes nos, ꝙ faceremus,ſi mobilia illa tibi modo darem. Tertius vero de morte eius doluit dans ei ſolas lachrymas cum oris, & manuum lamentatione. Filius uero illius potẽtis apud patrem ipſum liberauit. Seruus iſte in carcere detentus, eſt anima miſera in Purgatorio detenta. Primus amicus eſt hæres, cui hæreditatem dereliquit. Secundus,executores.Tertius amici carnales, & conſanguinei, & huiuſmodi. Ab iſtis vero petiuit adiutorium.Iob.19. dicens: Miſeremini mei, miſeremini mei,ſaltem uos amici mei. Primi enim amici & ſi ore non dicant, corde cogitant, ſicut exemplo continetur, licèt enim pater dimiſiſſet eis decem carrucatas terræ,non darent unam pro patris liberatione,ſicut euidenter oſtenditur. A.12. 53. Qui enim non reddit, quod pater,& ipſe iniuſtè detinent,ſed potius eum patre idem iniuſtè detinendo ad infernum ire eligit, quando quod iuſtè retinere poteſt pro patris daret redemptione. Secundus amicus etiã cogitat, ſicut prædictum continet exemplum. Tertius verò plãgit digitos cõplicãdo, & dicendo,heu ꝙ talem perdidi amicũ, & ſic nõ damnum amici, ſed proprium plangit,& ideo producunt de oculis lachrymas,ſed nõ de burſa eleemoſynas. Sed melius eſſet, ꝙ digitos aperirent eleemoſynã dando,quã complicando:ꝙ os aperirent orando,quàm plorando:ꝙ etiam de burſa educerent eleemoſynas, quàm de oculis lachrymas. Nota.M.11. 147. Quartus amicus eſt Chriſtus Dei filius, in quo melius eſſet confidere, quia ipſe proregit in ſe ſperantes. Eccleſiaſt.6. Amicus fidelis protectio fortis, qui autem, inuenit illum, inuenit theſaurum. Simile his fingitur ad idem quodam modo de libro Barlaam.De quodam, qui habuit tres amicos,quos dilexit multum, & quarum, quem,

6

7

Exemplum.

quem dilexit modicum, & uolens eos probare: uenit ad primum portans porcum in ſacco mortuum, dicens ſe portare hominem, quem occiderat, &c. qui ſtatim eum de domo eiecit, tantum panum ei linteum dabat. Secundus dixit, ꝙ potius faceret ei conductum ad patibulum. Tertius dixit: ꝙ eũ fortiter coram iudice potius accuſaret. Ad quartũ verò, quaſi timidus, & immeritus venit, qui promiſit ꝙ coram iudice pro eo loqueretur. Iſtè quartus amicus poteſt dici eleemoſinæ, ieiunia, & orationes, & alia bona, quæ mortuum coram iudice ſequuntur. Apoc. 14. Opera enim illorum ſequuntur illos. Et ei, qui hic ea dilexit, ibidem maximam oſtendent amicitiã. Primus, vero amicus eſt mundus. Secũdus, parẽtes, & amici carnales. Tertius, diabolus, qui in hoc peccatori amicitiã oſtendit, quia eum ad delectabilia trahit, & fouet, dicendo, fac quod delectat audacter, Deus eſt miſericors, adhuc iuuenis es vel ſanus, & fortis, & poteris confiteri, & iuſtum modum tentandi habuit in ſeductione primi parentis, dicendo, nequaquam moriemini. Vnde beatus Grego. 24. Moral. citò poſt principium, ꝙ (inquit) in paradiſo egit, hoc quotidie antiquus hoſtis agere non deſiſtit, &c. Sicut patet, Ser. 147. 12. Et ſicut nititur ſanos ponere in præſumptione, ita morientes nititur ponere in deſperatione, improperando, & ei omnia peccata, quę fecit oſtẽdẽdo. De quo, Eccl. 6. Eſt amicus, qui odium, & rixam, & conuitia denudabit. Nota. C. 6. 52. Et. D. 2. 5.

9 Item, Ser. 86. 7. Ex his prædictis patet magna differentia inter amicitiam Dei veram, & falſam. Patet etiam ꝙ prędicti tres amici falſi, ſcilicet, mũdus, caro, uel carnales, & dęmon ſimiles ſunt latronibus, qui fingunt ſe amicos, quaſi uolentes ſecuritatem peregrinis oſtendere, & præſtare, ſed quando ad paſſum periculoſum venerint. Vbi credunt ab eis plus iuuari, ſi neceſſitas occurrat. Et ubi plus de eorum ſocietate confidunt, & gaudẽt, ibi inſurgunt cõtra eos, & eos ſpoliant. De quibus, Pſal. 37. Amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt. Et qui iuxta me erant de longè ſteterunt, & vim faciebant: ſupple ad ſpoliandum, & ad placitandum, & litigandum pro bonis meis. Nota A. 25. 11.

¶Reſtat tertio oſtendere, quæ utilitas bonis proueniat ex amicitia Dei, & bonorum uirorum. De utilitate verò amicitiæ Dei in parte, patet ex prædictis exemplis, quę tamen ut clarius videatur, addenda ſunt exempla alia. Et primo illud Valerij, lib. 4. De duobus amicis, quorum unus à quodam iudice morti adiudicatus eſt. Alius verò a iudice pro amico iudicato inducias mortis, petijt & obtinuit ad certum diem, ut interim de anima, & de rebus diſponeret, obligans ſe ad moriendum pro eo, niſi die rediret determinato. Cum ergo illo die mane non rediret, feſtinus ſe morti obtulit, vt ſocium liberaret, dicens, nõ venit me interficite, ut conuentum eſt, & alijs deridentibus, & diſuadentibus, & dicentibus expecta, melius eſt pauſare, adhuc ante mortẽ uenire poteſt. Reſpondit, ſcio, ꝙ non ueniet. Et ideo vellem prius mortem ſuſtinere, ut eum liberarem. Ipſo vero morti adducto obuiauit alius & ipſis inter ſe altercantibus, & dicentibus, ego debeo mori. Iudex eorum videns fidelem amicitiam, vtrumque à morte abſoluit, rogans ꝙ poſſet eſſe tertius in eorum amicitia. Spiritualiter homo morti iudicat' fuit. Gen. 2. ubi dicitur quacunque die comederis ex eo morte morieris, ſed filius Dei morti ſe obtulit, & animam ſuam pro amicis ſuis poſuit ille, qui dicit, Io. 15. Maiorem hac dilectione nemo habet, ut animam ſuam ponat, quis ꝙ amicis ſuis. Et ſic ſua curialitate, & fidelitate uterque a mortis periculo, & damno liberaretur, & patri in amicitia copulatur Chriſto teſtè: qui ait. Io. 16. Pater ipſe amat uos, quia uos me amaſtis. Itaque iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos Ioan. 15. Quaſi ſimile huic elicitur ex libro Alfoncij de duobus amicis, quorum vnus erat de Baldac, alter

Arti. 3.

10 Exemplum.

11 Exemplum.

alter de Egypto Egyptius, uero aliũ ad se venientem, multum honorauerat, & multa pro eo fecerat, qui postea decidit in paupertatem. & surgens, & uenit ad alium Baldac, & præuerecundia nostem expectans, ut ad eum intraret, dũ sic lateret, accidit quendam iuxta eum occidi, sed occisore fugiente, hic capitur, & morti iudicatur. Cui amicus à casu occurrens, & eum cognoscens, dixit. Ego hominem illum occidi, & nõ iste, uterque ergo morti iudicatur, homicida hæc videns, pœnitentia ductus clamauit, non isti, sed ego illum occidi. Et sic omnes iudicantur. De quibus cũ iudex miraretur, mortem omnibus remisit, si rei causam in veritate dicerent, quod & fecerunt. Et sic unius amici fidelitate omnes liberati sunt. Spiritualiter omnes peccauerunt, & ad mortẽ ducebantur. Christus occurrit, & se morti obtulit, peccator vero tentiens se culpabilem, uidens Dei filium pro culpa sua ad mortem duci clamare debet in cõfessione, & dicere, ego feci, & ego feram, & sic nostra humili confessione,
12 mediãte morte fidelis amici nostri Christi à morte protegeremur. Et sic patet, illud, Ecclesiastici. 6. Videlicet quod amicus fidelis est protectio fortis, qui autẽ inuenit illum, inuenit thesaurum. Ter-
Exem- tium exemplum ad idem accipitur ex
plum. speculo historiali, quasi per istum modum de duobus amicis, quorum unum dicebatur amicus, alius americus, quorum secundus à falso homine prouocatus ad duellum. Alius pro eo duellũ sustinuit, & uicit, quia fortior erat. Primus uero postea factus est leprosus, & cum omnes indignarentur ei humiliter seruire, amicum suum pro quo bellauit adijt, qui humiliter, & hilariter eũ recepit, eique seruiuit, hic una nocte vocem audiuit, ꝙ si vellet eum sanare, occideret duos filios, quos tãtum habuit, & sanguine illorum lauaret, & sanaret, aliqui habent, ꝙ uox uenit ad infirmũ, ꝙ ipse peteret à sano, id sibi fieri, quod fecit, & pueri occisi, in crastino inuenie bantur sani. Et sic pro fideli amicitia sua filios, quos uidebatur amittere, non amisit, sed sanos recepit. Spiritualiter Christus pro nobis bellauit, & uicit, & postea habet multa membra leprosa infirma, & debilia, in quibus debemus amicitiæ uices rependere. Et pro certo, ꝙ uidetur modo eis factum amitti, iterum centuplatum inuenietur in æternum, quod modo est transitorium, si seruetur. Sed quando pueros, vel filios, p illo occideret, qui exteriorem substantiam pro illius amore dare non vult. Si ergo possides amicum, in tentatione posside eum Ecclesiastici. 6. Ex his patet, quòd nihil delectabilius, nihil utilius, nihil iustius, quàm Deum diligere, eique amicitia copulari. Sed adhuc posset aliquis obiicere, quomodo Dei amicitia posset, tam esse delectabilis, cũ permittit amicos suos, tot aduersitatibus flagellari, & occidi? Sicut patet de apostolis, quos amicos uocauit, Io. 15. quod etiam uidemus modo contingere, quod uidelicet amici Dei. De quibus, dicit Ioan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio uobis. Et multis miserijs, & infirmitatibus, & aduersitatibus vexantur. Et clamant ad dominum nec exaudiuntur, de quo admiratur Salomon Ecclesiastes 8. Sunt (inqt) iusti, quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum. Quomodo ergo amicus dici potest, qui eos ab his malis non præseruat? Sed hoc est, quia scit nõ esse pro salute animarum illorum, ut præseruentur. Medicus non dat infirmo petenti aquam, nec pater filio cultellum, quo se lædere uellet, & licet tũc infirmo displiceat, ꝙ aqua ei denegetur, sanatus, tamen scit medico grates. Ita qui modo aliqualiter contra Deum in afflictione murmurant, in cœlo sciẽt ei maximas grates, scientes, & intelligentes, & ꝙ non omnis, qui parcit, amicus est, nec qui uerberat inimicus, Augustinus in epistola ad Vincentium. Est ergo
13
Dei amicitia magnæ utilitatis in se, vt
14
dictum est, quia amicos suos multipliciter iuuat, quia etiam Dei amicus multos habet amicos, scilicet omnes bonos,

quia

quia quæcunque uni,& eidem ſunt eadem,& ipſa inter ſe ſunt eadem. Si ergo ipſi uinculo amicitiæ ſint Deo uniti, iter ſe ſunt uniti, quod eſt maximę utilitatis, quia multi à principe obtinent, quod unus non poteſt obtinere. Multi etiam lapidem, uel onus aliquod portant, quod ſolus portare nō poteſt. Multa etiam ligna ignem faciunt, quod ſolum facere non poteſt. Et multę candelę clarius lucent. Sic apud Deum plures boni citius audiuntur, facilius etiā onus peccati portant, dum ab alio ſubleuatur, ne profundius cadat. Et onus tribulationis dum vnus alium confortat. Propter etiā mutuas exhortationes, plures calefiunt,& ꝓpter doctrinas plures illuminātur. Et ſic à cōtrario ſenſu. Amicitia ſtultorū nocet. Qui ergo cū ſapiētibus gradit, ſapiēs efficitur. Amicus ſtultorū eis efficiet ſimilis, Pro. 13. Not. F. 7. 7. Ex quo Dei amicitia eſt tā vilis, ut eſt oſtēſum. ¶ Nūc quarto reſtat oſtendere, per q̄ media, ſeu auxilia ad illā peruenire poſſumus. Pro quo eſt ſciendū, ꝙ ad tam præcioſam,& utilem Dei amicitiā attingere eamq̃ acquirere poſſumus, per tria in corde, tria in ore,& tria in opere. Primo in corde fides. Sicut veritas in teſte, facit eum benè eſſe cum fideli,& iuſto iudice, ſic fides,& veritas, & ſapientia, Sapien. 7. Amicos Dei,& prophetas conſtituit. Secundo charitas, ſicut filius diligitur, quia patri ſimilis. Tertio mundicia, ſicut uxor propter caſtitatem,& utenſilia propter decorē, Prouer. 22. Qui diligit cordis mundiciam, habebit amicum regem. In ore reuerentia, ſicut ſeruus propter reuerentiam factam domino, eius meretur amicitiam, ſic propter gratiam labiorū ſuorum, habebit amicum regem, Prou. 22. Contra hoc delinquunt iuratores, ergo non ſunt Dei amici. Secundo honeſtas contra loquentes turpia, ut turpibus placeant. De quibus, Eſa. 4. Adulteri neſcitis, quia amicitia huius mundi inimica eſt Deo? Sequitur. Quicunque uoluerit eſſe amicus huius mundi, inimicus Dei conſtituitur. Tertio amicabilitas contra detractores, Eccleſiaſtici 6. Verbum dulce multiplicat amicos. In opere, primo, ꝙ reddatur ſuperiori, ſcilicet Deo, quod ſuum eſt, obedientia in ſeruitio, & debitè eius mandata cuſtodiendo, ji. Macha. 2. Facite iuſſum regis, & eris inter amicos regis. Secundo, ꝙ pro eo pœnitentiam & tribulationem ſuſtineas. Sicut miles meretur amicitiam regis, ſic miles Dei iudith. 8. Abraam per multas tribulationes probatus, amicus Dei effectus eſt, contra iſtam amicitiam faciunt gulioſi,& luxurioſi, qui nihil uolunt ꝓ Deo ſuſtinere, ſed ſuas ſequi delectationes. Tertio, quod operetur Chriſti membris, quod charitas requirit. Indigēti in anima, correctionem, & quia ſicut, qui nititur rem charam periturā à perditione ſaluare, eius cuius cauſa res agitur meretur amicitiam, ſi qui nititur animas Deo reducere. Secundo, indigenti in corpore eleemoſynam, quia ſicut dominus, quicunque amat agrum fructiferum,& hominem, qui frequenter defert munera, ſic Deus, Prouer. 19. Diuitiæ addunt amicos. Sed heu hominum amicitias magnis muneribus comparant, Dei autem uis paucis comparare uolunt. Quinto reſtat, quo experimēto aliqualiter cōiecturare poſſimus, ſi amicitia Deo coniuncti ſumus. Iſtud experimentum accipitur ex multis. Primo ex dicto Phi. 9. ethicorum, ubi vult ꝙ conditio amicorum ſit, ꝙ amicus amico delectabiliter uiuat,& quod in eiſdem delectentur, & triſtentur,& quod diſplicet, vni diſpliceat altari. Secundo ſi diligenter cogitat, quę amicū offendere poſſunt, & cauet, ſicut patet. 20. 13. Tertio ſi in tribulatione, quā pro eo ſuſtinet, inuenit aliquam dulcedinem, laborem ſuum alleuiātem, hoc enim ſentit ſuſtinens pro amico, quem diligit, unde, Iſido. de ſummo bo. li. 3. c. 28. Amicitia proſperas res facit dulciores,& aduerſas temperat leniores que reddit, quia dum in tribulatione amici conſolatio adiungitur, nec frangitur animus, nec cadere patitur. Sicut patet ſupra. eo. c. 14. Quarto, ſi ſis amus amicis

Arti. 4. 15

Artic. 5. 16

tis Dei,& inimicꝰ eius inimicis, & hoc experimentum accipimus ex affectione,& operatione,vnde beatus Grego in quadam Homel. Nemo poteſt in una eademque re omnipotenti Deo ſeruire, atque eius hoſtibus gratus exiſtere. Nã Deo amicum ſe denegat, qui eius placet inimico. ¶ Sexto reſtat oſtendere
Arti.6. 17 conditiones falſæ amicitiæ carnis,mundi,vel dæmonis. In primis talis eſt amicitia iſtorum ad hominem quẽcunque, qui in eis confidit, uel eis amicitia copulatur,qualis vulpis ad gallinam, lupi ad oues,muris ad grangiam, muſcarũ ad mel,auis prædalis ad prædam, & canum ad oſſa,&c. Propter tria. Primo, qa eorum ſocietatem diligunt propter prædam, ſic in propoſito propter lucrum Secundo,quia ſicut aues rapaces, & canes circa prẽdam ſocietarem non amant,quia dum canis rodit ſociari plu ribus odit. Vel ſic. Dum canis os rodit ſocium,quem diligit odit. Aues rapaces etiam communiter amicitiam non habent cum alijs auibus rapacibus, cuius ſignum eſt, qꝰ non uolant multi ſi mul, ſicut columbę, quia non libenter prædã diuidunt,ita nec amici carnales,ſicut patet.A.12.53. Tertio,quia ceſſante prẽda,talia loca fugiunt,& alia quærunt & præda redeunte,redeunt,ſic in propoſito.Sicut patet de quodam potente,& diuite, quaſi ſic.Cum eſſet factus corpore
Exemplum. impotẽs,dedit omnia ſua cum filia ſua, cuidam inueni, qui domum ſuam gubernaret,& eum honorificè exhiberet, hic primo anno ſenem in menſa ſecum collocauit,de vna ſcutella comedebant, & de eodem eum ueſtiuit. Secundo vero anno,poſuit eum in fine menſe,& cibauit,& veſtiuit de peiori. Tertio vero anno poſitus fuit cum pueris ſuper terram,proximus peſſimus,& quia vxor ſua incepit parere,oportuit eam cameram, quam occupauerat habere,& ſub illo colore eum de camera eiecit, & in tugurio iuxta portam eum habitare coegit, qui gemens, & dolens de iſta miſera fortuna, tale excogitauit remedium,venit uno die ad iuuenem illum generum ſuum,petens ſibi concedi modium,cum quo tugurium ſuum intrãs, finxit ſe pecuniam menſurare, faciẽdo ſtrepitum, cum computatorijs in modio. Iuuenis uerò ille, qui eum ſecutus fuerat,admirando quid menſurare vellet extra hoſtium ſtans, & auſcultans hæc,receſſit clam,credens eum in pecunia abundare, de quo cautè inquiſiuit uno die, ſi aliquid haberet, afferens quod bonum eſſet eos hic ſcire,dicens, quia antiquus es, & ſi aliquid haberes, quis poſſet illud melius pro anima tua facere,quã nos? Cui ſenex,habeo in iſta ciſta paruam pecuniam, quã cuſtodiui ꝓ anima mea poſt mortem meã, & ad legandum in teſtamento meo, & uolo, ꝙ uos ſitis diſpenſatores,& habeatis reſiduam, ſi benè erga me habueritis, & ad mortem rei euidentiam,unum denarium dimiſit quaſi ex negligẽtia in modio cum eum reportaret, qui uidentes, & audientes hęc,eum ad menſam, & cameram,& ueſtes, & omnia reſtituerunt pro tota uita ſua,ſpe gaudentes. Cum vero ad mortem traheret, antequam taliter expiraret, ad ciſtam currentes, nihil inuenerunt, quam malleũ in quo angelicè ſcriptum erat ſentẽtialiter ſic. Cum iſto malleo percutiatur, & à toto mundo ſciatur, qui omnia ſua ingrato dat,& ipſe poſt mendicat. Ex iſto patet, quòd ſolus pauper ſcit,quis eius ſit amicus. Vnde ver. Vos inopes noſtis, quis amicus quiſue ſit hoſtis. De tali amicitia loquitur,Sen.in quadam epiſt.dicẽs. Negociatio eſt,nõ amicitia, quæ ad cõmodum attendit, detrahit enim amicitiæ, qui illam parat ad bonos caſus ad idem Iſido.de ſummo bono. lib.3.cap. 18
23. Per aduerſa fraudulentus patet amicus,nam in proſperitate incerta eſt amicitia,nec ſcitur utrum perſona, an fęlicitas diligatur, ſæpe per ſimulationem amicitia colitur, ut qui non poteſt apertè decipere, decipiat fraudulenter. Vnde ver.Cum fueris fęlix, multos numerabis amicos. Tempora cum fuerint nubila ſolus eris. Talium ergo amicitia eſt ſicut ſeruitium Maymundi,

di,qui in mensa, & in prosperitate domino suo diligenter seruiebat, sed in bello,& aduersitate fugiebat. Sic isti se habent ad amicos suos. De quibus beatus Grego. 7. Mora. Cum quis positus in fortuna,& prosperitate diligitur, incertum est vtrum prosperitas an persona diligatur, amissio autem felicitatis vim interrogat dilectionis,nec prosperitas quippe amicum indicat, nec aduersitas inimicum celat. Item amici car-
19 nales,solum carnem & lucrum,& delectationem amantes assimilantur porcis, qui uno inter eos occiso, omnes clamant,ipso uero mortuo,recedunt,& terram,sicut prius fodiunt, sic in proposito. Vno moriente, alij lacrimantur, & clamant,quo mortuo, moritur apud illos memoria illius. Et sic perijt memoria eorum cum sonitu. In Psal.9. Nota de hoc supra.A 18. Item prædicti amici conditionem habent proditoris, promittentis homini securitatem, quã non præstabit. Sicut dicitur quodamo-
Exemplum. 20 do accidisse cuidam uiolenti transire per nemus, in quo erat periculũ deuij, & etiam ferarum,hic conduxit quendã, qui promisit ei securitatem,& uię & ferarum, asserens se omnia scire,& posse in parte illa. Istis simul transeuntibus, occurrit vrsus famelicis, quem, vt vidit conductor, & seductor ille fugit ad altam arborem. Alius verò se posuit in terram,fingens se mortuum anhelitum suum retrahendo,quia dicitur,ꝙ ursus mortuum hominem non dilacerat. Vrsus vero posuit os suum, ad os alterius, & ad nasum, & aures, quasi gustando si viueret, alio in arbore totum considerante. Vrso uero recedente ille descendit,& socium suum deridendo quęsiuit, quæ fuit illa amicitia, quam vrsus secũ fecerat, & eum osculando, & secreta ei in aure dicendo? qui respondit,docuit (inquit) me ꝙ nunquam copularem magnam amicitiam, nec societatem cum homine omnino ignoto,nec de eo confiderem antequam eius conditiones essem expertus,ꝙ etiam quilibet se custodiat ab illo, in quo credit se plus posse confidere, quia nullus citius decipere potest,reprehendit etiam me, ꝙ ita credulus, & promptus fui ad sequendum socium falsum. Spiritualiter homo moriens sic conducit executores,rogat etiã amicos. Vrsus rapax est mors nemini parcens, in quo ostenditur, ꝙ mala de prędictis amicis prius confidebat,quòd etiam prius noticiam eorum non habuit,quia tunc eo derelicto, omnes fugient,Tren.1. Omnes amici eius spreuerunt eam,scilicet animam in morte, & ꝙ peius est,facti sunt ei inimici. Sicut patebit.infra.c.de executoribus. In isto ergo articulo de conditionibus falsorum amicorum,ostensum est,quale periculum sit in falsis amicis, quia in necessitate deficiunt, & bona temporalia, & auxilia quęrunt, potius quàm amici vtilitatem. ¶In isto vero septimo articulo restat ostendere, quale animarum spirituale periculum ex malorum amicitia proueniat. Superius enim videli- 21
cet A.20.2. ostensum est quod amor est vis assimilatiua. Ex quo sequitur,illud, Prouer.13.Amicus stultorum efficietur eis similis. Iterum. A. 20.14.ostensum est,quod amor est unitiuus. Ex quo sequitur, uel quod bonus citò sequitur conditiones mali,cui uniur, vel econuerso:uel quod amicitię citò vinculum soluatur.Vnde Chriso. super Mat. Amicitiæ, aut partes quærunt, aut faciunt mali frequentius prævalent, propositumque suum frequentius inueniunt. Fortũnæ hæc quotidiana ostendit. Ebriosus enim, & lecator, & moribus leus,& iurator, plures habet sequaces, quàm his contrarij detractor etiam, & minus plures habent auditores, quàm honesta loquens. Potentes etiam ad faciendum mala, & malignandum plures habent amicos,quàm simplices boni:in hoc sequuntur morem Iudæorũ, inter quos Barrabas latro plures habuit amicos,quàm Christus,& sicut tunc petiuerunt Barrabam, & Christum eiecerunt,ita nunc. Vndeꝙ plus volunt talẽ 22
loquentem turpia,& socialem in malo, quàm Deum timentem, & sancta loquentem,

Artic. 7.

quentem,quasi dicerent,sed Barrabam, Hæc est causa magna omnium malorum,quæ in mundo sunt, quia mali amantur & honorantur. Si enim quilibet à peccatore se abstraheret, & retraheret, si non propter Dei timorem, & amorem,saltem propter mundi confusionem peccare cessaret. Sed forte dicunt, uel cogitant. Quid nobis,ecclesia,quæ habet animas custodire peccatores corrigat, sed hoc irrationabiliter dicitur. Primo, quia quomodo posset ecclesia corrigere illos, qui tot habent supportatores. Secundo, quia quilibet tenetur proximo lege charitatis subuenire. Vnicuique enim mandauit Deus de proximo. Et in.l. præcepit Deus adulteros,& blasphemos,& huiusmodi,non solum à sacerdotibus, sed à toto populo lapidari. Et Christus in euangelio præcepit fratrem corripere, & si te non audierit, sit tibi sicut publicanus, i. retrahas,& fugias eius societatem, & hoc præcepit de fraterna correctione, quæ ad omnes se extendit, secundùm Sanctum Tho.2.2.q.33.arti.5. Proditorem enim regis nullus auderet sociari sibi, ergo super proditorem Dei,bubonem, infernalem different omnes uolucres cœli clamare,& si quid propter hæc pateremini. Beati martyres enim, & quot ab initio Deo placuerunt mundo,displi
13 cuerunt,& econuerso. Non potest quis claudicare in duas partes, ut sit amicus vnius, & alterius,quia. Ia.4. Quicunque uoluerit esse amicus, huius seculi inimicus Dei constituetur. Et quia Dei inimicis tot ostendimus amicitias, nobis Deus ostendit tot inimicitias,multipliciter affligendo,& hoc iustum est, qa eorum culpis consentimus,& in peccado participamus: unde beatus Grego. in pastora. Cum incautè(inquit)malorũ amicitijs iungimur,eorum culpis ligamur,& ab illo,qui summè rectus est copiosa iam discrepat, quo malorum amicitijs uita nostra concordat. Huic concordat Sene. in Prouerbijs. Amici (inquit)vicia si feras,facis tua. Sed his æstimant aliqui respondere, & satisfacere, dicentes,ꝙ coniungere amicitiam cum malis in malè, uel ad malè faciendum malum est,& periculosum,& reuera bene respondet,sed non satisfaciunt,quia sicut excommunicatum ab ecclesia etiã in licitis associare non possumus, sicut in cibo,& potu,nec ei amicitiam in licitis de se, & de natura sua ostendere, ut sic confusus erubescat,& corrigatur. Ita videtur à simili,ꝙ excommunicatum à Deo,quia in mortali peccato,in his,quę de natura sua sunt licita, fugere tenemur, aliter iram Dei incurrimus,sicut patet expresè.2.Para.19.Vbi habetur,ꝙ Iosaphat rex Iuda, qui in alijs fuit bonus,secundùm sacræ scripturæ testimonium, descendit ab Achab rege Israel, qui fuit malus, & comedit cum eo, & iuit cum eo ad bellum ad recuperandũ Ramoth Galaath,post quod bellum,occurrit ei propheta à Deo missus,dicens. Impio prębes auxilium,& his,quæ oderunt dominum amicitia iungeris,& idcirco iram quidem domini merebaris. Certum est,ꝙ Achab iuit ad recuperandum hæreditatem patrum suorum ab infidelibus uiolenter occupatam,quod est de se bonum, & licitum,& nunquã scriptura dicit,ꝙ ipse cum,quo iuit erat malus,& idcirco irã Dei meruit. Huic concordat Ioã. in canonica sua epist.2. c.vnico. Si quis(inquit)venerit ad uos, & hanc doctrinam non affert,nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis,qui enim dixerit illi aue,communicat operibus illius malignis. Ecce ꝙ non solum amicitia in facto, sed in saluatione prohibetur.

¶Item ostenditur tali ratione, gra- 14
uius uidetur peccare,qui peccatori amicitia copulatur, quàm qui ei non contradicit,quia primus commissione, secundus omissione delinquit,sed qui nõ resistit grauiter peccat. Quia dicit lex,ꝙ non sine scrupulo occultè ecclesiæ societatis est, qui manifesto facinori desinit obuiare. Extra,de sen.excom.quante. & consentire dicitur, qui peccanti se amabilem præbet dis. 93. si inimicus. Hic dicunt aliqui, ꝙ dum peccatum est

in

ia committendo teneor ei obuiare, ſed non cum iam eſt commiſſum. Sed hoc non uidetur rationabiliter dictum, cū grauius ſit in peccato commiſſo perſeuerare, quàm fuerat à principio committere. De iſta materia plura dicentur, infra c. de correctione. Et ca. de ſocietate. De iſto etiam periculo malè amiArtic. 8. citię dictum eſt. A 20. 17. ¶Octauo reſtat oſtendere qs ſit finis. Pro quo eſt ſciendum, ꝙ habet triplicem finem. Vnum ante mortem. Secundum in morte. Ter25 tium poſt mortē. Primus eſt diſcordia, & inimicitia. Secundus dolor. Tertius maximum odium. Primus cōtingit frequenter. Secundus & tertius ſemper.

¶Primus contingit frequenter, quia frequenter uidetur, ꝙ malorum amicitia nō eſt durabilis: ſed cito ad inimicitiam conuertitur, & in hoc aſſimilantur dæFabula. moni, & latroni. De quibus fabulosè fertur, quaſi per iſtum modum. Accidit ꝙ ſibi in mutuo obuiarēt, & latroni q̄renti quo iret, ait. Vado ſtrangulare illū hæremitā, quia peccato quodam perpetrato dormiuit non confeſſus, & ipſi q̄renti quo ipſe etiam iret. Reſpondit ego uado furari uaccam illius hęremitę. Eamus ergo inquiunt inſimul, & ſimus ſocij, & amici, & iuuemus nos mutuo. Ipſis ergo ſtantibus ad portam hæremitæ, litigabant, quis illorum prius inciperet facinus ſuum, diabolo diconte, ꝙ ipſe inciperet contradixit latro, ne forte dum ſtrangularetur, ſtrepitum faceret, & ſic excitati latronem, impedirent à præda ſua, latrone vero dicente, ꝙ ipſe incipe ret, contradixit ei, ne forte uacca mugitu uel ſtrepitu hæremitam excitaret. Et ſic à lucro ſuo impediretur. Ipſis verò ſic in diſcordiā verſis, clamauit dæmon uolens ſe uindicare, dicens, ſurge domine hęremita, & cape latronem, qui venit ad furā ſum uaccam tuā, & ego iuuabo te ad ipſum capiendum, quod ut factū eſt. Ait dæmon hæremitæ, benè debes me diligere, q̄a ita fidelis amicus tuus fui, qui ait diligēter domū tuā cuſtodio. Ecce iſti duo, neque facti fuerunt amici ad nocēdū tertio, ſicut Herodes, & Pilatus ad perſequēdum Chriſtum Luc. 23. Facti ſunt (inquit) amici Herodes, & Pilatus, & ad lucrum malè acquirendum, ſicut latrones. Et ideo uno impediente lucrum, alterius finita eſt amicitia. Et unus alium accuſauit more appellatoris. Rectè talis amicitia eſt inter tyrannos ſeu falſos acquiſitores, & duodecim periuros. Vnus vult habere manerium. Alius ſalarium, ſicut Herodes & Pilatus. Aliquotiens etiam inter ipſos conſpiratores eſt talis amicitia, de mutuo ſe ad lucrandum iuuando. Ita ꝙ vnus faciat eum lucrari de patria ſua, & alius de ſua in comitatibus, & curijs quorum unus vult habere equum, Alius uaccā, Alius terram, aut pecuniā, fideles indictādo, & falſum iurando. Sic etiam ſunt fœderati aduocati, dicentis clienti. Dico tibi ſeriosè, nihil faciam ſine ſocio. Alio q̄renti, quis ſit aptus. Reſpondet talis, cū ſine ullo ſocio totū expedire poſſet. Et ſic ſunt, ſicut milites, qui diuiſerunt ſibi ueſtes Chriſti. Ecce amici ſunt, ſicut dæmon, & latro. Et ſic etiam ad inuidiam, & inimicitiam conuertuntur. Ex hoc, ꝙ uidetur uni, ꝙ alius lucrum eius impediat. Et ex hoc, ꝙ plura lucratur, vel plura ei ꝙ periurio dantur, uel plus de prędа reportat, ſicut latrones contendunt pro diuiſione furti, vel ex hoc, ꝙ vnus alteri in honore præfertur, & magnorum amicitia, & donis & retinētia, & officio tunc inuidet, & cogitat, ſi ipſe eſſet mortuus, ego poſſem patria iſta regnare, & habere honores, quos iſte habet, vel ex hoc, ꝙ unus emit, ꝙ alius eme re vellet, uel de officio ſupplantat, uel ſupplantare deſiderat, vel eſt plus reputatus, uel non vult eius ſequi, in omnibus uoluntatem, vel ex hoc, ꝙ intromittit ſe de aliquo, quod uidetur ſibi præiudiciale, vel ex hoc, ꝙ vult capere, & lucrari ubi alius capere uellet, uel lucrari. Ex his cauſis prius fuerant inimici Herodes, & Pilatus: & ex his cauſis ad inuidiam, & inimicitiam priuatam ſempes cōuertuntur. Ad apertā verò, quando vident locū, & tempus, & tunc aliquando iungit ſe alicui tertio, contra quem

prius

prius fuerunt confederati, ſicut dæmon cõtra latronẽ, ut per eum alteri noceat. Aliquãdo uero iungit ſe alicui potenti apud quẽ aliũ accuſat, dicẽdo, q̃ inimicus ſuus sẽper fuerat, & amicitia adiungẽdo, vt inimicitias p̃ phas, uel nephas, faciat, & alteri noceat, ſicut accuſator nititur priores ſocios ſuos deſtruere, & in iſto facto oſtendit quaſi eſſet amicus illius apud quẽ aliũ accuſat, cum tñ alia amicitia non eſt, quàm qualis dęmonis fuit ad hæremitã. De quo, Eccl. 6. Eſt amicus, qui conuertitur ad inimicitias. Nota de hoc. F. 1. 9. Nota q̃ iſta militudo p̃ tanto etiã eſt ad p̃poſitũ, qua ſicut dæmon, & latro quãdã in verbis ſuis amicitiã finxerũt, q̃ in rei ueritate in cordibus non erat. Ita mundi potẽtes falſi quãdã in verbis, & ſignis fingunt amicitiã, q̃ vera nõ eſt, ſed rõne lucri habẽdi, vel malũ uitãdi, & ideo facilius ad inimicitias conuertuntur. Nota aliud exẽ-
26 plum huic ſimile. S. 10. 3. Et. F. 1. 17. Secũdus finis eſt in morte, ſ. dolor, quia quãto maiori amicitia, quis carnalibus, uel mundialibus rebus copulatur, tãto cum maiori dolore ab eis in morte ſeparat.
27 ¶Tertius finis eſt poſt mortẽ, maximũ, Codium, & rixa inter eos, qui hic inordinata amicitia iuncti fuerunt. Sicut patet. A. 21. & clarius videri poteſt tali exẽ-
Exem- plo. Fingitur q̃ ſapiens, & ſtultus ſimul
plum. itinerabant, ſicut patet, Ser. 16. 7. & cum ad quoddã diuiſũ venirent dixit ſapiẽs, eamus p̃ uiam iſtam, ſed ſtultus renuit, quia dura erat, & ſpinoſa, cui ſapiens ſua men breuior & ſecurior, nec ſi ait ſtultus, ſed eamus per uiam iſtã pratis, & floribus amenam, & planam, licet enim longior, tamen delectabilior eſt: ſapiẽs ſocietate, & delectatione uiæ victus, ſtultum ſecutus eſt, tandem inciderunt in latrones qui eos vulnerauerunt, ſpoliauerunt, & incarcerauerunt. In carcere ergo poſiti, ſapiens ſtultum reprehendit amarè de ſeductione, cui ſtultus, tu (inquit) ſtultior es, & plus reprehendendus, & vituperandus, quia me ſequi voluiſti, ego ſecũdũ naturã meã, q̃ rationẽ dixi, & tu contra rationem deliquiſti.

Moraliter ſapiens eſt anima rationalis, quæ deberet ire per uiam mandatorum Dei, quæ ſi ſeducta fuerit ad ſequendũ carnem per uiam delitiarum, uel mundum, p̃ uiam diuitiarum, vel dęmonem p̃ viam maliciarum, cum in inferno cõtẽdere cęperit aduerſus iſtos. Iſti ut præ dictum eſt reſpondere poterunt, p̃ fecerunt officium ſuum, & ſic ſemper rixa, & odium inter iſtos amicos erit, & quos nunc ſequitur, tunc eum accuſabunt, & tortoribus tradent, quia trademini à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis. Luc. 21 Nota. C. 2. 3. & 9. Nono reſtat oſtendere, q̃ pœna conſequẽs illos, qui malis amicitiam præbeant, eſt duplex, videlicet temporalis, & æterna.

¶Primum oſtenditur tali ratione. Si Artic. 9.
ſocietas malorãm eſt damnoſa illis, qui eos ignorant eſſe malos à fortiori debet eſſe damnoſa his, qui ſciunt eos eſſe malos, & hoc non obſtante, eis amicitiam præbent. Sed ſocietas malorum frequẽter in ſacra legitur ſcriptura fuiſſe damnoſa his, qui eos malos ignorauerunt, ſicut patet, ſocietas latronis nocet fideli, qui in eius ſocietate capitur, ſicut patet, Ioſue. 7. Vbi exercitus fuit fugatus pro- 28
pter unum malum, quem talem eſſe ignorauerunt. Multi etiam infantes igne, & ſulphure conſumpti ſunt. Gen. 19. propter ſocietatem Sodomorum. Propter etiam peccatum virorum Amalech, præcepit Deus. 1. Reg. 15. Sauli, dicens. Interfice à uiro uſque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem, & ouem, & aſinum. 2. Reg. 21. legitur, quòd multi fame afflicti ſunt, tribus annis iugiter, propter Saul, & domum eius, quia Sa- 29
baonitas occiderat. Et nota, q̃ iſta uindicta videtur duas habuiſſe cauſas. Vnam: peccatum Saul tyranni affligentis, pauperes: Aliam, quia Dauid nõ ſtatim correxit peccatum afflictionis pauperum. ¶Ex quo ſic puniunt malorũ ſocij, quomodo puniẽdi ſunt malorũ laudatores, & ſupportatores, & malefactores, defenſores, & adulatores, & celatores, ubi eſt inquiſitio de malis, ſicut uiſitationib⁹, ubi

est conquestus, qui nolunt ueritatem dicere, sed potius peierare, uel ueritatē celare, dicentes, si dicerem ueritatem amicos meos, vel vicinos amitterem, qui etiam accusatos purgant, qui propter amicitiam transitoriam dimittunt amicum ęternum, contra illud, Prouerb. 27. Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris. Secundo pęna tales consequetur æterna. Sicut patet. A. 20. 17. Idē
30 ergo ex legibus ostēdi potest. Lex enim dicit, ꝙ si filius meus cohabitauit cum inimicis meis, possum eum exhęredare, nec potest filius agere ex inofficioso testamento ut. C. de inoffi. test. l. liberi. Sic à simili. Si filij Dei habitauerint cū inimicis suis, exhæredare potest, de hæreditate cælesti. 10. 1. 20.

Artic. 9. ¶Decimo restat ostēdere ꝙ remediū optimum contra tam periculosam amicitiam est amicitiæ vinculum frangere, & propter amicum illicita non cōmittere, quia qui rogat illicita fieri, vel ad talia nititur ducere, non amicus, sed
31 inimicus, dicendus est. Respondendum
Exemplum. ergo tali, sicut respondit quidam magnus iudex, cuidam amico suo secundùm Valerium, petenti cum instantia iudicium illicitum dari in quodam facto. Respondit nullo modo hoc faciā, & alter ait, quod ergo auantagium habeo de amicitia tua, si nihil pro me feceris, cui iudex, quod auātagium habeo de amicitia tua si propter eam peccādo amisero amicitiam Dei melius est, ergo amicitiæ uinculum frangere, quàm cū malis amicis æternaliter puniri, & hoc
Exemplum. fuit consilium Abbatis Theodori in vita patrum. Si habes (inquit) amicitiam cum aliquo, & contigerit eum in tentationem fornicationis incurrere, si potes da illi manum, & trahe illum sursum, si vero tibi non acquieuerit, inscide amicitias eius, ne forte demorans traharis abeo in profundum. Sicut enim, qui ligatur lapidi, uel ligno illo cadente cadit, sic qui copulatur amico malo Ioan. Chrisost. super Matth. docet, dicens, bonus si malo connectitur, aut pares reddantur, aut cito ab inuicem separentur. Quia secundùm Tullium, hæc est lex in amicitia, ut nihil turpe rogemus, neque rogari faciamus. Aliter non erit amicitia durabilis. Quia dicit Aristo. 9. Ethico. ꝙ dilectio, quæ fundatur super inhonesto, facilè rescinditur, nec mirū, quia non habet bonum fundamētum, quia nec placet ex parte malorum. Quia, Prouerb. 13. dicitur. Detestantur stulti eos, qui fugiunt mala, nec ex parte bonorum, quia si eis diu placet, boni non sunt, quia sequitur in autoritate, amicus stultorum efficietur similis eis.

¶Angelus. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Angelorum diuisio.*
2 *Angelorum officium quod sit.*
3 *Angelorum Ierarchiæ quot.*
4 *Quod sit officium angelorum, qui virtutes appellantur.*
5 *Angelorum Ierarchia tertia habet tres ordines.*
6 *Officium Angelorum tertiæ Ierarchiæ circa singulas personas quod sit optimè & primam est purgare.*
7 *Officium secundum est illuminare.*
8 *Officium tertium est proficere.*
9 *Plenitudo gaudij, à qua commendantur angeli ex duobus causatur.*
10 *Quo in loco acquiescant angeli.*
11 *Angeli commendantur à perpetuitate præmij.*
12 *Angeli commendantur à plenitudine obsequij.*
13 *Angeli in magna veneratione habendi.*
14 *Angeli venerandi, & invocandi.*
15 *Locum malorum angelorum, qui occupare debeant.*
16 *Qui homines Seraphinorum locum occupabunt.*
17 *Qui assumantur in locum potestatum.*
18 *Qui assumatur in locum angelorum stantium.*

19 *Officium*

19 *Officium malorum angelorum.*
20 *Quomodo cognoſcere poſſimus an boni, vel mali angeli præualeant.*

Arti.11. ANgelorum, Primo ponenda eſt differentia. Secundo oſtendenda eſt eorum operatio, ſeu officium tam circa Deum, quàm circa nos. Tertio, quomodo Deus per eos de peccatoribus vindictas accipit, & iudicia ſua exercet. Quarto, in qua reuerentia ſunt habendi. Quinto ad quos ordines angelorum eis obedientes ſunt aſſumendi. Sexto, quod ſit opus malorum angelorum. Septimo experimentum, quo cognoſcere poſſumus, quo angelo ducamur.

Artic.1. ¶Quo ad primum. Angelorum quidam ſunt boni, & quidam mali. Iſta vero diuiſio, ſeu differentia facta fuit in cęlo, bonis ſtatim à creatione Deo adherentibus humiliter, malis ſuperbiendo ab eo ſe auertentibus, bellum enim ſpirituale. i tentatio ſuperbię contra eos factum eſt, ut reſiſtentes præmiarentur, in tanta enim gloria non fuerunt digni, niſi victores, victi vero punirentur. De iſto prælio facit Ioan. mentionem, Apoc. 12. dicens. Factum eſt prælium magnum in cęlo. Michael, ei angeli eius pręliabantur cũ draconę, & ſcilicet reſiſtendo, quando voluit, & omnes ſibi aſſenſum præbuiſſent ſuaſque voluntates ſuæ ſuperbiæ, conformaſſent, ad hoc contra eos tentationis bellum mouit. Et hoc eſt, quod ſequitur. Draco pugnabat, & angeli eius, & non valuerunt, nec locus inuentus eſt eorum amplius in cęlo.

Artic.2. ¶Quantum ad ſecundum officium illorum quo ad Deum eſt ei aſſiſtere, eumque uidere, & laudare, quod aſſiſtere, patet, Apoca. 7. Vbi habetur, quòd omnes angeli ſtabant in circuitu throni, quòd etiam laudant, habetur in pſal. 148. Laudate eum omnes angeli: Quod etiam vident, habent, Matth. 18. Angeli eorum ſemper uident faciẽ patris. In quo commendatur à quatuor, videlicet à dignitate officij, quia angeli. Secundo à plenitudine gaudij, quia uident. Tertio à perpetuitate premij, quia ſemper. Quarto à promptitudine obſequij, quia eorum. ¶Primo à dignitate officij, quia ſeruiunt regi, cui ſeruire regnare eſt. Horum vero miniſtrorum diſtinctio accipi poteſt ex ſimilitudine miniſtrorum in curia Principũ. In curia enim magni principis, miniſtri in generali duplicem habent ſtatum, quia quidam ſunt in palatio circa regem, quidam emittuntur. Et iſte ſecundus ſtatus ſubdiuiditur, quia quidã emittuntur ad regimen totius regni, quidam emittuntur ad regimen locorũ determinatorum. Sunt ergo in familia imperatoris, ſeu principis tres ſtatus in ſpetiali. Primus aſſiſtentium regi. Secundus miſſorum pro regimine generali. Tertius miſſorum pro regimine ſpeciali. Ad cuius ſimilitudinem in curia Dei poteſt poni triplex ierarchia. Prima aſſiſtentium Secunda miſſorum pro regimine generali. Tertia miſſorũ pro regimine ſpeciali. Et ſicut in curia Regis quilibet illorum ſtatutũ continet in ſe plura officia. In primo enim ſtatu ſunt camerarij, conſiliarij, & commenſales, ſeu amici ſpeciales. Sic in prima ierarchia, ſunt tres ordines. Primus Seraphin, qui totaliter Dei dilectione inflammantur, & magis ad ſecretam diuinitatis participationem appropinquãt, ad modum camerariorum, qui ſecretioribus aſſiſtunt factis principum. Secundus ordo eſt Cherubin, qui ſunt pleni ſcientia, ad modum conſiliatorum, in quibus uigere debet ſcientia, & diſcretio. Tertius eſt thronorum, in quibus Deus reſidet, & iocundatur, ſicut princeps inter ſpetiales amicos. In ſecundo etiam ſtatu, in curia regis eſt triplex officium. Vnum ſenaſcali regni, ſeu principis militiæ. Secundum militum, ſiue armatorum ad defenſionẽ totius regni. Tertium iudicum generaliũ curię, vel regni. Sic ſecunda ierarchia habet tres ordines, ſecũdùm aſſignationẽ Dionyſij.

ſij. Primum dominationum, qui iugiter inſiſtunt regimini vniuerſi, admodum principis militiæ. Ad iſtos enim pertinet ſcire uoluntatẽ, circa diſpoſitionẽ totius orbis, & alijs demandare, & ordinare, quid, qualiter, vel qñ faciendum ſit: unde Auguſti. ſuper illud Pſal. 103. Draco iſte quẽ formaſti, &c. Angeli intuentur legem fixam, legemq; ęternam iubentem, ſine ſtrepitu, & extra illa faciunt quicquid fit. ¶Secundus ordo ſecundùm aſſignationẽ Dionyſij, in quo diſcordat à beato Grego. eſt ordo virtutum, qui ordinationem dominationũ
4 cum effectu proſequuntur, ſicut milites mandatum principis militiæ. Ad iſtos pertinet admodum armatorũ hoſtibus, ſcilicet dęmonibus reſiſtere, ne aerem fulgure, & tempeſtate perturbãt, ne etiã infirmitates, vel mortalitates ad libitũ inducant, ne etiam homines quantum vellent tentent, uel occidant. Figura, Thob. 8. de Aſmodeo angelo malo, ab angelo bono religato, ne Thobiam iuniorem occideret, ſicut etiam loquitur, Ioan. Apocal. 20. Angelus (inquit) apprehendit diabolum, & miſit eum in abyſſum, & clauſit. ¶Tertius ordo eſt poteſtatum, quorum officium uidetur eſſe præmiare bonos pro meritis, & punire malos pro demeritis, ad modũ iudicũ, qui non ſine cauſa gladium portãt, ſed ut de carcere liberent innocentes, & puniant nocentes. Exemplũ primi, Dan. 3. Angelus deſcendit in fornacem, & liberauit innocentes. Ad idem Lucæ. 16. Factum eſt, ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abraę. Exemplum ſecundi in Exodo, vbi angelus percuſſit primogenita Egypti. & 4. Regum. 19. Vbi percuſſit vna nocte
5 de exercitu Sennacherib. 185. milia. ¶In tertio ſtatu in curia regis eſt triplex officium. Vnum iuſticiarij ſenaſcalli primæ determinatæ, ſicut Vaſconiæ, & vualliæ. Secundum præpoſiti, vel baliui alicuius ciuitatis, vel comitatus, ſicut eſt officium uicecomitis. Tertium eſt caſtellani, uel cuſtodis unius manerij. ¶Sic etiam tertia ierarchia habet tres ordines. Primus eſt principatuum, qui deputantur determinatis prouincijs, uel determinato principi ad eius regimen, inquantum eſt perſona publica ad modum ducis determinate patriæ. De iſtis loquitur Iſidorus, de ſummo bono, dicens. Singulę gentes præpoſitos angelos habere creduntur. Omnes homines habere angelos, probantur. De iſto ordine dicit ſanctus Thomas, de Aquino fuiſſe Michaelem in ſcripto ſuper ſecundum ſententiarum, & habet pro ſe illud, Dan. 10. Michael vnus de principibus, &c hoc eſt contra eos, qui dicũt eum eſſe primum, & ſupremum inter omnes angelos. ¶Secundus ordo eſt archangelorum, qui deputantur ciuitati, vel uillę ad modum præpoſiti uel baliui. ¶Tertius eſt angelorum, qui deputantur ad cuſtodiam ſingularis perſonę ad modum cuſtodis unius loci. De iſtis Hieronymus ſuper Matthæum. lib. 3. Magna (inquit) eſt dignitas animarum, vt vnaqueque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui angelum deputatum. De quibus in Pſal. 90. Angelis ſuis mandauit de te, ſicut patet, Ser. 90. 10. In quo notatur officium iſtorum circa ſingulas perſonas, quo ad tria, quę circa eos quantum in eis eſt operantur, ſcilicet purgare, illuminare, & perficere.

¶Primo enim aduenientes docens 6
nos purgare per confeſſionem opere labiorum, ſicut patet, Eſa. 6. Volauit (inquit) ad me vnus de Seraphin, & tetigit os meum, & dixit, ecce tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.

¶Secundo tollendo nociuam ſocietatem, ſicut cuſtos pomum putridum, uel membrum, ne, corrumpat ſanum, ſicut patet de Angelis, & Loth, & Sodomitis. Gene. 19. Labia ergo ſic munda, & de ſocietate mala ſeparata Deum laudant cum Angelis, Eſa. 6. Qui clamabant Sanctus, Sanctus, Sanctus. Et per argumentum à contrario ſenſu, labia tacta ab Angelo malo, & exiſtentes inter peruerſos, iurant, detrahunt, turpia loquuntur.

tur. De quibus, Esa. 6. Vir pollutus labiis ego sum, & quasi causam assignans: addit in medio populi polluta labia habentis, ego habito &c. 7 ¶Secundus actus illorum circa nos, est illuminare oculos cordis ad contritionem, sicut ostenditur scriptori defectus, vel macula in libro, & sicut speculum ostendit maculam in facie, ut corrigatur, & medicus infirmo periculum, ut sanetur, &c. Figura, Thob. 11. de angelo sanante oculos Thobiæ, sic sanat oculos mentis, immittendo contritionem, & præseruat impositerum, immittēdo cogitationes bonas, & intellectui nostro quodāmodo inspirando, per quas etiā in tribulationibus 8 confortamur: Luc. 22. Apparuit ei Angelus de cęlo confortans eum. ¶Tertius actus est perficere, quod fit dupliciter. Primo orationes nostras, & opera bona Deo præsentando, sicut aduocatus causam corā iudice. Thob. 12. Quòdo orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prādium tuum, abscondebasque mortuos per diē in domo tua, & nocte sepeliebas, ego obtuli orationem tuam dño. Secundo animas in fine in cœlum deportando, sicut seruus inuitatos ad nuptias deducendo. Istis ergo tribus modis præparat angelus animam, ut sit templum Dei, per gratiam, & perueniat ad tēplum glorię. Et sit templum in templo. Malach. 3. Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit uiam ante faciē meā, & statim ueniet ad tēplum sanctum suum. Sic ergo cōmēdantur à dignitate officij Patet ergo, & circa Deum, & circa nos, quomodo omnes sunt administratorij spiritus, &c. Heb. 1. Sed quare dat finaliter damnandis angelum custodē. Patet. B. 3. 31. Et. 5. 50. 9 ¶Secundo cōmendantur à plenitudine, gaudij quod causatur à duobus, à Dei aspectu, & nostro profectu. Ex Dei aspectu, quia uisio Dei est tota merces, Ioan. 17. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant, &c. Ex nostro profectu, sicut magister gaudet de profectu discipulorum. Ita angeli de profectu gaudent bonorum, & tales familiariter associant, malorum uirorum societatem, quodammodo indignando fugiunt. Exemplum. ¶Ad hoc potest adduci historia de duobus, ut fertur euntibus simul per uiam quos terties à lōgè sequebatur. Is vero, qui sequebatur, aliquando vidit iuuenē cū præcedētibus religiosis illis, aliquando vt uidebatur subito ab eis discessit, & cū hoc pluries accideret, admirabatur. Cum ergo ad introitū villę uenirēt, quæsiuit à religiosis illis, vbi & quis esset iuuenis ille pulcherrimus, qui cum respondissent se nullum talem socium habuisse, & ipse narrasset, quid vidisset. Inuenerunt per uerba eius, q̄ in loco vbi loquebantur de honestis, fuit iuuenis uisus cum eis, ubi uero de alijs loquebantur, disparuit. Intelligentes per hæc eum fuisse Christum, qui discipulis de eo loquentibus, affuit, vel angelum eius, qui de nostro profectu lætificatur, & nostris peccatis fugatur. Hiere. 51. Curauimus Babilonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam. De hoc, Bern. in sermo. de angelis. Væ vobis, si quandoque prouocati angeli peccatis, & negligentijs nostris indignos nos iudicauerint præsentia, & visitatione sua, quorum ptæsentia protegere nos deberet, si tamen necessariam habemus familiaritatem dignationis angelicę, cauēda est 10 est nobis eorum offensa. Sicut enim dominus, vel rex magnus delectatur, & libenter spaciatur, vel quiescit in loco floribus decorato, & ameno, sic angeli in animabus uirtutibus ornatis: vnde Ber. in sermone prædicto. Hæc angelis placent sobrietas, castitas, paupertas voluntaria crebris gemitus. Et super hæc omnia, ueritatem, & pacem à nobis exigunt. Qui ergo castè uiuunt, angelos lætificant, quia non nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli. Matth. 22.

¶Tertio à perpetuitate premij, quia semper. Ratione cuius est sciendum, q̄ sicut angeli mali sine aliquo remedio damnati sunt, nec redemi poterūt, Exemplum. sicut humanum genus. Cuius causa patet in exemplo, de uiro, & muliere im- 11

prægnata, in furto deprehensis, quorũ vir citò iudicatur,& damnatur, de muliere uerò expectatur quousque fœtus nascatur.Sic in proposito.Angelus erat quasi uir, uel mulier non impregnata, quia tota eius natura fuerat prius multiplicata, sed in primis parentibus non erat tota species nostra multiplicata. Ideo Angelus debuit statim damnari, homo verò in carcerem retrudi. In quo carcere existens pœnitentiã egit,& ideo meruit redemi. Sicut ergo mali maliciam suam,nunquam derelinquunt, si boni Angeli beatitudinem suam derelinquere non possunt, sed semper facient,quod in Psal.148.d. Laudate eum omnes Angeli eius.

12 ¶Quarto commendatur à promptitudine obsequij,quia sicut cogitatio velox est in rebus terrenis, ita ipsi in operationibus suis, sicut ignis ardenter faciunt, & operantur: tam circa Deum, quàm circa nos.Ideo,in Psal.103.Facit angelos suos spiritus,& ministros suos ignem, & cætera.

Artic.3. ¶Tertio patet, quomodo Deus per Angelos suos spetialiter quatuor punit genera peccatorum.Sodomitas.Gen.19. Oppressores innocẽtium, vt Pharaonẽ, & egyptios. Exo. 14. Qui enim seruos Dei contenunt ab exercitu angelorum destruẽtur.Figura.1.Paral.19.De Anon rege Amon deturpante seruos Dauid,& ideo Dauid misso contra eos exercitu eos destruxit. Deut.32.Vindictam retribuet in hostes eorum.Tertio superbos. Sicut Dauid ex superbia numerãte populum.2.Reg.vlti. Quarto luxuriosos, & gulosos,sicut puniuit Romanos, qui cum gulæ, & luxuriæ, uacarent, ab Angelo peste iguinaria sunt percussi. De quibus, Psal. 77. Percussit eos in posteriora.

Artic.4. ¶Quartum ex prædictis sequi deberet,quòd videlicet tam honorabiles,tan quam vtiles Dei,& nostri ministri,eiusque sententię, tam obediẽtes,& prompti executores in magna reuerẽtia apud nos haberentur. Et festum eis in terris

13 prompti faceremus, qui ita gaudenter in cœlis non festinabũt. Iudicibus enim, & nuncijs regis debetur timor, & amor. Conductoribus verò,& tutoribus debetur gratitudo. Existentes in periculo, uel quibus incumbit loca periculosa transire,conductores,& defensores satis charè conducunt, sicut patet in Lõbardia,uel mercatores,& peregrini conducunt stipendiarios pro se tuendos contra spoliatores.Angeli verò nos conducunt,& defendunt à periculo dęmonum,qui nos suffocarent,& non requirunt aliud stipendium,nisi gratitudinem,quòd eos diligamus, & reuereamur, & in illorum non peccemus in præsentia. Ad hoc ammonet nos,Bern. in sermone de Angelis, dicens. Simus grati tantis custodibus,quos aliquando cohæredes habebimus, interim verò actores,& tutores à patre nobis præpositos, adhuc enim paruuli sub actoribus, & tutoribus sumus. Idem in sermone quadragesimali, super illud, Matth. 4. Accesserunt Angeli, & ministrabant,& cætera. In quouis diuersorio,in quouis angulo fueris,reuerentiam exhibe Angelo tuo, ne audeas illo præsente, quod me præsente, uel uidente non auderes. Assunt enim tibi 14 non solum præsentes tecum, sed etiam pro te. Assunt ut protegant, assunt vt prosint,non solum habendi sunt in reuerentia, utpote creaturæ nobiles, sed etiam in necessitatibus inuocandi sunt, ut patroni, custodes, & defensores:vnde Bern. in sermone de Angelis. Quotiens grauissima cernitur vrgere tentatio,& tribulatio, inuoca custodem tuũ, in oportunitatibus, & tribulatione,qa non dormitat,neque dormiet,& si quãdo dissimulat ad tempus. De his omnibus concludit, Bern. in prædicto sermone quadragesimæ super illud accesserunt. Angelis(inquit) suis mandauit de te. O quantum tibi debet hoc verbum referre reuerentiam,afferre deuotionem, conferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam,pro præsentia reuerentiam, pro beniuolentia deuotionem,pro custodia fiduciam.

Cautè

Cautè ergo ambula, ubi sunt angeli, ut custodiant te in omnibus vijs tuis.

¶Sicut ex superioribus, patet officia
Artic. 5. angelorum distinguuntur quemadmodum officia ministrorum in curijs magnorum, & sicut in omni statu, & officio, in curijs regum, & principum est inuenire bonos, & malos, ita in omni ierarchia, & ordine fuerunt boni, & ma-
15 li. Mali fuerunt expulsi, quorum numerus per homines saluandos restaurabitur. Et sic potest intelligi, illud, Deut. 32. Constituit terminos populorum, iuxta numerum filiorum Israel, sicut patet, Ser. 105.3. Ex quo ergo de omni ordine ceciderunt, oportet saluandos ad omnem ordinem assumi, ad æqualitatem gloriæ, non naturæ. Assumentur ergo homines ad illos ordines, quorum similitudinem hic in moribus, & virtutibus, & operibus tenuerunt, ut sicut fuerunt socij in merito, ita etiam in
16 præmio. Verbi gratia, qui inflammantur charitate Dei, & proximi, & eam quantum possibile est opere ostendunt assumentur ad ordinem Seraphin, qui vigent ingenio, & sunt intellectu magno præditi, atque scientia, quæ non inflat, sed ædificat ad ordines Cherubin, qui circa regem morãtur, & regis, & regni utilitatem, & nõ ad voluptatem, uel cupiditatem ad ordinem thronorum. Qui etiam alijs dominãtur, ut prosint, non ut præsint, ut subditi corrigantur, & melioren tur: potius quàm ut ipsi reficiantur, uel ditentur, assumuntur ad ordinem dominantium. Sed heu si multi de illo ordine ceciderunt, quomodo vnquam reparabitur? quia pauci in domino prædictas conditiones obseruant. Qui uero militant pro iusticia, uel pro fidelitate defendenda, periculis se exponunt, vel pro tentationibus uincendis fortiter pugnant, assumendi sunt ad or-
17 dinem uirtutum. Qui vero bona intentione, & zelo iusticiæ absque spe lucri terreni, & macula odij alios iudicãt, assumuntur ad ordinem potestatuum. Rex verò, vel princeps, vel comes, vel nobilis, qui benè præest in terra sua ad ordines Principatuum. Qui enim benè præsunt ciuitati, vel maiora annunciant, & docent, & faciunt, assumuntur ad ordines archangelorũ. Qui vero benè præest familiæ, & qui parua capiunt, & hęc fratribus annunciant, assumuntur ad ordines angelorum, secundùm beatum Greg. in Omel. de angelis. Idem in Homel. quadam. Vnusquisque quantum sufficit, si à prauitate proximum reuocat, si exhortati ad benè operãdum curat, si æternum, uel supplicium erranti denunciat, cũ verba sanctæ annunciationis impendit, profectò angelus extitit. Et sicut isti in statibus suis 18
benè se habentes assumentur ad ordinẽ angelorum stantium, ita malè se habentes in statibus suis, cadẽt ad ordines angelorum cadentium, secundùm conditiones eis consimiles, sicut qui carnali amore, & inordinato ardent, & ordinẽ, & statum illorum, qui ceciderũt de Seraphin, & sic fiat applicatio de alijs, & patet. Et iustum est ut sicut sunt socij in culpa, sint & in pœna, & per istũ modũ uidetur veritas loqui malis, qui quodãmodo sunt angeli diaboli, quia nuncij, & mistri. Mat. 25. Discendite (inqt) à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius.

¶Officium vero, & opus, & occupatio
malorum angelorum est, per se, & suos Artic. 6.
ministros peregrinantes tentare, damnatos punire, & torquere. Primum per-
19 mittit Deus ad augmentum meriti nostri, ex pugna, & resistentia. Secundum permittit ex sua iusticia. Et ergo primo resistendum ne cadamus in secundum. vn. Bern. in quodam sermone. Dæmonum est mala suggerere nostrum est nõ consentire, quotiens eis resistimus, totiens eos superamus, angelos glorificamus, Deum honoramus, qui incitatur pugnemus, adiuuat, ut uincamus, consolidat ne deificamus, mittit etiã auxilium angelorum pugnantium contra hostes nostros. Iudi. 5. Stellæ manẽtes in ordine, & cursu suo, cum Syseram pugnauerũt. Et si fortiter egerimus, plures habebimus iuuantes, quàm tentantes, quod

pulcherrimè oſtẽſum eſt. 4. Reg. 6. Vbi exercitus Syriæ, qui ſignat dæmones venit ad capiendum Helyſeum propherã, qđ vt uidit puer eius, ait, heu, heu, heu, domine mi, quid faciemus. Cui Heliſeus reſpondit, noli timere, plures enim nobiſcum ſunt, quàm cum illis. Et aperuit dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum, & curruũ ignitorum, id eſt angelorum multitudine.

Arti. 7. ¶In iſta pugna inter bonos angelos nos trahentes ad bonum, & malos trahentes ad malum, difficile eſt uidere, quis prẽualeat, quia utrique inuiſibiles ſunt. Sed ad hoc ſciendum, debemus videre, in quibus cogitationibus delectamur, vel in his, quas immittit bonus, vel econtra. In quibus etiam verbis ora aſſuefaciamus. Sic patet. ſupra. eo. c. 6. & Ser. 33. Qualia etiam ſunt opera, & ſic in opere, & effectu experimentum capere poſſumus, quo angelo ducamur. Nota de hoc. A. 18. 2. & S. 13. articulo. 7.

¶Anima. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Contra negantes animam B. Greg.*
2 *Quomodo videatur anima.*
3 *Quod anima uideatur, & intelligatur.*
4 *Quomodo cognoſcantur Sancti.*
5 *Confutatur obiectio, quæ fieri poßet in cognitione Sanctorum.*
6 *Quomodo conueniant animæ bonorum, & malorum, & quomodo appellentur.*
7 *Quomodo cognoſci poſſit turpitudo animæ peccatoris.*
8 *Quomodo cognoſcatur qualis ſit anima.*
9 *Anima iuſti cælum eſt.*
10 *Anima iuſti Dei ſpeciale hoſpitium eſt.*
11 *Anima iuſti ſpeciale Dei templum.*
12 *Anima Sancta caſtrum Dei, & quos caſtra.*
13 *Loca caſtri animæ oſtenduntur.*
14 *Qua ratione cordis cognitio dicatur poſſicus.*
15 *Cur Diaboli caſtrum dicatur validum.*
16 *Quis ſit iudiciarius, & theſaurarius in caſtro diaboli.*
17 *Quis ſit coquinarius, & magnum teneat hoſpitium, & quis camerarius in diaboli caſtro.*
18 *Quare anima bona, & tam nobilis creatura coniungatur corpori.*
19 *Qua de cauſa factus ſit homo.*
20 *Quomodo anima corpori coniuncta perficiatur.*
21 *Qui vendant animam ſuam.*
22 *Qui dent animam pro nihilo.*
23 *Factum admirandum eſt animam ſuam uendere tribus de cauſis.*
24 *Cur præcipue admirandũ animam ſuam uendere.*
25 *Omnia facta ſunt, ut animæ ſeruiant.*
26 *Alij animam pro ſimbolo, & pignore dant.*
27 *Alij luduns de anima ſua.*
28 *Fatuitas uendentium animam curſit admiranda.*
29 *Qua ratione anima omnibus alijs rebus eſt præponenda.*
30 *Chriſoſtomus damnat, qui duriora pro corpore quàm pro anima ſuſtinent.*

ANimarum, Ar. 23. Primo ponenda eſt doctrina, quomodo cognoſci põt, qđ anima ſit natura, uiuens poſt corporis mortẽ. Secundo oſtendetur, qualis eſt in natura ſua. Tertio ponendum eſt experimentum, quo iſta qualitas exterius oſtẽditur. Quarto oſtendetur, unde miniſtrat anima boni, uel mali, quo ad Deum, uel diabolum. Quinto quare corpori coniungitur. Sexto quomodo perficitur. Septimo, quomodo perditur. Octauo pditionis admiratio.

¶Ratione primi eſt ſciendũ, ꝙ aliq nullã aĩam eſſe credũt, qa eũ non vident, vñ & dicunt, qđ eſt aĩa, nunquã vidimꝰ aĩam. De qbus beatus Greg. 4. dial. circa principiũ loquit, dices. Meſ (inquit) refugit credere, qđ corporeis oculis nõ videt. A qbꝰ quirẽdũ eſt, ſi vnquã viderũt aliquam Arti. 1. 1

aliquam differentiã inter hominem viuum, & mortuum. Et ipſis reſpondẽtibus, quòd magna differẽtia eſt. Ergo in effectu, & opere uidiſtis animam eſſe creaturam, & naturam magnæ virtutis, atq; poteſtatis, quia qcquid uidiſtis in corpore fortitudinis, pulchritudinis ſapiẽtię, totũ, i. cauſaliter aĩa, & ex aĩæ uirtute, & fortitudine procedit. Sic etiam ſatisfacit huic quæſtioni, beatus Grego. vbi prius dixit. Ponamus (inquit) ante mentis oculos ædificare domum, immenſas molas leuare, pendere magnas in machinis columnas, quis quæſo te hoc opus operatur? Corpus viſibile, qđ illas molas manibus trahit, an inuiſibilis anima, quę uiuificat corpus? Tolle enim, quod non uidetur in corpore, & nox immobilia remanent cuncta, quæ mouere uidebant uiſibilia corpora metallorum, qua ex re penſandũ eſt, quòd in hoc quoque mũdo uiſibili, nihil niſi per creaturam tuam viſibilem diſponi poteſt. Nã ſicut omnipotens Deus aſpirando, & implendo ea, quę ratione ſubſiſtunt, & uiuificat, & mouet inuiſibilia. Ita quoq; ipſa inuiſibilia implendo mo
2 uet, atque ſenſu uiuificat carnalia corpora, quę uidentur. Sic ergo anima, licet inuiſibilis, ſit in natura. Videtur tamen in opere, quod ab ipſa procedit. Et ſicut ipſam, ut dictum eſt uidemus. Ita per ipſam omnia, uidemus, quę oculis patent: vnde beatus Grego ubi prius. Nulla (inquit) viſibilia, niſi per inuiſibilia uidentur. Ecce enim cuncta corporea oculꝰ tui corporis aſpicit, nec tamẽ ipſe corporeus oculus aliquid corporeum uideret, niſi hunc res incorporea ad uidendum acueret. Nã tolle mẽtem, quę non uidetur, & incaſſum, patet oculus, qui uidebat ſubtrahe animam corpori, remanent proculdubio aperti oculi in corpore, nihil uidentes. Si igitur oculus per ſe videbat, cur diſcedente anima non uidet? Sic igitur, patet quomodo anima in corpore manens,
3 & uidetur, & videt. Et non ſolum in corpore manens, & videt, & uidetur, ſed quòd plus eſt, atque à nobis ioçundius, uidetur, & intelligitur: quòd videlicet ſicut uitam animę in corpore manentis ex motu corporis agnoſcimus. Ita uita animæ poſt corpus apertis quibuſdam rebus atteſtãtibus uidemus, & agnoſcimus. Huius autem rei ueritatem duo atteſtantur aperte, & euidenter oſtenditur, ſicut ex uerbis colligit beati Gregorij: vbi prius. Prompta uoluntas quam uiri ſpiritu ſancto pleni, uidelicet apoſtoli, & martyres, qui in hoc errare non potuerunt, habuerunt animas ſic ponendi, ut in ęternum viuerẽt. De quibus, ait beatus Grego. Nunquid non ſancti apoſtoli, & martyres Chriſti preſentem vitam, deſpicerent, & in morte carnis animas ponerent, niſi certiorem uitam animarum ſubſequiſcirent. ¶Secundo miracula, quę ſanctorum mortem ſequebantur. Nam teſte beato Grego. ubi prius, ſicut uita animæ manentis in corpore ex motu deprehenditur membrorum. Sic uita ani- 4
mæ, poſt corpus in ſanctis penſanda eſt ex uirtute miracolorum. Ecce hij, qui animas in morte poſuerunt, atque animarum uitam poſt mortem carnis crediderunt quotidianis miraculis coruſcant. Ad extincta namque eorum corpora viuentes ęgri veniunt, & ſanantur: periuri ueniunt, & à dęmonio vexantur. Dæmoniaci ueniunt, & liberantur: leproſi ueniunt, & mundantur, deferuntur mortui, & ſuſcitantur. Sicut ergo uitam animæ in corpore manentis ex operibus deprehendimus mẽbrorum, ita uitam animæ poſt corpus ex talibus operibus cognoſcere poſſumus. Niſi aliqs tacita cogitatione obijcere uelit, iſta eſſe opera corporis mortui, nõ aĩæ uiuẽtis, ſed hoc irrationabiliter cogitat. Superius. n. iſto eodẽ capitulo oſtenſũ eſt totam corporis potentiã, & fortitudinẽ ex aĩæ uiuę eſſe uirtute. Cũ ergo uiuũ corpus ſine aĩę potentia opera facere minora nõ poterat, ſicut leuare feſtucã, qũo mortuũ cũ iã aĩę potentiã amiſerit, q̃ tu cũ corpore mortuã cogitas, p̃dicta maiora facere opera poſſet? immò hoc cogitare, non eſt aliud,

quàm

quàm cogitare, ꝙ recedẽte ipſa à qua, habet totam potentiam, & fortitudinem ſuam corpus potentius, & fortius fieret, quod abſurdum eſt.

5 ¶Sed ad hoc poſſet reſponderi, quòd hæc miraculorum opera non animam viuam, ſed pietatem, & ſanctitatem, quã in operibus pietatis, & ſanctitatis exercuit, dũ vixit: oſtendit in corpore mortuo. Per talia eĩm opera Deus circa corpora mortua miracula operat, ſed hoc nihil eſt, quia certũ eſt, quòd Deus circa infidelium corpora miracula non operatur. Si ergo circa ſanctorum corpora miracula oſtendit, certum eſt eos in fide bona fuiſſe mortuos, ſed nõ in alia fide fuerunt, nec pro alia mortui ſunt, niſi, quòd animæ uiuerent poſt mortem, ergo certũ eſt eas poſt carnis mortem uitam habere. Hæc concluſio per omnia media oſtendetur, infra. c. de reſurrectione. Sic ergo in ſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam uiuẽtem, ſupple poſt mortem carnis. Gene. 2.

Artic. 2. ¶Quantum ad ſecundũ, ſcilicet qualis ſit hæc aĩa, quæ ita corpus viuificat, quòd nec cum ipſo mortur, eſt diſtinguendum, quia aut loquimur de qualitate naturali, in qua eſt, ſicut tabula nuda non depicta, habens tres naturales partes ad Dei imaginem, uidelicet memoriam, intelligentiam, & uolũtatem, repræſentantes patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum. In hac qualitate omnes
6 animæ, tam bonorum, quàm malorum conueniunt. Si verò loquimur de qualitate, & ſimilitudine animæ, quã ex operibus, quæ diligit, & operatur, cõtrahit. In hac eſt magna diuerſitas inter qualitatem bonarum animarum, & malarũ. Sicut patet. A. 20. 3. ¶Hæc autem differentia in anima inter imaginem, & ſimilitudinem poteſt perpendi in imagine Petri, quæ eſt ſolummodo ſculpta, & alia, quæ eſt ſculpta, & pdita, & picta. Sicut patet Ser. 31. 2. Prima põt dici imago Petri, ſed non ſimilitudo. Secunda verò poſtquàm pictura dederit ei capillos, & parbam cum uenerabili canicie, & alias circunſtantias debitas põt quodammodo dici ſimilitudo Petri, ſicut anima in creatione ſtatim, quando ſculpta eſt, habet Dei imaginem, ſed ex operibus, & amoribus eam depingimus, bonis, bonis operibus charitatis, quaſi pulchris picturis eã Deo aſſimilamus, mali uerò econuerſo eam diabolo aſſimilant, immò (quod peius eſt) eam faciunt diabolo turpiorum, hoc enim ratio dictat, ſpiritum enim peccatum deturpat, & nihil præter peccatum, cum ergo peccato deturpetur, ubi ſunt plura peccata in re ſpirituali inuenta, ibi maior inuenitur turpitudo. Sed dæmones facti fuerunt tales, tanquàm deformes, vno peccato, uel duobus, ſcilicet ſuperbia, & deſiderio proprię excellentiæ, vltra id qđ Deus eis dederat, quis ergo dubitat, qa deformiores ſunt animæ, quæ multis ſubiacent peccatis talibus, quæ ipſi dæmones fecerunt, & etiam alijs beſtialibus, & uilibus, ſicut luxuriæ, & gulæ, & præter hoc pluribus, quàm ipſi. Ex turpitudine ergo dęmonis aliqualiter excogitari poteſt turpitudo animæ peccatricis. Sed turpitudo diaboli eſt, tã horribilis, quã homines (ut fertur) in amentiam vertit. Vnde fertur, quòd quidem religioſus rogauit dominum, vt ei dæmonem in ſua forma dignaretur oſtẽdere, ut plus eum, & eius opera impoſterum deteſtaretur, ſoli igitur ſecundũ, quòd orauerat affuit Sathanas, quẽ vt vidit, ſtatim amẽs affectus eſt. Nota. D. 1. 17. Item. S. 14. 21. Item. T. 4. 11. 22. Item Ser. 12. 4. De quodam alio religioſo ſcribitur, quod cum langueret in extremis, & uideret dæmones circunuenire, poſtea ad ſtatum ſuum rediens dixit, quòd ſi eſſet ignis ab Oriente ad Occidentem, libentius per illum tranſiret, quàm illam uiſionem iterum uideret, qui ergo dęmonis nomen & formã ſic abhorremus, quòd quando nominatur nos ſignamus, quare formam animæ proprię non abhorremus, in qua mutatus eſt color optimus, quam Deus non cognoſcet, quando ante eum venerit, ſed potius dicet, cuiꝰ eſt imago hæc, &c.

7 Exemplum.

Exemplum:

non

non mea, ſed dęmonis, & uerè, ſi quis eũ uideret abhorreret, quia luto uilior eſt, Sapieñ. 15. Patet ergo, quòd quantũ ad animam omnes ſunt ad Dei imaginem, ſed non omnes ad eius ſimilitudinem, quia etiam omnis anima, aut eſt Chriſti ſponſa, aut diaboli adultera, ſecundùm Auguſtinum ſuper Geñ. ad literam. ¶Sed quomodo cognoſcitur qua
Artic. 4. 8 lis ſit anima. Quo ad utrunque, uidelicet an ſit Chriſti ſponſa, uel non? difficile eſt ſcire. Sed tamen quemadmodum ſcitur, qualis ſit aqua, & uena terræ, uel falſa, uel recens, calida, uel frigida, per eam, quę in fonte apparet: ita ſcit quodammodo qualis ſit anima, per ſigna, quę apparent in ſenſibus, & operibus; teſte Auguſtino in regula, de uita, & honeſta cleri. Impudicus (inquit) oculus impudici cordis eſt nuncius, nec dicatis uos animos habere pudicos, ſi oculos habeatis impudicos. Sic enim fons, uel ſtagnum ex omni parte fractus, & appertus diffunditur, & in ſe non abundat, nec in altum aſcendit. ita nec habẽs ſenſus exteriores nimis apertos ad inutilia, in gratijs non abundat, nec in altum contemplationis, & deuotionis aſcendet, Geñ. 49. Effuſus es ſicut aqua, non creſcas. Sed fons cuius riuuli obturantur, aſcendit, & abundat, ſic anima, de qua Pſal. 41. Sitiuit anima mea ad Deum. Et iterum. Ad te leuaui aïam meam. Nota aliud exprimentum, quomodo poteſt cognoſci ſponſa, & adultera, amore, & timore? A. 10. 23. Nota
Artic. 4. 9 etiam. A. 21. 16. ¶Sed quantum ad quantum, vnde miniſtrat, & quale officium habeat anima iuſti quãtum ad Deum, uel iniuſti quantum ad diabolum. ¶Eſt ſciendum, quòd anima iuſti primo cœlum eſt, & quodammodo etiam ſedes Dei: vnde Bern. ſuper Cau. Anima ſancta cœlum eſt habens Solem intellectũ. Lunam fidem, aſtra uirtutes. ¶Eſt ſecun-
10 do Dei ſpeciale hoſpitium anima ſancta, quòd ipſo ſolo repleri põt: vnde Bernard. in ſermone de diuinis. Ad imaginem Dei facta anima rationalis, cæteris omnibus occupari põt repleri non poteſt, capax enim Dei quicquid minus Deo eſt nõ replebit. Sic ecõuerſo anima peccatoris eſt hoſpitium diaboli. Experimẽtum autem quis noſtrũ occupat hoſpitium, capere poſſumus ex his. frequenter uidemus contingere in hoſpitijs occupatis per miniſtros regis hoſpitio alicui domino per maſcallum aſſignato, ſignum illius domini domũ occupantis exterius protrahitur, & oſtẽditur, per quod ſcitur à quo occupatur. Sic gratia Dei præueniens ſignat hoſpitium Dei armis eius, ſcilicet humilitate, & alijs uirtutibus. Et ſic econtra in malis. De quibus Eſa. 3. Agnitio vultus eorum reſpõdebit eis, & peccatum ſuũ quaſi ſodoma prædicauerunt, & nõ abſconderunt. Væ animæ eorum.

¶Eſt tertio anima ſpeciale Dei tem- 11
plum. 1. Cor. 3. Templũ enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Quia ſicut in templo eſt imago illius, qui ibi colitur, & ueneratur, & in cuius honore dedicatur. Sic in templo animę, ſi ibi diligitur & ueneratur Deus, ibi eius inuenitur imago & ſimilitudo. Et ſic in malis, de quibus, in Pſal. 78. Polluerunt templũ ſanctum tuum. Anima eorum in malis tabeſcebat. ¶Eſt quarto anima ſancta 12
caſtrum Dei. De triplici enim caſtro legimus, duo ſunt Dei, & tertium eſt diaboli. Primum eſt beata uirgo Maria, in quod Ieſus intrauit. Luc. 10. Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum. Secundũ ſunt animæ ſanctæ, de quibus, Gen. 32. Caſtra Dei ſunt hęc. Tertium ſunt animæ impiorum. 1. Matth. 4 Et uiderunt caſtra gentium ualida, &c. ¶De primo
caſtro dicetur loco ſuo M. 3. 34. Et N. j. 13
2 Secundo uerò caſtri fundamentum eſt fides. Aliud enim nemo poteſt ponere, murus charitas, cingens, & circuiẽs, ſcilicet amicos, & inimicos. Alta turris ſpes, menia alię uirtutes portę quinque ſenſus, ſicut patet ſermone. c. 4. Poſt icum occultum cordis cogitatio, ianitor, & uoluntas, caſtellarius, ſeu conſtabiliarius ratio. Ideo ianitorem dixi uoluntatem, quia quodcunque pulſauerit ad portã uiſus, uel auditus, uel alterius

ſenſus.

ſenſus uoluntas ſtatim adeſt ad aperiẽdum, uel excludendum, hoc eſt ad uolendum, uel fugiendum. Si bonum occurrat, & uoluntas hoc uelit Deo aperitur. Si malum, & uoluntas hoc uelit diabolo aperitur. Et ideo non debet nimis feſtinanter aperire. Sed ſicut quando aliquis pulſat ad portam, uel poſticũ & ſit ignotus, & ſpiritualiter tempore guerræ. Ianitor currit ac caſtri cuſtodẽ, ad ſciendum ſi aperire debeat, an non? Ita cum placentia, ſeu delectabilia, ſeu iraſcibilia, & uindicatiua ſe offerunt uoluntas tu uel portè ſenſuum, uel poſtico cordis, non debet uoluntas ſtatim aperire, illud appeteudo, vel conſenſum, uel deſiderium præbẽdo: quia hoc eſt maximum periculum, cũ ſit tempus ſpiritualis guerræ, & plures pulſent proditores, & animæ inimici uolentes animæ caſtrum capere, & Deum excludere, & diabolo tradere, Sed debet rationem conſulere. Vtrum tale quid uiſum, uel auditum, uel excogitatum ſit complendum, vel dimittendum Nota. C. 7. 16. & 23. & C. 10. 1. Et. S. vj. 6. Ideo etiam dixi cordis cogitationem poſticum, quia ſicut in caſtro, uel ciuitate magnis portis formatis, & cuſtoditis, aliquando per poſticũ, patet introitus, uel exitus, quo ciuitas defenditur, & cuſtoditur, uel perditur. Ita cæteris exterioribus ſenſibus ab actibus ſuis ſuſpenſis bonæ cogitationes, uel malę per cordis aditum caſtrum animæ occultè intrant. Vnde aliquando defenditur, & fortificatur, aliquando amittitur. Iſtud caſtrum tam fortè Deus creauit, & ita benè officiales in illo diſpoſuit, ꝙ nec infernus, nec mundus, nec dæmones, nec homines illud capere, uel uincere poſſunt, niſi à ſeipſo prodatur, ſicut patet Ser. 142. 16. Quod ergo ita fortiſſimum eſt ex ſua creatione, quod ita redemptum eſt ex ſua paſſione, quod ita inſtauratum eſt ſua communione, qđ ita lætificatum, & confortatum in ſua reſurrectione, quod ita fortificatum eſt ſpiritu ſancti miſſione. Iuſte ſibijpſi reſeruari debet, & eius inimicis negari. Quotiens ergo bonas cogitationes, uel auditiones mittit, uel quòd peccata dimittantur, uel quòd bonum fiat ad caſtrum, quod tam egregiè præparauit, venit. Felix ergo, & benedicta eſt illa anima, quę eum deuotè recipit, dicens illud Cañ. 3. Inueni, quem diligit anima mea, & quæ eum ibidem quieſcere permittit, quia nunquàm recedet, niſi expulſus. Et ita maledictus, & infelix proditor eſt, qui ei caſtrũ ſuum negat, uel expulerit, & inimicum ſuum intromittit, ut animæ illorum, Eſa. 3. ¶ Tertium caſtrum, uidelicet quod ædificatur diabolo in animalibus impiorum, dicitur validum ĩ mundo iſto, quia habet multos caſtellanos, & plurimos ei intendẽtes. In iſto caſtro eſt turris uanitatis, & ſuperbiæ, & ad iſtam turrim ſunt multi attendentes. Quam quidam attendẽtiam oſtendunt extra in corpore, & ueſtibus. In corpore longam barbam portant, quòd ſi pro remiſſione peccatorũ iniunctum fuerit non facerent. Sed in hoc ſicut Saracenis aſſimilantur. Ita ẽt in moribus exemplo, quòd peiores sũt, quia ipſi exhibent reuerẽtiam maiorẽ, & Machometo dãnato, ꝙa nec pro mor te ſuſtinenda, ſic eum iuramentis uituperarent, quàm nos ad Ghriſtũ in cœlo regnantem. Secundo hoc oſtendunt in ueſtibus ex tranſuerſo ſciſſis, quę mo res ſignant Deo, & eccleſię contrarios, ¶ Secundo iſto in caſtro locum iuſticiarij nec tenet ira, quia in iudicijs, & uindictis plus iram ſequuntur, quàm ratio nẽ. Et reuera, ſicut ira pauperũ eſt mobilis poſſeſſio, quia pro modico pacificatur, ita ira diuitum manet quaſi hęreditas immobilis. ¶ Tertio in iſto caſtro peccatum cupiditatis eſt theſaurarius, quòd ideo miniſtris putius, quàm domi nis comparatur, quia domini cupiditatem ore deteſtantur, ſed tamẽ cupidos diligunt miniſtros, qui multum ſciunt procurare, & modicũ reddere, qui etiã ſciant tallias pro cibo dare, & graues emendas leuare. Et ſic domini tales sũt diuites de alieno, & eſſent pauperes, ſi quilibet haberet ſuum. Et excuſant ſe,

14 15 16

dicentes

dicentes se, nihil scire, sicut diabolus super ripam de submersione nauis, quo contra sanctus Ludouicus uoluit scire conditiones suorum seruorũ. ¶ Quarto in isto castro locum coquinarij tenet gula, & iste est mirabilis cocus: qa multos intoxicat, plures enim moriuntur cibo, quàm gladio, sicut de secũdis cœnis, & huiusmodi inordinatis? Vnde illud peccatum inter cætera uidetur peccatorum uindicta, quia alia delectant, istud eruciat, & occidit. ¶ Quinto in isto castro magnum hospitium tenet luxuria, & multi in isto hospitio, seu camera sunt embocules, ecũbres, & anegles: quia in illa materia maleſtant propter contractus carnalis copulæ, & fideidationis. ¶ Sed in isto castro camerarius est peccatum accidię, qui pendet cortinas, & facit homines diu lasciuire, & sacerdotes, qui plus dominorum, quàm Dei timent offensam, post nonam celebrare, & tales sunt sapientiores Deo, qa mundum alio modo formãt, Deus em fecit noctem pro require, & diem pro uigilia, & ipsi bubones inferni, econuerso noctẽ ueruntin diem, & tales sunt de familia trahe lintheamen, q̃ est principalis camerarius inferni, qui ut dicitur, cuidam respondit unum officium esse facere homines diu se iter lintheamina inuoluere, sicut patet Ser. 22. 3. Ibiq; cum turpibus cogitationibus occiosam, & luxuriosam uitã ducere. Iste lyrelintel lemandra saluet, quando corpus erit siccum extra luntheamina, & ponetur in terra, & anima in inferno. Sic ergo, patet, quomodo in animabus impiorum est castrum inimici contra castrum Dei, sed habens castrum Dei in anima sua firmiter fundamentum, de isto castro dicat, illud Psal. 26 Si consistant aduersum me castra non timebit cor meũ. ¶ Sed quare anima bona, quæ tam nobilis est creatura corpori coniungitur, quadruplex ratio assignari potest. ¶ Primo propter Dei curialitatem, & bonitatem, qua uoluit corporalem creaturam esse participem suæ beatitudinis, quod esse nõ potuit, nisi spirituali creaturę coniũgeretur. ¶ Secundo propter augmentum meriti. In multis em meretur anima ratione coniunctionis, in quibus separata mereri non posset, sicut ieiunare cum afflictione, uigilare, & alia charitatis opera exercere. ¶ Tertio propter perfectionem uniuersi, & decorem, cum enim esset creatura mere spiritualis, sicut Deus & angeli, & mere corporalis, sicut terra, & arbores, decuit esse mediam, quæ esset, & corporalis, & spiritualis. ¶ Quarto ut Deo simul seruiant. Ad hoc enim factus est homo, ut Deo seruiat. Et omnia inferiora facta sunt, ut ei seruiant, unde Hugo de arra animę. Quid tibi dedit, o anima sponsus tuus? Et respondet. Respice uniuersum mundum istum, & considera, si aliquid in ea sit, quod tibi nõ seruiat. Omnis creatura ad hunc finem cursum suũ dirigit, ut obsequijs tibi famuletur, & utilitati tuæ seruiat. Et infra. quicunq; igitur est ille, multum tibi contulit, & ideo multum diligendus est, qui tantũ dare potuit, & qui tantum dare uoluit multum dilexit. Hæc ille. Sed heu nonnulli plus quærunt, & diligunt, & seruiunt dato, quàm datori. De quibus habes. A. 20. 6. De talibus potest intelligi illud Cañ. 3. Quæsiui, quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni, quia non quæsiuit, ubi nec quomodo quærere debuit, quia de bene quærentibus ueritas, art. Omnis, qui quærit, inuenit.

¶ Ex quo corpori coniungitur ad perfectionis augmentum: nunc restat ostẽdere, quomodo anima corpori coniuncta perficiatur. ¶ Perficitur enim primo fide in Deum credendo. Sicut omnis natura dicitur perfici, quando attingit ad suum finem. Deus autem est obiectum, & finis fidei. Igitur in omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ. Ecclesiastici. 32. Quia qui incredulus est, nõ est anima eius recta, Abacuch. 2. ¶ Secundo in ipsum sperando, sicut in optimo, & potentissimo amico tuo, Psal. 129. Sperauit aía mea in dño. Et iterũ sic. Quare tristis est anima, &c. spera in domino.

¶ Tertio

¶Tertio ipſum diligendo, ſic enim perficitur, quia coniungitur, & vnitur ſuo principio, quia amor vnit amantem cū amato, ſicut patet. A. 20. 14. ergo diliges dominum Deum tuum ex tota anima tua, Deuter. 6. ¶Quarto ipſum laudendo, eiq; ſeruiendo, cui ſeruire regnare eſt, ergo benedic anima mea domino. In Pſal. 102. Et quia oppoſita iuxta ſe poſita magis apparent.

¶Nunc ſeptimo reſtat oſtēdere, quomodo anima in corpore perdatur. Homo enim per malitiam occidit animā ſuam, ſicut habetur Sapien. 16. quod fit multis modis. Ser. 23. 3. cum ſequentibus. ¶Quidam enim uendunt animas ſuas, ut auari mentientes, & perierantes pro omnibus ſuis Eccleſiaſtici. 10. Auaro nihil eſt ſcælestius, hic enim animā ſuam uenalem habet. Ideo dæmones in fine repetent eam, ſicut ſua quam multis delectationibus ſuis, & diuitijs emerunt. Ipſi enim in talibus acquirendis eos iuuerūt. Ideo de talibus, dicit Luc. 12. Stulte hac nocte repetent à te animam tuam. ¶Alij eam dant pro nihilo. Qui enim daret regnum pro obolo, ſatis diceretur illud dare pro nihilo, ſic qui dat regnum æternum, & æternam delectationem pro temporali. Et mirabile eſt non daret homo alicui ribalde vnum digitum ad peccandum cum ea, & ob hoc dat animam ſuam mille dæmonibus. Ergo ſatis dat eam pro nihilo, quod tamen prohibetur Eccleſiaſtici. 9. ne des fornicarijs animam tuam. ¶Alij eam perdunt, ſicut ſuperbi, & hipocritę, qui prę confuſione non confitētur peccata ſua, Eccleſiaſtici. 20. Eſt q prę confuſione perdit animam ſuam, contra quos Eccleſiaſtici. 10 pro anima tua non confundaris dicere uerum. Alij pignori animam ſuam obligant, vt curati. 3. Reg. 20. Cuſtodi uirū iſtum, qui ſi lapſus fuerit de manibus tuis, erit aīa tua pro anima illius. Mirabile. Clericus non obligaret vnum ſotularem pro uetula, pro cuius cuſtodia obligat animā ſuam, non poteſt portare ſtruem lignorum. Et tamē plura ligna addit, quia nequit cuſtodire animam ſuam, & tamen accipit plures cuſtodiendas. ¶Illorum vero, qui ſic animas ſuas uendunt obligant, & perdunt: eſt factum admirandū propter tria, videlicet propter animæ vnitatem, precioſitatem, & illorum nimiā in fatuitatem. ¶Primum patet, ſi q̄s haberet, niſi vnum oculum, uel vnum equum, uel domum ſtultior reputaretur, ſi eam diligentius non cuſtodiret immò ſi iſta leuiter amitteret, uel daret pro nihilo, omnes ſuper eum admirarentur. Sicut ergo iſta, & alia ad corpus pertinentia diligenter cuſtodiunt, & p̄ corpore faciunt coſtodes corporis, mirandum eſt, quòd non diligentius vnicam cuſtodiunt animam. De hoc errore admiratur, Bernard. ſuper Cañ. dicēs. Cadit aſinus, & inuenit, qui ſe ſubleuat: cadit anima, & non eſt, qui manum apponat, & ut uerum fatear, inter centum non uidi vnum, ita diligentem circa ſalutem animarum, ſicut collectione pecuniarum. ¶Secūdo hoc mirandum eſt propter animæ bonitatem, & præcioſitatem. Eſt enim in ſe tam nobilis natura q̄, vna anima plus ualet, quàm mille mundi, quod patet ex hoc, quòd Chriſtus pro mille mundis non effudiſſet vnam guttā prēcioſi ſanguinis ſui, ſed pro anima cuiuſcunque boni ſanguinem totum effudit, ſicut patet. Ser. 23. 3. Ex hoc etiam, quòd mundus, & quicqd mundi ambitu continetur: ſicut Sol & Luna uolucres cœli, & piſces maris vniuerſa inſuper, & pecora cāpi: facta ſunt vt animæ ſeruiant. Sicut patet ſupra. e. c. 20. Omnia (inquit) prędicta ſubiecta ſunt potentię eius, ergo ipſa anima eſt nobilior. Non ergo eſt benè mirādum, quòd aliqui tam nobilem naturam, & prēcioſum iocale, uendunt meliori foro, quàm Iudas animam ſuam pro triginta denarijs, quia pro lucro fortè vnius denarij, uel minori quinquies pe ierant. Ex quibus patet, quòd in nulla mercatione, vel negocio, uel arte ſunt tot mali mercatores, quot ſunt in mercatione animarum. Alij uerò eam ſimbolizant pro parua delectatione gulæ,

Artic. 7.

21

22

Arti. 8.

23

24

25

26

vel

Exemplum. vel luxuriæ. Et sunt similes cuidam de quo fertur. Cum esset in taberna, & nō haberet, quod poneret ꝓ simbolo suo, Vendidit animam suam socio suo, & super hoc citatus, & requisitus ab ordinario cur talem contractum contra Deū, & rationem fecisset. Respondet scio, ꝙ diabolus animam vendicaret. Ideo ergo uendidi eam socio, ne diabolus eam haberet. Malo enim, quòd socius eam habeat. Alius uerò requisitus quare eā emisset. Respondit, ut diabolus eam habeat pro me, quia ab vno non requirit, nisi vnam animam, & illa intendo me apud illum acquietare, vel quod ex parte vna, uel altera ipsa guloſi anima diabolum non euaderet. Tales accipiunt inuano animas suas, de quorum fine. Ecclesiastici. 19. Putredo, & uermes hæredi tabunt fornicarium, & tolletur de numero 27 anima illius. Alij de anima sua ludunt, non multum curantes vtrum saluaretur, vel damnetur. Sicut quidam, q̄ dicere solebat, ut dicebatur. Cum anima recesserit à corpore currat Deus, & currat diabolus, & qui potest citius uenire, & capere habeat eam. Sed Deus in illo cursu non multum festinabit, quia vbicunque fuerit, & quiscunque eā habuerit, ipse eam nō amittit, sed eam in cœlo, uel in inferno, in aula, uel in carcere habet, Ezech. 18. Omnes animæ meæ sunt. Sed diabolus benè festinabit, quia ipso est semper paratus ad talem Exemplum. prædam capiendā, quod patet per hoc, quod fertur de quodam, qui in quadā taberna cum non haberet simbolum. & animam suam uenditioni exponeret, statim affuit diabolus in forma maligartionis, & anima ex certo precio empta, statim totum secum ad infernum portauit, sic ministrabit talibus in fine, Luc. 12. Stulte hac nocte animam 28 tuam repetent à te, &c. ¶ Tertio talium fatuitas, & incuriositas est summe admiranda, quia melius seruiunt equo, idest carni, quàm equiti, idest animę. Pulchrius equum, & seruum uestiunt & pascunt, quàm equitatem, & dominum, & quia etiam seminudi, idest in anima nudi ad festum Dei fine ueste nuptiali uadunt. Deus tales non honorabit, quia quis honorificabit exhonorantem animam suam, Ecclesiastici. 10. Quia etiam plus prouident filio statim morituro, scilicet carni, quàm animę nunquàm morituræ, sicut patet Ser. 23. 7. Quorum personam inuens, & fatuitatem admirans sapiens. Ecclesiastices. 4. dicit. Cui laboro, & fraudo animā meam bonis. Nota. C. 2. 4. Quia etiam de eo, quod optimum est in natura sua minus curant bonum habere, vn de Auguſt. in quodam sermone, quid est quòd uelis habere malum, dices mihi nihil omnino, non vxorem, non filiū, non filiam, non ancillam, non tunicā, postremo non caligam, & malā vis habere uitam, rogo te præpone animam meam, caligę tuę. Hoc enim ratio, & cō suetudo docet, omnia enim temporalia quanto ditiora sunt, tanto diligentius custodiuntur. Sed secundum Aug. 29 super Gen. ad literam. Sicut Deus omnem creaturam, similiter fic anima omnem creaturam corporalem dignitate naturę præcellit. Quia etiam plus tristā tur, sicut patet Ser 77. 4. Et diligentius quærunt perditam acum, quam animam, & citius tunicam obligatā, quàm animum, & citius Deum de hospitio animæ expellunt, quàm diabolum, & hilarius ei seruiunt, cum amore, & feruore, & labore, & cum cantilenis, & hilaritate: Deo uerò cum murmure, & tristitia seruiunt ieiunando, uigilando, eleemosynas dando. Quia etiam duriora non solum in diaboli seruitio, sed 30 etiam pro carne, quàm pro anima sustinent. vnde Chrisostomus sententialiter. O quàm graues aduſtiones, & portiones sustinent homines pro incerta sanitate corporis, quæ uix durabit in craſtinum, & aliquando mortem pro carnis amore incurrunt, sed pro certa sanitate animę, quis modicum sustinet. Quia etiam diligentius, & cum maiori sollitudine, & cogitatione, & visu intendunt lucris pecuniarum, quàm saluti animarum. Et tamen quid prodest

homini

homini si mundum vniuersum lucretur animæ uerò suæ detrimentum patiatur Matth. 16.

¶Arma. Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Armorum quædam corporalia quædam spiritualia, & quæ corporalia sint.*
2 *Damnantur qui magis student ornamentis quàm exercitijs, & industrijs bellorum.*
3 *Scipio Affricanus deriſit quendam militem ferentem ſcutum ornatiũ in bellum.*
4 *Spiritualia arma quædam ſunt ad expugnationem: quædam ad defenſionem.*
5 *Quomodo uuitare poſſimus hæc arma.*
6 *Quemadmodũ mercator vendit cui plus offert: ita nos vendere animam noſtrã potius Deo debemus qui offert cælum, quàm diabolo, qui offert fluxas voluptates.*
7 *Vt diabolus ex omni parte inuadit, ita ex omni parte arma defenſionis tribuunt.*
8 *Quibus armis debeamus armare carnem.*
9 *Modus amandi, qui debeat eſſe.*
10 *Dũ omnibus armis diabolus inuadat; omnibus armis debemus uti.*
11 *Quid faciendum ſi noſtris armis reſiſtere minimè valeamus.*
12 *Quæ arma ſumere debeamus.*
13 *Quomodo arma, quæ ſumuntur, in vanũ accipiantur.*
14 *Armis abutũtur illi, qui in gratia accepta non laborant.*
15 *Armis, qui vtuntur, vt bellum fugiãt, comparantur ijs, qui mundi labores fugiunt.*
16 *Ab armis, cuius ſis miles, cognoſcitur homo.*
17 *Quando debeamus arma parare.*

Arti. 14. ARmorum, Primo ponenda eſt breuis diſtinctio. Secundo quibus generibus arborum diabolus animam expugnat. Tertio, quomodo contra illa arma diaboli armis Dei anima armata eſt Quarto, experimentum, quomodo cognoſcere quis poteſt ſub cuius armis militet. Quinto, de armorum ſpiritualiũ factione, & cuſtodia tractãdum eſt.

¶Ad primum ſic proceditur. Armorum, quædam ſunt corporalia, quædam ſpiritualia. Primis reſpublica, & pax cuſtoditur exterior. Secundis res priuata, & pax cuſtoditur interior. ¶De primis facit lex mentionem inſtituta in proœmio. Imperatoriam (inquit) maieſtatem nõ ſolum armis ornatam, ſed etiã legibus oportet eſſe armatam, vt vtrunque tempus, & bellorum, & pacis poſſit rectè gubernare. Ideo ſecundùm gloſ. arma connectit cum legibus, quia nec leges ſine armis, nec arma ſine legibus rectè gubernantur. Sed heu iſtis armis ordinatis ad vtilitatem, & legum cuſtodiam, milites, & generoſi moderni abutuntur ad uoluptatem, & legum deſtructionem, quod fit dupliciter, vel quia p illa exercent opera prohibita, & illicita, ſicut torneamenta. Ad illum enim actum arma portantes, lege non gubernantur, ſed legẽ deſtruunt, vt de tornea mentis, quæ talia fieri prohibet, ſicut patebit, infra de ludis. Vel quia licet ad vtilitatem arma quidam deferant, ſicut in iuſto bello, plus tamen ſtudent ornamentis, & diuitijs armorum in auro, & argento, & ſuperbiæ veſtimentorum, quàm exercitijs, & ĩduſtrijs, bellorum, vel circa tolerãtias laborum, quæ tamẽ uanitas hoſtes potius prouocat, quàm terreat. Potius propter illa occidumtur, quàm ab illis defendantur. Et ſecundũ hoc optimè reſpondit ille expertus miles Anibal, qui Romanam militiã multo tempore ſibi humiliauit, ſicut patet per Augu. de ciuita. Dei. De illo enim legitur, quòd cum apud regem Antiochum moraretur cauſa profugij, & rex oſtẽtaret exercitum inſignibus aureis, & argenteis florentem, & gloriabũdus ab Anibale, quæreret, putas ne hæc omnia ſatis eſſe Romanis? Reſpondit Anibal ſatis eſſe credo, & ſi Romani auariſſimi

1 Artic. 1.

2 Exemplum.

simi sint. Rex enim quæsiuit de numero, & potentia exercitus, ipse uerò de præda respondit annorum, pro qua habenda, Romani contra eos fortius pugnarent. De talibus loquitur Petrus Blesen. in quadam epistola, dicens. Clypeos diserunt optimè deauratos, prædam potius hostium, quàm certamen. Nota. B. 2. 24. Et. N. 3. 15. optimè: pulcherrimè derisit unum talem Scripto Africanus, de quo refert Vegetius, in libro de re militari. c. 12. quòd cum ornatum scutum elegantius uidisset, non miror (inquit) quòd tanta cura ornauit istud, in quo plus præsidij, quàm in gladio haberet, notauit eum, de uecordia, eo q plus ornauit, & cõfidit in armis defensiuis, quàm inuasiuis, quibus ab hostibus præseruaretur potius, quàm hostes inuaderet.

Artic. 2. ¶Arma uerò spiritualia, quædã sunt ad animæ repugnationem, quædam ad defensionem. sed de expugnationibus, prius dicetur, in quo apparebit qualiter diabolus animam armis suis expugnet. Obsidet enim totum hominem, & quã 4 tum ad aïam, & quãtum ad corpus. Sed tñ quilibet conderet cuius conditionis sit, & facilius uinci possit ad quę peccata pronior sit, sicut obsidens ciuitatẽ, vel castrum, & ex illa parte eum inuadit, & ei multum facit, sicut patet. Ser. 129. 2. Primo eñ expugnat superbos, & iracundos, & uindicatiuos armis mẽdacij, dicens iusticiam esse accipere uindictam, & uecordiam esse, vinci. Inclinatos uerò ad auariciam expugnat eisdem armis, dicens: misericordiam esse tradere pecuniam ad usuram, vt possit proximum, & seipsum iuuare. Inclinatos uerò ad luxuriam, eisdem armis expugnat, dicens: bonum esse genus humanum multiplicare, & quòd nõ sit tãtum peccatum, sicut dicitur, ex quo omnis homo magis inclinatur ad hoc. Pronos verò ad gulam sic decepit, & expugnat, dicens: gulam esse corporis recreationem, & fortitudinem. Et in ista obsidione nullam partem dimittit inexpugnatam. Expugnat enim os turpi locutione, aures detractiõe, oculos nocuis aspectibus. Nota. B. 2. 7. Intellectũ execatione, lumen fidei extinguendo, dicens etiam cupidam bonorum congregationem, esse prouidentiam in illis. De istis armis, Prouerb. 22. Arma ad capiẽdum, gladius ad interficiendum in via superbi. Et tamen nonnulli libentius, & diligentius armant se istis armis ad eorum interfectionem, quam armis ad eorum defensionem sequitur. Custos verò animæ suæ longè recedet ab eis, & hoc statim in principio. Quia Luc. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt omnia, quæ possidet, diabolus fortis, per maliciam, armatus per astutiam custodit, per consuetudinẽ atrium suum, ideſt animam peccatricem. In pace sunt sine magno remorsu conscientiæ, quæ possidet, ut sic suauiter custoditi à domino suo non desiderent fugere. Sed quasi litargici, & dormientes ad infernum descendant.

¶Contra hęc arma, & pericula hortatur nos apostolus ad Ephe. 6. dicens. Induite vos armaturã Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Et non solum hortatur nos ad armandum, sed docet qualiter miles Christi est armandus, sicut patet Ser. 130. 2. In hoc, quòd sequitur state succincti lumbos castitate, induite loricam iusticiæ. In qua est cõnexio anolorum, ideſt omnium uirtutum, sicut patet. I. 13. 12. Sed diligenter curandum est, ne anulorum apertura sit nimia, quia tunc faciliter per eam occidi posset, ita iusticia quando permittit dona, fauores, odia, uel terrores intrare. In omnibus scutum fidei sumentes, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Sicut enim illo scuto miles Christi oĩa peccata uitat, sicut patet. F. 430. & 33. Ita illius defectus est omnium peccatorum causa, qa mercator cęteris partibus semper uenderet illi, qui plus offerret si crederet, q̃ solueret. Sed diabolus offert p̃ fornicatione adulterio, & gula, & huiusmodi, paruam delectationem, pro periurio, sex denarios, p̃ exheredatione, vel Artic. 3. 5

ſura, dimidiam marcam. Et Deus pro ſeruitio ſuo quod tu feciſti, & pro reſiſtentia, & ſuo contrario offert cœlum. Si ergo haberet fidem, quod ſolueret, potius ei deberet operando obedire, & opera & labores locare. Itē ſi ſciret, vel fidē haberet, quòd æternaliter pro peccato damnaretur, quis peccaret? ſequitur. Et galeā ſalutis aſſumite, ideſt ſpē, & gladium ſpiritus, quod eſt uerbum Dei, per omnem orationem non iurationem, nec detractionem. Debemus etiam in iſtis armis uirtutum habere ſagittas prędicationis, & aſperę repręhēſionis peccatorum, Pſal. 44. Sagittę tuæ acutę, populi ſub te cadent, quia ad illos, qui ſub te ſunt, uerba directionis dirigere debes, ut ſub te cadentes ueniam à Deo petat, Sapien. 5. Accipiet armaturam zelus illius. Induent pro torace iuſticiā nulli parcendo, nec ſibi, nec aliis, ſed ſeipſum vrgere debet calcaribus ieiunij, & uigilarū, & refrenare freno abſtinentiæ, & pœnitētiæ, & hoc eſt, quod ſequitur. Accipiet pro galea iudicium rectum, tam alios, quàm ſeipſum corrigendo ſequitur. Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatē. Vide. S. 1 5. 7. Et quia ex omni parte diabolos inſultum facit, ex ſuperioribus, patet de omni parte anima eſt armantia. 7

¶Et primo armis fidei, contra infidelitatis tenebroſitatem, Ro. 13. ubi dicit, abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

¶Secūdo armis charitatis, & dilectionis, contra odiū & inuidiam, & iſta ſunt arma pulcherrima. 2. Matt. 3. videbatur habere arma aurea: multi videtur ea habere, quæ non habent.

¶Tertio armis patiētiæ ſeipſum uincendo non uindicando, ſed exemplo Chriſti iniurias remittendo. 1. Pet. 4. Chriſto igitur paſſo in carne, & uos eadem cogitatione armamini.

¶Quarto os eſt armandum cōtra iuramenta, & detractiones, & mutilia armis vtilium uerborum. 2. Matt. vlt. Singulos armauit Iudas, non clipei munitione, ſed ſermonibus optimis & bonis, quia docent fugere malum meliorib⁹, quia docēt facere bonū, optimis, quia docēt in bono, uſq; ad pmiū pſeuerare.

¶Quinto aures armandę ſunt, ne patienter audiāt vituperatiōes cōtra Deū, uel proximū eorum, quorum dētes sūt arma, & ſagittę, & lingua eorū gladius acutus, Pſal. 56. De quibus Ezech. 32. Deſcenderunt in infernum cum armis.

¶Sexto caro eſt armanda contra gulæ, & luxuriæ, delectationes, armis cogitationis, cogitādo qualis erit mortua. 1. Pe. 4. Vos eadē cogitatione armamini. 8

¶Septimo uiſus eſt armandus, ne videat vanitates, ſicut porta tēpore guerrę eſt cuſtodiēda. 2. Cor. 10. Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia guſtum, uel viſum carnaliter delectantes.

¶Octauo manus ſunt armandę, ne alicui noceant. Rom. 6. Non exhibeatis membra ueſtra ſeruire iniquitati, ſed exhibere mēbra ueſtra arma iuſticię. Sic ergo in omnib⁹ exhibeamus nos, ſicut Dei miniſtros p arma iuſticiæ à dextris, & à ſiniſtris. 2. Cor. 6. Sed nec ſic ſufficit armari, niſi prudētia, & ſapiētiētia adhibeatur in modo armandi, quia melior eſt ſapientia, quàm arma bellica, Eccleſiaſtices. 9. Modus uerò dēt eſſe, vt pars, quę plus impugnat, diligentius cuſtodiat: ſicut in ciuitate obſeſſa, ubi maius, imminet periculū cautius eſt agendū, verbi gra. Si tentaret, quis de luxuria, armādus eſt abſtinentia, & ieiunio, & meditatione ignis infernalis. Si de cupiditate, armandus eſt eleemoſynis. Tētatus eſt de luxuria dans eleemoſynā, armat partē, videat q̄ non impugnat. Et licet iſtud difficile, nō pp hoc eſt dimittēdū, quia bonum quanto difficilius ex parte operis operantis, tanto in operante eſt cōmendabilius, ut cōtinentia in iuuentute, abſtinētia ī epulatione, humilitas in dignitate, eleemoſyna in mēdicitate, ſeu paupertate, patientia in aduerſitate. Sicut uinum melius eſt, quod creſcit in alto loco, & petroſo. Hæc eſt armatura fortium, Can. 4. Sic ergo vndiq; ab hoſtibus vallatus debet vndiq; armari. Et ſic intus, & illo modo armatus arcū cōte- 9 10

rct,

ret,& confringeret arma. In Psal. 45. scilicet diaboli, de quibus supra in secundo principali. Castrum uerò animę sic anima,& Christi corpore instauratū,& miles fit Dei armis indutus, quiq; tentationibus uincit, & à diabolo permittitur se capi, nō est dignus honore, nec Christi redemptione, nec præmio cœlesti, q; patet per hoc, quod narrat. Tullius. 3. de officijs cum Anibal teneret captiuos octo milia Romanorū, quos in bello, cœperat,& dedillet eos pro parua redemptione, noluerunt Romani eos redimere, ut eorum exemplo milites armati, aut uincerent, aut occiderētur, vñ responderunt, dicentes nō indiget Roma militibus, qui armati se capi permittunt. Nec mirum si tales uiles,& honore indigni reputentur: quia peioris cōditionis dextrario Alexandri sunt. De quo fertur, quod armatus regis armis nullum sessorem admisit, nisi Alexandrum: ita tales nisi Deum. Et si hoc uiribus proprijs implere non possumus, ad Deum clamemus, dicentes. Armis tuę potentiæ protege nos semper. Sic ergo apprehende arma,& scutum. In Ps. 33. Sic dico quantum ad arma in secundo præ dictum est; & quantum ad modum, & quantum ad uigorem, ne capiatur,& exurge uiriliter agendo. Sed heu multi apprehendunt arma scientiarum,& uirtutum quasi arma defensiua, non inuasiua, quia nec exurgunt uiriliter agendo, prædicando, & laborando, sed uolunt quietam uitam ducere. Tales assimilantur cuidam militi. De quo fertur, q; cū esset benè armatus, quæsiuit ab armigero suo, si aliquis potuerit ei nocere, & respondit q; non, nec ego (inquit) alteri nocere potero. Ita tales credunt eis sufficere, q; ipsi alijs non noceant, nec alij ipsis, dicentes. Volo uiuere in pace in conuentu, & legere, & cātare nolo per mūdum currere, multa tœdia sunt ibi, & scrupulus conscientiæ in confessionibus audiendis,& huiusmodi, & uerecundiæ,& labores in mendicando. Sic loquitur ille piger. In Prouer. 26. Dicit piger, leo est foris in uia, &c propter

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

11

12

frigus piger arare noluit, Prouerb. 20. Talis ergo assimilatur cuidam militi de dolio. De quo fertur, quòd armatus nidie, q; potuit percuti in, apertura oculorum cum acuto,& minuto cultello, cogitans quō potuit custodiri, & armari, ita q; ex nulla parte posset tangi, vel lędi, dixit armigero suo, q; ablato uno fundo dolij cooperiret eū, ipso doleo, quod & fecit. Et sic nec potuit inimicos percutere, nec percuti. Ita isti se cooperiunt dolio pusillanimitatis,& uerecundiæ. Accipientes in uanum gratiam Dei intellectus, uel scientiæ, uel naturæ, uel ordinis sacerdotalis, uel alterius seu religionis, seu beneficij ecclesiastici. Omnia ista arma in uanum,& uacuum accipiuntur, uel quia accipientes, ocioſi sunt,& ipsis acceptis non laborant, uel quia ista vtiliter nō expendunt, uel quia ista accipiunt,& istis se induunt, ut bellum spirituale fugiant.

Exemplum.

15

¶Primi istis armis decorati, ociosam vitam ducentes, sunt sicut arbor florida, & non fructifera arbor inutilis, ut quid terram occupat? quæ non facit fructum bonum, & ideo excidetur,& in ignem mittetur, quia ocioſi cum operaris mercedem non accipient, qui enim operarios uocabit, dicens. Venite benedicti: ociosis dicet, ite maledicti. Caueant ergo ordinem accipientes, & non exercētes, beneficium desiderantes, & non curam nisi propriorum corporum. Caueāt pusillanimes in aggressu bonorū operum, ne in conscientijs lędantur, quia similes uollet purgare, nisi esset certus, q; non lęderetur, nunquam pugnaret. Pugnate ergo cū antiquo serpente, quia homo ad laborem nascitur, &c. Iob. 5. Nota pœnam talium. G. 3. 15.

14

¶Secundi dum in gratia accepta non laborant, nec expendunt, ut differentes: eo potius abuntur, quàm utantur, sicut sunt, qui intellectum occupant circa scientias,& quæstiones inutiles, qui ordinem exercent ut temporaliter uiuant, qui patrimonium Christi in carnalibus,& illicitis vsibus expendunt. Primi patrimonium Christi, & talentum

in ciſtis ſois, ſicut auari abſcõdunt. Iſti malè expẽdũt, iſti lucernã quidã habẽt, ſed ſub modo malè intẽtionis abſcondunt, & cãdela cuius ſpiramẽ exire non põt extinguẽt. Ita oĩa p̃dicta ſi ſub mala intẽtione obturentur, & vt deberẽt non multiplicẽtur, extinguetur ĩ nocte moris lucerna eius, & tũc dicet. In tenebris ſtraui lectulũ meum: Iob. 17. Et tunc auferetur ab eis mina, ſeu talẽtũ à primis, quia aſcõderunt illud à ſecundis, q̃a ipſo abutebãtur, quia nõ ſolum meretur priuilegiũ amittere, qui eo abutitur, ſicut ſecũdi, ſed qui eo nõ vtit, ſicut primi. Sicut patet. A. 6. 4. ¶ Tertij, qui ſe armãtur bellũ fugiant. Sunt, qui ordinãtur, ut mũdi labores fugiãt, q̃ etiam ad hoc ſtudẽt, ut quietã uitã ducant, à labo
15 ribus eximatur, ſciunt q̃ magis ſunt in honore, uocantur ab oĩbus rabi, & hũt primos recubitus in cænis, & ſalutationes, & q̃ à multis eis partitur laboribꝰ, & nituntur illum finem attingere, & tales armantur, non ut inſultũ diabolo faciant, ſed ut uel per arma illa ab inſultibus, & laboribus præſeruentur, & ſic poteſt de eis dici quod dixit. Scipio ſupra. e. c. 3. uel ut bellum fugiant: & ĩ hoc aſſimilantur cuidã militi uecordiſſimo. De quo fertur, q̃ dixit magiſtro, q̃ debuit arma ſua facere, q̃ ea faceret bona, & fortia à tergo, aſſerens, q̃ cito intenderet fugere, & ideo uoluit arma habere, q̃ cum de bello fugientẽ cuſtodirẽt à ſagittis. Ita in ſancta eccleſia, uel religione, qui delicias & requiem, & cameras quærunt, & equos, & labores hominũ prædicantium fugiunt, de quibus Eſa. 22. Cuncti principes tui fugerũt ſimul, principes dicuntur, quia maiores in ſtatu ſuo iſta fugiunt, de quibus Eſa. 30. Ad equos fugiemus cum Golia contẽnẽtes Dauid pedicãtẽ. De quibus Hiere. 39. Viri bellatores eius fugerunt. De q̃bus conqueritur Deus in Pſal. 30. Qui videbant me foras fugerunt, qui ſcilicet videbant ſolo ſcripturarum diſputatione, diſputantes quomodo Deus uideatur per ſpeciem, uel eſſentiam, quem tamen in gloria nunquàm uidebunt, quia foras fugerunt affectu, & opere eũ non ſequentes. Et quia in labore hoĩm non ſunt uerificabitur de ſingulis eorum, illud Iob. 20. Fugiet arma ferrea, ideſt opera ſpiritualium armorum laboriosa, & ponderoſa, & irruet in arcum æreum, ideſt in labores dæmonum in morte eductus, & egreſſus de uagina ſua.

Exemplum.

¶ Ad quartum, ſic proceditur, ſicut enim cognoſcitur in cuius domino caſtrũ ſit per ſigna, & arma, quæ exterius appenſa oſtenduntur: ſiquidem caſtro capto arma captiuantis ſuper illud ponuntur. Et ſicut cognoſcuntur, qui hoſpitantur de familia regis in tali hoſpitio per arma, quæ ĩ porta, uel oſtio pinguntur. Et ſicut cognoſcuntur, qui ſunt filij talis, uel talis multis per arma patris, quæ portant, nã filij mortuo patre arma eius portant. Et qui ſunt de parẽtela, tanto ſimiliora, quanto ſunt natura propinquiores. Et ſicut cognoſcitur, quis dominus, uel rex ĩ loco illo dominatur per arma cõiter depicta, nã in regno, uel dominio frequenter pingũtur arma regis, & dñi, qui ibi dñatur, & ſpecialiter ſi diligantur. Et ſicut ſignum militis mortui eſt, quando ſcutum ſubuertitur, ſic cognoſcitur quis rex caſtrum animæ noſtræ occupauit, uel per arma, ideſt ſigna exteriora, uel quis hoſpes in hoſpitio animæ recipitur, & cuius filij ſumus, uel Dei uel diaboli. Vtrumue ſumus mortui, uel uiui, de cuius etiã ſumus dño, ubi uidentur exterius arma diaboli, & ſigna eius. Ira, odium, uindicta, & cętera uicia, non eſt dubiũ quin ibi diabolus caſtrum animæ obtineat. Ex operibus ergo uicioſis ſicut iuramẽtis, & falſitatibus, & huiuſmodi, patet q̃ ille mundi princeps, Io. 16. qui in morte Chriſti fuit de multis caſtris eiectus, nam ferè totum mundum, & principatum cum omnibus caſtris recuperauit, quia pauci ſunt, qui Chriſti ſigna in corde, ore & opere oſtendunt. Sed uæ illis, de q̃bus ſancta trinitas, dicit illud Pſal. 73. ſigna nr̃a nõ uidimus. Qui deſcẽderunt in infernũ cũ armis ſuis,

Arti. 5. ſuis, Ezech. 32. ¶Ad quintum ſic proceditur. Sicut enim arma corporalia ſiunt, quando bellum inſtat. Ita modo ſpiritualia, quia dies mali ſunt, & mendacium, & furtum, & homicidium inūdauerunt, Oſeæ. 4. Qui ergo habet tunicam vendat eam, & emat ſibi gladiū, ideſt arma ſpiritualia, quia temporalia dare debet pro augmento ſpiritualium.

¶Et ſicut corporalia fricantur cuſtodiuntur, & clara redduntur in ſacro cū furfure. Ita arma ſpūalia, ſcilicet virtutes in ſacco humilitatis cū furfure pœnitentiæ. Et ſicut fatuus eſt, qui proijcit arma, dum eſt in bello, uel baculū ſuū, dum canes latrant, uel qui hoſti ſuo tradit arma ſua ad ſeipſum expugnandū, ſic qui dimittit virtutes, dum eſt hic, uel qui ſenſus, uel cætera membra uanis exponūt delectationibus. Ideo apoſtolus Roma. 6. ammonet, dicens. Non exhibeatis membra ueſtra arma iniquitatis peccato.

¶Aſcendere. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo aſcendamus ad montem Dei.*
2 *Quomodo aſcendamus ad montem diaboli.*
3 *Quando Chriſtus aſcendit:*
4 *Vbi fuit Chriſtus inter aſcenſionem, & reſurrectionem.*
5 *Quatuor de cauſis Chriſtus aſcendit.*
6 *Quomodo interris ſe dominus oſtēderit.*
7 *Dominus aſcendit vt nobis hoſpitium pararet.*
8 *Dominus aſcendit vt amorem noſtrum ad ſe traheret.*
9 *Dominus aſcendit vt omnia adimpleret.*
10 *Membra Chriſti quomodo eodē cū Chriſto aſcendere poſſint.*
11 *Cur contendere debeamus, vt cum capite noſtro aſcendamus.*
12 *Exemplum de quodam quærenti plenum gaudium ſine dolore.*
13 *Quæ occurant animæ quærenti delicias, & gaudia in hoc mundo.*
14 *Quid offeratur quærentibus gaudium in virtutibus.*
15 *Quæ impediunt aſcenſum multorum.*
16 *Quomodo corpus Chriſti, & eius membra aſcendendo cælos, cum ſolidi ſint. tranſire poſſint.*
17 *Beatos omnia videre cum in Deo ſint, in quo ſunt omnia.*
18 *Citius alijs alij aſcendunt.*
19 *Deuiantes per peccatum quomodo redire poſſint.*
20 *Aſcenſus quomodo eſſe debeat.*
21 *Quomodo aliquando homines altius aſcendant.*
22 *Iracundia elati aſcendere inimicos vincendo curantes cōparantur monti Ethnæ.*
23 *Aſcendentes per inuidiam quibus comparentur.*
24 *Aſcendentes per cupiditatem, quibus cōparentur.*
25 *Aſcendentes per Hypochriſim, & incōſtantiam, quibus comparantur.*
26 *Aſcendentes per ſcalem accidiæ, quibus comparentur.*
27 *Aſcendentes per cupiditatem, & vanitatem, quibus comparantur.*
28 *Quare multi immeritò aſcendant.*
29 *Immerito exaltati, quibus comparentur.*
30 *Exemplum fabuloſum de ijs, qui immeritò exaltantur.*
31 *Aſcendentes per viam falſitatis, proditionis, & duplicitatis, quibus cōparentur.*
32 *Quare malè aſcendētes proſperētur magis quam boni.*
33 *Malè aſcendentes, quibus comparentur*



Scendentium, Arti. 25.

Primo ponenda eſt diuerſitas. Secundo oſtendetur, quando Chriſtus aſcēdit. Tertio ubi fuit in medio tempore inter reſurrectionem, & aſcenſionē. Quarto, ad quid aſcendit, uidelicet propter noſtram vtilitatem. Quinto, quomodo cum eo aſcendere poſſumus. Sexto, quare debemus multum niti, vt cum eo, vel poſt eum aſcendamus. Septimo, qūo eſt intelligibile, q̄ Chriſtus, vel alij corporaliter, & cito aſcenderūt.

Octauo, quo mali diuerſimodè aſcendẽt in hoc omnes conuenientes, quòd
Artic 1. finaliter,& citò deſcendent. ¶Ad primũ ſic proceditur. Aſcendentium quidam aſcendunt montem Dei, per uiam humilitatis,quidam montem diaboli, per
1 uiam ſuperbiæ,& uanitatis. ¶Primum nullus aſcẽdit,niſi à Deo vocatus, & fide illuminatus, & ſpiritualiter ad hoc diſpoſitus ſecundùm conditiones poſitas in ſolutione queſtionis prophetę q̃rentis. Quis aſcendet in montem domini? Innocẽs (inquit) manibus. In qua conditione à contrario ſenſu excludũtur acquirentes iniuſtè, uel illicitè inmanibus bona retinentes. Et mundo corde. In qua excluduntur, qui in turpibus,uel malicioſis delectantur cogitationibus. Qui non accepit in vano animam ſuam. In qua excluduntur illi, de quibus ſupra. A. 23. 21. nec iurauit, &c.

2 ¶Secundùm nullus aſcẽdet,niſi à diabolo excęcatus, & obtenebratus diuerſis animæ cæcitatibus. Numeri. 13. Cõtenebrati ſunt, qui aſcenderunt in verticem montis. Hinc eſt, quòd ille, qui dixit Eſa. 14. In cœlum conſcendam, &c. & citò poſt aſcendam ſuper altitudinẽ nubium, & ſimilis ero altiſſimo, qui tamen benè citra ſubſtitit, dictus eſt princeps tenebrarũ. Primi habent angelos eis obuiantes, eosq; confortantes. Secũdi dæmones. Primi aſcenſus finis eſt cœlum: ſecundi infernus. Primum locũ elegit Chriſtus ad eunq; aſcendit: Ad ſecundum diabolus cum membris. Surge ergo,& aſcende ad locum, quem ele-
Artic. 2. git, Deuter. 17. ¶Ad ſecundum ſic procedi-
3 tur. Dicimus, quod ſicut Chriſtus per quadraginta ſeptimanas fuit in utero matris. Et per quadraginta dies ieiunauit. Et per quadraginta menſes prædicauit. Et per quadraginta horas fuit mortuus. Ita per quadraginta dies poſt reſurrectionem ſuam apparuit eis, & doctrinam, quam per quadraginta menſes eis tradidit, per quadraginta dies immortalis factus, per multa argumenta confirmauit. Poſt quos aſcendit Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominib⁹, Eph. 4. Duxit (inquit) captiuitatẽ à diabolo prius captam, &c. Eſt ergo feſtum aſcenſionis ſolemne, quia nõ ſolum eſt de aſcẽſione Chriſti, ſed etiam de omnibus ſanctis patriarchis, & prophetis, & iuſtis, qui fuerunt ante Chriſti natiuitatem, & mortem, clamantes, & dicentes, illud Ioſue. 10. Aſcende cito, & libera nos. Iſta vox obſeſſorum ī Gabaon, quæ interpretatur vallis meſticiè, non immerito ſignificat tribulatos in limbo patrum, uel in mũdo clamantes ad Deũ, & dicentes, inclina cœlos tuos, & deſcẽde, carnem naturam aſſumendo. Et iterum aſcende naturam noſtram ad patriam noſtram, ſcilicet reportando. Et ſic libera nos, Eph. 4. Qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit cum membris ſuis ad modũ probiſſimi regis, qui rege ſuperbiæ deuicto, prædam ab eo abſtulit. Videlicet Adam & Euam, & omnes iuſtos ab eis propagatos, & mortuos, atq; purgatos, & ſic aſcendit cum ſenioribus, Ioſue. 8. Cum ſenioribus, & ſanioribus, & non cum omnibus. Et quid eſt ergo, quod prædixit Io. 12. Ego ſi exaltatus fuero, oĩa traham ad meipſum. Trahit enim omnes trahendos ad modum Solis, qui de mari aquam dulcem, & puram in altum trahit falſam ponderoſam, atque terreſtrem derelinquens, vnde Augu. in quodam ſermone. Quorum (inquit) ſepulchra in paſſione ſunt patefacta, horum corpora Chriſto reſurgente ſunt de puluere ſuſcitata, & ſicut cum domino ſurrexerunt, ſicut patet Matth. 27. Monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum ſurrexerunt, &c. Ita cum domino aſcendente etiam ipſi aſcendiſſe creduntur, & ſic ſe cum duxit prædam noſtram in ſeyſiam hæreditatis ſuæ ponendo, & uitam cœli prius oblitam nos docendo, heb. 10. Nũ ciauit nobis vitam nouam.

¶Tertium, uidelicet vbi fuit medio tempore, nec ſacra ſcriptura, nec eccleſia, nec aliquis doctorum apertè determinat, potuit enim eſſe in terra, & ſi non
4 videretur, ſicut legit de ſancto Bartholomeo

fomeo quod potuit ſe abſcõdere, & facere inuiſibilem in illa ciuitate, ubi q̃rebat, ſi uoluit, ergo à fortiori corpus Chriſti glorioſum cum omnia corpora glorioſa oſtẽdere, uſ occultare ad libitũ ſe poſſint, quantum uerò ad partem determinatam creditur magis, quòd fuerit circa Hieruſalem, & illas partes, ad diſcipulorum ſuorum conſolationem, cum quibus eius tunc crebra fuit conuerſatio, ſecũdùm ſanctũ Tho. quibus apparuit in triplici ſpecie. Magdalenę in ſpecie hortulani, duobus diſcipulis in Emaus, in ſpecie peregrini, & apoſtoli æſtimabant ſe ſpiritum uidere. Iſtud enim tempus inter reſurrectionem, & aſcenſionem ſignat tempũs gratiæ, in quo ſe habet erga incipientes in ſpecie hortulani, ſcilicet ad modum hortulani, cuius eſt officiũ nocuas herbas eradi carexerga proficiẽtes ſe habet ad modum peregrini eos in uia deducendo, & oſtendendo, erga perfectos, ad modũ ſpiritus eos ſuo amore inflammando, & ſui deſiderium inſpirando. Poſtquã ſic locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœ
5 lum. Matth. vlt. Ad magnam noſtram
Artic. 4. vtilitatem. In quo notatur quartum, ui delicet ad quid aſcẽdit, ſcilicet propter quatuor. Primo, ut eius potẽtiã, & uniuerſale dominium oſtenderet. Secundo, ut hoſpitium nobis præpararet. Tertio vt amorem noſtrum poſt ſe attrahe ret. Quarto, vt adimpleret omnia. In primo oſtendit ſe eſſe timendum. In ſecũdo amandum. In tertio imitandum. In quarto ammirandum.

¶Pro primo eſt ſciendum, quòd ter-
6 tę ſe dominum oſtendit in terræ motu in hora mortis. Aquarum uerò in eius ſpoliatione facta in ſua reſurrectione. Aeris uerò & cœlorum, in die aſcenſionis. Dicatur ergo uerè dominus vniuerſorum tu es. Et in iſta aſcenſione & dominij oſtenſione: magnam nobis attulit ſpem ſpiritualis auxilij contra bella tentationum. Qui enim vult terram potenter defendere, uel homines, aſcendat locum altiorem, vtpotè turrim, vt de alto in hoſtes tela iaciat. Quia ſicut, dicit Vegetius de re militari, lib. 3. Et habetur, Ser. 118. 4. Pugnaturi primum auxilium capiunt ex loco, qui tanto melior eſt, quanto altior iudicatur. Cuius rei vna eſt cauſa ex parte pugnantium, quia tela demiſſa de alto vehementius deſcendunt, & durius percutiunt. Alia verò eſt ex parte aduerſantium, quia deorſum ſtantes habẽt duplex certamẽ, & contra locum, & contra hoſtes. Ita in propoſito dum Chriſtus ſtetit in baſſo loco, hoſtes, ſcilicet Iudęi in eum irruerunt, antequàm etiam ipſe crucem, & cœlum aſcenderet, exercitus ſuus cadebat ad limbum, carcerem inferni, & in tentationibus facilius uincebatur, ideo in aſcenſione ad ſupremam turrim ſuper omnes cœlos aſcendit, Ephe. 4. Vt membra ſua, & eccleſia ſua fortius defenderentur per eum, qui ciuitatẽ fortium aſcendit, Prouerb. 21. De quo nota. C. 4. 22. & hoſtibus fugatis nobis iter faciat Pſal. 67. Iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum dominus nomen illi, turbabuntur à facie eius.

¶Secundo aſcendit, ut nobis hoſpi-
7 tium pareret ipſo teſte, qui ait. Vado parare vobis locum. In quo notatur magna Chriſti humilitas ultra omnes dominos terrenos, quibus miniſtri præparant locum, hic econuerſo non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare. Sed tamen ſecundùm rei ueritatem vadit parte loeum eis, qui hic parauerunt ſeruis ſuis, itaque vult quòd ſerui ſui prius recipiãtur, quod patet expreſsè, Matth. 25. Vbi dicit his qui ſuos receperũt, opera charitatis miniſtrando. Venite benedicti patris mei: poſſidete paratum vobis regnum. Ergo per opera miſericordiæ aſcenditur. Per illos enim ſex gradus, ideſt ſex opera charitatis annumerata, Matth. 24. Et per ſeptimum, quod habetur in Thobia de ſepultura mortuorum, aſcendetur in cœlum, quod pulcherrima figuratur. ſecunda. Paral. 9. vbi habetur, quòd rex Salomon fecit ſex gradus, quibus aſcendebatur ad ſolium, & ſcabellum aureum. Iſtud ſcabellum poteſt ſignificare ſepulturam

mortuorum, quia ſicut ſcabellum ſub pede, ita infimum locū tenet inter opera charitatis: & ſic ſeptem graduū aſcēſus eius, Ezech. 40. Et brachioſa poſsūt dici opera ſpiritualis charitatis. De quibus. C. 12. hoc non tantum figura, ſed opere monſtratum eſt in facto, Heliæ. 4. Reg. 2. qui ad paradiſum aſcenſurus dimiſit pallium ſuum Heliſeo. Et ſic Chriſtus aſcenſurus per crucem depoſuit veſtes. Ioan. 19. In ſignū qnòd aſcēſuri in cœlum debent ueſtes, & alia dimittere per eleemoſynarum largitionem. Talium enim aduocatus eſt Chriſtus apud patrem. De pe. diſ. 2. §. ego sū: & uerſ. ſi quis. Sed non defendit falſas cauſas, nec falſos in cauſis ſuis, qui quādo infirmantur, uel confitētur, promittunt ſe uelle à peccato abſtinere, & benefacere, & non faciunt. Illi non aſcendent. Sed qui pœnitentia à ſe mactāt, & charitatis ſacrificium offerunt. Iudi. 13. Cunque aſcenderet flamma altaris in cœlum, angelus domini pariter in flamma aſcendit. Nota. C. 1. 4.

¶Tertio aſcendit, ut amorem noſtrū 8
poſt ſe attraheret. Et ſic poſt ip ſum aſcēdere toto deſiderio, & niſu nos doceret, ſicut patet Ser. 28. 8. Cuius rei duplex habetur exemplum: Vnum de aquila prouocans pullos ſuos ad uolandum, & nidum ſuum dimittendo. Primo, ut dicitur aſcendit ſuper aliquam arborē ante eos, deinde ſuperius in aere uerſus cœlum, & ſic pulli eam ſequūtur. Sic Chriſtus, qui eſt quaſi aquilia prouocans ad uolādum, pullos ſuos, & ſuper eos uolitans. Deutero. 32. Primo aſcendit ſuper arborem crucis. Secundo in altum aeris uſque ad cœlum, ut iter pararet, & nos ad ſequendum prouocaret. Aſcendit pandens iter ante eos, Mich. 2. Non ergo ſimus magis degeneres, quā pulli aquilæ. Sed ſequamur per arborē pœnitētiæ, & ſimus ſocij tribulationis, ſi eſſe uolumus ſocij conſolationis.

Exemplum.

¶Exemplum etiam ad hoc eſt de patre, uel amico eunte ad terram remotā, filij naturaliter eum corde ſequuntur, frequenter de eo cogitanda, & rumores de eò cogitando, & rumores de eo libēter audiendo. Si eſſent magni reges, uel Papa in aliis terris, & uocarent pauperes, & amicos, ut eos promouerent, libenter ad eos uenirent. Sed ſic eſt de Deo, qui aſcendit in cœlum, & uocat quemlibet noſtrum, dicens illud Exod. 24. Aſcende ad me in montem. Nota. A. 16. 19 Aſcendamus ergo in montem domini. Eſa. 2.

¶Quarto aſcendit, ut adimpleret om 9
nia, & vniuerſa perficeret. Vniuerſum enim eſt, quaſi circulus, qui perficitur, quando linea ducta ab vno puncto redit in eundem, ſic vniuerſa à Deo prodeunt, quaſi linea à puncto Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, &c. & ad eundem terminatur, quia ipſe alpha, & o, principium, & finis omnium creaturarum, ſicut patet. M. 3. 22. In cuius ſignum filius Dei egreſſus à patre, & ultimo creaturæ vnitus, ſcilicet terræ. Iterum die aſcenſionis ad eundem patrem redit, terram ſuo principio copulando, & vniendo. Et ſic per egreſſum eius à patre, & regreſſum eius ad eundem, eſt circulus vniuerſi completus & perfectus: quia ſicut in circulo vna parte deſcendente, alia aſcendit, ſic Deo deſcendente homo aſcendit Ephe. 4. Qui deſcendit, ſcilicet ſolus, ipſe eſt, qui aſcendit cum membris, ut ad impleret omnia.

¶Viſo quomodo ad quid, & quando i Arti. 5i
caput aſcendit Chriſtus. Videndum eſt 10
quomodo membra cum eo aſcendere poterunt, huius rei poſſibilitas ſtatim apparet, ſi mēbra capiti ligata ſint charitate, quod eſt uinculum perfectiſſimū, Coll. 4. Super oīa autē charitatē habentes, qđ eſt uinculū perfectionis. ¶Exemplū ad hoc eſt beati Ambroſij ī Exameron, li. 3. Sicut. n. à qua ad tantā altitudinē in cōductu aſcēdit, à quāta principiū trahit. Et ſi aliqđ leue, ſicut pēna, vel lana, uel hmōdi in ea ponatur, illud etiā ſecū aſcendere facit. Ita natura diuina, de quo Eccſia. 24. ſicut aqueductus exiui à paradiſo, ad eundē locū redit

Aqua.

dit pœnas ſecũ leues põderoſitate peccati nõ grauatos. Mẽbra.n. debent capiti cõformari. Et ſic mẽbra cõiũcta capiti ſequent per eãdem uiã. Sic nos ſi mẽbra fuerimus Chriſti, ipſum ſequemur, & non aliter, quia nemo aſcẽdit in cœlum, niſi qui deſcendit. Io. 3. ſcilicet cũ membris, quæ ipſum ſequentur per uiã pœnitentiæ, & aſperitatis, per uiam mũditiæ, & puritatis, per uiam patientiæ, & humilitatis, per uiam miſerię, & paupertatis. Et ſic de aliis uirtutibus. Iuxta illud. j. Re. 14. Aſcendit Ionathas reptãs manibus, & pedibus, & armiger eius poſt eum.

¶ Viſo quòd aſcendere poſſumus ſi volumus. Reſtat oſtendere, quare debemus multum niti, ut cum capite noſtro aſcẽdamus. Hoc nos docet miſeria terræ, in qua habitamus, hæc enim eſt terra tenebroſa, & vmbroſa mortis caligine, terra miſeriæ tenebrarum, in qua homo breui uiuens tempore repletur multis miſeriis, in dolore naſcitur: in labore viuit in timore moritur, benè ergo ter replicatur. Væ, væ, væ habitantibus in terra, Apoc. 8. Vel ideo tibi væ, propter pericula carnis, mundi, & dæmonis, quæ licet ad tempus placeant, in fine miſeros væ æternæ mortis exponunt. Quod oſtenditur tali exemplo, quod habetur, Ser. 6. 1. Excogitato, & imaginato, de quodam cogitante quomodo poſſet aliquem ſtatum inuenire, vbi poſſet plenum gaudium habere ſine dolore, & cum deambulans, de hoc meditaretur, obuiauit cuidam, qui quęſiuit, quid cogitaret, & cum ei cor aperiret, ait, ueni poſt me, & oſtendam tibi gaudium magnum, & duxit eum ad unam domum plenam theſauri auri, & argenti, & ait, hæc tibi do, & cum iſtis potes gaudere: qui diligenter & ſapienter domum conſiderãs vidit ex una parte theſauri latrones, & homicidas, in quodam angulo abſconditos, eiuſque ſpoliationi inſidiantes, & tremens quæſiuit à ductore ſuo, quid ſibi vellẽt iſti, cui ductor, ad tempus de iſtis gaudere potes, ſed in fine non poſſum te cuſtodire, quin ab iſtis ſpolieris. Cui ille væ mihi, quia decepiſti me, quia hoc nõ eſt gaudium, ſed timor, & fugiens occurrit alteri, à quo totum promittitur, ſicut à priori. Iſte ergo duxit eum ad unam cameram pulcherrimam, in qua ex vna parte uidit menſam poſitam, cum omnibus delicijs, in alia lectum delicatè paratum, & ait, comede, & bibe, & dormi, & quære in omnibus carnis delicias, ſed diligenter circunſpiciens, vidit de pariete ex una parte ſerpentem maximum occultè egredientem, & tortuosè incedentem, nunc habentem caput verſus menſam, nunc verſus lectum, quaſi incertus cui declinaret, vidit ex alia parte leonem magnum habentem os apertum, ad eum deuorandum, & ait ductori ſuo, quid ſibi uolunt iſta animalia? qui ait hic potes comedere & bibere, & gaudere ad tempus, ſed in fine nõ poſſum te cuſtodire, quin iſte ſerpens te occidat, vel in menſa, uel in lecto, uel neſcio in quo loco, quo facto, leo te deuorabit: cui ille, væ ergo mihi, quia decepiſti me, quia hic ſedere, uel quieſcere, vel confidere non poſſum. Et triſtis obuiauit tertio, qui duxit eum ad domũ pauperum, ubi nec erant diuitiæ, nec deliciæ. Et oſtendit illi ſcalam, cuius ſummitas tangebat ſolarium, in quo erant inæſtimabiles diuitiæ, & gloriæ, dicens, vides hanc domum? uideo (inquit) hic inquit, nec eſt ſerpẽs, nec leo, nec latro ſed gaudium plenum. Aſcende ergo ad domum illam, & ibi inuenies quicquid deſideras: ut gaudium tuum ſit plenũ, & gaudium tuum nemo tollat à te, & eris ſine timore.

Art. 61. 11

Exemplum.

12

¶ Spiritualiter anima rationalis ad delicias & gaudia creata, illa quærit diuerſimodè, & in diuerſis, cui occurrit mundus offerens multas diuitias, terras & animalia, aurum & argentum, ſed ſi diligenter conſiderent videre poſſent, quomodo latrones peſſimi eis inſidiantur, ut eos ſpolient, ſcilicet executores, & amici carnales, ſicut patebit infra capitulo. de executoribus, ſicut patet. A. 21. 9.

13

¶ Alij

14 ¶Alij quærunt gaudium in delicijs, & iſtis occurrit caro, & offert multa delectabilia, ſed ſi diligenter circunſpicerent: uiderent ſerpentem, id eſt mortem eis inſidiantem in menſa, quia multos occidit crapula, & corporaliter & ſpiritualiter: propter crapulam multi perierunt. Inſidiantur etiam in lecto, quia multi etiam ibi ſubito moriuntur. Et leo circuit quærens tales ad deuorandũ, ſcilicet diabolus. 1. Pet. 5.

¶Alij quærunt iſtud gaudium in uirtutibus, & iſtis occurrit Chriſtus, & eius miniſtri, & offerunt eis ſcalam pœnitentiæ, ſcilicet trium graduum. Contritionis, cõfeſſionis, & ſatisfactionis, uel ſcalam charitatis, & aliarum uirtutum, ſcilicet humilitatis, paupertatis, puritatis. Iſta ſcala Iacob in terra fixa, & ſolarijũ cœli attingens, habet duas arbores laterales, ſcilicet dilectionem Dei, & proximi. Gradus eius ſunt opera charitatis, & uirtutum. In huius aſcenſu non eſt labor timendus, quia Deus innititur ſcalę, & angeli aſcendunt, & deſcendunt: aſcendentes iuuantes, & recipientes. Angelos (inquit) aſcendentes, Gen. 28. Iſta ſcala dicitur fuiſſe fixa in terra, & non in uento, i. non in fine uitæ quando tota uita conſiſtit in quodam ſtatu uenti, quia tunc eſt tarda hora ſacerdotem quærere, & ſcalam pœnitentiæ, & charitatis primo erigere, ſed erigi debet ſuper terram firmam, id eſt in forti uita: & tũc ducit ad dominum cęli, in qua uidebimus, & gaudebimus, & gaudium noſtrum nemo tollat à nobis. Aſcendamus ergo, & poſſideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam. Numeri 13. Nota. C. 1. 4. & P. 7. 31. & T. 1. 1.

15 ¶Sed iſtum aſcẽſum duo multos impediunt, timor, & amor. Verbi gratia, uolentes aſcendere per gradus eleemoſynarum, & caritatis, impedit amor pecuniæ, & timor penuriæ. Illud impedit etiam reſtitutionem uſurarum, & ſimoniarum & ſimilium: per opera pœnitentiæ amor inordinatus, carnis, & timor auſteritatis, & ſic de alijs. Figura ad hoc. 2. Paral. 9. vbi in quolibet gradu aſcenſus Salomonis erant duo leones hinc & inde. Sed iſti leones, quia picti erant, uel formati ſine uita, ſignificant ꝙ ſolum timidos, & uecordes impediũt, & illos de quibus habetur. P. 7. art. 13. Audaces uero fortiter aſcendunt. Exemplo Dauid de quo. 1. Reg. 24. Aſcendit ergo Dauid inde, & habitauit in locis tutiſſimis. Sed fruſtra niteremur, niſi aſcenſus eſſet poſſibilis.

¶Ideo nunc ſeptimo reſtat oſtendere duo. Primo quomodo ſit intelligibile, ꝙ corpora aſcendere poſſint. Secundo, ꝙ velociter aſcendunt. Arti. 7.

¶Cauſa declarationis primi eſt difficultas, quæ uidetur circa aſcenſionem corporum ſpecialiter. Cum enim plana ſint corpora cęleſtia, & ſolida: mirũ uidetur, & difficile quomodo corpus, ſcilicet Chriſti, & quæ cum eo aſcenderunt, & corpora bonorum in reſurrectione per illa tranſire poterunt, ſine illorum fractione, ſeu diuiſione? 16

¶Sed ad hoc ſciendum oportet intelligere, ꝙ ſicut exiuit ſepulchrum clauſum, & intrauit ianuis clauſis, ſic ipſe cum alijs aſcẽdit cęlum, nec debet hoc eſſe mirabile, ſi conſiderentur opera naturæ nullum dubium eſſe debet: quin Deus in operibus ſuis ſit potentior, & ſubtilior, quàm quæcunque operatio naturalis. Sed in operibus naturæ uidemus, ꝙ radius Solis penetrat uitrum, ſine ſui diuiſiõe, & calor ignis ferrum, & calor Solis ſaxa duriſſima, & uirtus Solis profundiſſima loca terræ, uirtute cuius aurum, & alia metalla ibi generantur. Non eſt igitur mirabile ſi Deus, & alij uirtute, & potentia Dei cœlos penetrent: quia ſicut cognitionem noſtrã nullum oſtaculum, uel ſpacium impedire poteſt: ita glorificatos quin libere poſſint eſſe, ubicunque uoluerint ſine impediměto, ſicut patet, Ser. 248. Et cognoſcere, & ſcire, & uidere quæcunque 17 uolunt, & quæcunque circa nos aguntur, quãtumcunque ſimus in obſcuris & occultis locis, ſine abſconſione clarè & apertè: quia uident ſpeculum. i. Deũ in quo relucent omnia, vnde beatus

Grego.

Grego. 4. dial. c. 34. Et 2. dial. ca. 35: qui videt uidentē omnia, in ipſo uidet omnia: quia in ipſo omnia continenter. Sicut videns ſpeculum, uidet omnia, quę relucent in ſpeculo. Idem Grego. 9. moral. qui iungitur circa Dei amorem verſantur, nullo modo credendum eſt, q̄ aliquid foris ſit, quod ignorent. Multum ergo deberemus abhorrere peccatum, & opera turpia, quæ quantumcunque in occulto agamus videmur à Deo, & ab angelis, & ab omnibus amicis noſtris, & multis dęmonibus, qui nituntur nos in illo ſtatu ſtrangulare, & ſecum ad perditionem ducere, pauci ſunt, qui non dimitterent turpe peccatum committere, ſi uiderentur à patre, vel matre, uel uxor ſi uideretur à marito. Et à multo fortiori ſi tota uilla hoc uideret in foro. Sed multi noſtrum habent patres, & mariti habent uxores & econuerſo in cęlo, & multos amicos, qui vidēt quicquid ſancimus in camera cum tota curia cœleſti. Magna ergo probitas benè agendi nobis indicta cum cuncta agamus ante oculos cuncta cernentis, Boecius. 5. de conſola. in fine. Nota. 18 C 3. 1. Et V. 4. 1. vel. 16. 6.

¶Quantum ad ſecundum de velocitate aſcendentium non eſt mirandum, quia in morte bonorum, uel in iudicio generali, uel in liberatione iuſtorum de purgatorio: potius eſt terminus motus, quàm motus, quia ſicut citatus ad perueniendum, ad certum locū, certo die, qui fortè locus ad centum diſtat dietas, ſi omnes dietas faciat ante illum diem, illo die locum illum ſubito intrare poteſt, oſtio aperto. Sic quos Deus citat dicens, aſcende ad me in montem, Exodi. 24. Qui nunc vnum pedem habent in cœlo, ideſt affectionem, qui per totam vitam ſuam uadunt per artam uiam mundicię, & pœnitentiæ, quæ ducit ad vitam, & cū magno labore per gradus bonorum operum aſcendunt de uirtute in uirturem. Qui aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuerunt in uallc lachrimarum. Pſal. 83. Per phas & nephas qui tot gradibus aſcendunt, quot bona vi-

uentes geſſerunt, qui per gradum caſtitatis aſcendunt ad locū mundiciæ per gradum pacis, ad locum pacis, & ſic de alijs. Et ſi aliquando deuient per peccatum, cito, redeunt per pœnitentiam, nō expectando quadrageſimam, vel ſenectutem. Scientes, quoniā paruus error in principio viarum, magnus eſt in proceſſu, & quoniam tempus peſſimū eſt, Mich 2. Quantumcunque ergo cœlum multis dietis diſtet ab eis in principio vitæ, qui omni die appropinquant ad illud per vnam dietam, non eſt mirabile ſi in morte ſint prope cœlum, & ſtatim illud intrent, quia potius eſt diſtantia meritorum, quàm locorum. Vnde quidam ſapiens requiſiuit quantum diſtarer cœlum ab inferno, conuenienter reſpondit quantum anima boni, & mali in morte: quia vna ſtatim ī morte eſt in cœlo, alia in inferno, quia ſicut bonus multas dietas, ut dictū eſt facit verſus cœlum, & ideo in morte ſtatim eſt ī cœlo, de perfectis loquor, nō de illis q̄ impediuntur in purgatorio. Ita malus, qui dietas multas facit uerſus infernū, ſtatim eſt in inferno, quia prius deſcendebat: dum aliena rapuit multum deſcendit, & ſic de luxuria, & alijs. In quolibet enim tali peccato magnum gradum facit in iſto deſcenſu. Sicut igitur boni in una parte ſtateręq̄, uel ſiti q̄ aſcendunt per gradus uirtutum, mali in alia parte deſcendunt per gradus peccatorum, ſicut lupus & vulpes in ſtula. Exemplum de diuitie, & Lazaro, Lucæ. 16. De utriſque ſimul, in Pſal. 106. Aſcendunt vſque ad cœlos, quantum ad bonos. Deſcendunt vſque ad abyſſos, quantum ad malos. Sic ergo oſtenſa uia & modo, & poſſibilitate aſcendendi, patet reſponſio ad quæſtionem Ioſaphat regis. 4. Reg. 2. dicentes, & quęrentis per quam uiam aſcendemus. Nota. N. 1. 10.

Arti. 19.

¶Malorum uero multitudo non ſic aſcendit cum Chriſto, qui prius deſcendit per humilitatem iuxta illud, Pſal. 20 17. Inclinauit cęlos, & deſcendit, ideo poſt aſcendit ad cœlos. Eſa. 19. Ecce dñs

aſcen-

aſcendit ſuper nubem leuem, & in Pſal. 46. Aſcendit Deus in iubilatione. Ioan. 3. Nemo aſcendit in cęlum, niſi qui deſcendit de cœlo.

Fabula. ¶Sed aliqui potius eligunt aſcendere per ſuperbiam cum ędificantibus turrim Babel. Gen. 11. Et cum Lucifero, vel cum Icaro, de quo fabulæ habent, ꝙ cū pater eius Dedalus ultra mare cū filio ſuo Icaro uolare uellet, informauit ſ. filium, ꝙ non aſcenderet nimis altè, ne Solis calore pennę eius cōburerentur, & ſic caderet: ne nimis baſsè, ne ad turres, uel campanilia læderetur, ſed tantū medium tenendo, patrem ſequeretur, qui de uolatu gloriatus, ex ſua præſumptione dedignans patris ſequi veſtigia, altius aſcendit, & pennis combuſtis in mare cecidit, quod cum pater retroſpexiſſet, ait. Icare nate bibis, iam nunc ſine patre peribis. Nam tibi dixit bis, medio tutiſſimus ibis. Iuſſa paterna pati, medium tenere beati. Icarici fati, memores eſtote parati. Sicut iſte prædicauit filio, ita prædicandum eſt omnibus ſanctę matris eccleſię filijs, dicendo ꝙ medium teneant, propter pericula, quę in extremis latent. Nam ſuperbi occaſum habent, ſicut patet exemplo luciferi, Eſa. 14. qui ait. In cęlum conſcendā ſuper aſtra cęli, exaltabo ſolium meum ſedebo in lateribus aquilonis, aſcendā ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo, ueruntamē ad infernum, detraheris in profundum laci.

¶Sed heu aliqui Icaro, & Lucifero
21 ſunt ſimiles, nec predictę doctrinæ credunt, nec exemplis prædictis informantur, uel terrentur, quibus nō ſufficit matrimonium, vel hæreditas, ſeu dignitas paterna, uel paternus honor, ſed in ſuperbiam erecti, uolunt omnes progenitores, & ſingulos uicinos tranſcendere, uel per nouitatum inuentiones in ornatu, & barbis, & huiuſmodi, per dominium, uel per balliuiam, in qua peius aſcendunt, quàm mala herba ſuper blada, quia ille uolunt blada deſtruere, vel ad ſe trahere: Iſti uero terras maioꝛes & animalia, &c. per phas & nephas ad ſe trahere, & perquirere, ut ſupra de aduocatis. A. 14. ędificia altiora eleuare, ſicut patet per ędificaſes turrim Babel. Gene. 11.

¶Alij uero non ſufficit ſequi patres 22
ſuos antiquos, & ſanctos, & ſolidos eccleſiæ doctores, ſed uolunt ſingulariter videri, & altius uolare, nouitatum eſſe inuentores, de quibus omnibus ſimul. Deute. 1. Tumentes ſuperbia aſcendiſtis in montem. Et in Pſal. 73. ſuperbia eorum, qui te oderunt aſcendit. Et iterum. Vidi impiū ſuperexaltatum, & eleuatū, ſicut cedros libani. Sed quis eſt finis huius exaltationis, patet cum ſequitur. Tranſiui, & ecce non erat quæſiui, & non eſt inuētus locus eius, ſcilicet, nec cum illis in cœlo, nec cum illis in terra iſta, ſed cū his, qui interfecti ſunt gladio, & deſcenderunt ad fundamenta laci. Eſa. 14.

¶Alij vero nituntur aſcendere ira in flammati, ut ſe de inimicis uindicent, propter hoc enim deſiderant eſſe potentes, & propter hoc aſcendunt in Iſrael, in Pſal. 77. Et iſtorum altitudo, ſeu aſcēſus eſt, ſicut altitudo montis Ethnæ, qui in ſeipſo comburitur, & valles à combuſtione minus lędunturꝛ Iſtum montem inflammant, qui eum ad uindictam acuunt, dicentes, magnus es, &c. ſi eſſem ſicut tu, ita vindicarem me, ꝙ omnes loquerentur de me. Iſti diu aſcendere non poſſunt, quia ſicut auis, quæ nititur cum una ala aſcendere, retro cadit. Ita ille, qui aſcendere nititur, ſine ala dilectionis Dei, & proximi, uel ſine ala bonę uoluntatis, ſeu operationis, ubi poſſibilitas adeſt utrunque habendi, cadet. Gene. 49. Cadat aſcenſor eius retro, & ira Dei aſcendet ſuper eos, in Pſal. 77. Ethna mons.

¶Alij vero aſcendunt cum inuidia, 23
& iſtorum aſcenſus, & altitudo aſſimilatur altitudini fagi, cuius umbra herbas ſub ſe creſcere impedit, & quanto altius aſcendit, tanto latius umbram veneno ſam expandit. Sed in fine procella venti proſternitur. Ita iſti in arte, & ſtatu ſuo nituntur in altum aſcendere alijs aſcendere uolentibus, inuident, & vm-
Fagus.

bra

bra venenoſę detractionis accuſationis, & uituperationis impediunt, Pſal. 17. Aſcendit fumus in ira eius. Sed in morte cum paruo flatu de ore emiſſo anima fugi, in infernum cadet, & herbę prius impeditę, incipient creſcere, dicentes, illud, Eſa. 14. Corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes.

24 Fabula. ¶Alij uero aſcendere nituntur per cupiditatem cum gigantibus. De quibus fabuloſæ fertur, ꝙ cumulauerunt montes ſuper montes, ut quendam Deum ſaracenorũ, uidelicet, Iouem expugnarent, ſuper quos in altum aſcenſos fulmen emiſit, ſub montibus, quos cumulauerunt depreſſos occidit. Sic auari cumulant terram ſuper terram, præbendam ſuper præbendam. De quibus. A. 27. 5. Et montes ſuper montes, & poſſeſſiones ſuper poſſeſſiones, dum terras, & nemora, & montes acquirere non ceſſant, dominium ſuper dominium, balliuiam ſuper balliuiam cumulantes. Sed in iſta cumulatione aliqui Deum cęli in ſe expugnant, ſicut illi, qui huiuſmodi periurijs acquirunt, ſicut aliqui mercatores & falſi compurgatores, & duodenarij. Aliqui in membris ſuis. Sicut fures raptores, uſurarij, de quorum quolibet conqueritur, dicens. Aſcendit malicia eius coram me, Ione. 1. & huiuſmodi. Sed Deus ſuper eos fulmen terribile emittet, quando dicet illud, Matth. 25. Ite maledicti, &c. Et ut ſint de hoc certi, audiant, quàm certitudinaliter eis promittit ſic. Auaricia enim in capite omnium, deinde ꝓmittit, dicens, nouiſſimum eorum gladio interficiam, pomiſſionis uerò ineuitabilitas: patet per hoc quod ſequitur. Non erit eis fuga. Et cito poſt, ſi aſcenderint uſque ad cęlum, inde detraham eos. Et ſi abſconditi fuerint in verticę Carmeli, inde ſcrutans auferam eos. Et ſi celauerint ſe ab oculis meis in fundo maris, ibi mandabo ſerpenti, & mordebit eos. Quia quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam, ait Pſal. 149.

25 ¶Alij aſcendunt per hypocriſim, & inconſtantiam ad modum Miluij, qui aſcendendo clamat uoce gracili, & ſpirituali ualde, dicendo, ſi, ſi, ſi, ac ſi nihil curaret de toto mundo. Ac ſi eſſet ita ſpiritualis, & eis, quæ Dei ſunt intentus, quòd de temporalibus nõ curaret, nec cogitaret, & ea quę ſua ſunt ominò non quæreret. Sed uiſo cadauere, citò ſuper illud deſcendit, & adhuc in altum aſcendunt famelici, ut ad diſtantius facilius prædam uideant, & citius capiant. In prima conditione eis aſſimilantur illi, qui in quadrageſima, & in infirmitatibus ſuis, & neceſſitatibus, & confeſſionibus, ità ſpiritualiter loquuntur peccatum deteſtando, dicentes, ſi ſi, ſi, ſuper gula, & luxuria, & huſmodi, ſed ceſſante impedimento, uiſa oportunitate citò ad cadauera, & gulæ, & luxuriæ redeunt. Et in hoc aſſimilantur cuidam monſtro, quod uocatur Iulligo, de quo dicetur, infra. R. 2. 5. In ſecunda conditione, uidelicet quòd ideo in altum aſcendunt, vt prædam capiant. Aſſimilantur eis hypocritę, qui ideo ore omnia carnalia contemnunt, id eſt fingunt ſe in altum ſanctitatis uolare, ut beneficia eccleſiaſtica, promotiones, munera, & gratia, & laudes hominum adipiſcantur. Ad prædam aſcendiſti, Gen. 49. Miluus.

Exemplum. 26 ¶Alij aſcendunt per ſcalam accidiæ cum teſtudine, de qua fertur, quòd in dimidio anno arborem quandam aſcẽderit, & in fine ad flatum paruum uentì frigidi cecidit. Ità multi paſſu teſtudinis aſcendunt arborem pęnitentiæ, ità tardè, & tepidè in fine quadrageſimæ, & in fine uitæ, & tardè ad eccleſiã, & ad bona opera cum murmure, & citò ad modicum uentum tentationis, uel tędij cadunt intantum, quòd in paſcha, & aſcẽſionẽ fortè maior pars illorum, qui in quadrageſima inceperunt aſcendere ſub peccato, iterũ ceciderunt.

Animalia ibant, & reuertebantur, Ezechie. primo. ¶Alij aſcendunt ad locum cupiditatis, uel uanitatis ad modum ederę, uel ueprium per maceriem inordinati fanoris. Edera enim 27 Edera.

in

in aſcenſu ſuo non innititur uirtuti, vel fortudini proprię, ſed parietis. Ita volentes aſcendere locum cupiditatis in ſtatu eccleſiaſtico cum de uirtute, & fortitudine ſpirituali, ſeu eccleſiaſtica, & literatura, & moribus nihil, aut parum habeant, innituntur parieti, id eſt alicui prælato, uel patrono, ſeu potenti, eique muneribus, & precibus, vel ſanguine, vel ſeruitio ligantur. Et ſic uirtute nō propria, quin potius potentia eius, aſcēdunt eccleſiæ tectum, cui plus nocet cemētum, id eſt temporalia ſubſidia eius extrahendo, quàm proſit ſubditos informando. Aſcendunt ſuper eam vepres, & ſpinę, Eſa. 5. & tribuli. Aſcendet ſuper aras, Oſeæ. 10. Nota. O. 6. 70.

¶Alij vero uolentes aſcendere ad locum cupiditatis in ſtatu ſęculari, ſicut herba mala ſuper bladas, & ad modum ederę, loquuntur cum aliquo magno, & dāt ei munera, uel ei ſeruiunt in præda capienda, & ponit eos in aliquo officio: & eos aduocat in malis ſuis, ſed in fine non poterat eos aduocare quin cadant cum in circunciſis ad terram vltimam. Ezech. 32. Et tales ſunt patienter tolerandi, quia ſi ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderet ſuper te, locum tuum ne dimiſeris, quia cauſatio ceſſare faciet peccata maxima, Eccl. 10.

28 ¶Alius uolens aſcendere cathedram peſtilentiæ, ſeu ſtatum vanitatis ad modum ederæ, muneribus datis, loquitur cum aliquo amante primos recubitus in cęnis, qui potius ad burſam, quàm ad ſcientiam, ad munera, quàm ad merita reſpiciens, ait. Amice aſcende ſuperius. Lucæ. 14. Et hæc eſt cauſa, quare aſcendunt montes, in Pſal. 4. id eſt aridi infructuoſi, illiterati, inepti in omnibus prædictis ſtatibus, ſeu officijs. Et deſcendunt campi, id eſt fertiles, & utiles in loco quem fundaſti eis tu, ſcilicet ſupportator, & fautor ederæ receptor munerum, qui amas primatū gerere in eis. Et talis indignorum promotio, uel exaltatio eſt periculoſa, tam ſic exaltatis, quàm eorum exaltatoribus.

29 ¶Primum patet, quia ſic eleuati exaltantur ad modum teſtudinis uolentis tranſire mare. Sic ergo cum aquila loquebatur, ut ab ipſa portaretur, qa alas ad uolandum de natura propria nō habuit, quæ eum inter pennas aſſumens, cum eſſet ultra profundū maris aliqua, occaſione pennas illas retraxit, & teſtudo ſibi dimiſſus, ſubito in mari cadens ſubmerſus interijt. Sic ad literam omnes prædicti loquuntur cum aliqua aui prædali, quæ precio dato, modicum eleuantur. Sed aliqui ex aliqua cauſa, uel occaſione pennis fauoris, & auxilij ſubtrahente. Vtpote, quia munera non poteſt continuare, uel quia aliter offendit aquilam, uel quia forte moritur, Pſ. 79. Deſtruxiſti maceriem eius. Et ſic teſtudo ſibi dimiſſus cadit, ſicut edera ſubtracto pariete. Sicque aquila, uel pariete tranſeuntibus, qui eum aſcendebat, retro dimiſſus cadit. Cadat aſcenſor eius retro, Geu. 49. Nota M. i4. 11. &c.

¶Secundo periculoſa eſt frequenter 30
exaltatoribus, quia frequenter uiſum eſt, ꝙ tales eleuando eleuauerunt gladium contra caput proprium, quia fiūt eis ingrati, & iniurioſi, & perſecutores. Vnde eſt de eis. Sicut dicitur in fabulis de aue, quæ gallicè uocatur reiſtel, quæ audiens, ꝙ rex auium fieret, quæ altius uolaret, quia ſic diffinitum erat de communi auium conſilio, & aſſenſu rogauit aquilam, ꝙ eam in altum ſecum portaret, quæ ex amicitia hoc fecit nullas ſuſpicans inſidias. Cum uero aquila ſuper omnes in altum aſcēdiſſet, exiuit illa de pennis aquilę ſuperius aſcendendo, & in aquilæ uituperium regimen ſibi uſurpauit. Sic in propoſito, & hoc iuſto Dei pmittitur iudicio, quia ex quo inordinatè contra Deum, & rationem eos exaltauerunt, Deus iuſtè permittit eos contra exaltantes exagitari, eiſque aduerſari, ut in quo peccauerūt, puniantur. Sic ergo depreſſis per illos quos exaltauerunt, poteſt dici, illud Pſal. 88. Exaltaſti dexteram deprimētium eum, lætificaſti omnes inimicos eius.

Fabula.

Fabula de aquila & regula auium.

¶Alij aſcendere nituntur per uiam 31
falſitatis proditionis, & duplicitatis.

Et

Et iſti aſcenduntad modum colubri tor
coluber tuosè incedentis per aſcenſum ſcorpio-
nis. Numeri.34. & ad modum ſagittę
non benè pēnatè, nec de bona manu e-
miſſę, uadit huc & illuc. Ita iſti per am-
bages,& brigas,& duplicitates, excuſa-
tiones,& falſas colorationes aliquando
aſcendunt,& in hoc mundo ad magnū
ſtatum.3.Reg. 6. Aſcendebant per co-
cleam. De iſtis nota. A.15.22.

32 ¶Sed nota, ꝙ omnes prædicti malè
aſcendētes, ad breue tempus aſcendūt,
& in aſcenſu proſperantur, plus quàm
boni,quia mala herba cito creſcit, quia
filij huius ſeculi filijs lucis prudentio-
res ſunt in generatione ſua Lucæ. 16.
Et de eorum proſperitate gloriantur, &
alios contemnunt. Sed gloria eorum de
aſcenſu ſuo, eſt ſicut gloriatio pauonis.
Aſcenſus vero illorum eſt, ſicut aſcēſus
Simonis Magi. Ratione primi eſt ſcien-
dum,quòd fabulę continent quandam
diſputationem inter pauonem, & aqui-
Fabula de pauone, & aquila. lam. In qua pauo glorians de pulchri
tudine,& multitudine,& magnitudine
pennarum, aquilam cum pennis ſuis
griſeis cōtemſit, cui aquila reſpondēs
totum conceſſit, & adiecit. Malo iſtas
prauas griſeas pennas,quę in altum me
portent, per quas, & cum quibus poſ-
ſum in neceſſitate omnes aucupes eua-
dere,quàm illas lucidas cum quibus in
neceſſitate diſtantius uolare non pote-
ro, & pro quibus citius me capient,
vt illis me ſpolient. Ita quando prædi-
cti,uel his ſimiles iactant ſe,uel gloria-
tur,uel in multitudine,uel magnitudi-
ne diuitiarum,vel ueſtium,uel pulchri-
tudinis, uel huiuſmodi, de qua gloria-
tione. Nota.B.& articulo.3.& alios par-
uipendunt,quibus hæc non ſunt,poſſet
eis reſponderi, ſicut reſpondit aquila,
melius eſſe cum paruis diuitijs,& cum
corporis infirmitate,verum etiam cum
lepra,& cum indumento ſacci, & cum
uno oculo, & de uili genere ad uitam
intrare, & omnes aucupes inferni in
mortis neceſſitate euadere,& ad cęlum
volare, quàm cum omnibus contrarijs
mitti in gehennam ignis. Melius eſt
ergo modicum iuſto,ſic glorianti loqui
tur,Apoſtolus.1.Cor.5.dicens. Non eſt
bona gloriatio ueſtra. Not.M.8.3.cum
ſer.Et D.12.34.

¶Secundo illorum aſcenſus aſſimila 33
tur aſcenſui Simonis Magi, qui aſcen-
ſiones in corde ſuo diſpoſuit in ualle la
chrymarum, ipſum enim in aſcenſu
ſuo,dęmones ad tempus iuuabant,ſicut Cornix.
Cornix altius portat nucem, ut cadens
fortius illidatur,& frangatur,ſic iuuant
dęmones prædictos in aſcenſu ſuo.
De quibus, Ierem.49.Quaſi leo aſcen-
dit de ſuperbia. Sed Iob.20. Gaudium
hypocritæ ad inſtar puncti, ſi aſcende-
rit in cœlum ſuperbia eius, & caput
eius nubes tetigerit, quaſi ſterquili-
nium in fine perdetur, & hoc cito,
quia Ezech. 7. Prope eſt dies occiſio-
nis, & non gloriæ montium,fac con-
cluſionem, ibidem. 7. Statim quando
ſecurius credunt aſcendere. Iuxta il-
lud, Ezech.32.

Cum uolare cœperint gladius meus
ſuper facies eorum. Pſal.72. Deieciſti
eos dum aleuarentur, ſicut Simonem
Magum. Sequitur in Iob.Qui te uide-
rint, dicent ubi eſt, & dicent, illuſi
Eſa.14. Nonne iſte eſt, qui conturba-
uit terram? Sequitur. Velut ſomnum
uolans non inuenietur, tranſiet ſicut
uiſio nocturna, hoc excepto, quod illi
ſomniant de nocte, & cito,& non mul-
tum infatuantur. Iſti autem de die
cum alijs conditionibus oppoſitis in-
fatuantur, finaliter de cadaueribus eo-
rum aſcendet fetor. Eſaiæ. 34. The-
ma. Surgens, venit ad patrem
ſuum. Lucæ. 15. Qualiter
nos debemus venire
ad eum. Item ciui-
tatem fortium
aſcendit.
Prouerb. 22. Et
patet.

¶Audire

¶ Audire. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Quid agendum, vt Dei verba audiamus.*
2 *Deum audire debemus diligenter.*
3 *Deum audire debemus obedienter.*
4 *Deum audire debemus gaudenter.*
5 *Deum audire debemus memoriter.*
6 *Quemadmodum initium damnationis nostræ fuit audire diabolum; ita initium salutis nostræ erat audire Deum.*
7 *Etsi multi sunt audientes; panci sunt credentes.*
8 *Magnam necessitatem esse audire vtilia exemplo, & authoritate demonstratur.*
9 *Quomodo seruari debeant decem præcepta.*
10 *Diabolus impedimento est illis, qui verba Dei audire curant.*
11 *Vt obsidentes castrum prohibent ne vectigalia ingrediatur: ita dæmones obturant aures hominum, ne vectigalia bonorum operationum ingredi possint.*
12 *Quæ dementia sit Dei verba non audire, vel audita projcere, & obliuioni tradere.*
13 *Reprehenditur dementia non audientium, vel audire nolentium, & obliuioni tradentium verba Dei.*
14 *Quibus comparetur cor hominis boni & rectis, & quibus iniqui.*
15 *Aliena vitia reprehensa audire placet. Verum sua nequaquam.*
16 *Quemadmodum serui dominum audire nolentes illos contemnerent: ita nos Deum, si illum audire noluerimus.*
17 *Signum spiritualis infirmitatis quod sit.*
18 *Signum duri Cordis quod est.*
19 *Bonorum Christianorum est Dei verba audire.*
20 *Dei verba audire nolentes, cui comparentur.*
21 *Duabus de causis mali Dei verba audire recusant.*
22 *Qui vitijs addicti sunt comparantur æquæ pleno ignem concipere minime valenti.*
23 *Qua de causa Dei verba audire nolle, & bona opera efficere mali se excusent.*
24 *Dei ministros veritatem dicere minime credentes excusationis est causa.*
25 *Cur dubium est malis gaudium bonorum, & pœna malorum.*
26 *Damnatur, quod dicitur bene facias, & bene habebis.*
27 *Sociorum excusatio non admittitur.*
28 *Occupationes non admittuntur excusantibus non posse audire verbum Dei.*
29 *Loocrum internallum non excusat fugientes Dei verbum audire.*
30 *Nolentes Dei verbum audire propter ignorantiam non excusantur.*
31 *Cur etiam obstinatis Dei verbum audire conducat.*
32 *Cur Dei verba mali non audiant.*
33 *Cui comparentur nolentes scire.*
34 *Quam sententiam audituri sint, qui se excusatos credunt, quia verba Dei audire noluerunt.*
35 *Quæ pericula vitemus audiendo virba Dei.*
36 *Exemplum de quodam lascivo audiente lectionem Xenocratis.*
37 *Exemplum de quodam audire nolente verbum Dei.*
38 *Non solum audire Dei verba debemus: sed etiam operari.*
39 *Verba Dei audire debemus non solum propter bonum, quod afferunt, sed etiã, vt liberemur ab inferno.*
40 *Quid facere debeat, qui non vult audire sanam iudicij sententiam.*

AVditum verbi Art. 26. Dei. Primo ostendetur qualis præcedere debeat dispositio. Secundo, quibus modis debem⁹ Deũ, eiusque audire doctrinam. Tertio propter quid, ut scilicet discamus utilia. Quarto ostenditur, quæ sit necessitas audiendi vtilia. Quinto quantum diabolus illam impedire nititur audientiam. Sexto non audientium stultitia.

Septimo

Digitized by Google

Septimo culpa. Octauo, ꝙ nolle audire eſt ſpeciale ſignum damnationis. Nono nolentium audire excuſatio cum re probatione. Decimo utilia audire debemus ad euitandum pericula. Vndecimo, ut ſciamus, ſiue ſaciamus neceſſaria. Duodecimo, ut fugiamus pœnalia. Tertiodecimo, ꝙ nullo modo debem⁹ diabolum, uel eius audire miniſtros.

Artic. 1. ¶Quantum ad primũ. Audire nõ poteſt quis dignè verba Dei, niſi anima prius mundetur. Sicut nec terra aptè ſuſcipit ſemen, niſi ſpinis, & herbis noxiis prius ablatis, niſi etiam intentio ad audiendum fuerit applicata. Quia ſicut oportet vaginam ſecundùm proportionem gladij menſurari. Ita ad gladium ſpiritualem, vel ſpiritus, quod eſt verbũ Dei. Ephe. 6. Oportet uaginam animæ, & intentionis proportionari, & applicari: quia ſicut gladius rectus non intrat in uaginam curuam, & tortuoſam. Ita in maliuolam animam non intrabit ſapientia. Sap. 1. Ergo diſpoſitus, & quo ad mundiciem, & quo ad intentionem, & quo ad intentionis rectitudinem, dicat illud Pſal. 84. Audiam, quid loquatur in me dominus Deus, & non quid loquatur diabolus, ſed dominus Deus.

Artic. 2. ¶Pro quo eſt aduertendum. Quantum ad ſecundum, ꝙ debemus Deum audire quatuor modis. Primo diligenter, ſicut bonus ſcolaris optimum doctorem, & ſicut pueri aliquam artem propter ſuſtentationem corporis, & ſicut infirmus medicum, & medicinam per quam ſanari poteſt, & cum in magnis expenſis, & laboribus ſibi lapidem compararet per quam ſanari, & in ſanitate perpetuari poſſet, ſed hoc fit per per verbum Dei. Quia miſit uerbum ſuum, & ſanauit eos. In Pſal 106. Et nõ ſolum ſanat, ſed à morte periculoſa præſeruat. Si quis (inquit) veritas ſermonem meum ſeruauerit mortem nõ guſtabit in æternum. Vnde beatus Gregorius. Certiſſimum prædeſtinationis ſignum eſt libenter audire uerbum Dei. Et ſicut curioſi, rumores. Vnde Chriſoſtomus ſuper Ioannem. Homelia 1. Si ea (inquit) quę regis, vel patriæ noſtrę ſunt cupimus ſcire: quid dixit, quid fecit, quid conſiliatur, quamuis nihil ad nos ſint. Et ſi (inquit) diabolum fugas per literas ſuſpenſas in collo, multo magis fugabis per literas retentas in corde, in eo ergo quaſi in libro diligenter ſcribe, & ſi (inquit) uideremus hominem de cœlo deſcendentem, qui promitteret ſe ea, ibi vidit cum certitudine narraturum, & bona auditoribus: ei occurreremus, Chriſtus de cœlo uenit: qui multa mirabilia prius inaudita de pœnis malorum, & gaudijs narrauit bonorum: & bona promittit ſuis auditoribus. Eſaiæ. 1. Si uolueritis, & me audieritis, bona terræ comedetis: ergo qui habet aures audiendi audiat, diligenter quid ſpiritus dicat eccleſijs: Apoc. 2.

3 ¶Secundo obedienter, quia non ſufficit medicum audire ad ſanitatem, niſi eius doctrinæ obedias, qui ergo obedienter multa ſuſtinent, & grauia, & ſancta loca peregrinando pro corporis ſalute cum magno quęrunt labore. Rationabile uidetur, quòd hęc quęrant, & faciant pro animæ ſalute, quando eis iniungitur in confeſſione. Et ſi diſcipulus magiſtrum timore, & infirmus medicum ſanitatis deſiderio, & amicus amicum amore audiat eique obediat. A fortiori ratione Chriſto, qui eſt magiſter metuendus medicus ſanans amicus amans. Eſto ergo manſuetus ad audiendum, Eccl. 5.

4 ¶Tertio gaudenter, ſicut habens dilectum amicum, uel filium mortuũ, gaudenter audit, quomodo reſuſcitari poſſet. Et mirum eſt ſic habentes animam mortuam, de quibus poteſt intelligi, illud Ioan. 5. Mortui audient uocem filij Dei, & qui audierint uiuent, ad inueniendum theſaurum perditum, iremus ad magnam diſtantiam, & pro paruis rebus amiſſis vadunt ad ſortilegas, & ꝙ magnis nolunt ire ad uerbũ Dei. i. pro aĩa mortua, & pdita ſuſcitãda: & regnũ cęlorũ inueniẽdo. Et hęu longũ vĩ multis, & graue audire verbum ſalutis, ſed

audiendo uerba diſſolutionis,& hyſtrionum uidetur eis rēpus breue , quod ex tentatione accidit diaboli, uel quia habent palatum cordis ſpirituali febre infectum,febricitantes enim libentius bibunt aquā,& comedunt vilia,& nociua, quàm utilia.Sic tales à veritate quidem auditum auertant ad fabulas autē conuertentur.2. Thim.4.Illi uidelicet,qui habent naturam amaram, & infirmam, ſed non ſic,qui habent cor benè diſpoſitum,& ſanum,illi audiunt,lætanter , & gaudenter,dicentes,illud, Pſal. 50.Audi tui meo dabis gaudium,& læticiam.

5. ¶Quarto memoriter,quia parum valēt omnia prędicta & per prædictos modos,& cauſas audire, niſi audita in ſcrinio ponantur animæ per memoriā,mirum eſt audientes ſcientiam per quam poſſunt terrena lucrari memoriæ commendant,quæ eis ad lucrum ualere poſſt.Sic in omni arte,& eartam hæreditatis diligenter reponunt in ciſta,& inutilia,& narrationes de impertinētibus, & detractionibus benè retinent,& cū augmento narrant,carminationes, & ſortilegia memoritur retinent,& opere exercēt.Sed heu circa utilia ſunt,ſicut rethę in aqua,quod extractum nihil de aqua retinet. Et ſicut buletellum, quod fulfur retinet,& farinam emittit. Et cum eſſe deberent,ſicut feneſtra vitrea , quæ lumen recipit, & tempeſtates excludit, ſunt potius,ſicut cribrum,quia dū ſunt in aqua prædicationis aliquid retinent extra nihil,niſi aliqua groſſa,& & fęda, & putrida, ſicut paleas, & huiuſmodi. Ita iſti inordinatè dicta, & ſi quis in prędicatione apertam diceret fatuitatē benè retinerent,non autem vtilia. De quibus,V.2.2. & Eccleſ.21. Cor fatui quaſi vas confractum,omnem ſapientiam nō tenebit. Et ſicut nullus noſtrum obliuioſum diligit, vel promouet ſeruum. Im nec Deus quod patet,Ia.1. Vbi auditor obliuioſus non beatificatur.Sed qui perſpexerit in lege perfectæ liberatis,& permanſerit in ea,non auditor obliuioſus,ſed factor operis,hic beatus in facto ſuo erit.

¶.iſtis quatuor modis audiam, quid loquatur in me dominus Deus. Pro quo eſt aduertendum , ꝙ ſicut initium damnationis noſtræ fuit audiendo diabolum per eius miniſtros ſerpentem,& mulierem,Gen.3. Quia (inquit) audiſti vocē uxoris tuæ,& comediſti de ligno, de quo præceperam tibi,ne comederes maledicta terra in opere tuo. Ita initiū ſalutis noſtræ per argumentum à contrario ſenſu pronenit audiendo Deū in miniſtris ſuis.Prouer.2. Audiat ſapiētia auris tua,& cito poſt ſequitur, tunc intelliges timorem domini,ſine quo non poteris ſaluari:nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Eccl. 1.Vtilia autem dico ad ſalutem, non curioſa,& uana, quæ aures demulcent auditorum, non quę ſunt ad lucrum pecuniarum; Sed quæ ſunt ad lucrum animarum.Prima enim verba animam non mundāt, nec uitam occidunt peccatricem , ſicut nec gladius,qui tangit,uel amputat autem,nec ſecunda: quia tantum burſam tangunt. Quantum ad tales Sapientia foris prædicat.Prouer.1.In foribus portarum , & burſarum. Loquendum eſt ergo ad cor, & audiendum eſt corde. Quia ſi intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuę placuerit, cōſiliū cuſtodit te. Prouer.2.Sed heu libentius audiunt ſcientias lucratiuas,& uanas, ſicut patebit,infra.c.de ſcientia,& carminationes,& ſortilegia ab eccleſia prohibita,quia diabolo decepti credunt ea ꝙ corporum ſanitate valere,quàm domini doctrinam certam pro ęterna ſanitate animæ. Deo enim loquente dixiſti non audiam.Ier.22.Et iſtud eſt ammirandum,& dolendum negocium,loquitur Ipocras de his,quę pertinent ad corpus,& multos habet auditores ei credētes.Loquitur Iuſtinianus de iuſticia terrarum,& multos habet auditores diligentes eique credentes. Loquitur artifex in arte ſua, & habet auditores, & hi quorum indigent artificio,eis credunt, loquitur trufator, loquitur vetula , loquitur detractor , loquitur ſortilega de his,qui ad damnationem pertinēt animarum,

Artic.3.

6

marum,& multos habent auditores eis credentes:loquuntur hæretici,dicentes Deus neminem vult perdere,quem redemit, & habent auditores eis credentes.Loquitur Christus,& ministri eius, Christus inquàm de arte animæ in arte sua artifex certissimus,de salute animę & iusticia cœli : loquitur inquam pauper,& dicunt,quis est hic. Eccl.15. Et si multos habeat quandoque adiutores. Sicut in missarum, & prædicationum
7 auditione. In alia deficiunt conditione,quia paucos habet eis credentes,& de pluribus vnum potest poni exemplum. Prædictum est,q; infideles dicũt. Deus neminem vult damnare ,quod quidam dictum reprobatur. c. de damnatione.D.1.14.Deus uero dicit contrarium,Eze.3.& 33. Anima , quæ peccauit,ipsa morietur.De popularibus,si essent bene examinati, plures forte inuenirentur infidelibus credentes , quàm Christo . Cum ergo in scientijs alijs plures sint auditores. In legibus alijs, scilicet Machometi,& Iudæorum,& Tartarorum:plures credentes eis,quàm in lege Christi,qui ei credant. Plures etiam in lege sua non rectè credunt. Patet q; ipse pauciores habet auditores ei credẽtes,de quo conqueritur, Esa.53.dicens. Domine quis credidit auditui nostro.

Attic.4. ¶Et tamen,q; magna sit necessitas audiendi utilia,patet exemplo, & autoritate. Exemplum accipitur in comparatione ad corpus, quod de necessitate re
8 quirit cibum suum . Ita anima suum . Quia non in solo pane uiuit homo,sed in omni uerbo , quod procedit de ore domini,Matth.3. vnde Chrisost.super Io. Homel.81.Sicut corpus quotidiano indiget cibo,ita & anima multo plus indiget,quem & si non perceperit,imbecillior fit,& turpior & langueſcet. Et sicut qui non comedit fame moritur. Et qui sine appetitu comedit, quia stomachus repletus est malis humoribus , cibus non prodest,& fiunt debiles.

Ita qui non audit,uel cum tædio , & absque affectione , & deuotione audit missas,& prædicationes,& huiusmodi, dicens cum Iudæis. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, qui tamẽ in se erat dulcissimus . Primi spiritualiter moriuntur . Secundi affamati fiunt contra tentationes debiles , & infirmi, dicentes,illud,Psal.108. Genua mea infirmata sunt à ieiunio . Et sicut illi sine appetitu libentius comedunt fructus , & delicata, quàm grossa , & fortia cibaria,qui tamen plus uita sustentant. Ita isti auidius audirent in sermone vana curiosa,& iocosa,quæ eos ad risum prouocarent. Habentes vero famẽ,libentius uolunt alia. Sic habentes famem spiritualem , quæ maior est in bonis , A quàm fames corporis, de qua Amos. 8. Ecce dies veniunt,dicit dominus,& mittam famem in terram, non famem panis,& sitim aquæ,sed audiendi verbum Dei.Glosa.Omnes historię cõsentiunt, nihil esse fame durius, quæ etiam compellit vesci humanis carnibus,pro qua, nec pater filio,nec mater filiæ. Sicut patet in obsidione Hierusalẽ à Tyto , nec maritus parcet coniugi . Si tanta est fames corporum , quid æstimandum est de fame animarum?Patet ergo hæc necessitas in exemplo cibi corporalis.

¶Idem patet autoritate Dei præcipientis. Deut. 6. Vbi recitatis decem præceptis, præcipit modum quo seruari, & doceri debent, dicens . Eruntque verba hæc, quę ego præcipio tibi hodie in corde tuo non inciſtis , sicut serui habent libros suorum dominorum, & Iudæi libros Christianorum,& etiam legem Dei,nec in libris tantum, sicut multi facta antiquorum in romancijs,nec in ore tantum , sicut mimi habent facta proborum militum , & Bernaldi , sed in corde tuo . Et hoc non sufficit sine hoc,quod sequitur , & narrabis ea filijs tuis , quia illi , qui tenentur in eccl'sia , tenentur remanentibus in domo filijs suis , & familiæ cum redierint , quæ in ecclesia circa prædicationes,& ieiuniorum,& festorum præceptа,& bannos , & petitiones rerum amissarum , & excommunicationes audiunt narrare,& meditaberis sedens in

domo tua, ergo occupatio seruorum Dei, non debet esse circa scacos, uel uana, & inutilia, sed circa legem Dei. Sed vix Deo dant decimam verborum. Et ambulans in itinere, ut Deum habeamus itineris, & laboris nostri socium, qui discipulis ambulantibus in itinere, & de se loquentibus, socius peregrinis affuit. Dormiensque commune est dormiendo meditari, quæ uigilando exquisitè cogitatur, atq; consurgens, ut actiones totius diei à Dei meditatione incipiant. Sic ergo audi fili mi disciplinam patris tui. Prouerb. 1. Nota. M. 2. 10.

Artic. 5. ¶Et quia est tam vtile, tamque necessarium verba ad salutem pertinentia audire, diabolus nititur multum illud impedire. Hoc enim patet exemplo historia, & figura sacræ scripturæ. Sicut enim latronibus intrantibus domum ad occidendum, & spoliandum, socij illorum custodiunt portas, & uias ne adiutorium eis ueniat. Et intrantes, uel faciem suã abscondunt, uel lumen extinguunt, ne cognoscantur, & latenter curiam, uel domum ingrediuntur, ne audiantur, & guttur, & os obturant, ne spoliati clament. Sic dæmon claudit, & custodit portas aurum, ne uerba Dei intrent, blandè ingreditur, quia specie boni tentat, lumen fidei extinguit. Sicut patet, F. 4. 32. Os nè confiteatur, vel oret, claudit. Vnde fertur cum quidam uideret populum indeuotum, cui prædicauit quasi pigros, & somnolentos ad rogatum suum Deus ostendit ei causam indeuotionis. Videbat siquidem quendam nigrum circuire, & ponere digitos suos super aures, & oculos populi ne audirent, sed dormient, & requisitus de nomine dixit se diabolum esse, nomenque suum esse obturans aures, & oculos, requisitus etiam si socios, haberet. Respondit se tres habere socios, ibidem secum, quorum vnus dicebatur indurans cor, ne conterantur. Alius obturans os, ne confiteantur. Tertius obturans bursam, ne satisfaciant, vel restituant. Et rectè sicut nititur obturare aures, ne audiant legem, uel utilia. Ita eas aperit, ut audiant uana, uel nociua, quod ostendit Abbas Cassianus in uitas patrum, ubi ipso dicente verbũ salutis ad quosdam fratres, obdormierunt. Sed ipso dicente truſam, euigilauerunt. Est ergo de dæmonibus in hac parte, sicut de obsidentibus castram, qui prohibent victualia intrare, ut famę illud reddant. Et sicut de obsidentibus ciuitatem, qui aquam obturant, vel intoxicant, sicut fecit Holofernes obsidẽs Bethuliam. Incidit enim aquæductum illorum, sicut patet, Iudith. 7. Et sic siti ferè se, & ciuitatem suam reddiderunt inimicis. Iste Holofernes cum exercitu suo, est diabolus cum membris suis iniquis, qui aquæductum impediunt, dum uolentes ire ad uerbũ Dei, discunt ad tabernam, vel spectacula, dum etiã in aquæductum aurium deberent utilia recipere, infundũt venenosa, de quibus conqueri possent, si sapientes essent, & dicere, illud Psal. 118. Narrauerunt mihi inimici fa. sed non ut lex tua. Et iterum. Qui inquirebant mala mihi locuti sũt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Sed beatus, qui potest sic custodire aures suas, q̃ possit dicere illud, quod sequitur. Ego autem tanquã surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum ad loquendum vana cum eis. Et factus sum, sicut homo non audiens, ostendens vultum tristem, qui confundit deprehentem, quasi homo, cui non placent talia audire.

Exemplum.

Exemplum.

¶Non obstante isto dæmonum nisu fatuitas magna est vera Dei, uel non audire, uel audita proiicere, & obliuioni tradere, sicut ille, qui cartã hæreditatis suæ proijcit, dum est in placito, qui etiam sapientes non consulit, qui doctorem in uia dubia spernit, uel grates reddere ductori nescit, uel ordinanti computum suum, ne in computo deficiat, uel ostendenti thesaurum. De quo, Sap. 7. Infinitus enim thesaurus est, &c. vel inuitãti te ad maximũ honorem, & diuitias, & dignitatem per literas suas, sic stultus est, de quo in Psal. 48. Tu

Artic. 6.

verò

13 vero odisti disciplinam,& proiecisti ser
mones meos retrorsum. In quibus ti
bi omnia prædicta ostensa,& oblata fue
runt:& non solũ literas istas proijciũt,
sed quod est magnę insaniæ,contra nũ
cios, & portatores illarum irascuntur,
miserabilis prorsus amẽtia medici cor
porum,& ductores cæcorum care con
ducũtur,& medici, & ductores anima
rum gratis oblati cõtemnuntur,nitun
tur de carcere, & exilio eos liberare, &
modum informare, quo liberari, & ad
patriam redire poterunt: nituntur insu
per ignẽ infernalem in domo conscien
tiæ extinguere, nituntur ad suspendiũ
inferni ductum eripere,& inimici repu
tantur. Sed nõ nisi à latronibus, & fre
neticis,quorum primi, ut dicitur, nun
quam diligunt liberatorem,secundi cer
tum est irascuntur contra adimtores, &
tales ostendunt se habere cor peruer-
14 sum:vnde Chrisosto.super Matt. Hom.
31. Quemadmodum (inquit) columna
in domo si steterit recta, accepto ponde
re amplius confirmatur,si autem modi
cè obliqua fuerit accepto pondere non
solũ non cõfirmatur,sed amplius vadit
ad latus.Ita cor hominis,si fuerit rectũ,
videns opera alicuius uiri iusti, aut au
diens doctrinam sapientiæ, eius confir
matur amplius. Si autemfuerit peruer
sum cor eius, uidens aut audiens non
solum non confirmatur, sed magis ad
iracundiam, & inuidiam excitatur, &
magis peruertitur. Sicut patebit,infra.
c.de correctione. Sed stupendum nego
cium circa propositum contingit,ꝙ cõ
muniter omnes libentius audiunt præ
dicare cõtra uicia aliena,quàm propria.
Quando prædicatur contra propria,ira
scuntur,quando contra aliena lętantur,
diligiunt plus alios,quàm seipsos in bo
nis spiritualibus,non autem in tempo
ralibus,quia potius uidetur, quòd ve
lint alios sanari, quàm seipsos, & plus
omnia prædicta bona alijs contingere,
quàm sibijpsis,hoc ostendunt satis,quã
do clerici petunt,quòd prædicetur con
tra laicos malè decimantes, laici petũt,
ꝙ prædicetur cõtra clericos mala exẽ-

pla dantes. Placet uiris quãdo prædicat
cõtra mulieres,& econuerso placet ma
ritis,quando prædicatur contra põpositates uxorum, quomodo forte medieta-
tem bonorum suorum expẽdunt in or- 15
natu suo. Placet uxoribus,quãdo prædi
catur contra maritos, qui bona sua ex
pendunt in taberna, qui sciunt se reos
in aliquo crimine,petunt,ꝙ prædicetur
contra detractores,quia opinantur, ꝙ
homines loquantur de factis suis. Et sic
ꝙ prædicetur cõtra uicia aliena,placet,
sed ꝙ contra sua,displicet.Et sic cũ con
tra omnia vicia prædicatur,omnibus di
splicet. Et est de eis in hoc casu, sicut Exem-
quibusdam socijs in scola dr accidisse,à plum.
quibus seruus in uespere quæsiuit qua
le potagium uellent habere in crastino,
vnus dixit olera,alius pisa,& sic de alijs,
qui miscuit omnia simul,tũc omnibus
displicuit Sic in proposito,si illud uitiũ
cuius repræhensio placet,solũ reprehen
deretur,placeret, quando uero compo
nitur cũ alijs.i.cum alio reprẽhenditur,
cuius repræhensio non placet irascitur.
Quia sapientiam atque doctrinam stul
ti despiciunt: boni vero audiendo talia
non offenduntur,sed magis proficiunt,
quia audiens sapiens, sapientior erit,
Prou.1. Et ita non audiens stultior erit.

¶Quæ quidem stulticia magnam ha 16
bet culpam annexam,& pœnam sequen
tem.

¶Primum patet, quia sicut magnum Artic. 7.
contemptum faceret seruus si dominũ
uellet audire, & dominus talem culpã
non dimitteret impunitam. Ita nec
Deus. Quod patet,Esa.5.Vbi de talibus
dicitur,ꝙ abiecerunt legẽ domini exer
cituum, & eloquium sancti Israel bla
sphemauerunt ecce culpa,quia non mi
nus reus est, qui prædicationem negli
genter audit, quàm qui corpus Christi
in terram cadere permittit.1.q. 1.cano
ne interrogo. Et ideo iratus est furor
domini in populo suo, quo ad pœnam
inferendam.Similis autoritas, habetur.
2.Para.vlt. contra paruipẽdentes verbũ
Dei,vel eiusministros dicentes:non est
uerum,quod prædicauit, si esset uerum.

nullus posset saluari. Paruipendebant (inquit) sermones domini, illudebantque prophetis, donec descenderet furor domini in populum eius, & esset nulla curatio. Autoritas etiam similis sententiæ. Patet, Esaiæ. 28. Vbi deridendo dixerunt prophetis. Expecta reexpecta modicum, &c. Quasi dicerent multa minaris, quæ expectata non ueniunt, & ideo falsum & modici valoris uidetur, quod loqueris, & hoc est, quod sequit, ibidem noluerunt audire, & idcirco vadant, & cadant retrorsum, scilicet in profundum inferni, cum his, qui dixerunt. Domine recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus.

Artic. 8. ¶Item nolle Deum audire, uel ei acquiescere, non solum est signum fatuitatis, & culpæ & pœnæ inductiuum, sed est signum spiritualis infirmitatis, & duri cordis, & æternę damnationis.

17 ¶Primo dico signum spiritualis infirmitatis interioris in anima, quia fugit lucē spiritualem, sicut infirmus corporalem. Et signum est, ꝙ hęc infirmitas caput animæ .i. uoluntatem, & intellectum occupauit, quia non amat pectinem, sed cuthupham: de qua. A. 15. 10. Non enim amat pestilens eum, qui se corripit. Aures etiam occupauit, quia nimis sunt surdi: qui non audiunt tot tormenta, uel campanas circa se, i. uoces & clamores omnium creaturarum. Sicut patet. A. 10. 10. quando non erat Dei verbo obediens: & quodammodo audiens erat, quia uerbo illius, qui dixit, & facta sunt: creati sumus, surdior est ergo homo conditus, quàm cōdendus. Esa. 42. Quis surdus? nisi ad quos misi nuncios meos. Oculos etiam occupauit: quia oculis ęgris odiosa lux, patet ergo istius morbi generalitas, patet, & periculum si continuetur, quia ducit ad mortem æternam, quia qui diu non comedit, nec comedere vult, in posterum necesse habet mori. Ita qui aures habent:

18 & non audient. In Psal. 113. Et mirum est, ꝙ non audient: quia si non gustassent cibū corporalē per tres dies, currerent ad decem miliaria ut comederent, Nota. C. a. 7. ¶Sed multi non audiunt verbum domini per mensem, & tamen nolunt domum exire, ut audiāt, & si audiant, induratum est cor eorum, sicut cor Pharaonis, & non recipiunt disciplinam. Signum enim est, ꝙ corpus est durum, quod repercutit sagittam ei sagittatā. Ita signū est duri cordis: quando sagittæ domini sagittę salutis contra Syriam. 4. Re. 13. i. verba eius omni gladio acutiora, de quibus, in Psal. 44. Sagittæ tuæ acutę in corda inimicorū regis; repercutiunt contemnuntur: uel eorum ministri. De quibus ait: qui uos audit, me audit, & qui uos spernit, me spernit, vel operę non implentur. Et tale cor durum malè habebit in nouissimis, Eccl. 3, Quia portat super se signum speciale dānationis. Et de hoc tria in tali homine inuenta nos certificant, uidelicet auditus loquela, uidentia. Excogitemus hominem, qui cito expelletur de regno isto, quod eū non latet. Si uolumus scire in qua terra intendit habitare: & noluerit nobis apertè dicere. Ex tribus prędictis cognoscere aliqualiter possumꝰ, quia si audimus eum libenter audire de Alemania: ergo diligenter conditiones illius terræ & uiam illā exquirere & libenter de illa loquitur, & prouidentiā suam ad illam mittere: conjecturamus, ꝙ ad illā vadit. Sic in proposito cito ibimus per mortem de terra ista, perpendat ergo qlibet si libēter audit de Deo, & de terra uiuentium, & uiā illius à sapientibus diligenter exquirat, de pertinētibus ad illam loquatur: & eleemosynarum & bonorum operum prouidentiā ad illam mittat, & sciat signo speciali, quia à Deo est. Quia qui ex Deo est, verba Dei audit, Io. 8. Et quia ad Deum vadit, Io. 13. Vbi cū gaudio dicet illud, Psal. 47. Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Dei nostri. Si uerò econuerso libēter audiunt loquuntur, & operātur de turpibus detractionibus, & huiusmodi, quę ad terrā pertinent diaboli, signū speciale est, ꝙ ad illā terram vadunt, de quibus ueritas, ait. Propterea uos nō audiuis, quia ex Deo non estis, Ioan. 8.

¶Ex

¶Ex quo ergo non audire, uel non retinere est signum duri cordis, & durum cor est signum damnationis. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare, &c. Nota de hoc. L. 5. 8. Item. A. 25. 8.

Artic. 9. ¶Sed omnes prędicti ad modū ericij,
10 qui se inuoluit, & ex omni parte armat, & tangentē pungit, sic se inuolūt exeu sationibus, ad excusandas excusationes in peccatis, se armant coloratis uerborum defensionibus, eius salutis verba loquentes pungunt uerbis impactiuis. Et ut propositum apertius pateat, ponamus exemplum: Aliqui enim illorū audire nolunt, quia non audientes quid faciendum seu dimittendum, seu quod periculum fugiendum, sic credunt se ignorantia excusari. Sic respondit quidam vsurarius in ciuitate Metensi in loroingia cuidā religioso eunti ad prædicandum, & eum audiendum inuitanti. Nam uadā (inquit) quia alias fui in quodam sermone tuo & farè cōuertisti me. Psal. 35. Noluit intelligere ut benè ageret: ideo sequitur iniquitatem meditatus est.

Exemplum.

¶Sic etiam quidam alius cuidam religioso dicenti sibi periculum suum de quodam, facto. Respondit malè habeat, qui hoc mihi dixit. Mirabile est prēmonentibus, de periculo corporali sciunt grates, sed non in spiritualibus.

21 ¶Cuius rei duplex est causa. Vna: ga locus infirmus tangitur. Ideo sicut equus recalcitrāt: & verbis, & interdum verberibus repercutiunt: sicut lapis inter multos proiectus illum clamare facit, super cuius caput cadit, & per clamorem sciri potest, ubi cecidit. Sic sermo prædicatoris generaliter proiectus inter multos, qui ex eo murmurat, uel obloquitur, ostendit se fuisse tactum, quia sicut fur offenditur, & malè dicit improperanti sibi furtum. Ita ille, & patet. Vide. N. & R. 6. 14.

¶Alia causa est, quia uidetur eis uita illorum mala, delectabilis, & lucratiua, & luxurijs, & malè perquisitis suis, & ideo non libenter audiunt loqui contra rem amatā, sed fugiūt. Et sunt sicut illi, De quibus. A. 13. 10. Qui audientes, & reliquiæ Sancti Martini portare p ciuitatem infirmos in uia aliquando sanarēt. Cum semel portari deberent, fugerunt, ne sanarētur, & auantagiū malorum in errorū, &c. Nota tres alias causas. E. 6. 20. Vnde assimilantur illis de ciuitate Philippis. Actuū 16. Qui offendebantur cōtra Paulum, & eum cum socio suo Syla verberabant, & malè tractabant incantantes, quia spiritum phitonicum eiecerunt, de quadam ancilla illorum, quæ erat eis lucrosa, & quęstuosa respondendo ad interrogata per spiritum phitonicum, sic isti offendantur contra uolētes eijcere spiritū phitonicū quæstuosum malilucrorum de anima sua. Talibus 22
enim luxuriæ, & gulæ delectationibus, & lucris illicitis, habet cor firmissimē clauatum, & ligatum, & ideo fine labore non separantur, nec libenter sperantē audiunt. Eccl. 6. Quam aspera nimiū est sapientia in doctis hominibus. Nota similē. M. 11. 32. Sunt enim tales, sicut lignum plenum aqua: quod non cito recipit ignitum eloquium tuum domine, & sicut gallina in autumno, pleni. Ideo nō audiuit populus meus uocem meā, Psal. 80. Talis gallina fuit diues ille epulo. Luc. 16. Cuius hyems cito uenit, & petiuit prædicatorem Lazarum mendicū pro fratribus, & non habuit. Ita istis uenit cito, quando utilia audire ad salutem nō poterunt, quia nimis tardè erit, quando omnes, qui in monumentis sunt audient uocem filij Dei, Ioan. 5.

¶Alij se excusant à verbi Dei audien 23
tia & operis impletione propter defectum, ministrorum verbi Dei in quos impingunt dupliciter excusationes quę rendo. Primo in uitam, & intentionē. Secundo in defectum certitudinis dictorum illorum.

¶Primo dicunt quare deberem eum 24
audire, uel quod dicit, quia est talis, uel talis, &c. De aliis dicunt, q̄ non intentione recta prædicant, sed ut lucrum quærant terrenum. Istius temerarij iudicij reprobatione reseruata ad capitulum, de iudicio humano.

Ad dicta illorum reſpondendum eſt. Et primo quærendum eſt ab eis, ſi eſſent in carcere, & malus ſacerdos vellet eos, de hoc educere, uel uiam docere quomodo euadere poſſent, ſi uellent, ſi voluerint vti cõſilio ſuo, vel non? Et ſi ipſe in eodẽ carcere eſſet, & exire nollet, tamen non minus te liberares eius conſilio ſi poſſes? Quis in neceſſitate nollet talem doctorem ſequi ad bonum hoſpitium, uel ad lucrum pecuniarum, uel ad quodcunque auantagium? ſupra. c.c.12. Quis prohiberet talẽ extinguere ignẽ in domo ſua? Quis non reciperet bonũ frumẽtum in exili, & uili ſacco ſibi gratis oblatum, uel lapidem precioſum in uili panniculo inuolutum? Poſito ergo, ꝙ ſint mali, uel mala prædicent intentione, cum mali frequenter vera, & Dei ſapientia loquantur. Sicut patet. Numeri. 22. de Balaam, & aſina ſua, & clamore auſerum ſaluatum eſt capitolium in Roma à Belino, & Brennio. Sicut refert Valerius Dei ſapientia nõ eſt in eis ſperneda, ſicut nec prædictæ diuitiæ temporales oblatę à talibus ſpernuntur. Sed diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius, nec comparaui illi lapidem præcioſum, &c. Omnia ergo, quæ dixerint uobis facite Io. 2.

¶Secundo impingunt in defectum certitudinis & hoc dupliciter.

24 ¶Primo dicentes quòd nõ eſt verum quod, prædicat, & hoc, quia uerum uidetur durum. Quibus dicendum eſt, ꝙ ſatuus eſſet, qui uellet ſeipſum mendacio perdere, ut alios liberaret; talis cogitatio ex diabolo prouenit, quia ſemper nititur facere diſcordiam inter uiros eccleſiaſticos, & populares: Sicut inter principem, & exercitum eius. Ideo multa malignatus eſt inimicus in ſancto. Pſal. 73. Nota. T. 5. 43.

25 ¶Secundo minus eis credunt de gaudijs bonorum, & pœnis malorum, quia huiuſmodi corporaliter non uiderunt, quibus dicendum eſt, ꝙ credere debent Chriſto, qui huiuſmodi uidit & nos informat: ſicut mater filium natum in carcere. de. F. 4. 9. Et eis, qui audierunt ab eo in ſcripturis ſacris, quia fides ex auditu. Ro. 10. Sed homini narrant, & aſſerenti, ꝙ audiuit à fideli homine, creditur. Multomagis auditui, qui eſt per verbum Chriſti. Ro. 10. Sed dicunt non, ſed ſi mortuus ueniret ad nos, crederemus. Iſti ſunt de conditione illius, diuitis dãnati. Luc. 16. Qui petiuit Lazarum mortuum mitti ad fratres ſuos. Sed pro certo iſtis reſpondetur ſicut reſpondebatur ei. Habent Moyſen & prophetas audiant illos. Si Moyſen, & prophetas nõ audiunt, i. vinos & ſcripturas ſanctas, neque ſi quis ex mortuis ierit ad eo credent. Veritas huius dicti patet ratione, & exemplo.

¶Ratione ſic. Si quis ueniret & diceret pœnas inferni maximas: & nullam ibidem eſſe liberationem, ſtatim obijcerent quærentes ſi fuiſſet ibi, an non. Si non, non plus crederent ei, quàm nobis, qui ibi non fuimus. Si dixerit ſic. Reſponderent, ſi fuiſti ibi, & euaſiſti? Ergo ibi eſt redemptio, & liberatio, ergo mendacium prædicas.

¶Exempla ad hoc multa habemus in quarto dialogorum, vbi beatus Gre. narrat de his, qui pœnas inferni & uiderũt, & narrauerunt, pauci tamẽ de hoc curauerunt. Quotidie videmus homines mori, & tamen ex cõmuni vſu mortẽ paruipendunt. Sic ſi mortui frequenter ad eos mitterentur. Sicut patet. D. 1. 15. 2. M. 11. 99. Neque ergo, ſi quis ex mortuis ierit ad eos, audient, Luc. 16. ¶Alij ſe excuſant, dicentes, quare audiam bene facias, bene habebas, quid debemus plura audire? Et iſtud dictum frequẽter contingit, quando unus vult alium impedire, ne uerbum Dei audiat. Dicit enim benè agas, & benè habebas, ẽt in domo ſedendo. Sed ſi diceret ſe famelicum ualdè, & non habere cibum, & alius reſponderet benè agas, & benè habeas, reputaret eum deriſorem. Idem reputaret, ſi diceret ſe uelle ditari, uel ire Romam, & quæreret ab eo. Si etiam diceret ſe infirmum, & uelle ſe mediciũ, quærere. Et ſic in quocunque negocio corporali non dimitteret propter reſpõſionem 26

nem

rem remedium, & auxilium quærere. Quando etiam uolunt ire ad sortilegas, huiusmodi cogitatio eos non impedit; ergo non impediat ire ad Deum, & audire eum. Exemplo. Iob vltimo. Audi tu auris audiui te. Nota optimè. E. 7. 9.

27 ¶Alij se excusant societate, quę retrahit multos ab audientia uerbi Dei, & operibus pœnitentię, sicut populus impediebat cæcum clamantē ad Iesum. Sed iste in socijs audiuit illum diabolum, quem Eua audiuit in serpēte, quē potius audiuit, quàm Deum, & totum confuerit mundum, & nimis eis condescendunt dimittentes propter eos ea, quę Dei sunt, se habēt similiter ad eos, sicut Adam quantum ad vxorem suā. Cui dicitur, Gen. 3. Quia audisti uocem vxoris tuæ, &c.

28 ¶Alij se excusant occupationibus, quibus dici potest, quòd nulla occupatio eos impedit à cibo corporis, nec etiam in autumno, qui forte dicent quotidianum cibum animę habēt in domo sua, scilicet Pater noster, & missam in ecclesia. Quibus respondetur, quòd licet quotidianum cibum corpori necessarium habeant in domo, aliquando tamen exeunt ad comedendum cū amicis suis. Sic exeant inuitati ad conuiuium aīæ, & pauci sunt; quos occupatio impedit à nouis spectaculis, sicut in ludis, quos miracula uocant, quare ergo impediūtur ab audientia miracolorum clericorum fatuorum. Tales reprehēdit Chrisostomus super Ioānem, Homel. 9 Propter negocia (inquit) se excusant ab audientia sermonum, & in theatris, & cursibus equorum integrum impendunt diem in cursibus equorum, sicut in hastiludijs, & huiusmodi, quos reuocat Deus, dicens. Venite filij audite me, Psal. 33.

29 ¶Alij se excusant loci distantia, dicētes se nō posse uenire ad ecclesiam, uel verbum Dei, quibus desponderetur, quòd ad mercatum, & ad nundinas sciunt ire ad magnam destantiam, in prædicatione verò sunt mundinæ Dei. Contra istos surget in iudicio, regina Saba, quę venit à finibus mundi, audite sapientiam Salomonis, & non solum regina Saba, sed omnes nationes Christianitatis: in causa ista possunt: surgere contra anglicos, quia uix inuenitur natio Christiana, quę ita raro, & inuitè audit uerbum Dei, experto crede magistro. Regina Saba venit de finibus mundi audire Salomonem. 3. Re. 10. Isti nolunt de proxima domo, uel uico, ubi sedent ociosi, uenire, ut audiant Christum: immò de ecclesia exeunt, qui eos inuitat, dicens. Terra, terra, audi uerbum domini. Iere. 22.

¶Alij se excusant, dicentes se esse 30
rudes, & ideo se nescire intelligere, nec reportare, quæ dicuntur, non tamen propter hoc debent dimittere audire, quia aliquam deuotionem, uel Exempeccatorum reportant detestationem. plum:
Sicut accidit de quadam muliere Parisius, ut dicitur, de sermone redeunte, & obuiante cuidam magistro, qui cum quæreret ab ea vnde ueniret, & quòd ei diceret aliquod bonum uerbum, qđ in sermone audierat. Respondit se nescire, sed beuè (inquit) scio, quòd quandiu uixero plus Deum diligam, & peccatum detestabor. Sic audite cœli, quę loquor, Deuter. 32. Et utinam sic audiat terra, ibidem. 31

¶Alij dicunt, quare audiam? non intendo dimittere peccata mea, hoc non obstante, expedit audire propter duo.

¶Primo, licet ante non habuerit voluntatem dimittendi peccatum, in audiendo, tamen spiritusanctus potest augere ei gratiam. In actibus apostolorum, dicitur, quòd cecidit spiritussanctus, super omnes, qui audiebant verbum.

¶Secundo, ut melius sciant quid agere debeant, quando habuerint ue- Exemluntatem à peccato cessandi. Exem- plum.
plo cuiusdam, de quo fertur, quòd cuidam quærenti, quare ita libenter audiret sermonem, cum se corrigeret? Rīdit, ibi cogito, qđo me corrigere potero, & qūo me habeo post correctionē.

Audite ergo insule, & attendite populi de longe, &c. Esaiæ. 49. Sicut iste audiuit, & attendit de longe quid postmodũ faceret. Patet, ergo, quòd nulli prædicto rum sufficientem excusationem habẽt, quare non debeant Dei uerba audire, sed prædictas fingũt causas, vel propter causas factas, supra. e. c. 21. Vel quia Dei verbi, & virtutũ, & pœnitentiæ, & bonorum operum ignorans preciositatem. Et est de eis, sicut dicitur secundum fabulas de gallo: q in fimo lapide precioso inuento, ait, libentius inuenissem vnum granum, quia nec tu vilis mihi es, nec ego tibi. Habentes enim stomachum occupatum alijs, in istis non inueniunt saporem, sed dicunt, q̃ bonus cibus esset, si quis haberet appetitum, Iere. 22. Locutus sum ad te in abundãtia tua, & Dixisti, non audiam, uel quia diabolus aures obturat, sicut patet supra. e. c. 10. Propter hæc enim, & his similia lumen excludunt, & contra verũ solem cordis fenestram claudũt, vt quetius in peccatis suis dormiant, de quibus Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini, quia non solum illud excludunt, sed contra volentes lumen in eis accendere rebellãt, & uerbis, & factis. Et in hoc sunt, sicut canis furiosus, qui mordet manum offerentis ei panem. Ita isti, & turbant, & turbantur. Audiui, & conturbatus est venter meus, in psal 30.

Fabula.

Canis furiosus.

33 ¶Patet etiam ex quo lumen scientiæ excludunt nolentes scire, quòd sunt sicut illi, qui ita diu uigilando comedunt carnes nocte ferię quintę, quòd dies festę sextę inceperit clarescere, & clauserũt fenestras, ne lumen intraret. Ita isti bubones infernales, & tales nec per legem Dei excusantur, quia est ignorantia vincibilis, seu affectata, in qua ignorans ignorabitur, nec in lege Aristotelis, qa est ignorantia praue dispositionis, & nõ negationis, nec in lege Iustiniana, quia est ignorantia crassa, & supina, ignorantia iuris, & non facti, in qua lege, qui dicit se nolle venire, quando citatur, vel ter citatur, & non uenit, vel latitat, ne citatio ad eum ueniat, contumax, iudicatur. ff. de re iudi. l. cõtumacia. Sed omnes ter citãtur, scilicet uerbo exemplo, & beneficio. De hoc patet. A. 10. Per totum. Et tamen aliqui dicunt apertè, q̃ nolunt venire, sicut ille, qui dixit Lucæ. 14. Vxorem duxi.

¶Alij impediunt, ne citatio veniat ad eos, sicut nolentes audire.

¶Alii se excusant, sicut ille, q̃ dixit, villam emi. De quibus prædictum est. 34
Nota. T. 5. 48. Finis verò istarum excusationum, quia nullam legem in curia Dei pro eis habebunt, erit sententia dãnationis æternæ contra contumaces prolata. Et comparando statum istum, in quo nolũt audire uerbum salutis, quia sunt eis graues rumores, ad statum illũ, in quo de hoc dolebunt. Est de eis, sicut de quodam iuxta ignem sedente, cuius vestem cum ignis intraret dixit socius suus, vis audire rumores? Ita (inquit) bonos, & non alios, cui alius nescio nisi malos, ergo (inquit) nolo audire, & cũ bis, aut ter, & hoc diceret, semper idem respondit, in fine cum sentiret uestem combustam iratus, ait socio, quare non dixisti mihi: quia (inquit) dixisti, quòd noluisti audire rumores, nisi placentes, & illi non erant tales. Ita qui nolũt modo defectum suum audire, ut corrigantur, quando sentient pœnam, dolebunt quod prius non audierunt. Et specialiter, quando audient illam sententiã contra contumaces latam; Matth. 21. Ite maledicti, &c. Quicunq; audierint tinniẽt ambę aures eius. 1. Re. 3. Audiamus ergo vilia uerba salutis. Quoniam qui me audierit, absque terrore requiescit. Prouerb. 1.

Exemplum.

¶Hæc autem uerba vilia audire debemus ad euitandum pericula spiritualia, & aliquando temporalia. Sicut enim speculum ostendit maculam in facie, sic uerbum Dei in conscientia. Et sicut videntes in speculo maculam, tergunt in facie, sic audientes deuotè mundantur in conscientia, Psal. 80. Si audieris me non erit in te, &c. Act. 10. 35

¶Sic considerauit se in speculo, & sic euitauit periculum, quidam magnus de

quo

quo fertur, quòd multum dilexit torneamenta, & cum in quodam sermone audiret, quomodo illum ludum sequuntur multa peccata mortalia, videlicet superbia, inuidia, vindicta odium, &c. Nunquàm postea illum ludum dilexit. Hæc audite principes. Esa. 1. Exemplum.

¶De alio etiam, & tali fertur, quòd nõ libẽter audiuit missas, & causa fuit, quia credidit, quòd sacerdos ex auaricia inuenissent illum modum uiuendi, & cum in quodam sermone audiret preciositatem illius sacramenti, & missarũ valorem, semper postea eas deuotè audiuit. Psal. 104. Verbum domini inflam mauit eum.

¶Ad idem etiã quod refert Valerius
36 de quodã iuuene Athenienſi Polemus
Exem- nomine, rantis illecebris debito, ut etiã
plum. in fama ipsa gauderet. Cum semel ergo ex conuiuio nõ post Solis occasum, sed post Solis ortum surrexit. Vino grauis, & vnguentis optimis delibutus, amictus ueste perlucida, & sertis capite redimito, ad domũ reuertebat, & cũ scolã Xenocratis tunc docentis, apertam, vidisset, intrauit in eam, ut prudentissima præcepta temulentiæ lasciuijs immiseret. cunque omnes auditores, Senocratis corridentes indignarentur, Senocrates vultu maturo omissa re de qua differebat, de modestia, & temperantia, loqui cœpit, cuius grauitate sermonis illectus Polemus detractum de capite coronam proiecit, & conuiualis oris hilaritalem repressit, & ad ultimum verò to tam luxuriam exiuit, sicq; vnius occasionis medicina sanatus est. Patet ergo quòd in istis tribus prædictis hominibus uerificatur illud. Ecclesia. 14. Qui audit me, non confundetur. Patet etiã, quòd si moderati vellet dimissis potationibus audire uerbum Dei, alicuius dicti occasione corrigerentur, & corpore, & animę ualeret. Sed heu homicida stat per quadraginta dies in ecclesia, vt mortem euadat temporalem, & vos nõ libenter statis in vno sermone, vt tem-
37 poralem, & æternum euadatis. Tales aliquando dolebunt, quia non audierũt, quando contigerit eis, quòd cõtigit cuidam, de quo refert Beda de gestis Angelorum, quòd cum alij irent ad ecclesiam, & ad sermones, & alia bona loca, Exem-
ille solebat ire ad tabernã, hic moriẽs, plum.
post breuem loquelę amissionẽ rediens ad se dixit, se damnatum, & cęteris hortantibus eum ad spem. Respondit non potero saluari, quia fui in inferno, & vidi locum meũ paratum, iuxta Iudam, & Caypham, & requisitus de causa. Respondit, quia nolui libenter audire uerba Dei, nec ire ad ecclesiam, sed ad tabernam, qui ergo istius cõditionis sũt, cum venerint ad punctum illum dicere cum illo poterunt, illud Gen. 42. Non audiuimus, idcirco uenit super nos tribulatio.

¶Et non solum debemus audire vtilia, ut declinemus à malo pericula vitãtes, sed ut faciamus bonum necessariũ ad salutem, quia non sufficit famelico audire loqui de cibo, nec infirmo audire medicum, quia auditus medici non
38 sanat, sed opus cum cooperatione infimi, nec amicus diligitur, si ipse, uel eius ministri, uel literæ, uel solummodo recipiantur in porta. Ità nec Deus vbi ipse, vel eius ministri, uel verba recipiũtur in porta aurium, uel oris, vel oculorum. Sunt ergo recipienda in camera cordis, & opere faciendum est, quod in literis præcipitur, vel continetur. Iac. 1. Quia si quis auditor est verbi, & non factor hic comparabitur uiro considerãti vultum natiuitatis suæ in speculo, & nõ tergenti, nec operanti ad faciei decorẽ, sed tantum considerãti, & hoc est, qđ sequitur. Considerauit, & abijt. Ideo sequitur. Non auditor obliuiosus, sed factor, &c. ī quo patet, qꝺ auditor obliuiosus beatitudine priuatur, & factor in spem ponitur. Arti. 12.

¶Patet ergo, quòd non solum propter tria prędicta sunt audienda, & facienda uerba Dei, sed etiam ut fugiamus pœnalia, scilicet priuationem illius beatitudinis, quod est quartum. Di-
39 ues enim in inferno petiuit prædicatores, qui dum uixit prædicatores audire con- Arti. 12.

contempſit, & multos habet ei ſimiles, qui ſi eſſet poſſibile, quòd illam pœnã ad momentum ſentirent, prędicatores ipſi fierent. Sicut ergo ubi timor eſt de igne, prius aperiuntur, & implentur uaſa aquę contra ignem, qui in proxima domo exiſtens, in alia timetur. Ita nos timentes illum ignem, qui modo diuitem illum ardet, Luce. 16. Crucis (inquit) in hac flamma aperiamus uaſa cordium, & aurium, & contra illũ ignẽ recipiamus aquam illius fontis, Eccleſia. 1 Fons ſapientiæ uerbum Dei, & audiamus eum modo ad pœnitentiam uocantem, & delicta corrigamus, dicentes. Domine audiui auditum tuum, Abacuth tertio. Quia, qui ſic eũ audit, nunc ab auditione mala non timebit, in Pſal. 111. Nec poſtea in morte, & in iudicio audiamus, & horreamus, ſicut horret fur de auditu ſententię ſuſpenſionis, de qua Eſa. 31. Corrui cum audirem.

Arti. 13. ¶ Qui ergo vult illam vocem horroris in iudicio declinare, obturet aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudat oculos ſuos, ne uideat malum, quia iſte in excelſis habitabit. Eſa. 23. Poſt obturet aures ſuas, ne audiat diabolum, uel eius miniſtros: diabolum ſuggerẽtem, & uenenum inſpirantem in cor dicendo Deum miſericordem, te diu uicturũ & huiuſmodi, ut ſpe, ſeu præſumptione pecces. Gladius in labijs eorum, quoniã quis audiuit, in Pſal. 58. Nec miniſtros, ſeu ſeruientes ei cantantes, Eccleſiaſtici. 9. Cum ſaltatrice ne aſſiduè ſis, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius, ſen carminantes, uel incantantes blandientes detrahentes mentientes, qa princeps, qui libenter audit uerba mendacij, oẽs miniſtros habebit iniquos. Prouerb. 29. Sicut ergo tranſiens per loca fœtida nares obturat, ne fœtor ſentiatur, & cor inficiat. Ita iuxta prædictas obturentur aures, Exemplum ad hoc dicitur in fabulis, quòd Vlixes tranſiturus per locum in mari, ubi Cyrces in cãtatione ſua omnes tranſeuntes decepit, obturauit aures ſuas: & ſic periculum euaſit. Ita tu obtura aures tuas, & noli audire linguam nequam, Eccleſiaſtici. 28.

Exemplum.

¶ Sed heu ouis audita uoce lupi, timet, & fugit: & homo ne fœtorem corpori nociuum ſentiat, nares claudit, & os: ne cibus intret venenoſus, ouis autem Chriſti audiens lupum infernalẽ in ſupradictis locutionibus, non timet? nec fugit, ſed applaudit, nec aures claudit, ſed aperit. Et ideo ſicut patet, infra c. de detractione tales ſpiritualiter perduntur, Pſal. 30. Factus ſum, ſicut uas peditum: quoniam audiui uituperationẽ multorum. Nota. D. 6. 33. Item. G. 512.

¶ Auaritia. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit auaritia.*
2 *Auaritia in quibus fiat.*
3 *Generalitas auaritiæ habetur quoad rædicem.*
4 *Generalitas habetẽ quo ad opus, ſeu effectum.*
5 *Auaritia peſſima quia inſatiabilis.*
6 *Cauſa inſatiabilitatis auaritiæ.*
7 *Auari quodlibet eo appetentiores.*
8 *Inſatiabilitatis cauſa eſt cordis amplitudo.*
9 *Inſatiabilitatis cauſa poſiſſima eſt cordis pernerſitas.*
10 *Auaritiæ vitium eſt vilius omnibus alijs vitijs.*
11 *Auaritiæ vilitas comparatur porcis.*
12 *Auaritiæ vilitas comparatur carnibus pluribus de cauſis.*
13 *Auarorum bona cuius futura ſint difficile eſt iudicare.*
14 *Fabula de auaro cani comparato.*
15 *Auarus cur comparetur cani.*
16 *Mores, & tuum bella monent.*
17 *Auari comparantur cani, quia vt illi ad alia reſpiciunt cum aliquid proijcitur, ita canis.*
18 *Auaritiæ vilitas cognoſcitur ex vili ſeruitute, in qua eſt ipſe auarus.*
19 *Exempla eorum, qui auaritiæ nimium ſeruiunt addicti.*
20 *Auaritia vilis quia mentis eſt ſeruitus*

qua

quæ vilior in corporis ſeruitute.
21 Auaritiæ vitium homines inquietos reddit.
22 Auaritiæ vitium ingratitudinem ſecum fert in Deum, & ſuos.
23 Exemplum in auaros diuites.
24 Auidè appetentes diuitias, quibus comparentur.
25 Qui diuitias deſiderent, ſæneſcunt in æternum.
26 Auari ſunt crudeles Deo in membris ſuis.
27 Auari ſunt crudeles ſibi ipſis.
28 Auari ſunt crudeles amicis, rebus inanimatis, & detinentibus.
29 Quomodo in acquirendo auari inſani fiant.
30 Auari ex breuitate vitæ indicant inſaniam.
31 Auari ex partitate cordis indicant inſaniam.
32 Auari in hoc exiguo vitæ ſpatio tam magnas pecunias deſiderare, inſaniam demonſtrant.
33 Quo plures ſunt in mundo nobiles eo maior ſit regnandi cupiendas.
34 Cur magis ſenes auari fiant.
35 Auari indicant inſaniam in acquirēda, & augumentando.
36 Auari indicant inſaniam in gloriando.
37 Auari indicant inſaniam in non prouidendo.
38 In quod periculum peccati incidant auari.
39 Auari incidunt in periculum peccati credendo, & amando.
40 Auaritia cur idolorum ſeruitus.
41 Auari quomodo ſint inordinati erga ſeipſos.
42 Auari, in quibus magis laborent.
43 Quid nequius ſit.
44 Auaritia in proximos inordinatos reddit.
45 Auari dei nutu ante mortem torquentur.
46 Bonorum reflictio ante mortem debet fieri quia poſt mortem nihil valet.
47 Auari in morte dolore afficiuntur quia conditor derelinquere rem amatam.
48 Pauperes ſpiritu, & rebus ſunt immunes à periculis, quæ imminent auaris.
49 Ex dolore, & deſperatione malorum in morte oritur æterna damnatio.
50 Exemplum auari ſupra horreum ſe ſuſpendentes.
51 Auarorum excuſatio poſt mortem non admittitur.
52 Auari quibus comparentur.
53 Auari ſe excuſantes familiæ cauſa reprehenduntur.
54 Satius eſſe auaros ſe ipſos reprehendere quàm ſe excuſare.
55 Omnia alia peccata excuſabiliora videri quam auaritia.
56 Quædam cauſa hominis ſpiritualem inimici in rationalem creaturam magis laborent.
57 Bona opera, & bona, quæ pauperibus fuerint exhibita ſunt propria: alia autem non.
58 Omnes, inimici ſpeciales auarum decipere nituntur.
59 Inimici ſpirituales in decipiendo auarum non ſolum vtuntur inſitis proprijs verum etiam miniſtrorum ſuorum.
60 Inimici ſpirituales, cui comparentur.
61 Spirituales inimici ioculatoribus comparantur.
62 Quid contingat diuitijs nimium credentibus.
63 Quid contingat auaris in ſuis diuitijs.
64 Remedium contra auaritiam eſt conſideratio vinorum virorum infirmorum.
65 Remedium contra auaritiam eſt conſideratio mortuorum, vel mortis aliorum.
66 Remedium contra auaritiam eſt conſideratio ſtatus proprij quantū ad vitā.
67 Remedium contra auaritiā eſt conſideratio ſtatus proprij quo ad mortem.

AVaritiæ, & auari- Art. 27.
tiæ, prio ponenda eſt diffinitio. Secundo diuiſio. Tertio, generalitas. Quarto, inſatiabilitas. Quinto, vtilitas. Sexto, labor. Septimo, ingratitudo. Octauo, crudelitas. Nono, ſtultitia. Decimo periculum. Vndecimo, dolor.

Duo-

Duodecimo, damnatio. Tredecimo, excusario cũ reprobatione. Decimoquarto, deceptio. Quindecimo, remedium.

¶ Quantum ad primum secundum sanctum Thomam in summa secunda secundæ, quæstione. 118. articulo. 1. Auaricia est immoderatus amor habendi secundum Hugonem, lib. 2. de claustro animæ. Auaricia est sua illicitè retinere, & aliena concupiscere, de istis duabus, Prouerbiorum. 30. Sanguisugæ duæ sũt filiæ, &c. Auarus uerò secundum Hieronymum, vt dicitur, est bursa diuitum cęlarium latronum, rixa potentum, fibilus pauperum. Hieronymus in quadam epistola.

Artic. 1.

1

¶ Quantum ad secundum. Auaritia quo ad tenacitatem potest fieri, in rebus quarum vsus est ipsa consumptio, sicut in pecunia, & huiusmodi, uel in rebus, quæ in usu vtenti nõ diminuuntur, sed potius augentur, sicut scientia, & huiusmodi, & hęc uidetur detestabilior, videlicet nolle communicare quaternos, & scientiam suam. Exemplo sapientis, dicentis. Sine fictione didici, & sine inuidia, &c. Sed dicet, possem verecundiam pati, idem prædicando, quòd alius de quaterno meo prius in eodem loco dixit. Respõderi potest, quòd charitas nõ inducit confusionem, & maius meritũ accresceret ex charitate, quàm damnũ ex uerecundia. Illi ergo, qui tenaces sũt in huiusmodi, non ea benè possidentur, sed potius possidentur. Vnde Augustin. de doctrina Christiana. Omnis res, quæ dando non deficit dum habetur, & non datur, nondum habetur, quomodo habenda est?

Arti. 2.

2

¶ Tertium uerò, videlicet eius generalitas habetur, & patet quo ad Duo, videlicet quo ad radicem, & quo ad effectũ, seu opus: quod ex radice venenosa procedit.

Artic. 3.

3

¶ Primo quo ad radicem, patet eius generalitas, quia est radix, mater multarum turpitudissimarum filiarum, videlicet obdurationis ex retinentia nimia, ne emoliatur, ut sibijpsi quo ad animã, & miseris subueniat. Secundo, inquietudinis. Tertio, doli. Quarto, fallaciæ, quæ fit simplici uerbo. Quinto, fraudis, quę fit in facto. Sexto, proditionis. Septimo, petiurij. Est ergo armarus stipes, in quo diabolus omnem sæculum inseruit. Sicut patet, secunda secundæ, quæst. 118. ar. 8.

¶ Secundo eius generalitas, patet in opere, in meditatione, in desiderio, in locutione, in studio, quasi ad omnes status, & ad omnes personas se extẽdit intantum, quòd ferè in omni societate, siue clericorum, siue laicorum, siue artificum, siue mercatorum, vix inuenitur vnus, qui loquitur de lucro æterno ex corde, quomodo seipsum, & alios saluare poterit, sed quomodo temporalia acquirant, dicentes, ibi est tale lucrum, ibi tale seruiturum, ibi tale beneficium sine cura pingue valdè, ibi aduocatus multa lucratur, ibi balliuus, &c. Ex non discutiant quomodo illa mus peccati, & periculi sub esca illa absconditur, & non solum ad loquelam, sed ad opera ramos suos extendit ad iuuenes, intantum, quòd decennis furatur matri suæ: hęc infideles operatios malè facit operari, hæc pauperes facit latrones, hæc mediocres facit vsurarios, & blada abscondere, quando pauperes famę moriuntur, hæc: dominos facit tyrannos, hæc, facit falsos perquisitores vicinos suos ad curias regum dare ad litigandum cum eis, ad malè lucrandum terras eorum. Hæc ergo est generalis fames, & scabies totum corpus maculans, uel voluntate, vel locutione, vel operatione. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisq; ad auariciam suam. Esa. 56. A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student. A propheta, vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum, Iere. 6. Auaricia ei in capite, id est intentione omnium. Amos. 9.

4

¶ Et si ista fames posset saturari, vel scabies sanari esset terminabile, & tolerabile malum. Sed fames pessima est, quia est insatiabilis ad modum ignis, qui nunquã dicit sufficit. Prouerb. 30. Artic. 4.

¶ In

¶In quo notatur quarta auaritiæ cõditio, videlicet insatiabilitas, cuius causam, uide. C. 14. 24. & G. 3. 17. Fatuus. n. credit ignẽ extinguere intus ligna pijciendo, quibus plus accenditur. Ita auari credunt cupiditatem suam extinguere, dicentes si haberem tale manerium, uel tot libras in mercationibus, uel vnã ecclesiam, uel præbendam, nunquàm plus desiderarem, quo habito conquerantur locum illum esse in malo aere vel nimis propè viam propter hospites, vel nimis à bona villa distrare, uel quia non sunt ibi pascua, uel nemora, uel pisces, oportet alium locum habere, vbi posset esse in æstate pro pascuis in hyeme pro focalibus, tertium ubi in quadragesima pro piscibus. Aliam etiam oportet præbendam habere in patria sua, de his, Nota. A. 25. 24. & D. 12. 18. & M. 13. 8. Et sic ligno vno apposito ignis crescit, & quanto plura apponunt, plus crescit. Et sicut currus malè vnctus quã to plus portat, tanto maiorem strepitũ facit. Ita auari, qui sunt currus diaboli, tanto plus conqueruntur nihil habere, vel ad minus defectum magnũ, & multarum rerum se habere conqueruntur, & tam quod habent; quàm quod non habent deesse fatentur. Et sunt ficut canis, qui magno desiderio expectat os quo consumpto statim quærit plus. Et est mirabilis, & miserabilis prorsus infirmitas, in qua quanto plus circa medicinam expendit, quantoq; plus morbo apponit, tanto grauius infirmatur, quia desiderium habendi augmẽtat, vt dictũ est de igne. Vnde Innocentius de vnitate conditionis humanæ. O ignis in extinguibilis: cupiditas insatiabilis, quis vnquàm primo uoto fuit contentus? sicut patet parum supra de manerijs, sequitur, cum adipiscitur, quod optauerat: desiderat ampliora semper in habendis, & nunquàm in habitis, finem cõstituit.

Canis.

¶Et huius insatietatis multiplex est causa. Vna cã istius infirmitatis Augmenti secundum Augustinum, ut dicitur est, quia quanto plus concupiscunt, & habent, tanto pluribus indigent, vel indigere cogitant, tantoq; plura ab eis petuntur, sicut qui habet equum, indiget freno, & sella, & huiusmodi: qui habet terras indiget multis seruis. Et sic de alijs, & hęc causa est huius curialis infirmitatis. Vnde Seneca de beneficijs. lib. 2. c. 19. Maiora cupimus, quo maiora venerunt. Multoq; cõcitationi est auaricia, in magnarum opum congestu collocata, ut flammæ, & fumi acrior uis est, quo ex maiori incẽdio emicuit. Ad idẽ Oratius libro Carminum. Crescentem sequitur cura pecuniã maiorq; fames, multa petentibus desunt multa. Ex hoc potest concludi, quòd quanto reputatur quis ditior, tanto in veritate est pauperior, quia dictum est; quòd quanto ditior reputatur, tanto pluribus indiget. Cum igitur indigentia, & paupertas, & defectus quo ad modum loquẽdi, quo eundem dicimus valde indigentem, & pauperem in vnum coincidãt, & sequitur, quòd qui ditissimus reputatur, pauperrimus est. Hoc argumentum confirmatur per beatum Gregorium super Ezechielem, li. 2. Omel. 6. Ille (inquit) pauper est, qui eget eo, quod nõ habet. Nam qui non habet, habere tamen nõ appetit diues est. Sic loquitur Paulus. Nihil habentes, & omnia possidentes. Confirmatur per Senecam epistola 2. Honesta (inquit) res læta paupertas illa verò, paupertas non est: si læta est. Cui cum paupertate bene conuenit, diues est. Non qui parum habet, sed q plus cupit pauper est, qui satis est quod habet diues est. Prouerb. 13. Est quasi diues cum nihil habuerit. Confirmatur etiam per Ioannem Euangelistã Apocalip. 3. Vbi talis auarus loquitur, dicẽs, diues sum & locupletatus sum. Cui respondet Ioannes, dicens, tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus: sicut patet. D. 11. 6. Ex istis ergo cõcludatur, quòd auaritia auarum, nunquã ditat, sed magis egenũ facit. Vnde Seneca, in quadam epistola, fortissima pestis est cupiditas, qui solet egenos facere, quos capit dum finem quærendi

non

non inuenit, nam alterius cupiditas ex alterius ſine naſcitur, & ideo fortior eſt, qui cupiditatem uincit, quàm qui hoſtem ſubijcit.

8 ¶ Alia uerò iſtius inſatietatis cauſa eſt cordis amplitudo, quòd ideo nulla re repletur, quia pro Dei receptione creatur, & ipſo ſolo ſatiatur, iuxta illud Pſal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Quid mirum ergo de cupido, qui nec habet Deum per gratiam, nec in futuro habebit per gloriam, dicatur. Eccleſ. 14. inſatiabilis eſt oculus cupidi.

¶ Tertia cauſa huius inſatietatis, & præcipua eſt auari cordis peruerſitas. Eſt enim cor auari, ſicut tranſuerſum, qđ impleri non poteſt. Et hoc ſatis uidetur innuere Deus. Aggei. 1. ubi ait. Comediſtis, & non eſtis ſatiati, &c. Et quaſi reddens cauſam adiungit, dicens, qui mercedes congregauit, miſit eas in ſaculũ pertuſum. Iſta triplici cauſa uerificetur, illud Eccleſi. 5. Auarus non implebitur pecunia. Cum ergo ad modum uilis guloſitatis, & eſculẽtorum, & poculentorum hominem uilem reddat, reſtat huius peccati oſtendere vilitatem, in quo nominatur quintum.

Artic. 5. ¶ Pro quo eſt ſciendum, quòd auaritiæ gula vilior eſt omni alia gula, ſiue fœminarum, quia eſt inſatiabilior. Nõ eſt aliquis ita ebrioſus, uel guloſus, quin poſſet ſatiari omni pane uillæ. Sed auarus non ſaluatur omnibus bonis uille, quia ſupra oſtenſum eſt, quòd omnibus bonis ville habitis, magis infameſcere. Nec eſt porcus, uel fera crudelis, tam rapax, quin ſatiari poſſit. Vnde Auguſti. de uerbis domini. Quæ eſt iſta auiditas concupiſcentiæ? cum & ipſe beluę modum habeant, tunc enim cupiunt, quando eſuriunt, parcunt uerò prędę, quando ſenſerunt ſatietatem, dictum, uerò ſola inſatiabilis eſt auaritia. Nam uſurarius, nunquàm præda ſatiatur, ſic nec alij in modo ſuo acquirendi. Et ideo ſecundum Auguſtinum, in epiſtola ad Comitem. Auari inferno ſunt ſimiles, quia nunquàm dicunt ſufficit, & quia quod habent, nõ dimittũt, quia etiã illi dęmones in inferno quanto plures peccare faciunt, ut eis eos adducant, tanto plus demerentur, & pœna accidentali punientur, & tũ propter hoc non ceſſant. Ita auari, quanto plura congregant, tanto plus in corde cogitationibus affliguntur, nec tamẽ ceſſant. Non ſolum inferno, ſed dæmonibus ſimiles ſunt, quia ſicut illi, ita iſti, ſemper plura petunt. Vnde Ouidius; Cum poſſideant plura, plura petunt.

¶ Iterum in utilitate caſſimilant porcis, tum quia non reſpiciunt ad diuitiarum datorem Deum, ei regratiando, ſicut nec porcus reſpicit, unde glandes, ei ueniunt, ſed ſemper habet os in terra, tum quia porcus in uita nocet domum euertendo, & terram fodiendo, ſed in morte prodeſt, ſic iſti quorum diuitiæ in uita confodiuntur, & abſconduntur: in morte aliquando pauperibus tribuũtur, tunc ſpongia præmittitur. Tum da porcus habens iugum in collo per artũ foramen tranſire non poteſt. Ita nec auari per artam uiam, quæ ducit ad uitã, ſicut patet per Chriſtum, Marci. 10. Vbi dixit quàm difficile eſt, qui pecunias habent, &c. Quia illud eſt contra legẽ naturæ, quod Deus facere poteſt. Aliud contra legem iuſticiæ, quod facere non poteſt, immò etiam aſcendere, minus difficile eſſet camelo, quàm auaro dum auarus eſt: quia ille nõ permittit ſe onerare ultra poſſibilitatem ſuam portãdi, hic etiam oneratur ſola diuitiarum ſarcina hic duplici oneratur, ſcilicet diuitiarum, & peccatorum, & ideo conqueri poſſet, cum Pſal. 37. Onus graue grauate ſunt ſuper me, cum quo onere impoſſibile eſt ad cœlum aſcendere. Omne onus ergo diſrumpe, & ſolue faſciculos deprimẽtes: Eſa. 58. Ne camelo ſultior ſis. Sed interroga iumenta, & ipſa docebunt te. Iob. 12.

11 Porci.

Camelus.

¶ Item comparatur canibus propter multa. Quia ſicut canis nõ comedit de fœno ſuper quo iacet, nec alios permittit illud aſportare, ſed latrat, quia non ſibi, ſed alijs illud cuſtodit. Ita auari nõ utuntur bonis ſuis, nec alios permittũt,

12 Canis.

ſed

sed ea alijs custodiant, quibus, tamē ne sciunt, ut frequenter hominibus de mū do, quos minus deligunt, de quibus minus opinātur. Sicut quidam de quo fertur, quòd cum amare cogitaret, cuius essent bona sua post morte suam, audiuit vocem dicentem, troylardi, hic etat miser in coquina sub coquo, qui post acceptā eius uxore, bona eius occupauit. Et sic patet, quòd difficile est auaris respondere ad quæstiōnem Christi, quā ab eis qrit. Lucæ. 12. vbi primo de morte eorum præmittit, dicens. Stulte hac nocte repetent à te animam tuam, deinde quærit quæstionem de bonis illorum, dicens, quæ autem congregasti, cuius 13 erunt? Et sicut difficile est eis respondere, cuius erunt, ita difficile est eis respōdere, qualiter expēdentur. Quia frequēter contingit, quòd post mortem suam, ita prodigè bona illorum dispareant, sicut ipsi auarè congregauerunt, & tenuerunt. Vnde fertur quasi sic, quòd quidā abscondit occultè in capella sub se ubi missam audiuit ollam, in qua collegit pecuniam, & semper in missis, & orationibus rogauit Deum, quòd nunquàm sineret eum mori, antequàm olla esset plena, quod etiā obtinuit. Et ipso mortuo citò post alius eius vxore accepta ollam inueniens, quotidie orauit, quòd nunquàm moreretur, antequā olla tota esset euacuata, hanc auari miseriam, qui thesaurizat, & ignorat cui congregat ea, uel quomodo post eum expendentur, plangit sapiens, Eccle. 5. dicens. Quid prodest, quod laborauit in uentum cunctis diebus uitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in erūna, atque tristitia, &c.

Exemplum.

Exemplum.

14 ¶Secundo cōparantur canibus, quia canis nō dimitteret os sibi porrectum, nec stultus daret baculum suum pro cō tum libris. Ita nec auarus dimitteret auaritiam suam pro regno cœlorum, cū vtrunque habere non possit, sicut patēt Ephe. 5. Vbi auarus priuatur regno cœlorum. Est ergo, sicut canis aquam transiens dimittens caseum in ore, & alium haberet, quem in aqua credidit, qa vm-

Fabula.

bram vidit, & sic vtrūque perdidit, sicut in fabulis continetur. Nota infra. c. 143. Esopi. Sic isti credentes vtrunque perdunt: quia istud secum non portabunt. Iob. 27. Diues cum dormierit, nihil secum afferret, nec aliud inueniet, quia dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diui, &c. Psal. 75. & sic inter scanna duo, &c.

¶Tertio cōparantur canibus, qa inter se pro osse pugnant. Ita auari vicinus 15 cum uicino, frater cum fratre, filius cū patre, frater cum sorore, & fere omnes brigę discordię, & placitationes auaritiæ causa fiunt, quia bonum quærunt, quod ab omnibus haberi non potest, sicut nec os à canibus. Qui uerò Deum, & ea, quæ Christi sunt, quærunt, in magna pace sunt, quia bonum spirituale quærunt, quod ab omnibus possideri potest. Et tales mirantur de brigis mundialium, sicut dicitur in uitaspatrum de duobus hæremitis multis annis pacificè uiuētibus, & mirantibus vnde discordiæ inter homines accidèrent, alter, meum, & tuum faciunt totum malum: quomodo (inquit) alius, & vno vtensili in medio posito ait, dicas, qđ est tuū, & ego dicam, quod est meum, & cum sic per hoc inciperent quasi litigare, ait alter, habeas totum tibi: malo modicum cum pace, &c. Seneca. Quietissimè viuerent homines, si non essent meum, & tuum. Sed ex quo prophetę, & angeli prædixerunt pacem in aduentu Christi, quandiu durabit ista discordia? Respondet August. super Psalterium ut dicitur quousque aurum sit sepultum, & hanc 16 cām reddit Seneca, ut dicitur, quare aurū, & argētū esśet absc̄dita, pfundius sub terra, qa sciuit homes, p illis pugnaturos. sicut canes, p osse. Iac. 5. Vnde bella, & lites ī uobis, nonne ex cōtumacia?

Exemplum.

¶Quarto cōparantur canibus, qa de- 17 uorātes id, qđ eis, pijcitur statim respiciūt ad plus. Ita isti habētes vnū maneriū, uel uiginti libras, sicut patet ī. c. c 7. habentes maneria, citò respiciunt ad plura. Vnde Seneca ad Lucilium epistola. 75. Vidistis (inquit) canem missum

Canis.

à domino suo fructum panis, aut carnis apetto ore captantem, qui quid autem excipit protinus integrum deuorat, & semper uenturis inhiat. Idē enenit nobis quicqd fortuna expectantibus proiicit Illud admittimus statim ad rapinam alterius erecti. Idem de beneficijs, lib. 2. c. 19. Nunquàm impcobe spei satis est quod datur, semper maiora cupimus.

¶Quinto comparatur serpenti. I. 6. 7.

18 ¶Iterum huius peccati vilitas apparet, & ex uili seruitute, in quam seruientem redigit, & ex turpibus, quæ seruis præcipit, & ex vtriusque continuatione.

¶Primo ex vili seruitute non est tam uilis rusticitas, vel seruitus in mundo, in qua dominus prohibet seruum suū legare animam suam Deo in morte, quantumcunque fortè de alijs testamē tum facere prohibeantur, uel lege, uel consuetudine. Sed domina auaritia nō permittit seruum suum fidelē in morte, nec Deum quidem cognoscere, nec animam suam ei legare, sed sibi totaliter intendere, sicut patuit de illo, quem peroptimè noui. Hic paralisi percussus loquelam amisit, religiosi verò circunstantes uidentes eum morti appropinquare eum hortabantur ad cogitandū de anima, & ad receptionem eucharistiæ, & clamabant in auribus eius, & si placeret sacramenta recipere, saltē aliquod signum, uel nutu manu lingua, vel vultu faceret: & cum nullum signū ab eo habere possent, quidē socius, ait, ego citò habebo ab eo signum, & apposuit manum ad cistam, quæ erat ad pedes eius, in qua erat pecunia sua, & cor suum, & thesaurus suus: quasi volens eam aperire, uel asportare, & statim qua si expergefactus, & quasi nitens caput erigere, & uoce, & vultu triste signū vitæ ostendit, qui dum de Deo, & animæ salute loquebantur: quasi mortuus iacebat ostendens se plus de domina auaritia, quàm de Deo sollicitari. Hæc enim ita, per eum per guttur tenebat, quòd de aliquo Deo signum facere non permisit, hoc cum uidisset quidam amicus, qui cum speciali affectione dilexit

Exemplum.

21

19

erubescens recessit. In eadem seruitute fuit ligatus ille, de quo fertur, quòd cū sentiret manum sacerdotis inungentis eum, ait: quis tangit bursam meam, cor enim suum plus erat in bursa, quā circa sacramenta. Ad idem fertur de quodam alio, qui cum deberet iniungi, & manus dextera abscondita deesset, & sacerdoti quærenti vbi esset, & quare eam non extenderet, ait sub me teneo in ea clauem cistæ meæ. De quodam alio etiam fertur ad idem, quòd cum admoneretur recipere corpus Christi noluit. Et ecce citò venit de angulo domus diabolus, in forma bufonis in ore suo denarium portans, ad cuius aduentum infirmus os operiens, denarium domini sui recepit, quo strangulabatur. Omnibus istis prædictis dici potest, illud Actuum. 8. pecunia tua tecum sit in perditionem, quibus perditis dici pōt deridendo, & improperando, illud Deuter. 32 Vbi sunt dij eorum, in quibus, &c. Surgant, & opitulentur eis. Omnes etiā isti ostendunt, quòd non possent Deo verò seruire, & Deo falso, scilicet mamone. Et reuera isti, & his similes mamone seruientes periculosissimam habent seruitutem finem respiciendo, sicut patet ex prædictis.

Exemplum.

Exemplum.

¶Est etiam uilissima in se in natura sua, quia seruire mente, in qua est hominis pulcherrima, & optima libertas, vilior seruitus est, quàm seruire corpore. Quia etiam turpiori domino seruit, scilicet diabolo, quàm ille, qui seruit corpore. Est iterum vilissima seruitus, quia turpia imperat, sicut furta, rapinam, periuria, homicidia operari in festis, quando uerus Deus vult, quòd quiescant. Nota infra c. 38. Quia, & principibus sacerdotum præcepit Christum occidere proditiones, vsuras non restituere, aliena, & huiusmodi, quæ quidem præcepta ipsi eis obedientes, & in alijs ipsa respicerent, & aliorum iudices fierent, iudicarent turpia esse, & illicita. Ipsi eā propter hoc sanctos laudant, quia omnia propter Christum reliquerunt, & vitu pergunt diuitem in inferno. Luc. 16.

20

quia

quia sua non dedit. Ergo à fortiori ratione reputarent necessarium aliena re linquere, & uituperabile aliena rapere, vel occupare. Sed domina auaritia, ita eos excaecauit, quòd illud quod in alijs iudicant, in seipsis non uideant. Et si aliquando uideant, & status illorum eis displiceat, vtpotè intus, & extra attediati, & commendent alios, qui talia dimiserunt, tamen domina auaritia modum habès tædioſi domini, qui ita eum continuè in seruitio suo occupat, & tenet, quòd nec die, nec nocte sinit eum sibi ipsi uacare, nec abire. Hiere. 16. Seruietis dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem diem ac nocte, &c.

Artic. 6. ¶In quo notatur sextum, uidelicet istius auaritiæ nimia vexatio, seu labor corporis, seu mentis inquietudo? Sicut enim infirmitatē grauem in corpore, vel dolorem in dentibus habēs, vel spinam in pede non benè quiescit, immò turbatur interius ī domo cordis, & melancoliam ostendit extra aliquando. Sic habens hydropisim auaritiæ intus in anima inquietatur cogitationibus. Vnde Augusti. in quodam sermone, vt scribitur, quasi exponēs moraliter, illud Matthæi. 24. Væ prægnantibus, & nutrientibus exponit de talibus, qui concipiunt dolorem, & pariunt iniquitatem. Concipit enim auarus, quòd ager proximi sui esset sibi utilis. Si tamen ager diuitis est, cogitat, quòd non vult eum uendere, & tunc imaginatur alias malicias contra eum, sicut in ditare, uel aliquibus litigis eum inuoluere. Si uerò ager sit pauperis, facit eum tribulari, & obligari. Et si ipse sit in causa suspectus, facit per alium, & per alium mutuat sibi pecuniā, vt ager ei obligetur, uel mittit ei consiliarium aliquem sub specie coloris boni, vt eum inducat ad uendītionem, & tunc vix medietatem iusti precij dabit, & sic vno modo, uel alio modo iniquitatem parit, quam prius cum cordis sollicitudine concepit. Et sic labor in medio eius, id est in corde, quantum ad conceptionem, & iniustitia, quātum ad parturitionem: in psal. 54. Et illam intempestatem, & flammam, quā in conscientia habet frequenter, extra ostendit eos, qui circa eum sunt irrationabiliter, & ultra uires inquietando familiæ, & alijs de domo vituperia, dicendo: fures uocando, & maledicendo, Prouerb. 15. Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam. Sicut patet. G. 1. 18. & I. 3. 10. & P. 4. 15. Et non *solum illos* de domo sua, sed omnes homines habet suspectos, quia tales alios iudicat, qualis ipse est. Quia naturale est homini tales alios iudicare, qualis ipse est. Et ideo, qui alios decepit, semper timet decipi. Vnde Seneca. Videt regem, & æstimat prædonem. Videt pauperem, & æstimat furem. Et sic canis in coquina odit omnem socium, siue notum, siue ignotum. Dum canis os rodit, sociari omnibus odit. Si ergo sciretur, quis esset talis frustra pro anima sua cātaretur requiē post mortem, quia qui confidunt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Sicut nō habent hic requiem, nec intus in alia, nec exterius in corpore, sed continuè laborant, in acquirendo, & sollicitantur in custodiem domi. Ita quilibet eorum laborabit in æternum, & uiuet adhuc in fine. Psalmus. 48.

Artic. 7. 22 ¶Et non solum talis, sequitur auaritiam inquietudo, quo ad se, sed etiā ingratitudo, quo ad Deum & suos. Et hoc sequitur ex præcedenti articulo, quia sicut amor facit hominem largum, ita cordis tristitia, & anxietas, facit eum Deo, & suis tenacem, & durum: quia cor declauso interius per tristitiam claudit bursa exterius ne det elemosynā. Et ex hoc accidit frequenter, quòd qui plus à Deo habent, minus ei dant. Sed in hoc plus seipsos, quàm Deum, vel pauperes damnificant. Et hoc experiētia, quando contingit eis, quod contigit califfo de baldac, qui fuit magnus dominus inter infideles. Exemplum. 23 Iste sicut de eo legitur cū esset obsessus in Baldac à quodam rege, cum thesaurum haberet maximum, noluit ad defensionem suam stipendiarios conducere. Ideo finaliter

à rege captus eiq; præsentatus. Cum ab eo causam quereret, quare cum thesauro suo se non defendit, & sufficienter respondere non posset. Ait rex. Nolo te auferre, quod plus dilexisti, quàm vitam tuam, sed cum illo viuas si poteris, & inclusit eum in turri, ubi erat thesaurus suus, alium cibum, & potum ei negans, & sic cum tota pecunia sua famæ moritur. Sic in proposito, dæmones obsident modo diuites, & auaros, qui si noluerint sibi stipendiarios conducere, id est pauperes, ut per eos liberentur in die malo mortis: iuxta, illud Psal. 40. Beatus, qui intelligit super egenũ, &c. Quid respondurus est in morte, quando captus fuerit? quod dicet quando subsanando quærant ab eo dæmones, uel iudex Deus iustitiam suam ostendendo, dicentes, ubi est modo pecunia tua, quare non conduxisti tibi stipẽdiarios pauperes, plus dilexisti pecuniam tuam, quàm vitam tuam? Nonne uidisti aliquando homines habentes maximos thesauros, qui adhuc bello surgente contra eos non habuerunt cor ad expendendum, & ad armatos largè conducẽdum pro defensione propria, & post illorum mortem, & captiuitatem alij eos deridentes, fatuitatem illorum admirantes, & dicentes, miser si largè dedisses, & expendisses pecuam tuam, confusionem istam, & mortem euasisses. Prouideat sibi quilibet, ne illi, qui uidebũt eum captum à dæmonibus, & damnatum, eandem de eo admirationem habeant. Melius est, quòd post mortem illorum de eis dicatur. Dispersit dedit pauperibus, &c. quàm quòd pecunia sua sit causa perditionis suæ, sicut latrocinium, quod inuenitur cum latrone est causa suspendij eius. Et sicut cum pecunia inuenta in bursa eius emittur corda, qua suspenditur, sicut pecunia inuenta cum eis, quam noluerunt pauperibus erogare indigentibus, est causa pœnalitatis, & suspendij æterni.

¶Tales, qui sic peciniam desiderant, acquirunt, amant, uel possident, sunt similes Midoni regi Indorum. De quo refert Aristoteles primo. Polli. quòd rogauit Deum suum, quòd quicquid tangeret mutaretur in aurum, quòd cum factum fuisset, cibus etiam suus mutabatur in aurum, & sic fame obijt. Ecce aurum desiderauit in eius mortem, & Perditionem. Per istum calissum, & per istum Midonem, patet quòd fames pecuniæ inducit famem æternam. In cuius signum vterq; cum toto auro suo interijt. In signum, quòd qui pecuniam, uel similia nimis famescunt, habebunt famem æternam, & hoc iustè quidem, quia habentes antiqua blada, & huiusmodi diu custodita, desiderant earum tempus, ut carius illa vendant, desiderantes uerò earum tempus, desiderant famem multorum pauperum. Iustum ergo Dei iudicium est, quòd ipse hoc habeat, quod alijs desiderauit, & optauit, sicut patet. M. 9. 26. Exemplum

¶Veritate hoc indicate, quæ ait: eodem iudicio, quo alio iudicaueritis, quæ tum in uobis est iudicabimini. Et sicut non curat, quòd alij fameſcant, ut ipse auantagium habeat. Ita iustum est, quòd Deus curet, an ipse, nullum auantagium de bonis suis, sed famem æternam, & alij de bonis suis auantagium habeant. Videte ergo ne cum Midone ad damnationem propriã bona inordinatè concupiscatis, nec cum calisso ea in malum proprium retineatis, & carcerem, & famem cum eis, & pro eis incurratis æternam: cum principibus, qui possident aurum, & replexit domos suas argento. Iob. 3. Sequitur citò de pœna mortis, & damnationis, & sic ibi impij cessauerunt à tumultu. 25

¶Sed cõducite uobis stipendiarios, & facitè uobis amicos de mamona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æternam tabernam. Et quia ex radice in gratitudinis aliquando surgit ramus crudelitatis.

¶Videndum est quibus ipsi auari sũt crudeles. Artic. I

¶Primo

¶Primo ſunt crudeles Deo in mem-
16 bris ſuis,quibus bona,vt dictum eſt, in neceſſitate negant. Sunt enim diſpenſatores pauperum, ſicut Iudas fuit Chriſti,caput Iudæ, & membra habent Iudæ.Si rex aliquis iret ad lõginquas partes committens bona ſua alicui,ut interim familiã gubernaret, & ſi iſte reponeret bona regis in archa ſua,& quoſdã de familia uideret mori, quoſdam non multo melius habere,ſi à uobis quæreretur,quale iudicium meruit? Non eſt aliquis ratione utẽs,quin diceret,ꝙ iuſtum eſſet, quòd officio illo priuaretur, & omnia bona illa amitteret,& tanquã proditor in carcere poneretur, & malè tractaretur,date ergo ĩ cordibus veſtris iudicium, quia uos eſtis tales. Chriſtus enim rex nobilis abijt in regionem lõginquam, & tradidit ſeruis ſuis bona ſua.Sed ipſi in caris annis multos ſciunt in uillis mori, uel in propinquis locis. Alios uerò non multo melius ſe habere, quare ergo non ſunt ponẽdi in carcere inferni,noluerunt Chriſtum recipere,ut cũ eis cœnaret? Ideo dicitur nemo uirorum illorum guſtabit cœnã meam.Sed certè membra ſua,quę expulerunt cęci,& claudi,&c.Et erit dexterę excelſi mutatio hęc,quando intratur ad feſtum etiam ſi preſſura ſit inter quadraginta diuites ſciunt vnum pauperẽ repellere.Et uix inter viginti diuites intrabit vnus paup. Et ſi intrer exilius illi ſeruitur,& in loco infimo ponitur,qa non habet ueſtem nuptialem. Sed omnino econuerſo erit in cęna, & in nuptijs agni,ut patet. Et ſic iudicium ſine miſericordia.Iacob.2.

27 ¶Secundo ſunt crudeles ſibijpſis, & vxoribus,& filijs,& familiæ,quia fardellum in collo ponunt,& pro quo ſuſpẽdẽtur, & ligna colligunt, cum quibus comburentur, & per funem in collo poſitum malorum lucrorũ eos dęmoni bꝰ ligatos tradũt, ſicut Iudæi Sanilonẽ.

28 ¶Tertio ſunt crudeles amicis, quia
Lupi ſicut parui lupi,vt dicitur, quando non
paui. Inueniũt plus de lacte in mamillis matis,mamillas mordent. Ita iſti ubi ſemel iuuenerunt lac munerum exeniorum,uel uiolente mercedis,iterum mãmas quærunt cogitãtes ad mercedem, & niſi inueniant mordent oblocutionibus,& conuertuntur ad inimicitias, vnus actus de gratia, conſuetudinẽ neceſſàriam apud eos inducit. Et ſic ſub ouina pelle,vulpinam conſcientiam,& modum abſcondunt luporum, de quibus paſtor. Intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Matth.7.

¶Quarto ſunt quodam modo crudeles ipſis rebus inanimatis, quas poſſident,quia ipſas ſicut bladum ueſtes cibos,& huiuſmodi in carcere putreſcere faciunt. teſte Iac.5. Diuitiæ ueſtræ putrefactę ſunt ueſtimenta,veſtra commeſta à tineis, & in hoc crudeliores ſunt inferno,& dæmonibus,qui nullum in carcerant, qui non demeruit.

¶Quinto ſunt crudeles,ipſis quos detinent per Chriſoſtomum. P.8.3. Filia ergo populi mei crudelis,vt ſtrutio indeſerto. Treno.4.

¶Et quia de auaritia dicta ſunt, uel Arti. 9.
in poſterum dicenda illa ex magno rationis defectu,ex magnaq; ſtulticia ꝓcedũt errores prædicti. Ideo nono oſtẽdere reſtat, quomodo auaritia ſeruos ſuos infamat.

¶Infatuat autem auaros quinq; modis.In acquirendo,in retinendo,in augmentãdo,& gloriando,& nõ ꝓuidẽdo.

¶Primo ĩ acquirẽdo,qa facit eos ſtul 29
tos mercatores, ſicut fecit Iudã,q rẽ im preciabilẽ uendidit ꝓ triginta denarijs. Ita iſtos plus infatuat,qa qñq; ꝓ minori facit eos dare Deũ aĩam,& cęlũ: non eſt ergo mirũ, ſi nõ habeãt Deũ ad votũ,qñ clamat in tribulatione,& in infirmitate, q eũ prius facto viderũt,& negauerũt,q eſt ueritas. Quia ẽt ubi poſſẽt luerari marcã,i.cęlũ lucrant obolũ, ideſt aliqđ trãſitoriũ,& locat,uel uendit equũ ſuũ,& terrã ſuam care.Aĩam verò ſuã,& terrã uiuẽtiũ uẽdit ꝓ paruo precio,& mutat ꝓ denario,& nõ pro cęlo. Pſ.105. Pro nihilo habuerũt terrã deſiderabilẽ.Patet ergo auarum ſtulticia ex 30
fatua mercatione.Patet etiam ex breui-

tatę vitę,& paruitate cordis,quæ maior ſtultitia,quàm tam paruum cor, pro tã parua vita,tam magna concupiſcere. Si enim tanta eſſet quantitas cordis,quanta concupiſcentia, totus mundus illud non caperet. Ideo philoſophi congruè reſponderunt Alexandro, ſi dij habitũ tuum corporis auiditati tui animi parẽ eſſe uoluiſſent, orbis te non caperet. Et hoc eſt, quòd ipſe Alexander ſcripſit Dario, Videlicet quòd mundus non poteſt duobus ſolijs regi. Dicitur etiam, q̃ cum audiret alium mundum eſſe,videlicet paradiſum, uel cœlum, doluit ſe tantum vnum mundum habere,modicum illud reputans. Cum tali corde nõ poſſunt ad cœlum uenire, quia eis,& alijs cœlũ nõ ſufficeret. Ideo De⁹ eos ſapiẽter excludit. Ephe. 5. Neq; auari,&c.

31 ¶Patet ergo hæc ſtultitia ex cordis paruitate, patet etiam ex uitæ breuitate,& debilitate. Fatuum eſt ſuper debilẽ multa ponere,& plura, quàm portare poterit, ſic facit auarus. Vnde in vitaſpatrum, quidam frater ammonitus, quòd exiret, & videret opera hominũ, vidit vnum ſibi magnam ſarcinam imponentem,quam portare non poterat, & tamen non ceſſauit plus ſibi imponere. Vidit duos alios uolentes teplum intrare,ſed portauerunt quoddã lignũ ex tranſuerſo,quod eos impediebat, & intellexit eſſe cupidos,qui ſarcinam ſuper ſarcinam,præbendam ſuper præbẽdam apponunt,cum vna uix ſit eis portabilis. Alios intellexit ſuperbos, inter quos ſemper eſt iurgiũ, Patet ergo hęc ſtultitia ex uirium debilitate.

32 ¶Patet etiam ex uitæ breuitate, quia quantumcunque iuuenis ſit quis, tamẽ erit in breui viuens tempore reſpectu æternitatis,erga quamcunque,ſit iuuenis, ſtultum eſt nimis prouidere. Et ſi hoc ſit ſtultum, ſtultum eſt ſeni auare congregare,uel retinere: quia ſi homo eſſet cruce ſignatus ad terram ſanctam, & tantummodo in mare uentum expectaret, uel ſi bannitus eſſet,& ibi, uentum expectaret, ſi ibi multas niteretur acquirere terras, vel prębendas alta erigere palacia in aliena terra, de qua cum paruo, uento tranſiret, nunquàm rediturus, bẽnè diceretur ſtultus. Ita nos ſumus cruce ſignati in baptiſmo,& & expectamus ventum mortis. Sed ſenes uidentur citius habere uẽtum iſtũ, quia in canicie,& multis alijs ſignis,de quibus dicetur,infra.c.de mortuis,incipit,vannum,uel uentilabrum aliqualiter illorum uerſus tranſitum inclinare. Sed heu ſicut in maiori mundo deficiẽte modo creſcrit auaritia, cuius rei in vna cauſa videtur eſſe, quia homines 33
plus multiplicantur, mondus non augmentatur,nec melioratur, ſed deterioratur. Sicut ergo, quando canes, vel leones,uel milui ſunt circa cadauer,tãto auidiores fiunt, quanto plures videt ad prædam appropinquare, ſic in propoſito cupidi in mundo Eſa. 34. Illic cõgregati ſunt milui, alter ad alterum. Sic in minori mundo, id eſt in homine, in quo bona temporalia ordinantur contra defectus ſuos, ſicut cadauera, & huiuſmodi ſupplent defectum, defectum prædictarum terrarum,quanto ergo plures uidet appropinquare defectus,tanto auidius temporalia cõgregat. Sed ad ſenes communiter plures 34
appropinquant defectus, & hæc cauſa videtur eſſe illius ſtultitiæ, de qua loquitur Seneca,dicens, quòd ſtultum eſt ibi agere plus de uiatico, ubi minus reſtat de uia. Itẽ qñ omnia vitia ſeneſcũt, auaritia in ſenibus iuueneſcit. Seneca.

¶Secundo hæc ſtultitia,patet in retu 35
nendo,& in augmentando ſimul. Ponamus,aliquis augmentauit bona ſua, & retinuit vſque ad mortem ad ualorem quadraginta marcarum, de quibus decem marcę ſunt malè acquiſitę. Iſte ergo condit teſtamentum ſuum de quadraginta marcis,nonne melius eſſet ei facere teſtamentum de triginta cum fidelitate,& ire ad cœlum, quã de quadraginta,& ire ad infernum? Sic ergo ea,uel augmentare, uel ea non reſtituere,magna uidetur ſtultitia. Vnde ipſe cum illa ſic acquiſita relinquit, perditur. iuxta illud Pſal. 48. Simul inſipiẽs,

& ſtul-

& ſtultus peribunt, quia ad diſtrictum iudicem uadunt cum ſarcina in collo. Ibi enim vnuſquiſque onus ſuum portabit, ad Gall. 6.

36 ¶Iterum eſt in gloriando, quia auarus de bonis iſtis glorioſus gloriat quaſi incarceratus de ferramentis, quæ eũ præmunt, & detinent. Sicut ductus ad patibulum de corda cum qua ligatur. Sicut ſeruus de equo domini ſui, cui ad modicum tempus infidet, & cum deſcẽderit, inuenit, quòd nõ eſt ſuus. Ita auarus deſcendens in morte, inuenit, quòd ſpiritus eſt Sathanę, caro uermi, mammona regi. Vnica plus duplici pars ſua, cuique placet. Itaque qui gloriatur in domino, glorietur. 1. ad Corinth. 1. Not. E. 8. 9. & G. 2. arti. 4.

37 ¶Iterum apparet in non prouidendo. Stultus enim videtur, qui omnes diuitias ſuas congregat in domo, ubi mõ manebit, nec per diem reſpectu æternitatis, vbi etiam omnes anteceſſores ſui diuitias, uel amiſerunt, uel dimiſerunt citò cũ poſſet eas, in ſecuriore loco ponere, licet reputentur ſapientes, tamen ſtultiſſimi ſunt, qui plus timent, & prouident contra momentaneam paupertatem, quàm æternam. Theſaurizate ergo uobis theſaurum in cœlo. Lucæ. 12.

¶Ex articulo immediatè præcedente
Actu 10 ſequitur decimus articulus, uidelicet Auaritiæ periculum dictum eſt enim ibi, quòd auarus offerat ſe onere impor tabili, & periculum talis eſt cadendi neceſſitas. Talis enim frequenter cadit tẽporaliter, & æternaliter in abyſſum inferni. Quia abyſſus culpæ, abyſſum inuocat pœnæ, Pſal. 41. Sicut culpa pœnam inuocat. Ita modus culpę, ſeu delicti modum inquirit pœnæ, vt ſecundum mẽſuram delicti ſit, & plagarum modus. Deuter. 25.

¶Primo ergo uidendum eſt, quo-
38 modõ cadit in periculum peccati, vt ſecundario, quomodo illi modo congrua correſpondet pœna. Deordinatur autem auarus in culpa contra Deum, contra ſeipſum contra proximum, & contra bona, quæ inordinate diſigit.

¶Primo contra Deum uerum, quia aliquando Deum falſum ſibi cõſtituit, illud uidelicet quod plus, quàm Deum diligere ſe oſtendit. Primo in ſeruiendo in quali ſeruitute, patet ſupra. c. 2. Secundo, in obediendo, Deus enim præcipit nomen ſuum non accipere inuanum, cuius contrarium faciunt etiã pro vno denario. Et ſic licet ore eum fateãtur; facto negant. Et quia diuite plus honorant diuitias, quàm in paupere Deũ patet, quòd plus falſo Deo obediunt, ſicut patet ibidem, in ſuſtinendo, & credendo. In ſuſtinendo, patet per exemplum de latronibus ponentibus homines ad pœnas, vt argentum abſconditũ oſtendant, qui multa ſuſtinẽt antequã illud reuelent, & amittant. Sic etiã ſcribit Auguſt. de ciuita. Dei. lib. 1. c. 10 ꝙ capta Roma: Romani multa tormenta ſuſtinuerunt, antequàm aurum reuelare uellent, quæ fortè pro Deo non ſuſtinuiſſent. Sed de modernis manifeſtum eſt, quòd non ſuſtinent, ne Deum amittant, quia ubi timent modicum rerum damnum, uel diuitum offenſam, ſeu vicinorum diſplicentiam, quod minus eſt, quàm corpore torqueri Deum periurijs, uel alijs falſitatibus negãt. Nota. C. 1. 14. & T. 5. 18. & L. 1. 12. & M. 2. 12.

¶Tertio ibidem, patet in credendo, 39
& amando: quia illi, qui furantur, & infidelitates committunt, uel fornicãtur, vt per talia victum acquirant, credunt, quòd ſi Deo ſeruirent fame morerentur, & hoc etiam dicunt domine facio, vt viuam, non poſſem aliter viuere. Et ſic quilibet illud, quod inordinatè diligit, ſiue pecuniam, ſiue delectationem, ſiue canes, ſiue quocunque aliud ſecundum, quòd homines diuerſimodè, in diuerſis delectantur, pro quo facit, uel facere uelit contra charitatem Dei, vel proximi, Deum ſibi conſtituit. Sic ad literam loquitur Paulus contra illos, qui in uentris inglunie delectabãtur, dicẽs. Quorum Deus vẽter eſt, &c. Ex quo ergo ſic fidẽ, ſpem, amorẽ, ſeruitium, & obedientiã multi in talibus diuerſis ponunt plus, quàm in Deo, ꝙ credunt, vel

non posse, vel nolle eos in fidelitate, & mundicia viuentes iuuari talibus, quia totum vitæ suæ seruitiũ offerunt, & nõ solũ seruitium, sed etiã bona sua. Sicut illi, qui principaliter offerunt, vel ad indulgentias dant, vt bona superflua eis augmententur, & inordinatè retineantur, quis eos negaret peiores idolatris esse, quàm illum, qui modicum thus offert super altare dagon, uel beelzebub De quibus Crisostomus super Ioan' Omel. 65.

40 ¶Quidã sculptilibus immolãt oues, & boues, quidam uerò auaritiæ ipsam animam. Congruè ergo uocatur auaritia idolorũ seruitus. Ephe. 5. & ad Col. 3. Auaritia, quæ est idolorum seruitus, quia in hoc casu pecunia quandã similitudinẽ habet cũ Deo verò, quia sicut Deo cœli omne genu flectitur, & omne cor patet bonorum. Ita pecuniæ obediunt omnia malorum, tam corda, quã opera. Ideo quidã dicere solebat, quòd si alium Deum uellet, quàm Deum cœli, pecuniam pro Deo haberet: quia sicut habẽs Deum habet omnia, de quibus dicitur omnia possidẽtes. Ita habẽs pecuniam, habere potest omnia, quia omnia terrena, & etiam infernus, & cœlum, & peccata pecunia redimũtur, sed diuersimodè Sunt enim dij isti sic malè vocati, quia Deus uerus viuificat, & saluat, & suos cultores capit ad salutẽ. Pecunia uerò econuerso suum cultorẽ capit ad pœnam. Vnde Augusti in quodã sermone. Auarus antequàm lucret seipsum perdit, & antequã aliquid capiat capit. Ex quo talis homo peccati filius perditionis aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus. Iustũ est, quòd Deus eum interficiat spiritu oris sui. 2. Thessa. 2. Vt per eum cõtra quem peccauit puniatur. Et tunc poterit de eis dici improperando illud Deutero. Vbi sunt dij eorum, sicut patet supra. c. 32. Intelligite ergo hæc, qui obliuiscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit, qui eripiat. Psal. 49. Clamate ad Deos illos in necessitate mortis, & uidete. Sicut fecit quidam, de quo fertur quasi sic, quòd cum infirmitate ad diuitias clamasset, & nihil respondissent, ait. Quantum vos amaui, & mihi non respondetis, nec succurritis, & totum spreuit, dedit pauperib⁹, & iustitia eius manet in seculum. Psal. 111.

Exemplum.

¶Secundo, quòd sunt deordinati erga seipsos, corpus, & animam, & mẽbra omnia, & uitam occupando, & anxie in curis superfluis uexando ad culpã merito hæc omnia mittunt ad pœnam. Sicut dicitur, quòd quondam cuidam accidit, quasi sic, cum de lecto in lectum suum uerteret se non ualens dormire, ab uxore de causa requisitus tantę fatigationis. Respondit se cogitasse, quomodo cum bonis suis annum illum trã sire, & quòd satis habuit pro toto anno, excepto vno die. & inde (inquit) solicitor, quomodo diẽ illum transibo, & vxori eum confortanti, non acquieuit, dicens. Inueni modum bonum, uidelicet istum, fingam me mortuum ꝓ vno die, & pone me in aula, & cooperies, & sic illo die nihil comedam, nec tu, nec familia præ dolore, & sollicitudine: & sic euademus diem illum, scilicet parcẽdo, & pro residuo satis habebimus, qđ eũ factũ fuisset, posuit se uxor in ostio familia de campis redeunte, & planxit. Respondit causã fletus esse mariti mortem, qui cum super corpus dixissent Pater noster. Ait vnus, licet sit mortuus oportet quòd nos comedamus: Nota (inquit) uxor comedetis hodie præ dolore, & sollicitudine quærendi necessaria pro funere, sed sermo familiæ præualuit. Ipsis ergo comedentibus, miser audiens, ꝙ cautela sua nihil ei ualeret, caput de tapeto eleuauit, qđ uidens vnus seruorum credẽs, ne forte diabolus corpus illud vexaret, securi, uel baculo accepto eũ excerebrauit, & uxore clamãte, ꝙ maritũ suũ occidisset, nõ (inquit) sed diabolum de corpore mariti tui fugaui, & sic in securi, & ascia defecisti eũ. In psal. septuagesimotertio. Iste miser. pro tota familia nimis sollicitus contra Dei doctrinam, qui nimiam prohibet sollicitudinem, dicens. Nolite solliciti

Exemplum.

liciti esse,&c. In fine nihil aliud,quàm malum,& damnum,& miseriam totius
42 familiæ in corpore pertulit. Sic in proposito. Auari plus cogitationibus laborant, & somnia plura perdunt. Iuxta illud Ecclesiastes.5.Satietas diuitis non sinit eum dormire, &c. Et in fine si sit ad periculum,uel latronum, uel raptorum,uel similium,ipse plus periculo appropinquat,quia plus ei insidiantur, & non obstante tota ista sollicitudine, & & periculo, frequenter ipse de bonis suis nihil habet, sed de bonis suis, ut communiter latrones, uel leccatores, vel se non diligentes nutrit in uita, uel in morte,vel utraque. Vnde est de illis, sicut de equo tota die laboriosè thesaurum portat,& de nocte nihil sibi remanet de illo,nisi dorsum læsum: sic auarus, qui à parte dextera manu domino suo colligit, & portat, manu uero sinistra quasi occultè sibiipsi. In quorum manu iniquitas, in fine non habebit grates à Deo,nec à domino suo. Sed in pœnis sibi mutuo maledicent dominus ministro, quia sequēdo eius consilium est damnatus minister,quia ut domino placeret talia fecit, &c. Quando ponetur in stabulo terræ, non ut præbendā habeat, sed ut dæmonum, & uermium præbenda fiat. Nota.A.12.43.& 11.35. &.M.13.19. Et sicut de naui onusta multis bonis, &c. Sic in portu mortis solum permanent ei feces,& fętores,scilicet culpa,& pœna. Nihil aliud nequius,
43 quàm amare pecuniam.Ecclesiastici 10. Est etiam in hoc casu de eis,sicut de domo,uel cista,in qua est pecunia, de qua nullum lucrum reportant,nisi quod ali quando franguntur, ei sciduntur. Ideo quidam Philosophus dixit, quod nō optauit manus malum inimico suo, quàm auaritiam, quia nec hic habet pacem,nec in futuro meritum,ergo uocatum est nomen eius argentum, quòd ardet gentem,& hic culpa, & in futuro ardore pœnæ secundùm beatum Gregorium, in quadam Homel. Et quando bursa corporis in morte sciudetur, sciet talis minister quod nullum habuit lucrum, quia si semper debeat esse in inferno,dominus, nūquam restituet, quod suo consilio acquisiuit, immo uterque à restitutione se excusat. Minister dicit, dominus, qui habet auantagium, habeat ipse periculum,dominus dicit de consilio suo feci, habeat ipse periculum, quilibet uellet alteri fardellū imponere, & non possunt, quia unusquisque onus suum portabit. Ad Gal. 6. Nota.I.11.17.& I.13.28.

¶Contra proximum deordinat, quia 44
fame eos affligi permittunt, uel cupiūt, sicut patet supra.c. 35. Vel quia proximum defraudant, & ideo Deo permittente, & diabolo instigante: homines contra eos frequenter insurgunt,dicentes. Ille multa habet,& nihil expendit inuadamus eum uenite socij. Deglutiamus eum,sicut infernus uiuentem omnem præciosam substantiam reperiemus. Implebimus domos nostras spolijs,sortem mitte nobiscum, marsupiū sit unum omnium nostrum,Prouerb.1. Illi etiam,qui iuxta eum sunt, sicut cōsanguinei familiares,& ministri uidentes eius auaritiam, & tenacitatem plus furari tentantur. Et sic est de illis, sicut quondam dicitur fuisse de Iudæis in Hierusalem, qui uidentes se non posse obsidionem Romanorum euadere,laurum suum comederunt,quod cum Romanis innotuit per unum occisum, in quo aurum inuenerūt,quasi omnes occiderunt,& interiora illorum scrutabātur ꝓpter aurum,quod suspicabant eos in vēre,hře. Sicut in proposito.Sicut ergo fossato impleto spinis, uel terra castro obsesso periculum imminet, quia faciliter capitur. Ita corde impleto diuitijs. Diuitiæ ergo si affluant, nollite cor apponere, in Psal. 61. Venenum enim nō totaliter occidit,nisi cor tāgat. Diuitiæ sunt uenenum, sicut patet in uita sancti Siluestri. Vbi diuitijs ecclesię datis,dicitur uox audita fuisse,hodie venenū in ecclesiā effusum est,ergo nolite eis cor apponere ¶Quia vero cōtra bona exteriora deordinat,ea nimis amādo,& incarcerādo,sicut patet sup. e.28.

Ideo

Ideo in eis,& pro eis punietur,ſicut patet. A.12. 13. Et ſic per ea per quæ peccauit quis,torquetur.Sapien.11.Et men
Arti.11. ſuræ delicti correſpondebit plagarum
45 modus.

¶Ex iſto articulo immediatè præcedenti. Sequitur articulus undecimus. Prædictas enim plagas ſequitur dolor, hic autem auarorum dolor, vel eſt ante mortem, uel in morte, uel poſt mortem.

¶Ante mortem Deus ſinit eos frequenter torqueri, & dolere:ſicut latrones ad pœnas poſitos,ut ueritatem indicent confitendo, & latrocinium reſtituant. Et hæc uexatio aliquando dat intellectum dum infirmantur, ſed rarò perſeuerantem uoluntatem, Pſal. 31. Conuerſus ſum in erumna mea, dum cõfigitur ſpina.Nota,ꝙ dicit dum,quia tempus futurum excluditur. Iterum ſciuit eos dolere,ſicut medicus infirmatum ex gulositate,ſibi dietam imponendo,& tunc dolet,quando boli,quos auidè, & delicatè ſumpſit fiunt cauſa periculoſę infirmitatis, & abſtinentiæ, & ideo de hoc deberet cogitare, antequã eos ſumeret. Sic aurus dolet, quando debet per cupiditatem ieiunare,& ablata reſtituere, quando uidelicet delitias quas, delicatè ſumpſit,euomet,Iob.20. Et ad hoc infirmitatibus torquetur, ut eas euomat,ſicut ferè ſubmerſus per pedes leuatur, ut aquam eijciat, non ſine pœna, qui ſi omninò mortuus eſt, & ſi aqua exeat, non tamen reſurgit mortuus. Ita ſi prius ſit damnatus reſtitutio eum non liberat uiuus ergo aquam euomat. Quia à mortuo, quaſi nihil petit confeſſio, & etiam reſti-
46 tutio. Eccleſiaſtici. 17. Iterum finit eos dolere, & torqueri, ſicut amicus optat amicum inuenire aduerſitates in uia,quæ non ducit ad bonum hoſpitiũ, & pater ſinit filium verberari, ne cum malis ambulet,dicendo.Fili mi,ne ambules cum eis,pedes enim illorum ad malum currunt,Prouer.1. Sic promiſit Deus illis,quorum os dolore,& amaritudine plenum eſt ueloces pedes eius ad effundendum ſanguinem. Ideo contritio,& infœlicitas in uijs eorum,& uiã pacis non cognouerunt. In Pſal.13. Et hoc ex parte dei amicabili,& pia intentione,& paterna geſtum eſt affectione, ſicut patet.A.20.12.

¶In morte uerò dolet, ſicut multum amans in ſeparatione rei amatæ. Ideo 47
in prouerbio, dicitur. Qui plus amat, in ſeparatione plus dolebit, non quia malè acquiſiuit, & auarè tenuit, quod cupidè acquiſiuit. Sed quia illud cum uita derelinquet, & ſic uoluntatem inſeparabiliter tenet ſpiritualiter ſubmerſus, ſicut corporaliter ſubmerſus illud quod manui occurrit, dum ſubmergitur.Et ſic eſt de eis in hoc facto,ſicut de deprehenſo in furto,uel in porta curię poſt prandiũ cum uaſe argenteo, cuius uſus tantum ſibi cõcedebatur, vel ſicut de grauiter infirmato ex gula, qui non dolent, quia furtum commiſerunt, uel delicata comederunt, niſi quando deprehenduntur. Et hæc erit damnatorum proprietas,& conditio, quia nunquam de peccato, ſed de pœna dolebũt, & plangent,dicentes. Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inue.&c.Pſal.17. Et ſic ſecundùm Criſoſtomum ſuper Matth. Quia pecuniæ ſeruit,& præſentibus compedibus ſtringitur, & futuris paratur.Et hoc eſt,quod rogat,Hiere.17.dicens. Duplici contritione contere eos.Nota.C.5.14& D.1.7.
Ab'his autem compedibus,& doloribus 48
ſunt exempti boni, & ſpecialiter boni pauperes,& ſpiritu,& rebus.Exemplum ad hoc uidemus,quando comburitur; vel inflammari incipit domus,vel villa, qui multa habet in ea diuitias,multum dolet,qui uerò nihil habet in ea minus timet,uel dolet. Quando etiam viſitantur religioſi,& inquiſitio fit de proprietarijs, qui non habet ſuperflua, non timet. Sic etiam quando ſcrutantur in porta propter uaſa amiſſa,innocens nõ timebit,cum loquitur inimicis in porta,in Pſal.126.Nota B.2.19. Quando fiebat decretalis de pluralitate eccleſiarum non habenda,qui nec habuit, nec

habere

habere uoluit, nisi unam, non doluit. Sic in proposito quando domus corporis incipit inflammari infirmitate calida ad mortem, & patet applicatio. Tunc cantabit uacuus coram latrone uiator, scilicet coram latrone inferni, dicendo cum sancto Martino, nihil in me reperiet inimicus, sed laqueus contritus est, & nos liberati sumus. De ista materia quomodo boni in mortis exitu gaudet, & mali dolent, dicetur infra. c. de mortuis. ar. 8. per totum.

Art. 12. 49 ¶Ex illo articulo sequitur immediatè articulus duodecimus, quia ex dolore, & desperatione in morte malorum, immediatè incipit eorum æterna damnatio, cuius damnationis sententiam à Deo, & ab eis datam quando desperantes uident, & euadere non possunt, verbis, & signis aliquando viuis ostendunt manifestis, sicut fur damnatus clamat, meritò hæc patior propter talia, & talia. Exemplum. Sic verbis protulit, & ostendit damnationem auarus, de quo fertur, quasi per istum modum hic cum mortem imminere sentiret, rogauit dulciter animam, ut secum maneret: & illud rogare fecit amicos pro amore illorum, sed cum nō melius sed magis deterius haberet, fecit coram ea magnā portare pecuniæ summam, sibi omnia offerens ea conditione, quòd remaneret. Iterum omnia pręciosa iocalia, & uasa auri, & argenti ei illo pacto obtulit. Sed cum infirmitas, nec prece, nec precio crederet omnia prædicta ei oblata recitauit addens. O anima hæc omnia tibi dabo, & plura tibi acquiram, sicut ista acquisiui, si remanere uelis, finaliter uidens, quod acquiescere noluit, ait. Ex quo pro omnibus istis bonis remanere, & omnia habere non uis, nudas ad mille dæmones, & habeant te illi, ubi nullum bonum habebis. Et sic miser desperans mortuus est suæ damnationis causam ostendens, bona, uidelicet illa cupidè acquisita, & auarè detenta, quæ coram eo, & cum eo ad mortis tribunal portauit, sicut fur furtum suum pro quo damnatur. Iustè' etiam animam tunc apertè dæmonibus tradidit, qui eam eis prius peccando uendidit. Sicut aliquando contractum occultè inter se factum homines amicis, postea uendens uerbis, vel carta ostendit dicens, istud ei uendidi, cuius rei testes uos estis, habebat, & gaudeat. Sic istæ dicet, te &c. Et hæc dicens, maledictum, tradidit spiritum. 50 Et sic væ ei, qui congregat non sua. Aba. 2. Sic etiam sententiam suo facto ostendit, quidam auarus, de quo fertur, quòd cum cogitaret famem futuram, eamq; optaret, & multa blada in granario congregasset, ut ea famis tempore uenderet, cum bonum forum contra spem suam accidisset, seipsum super granariū suum suspendit, qui prius animam suā ligauerat non solo funicolo, sed tot tāquam grauibus peccatorum funibus dicens. Funes peccatorum circumplexi sunt me. In Psal. 108. Exemplum.

Quot peccata prius commisit, quotque aliena acquisiuit, uel sua illicitè detinuit, quosque funes difficilè est rumpere, quia uix simoniacè habita, uel vsurariè, & huiusmodi nunquā restituunt, quid mirum si tot funibus ligatus, & ad patibulum inferni ductus, aliquando apertè corpore suspendatur? Idem accidit satis tardè, in quadam ciuitate Franciæ, uidelicet in Catalano, de quodam tali, qui guttur proprium in consimili casu scidit, non est alia cōclusio, nec finis in omnibus istis, & similibus, nisi, ut qui cōgregat auaritiam malam domui suæ, ut sit in excelso, nisi nidus eius. Aba. 2. c. Sicut prædictus, qui sic congregauit, & fuit in excelso patibuli nidus, & locus eius, & iustè quidem tales in morte desperant. Quia sicut opera misericordiæ faciunt hominem in morte sperare, sicut ostenditur infra in capitulo de eleemosyna. Ita desperationis, & damnationis iudicium sine misericordia ei, qui non faciunt miseri cordiam, Ia. 2. De ista materia dicentur plura. capitulo de damnatione, & capitulo de desperatione, & capitulo de vsurarijs. Exemplum.

¶Ex isto articulo infertur. 13. artic. Arti. 13.

In

51 In iſto enim articulo auari damnãtur. Et quia damnari non debet, qui de facto ſuo iuſtificare ſe poteſt, ſufficientẽ inueniendo,& allegando excuſationẽ, ſed certè ſi in allegationibus deficiat,& à ſententia debito modo non appellat, ſententia ligat. Ideo in iſto articulo audienda eſt eorum excuſatio,& quomodo in excuſatione, & appellatione deficiant. Et ſi obijciatur contra hunc proceſſum,ꝙ prius deberent audiri, quàm damnari. Hic patet reſponſio. A. 26. 33. Ibi oſtenditur,ꝙ nolens audire,nõ auditus condemnari poteſt,& licet auari tales ſint,hic tamẽ ex ſuperabundanti audiendi ſunt.

¶Quidam illorum ſe excuſant multitudine filiorum,& filiarum, & nepotũ, quibus prouideri de maritagijs, & alijs neceſſarijs,oportet,vt dicunt,quibus aſſentio eſſe prouidendum,ſine cupiditate tamen, quia ſi cum cupiditate fiat, prouidentia iſta eſt magis accuſatio,quã excuſatio, quia aut illi pro quibus ſic prouident ſunt boni, & grati, aut non, ſi primum dicatur, accuſant ſeipſos de crudelitate, eis onera importabilia imponendo,ſicut patet. A.12.7. & ſupra.e. c.28. Et idem patebit, infra. R. 6.10.& F.5.10. Si uero ſunt,uel erunt,ſicut pulli gallinarum, qui ab ea diligenter nutriti roborati contra eam, pro grano pugnant. Et ſicut canes,qui matrem pro oſſe mordent,ſic iſti pro dote,& hæredi tatis,& mobilium diuiſione contra matrem ſuam, ſicut patet. F. 5.19. Si tales, inquam fiant. Accuſabunt ſe de perdito labore,dicentes. Heu laborem perdidi,quia filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me, Eſa. 1. de quibus. A.3.18. Et infra.c de filiatione,& de gratitudine,ubi aſſimilantur cuculo. Nota. D.11.26.

52 Exemplum.

¶Alij vero credunt excuſari familiæ pompoſa multitudine,ſicut iſti nobiles cupidi. De quibus, Eze. 22. Principes eius in medio eius, quaſi lupi rapientes prędam,ad effundendum ſanguinẽ, & perdendum animas, & amare lucra ſectanda. Et hoc propter familiæ multitudinem nutriendam,ſicut lupus ſit rapatior propter multitudinem catulorum. Sed patet. A.12.24. Vnde quando de eis fit ſermo, quòd cupidi ſunt,& raptores, &c. Amici illorum eos excuſant, dicentes, oportet eum multa expendere,quia tenet familiam pulcherimam,& eam optimè veſtit, & optimè tenet domum. Sed plus accuſant, quia melius eſſet eum moderata familia ire ad locum,ubi Deus tranſiens miniſtrabit eis, & omnes angeli eius, quia omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus. Hebręos primo, quàm cum magna familia,& multis equis, & faleribus multis, & ludis, haſtiludijs,& feſtis mittere corpus ad familiam vermium, & animam ad familiam dæmonum. De quibus, Eze.32. Deſcenderunt in infernum cũ armis ſuis. Qui ſic ergo filijs, & familiæ prouident, aſſimilantur candelæ, quia dum alijs lucere uolunt, ſeipſos conſumunt, & ſic iſti. Et ſi talia faciãt, vt poſt mortem laudentur eis, reſpondetur per Criſoſtomum ſuper Matth. Si bene occurrat, quid (inquit) ualebit eis laũdari, ubi non ſunt,& intolerabiliter affligi,vbi ſunt. 53

¶Alij ſe excuſant prouidentia,dicentes ſe uelle contra ſenectutem, & defectus prouidere. De quibus dicetur, infra. cap. de prouidentia & D.11.25. Sic voluit prouidere ille ſupra.e.41.

¶Iſtis ergo friuolis excuſationibus omiſſis,& dimiſſis, verius dicerent cauſam cupiditatis ſuæ in acquirendo eſſe cor illorum inſatiabile, ſicut patet, ſupra e.5. Auaritia uerò in tenendo, cor durum,& clauſum, quod tamen Deus eis apertum,& molle dedit, ſicut promiſit,dicens: dabo uobis cor carneum, ſicut dedit Iudæ burſam apertam ad dandum pauperibus,quam tamen ipſe auaritia ductus clauſit,ut uxori,& filijs prouideret,ſicut recitat Magiſter in hiſtorijs. Clauſit,& non dedit, ſed furabatur. Ita iſti indurauerunt cor ſuum ſuper incudem. Patet ergo quod ille, de quo fertur, quaſi per iſtum modum exempli gratia. 54

Cum

Exemplum. Cum esset diues ualde cuidam petenti eleemosynam, quã dare noluit, & improperanti, ꝙ Deus omnia sibi dedit. Respõdit cũ hoc, ꝙ omnia mihi dedit, videlicet cor & uoluntatẽ ad dandum, & expendendum pro quo reputarẽ me sibi plus obligatum si dedisset, quã pro omnibus alijs mihi datis, falsum dixit, quia Deus à quo est omne bonũ. Iac. 1. Et de quo fonte non exit, nisi bonus riuulus, & clarus, nullum malũ dat ergo non dedit ei cor malum, & durum. Induratum est ergo cor Pharaonis, ipso
55 in iurãte, & Deo permittẽte. Et tale cor durum malè habebit in nouissimo, Ecclesiastici. 3. Ideo in nouissimo, quia inter omnia peccata peccatum auaritiæ videtur minus perceptibile, & magis prædictis, & alijs excusationibus, uidelicet, ut post mortem honorificè sepeliãtur, & alijs infinitis cooperimẽtis palleationibus, & coloribus absconditum, & per consequens magis periculosum, sicut infirmitas, quæ nescitur. De qua beatus Gregorius. Omnes infirmi sumus. sed infirmior est, qui infirmitatem suam ne
Exemplum. scit. Et sic nunquã curabile, sed pluribus damnabile, sicut patet ꝓ hoc, ꝙ fertur, ꝙ dæmon adiuratus, & coactus dicere pro quo peccato plures damnarẽtur. Respondit uos creditis (inquit) quod ꝓ luxuria, sed non est ita, quia in isto peccato scit ꝙ peccat, & confitetur: sed plures damnãtur ex cupiditate, & auaricia, quia nullus scit se esse aurum, prædictis, & similibus excusationibus excęcatus. Et ideo nunquam de hoc dolent, vel confitentur, quia omnes dicunt se solum uelle uictum, & uestitum. Et sic dolor illius usque post mortem reseruatur. Et sic oportet, ꝙ cor durum, scilicet auari, malè habeat in nouissimis. Et propter istud periculum occultius inter omnia pericula, patet, ꝙ auaro nihil est scælestius, Eccl. 10.

Arti. 10. ¶Omnes prædicti articuli motiuum inferunt decimiquarti articuli. Ex quo tot pericula, & pœnæ auarum concomi
4 tantur, & sequuntur mirum videtur quomodo homo, qui est rationalis creatura intantum potest decipi, quòd tot damnis se exponat in uita pariter, & in morte. Sed quia rationalis creatura est, & fortis in parte rationali, & libera 56
uoluntate, circa deceptionem eius inimici eius spirituales multis ꝓtuntur cautelis, & modis subdolis eum circumueniunt, quibus cautè decipitur, & pericu losè deceptus est. Mundus enim eum sequitur cum multitudine, de qua supra. E. 54. Et sicut obuians homini quando recedit de curia magnorum, quem multi ad portam conducunt, posset decipi, credens omnes esse suos.

Cuius deceptionis veritatem in fine videre posset, quando soli serui secum remanent alijs redeuntibus. Nota de cane, qui sequitur duos homines, in fine cognoscitur cuius est. Ita decipiuntur prædicti diuites auari credentes omnes diuitias, & superius nominata. E. 53. esse sua, quorum tamen usum tantum modo habent, de quo usu adhuc reddet districtissimam rationem. Ideo ergo decipitur, quia solum conducunt eum ad portam mortis, huius deceptionis certissimo experimento cognoscet veritatem, quando uxore, & alijs amicis, & bonis eum prius deducentibus de puteo, in quo sepelitur redeunt, suis tantum remanentibus peccatis, & operibus. Iuxta illud, Apoc. 14.

Opera enim illorum, &c. Et dæmo- 57
nibus cum anima, & vermibus cum corpore. Et tunc scient, quæ sunt sua, & quę non. Sicut in diuisione duorum hominum scitur cuius fuit canis, qui ambos sequebatur. Sic in diuisione hominis à mundo. In diuisione animæ à corpore scietur, quæ congregasti cuius erunt, Lucæ. 12. Et sciet pro certo, quòd nunquam ueraciter fuerunt sui. Et ideo sapienter respondit quidam de quo fertur quasi sic. Cum quæreretur ab eo Exemquantum haberet in bonis, respondit se plum. non habere nisi sexcentos florenos & alijs obijcientibus, ꝙ non sic, quia reputatur diues, & multa alia. Respondit illa non esset sua. Et quare (inquit) alijs sunt tui illi floreni, quos nominasti

minasti plus, quàm alij: quia(inquit)illos præmisi: Deo eos committendo. Et ideo quando alia in morte, uel ante à me auferentur, quando me, & omnia mea scrutabuntur in morte, sicut scrutantur in porta uasis argenteis amissis illa à me auferre non poterunt, quia in securi thesauro sunt repositi, ubi fures, nec effodiant, nec furantur. Ambrosius. Non sunt bona hominis, quæ secum auferre non potest sola enim misericordia comes est defunctorum. Manna enim reseruatum in crastinum: reseruanti non ualuit. Sicut patet, Exod. 16. Ita nec ista bona ad hominis sustentationem concessa reseruata usque in crastinum mortis.

58 ¶Et non solum mundus, ut dictum est hominem decipere nititur auarum, sed quod periculosius est, omnes inimici spirituales mundus, uidelicet caro, dæmonia circa hanc deceptionē simul simul confederati sunt, & ad hoc tali utuntur cautela: quasi usus est Triphō. Exemplum. Sicut refert Iulius strategematon. lib. 2. Triphon fugiens Antiochum regem, sparsit pecuniam in uia post se quam cum per sequentes colligerent, fugientes euaserunt. Sic multi conantur fortiter persequi, & hoc opere decipiunt mundum. i. peccatores, mundialiter, & male uiuentes correctione, carnem propria maceratione, diabolum humiliatione. Sed mundus spargit munera circa, quæ dum intendunt, mali fugiunt quorum pœna, uide per exemplum Machabeorum. F. 1. 33. Et sic illudunt receptoribus munerum, sicut illusit Hanibal, ut fertur quibusdam ciuibus, qui ei imposuerunt insidias ut eum caperēt antequam de ciuitate recederet, quod ipse perpendens, replenit scrinia plumbo, fingens esse thesaurum magnum, quem ad tēplum quasi depositum portari fecit, quod uidentes crediderunt, ꝙ nullo modo de ciuitate, in qua tm̄ haberet thesaurum subito, & cito sine thesauro recederet, & circa eius captionem non festinabant & dum thesauro illusi expectabāt, ipse clam de ciuitate fugit. Exemplum.

Sic illusi præce, & precio, correctiones differunt, & circa eas negligentes, & timidi, multos ad infernū abire permittunt cum quibus & ipsimet tradunt ratione societatis. Ideo dicit ad Moysen, Exod. 18. Prouide de omni plebe uiros sapientes, potentes, & timentes Deum, in quibus sit ueritas, & qui oderunt auaritiam, & constitue ex eis, qui iudicent populum omni tempore, quia qui odio habent auaritiam circa munera non intenti, peccatores abire non permittunt in perditionem damnabilem. Diabolus vero spargit superbiam, & alia impedimenta spiritualia. Caro vero impedimēta carnalia circa gulam, luxuriam, & accidiam, & huiusmodi. Propter hæc & huiusmodi multi cessauerunt lassi persequi fugientes cōtra doctrinā, & exemplum, Iudæ Machabei. 1. Macha. 4. qui præcepit ne circa spolia insisterent, sed inimicos suos Gorgiā, & suos persequebātur. Propter prædicta impedimenta cessantes canes sunt: qui pane sibi à latrone proiecto latrare cessant, & furem propositū suum psequi permittunt. Sic canes muti nō ualentes latrare. Esa. 56.

59 ¶Et non solum in ista deceptione ꝙ tuntur prædicti inimici viribus ꝓprijs, sed etiam uiribus ministrorum suorū, scilicet adulatorum falsorum consiliariorū & balliuorū & hmōi malorū hominū, ꝑ quos prędicti spirituales inimici multis ad eorū loquuntur deceptionē. Sicut quidam loquebantur, & deceperunt quendā imperatorem, seu dñm vnius ciuitatis. Cuius deceptio dicitur esse in gestis Romanorum, quasi per istum modum. In ciuitate illa fingitur fuisse erectum speculum per Virgilium super altā columnā, in quo arte magica potuerunt uidere, quando inimici à longè eis appropinquabāt, siue ad inuadēdum, siue ad prędā capiendā, uel malum quodcunque inferendū, & potuit esse ad ueritatē, ꝙ de loco illo speculatores, de longè speculabātur ad magnā securitatē ciuitatis. Quidā ergo voles ciuitatē illā destruere, alloquebatur duos claudos hoīes ordinans, ꝙ quadā nocte ponerent Exemplum.

ponerent in duobus,uel tribus locis rectè ſub muro, uel porta magnum auri theſaurum,& q̃ poſtea venirent ad dominum illum fingerent ſe eſſe aſtrologos,ſciẽtes inuenire theſauros abſconditos, à quo cum eſſent gaudenter accepti,qa auarus erat, & de tali pecuniarum lucro libẽter audiebat. Vna nocte ſtudẽtes dixerũt magnũ theſaurum in tali loco: & q̃ nõ poſſet inueniri bene, niſi talis pars muri deſtrueret, quod cũ factũ fuiſſet,inuenerunt magnam gratiã in conſpectu eius, ſic breuiter fecerunt,de oĩbus alijs. In fine dixerũt maximũ theſaurum eſſe ſubtutri,ſiue colũna,in qua ſpeculum erat,& illa proiecta clã fugerunt,vel fortè ſub columna oppreſſi occubuerunt,inimicis paratis cõtra ciuitatẽ dño illo accepto impleuerunt eum auro liquefacto,dicẽtes,aurũ ſitiſti,aurum bibe,ſiue ſit hiſtoriæ veritas,ſiue fictio non eſt cura, quia exemplũ nõ ponitur propter ſe,ſed ꝓpter ſignificationẽ, ut ciuitas ſignificet eccleſiã. In Pſal. 121. Hieruſalẽ, quæ ædificatur,ut ciuitas. Portę eius ſunt ꝓfeſſiones & pœnitẽtia,una intrantiũ alia redeuntiũ: murus eius inexpugnabilis eſt concordia in caritate. Illo muro circuncingenos dñe. Turris ſine colũna ordo ecclẽſiaſticus,& religioſus. Hanc ciuitatẽ nituntur prædicti inimici ſubuertere, ſpeciali ter diabolus,qui pos prædictorum miniſtrorum ſuorum alloquitur dños,faciens eos lucra quærere, multis malis vijs,& occultis, & cautis,quaſi eſſet theſaurus abſconditus,& quando eis oſtendunt,ubi poſſunt aliquid malè lucrari. Ecce aſtrologi oſtendunt theſaurum,& hoc faciendo murum in multis locis deſtruunt, quia quando tyrannidẽ exercent diſcordias prouocant, & concordiã rumpunt,& non ſufficit eis hoc modo deſtruere,ſed & turrim,& columnam,id eſt eccleſiaſticum ſtatum perſequuntur,ubique lucra quærentes. & cũ lucra inuenerint per tales conſiliarios, & aliquotiens proſperentur,ſunt magni in conſpectu dominorum ſuorum, & intantũ eos ſeducunt,q̃ eccleſiæ ſpeculatores,& poſſeſſiones,& etiã pauperes per quorum ſpeculationem eccleſiæ ſecuritas cuſtoditur,perſequi faciãt,quando etiã per ſuggeſtionem aliquorũ prę dictorum inimicorũ, ſcilicet carnis,vel dæmonis,uel mali hominis,& ſic de alijs: quis dimittit uotũ,quod in in baptiſmo fecit,uel pœnitentiã frangit mortaliter peccando tunc ſunt portæ ciuitatis deſtructę,ut aliquando lucrum, uel delectatio inueniatur. Deſtruxerũt murum eius in gyro,& portas eius fuccẽderunt igni. Luxit Iudæa, quia portæ eius corruerunt,Hiere. 14. Finis illius,qui ſic murum deſtruxit erit, ſicut finis prædicti,malus hic,& peior in inferno,vbi aurũ eius, & pecunia in pœnã uertetur ei. Sicut patet. A. 14. 57. de Nerone,& quia ſitim habuerũt bibẽt,qñ ignis ſulfur, & ſpiritus procellarum erit pars calicis.

¶Per hoc patet, q̃ prædicti inimici quoſcũque ad talia lucra,uel delectationes inclinãtes aſſimilantur Salamãdrę, de qua fabulæ figunt,q̃ in igne exiſtẽs, in igne,vt aurum deputabatur, & uidẽs muſcam extra, ait. Cum magno labore ibi exilẽ acquiris uictum, & deſcende huc,& habebis aurum in copia, quæ cupiditate decepta,conſilium ſuum faciẽdo ſtatim cõbuſta eſt. Salamãdra viuens in igne eſt diabolus, uiuens in igne infernali,& omnes prædicti eius miniſtri, & ſpirituales inimici hęc loquuntur, vel corde inſpirant,dicentes, cum labore acquiris uictum, uel non ſatis habes quantũ ad magnos ueni,& facias,quod tibi dicam, faciendo furta,rapinas,uſuras,& huiuſmodi habebis pecuniam in copia,quod facit, hic cõburitur in igne peccati,& in futuro igne pœnæ. Et aurũ, quod ſic lucratur,ut de alio prædictum fuit in eius pœnam uertet. Beatus ergo, qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Eccleſiaſtici. 31. 61

60 Fabula de Salamandra & muſca.

¶In omnibus cautelis,& deceptionibus prædictis,prędicti inimici decipiẽtes ſe habent ad deceptos, ſicut ioculator ad capellũ,in quo uidetur multa ponere,ſed cum eleuatur,nihil quod uidebatur inuenitur. Ita prædicti uidentur

ponere

ponere in capello corporis multas diuitias, delitias,& honores, ſed cū in morte aperitur, & ab his omnibus uacuus inuenitur, & nihil quod ibi poni uidebatur,inuenietur, ſcilicet contrarium, ſcilicet paupertas pęna,& uilitas. Pſ.75. Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarū in manibus ſuis.Nota.E.2.16.& G.2.9.

Fabulæ. ¶Iterum ſe habent, ſicut domina fortuna erga ioculatorem, de quo fabulæ habent,quaſi ſic, ꝙ obuians fortunæ in forma,in qua in rota communiter pingit, obtinuit ab ea de dono ad magnas preces clamidem ſuā, qua indutus oīa haberet ad libitū, hic ergo multos nobiles ad conuiuium ſuum inuitās,cum cū eſſet glorioſior in conuiuio ſuo, ſubito clamide diſparente, ſe in tugurio paruo,& miſero inuenit. Sic multi clamidē habētes fortunæ.i. proſperitatem ad tēpus,& ſub illa capta fatuitatis ſeipſos obliuioni tradentes,ſicut fatuus,qui nouis indutus ſeipſum quaſi perditum quęſiuit ſubito de conuiuijs,& honoribus rapiuntur,& mutantur,ſicut Aman Heſter.7. de conuiuio regis, & reginæ ad patibulum,ſicut Nabuchodonoſor, de honoribus, & ſuperbia in beſtiam, Daniel.5.Sic Balthaſar de conuiuio,uidit mane Thetel Phares, & nocte illa occiſus eſt.Daniel.8. Sic Ptolomeus im poſuit ſibi duo dyademata Egypti, & Aſiæ: & cum magna audiuit de Alexandro regis morte occaſione ſui occiſi, & in tertia die mortuus eſt. Primo Machabe.11. Sic Herodes Agrippa veſte regali indutus, ſedens pro tribunali,cui populus laudes dabat Deo debitas,vermibus conſumptus quinta die expirauit, Actuum.12.partim in textu,& partim in hiſtoria. Sicut etiā ſuper multos moderni tēporis rotam mutauit, quaſi ſubito.Iſtis ſic moriētibus deberent cū eis etiā talia peccata in cordib⁹ noſtris mori. Sed heu deſiderant,ꝙ omnes ſint inter duos theſauros, ſcilicet diuitias, delitias,uel honores quorum neutrum attingere poſſunt, & eſt de eis, ſicut de abſcondente theſarum ſuum in terra, & ut melius ſciret illum iterum inuenire, ſcripſit in pariete iuxta, hic ſunt. Alius theſaurum inueniens, & aſportans ſcripſit,hic non ſunt. Sic denarij illorum, & honores paruo tēpore ſunt eis, & poſſunt dicere hic ſunt, ſed cito econuerſo poſſunt dicere hic non ſunt. Et ſic nec habent eos hic,nec alibi. Et eſt de eis in hoc,ſicut de famelico inter duas mēſas,ad quarum neutram poteſt manum extendere, quia nec ad menſam huius mundi, quia morte ſubtractus,nec Dei, quia nemo uirorum illorum,ſcilicet auarorum,& vſuratiorum, & falſorum guſtabit cęna mea. Et ſic vtrumque perdit,ſicut patet,ſupra.e.14. Et ſic patet,ꝙ in omnibus fortunis miſeri decipiuntur.

Exemplum. ¶Sicut illi,de quibus legitur, in quibuſdam libris de geſtis Saracenorum. Vbi continetur, ꝙ quidā magnus Saracenus fecit hortum delicatum, ubi erāt multæ deliciæ, & fortes iuuenes, quaſi ſoporatos,& quibuſdam potibus, quaſi inebriatos fecit portari in hortum illū, & cū euigilarēt,& quærerēt,ubi eſſent, dictū fuit eis, ꝙ eſſent in paradiſo,quē Machometus in in Alcorano ſuis fidelibus promittit,locū,videlicet amenum delicijs corporalibus plenum, ubi ſunt fontes olei mellis & uini,quē eis mendaciter promittit, & cum deſiderabant ibi ſemper eſſe dictum fuit eis, ꝙ ſi ſem per vellent ibi eſſe,ꝙ irent,& talem occiderent aliquod maleficium facerent propter hoc enim eos ibi poſuit, & quod mortem non timerent per quam ad illum locum ſempiternum venirēt, tamen in morte inuenerunt ſe omnia perdidiſſe,& gaudium,quod habuerūt, & quod inordinatè habere uoluerūt,& ſic ſoporati a p̄dictis inimicis, & ſeductorib⁹,& multū diuitias,delitias, & honores inordinatè affectantes oīa mala à p̄dictis inimicis eis impoſita faciūt. Dicit eſn cupido,talē terrā nō poteris hr̄e, niſi,talē exhęredaueris talibus medijs. Nec in tali officio,niſi talē accuſaueris, nec de tali muliere uoluntatē habebis, niſi &c Et ſic oīa faciūt, ut qđ deſiderāt adipiſcant. Sed ī fine nihil habebūt,qđ cupie-

Exemplum.

cupiebāt, nec quod poſſidebant, ſed omnia cum uita amittrent, & inter duas mēſas, & duo ſcanna in infernum cadent. Et nunc patebit, q̄ auaro, nihil eſt ſceleſtius. Eccleſiaſtici. 10. Quia, & præſentibus & futuris bonis priuabitur.

Ar. 15. ¶Vltimo remediū cōtra auaritiæ mor
64 bū inuenitur, tā in cōſideratione ſtatus alieni, quàm ꝓximi Status alieni, & quā tū ad uiuos, & quātū ad mortuos. Primo ualet conſideratio uiuorū, & uirorū iuſtorum. De Romanis ēm legitur, q̄ intātū auaritiā deteſtabant, qđ oēm auarum deprædhēſum quantūcunque potēs eſſet de ciuitate punierunt. Vnde quendā magnū Tānillū nomine cōtra Vegecianos miſſum, & de eis Triūphantē, quia non bene diuiſit prędā inter cōmilitones, eū cū tota familia ſua de ciuitate bānierūt. Ideo ciuitas fuit opulenta, qa diues non opprimebat pauperem, ſed erant de una concordia, ſed econuerſo de multis ciuitatibus, & regnis propter iuſtitias ſuas humiliati ſunt, in Pſ. 106.

¶ Secundo conſideratio uirorū prudentium, qui q̄ guerram timent bona ſua portant ad ciuitatem, uel ad locum ſecurum, & ibi ponunt, & cor ſuū, & theſaurū ſuum. Sic nos cor noſtrum, & theſaurum noſtrum in cęlo, dicentes, illud Pſ. 122. Inclina cor meum Deus in teſtimonia tua, & non in auaritiā, quia ſi dominū caſtrū potentia diuitiæ, uel quodcunque aliud delectet abundantius inuenit in aula amicorum, quàm in carcere amicorū, uel inimicorum ſimul in unū diues, & pauper, in Pſ. 48. Sed ibi nullus pauper, quia gloriæ, & diuitiæ in domo eius. Ideo Auguſtinus, in quadam epiſtola nos hortatur, dicens. Diuitię ſi diliguntur, ibi ſeruentur: ubi perire nō poſſunt, honor, & ſi diligitur, illic habeatur, ubi nullus indignus honoratur. Salus etiam ubi appetenda eſt, ubi habita nihil timetur. Sic uita, ubi mors non erit? Ad illam curratuus uidere terram, & patrētes noſtros. Qui ſic ꝓijcit auaritiā ex
65 calūnia, ille in excelſis habitabit. Eſa. 33.

¶ Tertio ualet cōſideratio mortuorū, uel mortis aliorū. De quibus Chriſoſtomus ſup Io. Hom. 65. Cogitemus, inq̄t, eos, qui ante nos fuerunt, nonne poſſeſſiones eorum ſtant, ſolū noſa eorum ſeruantes Illius enim hic balneum, & illius hic fundum cōſiderantes gemimus excogitantes quantum laborem ſuſtinuit, quot rapinas egit, & nuſquā comparet, ſed laſciuiunt, alij in his, quos neque putauit, & fortaſſis eius inimici, illi ultimā dantes uindicta, ſicut enim ex cineribus ſilicis fit uitrum, & ſpeculum, ita ex talibus incineratis nobis ſpeculū faciamus, ſine macula. Sapien. 7.

¶Quarto ualet cōſideratio ſtatus pro- 66
prij, quantum ad uitam, conſiderare oſa pericula, labores, & miſerias, quæ auaritiam ſequuntur, ſicut patet in toto iſto capitulo. Auguſtinus enim de ciuitate Dei, lib. 3. c. 10. Diſputat cōtra Romanos uolentes eorum Imperium, & dominiū dilatare, & multiplicare. Sicut, inquit, eſſet melius habere paruum corpus cum ſanitate, quàm gigantem cum infirmitate, ita contentare de paruis bonis melius eſt cū pace, quàm ſemper eſſe in briga, & ſollicitudinę cū multis bonis. Quando enim uoluerunt dilatare dominiū ſuū. Expugnauerūt multos, & multi eos. Sic de auaris. Melius eſt modicum iuſto, &c. Et melius eſt bucella panis cum gaudio, quàm domus plena diuitijs cum omnibus prædictis malis, uidelicet culpæ, & pęnæ.

¶Quinto ualet ad propoſitū conſide- 67
ratio ſtatus proprij, quo ad mortē, quod homo commemoret ſemetipſum, ſicut Philoſophi commemorauerūt Alexandrum. Si inquiunt Deus es, beneficia immortalitatis hominibus tribue, & noli ab eis ſua auferre, ſi homo es, cur ita ſuperbis? neſcis, quod arbor, quæ diu creſcit, una hora ſcinditur, & leo minimarum auium pabulum fiet, quaſi diceret, ſicut leo mortuus comeditur ab auibus, ita tu a uermibus. In iſta meditatione teneat ratio locum prædicti Philoſophi. Quia ſecundum Auguſtinum, de conflictu uitiorum auaritiæ morbus, nunquam melius cōpeſcitur, niſi cum dies mortis ſine

obliuione meditatur. Cõsideratio enim breuitatis vitæ, & paupertatis, & mortis multum nos retrahere deberet. Sed heu multi assimilantur Alexandro, de quo in gestis suis legitur, ꝙ postquã recepit responsum, quod nõ viuere vltra annum, & nouem menses, duellum commisit corpus proprium mortis periculo exponendo, cum Poro rege Indiæ, vt dominium suum ampliaret. Ita nos, qui scimus, quòd vita nostra sit breuis, Iob. 14. Breues dies homines, & miseri, quia repletur multis miserijs, & tamen corpus, & animam pro diuitijs cumulandis multis exponimus periculis contra doctrinam Christi, Lucæ. 12. dicentis videte, & cauete ab omni auaritia. Nota optimè. N. 11. 89.

¶Beatitudo. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Beatitudo quotuplex.*
2 *Beatitudo prima apparens, & non existens.*
3 *Beatitudo secunda existens, & non apparens.*
4 *Exemplum Anaxagoræ in beatitudine existente & non apparente.*
5 *Exemplum gigantis in beatitudine existẽte, & non apparente.*
6 *Beatitudo tertia existens, & apparens.*
7 *Quæ beatitudo magis ab hominibus desideretur.*
8 *Quomodo peruenire valeamus ad beatitudinem perfectam.*
9 *Beatæ patriæ quotuplex.*
10 *Quæ sit beatitudo prima, quæ secunda, & quæ tertia.*
11 *Beatitudo tertia triplex, & quæ sit prima, & secunda.*
12 *Quæ sit tertia beatitudo.*
13 *Tria reprehendumtur in hominibus huius temporis quo ad beatitudinem desiderandam.*

BEatitudinis. B. 1. Primo ponenda est diuisio. Secũdo, ostenditur, qualis sit beatitudo apparens, & nõ existens, & quomodo multos decipit. Tertio, qualis sit beatitudo existens, & non apparens, & quomodo amatores suos hic perficit, & beatificat. Quarto, qualis, & quanta sit beatitudo apparens, & existens, & quomodo istam attingentes glorificat. Quinto, qualiter ad illam boni perueniant.

¶Quantum ad primum beatitudo triplex inuenitur. Vna ficta apparens, scilicet, & non existens. Alia existens, & non apparẽs, & hæc est vera quidem, sed imperfecta, quia in via, & non in termino. Tertia est apparens, & existens vera, & perfecta in termino. Ar. 1. 1

¶Quantum ad secundum, beatitudo prima consistit in diuitijs, honoribus, & delitijs in pulchritudine, & fortitudine, & abundantia rerum temporalium. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt, in Psal. 143. Et isto modo apud mundum vocãtur beati, & boni diuites. Et tales apud eos modus loquendi inoleuit. Optimus legista sapiens discretus consiliarius magnam tenet familiam largam domum. Sed in nulla conditione ad animam pertinente eum commendant, sed potius in illis, quæ sunt contra animam, dicentes. Talem habet concubinam pulchrã, bene ludit ad scacos, bene hastiludit est bonus aleator, & huiusmodi. Sed non sic apud Deũ, vbi beatus populus, cuius est dominus Deus eius Ps. 144. hæc stultos decipit. Sicut patet. A. 17. 61. Sicut auricalchum stultos decipit, qui illud credũt verum aurum Et sicut noctiluca, & quercus putrida homines decipiunt de nocte, ita hic habentes noctẽ, seu tenebras peccati in anima, quibus dicitur per prophetam, Esa. 3. Populi mei, qui te beatũ dicunt, illi te decipiunt. Ar. 2.

¶Ad tertium sic proceditur beatitudo existens, & non apparens consistit in donis spiritualibus. Beatus, qui in istis versatur Ar. 3.

Digitized by Google

ſatur bonis. Eccleſiaſtici.1. Ideo vero exi
3 ſtens eſt, quia apud Deum ſecundum illa viuens eſt beatus, ſicut patet immediate ante, articulo ſecundo. Et quia ad perfectam beatitudinem perducunt, ſicut patebit, infra. eodem capitul. quinto articulo. Ideo vero non apparens dicitur, quia eſt, ſicut virtus in radice, quæ in hyeme huius mundi arborem vitæ ſuſtentat, ne vitam ei debitam amittat, & tamen non multum ante tempus eſtiuum apparet, quia in mundo iſto virtutes, & dona ſpiritualia, quaſi in radice abſconduntur, qui tamen bonorum virorum vitam, & cordis iocunditatem ſuſtentant, ſicut p
Exemplum. hoc, quod narratur in libro Barlaam, quaſi ſic, de quodam rege Saracenorum, qui habuit ſenaſcallum Chriſtianum, qui ſemper tempus expectabat optimũ, quando melius regi perſuadere poſſet de fide Chriſti ſuſcipienda, Contingit ergo regem, & ſenaſcallũ vna nocte equitare per vnam domum paruam, & pauperem, & ſecretius introſpiciẽtes per foramen oſtij, viderunt hominem pauperem cum vxore ſua, iuxta ignem in magna lętitia. Erant enim Chriſtiani. Et rex admirans ait, nũquam cum toto regno meo fui in tanta hylaritate, cui ſenaſcallus. Iſti non habent gaudium, quod cernitis de aliquo temporali bono. Sed gloria illorum eſt teſtimonium. Secundæ, Corint. j. conſcientiæ bonę, & ſpes regni cęleſtis. Cui rex, quod illud regnum, & quare prius, nihil mihi expoſuiſti. Ille vero oportunitatem videns regi veritatem fidei exponit, & eum ad fidem conuertit. Quarum ad præſens propoſitum hoc de iſta hiſtoria ſufficiat, q bonorũ beatitudo, quę haberi poteſt in præſenti vita, ideſt conſcientiæ, & cordis lætitia ſpiritualis, non conſiſtit in rebus temporalibus, ſed in bonis ſpiritualibus, & in
4 ſpe vitæ ęternæ, Pſ. 39. Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius, &c.

¶Idem oſtenditur per hoc, quod narrat Valerius, li. 7. Quod Anaxagoras Philoſophus interrogatus a quodam, quis nam beatius eſſet? Reſpondit nemo, inquit, ex his, quos tu fęlices ęſtimas, non enim erit ille diuitijs, authoribus abundans. Sed aut exigui ruris, aut nõ ambicioſæ doctrinæ fidelis, & pertinax cultor infinite beatior eſt. Ex hmõi Philoſophi ſuīa patet, q beatitudo preſentis vitę, nõ cõſiſtit in re, vel in ſpe, rerum temporalium, ſed in ſpe ęternorum, cũ parua ſuſtentatione neceſſariorũ in timore dñi. Pſ. 111. Beatus vir, qui timet dominum, in mandatis eis volet nimis. Exemplum.

¶Idem oſtenditur pe hoc, q idem Valerius narrat eodẽ lib. 7. q Gigas opulẽtiſſimus Lidiæ Rex interrogauit Appolinem, ſi aliquis mortalium eſſet eo fęlicior, ſeu beatior? Qui rñdit, q quidam Aglois noīe, qui erat pauperrimus, fuit illo fęlicior, ſeu beatior, & admirãti cãm, rñdit, quia plus ſecuritatis habet rigans tuguriũ, quã ſollicitudinib⁹ aula plena. iſta opinio vera, qa eſt opinio Dei, Lucæ 6. dicentis. Beati pauperes, &c. Ita qui timent dñm, & ambulãt in vijs eius, in Pſ. 127. Et Prou. 16. Qui ſperat in dño, beatus eſt. Nota de hoc. D. 11. 28. & P. 5. 3. Quia talis in pugna, & huius mundi miſeria non deficit, Deus enim beatitudinem perfectam hic promittit, & guſtum eius in beatitudine imperfecta dat, quaſi arram ad modũ ducis exercitus, qui militibus aliqua dat, & plura promittit donaria, vt promiſſarum deſiderio accenſi, fortius pugnet, & non deficient. hoc. n. lucrum facit. Vnde Secundus Philoſophus ab Imperatore requiſitus, quid eſſet, quod non permitteret hoīes in labore defiocere? Rñdit lucrũ. Cum ergo Deus aliqua dona ſpiritualia, quaſi præguſtabilia, & arras futurorum in præſenti prębeat, & plura promittit in ſolutione plena. Beati omnes, qui expectant eum, Eſa. 30. Sed illi, qui minus recipiunt de arra, & minus ſpiritualem dulcedinem virtutum guſtant, minus plenã ſolutionẽ deſiderant, quia minus eius precium cognoſcunt. Ideo ſignanter dr, in Pſ. 126. Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuũ ex ipſis, i. ex ipſis præguſtationibus beatitudinis imperfectę. De quibus nota. G. j. 26. Pleno, & perfecto, & feruenti deſiderio appetit ęternã. De qua Apo. 20. Beatus

tus qui habet partem in resurrectione; secunda vt prima beatitudo sit resurgere a culpa ad virtutes, secunda à virtutibus ad gloriam.

Ar.4. ¶In quo notatur quartũ ad qđ sic proceditur. Beatitudo apparans existãs in patria includit, in se oẽ bonum melius, & perfectius, quàm hic haberi possit. Ibi. n. est vita sine morte, inuentus sine senectu
6 te, requies sine labore. Apo. 14. Ammodo iam dicit spiritus, vt requiescant a la &c. Sanitas sine languore, lux sine obscuritate, plenissima cognitio sine errore sicut patet. A. 25.17. Et multo pfectius hęc erũt ibi, quàm hic cogitari possint; qa respectu illi⁹ pulchritudinis, pulchritudo Absaloni est deformitas, quia tale corpus gloriosum in aere propositũ, Solem vr̃ quodammodo obscurare, fortitudo Samsonis debilitas, sapientia Salomonis, stultitia, agilitas quæcunque ponderositas Et sic de oĩbus alijs bonis, quæ hic excogitari possunt. Cuius ratio assignari põt aliqualiter, quia oĩs res in suo principio est in maiori abundantia, & puritate, & pulchritudine, quàm a suo principio elongata, sicut patet de fonte, & deriuulo. Sic Deus est fons oĩum bonorum, & gaudiorũ, & delectationum, & donorum, quia oẽ bonũ, & donũ perfectum de sursum est, descendẽs a patre luminum. Iaco. j. Cum ergo sitienti maior sit delectatio in fonte, quàm in riuulo, patet, ꝙ ibi erat delectatio maxima, vbi erit fons oĩum bonorũ fontium. Cũ ergo vna delectatio terrena videat, quãdoque quasi totã aĩam obsorbere, atque totũ eius desideriũ, quasi terminare, intantũ ꝙ oĩs alterius delectationis obliuionem pro tpe inducit, & ꝙ nihil aliud desideret, nec gratior suauitas in melodia potest tãtam habere delectationem quòd auris nihil aliud quærat pro tunc audire, sic oculus, sic de aliis potentijs, & sensibus. Si ergo vnum ex istis vmbrosis, tantum delectare potest, quid cogitandum est de omnibus gaudijs, simul in suis excellentijs. Vbi quilibet secundum Augustinum, de Trini. habet quod vult. Nota. G. j. 7.

¶ Et si prædictæ conditiones, & status 7
corporaliter, & tẽporaliter accepta multum de hominibus desiderantur, multomagis ęternaliter ille status. De quo Boetius, de cõsolatione loquitur, dicens. Beatitudo, inquit, est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Aug. super illud Ps. 26. Credo videre bona dñi &c. Si nos, inquit, delectant bonũ, quod nõ est per se bonum, qualiter nos delectabit bonum sempiternum, in quo est omne bonum.

¶Ex quo videtur satis necessario sequi, Ar.5.
vt inquiratur, quomodo ad illud bonũ perueniendum est, quod quintum principale. Modus autem perueniendi est per virtutes, & bona opera, quod ostenditur ex ratione sumpta in rebus naturalibus, & ex ratione sumpta in consuetudine humanæ vitæ.

¶Ratione regulata, primo in natura, 8
in qua videmus, ꝙ omnis motus est a cõtratio in contrarium, ergo de humilitate, de paupertate, de pęnitentia, oportet peruenire ad illam celsitudinẽ diuitias, & lętitias, & sic de alijs. Sicut patet Matt. 5. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, beati, qui esuriunt, &c.

¶ Secunda ratio patet in consuetudine rationali, & grata, scilicet, qua videmus, quòd per viam laboris peruenitur ad mercedem consolationis. Cum ergo illa beatitudo in patria detur per modum mercedis, sicut patet Matt. 20. Vbi præcipit vocare operarios, & reddere eis mercedem, oportet ad illam per beatitudinem, quę est in via, per modum laboris peruenire.

¶Et quia illa in patria est triplex, vide 9
licet, visio, fruitio, adhæsio, triplici beatitudine ad illam pertingitur? Vna videlicet, quę ordinat hominem ad Deum. Alia, quę ordinat hominem ad seipsum. Tertia, quæ ordinat hominem ad proximum.

¶Prima est triplex, vna in credẽdo, sicut dicitur oculus fęlix, qui clare videt. Lucæ.). Beata, quæ credidisti, &c. Io. 20. Beati, qui non viderunt, & crediderunt. Secunda in sperando, sicut dicimus

fęlicem

felicem, qui expectat magnam hæreditatem, Prouer. 16. Qui sperat in domino, beatus est. Tertia mandata eius custodiendo, sicut dicimus felicem, qui bene potest facere, beati omnes, qui timent dominum, qui ambulant in vijs eius, Ps. 148. Item beati immaculati in via, &c. in Psal. 118.

¶Secundus actus beatificans in via, qui ordinat hominem ad se, vt eo ad veram beatitudinem perueniat, est triplex, scilicet, cordis oris, & operis. Primo, vt sit mundicia in corde. Matth. 5: Beati mundo corde, &c.

¶Secundo honestas loquelę, sicut diximus illum beatum, qui nullum offendit verbo. Eccleſiastici. 14. Beatus uir, qui non est lapsus uerbo. Tertio iustitia in opere, vt reddat vnicuique, quod suum est secundum legem Dei, scilicet corpori abstinentiam, animæ dominium, superiori reuerentiam, equali amicitiam, inferiori gubernationem. Matth. 5. Beati, qui esuriunt, & sitiunt, &c.

¶Tertius actus beatificans, in via ordinans nos ad proximum per quem peruenitur ad ueram beatitudinē, est triplex. Primus egenis dando, sicut dicimus beatum, quia multū seminat in bona terra, talis non timebit famem anno sequenti, sed alijs famem patientibus ipse liberatur, sic beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem in die mala, &c. Psal. 40. Nec est mirum si tales beatificantur, quia a multis beatitudo eis impetratur. Iob. 29. Auris audiens beatificauit me, eo q liberassem pauperem, & sicut non sufficit intelligere, quod bonum est seminare in bona terra, nisi actu hoc exerceat. Ita non sufficit intelligere, uel corde egenis tantum compati, sed manus aperienda est, quia qui fecit misericordiam, in illum commendatur. Lucæ. 10. Et talis beatificatur. Prouerb. 14. Qui miseretur pauperis beatus erit.

¶Secūdus impatienter sustinēdo pro Christi, uel ecclesiæ, uel proximi iustitia, uel in sustinendo sine appetitu uindictę, sicut dicimus beatum, qui nunquam iratus fuit. Matth. 5. Beati, qui persecutionē patiuntur propter iustitiam. Iac. j. Beatus uir, qui suffert tentationem. Iaco. 5. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt.

¶Tertius iustitiam omnibus faciendo, sicut beatificamus iustos reges, & teras iuste custoditas. Ecclesiastic. 10. Beata terra, cuius res nobilis est. Et sicut beati beatificamus iustos iudices, beati qui custodiunt iudicium, Psal. 105. Sic ergo per templum uirtutis, idest per beatitudinē in uia, est perueniendum ad templum hæc uia, qui tenuerit eam beatus. Proverb. 3. &c. 12

¶In isto itinere, non est segniter agēdum, quia regnum Dei uim patitur, & uiolenti, &c. Matth. 11. Est ergo fortiter agendum, & hilariter. quia si aliquis de parentela nostra nobis maximè affectus esset Papa, uel rex in transmarinis partibus, & mitteret pro nobis promotionem maximam promittendo, hylariter iremus his omnibus obmissis. Sed Christus frater noster est in cœlo, rex regum, & dominus dominantium, & nos maximè diligit, & mittit pro nobis quotidie multos nuncios. Sicut patebit, c. de uocatione, & promittit maximas promotiones, dicens. Estote fortes in bello, & accipietis regnum ęternum, hac & alijs promissionibus prouocati amici Dei fortiter egerunt, & patienter sustinuerunt, & care illud emerunt, sicut patet de Petro. Laurentio, & alijs, de quibus dicitur uenerunt ex magna tribulatione.

¶Sed heu homines moderni tempo Ar. 6.
ris accipiunt illum beatitudinem, quasi in quadam indifferentię, & leuitate, & negligentia, nō multum de ea curantes, quasi cogitarent si poterimus eam habere, habeamus bene uellemus, q bene esset si ueniret, bene uenerit si non poteri 13
mus eam obtine, quid possumus nos, do minus det nobis finem bonum, quia hoc sufficit, quia Apocal. 14. Beati mortui, qui in domino moriuntur. Isti tepidi non perueniunt, immo illorum stultitiam, qua cum tali torpore peruenire credunt, tria ostendunt, & redarguunt.

¶Primo, quotidiana illorū sollicitudo,

circa ista terrena, circa, q̄ nō sunt negligētes, sed qlibet in statu, & in arte sua, & in re, in qua illicitè delectatur, est valde sollicitus, & cogitatiuus; sicut patet in omnibus, cupidus enim vix dormit, & sic de alijs. Quæ ergo maior stultitia, quàm tot laboribus, & anxietatib⁹ quærere diuitias, & delitias, pulchitudines, libertates, & sanitates a multis abstinendo, vbi cito amittuntur, & negligit ista quærere, vbi in se sunt meliora, sicut patet supra eo. c. 6. Et etiam in æternum duratura. Si gratia diuitum quæritur, vt beatificent ad tempus, quæratur gratia Dei, vt simus de illis. 3. Reg. 10. Beati viri tui & serui tui, q̄ assistūt corā te semp.

¶Secundò exempla omnium amicorum, quibus Deus illam non dedit, sine cara emptione, vel dura passione, quæ ergo maior stultitia, quam cogitare, q̄ Deus melius forū faciet inimicis suis, quàm fecerat amicis suis, hoc cogitare est dicere Deum stultum mercatorem, vel ingratum amicum. Cuius dicti falsitatem ostendunt, qui ipsum Christum audierunt hæc dicere, eumque patientē, & sic gloriam suam intrātem. Lucæ 22. Secus sunt, & peruenerunt. De quibus, Ecclesiastici 48. Beati, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt.

¶Tertiò Christi authoritas, Matth 24. & Lucæ 12. vbi ait. Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem, &c. in qua inuenitur per argumentum a cōtrario sensu, q̄ dormiētes, & pigri tunc non beatificabuntur. Nota totum capitulum de gaudio.

¶Bellum. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Bellum duplex.*
2 *Bella ista duo simul conueniunt 27. conditionibus.*
3 *Bella ista conueniunt quo ad concordiā, & discordiam.*
4 *Bella ista conueniunt quo ad intentionē.*
5 *Quid accidat in bello spirituali.*
6 *Bella ista conueniunt quo ad diligentiā, seu solicitudinem.*
7 *Bella ista conueniunt quo ad cautelas.*
8 *Bella ista conueniunt quo ad excusationē, & subterfugia.*
9 *Bella ista conueniunt quo ad prouidentiam.*
10 *Bella ista conueniunt in contradictione.*
11 *Bella ista conueniunt in obsequio, & subuentione.*
12 *Bella ista conueniunt in proditione.*
13 *Bella ista conueniunt in fortium captione.*
14 *Bella ista conueniunt in fuga principis vel ducis exercitus.*
15 *Bella ista conueniunt in stipendij distributione.*
16 *Bella ista conueniunt in periculosa societate.*
17 *Bella ista conueniunt in ingratitudine.*
18 *Bella ista conueniunt in moribus.*
19 *Bella ista conueniunt in numero.*
20 *Bella ista conueniunt in proprietate.*
21 *Bella ista conueniunt in securitate quærenda.*
22 *Bella ista conueniunt in audacia, & timediante.*
23 *Bella ista conueniunt in malitia.*
24 *Bella ista conueniunt in consilio capiēdo.*
25 *Bella ista conueniunt in impetitate.*
26 *Bella ista conueniunt in expeditione.*
24 *Bella ista conueniunt in fidelitate, & alijs virtutibus.*
28 *Bella ista conueniunt in præmio.*
29 *Inter bellum corporale & spirituale est vna similitudo.*
30 *Oppositio in dissimilitudine & resolutio.*
31 *Qui sit maximus hostis in isto bello.*
32 *Quæ sint necessaria, vt bello isti resistamus, & primo est necessaria diligentia in amando.*
33 *In bello isto est necessaria solicitudo.*
34 *Qui sint venatores in bello isto.*
35 *In bello isto est necessaria perseuerantia.*
36 *Ad bellum licitum tria requiruntur quæ sint ista.*
37 *In bello licito requiritur fidelitas & virtutes.*
38 *Qui virtutes ad bellum spectantes habēt sex auxilijs, Cisius vincūt, & primo quia sunt audaces.*

39 Qui

39 *Qui virtutes ad bellum ſpectantes habent uincunt etiam quia non ſunt vitia diabolo, & peccato.*

40 *Qui non uincuntur a peccato nec etiam uincuntur abhortibus.*

41 *Qui virtutes ad bellum ſpectantes habẽt vencunt etiam quia Deus mirabiliter eis iuuat & Angeli.*

42 *Qui virtutes bellicas habents uincunt ẽt quia adiuuant illos mortuos.*

43 *Qui virtutes bellicas habent uincunt qa vinorum orationibus ſunt fulti.*

44 *Quid facere debeant quia orationum ad miniculo volunt fulceri.*

45 *Exemplũ pro ijs, qui iniuſtè bella capiunt:*

46 *Exemplum in illos, qui iniuſte bella capere*

47 *Exempla ſcripturarum in illos, qui bella iniuſtè ſumpſere.*

48 *Luxuria fuit cauſa omnium malorum in bellis, quæ a ſacris paginis referuntur.*

49 *Quæ vitia perdiderint priſcos de quibus referi ſacra pago.*

50 *Vnde multa fuerint orta mala in antiquis temporibus.*

51 *Obiectio & reſolutio quo aduictoriam.*

52 *Quæ ſit prauitas bellantium.*

53 *Bellorum cauſa eſt peccatum.*

54 *Quia Deus aliquando malos permittit victoriam conſequi. ijdem victores debent cauere & timere.*

55 *Victores ſecundo debent cauere & timere quia dominium bello acquiſitum non eſt ſtabile*

56 *Qua de cauſa Rex Midorum ſemper pra malus Regi Perſarum & eius filius ſuccubuis ſemper.*

57 *Victores tertio, & quarto debent cauere, & timere, quia tenentur ad reſtitutionem omnium damnorum, & quia fortuna eſt variabilis.*

BEllorum, primo ponenda eſt diuiſio. Secũdo, cõuenientia. Tertiò, belli ſpiritualis generalitas, & periculum. Quarto, quæ requiruntur ad hoc, ꝙ in bello illo fortiter reſiſtat. Quintò, quod nos mouere debet ad fortiter reſiſtẽdum. Sextò, corporalium bellorum iuſtorum conditiones deſcribẽdæ ſunt. Septimò, conditiones iniuſtę belligerantibus requiſitę. Octauo, ꝙ iſtas conditiones habentes vincent. Nono ꝙ iſtas conditiones non habentes vincentur. Decimo, iniuſtorum bellorum cauſa, & origo. Vndecimo quòd mouentes nõ gaudeant, vincentes vero caueant.

¶Ad primum ſic proceditur, bellum eſt duplex. Vnum ſpirituale contra tentationes carnis, mundi, & diaboli. Et contra omnes ſpirituales nequitias, & quoſcunque animæ aduerſarios. De quibus nota. A. 18. 1. De hoc bello dicit Canon, ꝙ ideo Apoſtoli tradiderunt legi in eccleſia hiſtorias Iudeorum, vt per bella ipſorum, quæ geſſerũt, ad bella ſpiritualia informemur. 23. q. 1 niſi bella. Aliud eſt corporale, quod ideo geritur, vt pax fiat. 23. q j. noli. Iſta diſtinctio probatur. 23. q 1. niſi bella.

¶Ad ſecundum ſic proceditur. Cõuenientia, & ſimilitudo magna eſt, inter iſta duo bella quo ad vigintiſeptem conditiones, & in vigintiocto conueniunt, & diſconueniunt. Art. 2.

¶Primo, conueniunt quo ad loci electionem. De quo dicit Vegetius, lib. de re militari. ꝙ prudens dux, imminente bello, locum belli præoccupare debet, ſi poteſt, vt exercitum ſuum melius ordinet. In qua ordinatione tria inſpicere debet, Solem, puluerem, & ventum. Ne videlicet iſta exercitui eius ſint contraria. Sol & puluis, quia vitium impediunt, vẽtus verò eorum impedit tela, & aduerſariorum iuuat. Idem faciendũ eſt in bello ſpirituali. Debemus enim ſemper fortiſſimi belli campum præuenire, id eſt mortem vbique expectare parati, ipſam & eius bellum læti ſuſcipere. Conſiderate etiam ſemper ne Sol iuſtitiæ Chriſtus demeritis noſtris exigentibus nobis cõtrarietur, quia tunc in omni ſpirituali bello oportebit nos ſuccumbere, ꝙ etiã puluis auaritiæ, vel ventus ſuperbiæ, mẽtis oculum, vel viſum nõ impediat. Aliã

cautelam impugnantibus corporaliter, & ſpiritualiter. Nota. A. 25.6. Tertiam etiam exercitum in opere, Ionathas. j. Machab. 9. ponendo exercitum in tali loco, vbi fugere non poterunt, ita vt vincerent, vel occiderentur. Sic ſimus nos poſiti ſpiritualiter. Sic ergo diſpoſitū cōfortamini, & bellate. j. Reg. 4.

3 ¶Secundo, quo ad concordiam & diſcordiam, quia ſicut in bello corporali bona concordia inter ducem, & exercitum inter ſe, multum valet ad victoriam obtinendam: quia virtus vnita fortior, ſicut patet de baculis ſimul ligatis, qui cum difficultate franguntur, diuiſi verò faciliter. Et ideo magna cautela eſt facere diſcordiam inter ducem, & exercitum contrarium, ꝙ videlicet exercitus de duce concipiat, vel ꝙ ſit proditor, vel auārus, nolens prædam curialiter diuidere, vel ꝙ ſit inei in is, & inualidus. Et huiuſmodi cautela, vt fertur, vſi fuerunt Carthaginenſes contra Romanos. Romani vero habuerunt ducem fortiſſimum, & in bellis fortunatum, & a populo dilectum, propter quod non potuerunt contra eos prævalere Carthaginenſes, antequam diſcordiam inter ipſum, & exercitum facerent, hoc modo Carthaginēſes enim inuadentes, & comburentes, & deſtruentes terras, & uillas, & uineas Romanorum omnibus rebus proprijs dicti ducis pepercerunt, quod uidens populus Romanus credidit, ꝙ dux illorū haberet aliqua pacta ſecreta cum eis, & proditorie ſe haberet in defenſione reipublicæ, & ideo eum depoſuerunt, quo depoſito Carthaginenſes prævaluerunt. Eadem cautela vtitur diabolus, in bello ſpirituali, nititur enim informare exercitum Chriſti, i laicos, & populum ſubiectum, ꝙ duces illorum, ſcilicet uiri eccleſiaſtici, & religioſi ſint proditores, ſpirituales, & mali: dicēdo. Ipſe talis eſt luxurioſus, quare ei decimas dares, uel quare facerem, quod prædicat, &c. Quia prædicat, & non facit, ipſe eſt durus, & nihil dat: quare daremus ei, uel cuſtodiremus decimas, & cum eos ſic concipere fecerit contra eos prævalet, dum non faciūt ad quod tenentur, ſicut in canone. 6. q. j. ſunt plurimi. §. utrum hac. ubi Pius Papa ſic loquitur. Manifeſtum eſt, inquit, diabolum cordibus plebium ſuadere, ut doctoribus, atque paſtoribus ſuis detractiones irrogent, peius enim malū non eſtimo fore, quàm Chriſtianis ſuis inuidere ſacerdotibus. Gloſa, per inuidiam detrahere, & infamare. Nota D. 6. 17. Et D. 8. 4. Et eadem cautela utitur quando diſſeminat diſcordias inter quoſcunque, ut acies ſpiritualis frangatur. Et ſic de eo dicit, illud Iudith. 9. Tu cōteris bella. 4

¶Tertio, quo ad intentionem. In bello enim corporali, qui uadunt ad terram ſanctam cum intentione ibi moriendi, & nunquam ad patriam redeundi, non faciliter dimittūt propoſitum ſuum pp. tedia, quæ eis in uia occurrunt. In bello etiam fortiter pugnant, quia plus uictoriam, quàm uitam diligunt. Et idem eſt de illis, qui pugnāt pro iuribus proprijs defendendis, ſicut ciues, quando ciuitas illorum inuaditur, quilibet pugnat pro domo ſua, & uxore, & filijs, & rebus proprijs. Ideo ſecundū Philoſophum in Politicis, ſi bene recordor, ipſi in bello sūt melius expectātes, cuius cauſa eſt amor, qui facit omnia grauia leuia, & intēſior amor eſt ad bonum, & commodū proprium, quàm ad alienū, & hoc eſt quaſi generale in omni opere, & arte, ꝙ diligentius in proprijs operētur, quàm alienis. Alij uero, qui ex quadā curioſitate, ſeu leuitate uadūnt ad terram ſanctam, cum intentione redeundi, ut inter uicinos ſuos gloriosè narrare poſſint uiſa, & audita cum additamentis, qui etiam non pro hæreditate propria, ſed pro ſalario, ſicut ſtipendiarij pugnant, facilius impediuntur, & citius fugiunt, quilibet enim illorū cogitat, ſi uincor fugiendo non perdam terram, uel hæreditatē, uel domū, uel uxorē, ſed fortè modicā mercedē, pro qua nolo me morti exponere, & fugit, quia mercenarius eſt, i. mercede conductus. Idē per oīa accidit in bello ſpūali, illi qui ueniunt ad terrā ſanctā. i. ad religionem, ſeu ad eccleſiā, ſeu 5 ad Eccleſiaſticū ſtatū, uel ordinē quemcunque,

Exemplum.

cunque, seu statũ, uel actum laboris, & pœnitentiæ quęcunque pro Christo mere assumunt, ad uiuendũ, & sustinendũ, & moriendũ cum illo, & pro illo, qui ẽt pugnant contra tentationes, & tyrãnos pro defensione proprię hęreditatis, & ciuitatis cęlestis: ne de illa expellãtur, uel illam amittant, & qui etiã oĩa operant, & faciunt pro lucro ęterno illud reputantes opus & commodum proprium, utpote ad propriam salutem pertineus. Omnes isti fortiter agunt, nec faciliter propter tędia in uia, uel in bello occurrentia impediuntur, uel propositum dimittunt, quia omne tędium minus est, quàm illud quod intẽdit pro Christo pati, s. mortem, nec multum formidat terrenas iacturas, seu amissiones, uel dãna: qui totam spem & amorem posuit in cęlestibus. Sed qui ueniunt ad religionem, uel ordines, uel quemcunque statũ clericalẽ, uel statũ pœnitentiæ faciũt, uel fingũt, sicut hypocritę pro stipendio, uel curiositate, uel superbia, uel honore, seu lucro, uel auantagio temporali principaliter, seu in statu illo, apparenter pugnãt, ne talia amittant, uel ne apud hoĩes confundantur, nunquàm benè contra tyrãnos pro ecclesiæ iuribus, uel contra spirituales hostes pro hæreditate, & ciuitate cęlesti, in qua nõ sunt ciues, & domestici, sed hospites, & aduenę, & alieni, bene pugnant, nec fortiter, & patiẽter operantur opera spiritualia, quia ea non intendunt, ut propria, nec etiam opera cõmunitatis. Cuius nõ sunt ueri ciues, sed coacti, & cum murmure operãtur, quasi gargoules conquerentes de minimo labore, q̃ plus omnibus uexãtur. Omnes isti conuersi sunt in die belli.

6 ¶Quarto, quantum ad diligentiam, seu sollicitudinem, in bello enim, & obsidione corporali, cum magna diligẽtia custodiunt portas, & murũ: muruo se ad audaciã, & ad moriendum pro fidelitate exhortãtur, parũ dormiunt, & sobriè cõmedũt. ne uictualia eis deficiant, uix arma deponũt, & spãliter q̃ clamatur ad arma, oẽs armati ab bellũ sunt parati. Sic in obsidione spũali murus, & portæ. De quibus. A. 27. 59. uel sensuũ. Et sic de oĩbus alijs cõditionibus in corporali obsidione necessarijs, cum diligentia tanta, totum in spirituali fiat, ut de eis uerificetur illud Canti. 3. Vniuscuiusque ensis super femur suum, &c. omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.

¶Quinto, quantum ad damnũ, & periculũ. In bello enim corporali pauper ut communiter non lucratur bellando contra regem, nec seruus contra dñm suum, nec filius contra patrem decenter pugnat: sed damna reportat, sic peccatores bellantes contra dñm omnipotentẽ conterentur. Quia tuipse Deus noster, qui conteris bella ab initio. Iudith. 9.

¶Sexto, quo ad cautelas. In bello em̃, & obsidione corporali inimici circueũt 7
& girãt, quærẽtes castri, uel ciuitatis debiliorem partem, ex qua, uidelicet parte, uel qua cautela castrum, uel ciuitatem, uel exercitum contrarium facilius poterunt occupare, sicut fertur, fur frangit domũ ex parte debiliori. Et ubi sæpes est inferior per transitur. Sic in bello spirituali, aduersarius noster diabolus considerat peccatum, ad quod magis inclinatur, sicut patet. A. 14. 4. Et patebit, infra de tentatione. 6. Qui ergo sic ex omni parte uallatur, & obsidetur, quid ualet dicere non sum homicida, aut latro, uel combustor domorum, sicut dixit Pharisęus, non sum sicut cæteri hominis. Tales sunt sicut gallus Siluestris, qui credit totum absconditum, & securum, rostro absconditio, dicentes, non sum talis, &c. Placet mihi, fortè ad ista non es inclinatus. Ideo nec ex ista parte obsidet te, sed ex alia, ut te uincat cupiditate, & luxuria, & huiusmodi, ad quæ *plus inclinaris*. Quid ergo ualet ex una *parte armari*, uel ciuitatem ex una parte custodiri, si alia pars corporis in bello sit nuda, & pars ciuitatis, ubi maius imminet periculum, sit nõ custodita. Ibi inimicus intrat, & occidit æqualiter, ac si nulla pars esset custodita. Sic teste, Iacob. 2. Qui custodit totam legem, offendit autem in uno, factus est omnium reus.

¶Septimo, quo ad excusationẽ, & subter 8
fugia.

fugia. Reges enim ad bella corporalia vocant multos, quæ pro magna parte excusationes quærunt ne vadant. Et electores mercede corrumpũt, ne vadant, quos vero ire contegerit, cum venerint ad bellum forte cito aliquando fugiunt. Nota. V 9. 13. Sic in spirituali Christus rex noster, omnes ad bellum vocat, dicens. Estote fortes in bello, & pugnate. Et non solum dicit ite, sed venite post me, quia ipse in bello illo præcessit ad modum Imperatoris, qui nunquam dicit exercitui, ite sed venite. habet etiam iste rex multos ordinatos ad eligẽdum homines ad bellum, & ad eos necessitãdum, vt vadant coacti, qui uoluntariè nolunt, sicut prælatos, & custodes, tam operum, quam animarũ, qui omnes ad hoc gladium portant, vt subditos militare faciant cõgrue quo ad Deum, & mũdum, quia in mundo isto est locus pugnantiũ, in cœlo triumphantium, in inferno deficientium. Sed subditorum aliqui multis modis se excusant, verbi gratia. Si dicatur luxurioso, ꝙ contra carnem suam pugnando, Christum ducem sequatur p vitæ munditiam, excusabit se naturæ caliditate, vel alia occasione. Si dicatur cupido, ꝙ relictis superfluis, Christum pauperem sequatur. Excusabit se, sicut patetu A. 12. 3 8. cum sequentibus. & A. 27. 51. cum sequentibus. Si dicatur, ꝙ vadant, & discãt quomodo spiritualiter bellare debeant. Excusant se, sicut patet. A. 26. 20. Aliqui uero illorum, ordinatores, & electores istius belli muneribus corrũpũt. Sicut illi, qui munera proditoribus, uel custodibus corporum, uel animarũ dant, vt licentius peccent, uel ne pœna corporali puniantur. Et ex istis, & alijs causis accidit, ꝙ Christum ad bellum spirituale pauci sequũtur, & de illis adhuc, qui sequi incipiunt, in quadragesima, & huiusmodi pauciores in bello forti remanent. Primum signatum fuit in euangelio, ubi omnes se excusabant. Secundum Iudic. 7. ubi Gedeonẽ incepẽrũt sequi triginta duo milia, sed in fine non remanserunt, nisi trecenti.

9 ¶Octauo, quantum ad prouidẽtiam, In bello enim corporalia, infra castrũ, uel ciuitatem obsidionem timentes, uictualia prouidẽt. Actualiter uerò obsessi aliquãdo fortiter cõtra obsidẽtes exeũt, rex etiam cui castrum tenent, eis subsidium militum mittit, si potest. Sic in bello spirituali. Ecclesia Sancta sciens obsidionem duram filijs suis post Pascha imminere, illis uidelicet, qui in quadragesima diaboli dominium negauerunt, quia nemo sibi obedientem, sed contradicẽtem expugnat in pascate uictualia, in castro animæ ponit, s. corpus Christi, & sanguinem. Postea etiã in rogationibus ecclesia obsessa contra obsidentes cum uexillis eleuatis insultum facit. In Penthecoste etiam nobis militem, & ducem & defensorem fortissimum, ad animæ nostræ defensionẽ mittit spiritũsanctum, in quo quilibet confidere potest dicens, si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Psal. 26.

¶Nono, in cõtradictione. Sicut enim in bello corporali, inimico in bello fortiter insurgente, & seruo contra dominum suum potenter surgente contradictio præparatur. Sic in bello spirituali, quia serui diaboli potenter contra dominum suũ, in quadragesima surrexerunt, suumque dominum negauerunt. Isto tẽpore diabolus parat fortissimè exercitum suum contra eum in choreis, & spectaculis. Adducens milites, & militissas suas, in quolibet peccato armatos, habentes pro galea cornua, & capitegia, & frontalia. Et sic de alia armatura, in tantum, quòd a planta pedis, usque ad uerticem capitis, nihil in eis inuenies, nisi sagittas diaboli acutissimas, non enim est in eis animæ sanitas. Esaiæ 1. Quia in omni parte corporis, & capitis, & pedis nihil aliud in eis inuenies, nisi sagittas diaboli acutissimas ad uulnerãdum cor intuentis, nec deest eis tympanum pro buccina, nec tuba ad buccinandum ad bellum, heu isti sunt dispositi multo fortius, & diligentius, & cum maiori, & feruentiori uoluntate, & lętitia contra Deũ & suos, quàm uidẽ multos Christi milites pugnare contra diabolum, & eius ministros,

10

miniſtros, & plures ad ſe conuertunt, quia ſi omnes Chriſti milites totiuſque eius exercitus, videlicet Apoſtoli, & martyres, atque omnes ſancti viri in forma, in qua fuerunt in eccleſia irent per ciui tatem Dei præcepta præcipiendo vel prædicando pro Deo pugnaturi, & irēt in alia proceſſione mulieres, in habitu meretricio ludentes, ſeu coreizantes, vel cum fignis leuibus incedentes, credo eſſe certus, ꝙ iſte multo plura corda, & aures, & oculos libentius, & intenſius poſt ſe inclinarēt, quàm illi, nec tot pro iſtis peccare ceſſarēt, vel aliena reſtituerent, quos in illarum aſpectu mortaliter peccarent. Et ſi forte in primo concurſu tot virorum ſanctorum multi concurrerēt, & quòd ſubito admirati fortè compungeremur, ſi ita frequenter occurrerent, ſicut faciunt tripudiatrices, & fatuę mulieres, minus in illos, quàm in iſtas intenderent, minuſque de eis curarēt. De quibus conqueritur Cant. 1. dicens. Filij matris meæ, i. eccleſiæ pugnauerunt cōtra me, & in Pſal. 2. Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerūt in vnū &c.

11 ¶Decimo in obſequio, & ſubuentione, ſicut enim in militia, ſeu bello corporali antiqui milites, qui licentiam acceperunt armorum, quibus, videlicet non voluntas, ſed uires deficiunt bellandi, iuuenibus, uel filijs ſuis arma ſua concedunt, & eos loco ſuo mittūt ad bellum, diligenter inſtructos, & armatos, ſic matres, & uetulę ueſtes ſuas, & ornamenta & mala documenta dimittunt filiabus, ut Dei exercitum deſtruant more, & cōſilio Balaam Numeri. 25. qui conſilium dedit, mittere mulieres in exercitium Dei. Numeri. 24. partim ex textu, & partim ex hiſtoria ſcholaſtica.

12 ¶Vndecimo in proditione. Reges. n. euntes ad bellum, frequenter multi ſequuntur proditores, plus aduerſarijs fauentes. Et propter tales ueri, & boni bellatores impediuntur a uictoria intenta, ſic in bello ſpirituali in proceſſionibus, & rogationibus plures ſequuntur Dei proditores i. peccatores, qui dum ſunt in peccato mortali, ſunt de bello contra Deum, diabolo fauentes, cuius uoluntatem faciunt, cuique obediunt. Ideo frequenter boni bellatores, uerique adoratores, & humiles adoratores nō audiūtur, ſed repulſam patiūtur. Nec mirum, ſi propter multos malos repulſam patiā tur, cum legamus Ioſuę. 7. ꝙ propter uirum malum Achan, uidelicet totus Dei exercitus contra hay miſſus, repulſam patiebatur.

¶Duodecimo in fortium captione. 13
In bello enim corporali, plus nituntur principem, uel fortes bellatores capere, quàm populares, & capti diligentius cuſtodiuntur, & fortius ligantur. Ita in bello ſpirituali diabolus plus nititur Chriſtianos capere, quàm infideles, & inter fideles plus nititur maiores capere, & religioſos, & eccleſiaſticos, quàm laicos pluſquam de eorum gaudet captiuitate. Et fortioribus uinculis eos ligat, ſcilicet maiori ſuperbia, & rapina, & iniuſta acquiſitione, de quo quaſi admirans, Pſal. 73. ait. Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto. Nota P. 13. 47.

¶Decimotertio in fuga principe, uel 14
duce exercitus in bello corporali fugiēte, exercitus fugit. Sic in bello ſpirituali ducibus populi fugientibus, uel proditurie contra eum agentibus. unde Sene. 2. Rethoricæ. Quis exercitus benè pugnaret, ubi Imperator fugit de prælio? Hiere. 10. Quia ſtultè egerunt paſtores, & dominum non quæſierunt, propterea non intellexerūt. Et omnis grex eorum diſperſus eſt. Sicut patet. c. de prelatis.

¶Decimoquarto in ſtipendij diſtribu 15
tione. Sicut enim in ciuitate, uel caſtro bello corporali obſeſſo, multi ſunt, qui comedunt & bibunt, & qui libenter ſtipendium militum reciperent, ſed pauci ſunt, qui fortiter pugnant, uel periculo ſe exponant, immo aliquando, qui plus recipiunt, & lautius de ſtipendio reipublice uiuunt, minus pugnant. Sic in bello ſpirituali Oculi omnium in te ſperāt domine, & tu das eſcam illorum corporalem omni die, & ſpiritualē in die Paſchæ. Et ad iſta cibaria recipienda multi parati ſunt, & tamē pauci ſunt, qui peccatis

catis non ſuccumbunt, quod ſignatum fuit in euãgelio, vbi in diſtributione panis, & piſcium eum multa milia ſequebantur, ſed in bello paſſionis omnes illi fugerunt. Et qui pluta ſtipendia eccleſiæ militantis militantibusque eius a Deo deputatis recipiunt, minus prædicando, vel bona exempla dando, contra vitia, & uitioſos pugnant. Sed heu de patrimonio Chriſti incraſſati, impinguati, dilatati dereliquerunt Deum factorem ſuum in bello, & fugerunt, de quo conqueritur, Pſal. 30. Qui videbant me, ſcilicet in ſcripturis, foras fugerunt a me. Hier. 39. Viri bellatores eius fugerunt.

16 ¶Quintodecimo in periculoſa ſocietate, ſicut enim in bello corporali contra Saracenos plus Chriſtianis nocent proportione ſua mali Chriſtiani apoſtate a fide. Sic in ſpirituali bello plus nocet malus homo, quàm diabolus in ſocietate, quia quod diabolus per ſe facere nõ poteſt per malum ſocium loquens facit, ſicut per ſerpentem decepit ſuam, & per ſuam contra Adam prævaluit, quod per ſe facere non potuit. Gen. 3. Nota. D. j. 20. 6. 20.

17 ¶Sextodecimo, quantum ad ingratitudinem. Rege enim eunti ad bellum corporale, ſi per eum promoti, & in domo ſua nutriti, & exaltati, & largiſſimè ſtipẽdiati in re, & melius in ſpe ſecũ ire ſpernerent, nimis eſſent ingrati rexque contra eos valde grauaretur, ſic in bello ſpirituali, rex Chriſtus quærit ab his quos creauit, nutriuit, & fouit, quorum aliqui plura receperũt ſtipendia, quàm decem ſolidos in die, in re, & plura in ſpe. Dicit illud, Pſ. 93. Quis conſurget mihi aduerſus malignantes, aut quis ſta. me. aduer. omnem iniquitatem. Sed heu conqueritur, dicens, de gentibus non eſt vir mecum, & filios enutrui, & exaltaui, ipſi autẽ ſpreuerunt me. Eſa. j. ſ. qñ eis indigeo.

18 ¶Decimoſeptimo, quãtum ad mores. Sicut enim in bello corporali libidinoſi, effeminati, & carnales, atque molles, corporis delitias ſectantes ſunt inepti. In cuius ſignum, vt hiſtoriæ continent Soldanus regnum Perſarũ ſuo dominio ſubiugando, omnes occidit hiſtriones ad duodecim milia aſſerens, quòd non potuit eſſe bona militia, vbi eſſent tot effeminantes, & mollientes corda, & prouocantes ad libidinem. Ad idem fertur qđ narrat Valerius, lib. j. cp Cornelius Scipio in Hiſpaniam miſſus, intrans caſtra omnes meretrices, & quicquid uoluptatis fuit, de exercitu fugauit, vt in militia probiores, & paratiores efficerentur. Sic in militia ſpirituali dediti voluptatibus nunquam bene pugnabunt, ſed volunt eſſe de numero illorum. In Pſal. 72. in labore hominum non ſunt, &c. ſed Scipio & Soldanus, i. prælatus deberet omnia talia voluptuoſa ab eis fugare. Et ſubditus exercitatus ſciet ei grates, dicẽs illud Pſal. 143. Docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Exemplum.

Exemplum

¶Decimooctauo, quantum ad timorem. In bello enim corporali diuites, qui multa poſſunt amittere timẽt, ita in bello ſpirituali, ſed qui nihil habent quibus omne ſolum patria eſt, minus timent. Ita in belli ſpiritualis periculoſiſſimo inſultu, videlicet in morte ſua minus habentes de peccatis, nihil vero habentes de alieno non timebunt, dicentes illud Pſ. 26. Si exurgat aduerſum prælium, in hoc ego ſperabo. Quia ſperant per illud prælium ad terram meliorem transferri. De hoc nota. A. 27. 38. 19

¶Decimonono, quantum ad proprietatem. Vbi enim duo reges, & terræ, & dominia, & ſpecialiter ſi ſint diuerſarum legum, vel linguarum, ſicut Chriſtianorum, & Saracenorum frequẽter fiunt ibi bella, & raro eſt ibi pax, ſicut in Hiſpania, vbi machinant adinuicem Chriſtiani, & Saraceni, & ratio eſt, quia quilibet nititur contractam propinquam trahere ad leges, & dominium ſuum. Sic ſpiritualiter caro, & anima machinat adinuicem inter, quæ tota vita noſtra, quaſi in quodam ſpirituali bello ducitur. Cũ ſint diuerſarum legum, dicente Paulo. Video legem in membris meis, repugnãtem legi mentis meæ. Et cã quare Deus permittit hoc bellũ, patet exẽplo principis, qui rebellat eccleſiæ a quo aufert po- 20

pulum ſibi ſubiectum, eum a iuramento fidelitatis abſoluendo ſic, quia ratio rebellauit Deo, retraxit, & abſoluit membra inferiora ab eius dominio. Sed beatus, qui in fine vitæ ſuæ poteſt regratiãdo Deo dicere. Preoinxiſti me virtute ad bellum, & ſubiecisti inſurgentes in me ſubtus me. In Pſal. 17.

21 ¶Viceſimo, quantum ad ſecuritatem quærendam, tempore enim belli corporalis omnes quærunt loca ſecuritatis, ſicut caſtra, vel eccleſias. Et tempore mortalitatis, in vno regno fugiunt ad aliud, ſic in bello ſpirituali quod eſt prochdolor modo, ita magnum, ꝙ non eſt dies, in qua non occidantur per mundum ſpiritualiter loquendo multa milia mortaliter peccando. Ergo deberent homines ſe ponere in caſtro religionis, & in ſtatu pœnitentiæ, & fugere eam, quæ in mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem. 2. Pet. j. Tanquam mortalitatis inductiuã, & lepræ ſpiritualis inductiuam occaſionem ſocietatis peruerſæ. vnde Arſenius, in vitaſpa requiſitus reſpondit, ſi vis ſaluus eſſe, fuge homines. Et rationabiliter, quia ſtultum videtur leproſos fugere, & non dæmones, & eorum miniſtros, quo ad tales, ergo bene pugnat, qui bene fugit, dicens illud Pſal. 44. Elongaui fugiens, &c. Nota R. 5. 38.

22 ¶Viceſimoprimo, quantum ad audaciam, & timiditatẽ. Sicut enim dicit Vegetius de re militari, ꝙ qui morãtur prope ſolem ſunt propter defectum ſanguinis timidi, & fugitiui, qui multum diſtant ſunt propter ſanguinis nimietatẽ nimis audaces, homines autem mediarũ regionum apti ſunt ad bella corporalia. Sic in bello ſpirituali, qui habent nimiũ reſpectum ad nobilitatem, vel teneritudinem natiuitatis, non audent corpus ſubijcere diſciplinæ, & laboribus Proverb. 22. dicit piger, leo eſt fortis. Qui ẽt vita, & conſideratione nimis diſtant a uero Sole iuſtitiæ, & eius calorem iudicij non timent, de longa vita cõfidentes, ſunt nimis audaces ad perpetrandũ mala. Iob. 12. Audacter prouocant, &c. qui vero abijciunt ea, quæ ſunt paruuli, & nouiſſima cogitant, vitã inter iſta duo, quaſi in media regione ducẽtes ſunt apti ad bellum ſpirituale, de quibus ad Heb. 11. Fortes facti ſunt in bello.

¶Viceſimoſecundo, quantum ad malitiam, in bello enim corporali habens bellum cum alio, nititur ponere ignem in caſtro, vel villa ſua. Sic in bello ſpirituali diabolus mittit incendiarios ſuos, qui alios igne incẽdant infernali dictis vel factis, vel malis exẽplis, incenderunt ignẽ ſanctuarium tuum. in Pſ. 73.

¶Viceſimotertio, quantũ ad conſiliũ capiẽdũ, multa n. auxilia ſunt a Deo petẽda in oratione, & multa cõſilia a ſapiẽtibus quærenda, antequã princeps bellũ incipiat corporale. Sicut patet. C. 4. 14. Exẽplo Iudę Machabei, & exercitus ſui, de quo hr̃. j. Macha. 3. ꝙ congregatus eſt conuentus, vt eſſent parati ad prælium, ſ. contra Antiochũ iuuenem, & vt orarẽt, & ieiunauerunt illa die, & induerunt ſe cilicijs. & 2. Mach. 15. dr̃ de Machabęo, & ſuis, ꝙ manu pugnabãt, cordibus Deũ orãtes. Ideo proſtrauerunt Nycanorem & triginta quinq; milia. & j. Machab. 11. Ionathas cum duobus ſecum orãdo hoſtes inuaſit, & ſuos reduxit, & vicit. Exẽplo etiã Dauid. de quo. j Reg. 23. hr̃ ſic. Cõſuluit Dauid dñm, dicens. Nunquid uadam, & percutiam Philiſteos? De quo etiam dicit Ambr. li. j. de offic. ꝙ Dauid nũquam iuit ab bellum, niſi Deo requiſito, & conſiliato. Exemplo etiam Iudęorum, qui euntes ad bellum, Deo ſacrificabant, & dabatur victima de hoſtibus uincendis, redeuntes uero ſacrificabant pro victoria. Exemplo etiam nobilis regis Eduardi, cuius conſuetudo erat ante bellum peregrinationes facere perſonaliter, & perſonas in utroque iure Dei, & mundi ſapientiſſimos cõſulere. Quia teſte, Sen. epiſtola. 14. Parua ſunt arma foris, ſi non ſit conſilium domi. Et ſi exẽpla deeſſent ratio ſufficeret, qua ſcitur, ꝙ ubi maius imminet periculũ cautius eſt agendum. Sed in bello corporali maximum eſt periculum, & corporũ & animarũ, qa ibi nõ ſolũ moriunt corporaliter, ſed ẽt ſpũaliter multa milia pp generale 24

nerale odium, nō ſolum duorum hominum, ſed duorum regnorum, & propter alia peccata, in quibus ſunt, quando occidūtur. Sic ergo in neceſſitate ad dñm caſtri nuncium orationis mittant, exemplo virorum prædictorum, quia antiqui Sancti, & valentes principes oratione, & conſilio ad bellum diſpoſiti proſperabātur, Deum & ſapiētiam hñtes adiutores. Exēplo prædictorū. Sic etiā ſanctiſſimus Imperator Carolus magnus, qui ut legitur in cronica de vita eius, ꝙ qñ erat pugnaturus ante bellum puriſſimè confitebatur, & accepit ſacram cōmunionem, & ſic tā in anima, quàm in corpore monitus, proceſſit ſecurus ad bellum. Et ſic legitur de quodam, qui poſt communionem proceſſit ad duellū, & interrogatus an aliꝙd comediſſet, rñdit ſe nihil ſumpſiſſe, niſi ſacrā communionem, & alter etiam, inquit, ſi omnes ſanctos, & bouē integrum comediſſes cū eo; hac die dabo carnes tuas volatilibus cęli. Sed iſte diuino auxilio proſtrauit blaſphemū, vt dignum, & iuſtum erat. Victoriam vero obtentam, non ſibi, ſed Deo attribuebant, dicentes illud. Pſ. 113. Non nobis domine, non nobis. Dicentes etiam, illud. j. Mach. 3. non in multitudine exercitus victoria belli eſt, ſed de cœlo fortitudo eſt &c. Sed heu principes, & milites, & exercitus moderni tēporis euntes ad bellum, potius diabolum placant crudelitatibus, & ſpolijs, quàm Deum, non cum orationibus, ſed cū multorum vadunt maledictionibus, quia non in expēſis regis, vel proprijs vadunt, ſed in expēſis eccleſiarum, & pauperum, quos eundo ſpoliant, & ſi forte emāt, nihil ſoluāt, niſi tallias, Chriſtus pauit quinq; milia, quinque panibus ipſi maius faciunt miraculum, quia decem milia paſcuntur paucis tallijs. i. micis, non ſemel tantum, vel bis, ſicut Chriſtus, ſed frequenter nō ſolum homines, ſicut Chriſtus, ſed, & canes, & equos, &c. nec pane, & piſcibus, ſicut Chriſtus, ſed delicatis cibarijs. Nota. T. 5. 17. Et F. 8. 1. Itē I. 11. 20. nec ieiunāt, nec cilicijs induūtur, vt prædictū eſt de Machabeis, ſed cū gula, & luxuria, & potius cū deauratis, & pulchris, quàm fortibus armis illuc vadunt. Vñ nuper exercitu Angliæ euntē cū tali ſuperbia contra inimicos, dixit quidā valens, ꝙ magis videbantur ad nuptias, quàm ad bellū procedere, ſicut Goliath. j. Re. 17. Contra tales nota optime. A. 24. 2 3 Et N. 3. 15. Si quam verō victoriam a caſu obtinuerūt magis forte pp aduerſariorū demerita, quàm pp corā merita, plus ſuę ſuperbię, quàm Deo eā attribuebāt, inaniter gloriantes, & dicētes illud Deut. 32. Manus noſtra exceſſa, & non dñs fecit hæc oīa.

Exemplum.

¶ Vt prædictum eſt de conſilio, & ordine in bello corporali, ſic faciendū eſt in bello ſpirituali. Vbi vita, & anima eſt regenda ſapientum conſilio, & confeſſoribus, & in omnibus, quæ ad animā pertinent vtendum eſt, Prouer. 20. Conſilijs cogitationes roborantur.

¶ Viceſimoquarto, quantū ad non formidare. In bello enim corporali nō formidare contra verba, ſeu minas aduerſa riorum multū iuuat, vnde narrat Velerius, li. 3. de pergentibus contra perſas in prælium, e quibus vnus, ait, ſocio ſuo Solem obumbrari ſagittis Perſarum, quia erant optimi ſagittarij, & in multitudine magna, cui reſpondit ſocius optime, inqt, narras, in vmbra enim melius pugnabimus. Ita in bello ſpirituali volēs correctiones iuſtè facere, multa ſuſtinebit opprobria, volenſque veram malitiā Chriſti ſequi, multas ſuſtinebit diuiſiones. Sed confortent ſe mutuo, & audiūt Deum eos confortantē, & dicentem Eſa. 51. Nolite timere opprobria hominum, & blaſphemias eorum, ne metuatis ſagittæ paruulorum ſunt hæc. 25

Exemplum.

¶ Viceſimoquinto, quantum ad expeditionē. Euntes enim ad bellum corporale, nihil ſecū portāt, niſi arma, & victualia. Sic nos in bello ſpūali, nihil accipere debemus, niſi neceſſaria. Exemplo fortiſſimorum militum, qui relictis omnibus ſecuti ſunt eum, Mat. 19. 26

¶ Viceſimoſexto quantū ad fidelitatē, & alias virtutes, dicit. n. Io. 51. qui vocatur policraticon, ꝙ tria fecerunt romonos victorioſos, fides, ſcięntia, & exercitium. 27

Fidem

Fidē enim omnibus ſeruabāt, intantū, ꝙ cū quidā captus ab Anibal de Romanis,& poſtea dimiſſus ſub iuramēto redeundi,uel precium mittendi ꝓ redemptione ſua cū redēptionem habere non poſſet,nec redire uellet,Senatus Romanus miſit eum ad carcerē Anibalis. Sic in bello ſpirituali hæ uirtutes iuuant. De quibus,in Pſ.17. Pręcinxiſti me uir. ad bellum.

Exemplum.

28 ¶Viceſimoſeptimo,quo ad præmiū. Rex eīm iturus ad bellū corporale cū reliquit,accepto regno uolentibus ſecū ire præmia dat nolētes vero ire punit. Sicut refert Valerius,li.2.de quodā qui edixit,ꝙ ſi quis fugiēs caſtra petiſſet,pro hoſte interficeretur,qua ſeueritate, milites cōpreſſi hoſtes vicerunt. Sic in bello ſpirituali,ſi ſuſtinemus,& cō egnabimus.Si negauerimꝰ,& ille negabit nos.

Exemplum.

29 ¶Patent ergo ex iā dictis viginti ſeptē ſimilitudines,& cōueniētiæ inter bellū corporale,& ſpirituale. Inter quæ tñ eſt vna diſſimilitudo in hoc,uidelicet ꝙ in bello corporali,quaſi oēs ſe ſubtrahunt p̄ce,vel p̄cio obtinentes,ne uadant,niſi forte ſint aliqui diſcoli,qui libenter uadunt,quia non hñt aliud, unde uiuant, ꝓpter quos nō ꝓſperantur,quia dū boni,& fortes dimittantur,& debiles accipiuntur,oēs uincuntur.Ad ſpirituale vero bellū dāt munera,& preces & precia, vt promoueantur,& exponantur ad ordines,& magnos eccleſiæ ſtatus, in quibus cōſiſtere deberet ſi rectè tenerētur, maximū ſpirituale bellū periculoſius, quàm ſit corporale. In cuius rei ſignificationem maiorem ſollicitudinem habuit Moyſes ex Dei ordinatione ornare viros perfectiores ad bellum ſpirituale. Sicut patet, Numeri.4. vbi leuitę ad miniſterium templi eligabantur à 30. anno uſque ad quinquageſimum, uel ſecundum.70 à 25.Ad pugnandum vero à 21.annis vſque ad 50.ſicut ex parte, patet in principio hiſtoriæ Numerorū, quaſi in moribus, & ætate minus perfecti.Cuius contrarium faciunt moderni patroni,& prælati. Sicut patebit,infra. cap.de patronis, & prælatis. Sed forte aliquis hic opponet, ꝙ in iſto articulo non eſt diſſimilitudo,ſed potius ſimilitudo, quia ſicut nō habētes,vnde uiuāt vagi,& miſeri libenter vadunt ad bellū corporale,& ire ꝓcurant prece, & precio.Ita faciunt illius conditionis homines ad bella ſpiritualia,& in hoc ſimilitudo cōcedenda eſt Et ſicut illi,tanquā inualidi ad bellum regē, & exercitū decipiunt.Ita iſti Chriſtum, & eccleſiam. Nota.E.2.8.Et. M.8.41. Et tales ueniūt ad bellum eccleſiæ, ſicut equus ad ſtabulum ꝓpter præbendam, ut comedat, & & impinguetur.Et Act.10. poſuit quia ſi equum glorię ſuæ in bello.Nota viceſimamoctauam ſimilitudinem. A. 24.16.

30

¶ Ex iſto articulo ſecūdo infertur tertius . In fine enim iſtius dictum eſt, ꝙ bellū ſpirituale periculoſius eſt corporali. Huius autem obſidionis,ſeu belli generalitas, & periculum ex hoc patet ꝙ nullus locus immunitus, uel pars inermis,inimicos inuadentes,& obſidentes latet. In corporali enim obſidione frequenter accidit, ꝙ ſi exteriores obſidentes ſcirent,in qua diſpoſitione, uel penuria, uel briga inter ſe eſſent obſeſſi, ſcirentque omnes defectus, qui ibi continguntcito caſtrum,uel ciuitatem caperent.Sed in ſpirituali obſidione nullum tempus,uel locus,uel defectus,uel quodcunque minus cuſtoditum inimicos latet obſidentes. Ideo ſequitur hoc bellum eſſe periculoſum. Et nūc hunc, nunc illum gladius interficit. 2.Reg.11.

Arti.3.

31 ¶Ex alio etiam hoc ſequitur,quia videlicet maximus hoſtis in bello iſto, videlicet caro eſt intrinſecus in ciuitate, & in caſtro nobiſcum, nec à nobis eum expellere poſſumus. Sed continuè contra nos certat. Ideo dicit Auguſt. in quodam ſermone, quòd inter omnia certamina chriſtianorum duriora ſunt certamina caſtitatis. Nam ibi continua eſt pugna & rarior inuenitur victoria. Rara enim eſt concordia famę,atque pudicitiæ. Et quia uictoria eſt rara, & difficiliſſima. Ideo eſt pulcherrima. Vnde quidam imperator ſenex, ut fertur, cum ſeneſcalli ęius

Exemplum.

cum

cum extollerent, atque laudarent nobiles victorias, aiebat, maximã, inquit, dimittitis victoriam, ꝙ videlicet carnem meam, nunquam maculaui. Sicut enim eſt militum, & martyrum diaboli ſequi carnis deſideria. Ita eſt militum Dei corpus caſtigare, exemplo Pauli, dicãtis. Caſtigo corpus meum. j. Cor. 9. Et Iob. 10. Pęnę militant in me, ſicut patet. C. 3. 3.

Ar. 3. 32 ¶Ex quo iſtud ſpirituale bellum eſt, tam periculoſum neceſſarium vr̃ defenſiones, & remedia cõtra illud inuenire. Et ſic iſte articulus tertius infert quartũ. In quo oſtenditur, ꝙ tria ſunt neceſſaria ad hoc ꝙ in bello iſto fortiter reſiſtatur, ſcilicet, diligentia, ſeu ſollicitudo in armãdo, promptitudo in operando, perſeuerantia in continuando.

¶Primo diligentia in armando, cõtra diligentiam in inuadendo. De qua hr̃ ſupra eo. c. 7. Quia enim ex oĩ parte inimici nos inuadunt, debemus nos ex omni parte armare, in corde, fide, munditia, & charitate. Prima armatur eſt neceſſaria propter Deũ. Secunda propter teipſum. Tertia propter proximum. Iſta armatura etiam debet eſſe in ore, vt ſit ibi audacia in loquendo, malos reprehendendo, vt dicere poſſit, illud Sap. 8. Timebunt audientes reges horrẽdi, videbor in bello fortis. Et ſic de omnibus ſenſibus, & corporis, & animæ partibus, vt dicere
33 Deo poſſit. Illud, Pſal. 17. Præcinxiſti me virtute ad bel.

¶Secũdo debet eſſe ſollicitudo ad modum canum nobilium, qñ enim venator inſonat cornu ad venationem, canes curiales, & nobiles cum maxima promptitudine ſurgunt, & lætantes currunt, ad venationem ſe diſponentes, & ad laborẽ. Sed canis ruralis iacet ſup ſterquilinium, piger, & tepidus uix leuat caput, & os parum aperit, & iterum caput deponit, quia ad laborem nihil afficitur, ſed ad requiem. Sed poſtquam curiales cum magno labore prædam acceperint, & redierint, & cibus fuerit eis paratus. Tunc canis ille ruralis, & piger erit de primis, qui os ad cibum ponet. Sed venator cum uirga eum fugat. Iuſte quidem, quia qui non laborat nõ manducet. Spiritualiter uenator eſt Chriſtus, quo ad ſe B. 1.
culares, qui oẽs uocat ad uenationem, i. ad deſtruendum beſtias ſilueſtres, i. peccatores. Canes nobiles ſui uicia feruenter extirpat. De quibus, in Pſ. 67. Lingua canum tuorum, Chriſtũ prædã. De qua Eſa. 9. Lętantur coram te, quaſi capta prę da, hic nituntur capere per gratiam, & in futuro per gloriã ſed pigros, & miſeros, qui in morte, ſeu iudicio paſtum petẽt, dicẽtes, dñe dñe aperi nobis, cũ dura uirga excludet, qñ dicet, ite maledicti, &c. Matt. 25. Ꝙ a iuſtũ eſt, ꝙ ꝙ nolũt ſocij eſſe laboris, a ſocietate excludãtur ſolacij.

¶Quantum uero ad religioſos, uena- 34
tor eſt ſacriſta, uel clericus campanã pulſans canes nobiles, qui ſtatim ſurgũt ad matutinas, & alia huiuſmodi, de quibus habetur, Iudicum 7. ubi Gedeoni dictũ eſt, ꝙ ſecum acciperet ad bellum, qui aquã lamberent, ut canes, pigri uero parum caput eleuant, quærẽtes ſi ſit pulſatũ, uel dicẽtes ſe eſſe in ſudore, uel ficte indiſpoſitos, qui in craſtino erũt primi ad paſtum, i. ad bene comedẽdũ, ſed præ latus cum uirga eos tangere differet, dãs eis panem, & aquam, ſicut canibus pigro, quibus panes, & aqua eſt uita beata. Omnes ergo ſequentes conditiones canum nobilium ſint ad bella promptiſſimi, & doctiſſimi, Can. 3. Nota R. 5. 16.

¶Tertio requiritur in utroque perſe- 35
uerantia, exemplo Caleph Ioſue. 14. qui ait 75. annorum ſum ſic ualens, ut eo ualebam tempore, quando ad explorandũ terrã miſſus ſum, tam ad belladũ, quam ad gradiendum. Bellator. n. deficiẽs præ inopia diſplicet Deo, Eccleſiaſtici. 16.

¶Ad omnia ida nos mouere debent ti- Ar. 5.
mor pœnæ deficientium, & amor meritedis triumphantium. Si enim pugil exponit ſe periculo pro parua mercede, multomagis pro regno illo, quod pugnantibus promittitur. Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſer. &c. Iſtis ſic expeditis de bello carnali, & ſpirituali ſimul coniunctis. ¶Ad corporale ſic procedit, oſtendẽdo uidelicet, quæ Ar. 6.
cõditiones ad certũ bellũ requirunt, qđ

eſt

est sextũ principale. Ad hoc, ꝙ bellum sit licitum, tria requiruntur secundum
36 S. Thomã. 2.2.q.40.ar.1. ¶Primũ est authoritas principis, quia non licet personæ priuatæ bellum suscitare, quia non habet curam reipublicæ. ¶Secundum, ꝙ sit causa iusta. ¶Tertij, ꝙ sit intentio munda, supple pro bono habẽdo, & malo uitando. ¶Et primo sequitur, ꝙ sicut non licet personæ priuatæ bellare authoritate propria. Ita nec malefactorem occidere. Ideo dicit Ambro. 3. de officiis. ꝙ homo debet permittere se occidi potius, quàm malefactorẽ ad se uenientem occidat. Exponit exemplũ de Christo. Et fortè ratio est, quia plus tenetur diligere animam proximi sui ex præcepto, & ordine charitatis, quæ tunc amittitur, si occiditur, quã corpus propriũ. Aliqui tamen dicerent, ꝙ hoc esset perfectionis, & non necessitatis, quia aliter iura canonica non permitterent, ꝙ homo occideret quemcunque seipsum defendendo. ¶Ex prædictis etiam patet, ꝙ pro magna parte bella, quæ fiunt in Lõbardia sunt iniusta, quia ut frequenter non incipiuntur authoritate principis, sed potentioris in ciuitate, nec pro honesta causa, sed pro odio, & affectione partium Guibilinorum, & Guelforum, nec intentione munda, sed intentione cupiditatis, & libidine dominandi. Et, quia his bellis suis Christianitatem turbant, timeat quilibet illorum bellum æternum. De quo Iob. 20. Pluat super eum bellum, eductus, & egrediens de vagina sua.

Artic. 7. ¶Ostensis conditionibus iusti belli, nunc ostendere restat, quæ sunt necessariæ conditiones in rite belligerare volentibus, quarum multę sunt prætactę supra. e.c.ar. 2. scilicet in secundo principali per totum.

37 ¶Requiritur etiam, in eis bona deuotio ad Deum, & ad suos.

¶Requiritur iterum, in eis fidelitas sine proditione, vnde Ambro. de officijs. Incassum (inquit) contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si infra ipsa uobis moenia ciuis insidias habetur, sicut incassum quæritur sanitas exterius in membris, nisi prius habeatur interius in corpore. Iterum requiritur in eis clementia: vnde Valerius lib. 5. Si egregium est hostem deijcere, non minus laudabile est scire misereri, quia sicut infinitã gloriam bellica uirtus, ita præcipuum amorem clementia meretur. Origo istius clementiæ potest esse cogitatio, quomodo ipse iterum in maius inimicorum incidere possit, uel saltem in morte, in manus Dei uiuentis. Sic ergo sanctificatę bellum, Hiere. 6. Et per tales uirtutes ascendãt omnes uiri bellatores. Iohelis. 3. Nota de ista clementia. M. 9. 34.

¶Requiruntur etiam ĩ ets cæterę virtutes uicijs hijs oppositis. De quibus patet infra articulo nouo.

¶Habentes uerò istas, & alias uirtutes citius uincunt, pater sex auxilia. Arti. 8.

¶Primo, quia in se rationabiliter sũt audaciores, vtpotè mortem minus timẽtes, in qua solum corpus moritur, multum enim retrahitur peccator à uera audacia. & fortitudine, quæ est uirtus, propter peccatum, in quo sentit se esse, in quo non audet mori, ne simul cũ corpore, & anima perdatur. Et qui inuenit se in tali statu, nunquàm erit verè audax. Et si aliquando ex uana gloria ar-
38 dua aggrediatur. Vnde quidam barecator hoc de se ipso fatebatur, dicens ꝙ frequenter fuisset mortuus in talibus pugnis, nisi se sensisset extra peccatum. Tales enim sunt inepti ad bellum. Et iõ Deu. 20. Ordinauit Deus, ꝙ tales formidolosi cũ aliis ad bellũ nõ occiderẽt. Tales ẽt repulit à se Iudas Mach. 1 Mach. 3. Tales etiam peccatores dimisit Amasias rex Iudæ. 4. Re. 4. qui care conduxit stipẽdiarios cẽtũmilia, i. centũmilia armatorum. Et tamẽ de consilio ꝓphetę, qui ei suasit, ꝙ eos dimitteret, quia idola ferebant eos dimisit, & dominus dedit ei victoriã. ¶Sed diceret aliqs, si ĩ exercitu moderni tpis oẽs in mortalibus peccatis exeũtes dimitterẽtur, pauci remanerent, placet. Melius ẽnim esset, cum paucis bonis vincere multos ma-

Stadtbibliothek

los,cum illis,de quibus dicitur Deutro. 32 Perſeque batur vnus mille, &c.quã cũ multis malis vinci à paucis bonis, ſicut.180.milia ab vno angelo.4.Re.19. Et mille à Sanſone Iudicum.16. Ideo Deus ordinauit,Deutro.20. ꝙ ſacerdos exercitum ammoneret,ne timerent hoſtes,ſed ſperarent tantum in domino, non in armis,& robore ſuo, quia nõ in multitudine exercitus mali victoria belli eſt.2.Mac.3.Sicut patet.C.17.18.

¶Secundo,quia nõ ſunt uicti à diabolo,uel peccato.Sicut enim iuſtum uidetur,ꝙ ſerui diabolo, & peccati,ſint victi, & ſerui inimicorũ,ſicut Chanaan, Geñ. 9.Quia prius incurrit ſeruitutem peccati,poſtea ei imponebatur ſeruitus fratrum, ſic à contrario ſenſu uincentes hæc iuſtum eſt ut ſint victores hoſtium exemplum ad hoc habetur, quaſi ſic de duobus militibus, quorũ vnus erat corpore fortiſſimus.Alter debilis, qui vbicunque ibant ſimul ad opera armorũ, pro republica ſemper debilis reportabat victoriam,& gloriam. Et alius confuſionem,de quo facto cum homines in vna ſocietate mirarentur,vnus ſapiẽter reſpondit.Non eſt (inquit) mirabile ſi conditiones vtriuſque diligenter conſiderentur,quia fortis eſt lecator, & peccator.Alter verò eſt mundus.Et Iob. 17. dicitur,ꝙ mundis manibus addet fortitudinem.Et in Pſal.17. ſecundum puritatem manuum mearũ retribuet. mihi ¶Hoc autem apparet in toto proceſſu ſacræ ſcripturæ. Et ſpecialiter in libro Iudicũ,ꝙ qñ filij Iſrael non vincebant à peccato,nõ uincebant ab hoſtibus.Quãdo uerò à peccato victi fuerũt, poſiti ſunt ĩ ſeruitutẽ,& hoſtes eo vicerũt.Et vt cætera teſtimonia ptermittantur.Ecce quid dicit Iudicum,4.Addiderunt filij Iſrael facere malum coram domino,qui tradidit eos in manus Iabin. Sic ergo docuit Balach, Numeri.24.& 25.partim ex textu,& hiſtoria per mulieres vincere milites inuincibiles, vt libidine victi, ab hoſtibus uincerentur. Quia ipſi legẽ Dei tenentes, inuincibiles erant, & omnium hoſtiũ mirabiles victores.Interim,ꝙ Machabeus cũ ſex militibus peremit,centũuiginti milia. 2.Macha.8.propter auxilium eis datũ de cœlo muri Hiricho corruerunt, Ioſue.6.& Saſon, dum Deus erat cum eo, ſolus in maxilla Aſini occidit mille uiros, Iudicum 15. Et Sangar, uomere vno occidit ſexcentos uiros, Iudicum. 3.Nota.C.17.6.Et.F.3.19. Et hoc qđ dixit Achior Holoferni,Iudith.5.ꝙ uide licet,qñ irritabant Deum ſuum, flagellabat eos;quia Deus erat odiens iniquitatem,quãdo uerò placatus erat, nemo poterat eis reſiſtere.Et hoc cõſuluit Holoferni,ꝙ conſideraret,ſi Deus illorum eſſet offenſus, uel non antequã eos inuaderet,hoc deberent bellatores moderni conſiderare, antequã bellum initret, vtrum facta illorum,& anima,& vita ſit Deo placabilis,uel nõ: & ſi Deus ſit cũ eis,vel nõ. Et ſi inuenerint, ꝙ nõ eſt cũ eis,faciant confeſſione,& ſatisfactione, & reſtitutione,ꝙ ſit. Aliter non proſperabũtur,ſed cogitat quilibet per ſe,fortè propter meũ peccatum tot boni mihi non patientur confuſionem,nec vincentur immò propter peccatum vnius, videlicet Achan exercitus Dei fuit fugatus, pluribus occiſis,Ioſue.7. ¶Tertio quia Deus eos miſerabiliter iuuat, qđ patet,per hoc,qđ cronica narrat de quodam rege Franciæ deuoto in officio diuino, hic cum obſideret vnum caſtrũ, & deuotè miſſam audiret ter, dicendo. Agnus Dei deuote genu flecteret, muri caſtri corruerũt, nec debet eſſe mirabile, quia innouatio eſt antiqui miraculi facti circa,Hiericho,Ioſue.6.¶Quarto non ſolum Deus, ſed & angeli eos iuuant.Sicut patet.2.Mat.10.de Iuda Machabeo pugnante cõtra Thimotheum. Apparuerunt aduerſariis de cœlo uiri quinq; in equis frenis aureis de coru, Iudæis ducatum præſtantes. Ex quibus duo Machabeum medium habẽtes circũſeptum,in columen conſeruabant armis ſuis.In aduerſarios uerò tela,& fulmina iacebant,& c.11 Cum egrederetur cõtra Lyſiã de Hieruſalẽ, apparuit ꝓcedens eos eques in ueſte candida, armis aureis,

Exemplum.

Exemplum.

aureis, hastam uibrãs. Simile etiã habe tur in historia Anthiocena in obsidione Hierusalem ab exercitu Christianorum, cum essent lapsi de insultu, quẽ fecerant, & quasi desperati recederet, subito apparuit quidã eques in nobili apparatu, habens quasi arma. S. Georgij, & oẽs ad insultũ redire fecit. Et eodẽ die capta fuit ciuitas contra Saracenos.

¶Quinto non solum à Deo, & angelis adiuti, sed etiã à mortuis, quos eleemosynis, & orationibus iuuant uincũt 42
Sicut patet libro de apibus, de duce quodam, qui parũ curauit de seculo, sed totaliter se dedit Deo, & orationibus, & eleemosynis, & maximè pro mortuis, de quo uasalli sui indignati dicere solebant, deridẽdo, ꝙ dominus illorũ esset sacerdos. Cuidã ergo feroci uenienti ad pugnandũ cõtra eum, adhęserunt, & p̃dicto duce de hoc consolato, dominus apparuit confortans eũ, & ammonens, ꝙ non timeret. Ipso ergo de Dei adiutorio confidente. Et de castro contra hostes exeunte apparuit maximus exercitus, qui duci ammiranti, & cogitanti, q̃ essent dixerunt se esse illos, quos præcibus, & eleemosynis iuuerat, quod uidẽtes aduersarij fugerunt, patari pacẽ facere. In oĩbus his patet, illud. 2. Matth. ult. Non solum annorum potentiã, sed ꝓut sibi placet dat Deus dignus victoriã. Nota. M. 9. 18. ¶Sexto nõ solum præ dictis, sed etiam uiuis quorum oĩones meruerunt adiuti, uincunt. Sicut. n. nõ est mirabile, ꝙ tales uincãtur, de qbus. A. 17. 22. Et ibi. ꝛ. e. c. 24. primi, quia stipendiarios nõ cõduxerunt, secundi, quia maledictiones, & imprecatores contra eos merentur. Ita non est mirabile, ꝙ illi uincant, q̃ eleemosynis, & bonis operibus eis stipendiarios, & p̃catores multos faciunt, quia dũ ipsi ꝓ eis orant, illi in bellis suis uincunt, qđ pulchrè ostensum est in historijs Gallicorum. Et etiã in sacra scriptura. ¶Primũ patet de Clodoneo rege Franciæ, primo inter reges Franciæ baptisato, & filio eius hæremita, qui cum pater suus rex cũ teutonicis cõstigere debuit oĩone, oẽs in fugã, cõuertit. Sicut. n. p̃dictis aduersariis Machabeorum uidebant quinque equites. Ita illis uidebatur, ꝙ unus hęremita eos oẽs fugauit. Huic etiam cõcordat, illud, 1. Re. 7. ubi habet, ꝙ orante Samuele Israel uicit Philistijm. Et illud, Exod. 17. ubi habetur, ꝙ cũ Iosue, & exercitus cõtra Amalech pugnabat dũ Moyses pro eis orabat, uincebat Iosue, sed illo deprimente manus, uincebãt aduersarij. Ita dũ boni uiri ecclesiastici, qui bellis qui se immiscere nõ debent orãt bellatores uincũt dis. 36. Si quis uult. 16. q. 3. porro. ¶Sed nota, ꝙ Moysi manus sustẽtabatur, ita in ꝓposito, si uolũt, ꝙ ecclesia, uel aliquis pro eis oret, ut uincãt, & prosperentur, debẽt eam sustẽtare, & nõ destruere, uel opprimere. ¶Sed heu multi illorũ plus deseruiũt, ꝙ manus Moysi deprimãtur, quã qđ per eos exaltent. Plus eas deprimunt, q̃ unde uiuere deberent, consumunt, quã eas cõsilio sustentẽt. Antiquitus. n. quando potentes principes declinabant ad hospitandum iuter religiosos, solebat domus ꝓ aduẽtum illorũ promoueri, & adiuuari, quia dabãt eis terras, uel redditus, uel aliq̃d, ut pro eis orarent, eorũq̃; memoriã haberent. Sed mõ peius erit diu domui, & grangiis illorum, quãdo ꝓ illos trãseũt 44
Exemplum.
Exemplum.
Et quid ꝓp immobiliũ inuasionẽ, & qđ ꝓp petitiones cariagi. Vnde nuper qđã abbas requisitus de cariagio, ꝓ uectura uersus bellum misit cẽtũ marcas anglicanas, quas refutauerunt nimis parũ reputantes, & in confusibili reditu illorũ abbas redimẽdo uexationẽ fugit, lætus regis consilio dare ducentes marcas. Et quod ꝓp illa, qui in grãgiis, & domibus eorum sine licentia accipiunt, pro quo sunt excommunicati ꝓ sniam prouincialem. Et in omnibus istis faciunt pauperes, & ecclesiasticos habere eorũ memoriam non ad orandum, sed ad maledicendum. Quid ergo mirum est, sed victoriam, uel honorem de bellis suis non reportant, qui cum tot maledictionibus, & excommunicationibus ad bella uadunt. De hoc nota supra. eod. c. 24. Propter hæc enim, & similia, nec sunt

in bello fortes, ſicut patet in canone. dif. 56. ſi gens. Et ponitur. A. 17. 6. Nota. F. 8. 1.

45 ¶Et nō ſolū ſex prædictis modis habē tes iuſtum bellū iuuat, ſed etiam illorū iuſtitiā ex poſt facto miraculo, quādoq; oſtendit. Sicut dr̄ accidiſſe in quodam bello facto in campo, ubi blada erāt alta, & in craſtino in illa parte campi, ubi comparuerunt, & ad bellum appropin quauerunt pars, q̄ habuit iuſtam cām, blada ſunt inuenta in nullo læſa, ſed ex alia parte fuerunt totaliter deſtructa, in omnibus laudet ille, qui eſt uir pugna tor omnipotens nomen eius. Exod. 15.

Exemplum.

Arti. 9. Ipſius. n. eſt bellum. 1. Ra. 17. ¶Nonus ar ticulus ſequitur. Ex iſto ultimo arguitur à cōtrario ſenſu. Si. n. habentes illas conditiones, & uirtutes uincūt non habentes uincuntur. Hoc experimēto patuit in Aconqua cum capta erat à Saracenis dicuntur fuiſſe multa milia mere tricum. Hoc experimento patuit ī Pōpeio magno Romanorum principe, de

Exemplum.

46 quo recitat hiſtoria Scholaſtica, q̄ continet hyſtoriam Machabeorum cū hiſtoria euangeliſtarum, & accipitur à Ioſepho, q̄ Romani equos in porticibus templi ciuitate Hieruſalem à Pompeio capto ſtabilierunt, quamobrem traditur, nunquām pugnaſſe Pōpeium decætero, quin uinceretur. Hic hactenus fuerat fortunatiſſimus. Quod ergo mirum eſt ſi illi gratiam in armis, & aliis negociis amittant, qui tēplum, domini, & templi miniſtros malè tractant, ut dictum eſt, in articulo præcedēti ſupra. c. c. 24. qui etiam de templo illo ſpirituali, ſcilicet de anima, de quo. 1. Cor. 3. Tē plum domini ſanctum eſt qđ eſtis uos faciūt receptaculū ſuperborū dęmonio rū, ut ſuperbi cāpum belli, ut iracūdi carcere damatorū, ſeu flabellum, & fornacē inferni, ſicut inuidi ſpelūcam latronum, ut cupidi aram porcorum, vt accidioſi lupanar meretricum, ut luxurioſi coquinam leccatorum, & muſcarū infernalium, ut guloſi. Pſal. 78. Polluerūt tēplum ſanctum tuum, &c. Et q̄cunq; tēplum dñi uiolauerit diſperdet illū Deus. 1. Cor. 3. ¶Tertio idem patet multis experimentis in ſcriptura, ex q̄bus argui pōt, q̄ ſi cadē uitia mō inueniantur in principibus, & exercitibus, & populis pp q̄ tunc corruerunt, q̄ pp eadē mō corruunt. ¶Exercitus contra Hay pp vnum, ſ. Achor corruit, quia ha 47 buit occultē rem ſibi non debitam. Ioſue 7. Achab corruit, quia occidit Naboth, & iniuſtē eius acquiſiuit uineā. 3. Regū. 11. Sed pauci ſunt mō, qui nō ha beant plus, & frequentius de alieno p fruxtū, uel uſurā, uel hmōi plus, quam ille miſer Achan. Qui non etiā pluries comitant homicidia, malè acquirāt, quā Achab, nō ergo mirum eſt, ſi illi hoies, & equi in bello cadant. quorū uētres alienis bonis pleni ſunt Propter luxuriā fuit ferè deſtructa tota trib' Beniamin in bello, & ex aliis corruerunt quadraginta milia. Iudicum. 19. & 20. Propter hmōi etiā peccatum Samſon. corruit. Iudicū. 16. Et Salomoni aduerſarij ſuſcitātur in bellum. A filiis etiā ſuis magna pars regni ſui perditur: ſicut patet. 3. Re. 11. Ebi propheta ei ſic loquitur. Qui ſciditi pactum meum, ſcindam regnum tuū, & dabo illud ſeruo tuo.

¶Radix autem omnium malorū iſto 48 rum in eo fuit luxuria. Sicut patet in principio illius capituli. 11.

¶Quod ſit incipit. Rex autem Salomon amauit mulieres. Quid ergo mirabile eſt, ſi modo aduerſarij, & bella ſuſcitētur, ſi ſine hæredibus, uel cū malis hæredibus, qui hr̄ditatem amittant moriantur, cū, & nobiles, & ignobiles ſint luxurioſiſſimi. Nam modo eſt pauper Samſon in mola illo peccato exeçatus, & nobilis Salomon in thronoillo peccato infatuatus.

¶Gula, & ebrietas exercitum. Nabuchodonoſor fugauit, & Holofernis caput amputauit. Iudith. 13.

¶Propter blaſphemā, & ſuperbum, Benadab capitur, & exercitus fugatur. 3. Reg. 20. Et propter eandem. Sennacherib fugatur, à propriis filiis occiditur exercitu eius angelo ocioſo. 4. Regu. 19. Abſalō cum exercitu ſuo interemit

uenit ingratitudo,& dominādi libido. 2.Reg.18. Saul infidelis conſuluit phithoniſſam, & in craſtino interijt cum
49 exercitu ſuo. 1.Reg.31. Amaſiam cum exercitu ſuo deſtruxit preſumptio,& ſuperbia. 4.Reg.14.Pharaonem cum exercitu ſuo ſubmerſit crudelitas. Exod.14. Principes ſuſpendit negligentia in cuſtodiēdo ſubditos.nu.25.Populū,q erat cū Machabeo deſtruit peccatum.2.Machab.12.¶Cum ergo iſta prędicta peccata inter nobiles, & ignobiles ſint cōia dubium nō eſt quin preteritorum malorum effectuum exhibitio,ſit preſentiū, & futurorum certitudo,quin etiā cām caſus illorum,ſit etiā cauſa caſus iſtorū.

¶Ad quid illos de longinquo quæri mus,nam nobiſcum habemus Achor, & Achab: Samſonem & Salomonem: Nabuchodonoſor ſuperbum.Dan.5.Et Molofernem guloſum: Ioab homicidā, & Benabab blaſphemū, niſi ꝙ legitur ille ſemel blaſphemaſſe.Sed modo nomen domini iugiter blaſphematur. Viuit adhuc Annō inceſtuoſus.2. Reg.13. Et Abſalon parentibus ingratus.Viuit, & Saul infidelis,& Pharao crudelis.Vinit, & princeps negligens, & populus peccans.Eſt modo Samſon in vultu cū barba.quaſi leonē interficeret,& Simeō timoratus in facto. Thomas in uerbo, qui'dixit moriamur cum illo, qñ ſunt in pace cum dominis ſuis.Sed Iudas in opere,ſicut patet in bellis,& alijs in neceſſitatibus.2. Reg.3 ſunt Ioab in loquendo,& Achab in perquirendo,Not, M.7.10.Hæc & his ſimilia, ſicut deſtruxerunt exercitus Iudęorum.Ita ſemper deſtruxerunt exercitus Chriſtianorum. Quid deſtruxit exercitum Chriſtianorum tempore regis Richar.in terra ſan
50 cta niſi ſuperbia,& inuidia,quia ubique rex uoluit ſibi aſcribere uictoriam.

¶Quid etiam deſtruxit exercitū Chriſtianorum in terra ſancta, quando capta fuit Hieruſalem à Godefrido de Boylando duce Brabancie, & aliis proceribus,& nobilibus, faciæ, niſi briga orta ex cupiditate,& libidine dominādi inter clerum de exercitu & militia, ſicut expreſsè in hiſtoria continetur antiocena.Et hoc uidelicet, ꝙ patriarcha factus uoluit habere dominium ciuitatis Hieruſalem hanc pro ſe aſſignans cauſam, quia pauper patriarcha dū ciuitas erat in manu Saracenorū, habuit dominium,qđ habere poterat ſup paucos Chriſtianos, q erāt ibi in ſeruitute.

¶Quid deſtruxit exercitum Chriſtianorum in terra illa tempore regis Euidonis, niſi proditio, ſecundum ꝙ Gallicorum narrat hiſtoria,quia uidelicet aliqui magni de terra noluerunt Guidonem ſuper eos regnare, miſerunt legationem ad Soldanum, dicentes. Nolumus hūc regnare ſuper nos,occulte tamen ſimulantes ſe uelle eſſe ex parte Guidonis,ſed in bello uerterunt ſe contra eum,Et hac de cauſa nobiles eius in terra corruerunt.Ezech.26.Hęc & huiuſmodi vitia ſemper deſtruxerunt, & adhuc deſtruunt hoīes, tā in bello ſpirituali,quā corporali Immō mirandum eſt,ꝙ huiuſmodi uitijs uicti,quęrūt hominum eſſe uictores, hoc vī deriſoriū, & irrationabile,vnde Augu.15.de ciui. Dei.c.4.Mali bellando quęrunt eſſe victores hoīm,cum ſint ipſi captiui vitio rū.Nota.C.17.32.¶Sed fortè reſpondebit aliquis,ꝙ nec illi in articulo octauo vixerunt auxilijs illis ibi noīatis, ſed vi 51
armorū,nec iſti in vltimo articulo currerūt,niſi pp defectū militū, & armorū.Sed hoc negat Aug.de ciui. Dei.lib. 5.c.13.Vbi ītroducit Cathonē ſic loquētem. Nolite (inquit) cogitare,ꝙ patres noſtri rēpublicā de parua fecerunt magnā armis,qa tunc nos eā pulcherrimā mō haberemus,cū plura arma,& equorū,& bellorū nobis maior copia ſit.Sed domi induſtria,foris iuſtū bellū,aīus in conſulendo liber, nulloq; delicto, uel voluptati noxius. Pro quibus nos habemus luxuriuam, & auaritiam publicē egeſtatem,priuatim opulentiamus,laudamus diuitias,ſequimur inertiam,inter bonos,& malos diſcrimen nullū eſt, oīa veritatis prēmia ambitio poſſidet.

¶Iniuſtorū verò bellorū cā,& origo, vna tāhiſt.a.27.26.De addēdis verò vna

52 est pranitas bellantium. Ex hoc enim, ꝙ non sunt uniti inter se in pace, bellum faciunt, sicutiones diuisi fumigant. Et sicut corde diuiso morit corporaliter, corporaliter, ita corde diuiso spiritualiter per discordiam moritur spiritualiter, quod patet. 3. Reg. 11. de Salomone, cuius cor diuisum erat peccato, & ideo suscitauit ei Deus aduersarios in bello

¶Secunda causa est cupiditas consiliariorum, & sapientum mundi, qui ex brigis, & bellis lucrantur, dona recipiētes ex omni parte, vt sint cum lepore, & leporario.

¶Tertia causa est bella mouēs & nutriens discordias inter magnos, falsitas adolatorum, & nunciorum, atque minorum, qui falsa inter magnos referūt, dicentes, talia dixit, uel fecit contra te,

¶Quarta causa est ira radicata, diu enim, & pro modico aliquando in corde suo iras portant, & tempus expectāt vindictæ.

¶Quinta causa est capitata uoluntas, qua omnino volunt propositum suum, & uoluntatem habere.

¶Sexta causa est instigatio illorum, qui de bellis gaudent, ut lucrentur, & vicinos suos spolient. Sed bellum non facit tales latrones, sed ostēdit, sicut ostēdit furem res in uia sua posita. Pro istis rogat tota ecclesia, in Psal. 67. dicens. Dissipa gentes, qui bella uolunt. Per hæc, & huiusmodi demerita Deus bella permittit, sicut patet in canone. 23. q. 5. remittuntur per totum. Et di. 56. Si gens Anglorum.

53 ¶Ex quo ergo causa bellorū est peccatum, non possunt melius impediri, vel incepta quassari, vel uictoria, & pax obtineri per processiones, vel lætanias, uel quæcunq; alia opera, quàm per cessationem à peccato, cessante causa, cesset effectus. Sicut patet, Iudicum. 20. Vbi duobus diebus, occisis malis, qui in peccato ad bellum accesserunt secundū sententiam Augustini, vt dicitur tertio die uictoriam obtinuerunt.

Arti. 11. ¶Victores verò, siue in bello iusto, siue iniusto non inaniter gloriantur, sed

cauēant, & timeant propter quatuor cās.

¶Primo, quia secundum Augu. de ci. Dei. lib. 5. c. 13. in fine capituli. Aliquādo mali dominantur, & alios in bello vincunt, propter peccatum populi, qui vincitur, & non propter valorē, uel meritum uincentis, sicut dedit dominium, & imperium Romanis ad puniendum Iudæos, & alias gentes Deo rebelles, nō propter meritum proprium. Quia sicut dicit ibidem. c. 17. Nec ipsi Romani 54
tenuerunt leges, quas alijs dederunt: nec uirtuosè uixerunt, nec propter verā pietatem, quæ sola ad uitam dicit, sicut dicit. c. 16. sed propter vanam gloriam, & humanam. Ideo hic receperunt mercedem, scilicet imperium, pro quo tanta passi sunt. Et c. 20. Adducit in testimonium dicti sui, illud Iob. 34. qui regnare facit hipocritam propter peccata populi. Et illud Prouerb. 8. Per me reges regnant, & tyranni terrā tenent. Est etiā expressè ad propositum dictum Obeth prophetæ. 2. Paral. 28. ubi reprehendit Phaceæ regem Israel, postquàm uicerat Acham regem Iuda, eo ꝙ contribules suos duceret captiuos, asserens, ꝙ non propriis uiribus uicerat, sed propter irā Dei contra Achā, quos nisi remitteret, paratus erat eis iteritus. Nota. D. 12. 32.

¶Ex quibus dictis, & factis elicuntur duæ conclusiones. Vna ex parte captiuorum, ꝙ uidelicet aliquando totus exercitus confunditur propter peccatū principis, siquidem vbi caput infirmum, &c. Alia ex parte vincentium, ꝙ uidelicet non est gloriandum de dominio, & victoria tali, quia aliquando est signū reprobationis, & mercedis tēporalis, quibus non dabitur merces æterna, sed dicetur. Recepistis mercedem uestram.

¶Secunda, quia dominium bello acquisitum est minus stabile, licet enim 55
finis belli sit pax, tamen securius esset partibus concordatis pacē obtinere sine bello, & dominium, quia illi, qui bello obtinentur, & subijciūtur, potius timore, quàm amore seruiunt, semper tēpus expectantes, qñ se, & suos in bello occisos aliqua occasione inuenta vindicent.

Et

Et ideo talis est differentia inter talē ſubiectionē,& dñium,& ſubiectionē amicabilē,qualis est inter arborem benedicatā,q̄ non cadit omni uēto, & arborē non habentē profundas radices,quę faciliter flectitur,& deijcitur. Dñium.n & ſubiectio amoris in corde radicatur, & ore,& opere,quaſi in ramis oſtendit. Sed ſubiectio timoris ſolū est in ore, & verbis,& ſignis,& radicē in corde non habet,& ideo faciliter flectitur,nec sūt eum domino ſuo tales in bello ſtabiles, qa nō ex corde cū eo pugnant. Et talis dominus raro victoriā obtinet, qđ pulchrē,oſtenditur per hoc, quod narrat. Valerius de rege Medorū, qui ſemper prævaluit contra regē Perſarum, ſed filius eius ei ſuccedēs ſemper ſuccubuit, de qua fortuna eū admirando cuidam ſapienti loquereturRndit ſapiens, tria faciunt te uinci. Vetus inimicus, amor proprię utilitatis, & conſilium inuenū.

Exemplum.

56 Sicut patet de Roboā.3.Re.12.quorum trium cōtra habuit pater tuus.Nota.P. 4.20.Ecce dicit veterē inimicitiā,ſ.ſuorū, qui eū in bello ex corde nō iuuerūt eſſe cām,quare in bello vincebatur. 16 benè dicit philoſophus in polliticis, q̄ ciuitas melius regitur amore ciuiū,quā ſapientia, in qua pōt eſſe timor, & diſcordia. Ideo dicit Seneca.li.de clementia, q̄ inexpugnabile munimentū est amor ciuiū. Quid pulchrius, quā uiuere optantibus omnibus, quis huic audiat ſtruere aliquod periculū, ſub quo iuſtitia ſecuritas dignitas florent, ſub quo opulenta ciuitas copia bonorum oīm abundat. Et quod dicit dē ciuitate,veraciter dici pōt de omni cōitate terrarū, & regnorum,quia melius reguntur amore,& dñio amicabili, quā tyrānico, uel potētia,uel timore. Meliusq̄ pōt in ſe ſubiectis confidere, quā in diuitijs, uel caſtrorū multitudine, & fortitudine cū ſubiectis timore. Et ſpecialiter, ſi erga ſubiectos ſit largus, quia prouerbiū est multos habebit amicos, q̄ multa pōt dare. Si uerò ſit durus, & ſubditis odioſus caſtra, & diuitiæ in neceſſitate eū parum iuuant, qđ iſtis tēporibus rei probauit euētus. Si uero ſit à ſuis delectus parū caſtris indiget. Ideo à uobis plus amari appetat,quàm timeri. Auguſtinus in regula. ¶ Tertia cā ſpecialiter tangit iniuſtè bella mouentes,qui tenē- 57
tur ad reſtitutionem oīm damnorum, quę in bello illo ſequuntur. ¶Quarta cā tangit oēs,quæ est fortunæ uariabilitas habētes.n.ſemel victo riam,ſi poſtea de hac inaniter gloriātes cōmittunt pec cata,quę illi commiſerunt quos ipſi uicerunt,rota mutabitur, & ipſi eadē facilitate inimicis inopinatè ſurgentibus vincentur. Exempla ad hoc habētur in multis ſanctæ ſcripturæ locis. Ieſu cūm p̄ualuit contra Ioram regē, & domum Achab.4.Re.9. Quia uerò poſt cōmiſit eadē pctā,q̄ cōmiſit domus Achab, pp, qnæ à Deo miſſus,ſ.Ieſu eū deſtruxit,i. Iorā filiū Achab,cum domo ſua, & regnū à filijs trāſtulit. Regnū etiā à filijs ſuis tranſlatū est ad ſellū, qui quartum filiū,& regē à Ieſu occidit,ſ.Azariam.4. Re.15.Et cā patet.4.Re.10.vbi dr, poſt victorias ſuas porro Ieſu non cuſtodiuit,vt ambularet in lege domini. Ita ēt poſtquàm Achab, habuit pulchras victorias cōtra Benadab regē Syriæ.3.Re. 19.qa Naboth occidit, hoſtibus ſuccubuit, & occiditur.3.Re.22.Nō est aliud ergo talibus victoribus melius cogitādū,niſi q̄ ſicut alij pp peccatā ſunt traditi ī manus illorū ut per alios ipſi puniātur,ut de eis uerificetur, illud.2.Re. 11.Varius est euentus plij nūc hunc,ſ. prius peccantē,nunc aliū,ſprius uincē tem,& poſt peccantem gladius conſumit. Nota quibus bellatores moderni aſſimilantur.P.8.6.

¶Benefacere. Cap. III.

SVMMARIVM.

1. *Deo primo nos benefacere debere,& qđo:*
2. *Sibiipſi benefacere debere ſecundo loco.*
3. *Proximo tam amico quàm inimico tertio loco benefacere debere.*
4. *Quam benedictionem accipiant omnibus modis benefacientes.*

B.3. Benefacere. Prio debemus tribus, vt benedictionē triplicē recipiamus. ¶Benefacere enim debemus Deo, nobisipsis, & proximo, Deo tripliciter. Primo intētionem ad ipsum dirigendo, sicut scriptor oculū ad exēplar Hebrę. 12. & Hiere. 7. bonos facitē gressus uestros, & studia uestra, nō sicut illi, qui oīa opera sua faciunt, vt uideātur ab hominibus Mat. 6 Tales in fine habebunt lāpades, i. aīas. vacuas, ubi alij cū lāpadibus plenis intrabūt, exēplo, Ezechiæ. Esa. 38. Obsecro domine memēto quæso, quō corā te ambulauerim in veritate, in corde pfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. ¶Secundo mandata eius seruādo, Io. 2 Quodcunq; dixerit uobis facitē. Sed heu Iudæi audientes mandata fecerunt oīa contraria. ¶Tertio orationem ad ipsum mittendo, sicut pauper ad hostiū diuitis, hoc facitē in mei cōmemorationem Sed heu impletū est, illud Mat. 21. Domus mea, domus orationis uocabitur, vos autē fecistis, &c quia plus, ut bona tēporalia asportant, quam vt Deo spiritualiter seruiāt ecclesias intrant, contra illud. 1. Cor, 10. oīa in gloriam Dei facite. ¶Secūdo sibijpsi bene faciat tripliciter animam suam ab infi-
2 delitate & odio, & immundicia seruando. Prouer. 11 benefac aīæ meæ, &c. Secundo de peccatis confitēdo, sicut infirmus benefacit medico infirmitatē ostēdēdo, Mich. 6. Indicabo tibi, o homo qd sit bonum, & quid Deus requirat à te ūtiq; facere iudiciū, s. de teipso, peccata confitēdo, & satisfaciēdo, & miseri cordiā cū proximo, beatus ergo qui poterit veraciter dicere, illud psal. 118. Feci iudicium in confessione, & iustitiā in satisfactione. Sed multi poterūt dicere primū. Pauci uerò sm. Tertio bñ operā do, quo ad corpus & aīam iustitiā opere implēdo, Esa. 56. Facite iustitiā Sed heu Hiere. 4. Sapientes sunt, ut faciant mala, pro nundi, Lvanitate, & cupiditate multa sustinēdo, sicut patet. Lac. 7. bene autē facere nescierūt. ¶Tertio proximo, tā inimico, Mat. 5. benefacitē his q nos oderūt, quā amico ī sua necessitate pp tria. ¶Primo pp naturæ exemplum, Leo Exemplum. em, ut dicit Plinius, parcit prostratis & sana manus iuuat infirmam, Matt. 26, Pauperes semper habetis vobis. &c. Ecclesiastici. 12 fac humili. Secundo propter superioris præceptum, Ecclesiastici. 14. Benefac amico tuo. Tertio propter Christi exēplum, Actuum. 10. Pertransiit benefaciēdo. Ergo nolitē deficere benefaciētes ¶Vt sic benefacientes tri-
Artic. 2. plicem à Deo recipiatis benedictionē, quā tribus dat generibus hoīm. Bñdicit em primo habentibus intentionē rectā ad Deū ordinatā, sicut dñs būdixit seruo suo. qui nititur voluntatē suā scire, & implere, dicens, benedicatur seruus iste, Psal. 111. Generatio rectorū bñdicetur. Et sic etiā benedicit princeps iustus iusto iudici suo. Prouerb. 10. Bñdictio dñi super caput iusti, qa reddit vnicuiq; qā suum est. ¶Secundo habentibus bonitatē, & humilitatē in seipsis. Sicut episcopus benedixit inclinati. Et colonus arbori præfructibus pendenti, Mat. 19. Amplexans paruulos, & imponēs manus super illos, benedixit illos.

¶Tertio promptis in bonis operibus misericordiæ ad proximū, sicut pauper benedicit benefactorē, & agricola terrā fructiferam, Prouerb. 22. Qui pronus est ad misericordiā, benedicetur. 2. Cor 9. Qui seminat in bñdictionibus & de bñdictionibus metet. Ecce sic bñdicetur homo, qui timet dñm In psal. 113.

¶Bonitas. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Quot bona fluant pro nobis dum sumus in mundo à summo bono.*

2 *Primum secundum & tertiū bonum voluntarium à nobis requisitum quod sit.*

3 *Quartum bonum voluntarium à nobis requisitum quod sit.*

4 *Bona exclamatura fs. daretur seruo in illos, qui abutuntur.*

5 *Qui bonis à Deo largitis bene vtuntur maiora bona consequuntur.*

6 *Prima*

6 *Priora tria bona præbent occasionem privationi 4 quarti boni.*

7 *Exemplum Anaxagoræ contemnentis iacturam bonorum.*

8 *Bona naturæ, & fortunæ nõ esse appetenda quinq; de causis & prima causa est.*

9 *Secunda causa bona naturæ, & fortunæ non esse appetenda.*

10 *Tertia causa bona naturæ, & fortunæ non esse appetenda.*

11 *Exemplum bona naturæ, & fortunæ non esse appetenda.*

12 *Cur Deus bonis mala tribulas, & malis bona.*

13 *Quarta causa bona naturæ, & fortunæ non esse appetenda.*

14 *Exemplum de quodam diuite à Deo petente pauperem fieri.*

15 *Desideantibus res non aduersatur sed adio modo punit, ne eos perdat.*

16 *Exemplum eorũ qui a Deo petita non consequuntur.*

17 *Exeplum miraculosum de quodã afflicto.*

B.4. **BOnitas increata.** Primo nobis tres bonitates mutuat in uia, & quartã dat in patria. Secundo à nobis quatuor bonitates requiruntur. Tertio ostendetur, quòd illa quatuor requisita reddentes, & tria mutuata bene expendentes, obtinebunt quartum bonum, contrarium vero facientes, illo priuabuntur. Quarto ostẽdetur, quòd melius est tribus primis bonis carere, quàm quarto priuari. Quinto ostẽdetur, quòd duo prima bona non sunt multum desideranda, propter multas causas. Sexto ostenditur ꝙ Deꝰ curialiter facit, cum multis eos ab his duobus præseruans.

Artic. 1. ¶Ad primum sic proceditur. A fonte
1 totius boni nobis tres riuuli bonitatis in uia deriuantur, ut illis gustatis, suamus fontem à quo sunt, uidelicet naturæ corporis. De quo. A. 6. 1. Et animæ in quo ad Dei similitudinem. 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus. Secundo bonum fortunæ, Iob. 2. bona suscepimus. Tertio gratiæ, Luc. 13 pater uidetur dabit spiritum bonum, Prouer. 13. Doctrina bona dabit gratiam. Ista mutuat, quia computum habere vult quando dicet, redde rationem, Luc. 16. Quartum. De quo computum habere non vult cum semel adeptum fuerit, promittit, per Psal. 33. dicens inquirentes autẽ dominum nõ minuentur omni bono, Exo. 33. ostendam tibi omne bonum.

¶Sed per istis quatuor bonis mutuatis, & promissis quatuor bona uoluntatia à nobis exquirit, & iustè quidẽ, quia prouerbium est, ꝙ bonitas aliã requirit. Arti. 2.

¶Primo ergo requirit à nobis bonitatẽ cõscientię, ꝙ uidelicet illa sit benè regulata, & sine macula infidelitatis, immundiciæ, & odij, & similiũ, ne primũ bonũ naturę, in anima uidelicet talibus sordibus maculetur. Qui enim vestimẽta naturę deformat, non est dignus melioribus uestimẽtis gloriæ superuestiri. Ideo paulus hortatur, dicẽs. 1. Thim. 1, milites in illis. i. naturalibus miliciã bonam habentes fidem, & conscientiam bonam. Item confidimus enim, ꝙ bonã conscientiam habemus, Hebr. 13. 2

¶Secundo bonitatẽ locutionis, ꝙ locutio nõ sit cõtra Deꝰ honorẽ per iuramentum, nec in damnum proprium per turpiloquium, nec cõtra ꝓximi charitatẽ per detractionẽ. In bona em̃ lingua Deus delectat, sicut nobilis in organis reddentibus suauem melodiam. Ideo, Eph. 4. Oĩs sermo malus ex ore vero nõ ꝓcedat. Sed si qs bonus est ad ædificationem fidei, ut det gratiam audiẽtibus.

¶Tertio bonitatẽ operationis, ut de bonis ꝓbus, reddamus Deo. & ꝓximo in opere, qđ iusticia requirit Deo seruitũ, & debita, ꝓximo debemꝰ defensionẽ. p bonũ fortitudinis. Cõsiliũ p donũ cõsilij, & sapiẽtię, pauperibus subuentionẽ de bonis fortunę. Oĩbus bonã debemus ostendere conuersationẽ, sicut arbor bona semper bonũ fructũ facit ubicũque crescit. Sic iuxta illud. 1. Pe. 2. Inter gentes cõuersationẽ uestrã hñtes bonã, ut in eo qđ detractãt de vobis tãquã de malefactoribꝰ. Ex bonis operibus vos cõsiderãtes glorificet Deũ i die visitationis.

¶Quarto

3 ¶Quarto bonitatem famæ, quę alios ad bonum trahat, ſicut nobilitas magiſtri trahit diſcipulos, Eccleſiaſtes. 7. melius eſt nomen bo. quàm prætioſa unguenta, quæcunque igitur bonæ famæ ſunt, ſi qua laus, ſi qua uirtus, hæc cogitate, Phil. 4. quia iſta à nobis Deus requirit. Et ſi auctoritas deeſſet, & ſi iſta Deus non præciperet habere facere bona naturalis ratio dictat, ꝙ potius debe remus habere iſta bona, quę noſtra ſũt, quàm quæcunque exteriora, & plus de de iſtis ſollicitari, tanquam de utilioribus nobis. vnde Auguſt. de verbis domini ſermone. 12. qui prodeſt plena bonis arca vbi inanis eſt conſcientia? Bona vis habere, & bonus eſſe non uis, erube ſcere differens de bonis tuis, ſi domus tua plena ſit bonis, & te habeat malum. Poſt ea addit, ꝙ ſi bona exteriora clamare poſſent dominum interpellarent, dicentia. Ecce tanta bona dediſti huic, &
4 ipſe eſt malus, & bonis abutitur Abac. 2. lapis de parietate clamabit. Addit ibidem Auguſt. quid enim prodeſt, quod habet, quando eum, qui omnia dedit non habet, quid enim prodeſt ſtulto habere diuitias cum ſapientiã emere non poſſit, Eccl. 5.

¶Quia vero prima bona nobis mutãtur, uel traduntur, per modum, quo Artic. 3. ciuis, uel mercator tradit pecuniam ſeruo ſuo, ut inde lucretur, ſicut habetur, Matth. 25. uocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua, quantum ad tria prima, ſcilicet naturæ, fortunæ, & gratiæ. Et ait eis, negociamini, dum uenio illã, videlicet negociationem, de qua habetur in quatuor bonis, quæ requirit, & tunc uocabo uos ad mercedem haben-
5 dam. Quia iuſtum eſt, ꝙ illi qui benè in tribus primis operantur, & benè ea expendunt, & quatuor illa requiſita reddunt, ad maiora habenda uocentur, ſicut miniſter fidelis in minori officio, ponitur in maiori, & tali mercator plura committit. Sic Deus, qui dicit Mat. 25. Euge ſerue bo. & fidelis. Amen dico uobis ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Matth. 24. & in Pſal. 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Credo uidere bo. Ergo à contrario ſenſu. Infideliter in iſtis agens, & iſta, & etiam maiora amittet, quando dicetur illud, Matth. 25. & Luc. 19. Auferte ab illo mnam. Et hoc iuſtè quidem. Nota. A. 6. 3.

¶Quia uero prima tria bona frequẽter ſũt occaſio mali, & priuationis quarti, ſicut patet de illo, Lu. 16. cui dicitur. Recepiſti bona in uita tua, quibus, ſcilicet abutebatur, ſicut patet ibidem ubi dicitur, epulabatur quotidie ſplendide, &c. non quia in ſe mala ſint, quia Mat. 6
13. bonum ſemen ſe. &c. ſed quia in mala ſeminantur, ſicut terra, quę pro bono frumento, uel grano producit ſpeltam, & aliquando plus de mala herba, quàm pe frumento ſeminato, & grano puro venit pales, & ſtannum de argento, & fumus de igne, & furfur de frumento, vermis de ſcarleto, diabolus de Deo. Sic de bonis naturæ, omnia mala, qui patent. A. 6. 1. Artic. 4.

¶De bonis etiam fortunę cupiditas plura habendi, ſicut patet. A. 27. 5.

¶Ex bonis gratiæ cuiuſmodi eſt ſcięntia, & huiuſmodi inuidia, & falſitas, qui modo in mundo ſunt falſiores, quàm ſapientiores, ratio quia ipſi habent velle, & ſcire, & poſſe, & omnia ad mala ordinata. Nota. C. 5. 6. & D. 11. 17. Occaſionem ergo iſtorum bonorum, mille ſunt priuati, quarto bono. ſ. gloriæ, & ſunt in profundo inferni, qui ſi iſta nõ habuiſſet: ſed omnia his contraria, nidelicet in corpore, ſiue in corporalibus bonis, & naturalibus fuiſſent debiles, cęci, & claudi, & turpes, & gibboſi, & leproſi, ſi etiã caruiſſent delicijs, diuitijs, & ſapientia mundiali, fuiſſent modo magni domini in cœlo.

Ideo ſapienter, reſpondit Anaxagoras philoſophus, quando ei nunciabatur, quòd per infortunium omnia bona ſua temporalia amiſerat, non eſſem (inquit) ſaluus, niſi iſta periſſent. Si hoc 7
dixit gentilis, multo magis hodie dicere debet chriſtianus, nõ ſolum de amiſſione rerum fortunæ, ſed etiam naturę, qui Chriſto tenetur credere, dicenti Exemplum.

Mat.

Mat. 18. Bonum est tibi ad uitam ingredi debilem, uel claudum, quàm duas manus, uel duos pedes habentem, mitti in ignē æternum, immò quã oĩa mundi habentē bona, & mitti in ignē æternũ, qa si habeat oĩa bona mũdi, & Deo nõ seruiat, & cęlo careat uanus est, & ꝓnihilo debet æstimari. Ni talis à mũdi principio vsque ad finē habuisset fortitudinẽm Samsonis pulchritudinem Absalonis, sapientiam Salomonis uelocitatem Asahelis, diuitias Cresi, probitatem Alexandri, potestatem Octauiani, longeuitatem Enoch. His omnibus transactis in fine mundi per positum, cum mors finem, omnibus istis imponat, & caro datur vermibus, & anima dæmonibus, & tormentis æternis: tunc sciret respondere ad illud, Matt. 16. quid prodest homini, si &c. Et diceret nihil, sicut patebit.

Artic. 5.

¶Iste ergo quartus articulus infert quintum, quia ex tactis in isto patet, ꝙ bona naturæ, & fortunæ non sunt multum appetenda propter quinque causas.

¶Primo, quia uera, & perfecta bona non sunt, sicut patet ex uerbis, & argu-
8 mentis Senecę, epistola. 85. vbi hoc probat sic. Ista (inquit) bona non sunt, quę vocantur, aut homo fęlicior est Deo, quæ enim bona nobis uidentur, non habet in usu Deus, nec enim libido ad illum, nec epularum lauticia, aut opes, incredibile autem est bona Deo deesse, hoc ipsum argumentum est bona non esse, quæ Deo desunt, hæc insuper quæ bona uidẽtur, tam animabus, quã hominibus pleniora contingunt, illa cibo auidius, & ꝙ continuè vtuntur viuere, non ęquæ fatigantur, uirium illis maior est firmitas uoluptatibus, sine vllo pudoris', aut pœnitentiæ metu, sine nequicia, sine fraude vtuntur. Si ergo hæc bona essent illa animalia, homine multo fœliciora essent. Sed bona vera illa sunt, quæ ratio dat solida ac sempiterna, quæ cadere non possunt, nec decrescere. Hæc sunt uera hominis bona,

Exemplum.

cætera opinione bona sunt, i. non verè nostra, quæ à nobis auferri possunt. Ideo sapienter, respondit Hijas, de quo narrat Valerius, li. 7. quòd cum terra illa ab hostibus inuaderetur, & quilibet fugiendo asportaret bona sua, ipse nihil asportauit, & quærenti causam, Respondit. Omnia (inquit) mea mecum porto, nihil enim suum reputabat, nisi vitutes. Ideo, Eccl. 37. Cor boni consilij statue tecum, &c.

9

¶Secundo, quia ratio cõtingit, quòd multum desiderentur, quin in aliquo de quatuor modis erretur, uel in acquirendo, sicut patet. A. 12. per totum, uel malè detinendo, sicut patet. A, 27. per totum, uel nimis amãdo, & reuera excessus in istis ponit hominẽ in multis periculis, facitque eum pauperem in anima, quia dat plus, quàm pedem pro diuitijs, scilicet animam, facitque talem miserum irrationali animali stultiorẽ, quia auis capta citius pedem frãgit, vel dimittit: vt laqueum fugiat, & deprehẽsum est, ꝙ lupus pede captus, proprium pedem dentibus abscidit, quia eum scandalizabat, & maluit cum tribus pedibus nemus ingredi, quàm cum quatuor vitã amittere. Et miser delicatus, & auarus non vult delectationes, uel bona superflua dimittere, vel bona restituere, ut mortem euadat æternam, vult potius cum illis in infernum, quam sine illis cœlum intrare cum illo stulto, Luc. 12. Anima mea habes multa bona, &c. Nota. R. 6. 15.

Exemplum.

10

¶Tertio propter malam significationem. Aliquando enim ista bona sunt signum damnationis æternæ, eo ꝙ hic dantur ad modum mercedis, illis, qui mercedem, æternam non habebunt. De quibus fuit ille, de quo legitur in uita Sancti Ambrosij, qui hospitabatur apud quẽdam, à quo cum audiret, quòd nunquam sustinuisset aduersa, nec tędia, aut infirmitates, nec mortalitates, sed habuisset quasi omnia ad uoluntatem. Ambrosius de eius hospitio recessit, sciens ibidem Deum non esse, & cum esset extra villam, terra domum cum omnibus contentis deglutiuit.

Exemplum.

¶De

Exemplum. ¶ De quibus etiam fuit illa miſera vxor, de qua fertur, quaſi ſic. Maritus eius multa in uita ſua ſuſtinuit aduerſa in morte etiam eius tanta erat tempeſtas, quòd vix ſepeliri potuit. Ipſa uero vxor lubrica multa ſecundùm mundũ
11 proſpera habuit, & in morte pulcherrimam, & cum temperie, & patriæ congregatione ſepultura, poſt mortẽ vtriuſque talem euentum cogitauit ſollicitè filia, cuius ſtatum melius eſſet ſequi, & videbatur, quòd matris, ſed hæc ea cogitante, angelus duxit eã ad locum ameniſſimum, ubi inter homines dealbatos, & glorioſos inuenit patrem ſuum, & ipſa roganꝫ, ꝙ poſſet ibi remanere, & quærente quare talem habuiſſe in vita pariter, & morte fortunam. Reſpondit tunc à peccatis uenialibus fuit purgatus, pœnam, & uerecundiam recipiẽdo temporalem, modo vero ſum in gloria. Si uero, & tu ſic vixeris. Et ſic purgata fueris, ad locum iſtum poſt mortẽ venies. Poſtmodum duxit eam ad locũ, vbi erant tormenta maxima, in quibus erat mater diuerſis tormentis, & pœnis congruis ſucceſſiuè afflicta, quæ uidens filiã clamauit ammirando, dicens, nunquid, & tu etiam huc uenisti, & filię dicenti ex quo tot proſpera in uita, & in morte habuiſti, quare hoc modo cruciaris? Reſpondit, aliqua bona feci, & quia nullum bonum erit irremuneratum. Ideo tunc recepi mercedem meam. De quibus etiam fuit ille, Luc. 16. Recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala, ad modum prędicti uiti. Nota. M. 17. cum ſequentibus.

¶ Et eſt de Deo in comparatione iſta ad iſtum virum, & uxorem ſuam, & omnes eis ſimiles: ſicut de domino reſpectu filiorum, & ſeruorum, filijs nihil
12 dat, niſi victum, & ueſtitum. Sed poſt mortem vult, quod habeant hæreditatem, ſeruis vero, uel operarijs, quibus nihil vult poſt mortem dare, ſtatim dat mercedem laboris Sic bonis, quibus reſeruat æternam hæreditatem, & malis, qui abundant in ſœculo, & obtinent diuitias, ſic habet Deus, & patet. Et in hoc ſe habet, ſicut rex, uel princeps, qui miniſtris ſuis, quando ad manus eius perueniunt, caro uero amico ſuo dicit, non do tibi iſta modo: quia maiora expecta bis, & in iſto caſu charus amicus non murmurabit, & ſpecialiter, ubi eſt certus, quòd dominus in breui habebit vel le, & poſſe maiora dandi, nec alij deberent de hoc, quòd plura recipiunt gloriari, ſcientes, quòd in uno campo operantur mercede cõductus, & filius, quorum primus plus accipit, quàm ſecundus, tamen in domo patris ſecundus potentior, & maior eſt. Et primo petenti hæreditatem dicetur, ſicut pauperi, qui eleemoſynam prius recepit, uale & uale: habuiſti, filijs uero petentibus, dicetur illud: Matth. 25. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi, quia bona bonis creata ſunt. Eccl. 39.

¶ Et pro certo ex his, quæ quotidie audimus, & legimus magnam euidentiam habere poſſumus, ꝙ ipſi peccatores, & abundantes in ſęculo, timere poſſunt, ꝙ non ſunt amici Dei, quia matrẽ ſuam, & maximos amicos ſuos. ſ. apoſtolos, quibus, dicit Ioann. 15. vos amici mei eſtis; permiſit pauperes eſſe in hoc mundo, quos potuit ditaſſe ſi voluiſſet, ſicut ditauit in fide, charitate, & bonis operibus. In hoc ergo, ꝙ bona ſpirirualia potius eis dedit, quàm temporalia, illa meliora, & magis deſideranda eſſe oſtendit. Ideo. 2. Pe. 1. nos ammonet, illa plus deſiderare, dicens, fratres magis ſatagite, ut per bona opera certam ueſtram uocationem, & electionẽ faciatis. Nota. T. 5. 9. cum quatuor ſequentibus.

¶ Quarto propter periculum, & tediũ 13
temporale non debent iſta multum dedeſiderari. Et ſic cor apponere pro ſe, nec pro alijs. Exemplo hæremitæ, de Exemquo fertur, quaſi per iſtum modum, ꝙ plum.
cum frequenter fuiſſet amore Dei rece-
ptus à quodam pauperculo operario in
una uilla, cogitare cœpit, quòd multa
faceret pro amore Dei, ſi diues eſſet, &
orauit pro eo Deum rogando, ut cum

ditaret

ditaret à quo Deus per angelum quæsiuit, si uellet esse testis eius, quòd ditatus in bonitate perseueraret, & ipso respondente, ꝙ sic accidit cito, ꝙ laborando inueniret magni auri quantitatē, & cogitans ꝙ in patria illa cum tantis diuitijs remanere nō posset, ne ei latrocinium imponeretur, iuit per mare de Egypto, vbi tunc manebat, vsque Costātinopolim Græciæ ciuitatem, & ibi cōparatis nobilissimis ædificijs, & congregatis multis diuitijs, factus est amicus Imperatoris, & sub eo factus est maximus in officio pariter, & nequitia: cum multorum maledictionibus Hæremita vero semel ad uillam illam descēdens, & de fortuna sua, & malitia, & proprio periculo audiens, & cogitans: inuenta nau eum secutus est, & cum eum audire nollet, nec cognoscere, vix tandem cum magna oratione obtinuit, ꝙ iterū fieret pauper, ut unde mors oriebatur, scilicet oratio inde uita resurgeret. Deꝰ ergo eum audiuit, permisit proximum Imperatorem, eum tantum depauperare, quantum prædecessor eum ditauit.

14 Et sic pauper factus, & ad patriam rediens, & Hæremitæ gaudenti obuians, cum de ista fortuna fuissent parum altercati. Rogauit Hæremitam, ut oraret, ꝙ Deus aliquid plus ei daret, non tantum quantum prius habuit, quia illud bonitatē enerrat. Rogabo (inquit) ꝙ potius minus det tibi quàm plus, ꝙa sicut crescunt tecum bona exteriora, ita decrescit bonitas interior. Via ergo pauperum, ꝙ innocentū securior est, quia non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia In Psal. 83.

15 ¶Mirabile ergo est, ꝙ omnes, qui appetunt filios, & patres, & amicos plus esse diuites, quàm bonos, plus esse potentes in hoc sęculo ad breue tempus, quàm in alio sine fine. Ita eos uolunt hic esse in delicijs, & honoribus, ut sint semper suis contrarijs, & tamen quilibet ratione vtens deberet plus uelle hic habere filium, uel patrē, uel amicū sempermendicum, ut postea eū in cęlo sempermaneret diuitē, quā hic cū omnibus bonis. sicut e.c.7. numeratis cum habere, & postea in inferno cum omnibus contrarijs dānatum. In hoc enim deberet esse tota dilectio, & lętitia christianorum erga filios, & amicos, ad eos uidendū in bonitate electorū Dei, ad lętādū in lętitia gētis suæ, ut tu Deꝰ laderis eū hæreditate tua. In Psal. 105. Lin cœlo.

¶Quinto propter bonorum temporalium paruitatem. Existenti enim in terra: terrena magna uidentur, & Sol & stellæ, & huiusmodi uidētur parua. Sed existenti in cęlo, uel in altissimo loco, totum uidetur contrariū, sicut patet, de Paulo, qui raptus, & illa bona cęlestia videns, cū rediret, omnia ista pro quibus tot guerræ, tot brigæ, tot placitationes, tot labores fiunt, arbitratus est, ut stercora. Ideo stabilita sunt bona illius in domino, Eccl. 31.

¶Sed quia multi nec timore periculorū tēporaliū, uel ęternotum à nimio desiderio istorū bonorū se trahere nolūt, si ea habere poterūt. Deus ex sua cu rialitate scies stulticiā filiorum, eos ab 16 istis multipliciter pſeruat, & impedit, licet illud modo nesciāt. Aliorū enim sæpit vias, sicut patet, A. 2 8.12. vt sic licet ex vna parte habēt magnā prosperitatē, vel uptatem, diuitias, delicias, & honores dum ex alia uidēt eorū, tot miserias, & infirmitates interiores, & exteriores, nō superbiant, sed semetipsos commemo- Exemrent, sicut quidam commemorauit, ut plum. scribitur quendam filium regis, & pauperculæ, hic cum esset superbus, & malefactor, & de hoc reprehenderetur. Respondit causam esse sanguinis nobilitatem, quæ eum sic supra se extulit, quòd nihil potuit pati, nec aliquo modo subijcit, cui alius, quantum te exaltat sanguis nobilis, tantum te humiliet, & retrahat sanguis ille uilis matris tuæ. Et quantum cogitas de uno ad superbiam, & elationem, tantum cogita de alio ad humiliationem.

Ita nos de matre, id est de terra, de qua sumus, & in quā reuertemur, & de omnibus miserijs, quid spiritualibus in anima, quid alijs in exterioribus, in quibus

plus

plus abundamus, quàm in alijs prosperis. Sic ergo misericordia, & ueritas, tanquam optimi medici Christi, contraria contrarijs curando præparant bona, Prouerb. 14. bona illa. scilicet de quibus, in Psalm. 26. Credo uidere bona.

17 ¶Illi tamen, qui istam Dei curialitatem ad præsens non considerant murmurant, qui tamen ei gratias reddent in fine rei ueritatem cognoscentes, sicut pauper in Carnoto ciuitate Franciæ, de quo fertur, quasi sic, & omni die, uel de lucro, uel de eleemosina solebat unum obulum, ultra dici expensas sibi reseruare, pro quo omni nocte, in quodam certo loco sibi conduxit hospitium. Accidit semel, quòd obulum non habuit, & ideo hospitio illo caruit, quia hospita sine obulo cum recipere noluit, contigit à casu, quòd nocte illa totum hospitium illud cum omnibus contentis combustum est, quod ille in crastino uidens manibus eleuatis Deo regratiabatur, dicens: benedictus Deus, qui me custodiuit ab obulo, quia si obulum habuisset, cum alijs combustus fuisset, satis est credibile, quòd in sero, quando hospitio caruit murmurabat, & grauabatur, quia obolum non habuit. Sed ex post facto uidens Dei circa eum curialitatem, & prouidentiam, qui ideo eum ab obulo præseruabat, ne combureretur, gratias agebat. Iuxta illud Psal. 72. quàm bonus Israel Deus, & cætera. Sic illi, qui huiusmodi bonis modo priuantur, quando uidebunt habentes, eorum occasione damnari. Sicut patet, supra. eo. cap. 6. regratiari poterunt, & dicere illud. Psal. 118. Bonum mihi domine, quòd humiliasti me. Aliter stultiores sunt brutis, sicut patet. A. 4. 4. No. de hoc. T. 6. 11. Nota de ista ultima materia. P. 3. 36. Item. T. 5. 62.

Exemplum.

¶Charitas. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Charitas quid sit.*
2 *Quæ sunt Charitatis proprietates.*
3 *Quid debeat Charitas uno oculo, & una manu facere.*
4 *Quid debeat Charitas altera manu, & oculo fauere.*
5 *Opera Charitatis facientes magis prosse ipsis, quàm pro illis, pro quibus faciunt.*
6 *Charitas, quas utilitates secum ferat, & quæ sit prima.*
7 *Charitatis secunda utilitas est, quia omnia unum facit, & in opere creationis, & in opere gubernationis.*
8 *Charitas unum facit ratione finis, ratione naturalis cõpositionis membrorum, & ratione artis.*
9 *Charitas unum facit à consuetudine exercitus à sociali uita, & ab exemplo accepto ab irrationabilibus.*
10 *Ex unione quid sequatur.*
11 *Charitatis tertia utilitas est quod ex una fortificatione, & copulatione sequitur.*
12 *Charitas nihil perdit cum socio.*
13 *Charitatis quarta utilitas est, quod coniuncti in caritate reddunt opus leuius.*
14 *Sæpius operatur ficta charitas quàm uera.*
15 *Charitatis sexta utilitas est, qua alis totum honorate interius, & exterius.*
16 *Quomodo cognoscere possimus quo amore cor trahatur.*
17 *Quæ sit uera charitas.*
18 *In qua fortitudine sit charitas tribus modis cognoscit posse, & primo ex dilectione inimicorum.*
19 *Cognosci secundo potest si sit debilis, uel ponti uinculo ligatus.*
20 *Experiri possumus tertio ex similitudine, quam uidemus in igne, & aqua.*

C.1. 

Haritatis,

Primo ponēda eſt deſcriptio. Secundo proprietates. Tertio vtilitates. Quarto experimentum.

Artic.1. ¶Ad primum ſic proceditur. Charitas ſecundum Caſſiodorum ſuper pſalterium, eſt mors criminum, virtus pugnantium, palma victorum, concordia mentium, ſocietas electorum.

Artic.2. ¶Proprietates uero eius ſunt. Primo 2 dico generaliter, ita q̄ li generaliter reſpiciat tria. Primo omnia obiecta De quibus. A.20.3. Secundo modum, & ordinem: vt plus Deum diligat, quàm ſe, ipſum, uel proximum. Et plus animā propriam, quàm corpus, uel quæcunque terrena, & plus animam proximi, quàm corpus proprium: beatus, qui poteſt dicere illud, Can. 2. Ordinauit in me charitatem, ſcilicet modo prædicto.

3 Tertio omnes obiectorum neceſſitates, ſcilicet animæ, & corporis. Ita q̄ oportet charitatem vno oculo reſpicere, & vna manu tenere, & ieiunare, & ſanare animam per adiutoria ſpiritualia, qui notantur hoc verſu. Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora. Conſulere tenetur, quis in caſu gratis, ſicut patet. A.14. 7. Caſtigare etiam diſſolutos, & ſpecialiter ſubditos, ſicut patebit. cap. de correctione. Conſolari etiam mæſtos, & afflictos, & ſpecialiter in his, quæ pertinent ad ſpiritualem animæ conſolationem, ut dicere poſſis, illud Pſal. 93. Conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam, &c. Remittere delinquentibus, ſicut patebit. cap. de dimiſſione. Ferre onerioſos, & ſpecialiter, vbi ſunt tales à natura, & non à propria malicia. Aliquando enim homo habet defectus naturales, & in corpore, & in lingua, & ſic in alijs membris, & etiam alios defectus, qui forte ſibi non ſunt imputandi, ſicut ignorantiam, & illiteraturam, ubi per eum non ſtetit, quin fuerit ſciolus, & in talibus non eſt deridendus, ſed nec prouocandus; ſed ſupportandus. Iuxta illud. 2. Cor. 11. Libenter ſuffertis inſipientes cum ſitis ipſi ſapientes, &c. Supportate inuicem in charitate, Eph. 4. Orate pro omnibus, ſicut patet. c. de oratione. Sic per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem, Gallat. 5. Nota expoſitionem iſtius, uerſus in ſcripto Sancti Thomæ ſuper quartum Sententiarum, diſt. 15.

4 ¶Alio oculo, & alia manu debet reſpicere, & iuuare corpus per adiutoria corporalia, quæ continentur per hos verſus. Cibo potо, tego, viſito, redimo, coligo condo. Cibo eſurientem, potо ſitientem, tego nudum, ſicut patet. ca. de eleemoſyna. Viſito infirmum, & incarceratum, nō ſolum diues, qui poſſunt tibi in uita, uel in teſtamento reddere, ſed etiam pauperes, pro retributione æterna. Redimo incarceratos, & debitis obligatos. Colligo in hoſpitio vagos. Sepelio pauperes mortuos, prima. Io. 4. Hæc eſt perfecta charitas, ut fiduciam habeamus in die iudicij. i. per quā fiduciam habebimus in die iudicij particularis, & etiam generalis, quia nihil tantam dat in morte fiduciā, ſicut opera charitatis, ſicut patebit. E. 3. 15. quia etiam illa opera ſunt gradus per quos ad verbum thronū Salomonis. i. ad cēlum aſcenditur. Sicut patet. A. 25. 7. Et ſcala Iacob ibidem. 1. 4.

5 ¶Iſta autem opera charitatis facientes plus pro ſeipſis faciunt, quàm pro illis, quibus faciunt, quia qui paſcunt pauperes, paſcentur æternaliter ab illo, qui dicit: ego reficiam uos, à tua refectione deficit ille diues, Lucæ. 16. qui petiuit guttam aquæ, nec obtinuit Et eau ſa ibidem aſſignatur, quia Lazarum prius non refecit. Nudos veſtientes, induet habitu gloriæ, & honoris Qui eū in carcere, & in afflictione viſitauerūt, liberabit à carcere inferni, & ab infirmitatibus ſpiritualibus. Qui eum recipiunt, recipientur in domo ſua, totum iſtud probatur, Matth. 25. Vbi iſta opera recitabit, & poſt eos ad ſe uocabit, ad omnia prædicta bona habenda, ut aperte oſtendat iſta opera eſſe initium, & cauſam

causam illius gaudij. Patet ergo, quòd ca-
6 ritas est bonus mercator, ergo super omnia charitatem habere. Coll. 3.

Artic. 3. ¶Quia multas. i. septem vtilitates secum portat.

¶Primo, quia vnificat. Sicut enim ex vita, & radice procedit vita ad ramos, & si radix si mortua, & rami: Ita ex radice charitatis est spiritualis vita omnium operum nostrorum, quia ramus boni operis non viresci, nec fructificat, nisi in radice charitatis. vnde Cassiodorus super Psalm. 12. vsquequo, &c. Charitas Dei est quædam vernalis pluuia virtutum sub qua, & bona voluntas germinat, & operatio sancta fructificat, patiens hic in aduersis temperata, & prosperis, humilitate potens, afflictione lætissima, & inimicis beniuola. In charitate ergo radicati, & fundati. Eph. 3.

¶Secundo, quia omnia unit, nos cum
7 Deo, & nos inter nos, sicut patet. A. 24. 14. vnde Augu. super Ioan. Homel. 83. Charitas multos animos, & multa corda unum facit. Ad hanc unitatem inuitamur, & informamur in opere, creationis, quia propter hoc omnes homines de vno produxit, per beatum Aug. de ci. Dei. li. 12. c. 21. Secundo in opere redemptionis, quia sicut sumus ex uno patre creante, tamē ex vno patre redimēte, & ex eisdem sacramentis, & eadem matre ecclesia regenerante. Et si dupliciter sumus fratres. Matth. 23. Vnus est pater uester, uos autem fratres. Nota. C. 4. 21. cum multis sequentibus.

¶Tertio, ex opere gubernationis. vnde Chrisost. super Ioan. Homel. 15. propterea domum vnam hunc nobis mundum dedit Deus, unum nobis accendit Solem, unum extendit tecum, cœlum, vnam proposuit mensam, terram, dedit & nobis mensam vnam multo maiorem, scilicet altare unum, quia unum cibum ibi sumimus, unum nobis generationis modum spiritualem, & de vno calice bibimus.

¶Quarto ex ratione finis, quia sicut de una terra sumus. Ita ad unam redibimus, & ad unam patriam boni, & ad unam mali, unde Chriso. vbi prius. Vna nobis prima est.

¶Quinto ex ratione naturalis com- 8
positionis membrorum. In uno enim corpore sunt multa membra, quæ mutuo se iuuant, manus enim pedem læsum ligat, & pedes manum portant, mutuo etiam sibi compatiuntur, quia oculus dolore alterius membri lachrymatur. Sic nos exemplo, Iob 30. qui dicit flebam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi, ut sic ostendamus admonitionem apostoli tenere, Eph. 4 Solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, unum corpus, & unus spiritus. Sicut enim corpus ex uno spiritu naturali viuit, ita ecclesia ex uno spiritu charitatis, Ro. 12. multi unum corpus sumus in Christo. Ecce unitas capitis in corpore ecclesiæ.

¶Sexto ex ratione artis. Lapis enim in ædificio supportat & supportatur, ut ait beatus Grego. qui hoc exemplum ponit, super Ezechiel. 51. 2. Homel. 1. Sic & ipsi, qui sunt lapides uiui. 1. Petr. 2.

¶Septimo à consuetudine exercitus, Can. 6. Terribilis ut castrorum, acies ordinata, ut beatus Grego. super Ezechiel. lib. 1. Homel. 8. Castrorum acies, tunc est hostibus terribilis, quando ita constipata, & compensata est, ut in nullo interrupta uideatur. Nam si ita disponitur, ut locus vacuus dimittatur, profecto hostibus terribilis non est. Sed nos contra malignos spiritus acies ponimus. Ideo simus semper per charitatem uniti, & nunquam per discordiam interrupti, quia quælibet in nobis bona, quæ fiunt: si charitas desit per malum discordiæ, locus aperitur in acie.

¶Octauo à sociali vita, unius fraternitatis, & hereditatis. Ro. 13. Hæredes Dei cohæredes autem Christi.

¶Nono ab exemplo accepto ex irrationabilibus. Aues enim, sicut columbæ,

bæ & huiusmodi similis, & pacifice viuunt, & uolant. Et ceruisę simul tenęę, quandoque contra venatores defendũt. Sed aues coruini generis inter se pro
10 nido pugnant. Tot ergo exemplis commendat. Deus unitatẽ, & charitatem sanctam in nobis, Ro. 5. Ex ista unitatis unitate secunda sequitur tertia, quia ex quo unit, sequitur ꝙ fortificat, qa sicut radij solares simul copulati, & particulares ignes in globũ vnũ ducti, & candelę simul accensę, lumen & calorem habẽt ampliorem, & fortiorem. Sicut etiã plures uirgę, & plures homines, simul iuncti fortiores sunt. Ita spiritualiter in vna charitate coniuncti, & in ardua aggrediendo, & diabolo resistendo, fortiores sunt. Vnde Chrisost. super 16. Homel. 78. Si unanimis fuerit vnus cum decẽ, scilicet per charitatẽ. Iam non est vnus, sed in decem multiplicatus, & inuenies in decem unũ, & in uno decem. Vnusquisque enim illorum viginti manus, & viginti oculos, & viginti pedes habet, nullius enim oculus sibi soli uidet, & sic de alijs membris. Sed quilibet illorum pedibus aliorũ portatur, & manibus aliorum operatur, & oculis regitur. Et sic unus, & idem potest esse in Perside, & in Roma. Et quod natura nõ potest, amor potest supplefacere. Vnde est in pluribus locis. Si unus illorum etiam cadit, Alij eum subleuant. Et sic charitas, nunquam excidit. 1. Cor. 13. &c. Nota. C. 9. 3. Et D. 9. 17.

11 ¶ Ex ista tertia utilitate sequitur quarta, uidelicet ꝙ omnia lucratur, quia ex quo sic vnit, & in una societate fortificat, & copulat, sequitur ꝙ uno lucrante omnes lucrantur, sicut in corpore cibus, qui ab vno membro sumitur, uidelicet ab ore, non solum sibi, sed omnibus membris prodest corpori coniunctis, non autem separatis. Et sicut in societate mercatorum, uno lucrante, omnes lucrantur, & uno perdente, omnes perdunt. In prima conditione existens in charitate assimilatur illi societate, quia ubicunque fuerit in hoc mundo, siue in cœlo, siue in purgatorio, aliorum opera participat, & de lucro aliorum gaudet, sicut in cœlo, uel proficit, sicut in mundo, & purgatorio. Dum enim in generali oro, oro pro tota ecclesiæ societate; & etiam pro membris ab ea diuisis, ut ei vniantur. Dũm etiam omnia bona ecclesiæ opera amo, & de eis gaudeo, proficio, quia talis oratio amor, & gaudium, non est sine augmento charitatis. Patet ergo, quomodo illo, qui est Romę ieiunante, vel eleemosynã faciente, ego ex hoc proficere possum, 12
& si opus suum nescia in speciali. Sic ego charitas vestra magis ac magis abundat. Phil. 1. In alia vero conditione existens in charitate, illi societati non assimulatur, quia existens in charitate alijs peccantibus, & animas suas, vel quæcunque alia perdentibus, nihil perdit, imo de illorum perditione lucratur, dũ eis compatitur pro ipsisque orat etiam, dum alius sinistra, & peruersa intentione opus suum perdit, qui sincera intentione, illud in eo diligit lucrat. De istis omnibus simul loquitur pulcherrimè, beatus Bern. in apologia. Omnes (inquit) diligo faciet quidem charitas, fidenter loquor, ne illorum quidem fructu fraudat, quorum instituta non sequor. Sicut posui exemplum de illo, qui non ieiunat, amat tamen ieiunium in alio, uel eleemosynam. Sequitur. Plus dicam, tu quidem tibi caute age, potest namque fieri, ꝙ tu frustra laboraueris. Sicut patet in exemplo, de illo, qui mala intentione, uel extra charitatem bonũ opus facit. Sequitur, ut autem ego frustra diligam bonum, quod operaris, fieri omnino non potest. O quanta fiducia charitatis. Alius operatur non amans, & alius amat nihil operans. Ille quidem opus suum perdit. Illius uero charitas, nunquam excidit Hęc ille. Nota I. 6. 15.

¶ Addẽ Aug. Si (inquit) amo bonum, qđ in te est velis nolis de tuo meũ facio, immo quod nõ est bonum alteri, cũ tu amas bonũ, quod credis esse in alio, tibi bonũ est: immo etiã cum malũ hominẽ cõpatiendo amas, & malis suis cõpateris, de suo malo bonũ tibi facis. O ma-

xima uirtus charitatis, quę vocat ea, quę non sunt, sicut ea, quæ sunt, similiter & uirtutes, & uicia omnia in meriti sui cumulum conuertens, & per eam plus metis in singulis, quàm singuli sibi. Nota H. 8. 19.

¶Ad idem, Bern. O uirtus fortis, quæ neminem spolias, & omnia rapis, & omnia facis tibi, & nemini aufers sua. Alię uirtutes aliquo modo valent, sed hic sicut bonus mercator, ubicunque emit in omni euentu lucratur, & quocunque proijcias decium semper superiorem locum tenet.

¶Ex ista quarta utilitate sequit' quinta, uidelicet, ꝙ charitas omnia suffert. 1. Cor. 13. ad modũ columnę, firmissimę, & ad modum operariorum multorum.

13 ¶In præcedenti enim proprietate dictum est, ꝙ charitas in bono opere omnes simul coniungit. Ex hoc sequitur, ꝙ opus faciliter portãt, & sustinent etiã si graue, & laboriosum sit, quia prouerbium est, ꝙ multę manus faciunt opus leue, quę scilicet charitate simul cõiunctę operantur, de quibus supra. c. c. 10. Faciunt omnia leuia, quæ pertinent ad Deum, sicut amor fatuus facit oĩa leuia, quæ pertinenti ad carnẽ, uel mundũ, si tamen ita feruẽs esset charitas in bonis, sicut est fatuus amor in malis.

14 ¶Sed heu feruentibus operatur simia charitatis, quàm vera charitas. Dicit eñ Petrus Rauennas, ꝙ ambitio est simia charitatis. Item ambitio est varia gloria, & hipocrisis, &c. quia omnia, quæ videt hominem in charitate facere, facit. Et de quo dolendum est minus feruentius pro amore Dei ieiunãt, fortè usque nonam, & media nocte surgunt ad Deum laudandum, cum torpore fortè, & de ea pius dolore cõqueruntur. Sed pro vana gloria, uel cupiditate, uel amore, uel timore domini terreni vel pro amore carnali, aliquando tota die equitãt ieiuni, noctem ducunt in somnẽ, ad scacos, & taxillos, & alia illicita ludẽtes. Pro amore Dei dant peiora, & minora, ꝙ amore alio multa expẽdunt, & meliora, plura verbera in tornecamẽtis, & alijs sustinẽt, sicut patet. A. 27. 38. Et breuiter omnia pericula, quæ sustinent, sicut patet. L. 6. 6. Apostolus. 2. Cor. 11. dicit se sustinuisse, pro mera charitate, siue in terra, siue in mari. Ipsi vero sustinent pro simia charitatis, & aliquando maiora, quod pulchrę figuratur, Exodi. 7. vbi dicitur, ꝙ magi fecerunt similiter, immo fecerunt drachones, ubi alij non fecerunt, nisi serpentes. Et si asserent se ista sustinere pro sustẽtatione terrena, sicut patet. A. 27. 38. Et. T. 5. 68. Ergo talia sustineant pro æterna, aliter non est eis charitas. 1. Ioan. Qui diligit mundum plus, scilicet quàm Deum, sequitur non est charitas patris in eo.

¶Sexta utilitas charitatis est, ꝙ totũ 15
hominem interius, & exterius vestit, ornat, & armat, & defendit, & mundat.

¶Primo cor, ꝙ ibi nihil sit infidelitatis, uel immundiciæ, uel irę, uel cuiuscunque alterius peccati, quod Dei oculos offendat, & cordi noceat. Ad hoc enim charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Ro. 5.

¶Secundo loquelam, ꝙ ibi nihil inutile, uel contra Deum, uel seipsum, uel proximum proferatur. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum charitatem, &c.

¶Tertio manus, ut opera in Deum, & proximum, ut iusticia requirit dirigantur. 1. Cor. 13. Charitas non agit perperam, non quærit, quæ sua sunt. Ergo charitas operit multitudinem. 1. Pet. 4. Sed heu, sicut vestes modo sunt strictiores solito, ita charitas, intantum ꝙ qui solebant facere largas eleemosynas ditare monasteria, uix eis modo sufficit, quod habent, quia substantia decrescit, sicut charitas. Et charitas, sicut uestis. Sic verificatur, quod prædictum fuit, quia refrigescet charitas multorum. Matth. 24. sicut tunc uestis data maiori pro amore Dei, ei sufficiebat, quæ uix nunc sibi sufficit. Ita substantia, & illorum charitas, quia minorem charitatem nemo habet.

¶Septima utilitas charitatis est habere omnia. Sicut enim habens nummũ,

habet

habet omnia terrena, omniaque ei obediunt mundialia, ſicut patet. A. 27. 38. & 39. & 40. Ita habens charitatem, habet omnes uirtutes, & omnia poteſt in ſpiritualibus, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. 1. Cor. 13. ꝙ ergo nummus in corporalibus, charitas in ſpiritualibus poteſt. Charitas ergo fraternitatis maneat in uobis, Heb. 13. quia ita neceſſarium eſt, ꝙ charitas in anima, ſicut calor in ſtomacho maneat, quia ſicut cibus ſumptus, ubi non eſt calor digerens non prodeſt, ſed inflat. Ita ſcientia, & omnia bona, tam naturæ, quàm fortunæ ſine charitate, quod pulcherrimè oſtenditur. 1. Cor. 13. vbi pluribus bonis enumeratis ac operibus, & gratijs recitatis, addit, dicēs, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Sed quia amor unus eſt, quaſi ſimia charitatis, & quaſi omnia facit, quæ facit charitas, ut prædictum eſt. c. 14. Ideo difficilè eſt uidere, vel ſcire qualis amor ſit in anima, de quo licet experimentum habeatur. A. 20. 13. Licet etiam aliud experimentum ad idem tradatur. A. 21. 16.

Artic. 4. ¶Tamen hic in iſto articulo quarto
16 duo circa hoc dicentur. Primo ponetur intentum, ſ. experimentum, quo uerifimiliter, quis cognoſcere poteſt, quo amore cor occupetur. Secundo, quomodo cognoſcere poteſt, qualis ſit charitas in eo, uel fortis, vel debilis incipiens, vel perfecta.

¶Exemplum primi accipere poſſumus de illo, qui mane ſurgens, & inueniens totum campum, vel patriam madefactam, & complutam, dicit pluuia fuit de nocte. Si autem iuxta fluuium tranſiens inuenit ſolum ripam madefactam, quaſi cognoſcit hoc, quod non eſt de pluuia cęleſti, ſed de aqua illa terreſtri, quæ ibi tranſit. Ita in propoſito, qui
17 inuenit, ꝙ amor ſuus, tantum extendit ſe ad ripam propinquam, i. ad amicos & proximos ſcire poteſt, ꝙ non eſt charitas, quæ ex Deo eſt, quæ pluit uniuerſaliter ſuper iuſtos, & iniuſtos. Sed ſi inuenit, quod diligit, tam amicos, quàm inimicos, amicos in Deo, & inimicos propter Deum amor iſtius eſt, ſicut pluuia vernalis, quę de cęlo deſcēdit. Ideo ſupra. c. c. 6. Fortè Caſſiodorus charitatē pluuiam uocat, quia omnes compluit. ſicut aqua, quæ quanto de altiori loco deſcendit tanto ad plura loca trahi poteſt, ille inquam, qui ſic inuenit amorē ſuum omnes irrigare, cognoſcere poteſt, quia amor ſuus charitas eſt à cœlo deſcendens, hæc charitas ex Deo eſt. 1. Io. 4. In hoc cognoſcent omnes charitatem Dei. 1. Io. 3. Nota. D. 9. 2.

¶Secundùm uero, ſcilicet, in qua for 18
titudine ſit charitas. Cognoſcere poteſt ex tribus.

¶Primo ex hoc, quod iam dictū eſt, ſcilicet ex inimicorum dilectione, ſicut enim ignis fortis & intenſus eſt, qui cito inflammat materiam indiſpoſitam. ſ. ligna uirida, uel humida, vel diſtantia, & vbi uidemus, ꝙ ligna talia cito accendantur, dicimus iſte ignis magnus, & fortis eſt. Ita amor, qui extendit ſe ad multum diſtantes, quantum ad affectiones, uel opera, quia inimici ſunt, in eiſque obiectiuè inflammatur, dum eos diligit, perpenditur, quia charitas magna, & intenſa eſt, quibus dici poteſt, illud. 2. Theſſa. 1. ſuperabundat charitas vniuſcuiuſque, & iſta dilectio uidetur maioris meriti, quàm diligere amicos, quia eſt totaliter propter Deum. Alia vero poteſt habere multas alias cauſas.

¶Secundum experimentum poteſt 19
accipi adidem, de vinculo debili, & forti, ligatus enim uinculo debili arbori, faciliter ſolui poteſt, & ſeparari, ſed non ſic ligatus fortiſſimo, uel multis uinculis. Ita ligatus ligno crucis, uel crucifixo parua charitate, faciliter paruo impedimento occurrente ſeparari poteſt ſed qui fortiſſima, & perfecta charitate ei ligatur; nullo modo ſeparatur, de quibus fuit ille, q dixit. Ro 8. Certus ſum, ꝙ nec mors, nec uita, &c poterit nos ſeparare à charitate Chriſti.

¶Tertium experimentum, accipi- 20
tur per ſimilitudinem, quam uidemus

in igne, & aqua. Videmus enim, quòd paruam ſcintillã ignis, parua aqua infuſa extinguit, ſed magnum potius aſcendit & uehementius inflammat, quã extinguat. Sic paruam charitatem, parua tribulatio, uel uerbum animarum, uel parua pluuia extinguit, vel impedit, ſicut patet in habentibus calceos fractos, qui propter paruam aquam, quæ pedes tangeret, dimittunt ea, quæ Dei ſunt talis timor non eſt in charitate. 1. Ioan. 4. Magnam uero charitatem omnes tribulationes mundi non extinguut, quia aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Can. 8, Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te. Nota de hac materia, D. 9. 19.

¶ Caro. Cap. II.

SVMMARIVM:

1 *Caro quid ſit.*
2 *Quomodo Caro decipit ſpiritum, & primo ad ſibi delectabilia attrahendo.*
3 *Caro decipit ſecũdo more tyrannorum in bonis nilibus, & tertio defraudat operarium, & cultorem in male reddenda.*
4 *Caro non eſt nimis diligenda, & nutrienda.*
5 *Quomodo ſit curanda caro.*
6 *Inſipientis eſt, & maximi periculi carnem curare.*
7 *Cur ſtulti pauperes ſpiritui conſuluerunt, & diuites facti carni.*
8 *Caro quomodo ſe excuſat.*
9 *Spiritus in quibus ſe reddere debet impotentem.*
10 *Quomodo inter carnem & animam ſit magna ſocietas, & magna inimicitia.*
11 *Magis triſtatur mali in coniunctione carnis cum ſpiritu in die iudicij, quàm non triſtati fuerunt in ſeparatione.*
12 *Quæ bella citant inter carnem, & ſpiritum.*
13 *Quomodo indulgendum ſit carni.*
14 *Caro oblitioni eſt tradenda.*
15 *Cur caro ſit affligenda cum pro ſe non peccent.*
16 *Quomodo caro ſit ſupprimenda.*



Arnis. Primo C. 2. ponenda eſt deſcriptio. Secundo quomodo ſpiritum decipit, & expugnat. Tertio, q̃ non eſt nimis diligenda, & nutrienda. Quarto carnalium excuſatio cum reprobatione. Quinto, quomodo anima ſe defendere poterit contra omnia, carnis pericula.

¶ Ad primum ſic proceditur. Caro eſt domus ruinoſa grauis ſarcina, ſeruus malicioſus, equus indomitus, amicus doloſus, falſus conſiliarius, hoſtis domeſticus. Domus ruinoſa, quia huiuſmodi domus, & etiam veſtis antiqua, & putrida, non tenet futuram, uel emendationem, ſed dum vna pars reficitur, alia frangitur. Sic caro dum diligenter cuſtoditur, & credis vnam infirmitatem euadere, iudicis in aliam, & dum nititur eius famem extinguere nimis ſumendo, ſtomachum plus ſatietas, quàm fames grauat. Et ſic famelica, & etiam repleta conqueritur, & langueſcit. Artic. 1

Caro autem infirma, Matth. 26. Et ſi quandoque ſit ſana, ſanitas cum magna cautela, & timore, cuſtoditur, & cito, & faciliter amittitur. Amiſſa cum graui labore reparatur. Reparata ſemper in timore, & dubio eſt. Pſ. 37. Non eſt ſanitas in car.

¶ Expugnat autem, & decipit animam multis modis. Arti. 2.

¶ Primo ad ſibi delectabilia attrahendo, ſicut patet. A. 18. 1. Et decipiendo, ad modum mulieris in paradiſo, habet enim Adam, i. anima in paradiſo ecclesię pro muliere carnem pro ſerpente, ſocietate malam per quam diabolus loquitur, & ſeducit multos. Adã ſecutus eſt conſilium mulieris, & perijt,

perijt, & qui ſequũtur conſilium carnis, moriuntur. Ro. 8. Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini.

3 ¶ Secundo decipit ad modum trutannorum in bonis villis, qui inuitant homines ad tabernam, & volunt habere ſatis, ſed in fine aliqua ficta cauſa inuẽta, exeunt quaſi redituri, & ſic fugiunt, & onus expenſarum, & ſolutionis ſuper alium dimittunt. Sic caro ſemper inuitat animam ad delectationes ciborum, & venereorum, ſed tempore ſolutionis abſcondet ſe ſub terra, & animam dimittet in pœnis pro ſimbolo ſuo uſque ad generale iudicium, quando ſimul ſoluent, & ſuſtinebunt, quod meruerunt, &c. Spiritu ergo ambulate, & deſiderio carnis ne faciatis. Gall. 5. quaſi diceret. Ambulate poſt ſpiritum, & rationem, & non poſt carnem, quæ male ducit ad modum ca-
4 nis, qui pro cibo ſibi proiecto, ducit cœnum ad foueam, & lutum, & ad modum falſi ſocij, & amici, ſicut patet. A. 21. 27.

Ar. 3. ¶ Tertio decipit, & defraudat operarium, & cultorem ſuum in malè redden do, ad modum malę terræ, quæ quanto plus impinguatur, tanto plus producit de mala herba. Illa eſt terra maledicta. Gen. 3. Sic caro, tanquam ſeruus delicatè nutritus proſternitur domum ſuam, & pro delicijs in ea ſeminatis, reddit corruptionem, & conſumptionem, hoc ſciet quilibet, quando dicet illud. Iob. 17. Cõ ſumpta eſt caro mea. Tot ergo modis cõ cupiſcit caro aduerſus ſpiritum. Gall. 5.

¶ Ex iſto articulo ſecundo patet ratio tertij, quia ex quo anima nititur ſeducere, & quanto delectabilius ab anima gubernatur, tanto plus ei aduerſatur. Videtur rationabiliter ſequi, ꝙ anima illã carnem non nimis diligat, uel nutriat in propriam perditionem. Et hoc propter duo primo, quia fatuum eſt. Secundo, quia periculum eſt. Fatuum eſt enim inimicum contra caput proprium nutrire ad inimicitias. Et ſtultum eſt filium longæuum, & bonum exhęredare, eique nihil prouidere, ſed totam prouidentiã facere pro filio malo, & bonum exheredare, vt iſte malus habeat, ſibi placentia. Sic de carne & anima. Nota. A. 23. 26.

¶ Iterum habẽti duos filios infirmos, quorum unus, ita infirmatur, ꝙ non poteſt diu uiuere. Alter uerò ſi benè cuſtodiatur poteſt diu uiuere. Si totaliter curet de primo, & eum fouet, nutrit, & ditat, & alium non iuuat, qui in omnibus conditionibus melior eſt, nec de eo curet, nec eũ ditat, ſed mori permittit propter defectum auxilij, quis non diceret talem ſtultiſſimum? Sed ſtultiores ſunt, qui plus curant de corporibus proprijs, uel de corporibus filiorum, uel amicorum ditandis, & nutriẽdis, quàm de animabus. Tales ammonet Apoſtolus, Ro. 5
13. dicens. Curam carnis ne feceritis in deſiderijs non prohibet, quin fiat in neceſſarijs, uel cum moderato labore, quia homo ad laborem naſcitur, Iob. 5. Sed prohibet, ne fiat cum nimia ſollicitudine, uel ne nimis deſideret delicias ſuper ſuas. Quia ſecundum Aug. præſens delectatio non ſatiat, præterita non delectat, futura cruciat, nec fortitudinem. De qua Aug. quid fragilius uaſe uitreo, & tamen ſi ſeruetur, durat per ſecula, & licet ei caſus timeatur, tamen ſenectus, & febris ei non timetur, nos autem fragiliores ſumus, quia & ſi uitemus caſum, non tamẽ exitum, nec honores, nec pulchritudinem, uel diuitias, ſicut ille, qui cogitauit ampliare grangias ſuas. Lu. 12. Quid ergo nequius, quàm quod caro, & ſanguis cogitauit Eccleſia. 17. ſicut patet, in omnibus prædictis eius deſiderijs.

¶ Et non ſolum fatuum eſt carnem 6
diligentius nutrire, quàm animam, ſed etiam periculum maximum, ſcilicet periculum perditionis. Si rex peregrinaturus committeret balliuo ſuo curam filij, & porci, uel canis, & ipſe permitteret filium mori famæ pro defectu cuſtodię, & canem, uel porcum impinguaret, nonne talem ſuſpenderet, tanquam proditorem? Sic in propoſito, & patet Roma. 8. Si ſecundum carnem uixeritis, &c.

¶ Sed heu multi in opere & effectu oſtẽdũt ſe plus carnẽ diligere, ꝙ aĩam: ſicut

patet. A. 23. 29. Quia si corpus infirmaretur, mittunt pro medico festinanter, sed qui infirmiores sunt in anima, minus de medicis curant animarum. Iterū dum tres tunicę dantur corpori, uix datur vnna animæ. i. pauperi. Iterum dum centies reficitur corpus, cibum sumendo, uix semel reficitur anima uerbum Dei audiendo. De quo. A. 20. 18.

7 ¶Sed sunt aliqui, qui bene incipiunt viuere secundum spiritum maiores effecti carnem sequuntur contra exemplum abbatis Nitriæ in vitasp̃a. qui factus episcopus multo maioris abstinentiæ, erat, quam prius. Et requirenti causam. Respondit, quando pauper erā habui curā de corpore meo, modo autem medici curabunt, non sic impij non sic. De quibus, Gal. 3. Sic stulti estis, ut cum spiritu cœperitis carne consumamini.

Artic. 4. ¶Sed sicut caro mulierē sequitur in seducendo. Sicut patet. supra. e. c. 2. Ita etiam sequitur in excusando. Quia secundum carnē uiuentes ad modū Maymundi, q̄ in mēsa domini pingues polos comedens, domino adulabatur asserens secum in mortem, & in carcerem ire. Sed domino se armante ad bellum,

8 fugit excusationes quærendo. Sic caro ad omnia delicata parata, ad omnia spiritualia infirma à spiritualibus, quantum potest se excusat, uel ꝙ non est tēpus, uel dies, vel faciam alias. Asserens se non posse ieiunare ꝓpter capitis debilitatem, nec restituere propter pauperatem, nec orare propter pectoris artitudinem. Sicut ille, qui quotidie garulabat, & cum sacerdos eum ammoneret, ꝙ aliquando oraret, & diceret pater noster, quia infirmus erat, & ideo de anima cogitaret, dixit ꝙ non posset, propter reuma circa cor, reuma non impediuit illum, quādo tota die in lecto iacēs garularet, & loqueretur, quādo habuit auditorē. Sed quia lingua caro erat, & non spiritus, in his, q̄ ad spm̄ p̄tinebant impotens fuit, sicut oīs natura impotētior est in alienis, quā in ꝓprijs sic excusant se alij. I. 1 20. ergo a simili rōne, sicut caro reddit se impotentē, seq; excusat in

Exemplum.

his, quę spiritus sunt Ita deberet spiritus reddere impotentē, & difficilem in his, q̄ carnis sunt, eiq; in suis desiderijs contradicere in principio, ne in fine inter eos sit disceptatio, & briga, q̄ fuit inter illos. A. 21. 27. Qualis etiā gratia exē pli dī fuisse inter cæcum, & claudū. De quibus fertur sic, ꝙ sic inter se loquebā tur, & sic se mutuo iuuabunt vnus visu, alius pedibus, ꝙ furtū simul ꝑpetrabāt, in quo cū sic essent deprehēsi, uterq; alteri factū impositum, secus se excusabat, dicens, uos bene uidetis, ꝙ ergo non potui videre, qd agere debiti, nisi per eum, claudus uero se excusabat, dicens, bene videtis, ꝙ nō potui huc uenire, nisi sicut me portabat. Et licet sic inter se tales contenderent, & sibi mutuo maledicerent, tamen iudex neutrum habebat excusatum, quia uterque facto consensit. q̄a nec claudus portabatur inuitus, nec vidēs inuitus ducebat ad furtū, quantū ad propositum: anima est quasi clauda, quia de se membra non habet ad occidendum uel iurandum. Caro uero de se est, quasi cæca, quia potentiam uidendi nō habet, nisi de aīa. Sicut patet. A. 23. 2. Isti duo claudus, & cæcus multa mala simul faciunt, sed cum ad iudicium mortis, & iudicem veniunt, & caro inceperit se excusare, quasi cæca erat ei aīa econuerso quasi mēbra pro talibus malis nō habuit, nullius excusatio valebit, quia in facto consentiebant, & consentiētes, & agentes, pari pœna puniendi sunt 17. q. 4. omnes. Nota. H. 1. 26.

Exemplum. 9

10 ¶Sicut ergo inter socios in malo, uidelicet inter latrones, & huiusmodi, est magna amicitia, & consensus, & societas, dum in malis sunt simul delectantur. Sed quando unus appellat alium coram iudice, & omnia improperando, quæ simul fecerūt, est maximum odiū. Sic inter carnem, & animam modo est magna societas, sed cum illa misera anima capta, & de carne ad iudicem ducta fuerit, & uiderit illam carnē circa cuius ornatum tantū studuit, ita uilem, circa cuius delicias, & quietē, & diuitias tātā laborauit, tam macram, tanquā pauperem,

perem, & à vermibus consumptam, & seipsam propter ipsius sequelã esse ignibus æternis condemnatam, quid aliud, quã ammirãdo, dolendo dicere potest, heu, heu, q propter tam uilẽ terræ massam me perdidi, heu, q te sequebar qd aliud, quã stulticiã propriam accusare potest, q tam nobilis natura, tam uilem secuta sit, ergo ad modum latronum se mutuo appellantes, & accusantes, inter illos, quibus nunc est tanta societas, erit maximũ odium, quia de damnatis non intelligitur, illud Ephes. 5. nemo enim vnquam carnẽ suam odio habuit. Not. B. 2. 23. & I. 11. 10. Et M. 11. 85. & 91. Item. A. 21. 27.

11 ¶Et si animæ erit magna tristicia in separatione ab illa carne, maior erit, & tristicia, & pœna in resurrectione, & generali iudicio, quãdo cogetur illud turpissimum corpus iterum intrare, ut simul puniantur: sicut simul peccauerũt, quia talis caro, & sanguis regnũ Dei nõ possidebunt. 2. Cor. 15.

Exemplum. ¶Hoc exemplum de claudo, & cæco etiam potest applicari ad clerum, qui habet usum intellectus, siue pedes affectionis, & laicos quando laici sequentes, videntium mala exempla dicent, ego sequebar uidentem. Excusatio ad excusandas excusationes in peccatis, non allocabitur.

Arti. 5. ¶Cõtra omnia memorata carnis bella. Anima se defendere potest triplici cautela, videlicet superfluorum subtractione, necessariorum moderatione, & carnis maceratione.

12 ¶Primum patet, quia superflua carnẽ & spiritum repugnare faciunt. Sicut præbenda, equum non curate de freno, & sicut ligna ignem ergo eorum subtractio est belli mitigatio, & animæ quodammodo perfectio: quia sicut lignum non potest in ædificio templi perfectè aptari, nisi amputatis prius superfluitatibus, ita nec anima in templo Dei in cælo, in quo omnes dicent gloriam applicabitur, nisi amputatis superfluitatibus carnis, quibus amputatis, fidenter dicere poterit, illud, Iob. 19. In carne mea videbo Deum salua.

¶Secundum patet ex fine, quia rationabile videtur, q uictus, & uestitus ei nõ sit superfluus, sed necessarius, & moderatus, quæ ita cito erit cibus uermiũ, & operimentum eius uermis erit, vnde Hugo de claustro animæ. Cur (inquit) carnem, & preciosis rebus impinguas, & ornas? quam post paucos dies vermes deuoraturi sunt, & animã tuam bonis operibus non ornas, quæ Deo, & angelis præsentanda est, cur igitur animam tuam uilipendis, & ei carnem tuam præponis, & facis dominam ancillari, & ancillam dominari.

¶Tales etiam docet Seneca epist. 15. 13
dicens, bibere (inquit) & sudare vita caret diaci est multa enim sequuntur incommoda deditos huic curę, maior sum, & ad maiora gentius, quàm ut mancipiũ sim corporis mei non ammonet, quia carni seruiatur, sed tamen cum moderatione, & honestate, &c.

¶Tertium patet, quia sicut una situla descendit alia eleuatur. Ita carne depressa per castigationẽ anima leuatur. Vnde quidam sanctus pater dixit in uitaspa. dum corpus uiresc̃it, anima arescit, & econuerso, & dum plus ornatur corpus ad ostentationem plus fœdatur anima coram curia cœlesti. Et dum corpus uigilijs, & laboribus afficitur, animæ subijcitur. Ideo apostolus. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum. Et 2. Cor. 7. nullam requiem habuit caro mea, nullam habuit hic, ut alibi haberet æternam, Psal. 15. Caro mea requiescet in spe. Qui crederet, & sciret firmiter, q regnaret statim, quando veniret in Franciam: & regalibus uestibus ibi indui, parum curaret in uia uestimenta sua frangere. Exemplum.
Sed in cœlo regnabimus ergo non curemus, in uia uestem carnis laboribus frangere, & uigilijs honestis, quia uigilia honestatis tabefaciet carnes, Eccl. 31: Demus ei anulum obliuionis, sicut Moyses, de quo habetur in hystoria 14
scolastica circa principium, Exo. q uxori suæ, quæ eum voluit retrahere, ne ad fratres suos iret, & præcepta Dei impleret,

ret,dedit anulum obliuionis,& ſibi reti nuit anulum memorię. Ita nos carni, ieiunium,& labores, per quos obliuioni tradet delicias,& retineat ſibi anulũ memoriæ,orationem, ſcilicet & contẽplationem.In quibus habetur memoria Dei,& proprię ſalutis,& pęnarum inferni, quæ carnem pungunt animal pigrũ ſtimulo,Pſal.118.Confige timore carnes meas.Caro enim, quæ iſto timore,& pęnitentia non eſt ſalita, putreſcit; & vermes ſpirituales creſcunt in ea, & ſicut in terra ubi non eſt timor, nec iuſticia multiplicabuntur latrones, & homicidæ. Ita in carne,ubi non eſt prædictus timor,& caſtigatio. Dicat ergo quilibet confige &c. Sed quare eſt ſic affligẽda, quæ de ſe nõ pęccat, quia ſicut ingratus promotus contra promotorem, & ditatus contra ditãtem ſurgit, ſic cato Deuter.32.Incraſſatus impinguatus, &c.

¶Sed ingratitudo retrudit manumiſſum in ſeruitutem. 12. q. 2. Epiſcopus, qui mancipium. Et. c. liberti.ſicut patebit.G.S.4.21. Sed caro eſt ingrata. Sicut pãtet. e.c.3. de terra malè reddente: & multas quærit exactiones,quia terra noſtra, quam genitus multas vult habere graues ſeruitutes, ſicut patet.e. c.1. Sed cautela contra hęc eam amortiſare,uiri enim religioſi,quia uolunt loca ſua eſſe à ſeruitutibus libera ea fecerunt amortiſare, ita omnes filij eccleſiæ debent terram,quam gerunt,amortiſare:appetitum,uidelicet uoluntatum,per continentiam diuitiarum,per paupertatem, honoris & proprię uoluntatis per obedientiam, ſi ſic ſpiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis, Rom. 8. Viuetis (inquit)ſine graui exactione,uel concupiſcentiarum vexatione,quia cum tali terra mortificata! mortificantur etiam concupiſcentiarum ſeruitutes, Gall. 5. qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vicijs & concupiſcentijs.

¶Caſtitas. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Caſtitas quotuplex.*
2 *Qua de cauſa caſtitatis cuſtodia ſit valde difficilis.*
3 *Vtilitas prima, quæ fluit à caſtitate in hac uita,quæ ſit.*
4 *Vtilitas ſecunda,& tertia,quæ à caſtitate elicitur in hac vita, & in alia uita, quæ ſit.*
5 *Exemplum quod mouet ad caſtitatem.*
6 *Exemplum pro caſtitate ſeruanda.*



Caſtitatis. C. 3.

Primo ponẽda eſt diuiſio. Secundo, difficultas. Tertio, vtilitas. Quarto, exempla ad caſtitatem nos inſtomantia. ¶ Ad primum ſic proceditur. Caſtitas eſt duplex una intrinſeca, alia extrinſeca. In ſignum fortè cuius præceptum fuit. Leuit.12. offerre duos turtures, uel duos pullos columbarum. Artic.1.

¶Prima eſt animæ ſiue cordis. Sicut enim mulier fatua exteriorem nititur habere pulchritudinem, ut malis placeat. Ita omnes boni nituntur caſtam habere animam, & pulchram, & mundatam ab omni macula infidelitatis, & mundiciæ, & iracundiæ, ut placeat ſponſo ſuo Deo,cui deſponſantur per fidem. 1. Cor. 11. deſpondi enim uos uni uiro, & cætera,& toti curiæ cœleſti, quæ eam uidet. Sicut patet. A.12.17. Si enim fatua mulier ornat faciem, quando debet à multis videri rationabiliter nos debemus animam ornare, quæ à tot uidetur. Ideo. 1. Pet. 1. hortatur dicens, animas ueſtras caſtigantes in obedientia caſtitatis. 1

¶Secunda

Digitized by Google

¶Secunda eſt exterior, quæ debet eſſe in loquela, quia eloquia domini eloquia caſta. Pſal. 11.

¶In uiſu, in geſtu, in inceſſu, in omnibus ſignis, & operibus temetipsũ caſtum cuſtodi 1. Thimo. 5.

¶Hanc docet mundi curialitas. Educatus homo non loquitur, nec agit, nec pro poſſe oſtendit ſignum diſplicentiæ in præſentia domini ſui. Sed ubique & in præſentia domini, ergo vbique caſtum te cuſtodi. Nota. M. 12. 1.

Arti. 2. ¶Sed hæc caſtitatis cuſtodia eſt ualde difficilis, ſicut patet ex authoritate. Auguſt. B. 2. 31. & quaſi miraculoſa. Maius enim miraculum eſt, de propria carne fomitem eradicare luxuriæ, quàm expellere immundos ſpiritus de corporibus alienis: ſicut habetur in colla. patrum coll. Neſtoriatis.

¶Sed tamen hanc difficultatem uincere debent duo articuli ſequentes, videlicet vtilitas ex caſtitate, puniens, & exempla præcedentia.

Arti. 3. ¶Quantum ad vtilitatem patet, q̃ eſt magna, quia vbi bellum eſt fortius victoria, & gl orioſior, & maiori remuneratione digna. Sed huiuſmodi bellum, ut prædictum eſt, & fortiſſimum igitur eius remuneratio, & vtilitas eſt multiplex in hac uita, & in futura.

3 ¶Primo in hac uita vtilitas proueniens caſto, eſt bona fama, & laus. Res enim quanto mundior eſt, tanto maioris laudis eſt, quia ergo caſtitas mũdiſſima res eſt, à tota eccleſia digne laudatur. Sap. 4. O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate.

4 ¶Secundo ualet ad vitæ tranquillatẽ, quia à multis ſeculi brigis eximuntur caſtè viuentes. 1. Thimo. 2. Quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate.

¶Tertio valet ad fortitudinem, & pugnam, lignum enim viride fortius reſiſtit igni, quàm carbo extinctus, & res incorrupta fortior eſt, quàm corrupta, vel ruinoſa. Sic caſtus fortius reſiſtit igni peccati in omnibus tentationibus, ſiue carnis, ſiue cuiuſcunque inimici quia ad minus habet primam armaturam, de qua. A. 24. ar. 3. Ideo ſignanter dicitur caſtę mulieri, Iudith. 15. feciſti uiriliter, & confortatum eſt cor tuum, eo, quòd caſtitatem amaueris.

¶In alia etiam uita ualet, quia ducit ad quietem, & gaudium æternum. Caſta enim mulier meretur quieſcere in camera ſponſi, non autem adultera, ſic caſtus cum ſponſo Chriſto in camera cœli Gall. 5. Fructus autem ſpiritus eſt caſtitatis gaudium, &c.

¶Exempla uerò mouentia ad caſtitatem habemus, & fidelium, & infidelium.

¶Primo fidelium, matris Dei, & omnium ſanctarum uirginum, quæ ſunt in cœlo, quas ſequentes attingere poſſunt. Non ſequentes uerò tandiu erunt in inferno, ſicut ipſe in cœlo. Exemplũ enim illorum, qui fuerunt eiuſdem naturæ, & fragilitatis, omnem excuſationem à nobis remouet. Quale eſt illud cuiuſdam religioſę mulieris, quæ cum ſciret quendam amore eius infamatã, vt fertur, & quòd domum damnificaret, uel fortè eam raperet, niſi ei conſentiret, audiretq;, quòd plus raperet pulchritudine oculorum eius. Eruit ſibi oculum, & miſit ei, dicens, quod in me amas, tibi mitto, quo exemplo non ſolum ad caſtitatem uerumetiam ad tantã pœnitentiam prouocatus fuit, quòd nunquàm à lachrymis, & orationibus ceſſauit, vſq; ei viſus reſtitut⁹ fuiſſet, in ſignum remiſſionis peccati ſui. Et ſic ſua caſtitate meruit alteri caſtitatem, & in ſeipſa miraculi oſtẽtionem. Sic exẽplum eſto fidelium, in uerbo, in conuerſatione in caſtitate in fide prima. Thimo. 4. Exemplum.

¶Capta etiam Acon, fertur, quòd abbatiſſa quædam ſtatim pulſauit ad capitulum, & ſubiectas ſic alloquebatur. Iſti infideles, niſi cautè agamus prius violabunt animas, deinde corpora occident, ſicq; pdemus corpora, & aïas. Sed ſi vultis cõſiliũ meũ facere, ſaluabimus aïas, & ipſis clamãtibus, q̃ ſic, accepto

Artic. 4. 5

6

cultello

cultello naſum ſibi abſcidit, & faciem deturpauit, quòd alię uidentes fecerunt ſimiliter. & ſic ſapienter elegerunt, potius cum facie deturpata cœlum intrare, quàm cum ordinata infernum, quæ enim curioſè ſe ornant non omnino caſtę ſunt, quia videri, & ſollicitari appetunt, & de hoc gloriantur, licet ore contratium dicant. Sicut illa, quæ ſe abſcondit, ut dicitur, propter eum, qui eã venit, rapere, & cum eam inuenire non poſſet, & eſſet in recedendo, clamauit, dicens ego ſum hic, ſolum habuit caſtitatem, in ore. Actu. 24. Diſputante de iuſtitia, & caſtitate, &c. Qui uerò ad caſtitatem non monentur exemplo fideliũ, ſaltem exemplum capiant infidelium, & confundãtur primo de ciuitate Dei, & ſpecialiter Lucreciæ, quæ poſt caſtitatis amiſſionem uiuere noluit, & de alijs pluribus, ibidem. Nota de iſta materia. P. 5. 16. & 66.

Exemplum.

¶Ciuitas. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Ad ciuitatem conſeruandam pacificam, & ſtabilem requiruntur quinque conditiones, & quæ ſit prima.*
2 *Quibus comparentur rectores locorum.*
3 *Quæ confundant communitatem, & pacem ciuitatis.*
4 *Quomodo confundatur communitas, & pax ciuitatis.*
5 *Quomodo impediatur pax in ciuitate.*
6 *Quæ ſit ſecunda conditio ad ciuitatem pacificam conſeruandam.*
7 *Figura quorundam dicẽtium edificemus nobis ciuitatem, & turrim.*
8 *Quæ ſit tertia conditio ad pacem tuendã in ciuitate.*
9 *Quomodo malus rapiat aliorum cor.*
10 *Quæ gignant bellum extrinſecum.*
11 *Quæ ſit quarta conditio deſiderantium ciuitatem pacificam tueri.*
12 *Quæ prohiberi debeant, ut conſeruetur ciuitas pacifica.*
13 *Exemplum in eos, qui leges iniquas condunt.*
14 *Quæ ſit quinta conditio eorum, qui deſiderant ciuitatem pacificam tueri.*
15 *Religioſi boni in quo profint.*
16 *Quomodo deſtrui poſſit ciuitas.*
17 *Quomodo dæmones curent euertere ciuitates.*
18 *Concionatores pecuniarum lucro conſulẽtes magis, quàm animarum, Dei ciuitatem præcipitant.*
19 *Ciuites, quæ omnia amplectuntur, quæ ſpectent ad pacem tuendam, non ſolum abundant rebus temporalibus, ſed etiã ſpiritualibus.*
20 *Quæ occurrant ciuitati pacem amplectenti.*
21 *Qui ſint ciues, & domeſtici Dei.*
22 *Exemplum de quadam ciuitate, quæ aliã depopulatam repræſentabat.*
23 *Quæ ſint conditiones ciuitatis Babilonicæ.*
24 *Ciuitas Babilonicæ cur non erit ſperẽda.*
25 *Ciuitas Babilonicæ cur non erit ſtabilis.*
26 *Mali quibus comparantur.*
27 *Vnde conijcere poſſimus malos concionatores.*
28 *Quibus comparentur boni concionatores.*
29 *Diſcrepantia ſermonis gignit inimicitiam.*
30 *Sententia in illos, qui varietate ſermonum deſtruent ciuitatem.*



Ciuitates ſunt duæ. C. 4. Vna Dei altera diaboli. Sicut patet per Auguſt. de ciuitate Dei in principio, quas faciunt duo amores Hieruſalem facit amor Dei, Babyloniam amor ſecundum Auguſtinum, de ciuitate Dei. 65. de quibus ſex ſunt dicenda. Primo oſtenditur qualiter diſponi debet ciuitas, uel communitas quęcunque, ſiue ſecularis, ſiue religioſa, quantum ad conditiones, quæ in ea requiruntur ad hoc, quòd ſit bona, ſtabilis, & pacifica. Secundo oſtendetur, quòd ciuitas, uel communitas habens illas conditiones,

Digitized by Google

ditiones, erit prospera stabilis, & abundans. Tertio quomodo Deus à tali ciuitate laudatur, & ciues custodiunt. Quarto quomodo, & qua de causa religio potest ciuitas nuncupari. Quinto ostenduntur conditiones ciuium Babylonicæ ciuitatis. Sexto, quòd talis ciuitas, uel cõmunitas non erit stabilis, & pacifica.

Artic. 1 ¶Ad primum sic proceditur ad hoc,
1. quòd ciuitas, uel communitas quæcunque sit bona stabilis, & pacifica, requiruntur quinque conditiones, & dispositiones.

¶Prima est iustitiæ. Pro quo est sciendum, quòd Auicenna lib. 10. Philosophiæ suæ. c. 4. ordinat ciuitatem in tres partes, uidelicet in dispositores ministros, & legisperitos. Ordo uerò, istarum in communitate debet esse, sicut situs chordarum in cythara. Vbi requiritur, quòd quælibet chorda locum suum teneat: ad hoc, quòd melodia sit bona bre uiores in loco suo, mediæ in medio, & longiores in loco suo. Ita in communitate quacũque debet quilibet tenere locum suum: inferior in operãdo, & obediendo. Illi uidelicet, qui uocantur ministri, legis uerò periti, & uiri ecclesiastici in consulendo, & orando, & dicendo.
2 Dispositores in regendo, & custodiendo, quorum officium assimilatur officio cytharedi, quia sicut cytharedus habet proportionaliter omnes chordas tangere. Ita isti dispositores, seu custodes animarum, siue corporum, habent omnes bonos supportare, & iuuare, & malos proportionaliter tangere, & punire, sine acceptione personarum munerum, uel umorum iuxta illud. Psal. c. In matutino interficiebam omnes peccatores, &c. In matutino, id est statim ī principio sine dilatione, quæ prouenit ex fauore, uel munere, uel timore Sciens, q̃ vulnus in principio facilius sanatur. Et ignis facilius extinguitur. Psal. 72. Velut somnium surgentium domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges statim. Et sicut cytharedus, dum prædictas obseruat chordas proportionaliter, & moderatè tangendo dulcem facit melodiam. Ita dum in cõmunitate, uel in ciuitate situs, uel tactus debito ordine obseruatur, ut prædictũ est, ciuitas erit bona stabilis, & pacifica, de qua Esa. 1. Vocaberis ciuitas iusti.

¶Sed sicut in cythara duo toram melodiam confundunt. Inordinatus, uidelicet chordarum situs, & tactus, ita omnem communitatem, & pacem, & ciuitatem, ista duo confundunt. 3

¶Primo inordinatus situs, quando uidelicet ille, qui non est dignus, quantum ad mores scientiam, & sapientiam propter fauorem munera, uel inordinatum amorem, in alto loco ponitur, ecce chorda extra locum suum, quæ totã melodiam corrumpit. Quando etiam econuerso ille, qui merito bonæ uitæ, & scientiæ deberet poni in alto loco deprimitur. Ecce chorda extra locum sic 4
melodia confunditur propter defectũ situs chordarum. Secundo melodia cõfunditur propter defectum in tangendo, sicut patet, quando illa, quæ debet tangi, non tangitur, & alia ultra vires tangitur. Ita quicunque cõmunitas modo cõfunditur, ex hoc, quòd malefactores non tanguntur, nec puniuntur, ubi gratia. In cõmunitate seculari, seu mũdi latrones homicidæ, & huiusmodi ꝓpter sanguinis nobilitatem, uel propter munera a suspendio liberantur, duodecim enim latrones liberant coram iudice tredecimũ. Ecce chorda, quę deberet tangi, non tangitur, & hoc propter munerũ perceptores. Et hæc est causa, quare tot sunt latrones, & homicidę, quia in terra, ubi non est iusticia, multiplicabuntur latrones, & homicidæ. Sicut patet C. 2. 15.

¶ Et eadem est causa communitate ecclesiastica, quare, tot sunt latrones Dei, uidelicet, luxuriosi, adulteri, & mali Christiani, quia cythardi ecclesiastici eos non tangunt sicut deberent, sed accipiunt munera, uel uident lupũ, & timent. Et hæc est causa, quare tam in ciuitate, uel in communitate mundi, ubi deberet esse tactus, & correctio, & punitio corporum, quam etiam in ciuitate

ecclesiæ,

eccleſiæ, ubi deberet eſſe tactus, id eſt correctio animarum. Facta eſt meretrix ciuitas fidelis iuſtitia habitauit ſupple, quondam in eo, quando cytharedi fuerunt ſupple boni, nunc autem homicidæ. Eſa. 1. Quia in corde non tangentur, id eſt malefactores non puniuntur. Nota. I. 13. 38. & B. 8. 23. & P. 4. 23.

¶Iterum pax in iſta cythara impeditur ex hoc, quòd vna chorda plus ſtringitur, & durius tangitur, quàm deberet. Verbi gratia, vnus pauper modicum de linquens in curia mundi, grauiter, & vltra iuſtitiam à merciabitur: Et ſic chorda parua nimis dure tãgitur pax etiam melodiæ rumpitur. Quia inde odia, & maledictiones generantur. Magnus faciet maius delictum, & non amerciabitur. Iterum pauperes, & mediocres taxantur, & maiores dimittuntur. Ecce chordę quædam nimis trahuntur, quædam nimis laxantur. Et talis communitas nõ erit pacifica, nec durabilis. Quia ſecundum Auguſtinum, deci. Dei. lib. 2. c. 21. Iniuſticia maximè deſtruxit ciuitatem. De illis uerò malis cytharedis, qui ſic chordas non ſituando, & non tangẽdo, uel inordinatè tangendo, ciuitatem, tam mundi, quàm eccleſiæ diſſipant. Sicut ſcribitor Prouerb. 29. Viri ueſtilentes diſſipant ciuitatem.

¶Secunda conditio eſt conditio amoris charitatis, & concordiæ. De iſta conditione, loquitur Auguſt. de ciui. Dei li, 2. c. 21. Innuens, quòd ciues vnius ciuitatis, uel communitatis debent ſe habere ĩ factis, & dictis, & uolũtatibus ſuis, ſicut cantores in notis, dum enim benè concordant bonas uocem habentes, cãtus placet. Ita dum ipſi in bona uoluntate, & locutione, & operatione concordant, ciuitas illa placet Deo, & hominibus, & proſperatur in temporalibus, & ſpiritualibus. Figura de illis, qui dixerunt. Geñ. 11. Ædificemus nobis ciuitatem, & turrim, dum concordabãt, opus aſcendebat, ſicut in omni communitate, dum concordant, & mutuo ſe iuuant ad modum membrorum, & de mutua proſperitate, & lucro gaudent, & lætantur. Et de mutua aduerſitate triſtantur ad modum cordis, quod gaudet, & ſibi fieri reputat, quod alicui membrorum corporis fit, dum, inquàm, ſic cordis ſequuntur affectionem, & membrorum ſupportationem, opera eorum, & temporaliter proſperantur, & ſpiritualiter verſus cœlum aſcendunt, & ad Chriſtũ, qui iſtius ciuitatis, eſt auctor, & dominus, & poſſeſſor. Zacha. 8. Hieruſalem uocabitur ciuitas ueritatis. Si uerò ecõuerſo nõ ſit inter eos mutuum auxiliũ, vel adiutorium ad modum membrorũ, nec affectio ad modum cordis, ſed ira, inuidia, diſcordia, dolor de proſperitate, & gaudium de aduerſitate non erit communitas durabilis, ſicut nec corpus humanum diu durabit, vbi vnum mẽbrum aliud non iuuat. Sed erit, ſicut ciuitas, quæ uaſtatur. Eſa. 1. No. E. 4. 3.

¶Tertia conditio eſt eſſe mutuæ ſupportationis, & ſequitur ex præcedenti cõditione, in qua dictum eſt, quòd mẽbra ſe mutuo iuuant. Ita membra corporis Chriſti, & eccleſiæ, de quo. 1. Corinth. 12. & ad Rom. 12. Ad modum domorũ in ciuitate, in qua domus domui copulat: & mutuo ſe ſupportãt. Sic frater, qui ſupportatur à fratre, quaſi ciuitas firma Prouerb. 18. Si uerò ſint mẽbra maledicta, & innatur alia mutuo ſe expugnantia, & domus ruinoſę, q̃ mutuo ſe proſternunt, & ſicut oues ſcabioſe, quæ mutuo ſe corrumpunt, & ſicut domus incenſę qua mutuo ſe inflammant, & comburunt, dici poterit de eis, illud. Eſa. 1. ciuitates veſtræ ſuccenſę igni, quia ſicut vna domus inflammata aliam inflammat. Ita ſpiritualiter vnus malus exemplo uerbo, uel facto alium corrumpit, & nihil tantum nocet ciuitati, ſicut talis ignis interior, quia ab obſidione, uel inſultu exteriori poteſt ſe cuſtodire, à magno uerò igne intrinſeco nõ põt ſe cuſtodire qn magnũ dãnum incurrat. Sic nullũ bellũ, uel aduerſitas, vel malum extrinſecum, tantum nocet animæ, uel communitati vel ciuitati, quàm ignis peccati, quod patet per Auguſt. de ciui. Dei. lib. 2. c. 2. Qui vult

quòd

quòd Romam plus destruxit tempus pacis, quàm belli, quia tempore belli fuerunt vnius concordię inter se contra inimicos, non potuerunt etiam vacare vicijs gulę, & luxurię, nec ciuilibus discordijs inter se propter occupationem, quam habuerunt contra inimicos, quibus vocauerunt tempore pacis. Ita in omni cõmunitate mundi, quantumcunque habeant tędia extrinseca, si sint mundi interius Deum habẽtes, nõ destruentur. Deut. 20. Si exieris ad bellum contra hostes tuos, non timebis eos, quia dominus Deus tuus tecũ est, Psal. 117. Dominus mihi adiutor, non timebo, qd faciat mihi hõ. Noc. T. 5. 47.

10 ¶Si verò nullum bellum habeant extrinsecum, si dent se peccatis in seipsis nescientes, quomodo paulatim pauperabuntur, & destruentur, quia Deus ab eis recedit, quia ait, Iere. 23.

¶Delinquam vos, & ciuitatem, quã dedi patribus vestris. Et nisi dominus custodiet ciuitatem, &c. Psal. 126. Præterea nec mirum, quia sicut non habens protectionem regis, vel domini totius in terra sua in tempore belli, vel extra ciuitatem tempore obsidionis faciliter capitur, & damnatur. Ita non habens protectionem Dei, nec existẽs in ciuitate supple per charitatem, frustra vigilat, quia dominus non custodit eũ.

¶Sed, quia iste conditiones prędictæ
11 congruę haberi non possunt, sine legibus, & statutis, & sana doctrina, qui volentes informent, nolentes coerceant.

¶Ideo quarta conditio necessaria est legũ, & statutorum in communitate datio. In quibus ordinetur secundùm doctrinam Auicennæ. lib 10. Philosophiæ suæ. c. 4 Quod nullus sit in ciuitate vtilis, qui non habeat aliquem statum laudabilem, & ab vnoquoque proueniat aliqua vtilitas ciuitati. Et ideo (inquit) prohibeat legislator ociositatem, & vacationem, nec sit aliquis, qui non obediat alicui, qui autem compesci, uolũt expellendi sunt extra ciuitatẽ, propter enim talia ocia uenduntur hęreditates.
13 ¶Prohibeat etiam (inquit) q̃ non sit in ciuitate luctator, vel aleator, prohibeat etiam studia, & opera contraria vtilitatibus ciuitatis, sicut furtum, rapinam, fornicationem. Si talia statuta ordinauerunt in ciuitatibus suis Saraceni, quanto magis Christiani.

¶Sed heu, quasi omnia statuta modo sunt potius ad cupiditatem, quàm ad vtilitatem, & ad ciuitatis destructionẽ, quàm adbonam gubernationem. Sicut patet modo, quasi in omnibus ciuitatibus maritimis, vbi mercatores extranei cum nauibus venientes, non possunt ad libitum vendere popularibus, & omnibus, sed coacti per maledicta statuta vẽdere aliquibus magnis de ciuitate, q illud aliis vẽdent, sicut placet. Et istud de pauperat ciuitatem pp duo.

¶Primo, quia mercatores pauciores, & quasi inuiti ad tales veniunt ciuitates intantum, quòd vbi solebant in aliquibus ciuitatibus venire viginti naues, vix veniunt modo quinque.

¶Secundo, quia auantagium mercatorum venientium non erit totius ciuitatis, quę inde auantagium haberet, si libere, & in bono foro emere possent, sed illorum primo ementium, quia cariùs venduntpopularibus, quàm facerẽt principales mercatores. Talibus ergo competit, illud Esa. 10. Vę qui condunt leges iniquas. In quibus legibus plus respiciũt commodum proprium, quàm vtilitatem rẽpublicę. Nõ sic antiqui sapientes, qui ciuitates rexerunt. De quibus refert Valerius, q̃ inuẽta in quadã piscatione quadã mensa aurea, quę ẽm cõe consiliũ dari debuit sapiẽtiori ciuitatis, & multis eã obtulerunt, nullus tñ eã recepit tandẽ dedicauerũt eã Deo suo, in quo facto vt, q̃ nõ fuerunt superbi, nec auari, dũ tales rexerunt ciuitates, ciuitates abũdabãt. Quia in bonis iustorũ exaltabit ciuitas, Prouerb. 11. ¶Quinta conditio requisita est 14
sanum consiliũ, & hanc infert quarta conditio, in qua dictũ est, q̃ necesse est, hñe bonas leges, & ordinationẽs, hoc autẽ ideo põt esse sine sapiẽtibus cõsilijs. Ergo tales sunt necessarij ad regimen

Exemplum.

reipublicę,

reipublicæ, tam in regimine ſpũali, quã corporali, qa ibi ſalus, tã animarũ, quã corporum, quàm etiam aliarum rerũ, vbi multa conſilia, Prouerb. 11. Vnde & rectores reipublicæ, antiquitus dicebãtur conſules, à conſulendo, ſecundum Auguſt. 5. de ciui. Dei. c. 12. Quomodo autem tales proſunt reipublicæ, oſtendit Tullius ſatis pulchris exemplis, li. 1. de ſenectute c. 3. dicens, quòd dantes conſilium in republica, plus agunt, quàm alij laborioſi. Nam (inquit) ſunt ſicut gubernantes nauem, in qua alij ſentinam exhauriunt, alij currunt, alij malos excandunt. Ille verò tenens clauum, & quietus ſedens in pupi multa maiora, & meliora facit. Non enim viribus, & corporis velocitatibus res magnæ geruntur, ſed conſilio authoritate, & ſententia. Et plus ibidẽ addit. Quod cum talibus ſenectus augeri ſolet apud eos vrget conſilium. In antiquis enim eſt ſapientia. Iob. 12. Idem Tul. de off. c. 22. Recitat, quòd conſilium Solonis plus profuit ciuitati Athenienſium, qa ab illo leges eorum, & inſtituta fuerũt, quàm valuit victoria Temiſtodis, quia bellum illud fuit geſtum conſilio ſenatus, qui à Solone fuit inſtitutus. Parua (inquit) ſunt foris arma, niſi conſiliũ ſit domi. Vnde Vale. lib. 6. c. 2. Recitat de quodam, qui minanti, quòd habuit gladios multos. Rũdit. Et ego annos multos, quaſi diceret, iõ te nõ timeo.

Exemplum.

15 ¶Iſta ſunt contra illos, qui impropérant religioſis uiris, & eccleſiaſticis, q̃ non proſunt reipublicæ, quia non laborant manualiter. Sed illi tamen ſi boni ſunt, plus proſunt, conſulendo, docendo, orando. Vnde Seneca, li. de trãquillitate animi poſt principium. Nõ is ſolum reipublicæ prodeſt, qui tuetur res, & de pace belloq; cenſetur, ſed qui iuuenrutem exhortatur, qui in bonorum præceptorum copia ueritatem inſtituit, qui ad pecuniam luxuriamq; ruentes retrahit, & ſi moretur i priuato, publicum tamen negocium agit. Nota de hoc benè. B. 2. 23. Tales ergo, & ſi pauperes ſint in rebus, tamẽ ciuitatem ſalnant, Eccleſia. 9. Inuẽtusq; eſt in ea uir pauper, & ſapiens, & liberauit ciuitatẽ per ſapiẽtiam ſuam. Nota. C. 11. 4. Qui ergo uoluerit ciuitatem mundi, quacũque deſtruere, uel capere uix meliorẽ inueniret cautelam, quàm eius ſapientes impedire ſi poſſit, & de tali cautela, ut fertur, quidam rex potens ad deſtructionem cuiuſdã ciuitatis, in qua erant duodecim ſapientes, quorum conſilio ciuitas regebatur. Rex ergo à ciuibus, nihil aliud petiit, niſi q̃ illos ſapientes traderent, uel de ciuitate expelleret, eos intelligere faciens, quòd tunc ab obſidione ceſſaret, quaſi nulla alia cauſa obſidionis eſſet, niſi illi ſapiẽtes. Sic etiam fabulæ habent, quòd lupi cogitauerunt ad deſtructionis ouium, dicentes paſtoribus, quòd canes expellerent, quaſi tota briga inter eos fuit propter canes, uiderunt enim, quòd propter eos oues capi non ualuerunt, quibus expulſis ſiue reſiſtẽtia oues rapuerunt. Tali arte utitur diabulus ad deſtructionem ciuitatis eccleſiaſticæ. Videt enim, quòd prędicatores docendo, & prædicando, & lupos à grege arcendo ad modum ſapientum in ciuitate, & ad modum canum ouile eccleſiæ cuſtodiunt. De quibus, in Pſal. 58. Famem patiantur, ut canes, & circuibunt ciuitates. Gloſa. Prædicatores patiuntur famen quando auditores non audiũt verbum Dei. Eſuriunt enim, & ſitiunt aliorum iuſtitiam. Et cogitat, & ſcit, quòd multum iuuat ad cuſtodiam iſtius ciuitatis, quam nituntur euertere. Et de facto eam euertit, informando maiores prælatos iſtius ciuitatis eccleſiaſticæ, quòd prædicantes artent, ut dimittant, & tũc erunt in pace, quibus per leges, & ſtatuta eorum, uel emiſſis, uel artatis, ſine reſiſtentia gregem eccleſiæ inuadunt, & deſtruunt, & intantum iſti dęmones ciuitatem Dei obſidẽtes, in iſta informatione de ſapientibus tradẽdis, & canonibus artandis inualuerunt, quod tamen mirabile eſt dictu, quòd vnus magnus ciuitatis, & gregis cuſtos tolerabilius ſuſtineret in ciuitate mille vſurarios,

16

Exemplum.

Fabula.

17

sios,& totidē meretrices, quàm viginti fratres,contra illos vsurarios, vel alios, vel alias animas destruentes : vix nunquàm incalescunt,vel feruenter agunt, vel tot leges condunt, sicut patet. H 4. 13. & P. 113.8.Contra istos, si ciuitatem illorum inhabitare nituntur, toto malignitatis spiritu insurgunt, & feruentissimè agunt,in hoc ostēdentes, quòd firmissimè dęmonib⁹ Dei ciuitatē obsidentibus,adhærēt, eis in traditione canium obedienter fauent, quorum cuilibet dici potest, & à quorum quolibet quęri pōtest,illud. 2.Re. 22.Quare præcipitas ciuitatem domini, tu à domino promotus,& sufficientiam habes, quare impedis ne ciuitas Dei custodiatur, & sic eam præcipitas, quare hoc ? quia lucrum pecuniarum potius ante oculos habent, quàm lucrum animarum. In quo fortè trepidauerunt timore,ubi nō fuit timor. Et hæc,& alię causæ, uidelicet ne vicia eorum reprehendant, facit canes in ciuitate illorum non admitti, quodq; ecclesia modo est ciuitas parua, & pauca viri in ea. Ecclesia. 9. Vnde de moderno ecclesiæ statu pōt dici, illud. 4.Re 2. Ecce habitatio huius ciuitatis optima est,sed aqua pessima, id est clerus per quos ceteri lauari deberent.

Arti. 2.

¶Dū verò prędictæ conditiones fuerint in regnis,& ciuitatibus, & ciuibus, communitates abundabant secundum Valerium lib.3.c.4. Quia patriæ rem,& non suam vnusquisque augere properabat,pauperq; in diuite,quàm diues in paupere versari valebat communitate.

19 Sed moderno tempore circa honorē, & commodum propriū, quasi tota versatur intentio.

Artic.3.

¶Et non solum talis ciuitas est abundans in temporalibus,sed etiam in spiritualibus à tali cōmunitate laudatur, & honoratur vnde de eis dici potest, illud.1.Mach.11.Occurrunt ei de ciuitate honorificè. Et potest esse thema ī ramispalmarum, sicut tunc occurrerunt Ionathę summo sacerdoti, & principi Christianorum, ad modum Romanorum,occurrentium victoribus ad ci-

20

nitatem redeuntibus.Ita isti Christo resuscitanti Lazarum. Ocurrerunt, &c. In quo tria, indicium securitatis, ciuitas,fastigium curialitatis honorificę,pconum probitatis, occurrerunt.

¶Quātum ad primum ciuitas est locus securior in guerra,sic status bonus, Iere.1.Dedi tē in ciuitatem munitam, quia extra non est munitio. Et sicut domus ardens proximam ardere facit. Ita malus in duodena, vel detractor alios malos facit, quia sicut ipse habet malā linguam, ita audiētes facit habere malos aures.Tali dici potest, illud Matth. 22.Ciuitatem illorum succendit. Et illud Ps.9. Ciuitates eorū destruxisti,&c.

¶Qui verò statum suum,& specialiter in religione tenetur, ciues sunt, & domestici Dei. Quia talis communitas ædificatur, vt ciuitas. In Psal.121. propter septem rationes.

Arti. 4.

¶Primo, quia sicut ī campo licet homini ire, quo vult ad omnem partem, sed in ciuitate oportet, quòd vadat per certos vicos, ita in mundo vadunt homines,quasi ad libitum, sed in religione artantur ad certas vias artiores,videlicet paupertatis,obedientię, & castitatis.De quibus. A.19.1. Et ad vicos aliarum ęremoniarum, & constitutionū, sed vię istę vię pulchę,quia plateæ ciuitatis aurum mundum. Apo.21.

21

¶Secundo,quia homines in ciuitate nituntur honestius ire, quàm ī campis Ita in religione tenentur ad maiorem honestatem in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Psal.47.Gen.19. Est ciuitas hic iuxta parua ad quā possum surgere, & saluabor in ea.

¶Tertio,quia ciuitas non est benè situata, sine aqua. Aqua enim ciuitatem lętificat,& ditat, ita doctrina religionē, Psal.45. Fluminis impetus lętificat ciuitatem, &c.

¶Quarto, quia homines honesti in ciuitate maturius incedunt,& libentius, & securius ibi quescunt,quàm in campis,uel siluis. Ita in ciuitate sanctificata similiter requieui.Ecclesiasti.24.Ista ciuitas debet habere murum concordiæ,

fundari

fundari dēt ſup fundamentū apoſtolorum, & prophetarum. Apo.21. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis nomina duodecim apoſtolorum, & agni. Nec debet deijci aduerſitate neq; eleuari proſperitate, ſed æqualiter ſe habere ad modum deciji. Et hoc eſt, quod ſequit. Ciuitas in quadro poſita erat.

¶Quinto ſicut in ciuitate obſeſſa vigilant homines de nocte. Ita religioſi milites Chriſti. Et hoc eſt, quod ſequitur nox enim nō erat illic, quia media nocte ſurgunt ad Deum laudandum. Et hoc eſt, quod ſequitur, & afferēt gloriam, & honorem in illam.

¶Sexto ciuitates munde ſeruantur, & maximè in aduētu regis, ſic religioſus, & hoc eſt, quod ſequitur, nec intrabit in illam aliquod coinquinatum.

¶Septimo, quia quis timens bellum fugit ad ciuitatem fortem, ſic timens guerram peccatorū, ciuitatem fortiū, id eſt religioſorum aſcendet. Prouerb. 21. Deus eorū parauit illis ciuitatem, Heb.11. De qua Geñ. 19. Eſt ciuitas hic iuxta feſtina, & ſaluare ibi. Cui obediat, & dicat illud Cañ 2. Surgam, & circūibo ciuitatem, ſed noli circunſpicere in vicos ciuitatis, nec ob erraueris in plateis illius, Eccleſia. 9. De qua, ut breuiter concludat dicit. Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei, in Pſal. 86. Sed heu hon ſolum ſuper ciuitatem iſtam, ſed ſuper omnem ciuitatem, & ſtatum eccleſiaſticum, & communitatem mundi, quia de omni ſtatu modo poteſt dici, tu ne es. Ratione cuius eſt ſciendum, quòd eſt quędam ciuitas ī Africa ſita, vt dicitur, vbi fuit antiqua Carthago, quā in vulgari lingua vocant tūnees, quod interpretatur tu non es, ſupple quod eſſe ſolebas. Ideo ſic eam vocabant, quia ciuitas primo ibi ſita fuit potētior, fortior, pulchrior, ditior volunt, ergo dicere, tu non es, in nobilitate, & alijs bonis cōditionibus, quod eſſe ſolebas, antequā eſſes deſtructa per Romanos. Ita qui vidiſſet ſtatum primitiuę eccleſię, & Chriſtianitatis, & religionis, & compararet eum ad ſtatum modernum, poſſet dicere, tu non es, ſupple, quod eſſe ſolebas, quando iuſtitia habitauit in ea, Eſa. 1. Poſuiſti ciuitatem in interitu. Eſa. 19. & Iere. 19. Sed qui non viderunt aliū ſtatum, de iſto ſtatu gaudent, & concipiūt quaſi nunquàm fuiſſet melior. Alij verò dolent. Figura. 1. Eſdre. 3. quādo ędificabatur templum. Iuuenes, qui prius templum glorioſum non viderant, cū lętitia vociferati ſunt, ſeniores, verò, qui templum aliud in meliori ſtatu viderant, flebant voce magna. Sic in propoſito, licet leues, & iuuenes ī ruina ſtatus ſui nō doleant, ſed potius gaudeāt, tamen maturi conſiderantes ruinā, cuiuſcunque ſtatus Chriſtianitatis ad fletum magis prouocantur cum Chriſto, qui ſuper omnem talem ciuitatem figuratiuę fleuit. Lucę. 19. Videns (inquit) Ieſus ciuitatem, fleuit, &c. quia mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij. Ezechię. 5. Exgo euge ſuper ſanctuarium meum, quia pollutum eſt, & ſuper terram Iſrael; quia deſolata eſt, &c. 23

¶Conditiones verò ciuium ciuitatis Babilonicę, ſcribit. Pſal. 54 Dicens vidi iniquitatem, id eſt crudelitatem, & tyrannidem dominorum, & cōtradictionem cordium, quia nullus alium diligit, vel ſaltem ſuorum, ſcilicet inter aduocatos, & legiſtas, & īter nationes diuerſarum plagarum, vel operum, quia quilibet nititur aliū deprimere, & ſpecialiter aduentantes, & pauperes, qui velīt inter eos viuere. In ciuitate, ſcilicet diaboli. Vidi iterum guloſitatem, & luxuriam die ac nocte circundabit eā negligentia etiam, & ocium prelatorum, & clericorū ſuper muros eius, iniquitas crudelium, & falſorum executorum, & labor in medio eius ſupple fictus, & falſus omnium artificium, & operariorum, & iniuſticia iudicum, & balliuorum, & teſtium, & duodenarum. Et non defecit de plateis eius vſura, & dolus, quaſi in omni contractu mutui, ſeu venditionis, & emptionis, vt ciuitas ſanguinum. Naum. 3. Artic. 5.

22

¶Duabus

Art. 6. ¶Duabus ergo uis elici potest ſexũ principale, videlicet, ꝙ talis cõitas, uel ciuitas nõ erit ꝓſpera, nec diu abũdãs, & durabilis. Vna, uiã reſpicit Dei iuſtitiã, qua propter eorum ingratitudinẽ, ꝙ eis mutauit, ſubtrahit. Et iuſtè quidem, ſicut patet. C. 2. 16. & D. 11. 19 Maiorem enim abundãtiam diuitiarũ delitiarum, & honorum contulit, uel mutauit ciuibus, ut communiter, quã villanis, uel habitantibus in campeſtribus, & tamen ipſi ſunt ei magis ingrati, plus eum falſitatibus ebrietatibus, & luxurijs, & cæteris uicijs prouocantes, vt de eis uerificetur, illud Actuum 4. Conuenerunt in ciuitate hac aduerſus puerũ Ieſum. Sicut enim tunc conuenerũt aduerſus Chriſtũ in ciuitate. Ita nunc aduerſus mẽbra, id eſt ſimplices eos circũueniẽdo periurijs, & falſis mẽſuris, & põderibus, & multis deceptionibus. Iuxta illud. 2. Cor. 11. Periculis in ciuitate. De talibus loquitur Aug. de ciui. Dei. li. 2. c. 14. dicens, ꝙ talis ciuitas, quæ ſuperbię, & cæteris uicijs uacat, eſt ſicut domus Sardanapalli regis, qui ordinauit ſcribere ſuper tũbã ſuam, tantum ſe habere, quãtum dum uiueret libido ſua cõſumpſit, tales (inquit) ibidẽ. 21 c. Non currãt, quàm ſordida ſit reſpublica, niſi ꝙ ſit durabilis, quod eſſe non poteſt ſicut dicit ibidẽ. c. 2. Quia (inquit) moribus antiqs ſtat res Romana, vtriſque non autem cum talibus moribus, quia Deus ab ingratis retrahit, qđ dedit, talibus dici poteſt, illud. 4. Re. 2. Ecce habitatio huius ciuitatis optima eſt, ſed aquæ, i. doctrina, & mores peſſimi ſunt. Ideo cõcludit Pſ 54. dicẽs. Veniat mors ſuper illos, & deſcendãt in infernũ, &c.

24 25 ¶Alia uia, & euidentia iſtud elici poteſt. Videlicet ex conditione ciuiũ iſtius Babylonicæ ciuitatis inter ſe qui eſt diuiſio, & diſcordia. Et hoc eſt, ꝙ ſupra dicitur. Et contradictionem in ciuitate. Ex iſta enim conditione, neceſſe eſt ſequi, quòd communitas talis non ſit ſtabilis, quia ſicut omnis uirt⁹ vnita opus fortificat, & ſtabile facit, ſicut patet. C. 1. 10. Ita à contrario ſenſu uirtus diuiſa facit opus debile, & inſtabile, & cõmunitatem minus delectabilem. Iterum ſicut conditio ciuium ciuitatis Dei eſt omnibus charitate ligari, ſicut patet. C. 1. 11. Et quaſi per totum illud capitulũ. Ipſi enim a nullis ſe diuidunt, uel ratione patriæ, uel plage, uel linguæ, uel contrarietate, niſi ſolum ratione peccati, & incorrigibilitatis, quam diuiſionẽ diligit Deus, Geñ. 1. Qui diuiſit lucem à tenebris. Mali uerò ciues, videlicet ciuitatis diaboli alios ab eis diuidunt ratione patriæ gentis, uel linguę Iram, & commotionem contra eos habentes, & prouocantes, quia de alia parte terræ ſunt, dicentes, tu borialis es, tu auſtralis, uel talis nationis es ad modum illius maledictę ancillæ hoſtiare, quæ ad Petrum exclamauit, dicens, tu Galileus es. nam, & lingua, &c E ad modum illorum maledictorum Iudæorum. Iudicũ. 12. Qui iugulabant omnẽ q̃ neſciũt dicere Seboleth, ſecũdùm proprietatẽ linguæ illorum Ita iſti commotionem faciunt, & de finibus ſuis eijciens omnes nõ habentes proprietatem linguæ illorum. Ad modum illorum malorum quos reprehendit, Pau. 1. Cor. 3. Quia tales diuiſiones faciebant, dicentes, Ego quidem ſum Pauli ego uerò Apollo, quibus, ait Paulus, ibidem. Cum eñ ſit inter uos zelus, & cõtentio, nõne carnales eſtis. Sic tales non ſolũ carnales, ſed & crudeles ſunt, quia Chriſti corpus membratim diuidunt. De quo corpore loquitur. 1. Cor. 12. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de mẽbris, q̃ ergo iſtos diuidit mẽbra Chriſtĩ diuidit. Pro quo incõuenienti loquitur apoſtolus, dicẽs, nunquid Chriſtus diuiſus eſt. Ideo iſte apoſtolus, q̃. 1 Cor. 11. Fecit diuiſiones, miniſtrarũ, & gratiarũ, & diuiſiones operationũ, ſicut in corpe vno diuerſa mẽbra, diuerſa habẽt officia, ſicut ibidẽ exemplificat diuiſiones, verò nationũ, uel hoſtium diuerſarũ terrarũ, nũquã admiſit, ſed ſ̃rium docuit, dicẽs, nõ cẽ diſtinctionẽ Iudæi, & Græci, & quaſi cãm aſſignãs. i cor. 12. ait Etenim ẽ vno ſpũ oẽs nos ĩ vnũ corp⁹ baptizati ſumus,

26

ſumus, ſiue Iudęi, ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, & ad Ephe. 4. Supportãtes inuicẽ in charitate, ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in uinculo pacis, vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus. ¶Ex quo p̃dicator Dei egregius,
27 ita ſollicitus fuit omnes uocare ad vnitatem cuiuſcunque plage, vel terræ eſſent, patet q̃ illi ſunt p̃dicatores, & apoſtoli diaboli, qui nitũtur diuiſiones facere inter homines diuerſarum partiũ, crucifixoribus Chriſti peiores, qui diuidunt tunicam Dei inconſutilem charitatem. Videlicet, & concordiam, & loquentem ergo de tali diuiſione, omnes repellere deberẽt, dicentes. Vach qui deſtruis templum Dei, & præcipitas ciuitatem domini 2. Re. 20. ¶Talis enim diuiſio, initium eſt omnium ruinarum, & infidelitatũ, quia ſicut inuidus mercator, uel ciuis in ciuitate, qui nollet, q̃ aliquis lucraretur, niſi ipſe, quantum in eo eſt omnem ciuitatem deſtruit ad minus uolũtate, quia ſi nullus alius lucraretur, ciuitas benè ſtare non poſſet. Ita iſti, q̃ alijs inuident nolentes, q̃ alij, & ſpecialiter extranei eſſẽt gratioſi, niſi ipſi, communitatem illam quantum in eis eſt deſtruunt, quia ſine alijs ſtare nõ poſſet, immò audaciter dico, q̃ tales de corpore Chriſti non ſunt, quia quantũ in eis eſt corpus Chriſti deſtruunt. Vnde apoſtolus. 1. Cor. 12. Si totum corpus oculus eſt, ubi eſt auditus, & ſi totus auditus, ubi eſt odoratus, quaſi diceret, ſi totum eſſet oculus, uel manus, non eſſet corpus. Sed ipſi ita vellent eſſe, quaſi membrũ ſolum, ergo corpus deſtruũt.

¶Iterum in corpore Chriſti, ſicut, ait apoſtolus, ibidem nõ poteſt dicere manui oculus opera tua, non indigeo. Aut iterũ caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij, hoc tamen ipſi dicũt extraneis, ergo non ſunt de corpore Chriſti.

28 ¶Iterum in corpore Chriſti, ſicut ait Apoſtolus, ibidem ſi patitur vnum mẽbrum, compatiuntur omnia membra, quam conditionem, ipſi non obſeruãt, ergo non ſunt de corpore Chriſti. Sicut enim membra corpori Chriſti coniuncta, & in charitate, & concordia, & moribus antiquis ſine partiũ, & plagarum diuiſione copulata fœliciter abundabant. Et fuit talis vnitas cauſa cuiuſcunque fœlicitatis. Ita nunc partium, & cordium diuiſio eſt cauſa omnium ruinarum, & infidelitatum. Et hæc cordiũ diuiſio eſt à diuiſione linguarum, quia non ſunt vnius linguæ, ſicut tota cauſa ruinę, illius ciuitatis. Geñ. 11. Faciamus nobis ciuitatẽ, &c. & fuit diuiſio linguarũ. Ita in propoſito ex hoc, q̃ audit, q̃s alium non concordare ſecũ in lingua, 29
minus eum diligit, vel de eo concipit. Ecce initium dæmonis linguarum diuerſitas, ſicut ergo inter illos ſuperbos circa Babel fuit initium impedimenti, & operis deſtructionis diuiſio linguarum. Ita inter ciues Babyloniæ ad hoc diuiſio linguarũ eſt cauſa diuiſionis affectionis, & diuiſio affectionũ eſt cauſa totius ruinæ, & paupertatis eo, q̃ vnus alium non iuuat, ſicut membra in corpore, ergo à primo ad ultimum, diuiſio linguarum inter malos eſt cauſa omnium miſeriarum. Et ſicut ex hoc ſequebatur væ in illa ciuitate, ſicut habetur in Apo. 18. Væ væ ciuitas illa magna Babylon. Ita ĩ iſta ciuitate diaboli initium dolorum; & guerrarum hæc diuiſio. Et quia omne regnum in ſe diuiſũ deſolabitur, neceſſe eſt communitatẽ illam deſolationem pati, & deſtructio- 30
nem. Et quando per tales dęmones deſolata fuerit dicetur illud Apo. 18. Cecidit, cecidit, &c. Grauis ſentẽtia eſt cõtra tales, Malach. 2. Vbi propheta ſic tales repræhẽdit. Nunqd non pater vnus omnium ueſtrũ eſt? nunquid non Deus vnus creauit vos quare ergo deſpicitis vnuſquiſque ueſtrum fratrem ſuũ violans pactum patrum noſtrorum, ſupple qui à talibus dęmonibus uoluerunt nos eſſe alienos. Sequitur cito poſt sẽtentiam contra tales diuiſiones fratrũ, propter diuiſiones fratrum, propter diuiſiones terrarum. Diſperdat (inquit) dominus uirum, qui fecerit hoc, magiſtrum,

strum, & discipulũ de tabernaculo Iacob. No. C. 1. 7. de ista vnitate, & C. 12. 7. Nec mirum si multa mala, tam corporalia, quàm spiritualia, ex tali contingãt diuisione, quia tales diuisiones causantes, uel ut dictum est extraneis exprobrantes, faciunt contra Dei præceptum, Leuit. 19. Vbi Deus sic loquitur. Si habitauerit aduena in terra uestra, & moratus fuerit inter uos, nõ exprobretis ei, sed si inter vos, quasi indigena, & diligetis eum, quasi vosmetipsos. De materia huius uocabuli, nota. G. 1. 22. No. de tali piculo. P. 4. art. 7. 8. & 9.

¶Contritio. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Contritio est necessaria ad impetrandã veniam.*
2 *Quibus modis peccemus.*
3 *Quomodo dolere debeamus causa nostrorum peccatorum.*
4 *Iactura animæ est causa doloris.*
5 *Quæ bona amittant vitiosi; cũ peccati.*
6 *Qua de causa videatur admirandã peccatorem parũpendere iacturam, quæ facit æterni boni.*
7 *Si quis pro iactura filij momentanea, si maxima spe teneretur maximopere dolere, quid agere debemus pro iactura boni æterni.*
8 *Ad vtilitatem contritionis quot conditiones requirantur.*
9 *Contritio quomodo esse debeat.*
10 *Qua de causa quis magis doleat in peccatis.*
11 *Alia contritionis conditio.*
12 *Si defuerit aliqua contritionis conditio Deus non remittit peccata.*
13 *Quod sis in manus sacerdotis dum pœnitentiam peccata audis.*
14 *Quando reiiciuntur peccata debita opera ad mortem est difficilis salus.*
15 *Quomodo cognoscatur iniquitas retinens aliorum bona.*
16 *Qua de causa multi male absoluantur.*
17 *Absolutio indebitè facta nocet, absoluti, & absoluentibus.*
18 *Ex parte confitentis duplex defectus, & defectus etiã ex parte confessoris existit.*
19 *Artes addiscendæ, vt iisdem hostes alantur.*
20 *Cur confessus possit excusandus.*
21 *Contritionis vtilitas quibus constet.*
22 *Exemplum de quodam contritio ad confessionem venienti.*
23 *Innocentiæ effectus quo cognoscatur.*
24 *Animæ ortus quomodo sit irrigandus.*
25 *Alia contritionis vtilitas quæ sit.*
26 *Quid efficere debeas sacerdos post cõtritionem.*
27 *Quid agere debeat confessor quando cognoscit esse factam contritionem, & confessionem.*
28 *Quibus cautelis nitatur impedire confessionem diabolus.*
29 *Quomodo experiri possemus, si quis sit vere contritus.*
30 *Quomodo cognoscamus aliquem minus deligere animam, quàm corpus.*



Contritionis in peccatore. Primo, ponẽda est necessitas. Secundo, multiplex causalitas. Tertio, qualitas, Quarto, vtilitas. Quinto, ostenditur, ꝙ non habens tales conditiones, non debent absolui. Sexto, quomodo diabolus nititur contritionẽ impedire. Septimo experimentũ, quo cognosci potest, quis sit uere contritus. Capi. 5.

¶Primum patet exemplis, & rationibus exemplis, quia dominus terrenus grauem offensam, & iniuriam non remitteret, nisi contrito: & si diceret ore se dolere, & dominis sciret contrarium esse uerũ, non remitteret. Ita nec Deus, quod patet Mat 26. Vbi nec Petro dimisit offensam, antequàm fleret amare, & si fleuisset, & dixisset se fuisse contritum mendaciter, non remisisset: quia homo talibus signis decipi potest, non autem Deus, qui intuetur cor, & nouit abscondita cordium. In Psal. 43. ¶Secũdum exemplum ad idem est, de vulnerato, seu infirmo, in quo necesse est, ꝙ primo infirmitatem, uel plagã sciat, quia aliter remedium non quæret, secundo illam medico ostendat, tertio Artic. 1.

medicus medicinam apponat. Sic ſpiritualiter infirmus, uel plagatus neceſſe habet, primo plagam ſentire, & quęrere plagã cordis, & peccati cum cordis contritione, ſecundo medico oſtẽditur cũ oris confeſſione, tertio cõfeſſor medicinam apponat, cũ operis ſatisfactione, tertio hoc patet, quia cõtritio in ædificio pœnitentię eſt fundata, opus autẽ ſine fundamento eſſe non põt, quarto idẽ patet de membro extra iunctura, ꝙ ſi reintegrari debeat, neceſſe eſt, ꝙ doleat, quia ſine dolore reiungi nõ poteſt. Ita peccato, qui eſt extra corpus Chriſti. Idem patet ratione, quę dictat, quòd
2 eo modo quo peccata cõmittimus, pœniteamus. Sed peccauimus tribus modis, ſicut patet. A. 13. 21. &c. Sed patet, ibidem. Sed ultra aduertatur, ꝙ oĩa iſta tria genera, & modi peccatorum incipiunt à cordis cõplacentia. Ergo iuſtũ eſt, ꝙ oĩs remiſſio incipiat à cordis cõtritione, quia ſm mẽſuram delicti erit, & plagarũ modis. Deut. 25. Audiamus ergo, dicentem, Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, quia, tantũmodo ſanat cõtritos corde. Pſal. 146. Et humilis ſpiritu ſaluabit in Pſ. 33. Patet ergo contritionis neceſſitas.

Artt. 2. ¶Sed heu aliqui neſciunt inter ſe de peccatis ſuis dolere. Et ſi fortè aliquam ſeuem habeant de illis diſplicentiam, qui tamen ſi omnes doloris cauſas ad-
3 uerterent bene haberent materiã intra ſe dolendi. Si diligenter cogitarẽ, quomodo Deum & Mariam, & Angelos, & tãtam curiam cœleſtem offenderunt, & dominũ cœli, & gloriã illam, & ſocietatem amiſerunt, & in carcerem inferni mutauerunt, ſic haberent materiã dolendi, ex his, quę ſupra ſe ſunt, quę pec-
4 cando perdiderunt. Si iterum cogitarẽt quid amiſerunt intra ſe, ſ. aĩam, quę incomparabiliter plus ualet, quàm totus mundi, & ſimilitudinem Dei, & gratiã mutauerunt in ſimilitudinem diaboli, & per gratiam mercati ſunt peccatum, & malè mutant, quia inter omnes creaturas, quas vnquàm vidimus, nũquàm vidimus, ita pulchram, ſicut eſt anima in gratia, nec mirum quia eſt ad Dei ſimilitudinem Gen. 1. Nec ita turpem, ſicut eſt aĩa in peccato: Eſt n turpior bufone, nec mirũ, quia eſt ad diaboli ſimilitudinẽ. Et cã, & modus, patet A. 20. 2.

¶ Iterum ſi cogitarent quid lucrati ſunt, & quid eos expectat ſubtus, ſcilicet infernus cũ uarietate, & pœnarum durabilitate. ¶Iterũ quid ante eos expectat, ſcilicet mors, & iudiciũ horrendum, in quo oĩa peccata, & furta habebunt in collo ſuo, nec iudex, aut patria ibi muneribus prece amore, vel fauore flectitur. ¶Iterum quid à dextris 5
amiſerunt, ſ. omnia bona, & ſacramẽta eccleſię, & quę ipſi etiam fecerunt. ¶Iterum quid à ſiniſtris, ſ. mala mundi, & domigera, & diffamationes, & multas ſeruitutes, quas peccãdo incurrũt. ¶Iterum quid retro ſequitur, ſ. peccata, qui commiſerunt, qui omnium iſtorũ malorum cauſę ſunt, quę ideo ſequuntur, vt peccatores accuſent de ingratitudine, erga Deum, & quomodo omnia bona, & naturę, & fortunæ, & gratiæ malè expenderunt. Sicut ergo ille, qui fuit prius diues in theſauro infinito, in terris, in domibus, in poſſeſſionibus, in omnib⁹ bonis, ſi aliquo infortunio ſubito omnia amittat, & ducatus ad patibulum, materiam habet doloris, & dolet. Si peccator omnia amittens ſupra ſe, & intra ſe, a dextris, & à ſiniſtris, & omnia bona, & theſauros naturę, fortunę, & gratię ductus à patibulum inferni, habet materiam doloris, & tamẽ in
ſe non dolet. Et hoc inter omnia mira- 6
bilia uidetur maius, ſi centum libras tibi traditas ad negociandum amitteres, multum doleres. Et Deus dedit omnia bona naturę, fortunę, & gratię per quę poſſent luctari vitam ęternam, & iſta amittunt. Sicut patet. B. 4. 6. Et tamen nõ dolent, & non ſolum hęc eis tradita, & amiſſa flenda ſunt, ſed plus dolendum, quòd pro eorum amiſſione ſemper dãnabuntur, & tamen non dolent. Iterum ſi quis eſſet certus, ꝙ amitteret, uel amiſiſſet aliquod corporis mẽbrũ, vel quòd cito eſſet excoriãdus, & combu-

rendus.

rẽdus. Et ꝙ omnia peccata ſua deberet coram tota multitudine recitari, doleret, & pro certo niſi doleant modo ſunt æternaliter comburendi, & peccata sũt coram toto mundo recitanda.

7 ¶Iterum ſi haberet magnã hæreditatẽ, uel gratioſum filiũ pulchrum morigeratũ, & amabilem, & eſſet certus, ꝙ nõ poſſet plures habere, ꝙ etiã ſtatum magnum, & magnã hæreditatem eſſet habiturus, vtputa regnum ſi uiueret, & ꝙ eſſet pro morturus parentes, & ad gloriam totius generis ſui, ſi benè eſſet cuſtoditus, ſi iſte moreretur per defectũ cuſtodiæ, uel ſi pater, uel mater, ꝓ ebrietatẽ, uel alia fatuitate eũ occiderent, vix nunquàm occurreret eis mors ſine dolore, quia uidetur eis, ꝙ magnam haberent doloris cãm, ergo à ſimili qñ pro breui peccari fatuitate amittunt aĩam, quę eſt vnica, & hæres regni cœleſtis, ꝓ quã etiam corpus æternaliter promouebitur, ſi benè cuſtodiatur, quare non totiens cogitãt cũ dolore, quos prophęta ad planctũ hortatur. Hiere. 6. Planctum (inquit) vnigeniti fac tibi. Et benè dicit vnigeniti, quia ſi mater haberet plures filios, vno mortuo poſſet, de alijs conſolari, ita peccator, ſi haberet plures animas. ¶Sed heu terrã perdũt poſſeſſiones, perdunt amicũ, perdũt equũ, vel bouẽ, vel pecuniam, uel acũ perdũt, & dolent. Et Deum, & aĩam, & oĩa bona prædicta, & cœlũ perdunt, quę ualẽt mille mundos, & nõ dolent. Et reuera ſm beatum Gregoriũ, in Homel. de angelis. Plangendi & dolendi ſunt, qui nõ dolent, nec plangunt. Pœniteamus igitur, & indulgẽtiam cum lachrymis poſtulemus. Iudith. 8. ¶Oſtenſa contritionis neceſſitate, & cauſis nunc oſtendere reſtat, qualis eſſe debeat, & quales conditiones requirat cõtritio, qua peccati venia impetratur. ¶Ad hoc autem, ꝙ ſit 8 peccatori vtilis ad ſalutẽ, tres requirũt conditiones, uidelicet, ꝙ ſit uera in corde, ſicut prætendit in ore. Secundo, ꝙ ſit integra, ſeu vniuerſalis. Tertio ꝙ ſit ſtabilis, ſine ꝓpoſito recidiuandi. ¶Primũ patet, quia ſi confiteatur mãdiſſimè oĩa peccata ore noĩando, ſi agat oẽm pœnitentiã mundi, niſi cõtritio ſit in corde, eſt quaſi imago hoĩs, ubi uita nulla eſt, quia imaginẽ habet pœnitentiæ, & remiſſionis, ſed nõ uerã remiſſionem. Hoc patet de rege Antiocho. 1. Machab. 6. Qui dicebatur de peccatis ſuis multũ dolere, & multa Deo ꝓmiſit. Sicut patet. 2 Macha. 9. Et tñ, quia non erat in corde, ſicut prætendebat in ore, ueniã nõ conſequebatur. Sic Saul. 1. Regũ. 15. de peccato ſuo à Samuele reprẽhenſus, videbat pœnitere, & dolere, dicens peccaui, & tñ ueniam nõ obtinuit, quia nõ erat in corde, qđ protulit in ore. Dauid à Nathã propheta deprẽhenſus. 2. Re. 12. Idẽ dixit, ꝙ Saul, ſ. peccauit, & ueniã obtinuit, quæ cauſa diuerſitatis niſi ꝙ Dauid cõtritionem, quã ore protulit corde conceperat. Sic adhuc duo poſsũt confiteri, eandẽ pœnitentiã agere, & tñ vnus ueniam peccatorũ, & regnum lucratur cœlorum, & alius de hoc nihil lucratur. Ex tali radice, in corde diuerſa, ſicut patuit in duobus latronibus, ꝙ in cruce cũ Chriſto eandẽ pœnam ſuſtinuerũt, ſed nõ eundẽ finẽ, & utilitatẽ, cuius diuerſitatis cã prætacta eſt. Debet ergo cõtritio eſſe uera, & tũc impetrat uitã. Exemplo, Ezech. 4. Reg. 20. & Eſa. 38. Qui fleuit fletu magno, & vita ei donata fuit, ſic Petrus, ſic Magdalena, ſic Suſanna, Dañ 13. Flẽs aſpexit in cœlum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino.

¶Secundo debet eſſe generalis ex toto 9
corde, & de omnibus peccatis. Exẽplo illius, ꝙ propria negligẽtia amittit rẽ magni precij, cũ dolore cogitat oĩa cõmoda rei amiſſe, & ꝓ omni eius bonitate aggrauatĩ cogitatione ſua nouã dolorẽ, cõſiderando, quod illud, quod amiſit peccando ſit infinitè bonitatis, & in infinitũ ſi poſſet, dolere deberet. Et hoc eſt ex toto corde. De oĩbus etiam peccatis fieri dẽt cogitatio cõtritionis, ſicut ꝙ expẽdit pecuniam dñi, ſ. vbi, & qualiter, & ex quo loco, & quãtum, & ſi amiſit eodem modo cogitat, quare, & pp qđ uerbũ, uel factũ amiſit, & dolet,

Arti. 3.

quòd tale verbum, vel factum dixit. Sicut patet de Philosopho, qui offendit matrem suam uerbo, & præ dolore de cætero noluit loqui. Sic spiritualiter, quid diximus, quid fecimus in concupiscentijs, & cupiditatibus, in luxurijs, & alijs peccatis, & in quo loco, & tempore, iuxta illud Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos. Sed heu pauci sunt, qui non plus dolent de amissione sex denariorum, quàm de amissione Dei & animæ, & cœlestis, & æterni gaudij. Si autem aliquando dolet, qui peccauit, vt frequenter hoc non est, quia peccauit, vel Deum offendit, sed propter infamiam, uel amissionem honoris, uel alicuius terreni commodi, & hęc non est pœnitentia digna: sicut patet in canone. distin. 50. Vt constitueretur, quia requiritur, ut ideo doleat, qa Deū offendit, sicut patet p Innocētiū, de pœni. & remiss. super. c. Oīs vtriusq; sexus.

¶Tertio debet esse cum firmo, & puro proposito à peccato cessandi. Quia secundùm beatum Gregorium. Pœnitentia est peccata præterita plangere, & plangenda iterum non committere, id est firmum propositum habere, iterum illa nec alia committere. Sicut patet, de pœni. distin. 1. c. pœnitentia. §. non potest. Si autem non fuerit sic stabilis, uel aliena restituere noluerit, sine dilatione possibilitate habita, vel rancorem, & iram noluerit de corde dimittere, nec excommunicatorū societatem vitare, confessor ei manum porrigere non debet ad absoluendum. Et si sit ita fatuus, qꝫ extendat, nihil est, quod facit, quia eū non absoluit exterius, quem Deus non absoluit interius? Sed Deus, qui videt illam uoluntatem, & instabilitatem ei nō remittit interius, igitur, &c. quòd autem Deus non remittit potestis videre in aperto exemplo. Non est aliqs rex, uel aliquis uestrum contra quem si quis feciſſet grauem iniuriam, & uenire, & diceret, uel factum sibi recognoſceret, & ueniam peteret, dicendo. Domine offendi, sed remitte mihi rogo, sed scias pro certo, quòd non doleo: nec displicet mihi factum illud, quod feci contra te, nec restituere uolo, quod abstuli à te, uel si displicet, tamen intendo iterum facere simile factum, uel si non intendo iterum facere simile, tamē nō sum stabiliter excogitatus, uel determinatus, utrum iterum simile faciam, vel non: nunquàm remitteret aliquis uestrum iniuriam, tali sic loquenti, immò plus offenderetur. Omnino simile est de eo, qui Deum offendit peccando, & venit ad confessorē, qui est in loco Dei; & recognoscit factum suum, de quo nō dolet, uel si doleat, dolet fortè propter aliquam causam prætactam, supra. c. c. 10. Vel si uerè doleat, proponit, tamen post pascha, uel alio tempore idem facere, quando occurrerint eædem occasiones, quæ quando prius peccauit occurrerunt, uel non est stabilitus in ꝓposito cessandi à peccato, Deus sic cogitanti non remittit, immò plus offenderetur. Vnde Chrisostomus Omel. 25. Non dolere de peccatis magis irasci facit Deum, quàm ipsum, ꝙ ante peccasti, quia æqualiter videt Deus tales cogitationes, sicut nos audiuimus supradictas locutiones. Ad hoc ualent illa exẽpla sacræ scripturæ: supra. e. c. 8. vbi Saul, & Antiochus falsi sunt delictum, & tamen ueniam non habuerunt, ꝓp ista, vel aliqđ istorum impedimẽtorū.

¶Deberet ergo sacerdos diligenter inquirere, de statu uoluntatis suæ, & si in tali dispositione eum inuenerit, ꝙ credit verisimiliter, ꝙ Deus eum absoluit, est malus cirurgicus, qui emplastrū ponit ad sanationem plagę, dimittens ferrum interius, vel vulneris radicem non quærit, & est malus ortulanus, qa radicem vrticarum, uel malarum herbarum non extrahit, ideo iterū crescit. Sic ex talibus cogitationibus facta, iterum prodeum, vnde beatus Gregorius in mora. super illo Iob. 18. Radices deorsum siccentur, id est cogitationes in corde, quæ sunt sicut radices nisibilia opera producunt.

¶Patet ergo, ꝙ non sufficit illud, qđ communiter dicunt confitētes, dñe nō

pro-

propono nocere alicui, uel non propono peccare, uel cũ gratia Dei benè faciam, de talibus sic indifferentibus, nota. A. 16. 5. Sed debet esse determinatus, ita ꝙ negatio non determinet ly propono, sic, non propono peccare, nec tñ benè pœnitet. Sed debet determinare ly peccare, sic, propono, nũquàm peccare.

¶Sed fortè cogitant aliqui: in morte,
14 vel senectute quando sentiemus mortẽ appropinquare, sic etimus determinati. Et sic cogitabimus dimittere ꝓ semper peccata nostra, & restituere. Sed pro certo, quãdo timore mortis, uel pœnarũ dimittit, uel cogitat peccata dimittere, uel ablata restituere, non mutãdo istam cogitationem, & uoluntatem timoris in voluntatem amoris, non saluabitur, quia talis timor non est in charitate. Nota. A. 27. 47. Quia de tali sequitur in bona consequentia dimittit, timore pœnæ, ergo si pœnam nõ timeret, non dimitteret, quia a destructione causæ, sequit destructio effectus. Si ergo semper sine morte, & sine pœna viuere posset, nũquàm dimitteret peccatum; & hęc est causa, quare sine fine puniuntur, quia sine fine voluissent peccasse, uel aliena bona retinuisse si potuissent, sicut patebit; infra. D. 1. ar. 3. & P. 7. 50 ¶Patet ergo, ꝙ multi dãnantur, si non uerba, sed opera respiciãtur. Oẽs uidentur saluari, quia dicunt dñe miserere. Et dñe dñe aperi nobis, domine da nobis cœlum. Sed uideamus, quid faciunt etiã tunc, quãdo opere ordinant, & in testamento suo scribunt, ꝙ restituatur oĩa debita, & si qua habeat aliena promittit etiam se uelle peccata dimittere pro suo perpetuo, sed non statim, nec etiam conualescens ordinationem suam implet, nec peccata dimittit, ergo nõ benè pœnituit, sicut dicit beatus Gregorius, qui postquàm cõualuerint, &c. Sed dicent, uoluntatem habuit pro tunc, ergo fuisset saluatus? Contra factum sequens ostendit, ꝙ nõ habuit voluntatẽ absolutã, sed cõditionatam, quia si fuisset uoluntas absoluta, & uera pœnitens statim restituisset, ergo à destructione consequẽtis. Ex quo nõ statim restituit, non habuit uolũtatem determinatã, hoc est factũ ostẽdit iniqui- 15
tatẽ retentionis, quia sicut nullo tẽpore potest aliena iniusto modo capere. Ita nullo tẽpore retinere, & sicut captio nõ est sine peccato, ita nec detentio, qui ergo usq; post mortẽ aliena detinere voluit sine peccato non fuit mortali incasu, vbi talis detẽtio fuit contra proximi charitatẽ. Sed q in peccato mortali morit, dãnatur, ergo ille, qui ordinat, ꝙ fiat post mortẽ, qđ non faceret, si uiueret, cum tenetur de necessitate propter illam ordinationem non saluatur.

¶Patet etiã, ꝙ multi malè absoluuntur, quia uidemus multos simul stare in 16
luxurijs, siue in peccato luxuriæ. Exercere facta usuræ simoniæ, & falsæ mercationis, & huiusmodi similia p viginti annos, & fortè, quasi tota uita sua, & omni anno confitentur absoluunt cõmunicãtur, & pro bonis Christianis habentur. Et ex tali absolutione, & cõmunione, & hominũ societate, & opinione habent magnam percandi audaciã, quæ si eis negarent, ex dolore, & cõfusione peccare cessarent, qđ expertũ est.

¶Et non solum absoluẽtibus vbi nõ deberent absoluere, sed etiã absolutis 17
nocet, sicut pates. A. 7. 22. Et est alijs exẽplum accipientibus ab eis, & dicẽtibus confessoribus, quare nos non absoluitis, & quare nõ communicatis nos? Videmus aliquos multis annis in peccatis perseuerare, ut prædictum est, & tamẽ sacramenta eis nõ negantur? Quibus respondendum est, ꝙ illud factum accidit, uel ex defectu confitentis, uel confessoris. Ex parte confitentis põt esse duplex defectus, uidelicet mẽdaciũ, 18
quando dicit, ꝙ vult à peccato cessare, sed hoc corde non intendit. Et sic cum peccato mendacij alia augmentat, & peior recedit, quàm ad confessorem venerit, & seipsum decipit. Vel instabilitas, quando promittit, & corde intẽdit, sed tanquàm instabilis cito recidiuat. Sicut ille in euangelio, qui cũ gaudio verbum audit. Sed tẽpore tentationis

recedit Vel eſt defectus confeſſoris, qui eũ non benè informatum abſoluit. Et hoc, quia non vult diſplicere, vel quia neſcit, & propter hoc curauerunt contritionem filiæ populi mei cũ confuſione, & ignorantia, dicẽtes pax, pax, & nõ eſt pax, Hiere. 6. Nota infra. e. 17. Et in iſtis caſibus nec vnus, nec alius excuſatur. Sicut patet A. 7. 12. Confeſſor non excuſatur, quia intromittit ſe de bello ſpirituali, & Chriſti, ubi non eſt audax miles. Intromittit ſe etiam de cura filij regis, cum nõ ſit expertus medicus cõtra doctrinam beati Gregorij, in paſtorali. Nulla (inquit) ars docẽri præſumitur, niſi prius intẽta meditatione diſcatur. In alijs enim artibus neceſſitantur artes prius addiſcere, quàm ex eis viuant, quia niſi eas prius addiſcant, ex eis uiuere nõ poſſunt, quia tanquã imperiti derelinquuntur, & à nemine cõducũtur, ſed in arte officiorũ eccleſiaſticorum ſiue prælaturarum, ſiue inferiorum, cũ ſit ars nobiliſſima in natura, & periculoſiſſima in exercitio, à paucis addiſcitur antequã exerceatur, & præeſſendo celebrando, & abſoluendo, & magna cauſa eſt, quia prædicta conditio in alijs artibus requiſita, in iſta moderno tẽpore non quæritur, quia inſufficientia in iſta arte, nec artificem repellit: quia inſufficientem quęrunt, nec ad hoc habent oculum, ut ſit prælatus, qui eſt ſufficientior, ſed qui prodigalior eſt, vel propinquior, & huiuſmodi nec ſacerdos, qui purior, ſed qui meliori foro conduci poteſt, contra quos. Nota. M. 13. & S. 1. 4 in fine. Nec confeſſor, qui veracior, ſed qui facilior, & hæc eſt cã, quare plures inſufficientes, & ignorãtes ſe intromittunt in iſta arte, quàm in aliqua arte mundi, & uidetur eis fortè modo, ꝙ non ſit tam magnum periculum eſſe ignorantem in illa arte, ſicut in alijs, ſed inuenient, ꝙ multo maius erit, quando ignorans ignorabitur à Chriſto, dicente. Oſeæ. 4. Quia tu ſciẽtiam repuliſti, ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi in æternum.

¶Nec confeſſus excuſatur, quia cæcus à tæco ducitur, & ideo in foueam cadet infernũ. Sicut patet de quodã, de quo fertur, ꝙ fuit cõfeſſus epiſcopo ſuo, oĩa peccata ſua in extremis, cui poſt mortẽ apparuit, dicẽs ſe eſſe damnatũ. Et epiſcopo admirant̃, & dicenti, nõ ne fuiſti de omnibus confeſſus, fui (inquit) ſed habui uoluntatem redire ad peccata, ſi uiuere poſſem, hic quæſiuit ſtatim ab epiſcopo, ſi aliqui hoĩes uiuerent in terra, cui eps, pauci dies ſunt, ꝙ tu fuiſti mortuus, quare ergo queris, ſi tã cito ſint oẽs mortui, quia (inquit) non credidi, tot homines eſſe in terra cũ uiuerem, quot ad inferum deſcenderunt, poſtquàm mortuus fui. Eligat ergo qũlibet, dicere cum Iob. 10. Dimitte me, ut plãgam paululũ doloꝛẽ meũ. Exemplum.

¶Oſtenſa cõtritionis qualitate in iſto tertio articulo. Reſtat oſtẽdere ĩ ſequẽti, quę in habentibus iſtas qualitates ſequitur vtilitas. Talis autem contritionis, vtilitas, patet ex tribus ex facilitate, ex effectu, ex iocunditate. Arti. 4. 21

¶Facilitas autem, patet ex cõparatione dominorum terrenorum ad dominum cœli, domini enim terreni offenſi graniter uix placantur precibus donis, & obſequijs. Dominus cœli offenſus, placatur contritione cũm confeſſione, & tribus conditionibus ſupra. e. 8.

¶Secundo ex effectu, qui multiplex eſt. Primus euacuatio peccatorum, quia ſicut mare omnia monſtra, & putrida expellit. Ita timor domini expellit peccatũ. Ideo dr Treñ. 2. Magna uelut mare contritio tua. Hæc patuit in uita ſpa. vbi habetur, quaſi ſic, ꝙ quidã heremita Paulus nomine. Ex gratia ſibi à Deo data, aliquando uidere potuit ſtatũ hoĩs interius, quantum ad aĩam, hic ergo ſemel peccatorẽ uidit eccleſiã intrare, & angelũ bonũ, quaſi à longe ſequentẽ, malũ uerò prope eum gaudẽtẽ, cum uerò exiret, fuit ecõuerſo, qđ cum ſocijs retuliſſet ipſis q̃rentibus quid in eccleſia feciſſet. Rũdit nihil, quid ergo inquiũt cogitaſti? quibus ipſe, cũ legeretur, illud Eſa. 1. Lauamini, mundi eſtote, cogitaui de fœditate peccatorum meorum, Exemplum. 22

meorum, & de ſtatu periculoſo in quo eram, & dolui. Ecce dolor de peccatis, cum propoſito ſatisfactionis peccata lauit, unde Pſal. 31. Dixi confitebor aduer. &c.

Exemplum. ¶Ad idē fertur, de quodā latrone, qui cōpunctus ueniēdo verſus quendā ſanctum uirum, ut confiteretur. In uia captus decapitabatur, & illi ſancto ꝑ ipſo orante, reuelatum fuit, ꝙ contritio cum propoſito ſatisfaciendi eum ſaluauit.

¶Idē patet de latrone à dextris in cruce Chriſti, ſic ergo lachrymē contritionis lauant delictum, & ſic ſanat contritos corde. In Pſal. 146.

23 Exemplum. ¶Secundus effectus eſt in nocētiæ reſtitutio, ſicut patet de illo, de quo fertur, ꝙ vouēdo continēuā in ſignū maioris deuotionis, anulū poſuit ī digito cuiuſdā imaginis Sanctæ Mariæ: quaſi uolēs eam in vxorē accipere. Accidit poſtmodum ꝙ incidit in fornicationē, & reſpiciēs verſus anulū illū, qui ad caput eius pēdebat, vidit eū fractū, & quaſi inconſolabiliter doluit ī camera ſua in carcere ſe includēs, cū propoſito cōfeſſionis, & ſatisfactionis, & uenit anulū miraculosè nodatū, in ſignū remiſſionis peccati. Flēdo etiā Magdalena, & Maria Ægyptiaca ſāctitati reſtituere ſūt. Agite ergo non diuites: Gloſſa p pœnitentiā, plorate vlulantes in miſerijs ueſtris, Iaco. 5.

24 ¶Tertius effectus eſt, horti animæ irrigatio, poſtquā eſt mundatus, & reparatus, ut dictū eſt, debet poſtmodū contritionis cōtinuatione irrigari, iuxta illud Pſal. 57. Dolor meus in conſpectu meo, &c. Tren. 1. Ego plorans, & oculus meus deducēs aquas, quia aqua lachrymarum, & contritionis eſt tantæ uirtutis, ꝙ facit abundanter metere in cęlo. Pſal. 125. Qui ſeminat in lachrymis, &c. Debet etiā literas, & cartā, quā peccando in anima ſcripſiſti, & diabolo te obligaſti. Exemplum. Sicut patet de illo, qui peccata ſua ſcripſit, & cum ad confeſſorem veniret, vt peccata ſua legeret, nihil ſcriptū inuenit, aqua eīs cōtritionis eā deleuerat. Et ſic patet, ꝙ contritio eſt mare, in quo Pharao inferni, i. diabolus ſubmergit, infrangitur, quia ſicut aqua calida ad caſum proiecta eum, de coquina fugat. Ita hunc diabolū de aīa. Iterū eſt aqua qua ignis peccati extinguitur, & ignis infernus quod patet per argumentum à contrario ſenſu. De quadā muliere legitur, Exemplum. ꝙ poſt mortē ſuam confeſſori apparēs, dixit ſe damnatā, quia non doluit intime de peccatis ſuis, & ſic aqua contritionis illum ignem nō deleuit, ideo eū inuenit. Ergo à contrario ſenſu, & patet: Iterum eſt mare per quod ad terrā ſanctam cœli itur. Beati ergo, qui lugent, & lugendus eſt, qui non luget. Vt ait beatus Gregorius.

¶Tertia utilitas eſt ſpiritualis lętitia. 25 Hæc eſt enim differentia inter dolorē de alijs rebus, ubi multum dolere non deberet, ſicut pro mundi infortunijs, ꝙ amicorum morte, & huiuſmodi, & dolorē, q eſt pro peccatis, ꝙ de primo nō gaudet, nec imposterum lętatur, ſed potius erubeſcit ſe doluiſſe, & fleuiſſe. Sed de ſecundo gaudet, cum dolet de dolore gaudet. Iuxta illud, Pſal. 93. Secundum multitudinem dolorū meorū in corde meo, &c. Idē patet de pę. di. 1. circa principiū. Poſtquā ēt fuerit cōfeſſus, & cōtritus pure, inuenit de hoc ſpiritualē, & magnā in aīa lętitiā. Thob. 3. Poſt lachrymationē, & fletū, exultatione in ſuis. Luc. 6. Beati q nunc fletis, qa ridebitis, & nō ſolū hic ſequitur talis lętitia, ſed etiā lętitia ſempiterna, quia triſtitia veſtra vertetur in gaudiū, & gaudiū veſtrum, nemo tollet à uobis. Ioan. 16.

¶Habentes prædictas conditiones in tertio articulo, & utilitates in quarto articulo, notatas interius in anima, debent habere utilitates exteriores abſolutionis, quia cui Deus aperuit ianuam eccleſiæ triumphantis in contritione, 26 debet confeſſor aperire eccleſiā militantem in abſolutione, & nō alijs. Sicut patet ſupra. c. 13. Qui autem ſunt illuſores habentes ſolum verba contritionis, ſunt illa ſiculnea maledicta in qua Chriſtus nullū fructum, ſed ſolū folia inuenit. Matth. 21. Sunt falſi mercatores, & monetarij, qa ſoluunt in cōfeſſione falſam

Artic. 5.

ſam monetam, dicentes ſe eſſe contritos, cum non ſint, quia ad imaginem locutionis, uidetur bona moneta, quæ tamen in ueritate falſa eſt, & ideo falſas merces reportant, i. falſam abſolutionem, & totum opus pœnitentiæ fundatur ſuper malo fundamento, ideo cadet. Talis etiam abſolutio, & pœnitētia, eſt quaſi pictura ſuper lignum putridum, & pulcher color ſuper ueſtem fragilē, & à tineis comeſtam, quæ non erit durabilis. Ita nec hęc ueſtis ducet ad agni nuptias, quia non eſt veſtis nuptialis. Et ideo, quia non uere dolet hic cum illo non habēte ueſtem nuptialem. Matthei. 22. Audiet ſententiam, quam ipſe audiuit ligatis manibus, & pedibus mittite eum, &c. Ibi erit flatus, quia hic nō fleuerunt. Et ſic dum hic ſolum apparenter agunt pœnitentiam, de qua ibunt ad pœnam ęternam, duplici contritione cōtere eos, &c. Hiere 17.

27 ¶Si vero cōfeſſor ſciret, ꝙ eſſet fictio, & ꝙ non venirent ad confeſſionem corde, quomodo deberent, ſed fortè ne reputarentur peſſimi, & infamiam incurrerent, & eis manus imponeret, in facto faceret ſe maiorem magiſtrum, & maiorem poteſtatem oſtenderet, quàm Chriſtus, qui nō aperuit cęlum, niſi verè pœnitentibus. Sicut patet, ſupra, c. 8. Talis confeſſor eſſet nobilis artifex, qui ædificaret opus, cuius ſummitas cęlum tangeret, ſine fundamento, quod eſſe nō poteſt, ſed potius ſuper utrunque cadet, quia cæcus ſecum, &c. Teneat ergo confeſſor doctrinam Pauli, qui diſcipulum ſuum. 1. Thimo. 5. docet, dicens. Nemini cito manus imponas.

Artic. 6. ¶Diabolus vero uidens omnes iſtas vtilitates ſequi ex contritione, multis cautelis eā nititur impedire ſupra. c. 24. Dictum eſt, ꝙ lachrymæ contritionis
28 ſunt mare, per quod ad terram ſanctam tranſitur. Sic ergo Pharao, quantum potuit impediuit, ne filij Iſrael per illud de Ægypto tranſirent. Ita diabolus modo, & hoc faciendo fingit ſe matrem, eum ſit nouerca, mater enim vidēs filiū lachrymantē cū pacificat oſtēdendo ei aliquid delectabile. Ita diabolus oſtēdit peccatori contrito ſpectacula ludos, & choreas, & huiuſmodi, quæ circa tēpus paſchæ diabolo procurante, vbique incipiunt, vt contritione, quā in quadrageſima habuerunt reuocet. Reducit etiā ad memoriā delectationē peccati dimiſſi. Tertio eos terret faciens eos impoſſibilitatem concipere de pœnitentiæ incepte cōtinuatione. Et iſtis medijs eis ſuadet, dicēs, illud Hiere. 31. Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrimis.

¶Sed, quia difficile eſt aliquādo ipſi Artic. 7.
met pœnitenti, & etiam confeſſori ſcire, quis eſt veræ contritus. Vtilè videtur ad hoc ponere vnum experimentum, quo ipſemet pœnitens, & etiam confeſſor ſi- 29
gnum habere poſſunt. ſi vere pœnitet. Iſtud autem ſignum eſt, ſi apertæ, & nudæ confitetur, & libēter omnia recipit, quæ ſibi à cōfeſſore imponuntur. Quia dicit Canon, ꝙ veræ pœnitens libenter omnia ſuſtinere debet, quæ ſibi à confeſſore iniunguntur, de pœni. di. 3. circa principiū §. perfecta. Si autē ei omnia rationaliter impoſita, ſiue quātum ad pœnitentiam, ſiue quantum ad ceſſationē, & uitationem peccati, & male ſocietatis, ſiue quantum ad reſtitutionem non recipit, confeſſoriq́ue ſuo in talibus nō obedit, non vere, pœnitet, nec aīę, ſaluti, & uitā diligit, ut debere, hoc probatur tali medio. Ille uerè nō pœnitet, nec diligit animæ, uitam, ut deberet, qui minus diligit animam animæq́ue uitam, & ſanitatē, quā corporis, ſicut patet. C. 1. 11. Sed ille, qui omnia ſibi impoſita nō ſuſcipit pro animæ ſalute minus diligit animam, quàm corpus, quia ſi tm̄ diligeret, tm̄ ſuſtineret, & faceret. Sed à deſtructione conſequentis non tm̄ facit, ergo non tantum diligit. Quod non tan- 30
tum facit probatio, ſi medici animę, vel corporis, dicerent, ei certitudinaliter ꝙ niſi ieiunaret omnia feria ſexta per ſeptennium in pane, & aqua moreretur viliſſima morte, nō ſolum illud reciperet ꝙ ſeptennio, ſed citius pro tota uita ſua, quàm ſic moreretur. Iterum ſi diterent, ꝙ niſi emeret ſibi talia neceſſaria,

vel

vel pecuniam magnam expenderet, vel alienum restitueret, moreretur. Si etiam dominus terrenus diceret ei, ꝙ eum suspenderet, nisi statim ei daret omnia, q̄ haberet, statim omnia daret: quia pellē ꝓ pelle, & omnia, quę habet homo dabit pro aīa sua. Sed ista ꝓ anima ne moriatur æternaliter non facit. Medici em̄ animæ dicunt, ꝙ nisi ieiunet, & pœnitentiā faciat, nisi eleemosynā det, nisi etiā aliena restituat, nisi dimittat societatem malam, ꝙ dānabitur, & suspenderetur ad furcas inferni. Sicut em̄ dicit ipse Deus. Lucæ. 13. Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Sed nō bene pœnitet, nisi prædicta faciat. Et tamen omnia ista differt, nec tantum restituit de alieno, quod nō potest habere iuste, nec tam cito pro animæ salute, quàm daret pro proprio, ꝙ posset habere pro corporis sanitate, ergo plus diligit corpus, quā animam, ergo non est in ordine charitatis, sicut patet. C. 11. Ergo nō uere, nec fructuose pœnitet, omnia ergo, quæ facere, ut mortē uitaret corporis, siue ieiunando, siue restituendo, siue societatem fugiendo, siue peregrinando, quia si diceretur ei, ꝙ nisi faceret moreretur, ea citius faceret, faciat pro animæ morte uitanda, ieiunando, restituendo, malam societatem fugiendo, & ad episcopum, seu pœnitentionariū, uel Papam, quando ei iniungitur, pro absolutione habenda peregrinando.

¶Confessio. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Confessio quid sit.*
2 *Confessio quam sit necessaria.*
3 *Exemplum pro necessitate confessionis.*
4 *Quomodo debeas esse dispositio ad confessionem.*
5 *Confitens, quæ fugere debeat.*
6 *Peccator dum in peccato est in manu diaboli manet.*
7 *Qui in infirmitate, & in pascate confitetur videtur facere treguam cum Deo.*
8 *Quod signum bonæ voluntatis confitentis.*
9 *Quid maximopere prosit infirmitatibus spiritualibus.*
10 *Pœnitens quem confessorem eligere debeat.*
11 *Animarum media omnia mala offendenda sunt.*
12 *Quod periculum imminuas non integraliter confitentibus.*
13 *Confessio quomodo esse debeat.*
14 *Exemplum fabulosum in illos qui non pure confitentur.*
15 *Confitens præmeditari debet sua peccata antequam ad confessorem accedat.*
16 *Exemplum pro ijs, qui reddituri sunt rationem vitæ suæ.*
17 *Reprehenduntur illi, qui post annum veniunt ad confessionem nulla facta præmeditatione.*
18 *Quid agendum antequam accedamus ad confessionem.*
19 *Confitens ad confessorem se habet sicut nauta ad illum, qui vult ingredi in nauem.*
20 *Pœnitens debet accipere pœnitentiam sibi impositam.*
21 *Qua de causa qui accedunt ad confessionem præmeditari debent sua peccata.*
22 *Confitens debet obedire confessori.*
23 *Perfectus obediens, quomodo esse debeat.*
24 *Munus bonorum christianorum est omnibus se erroribus expiare & deinde bona opera facere.*
25 *Periculosum est sanis & infirmis confessionem procrastinare.*
26 *Multi peccata sua confitentur timore pœnæ temporalis & iacturæ bonorum externorum, quàm pœnæ æternæ & aīæ.*
27 *Qua de causa confessio sit acceleranda.*
28 *Quemadmodum ære alieno, quo opprimebatur liberati lætātur ita qui debito peccati quo oppressi sunt, soluti maximo gaudio afficientur.*
29 *Quando magis debeamus nostra peccata fateri.*

30 Con-

30 *Confessionem non esse procrastinandam.*
31 *Excusationes illorum, qui alijs seruiunt quo ad confessionem non sunt admittendæ.*
32 *Quemadmodum proditores expellemus ita peccata, quæ nos produnt expellere debemus.*
33 *Contra illos, qui credunt malum esse sæpe confiteri.*
34 *Exemplum in quendam, qui credebat satius esse tempus expectare, quàm cito confiteri.*
35 *Qua de causa frequenter ad confessionem accedere debeamus.*
36 *Quando peccatores pœna inferni puniti nescimus, debemus animaduertere nec ad pœna puniamur.*
37 *Quare periculosum sit semel iam non confiteri.*
38 *Quare debeamus sæpe nostra peccata confiteri.*
39 *Quomodo cognoscatur si quis sit spiritu renouatus.*
40 *Vt nauis semina debet sæpissime purgari sic anima nostra.*
41 *Exemplum in peccatorem in ecclesiam euntem.*
42 *Exemplum in mulierem abscondentem unam peccatam licet piam.*
43 *Exemplum cuiusdam Diaboli ferentis peccatorum librum.*
44 *Exemplum miraculi beatæ Virginis.*
45 *Exemplum in puerum à diabolo allectum.*
46 *Peccatores sunt uelut latrones ad Crucem euntes.*
47 *Exẽplũ miraculosum duorũ quorũ alter confessus fuit liberatus ab igne, alter non confessus, combustus, licet essent ligati in eodem stipite.*
48 *Vtilitatis causa confessio frequenter fieri debet.*
49 *Confessio integra non est iteranda, si denuo peccetur.*
50 *Dæmon pluribus modis impedire curat confessionem.*
51 *Timore pœnitentiæ Dæmon curat claudere os confitentis.*
52 *Exemplum miraculosum in quendam infirmam cuius os dæmon obturauerat.*
53 *Proponendo alia bona opera Dæmon curat aliorum os obturare.*
54 *In impedimentis omnibus confessionis sedent Diabolus, vt lupus ad prædam.*
55 *In impedimentis confessionis Diabolus se habet ad peccatorem, ut custos carcerum ad captiuos.*
56 *Peccator imitari debet in carceribus detentos.*
57 *Licet Diabolus teneat omnia membra peccatoris, tam si non teneat linguam spes est ad salutem.*
58 *Contra impedimenta Diaboli, quæ sint ponenda.*
59 *Quæ remedia contra uerecundiam adhibuit Deus.*
60 *Remedium contra uerecundiam secundum & tertium.*
61 *Remedium quartum contra uerecundiam.*
62 *Remedium quintum contra uerecundiam.*
63 *Remedium sextum contra uerecundiam.*
64 *Magna est stultitia aures patulas diabolo à cõfessione alienare conanti præbere duabus de causis.*
65 *Cur tertio & quarto sit magna stultitia diabolo curant à confessione remouere aures præbere & num. 66.*
67 *Magna stultitia est quinto & sexto credere diabolo in suadenti confessionis fugam.*
68 *Quomodo cognoscere possimus sit confessio sit debitis malis.*

Confessionis, Cap. 1.

Primo ponenda est descriptio. Secundo, necessitas. Tertio, modus, seu dispositio requisita ex parte confitentis, quantum ad uoluntatem. Quarto, quantum ad discretionem. Quinto, quantum ad integritatem. Sexto, quantum ad præcogitationem. Septimo, quantum ad obedientiam. Octauo, quantum ad festinationem. Nono, quantum ad frequentiam.

Digitized by Google

quentiam. Decimo, ponenda est confessionis vtilitas. Vndecimo, in quibus casibus debeat iterari. Duodecimo, ostenditur, quantum diabolus nititur eam impedire, scilicet sex modis, & sex remedia contra hęc impedimenta. Tredecimo, experimentū. Decimoquarto, fatuitas rite confiteri nolentium.

Artic. 1. ¶Ad primū sic proceditur. Confessio
1 secūdùm Chrisostomū est salus animarum, remissio peccatorum, recuperatio virtutum, fuga dæmonum, obstructio oris inferni, aperitio regni cęlestis.

Artic. 2. ¶Secundum ostēditur exemplis hi-
2 storia ratione lege, & autoritate. Exemplum ad hoc de infirmo, uel vulnerato cui necesse est, ꝙ infirmitatem medico ostendat, si vult curari. Ita necessaria est confessio ante curationem.

¶Iterum si dominum offendisti terræ, nunc necesse est, vt culpam recognoscas antequam veniam obtineas.

¶Iterum, qui debet esse, uel honestæ ministrare in mensa regis necesse est, vt à facie sordes tergat. Nos semper sumꝰ in præsentia Dei, & omniū sanctorū sicut patet. A. 25.17. Aliquādo etiā ad mēsam eius, i. ad cōionem accedimus, ergo præoccupemus, i. præueniamus faciem eius in confessione, in Psal. 94. Ad istud propositū adducit istā autoritatē beatus Gregorius, tertio pastoralium. c. 53.

¶Iterum necessaria est cōfessio ante orationem, quia filio petenti pulchrum iocale à matre. Respōdet manus tuę tut pes sunt ualde, lauare manus, & tūc tibi tradam, aliter non. Ita multi petunt cū turpi, & sordida anima liberationē ab infirmitatibus, & tribulationibus prosperitatem etiam, & gratiā in præsenti, & gloriā in futuro, quibus respōdet pater noster, & mater nostra, dicēs. Esa. 1. Lauamini mundi estote. Auferte malū, &c. Quasi diceret, tunc habebitis, quod petitis, aliter nō. Quia cū multiplicaueritis orationē, non exaudiā. Esa. 1. Ergo confessionis mundatio necessaria est.

¶Iterum necessaria est, nō solum ante oēm orationē, ut dictum est, sed specialiter ante cōionem, ꝙa si habēs manus leprosas, vel scabiosas uellet eas ad discum regis extendere, uel importune eas cōspectui eius ingerere, nō pmitteret eum tāgere libenter, nec se, nec sua. Sed auerteret oculos suos ab eo. Ita nec placet Deo, ꝙ talis mense suæ appropin 3
quet. Ideo auertit oculos ab eis. Esa. 1. Cum extenderitis manus vestras, auertā oculos meos, a uobis, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.

¶Historia, est ad hoc, quasi per istum Exem-
modū de deuoto beatę Marię, cui obtu- plum.
lit ieiunia preces, & deuotiones multas, tamen cor os, & alios sensus, & opera munda nō custodiuit, quem beata Maria curialiter permonuit hoc modo, uidebatur ei una nocte, ꝙ sitiebat, quasi ad mortem. Beata vero Virgo, ab eo inuocata pro adiutorio affuit, porrigens ei potum pulcherrimum in uase turpissimo, cui respondit ꝙ bibere nō potuit propter vasis abominationem, sed rogauit, ut illud mundaret, & tūc illud porrigeret, cui Maria, sic tu munda prius vitā tuam, scilicet cōfessione aliter munus nō suscipiam de manibus tuis malis. Nota. O. 5 5.

¶Ratio etiam, & lex hoc dictant, ꝙ nemo sit iudex in causa propria, in nulla curia mundi hoc permittitur. Sicut patet. C. 51. 3. Ne quis ius sibi dicat per totum. Sed oportet, ꝙ ponat se, qui deliquit in iudicio curiæ, dicens. Paratus sum ad emendam secundùm decretum curię. Sic in curia ecclesiæ, ex quo Deus factꝰ est homo necesse est cōfiteri Deo, & homini, & in eius arbitrio se ponere. Legem etiam ciuilem habetis ad hoc. A. 13. 31. Tollite ergo uobiscum verba. Oseæ 14. Et confitemini alterutrum peccata uestra. Iaco. vlti.

Ex ista necessitate debet uoluntas cō- Artic. 3.
fitentis artari, ꝙ benè disponatur, quia in tā necessario opere, nisi bene disponatur maximū imminet periculū. Hæc autē dispositio debet esse, ꝙ doleat commissa, sicut patet. C. 5. 8. Secundo ꝙ restituat ablata. Tertio, quòd promittat cessare, & vt de hoc plenioré faciat fidem, Exem-
quòd fugiat peccati occasiones. plum.

¶Secun-

¶Secundum patet,quia niſi reſtituat, parum prodeſt confeſſio. Sicut patet de illo,de quo fertur quaſi ſic,ꝙ fecit iniuriam cuidam de tranſmarinis partibus iniuſtè bona ſua detinendo:poſtea vero iniuſticiam confitebatur,nec tamen reſtituit,hūc ergo oportebat ſemel ad partes illas peregrinari. Et trāſiens p quandam uillā in qua erat dęmoniacus, qui dixit mirabilia improperando hominibus ſtatum ſuū in quo erāt,& peccata, q̄ fecerant,cogitauit ꝙ illum uideret,quia cogitauit ꝙ nihil poſſet ei improperare, qui confeſſus fuerat:& veniens ſolus ad eum ne fortè aliquid ei coram pluribus improperaret,quæſiuit multa,& cum ad ſingula cautè reſponderet, quæſiuit de ſtatu proprio.Adiurās eū de veritate,dicenda. Cui reſpondit tu es in ſtatu malo,& quo ad animam,& quo ad corpus: quo ad animam,quia iniuſtè bona talis detines,quo ad corpus, etiam es in periculoſo ſtatu : quia ille cuius bona detines eſt in uilla iſta,& ſi ſciret te hic malè te tractaret. Et alius rñdit, heu(inqt) modo uideo , ꝙ fides noſtra non ualet. Et quare ait dęmon, quia (inquit) fides eccleſiæ eſt,ꝙ peccata confeſſionem delentur. Cui alius ſubridens non,inquit, reſtituiſti,ideo peccatū manet.Caueant ergo illi,qui habent bona defunctorū, vel uiuorum ſemper ſolutionē differentes multis annis,& credunt benè abſolui, & cōicare.Et tamen dum res habetur extra,peccatum habetur intra in anima,ergo malè abſoluuntur, & communicantur, de quibus dicit ſcriptura ad Titum.1.quia confitentur ſe noſſe Deū verbis,ſcilicet,factis autē negant. Deo enim confitentur verbis,ſed non factis.

¶Tertium patet,videlicet ꝙ benè cōfitens debet fugere peccati occaſionem, ſicut fugiēs de carcere nō moratur ,ppe vbi faciliter iterū poſſet capi, & incarcerari,ſed fugit lōgius.Aliter uidetur uelle iterū capi.Et hoc etiā dr̄ de tali,poſtquā capitur iterū.Ita nō ſufficit cōfiteri pctm fornicationis,vel cuiuſcunque officij, vel ſtatus quē ſine pctō tenere non pūt,niſi illā mulierē de domo eiiciat,& fugiat loca,& occaſiones cū ea loquēdi, ꝙ etiā ſeruitiū dimittat,quod ſine pctō exercere nō potuit.Aliter carcerarij poteſtatē,immo nec carceris cuſtodiā fugit. Sed de carcere cōfitetur, in carcere manēs, & vult finaliter à diabolo capi, quia cū puerſo peruertetur, & cū puerſo capietur & punietur, ſicut captus in ſocietate latronum.Ideo ſignāter, dicit Apoſtolus.Exurge a mortuis,& illuminabit te Chriſtus, Ephe. 5. Non dicit à morte ſolū,ſed a mortuis, i à malis hominibus ſpiritualiter mortuis . Et niſi hoc feceris,modo bene ſurrexiſti à mor te peccati,quia ſicut videmus,ꝙ experimentū vitę corporalis eſt,quādo homo aliqualiter abhorret ſocietatē mortuorum,quia ſi ſit uiuus aliqualiter abhorreret eſſe ſolus inter corpora mortuorū. Mortuū aūt corpus, alia corpora mortua nō abhorret. Eadē experimēto cognoſcere poteris ſi ſis uiuus, vel mortuus ſpiritualiter.Illi enim,q̄ ſic in infirmitate,uel quadrageſima cōfitētur, vel præcipiunt in teſtamēto ꝙ oīa reſtituātur,& p iſtū modū accipiunt treguā cū Deo vſq, poſt Paſcha,uel infirmitatem, non faciunt pacem ſimiliter:quia ad tādem ſocietatem , & ad eadē peccata redeunt,& eadem bona retinent in poſterum, ſunt ſicut illi q̄ propter periculū, quod vident,quando nauis onuſta incipit ſabulū tangere,merces in mari ,piiciunt,quas cum periculū euaſerunt, ſuper terram euntes nituntur colligere,& quæ prius eiecerunt, iterum colligunt. Iſtorum uoluntas non eſt bene diſpoſita,quia non eſt abſoluta , ſed conditionata,quia timore confitentur.Tales dicere poſſunt,illud Eſa.12. Cōfitebor tibi domine,quoniam iratus es mihi.&c.

¶Iſtius bonę uolūtatis manifeſtatio eſt, ſi propter laborē , uel tędiū non dimittat,quin diſcretū eligat cōfeſſorē in tam arduis cauſis, ſicut curæ ſapiētioris medici libētius te cōmittis,& à melius ſciēte viā quęris in via dubia. Et videns cōgitur ſpeculator,& ubi periculū imminet de amiſſione hęreditatis,à ſapiēntiore cōſiliario libētius cōſiliū quęris.

Artic. 4 8

Sic

sic dicas in proposito, illud Psal. 137. Confitebor tibi domine in toto corde, &c. Sed heu. C. 5. 19. Et causa est frequēter, quia magna peccata volunt facere, & quærunt cęcum confessorem. Volentes ergo discretiores quęrere nullus impediat, qa impedientes agunt, & contra salutē illorū quos impediunt, & contra doctrinā ecclesiæ. ¶ Primum patet, quia aliquādo citius multis annis nō confitentur, quàm aliqbus cōfiteant, & hoc expertū est, vel fortè ꝓpter verecundiā, quia quotidie eos uident ipsi timēt, qa aliquod nocumentum, vel aliquid fecerunt de quo timent eos grauare, si illud eis ostenderent, qa timent ꝙ minus eos in posterum diligerēt, minusque de eis confiderent, uel propter minorem affectionē, quam ad eos habēt propter delicta, quæ in eis uident, uel ꝓpter eorū ignorantiam, & insufficientiam inuite eis confitentur, & si confitentur confessionem dimidiant, quod est contra illorum salutem, peccant ergo impedientes, quia occasionem dant eorum perditioni, ergo melius est pro vtraque parte, ꝙ
9 eos licētiēt. Primo prælatis, & sacerdotibus, quia exonerant ꝓ subditis etiā infirmis, quia dicit Seneca. 4. li. de clamationū, ꝙ nihil magis ꝓdest ęgris, quàm ab eo curari, à quo uolūt, & ubi diligūt. Exemplum. Et ponit exēplū de quodā, q sanauit patrē infirmū, vbi medici dixerūt, ꝙ sanari nō potuit, magis experti in sciētia, q ipse filius fuit, postea vero rogauit filiū, ꝙ curaret etiā nouercā infirmā, noluit, qui pater, eundē morbū habet, quo ego laboraui, cui filius nō tibi medicus, sed filius profuit, gratum tibi erat quicquid meis manibus acceperas, nouerca uero mea uidēs me grauatur, & amplius infirmat, si loquar ei dolor inceditur si tāgam eā, extra se erit, & medicus decipi possum, sed præuignus de morte non possum excusari. Concludit ergo, ꝙ nihil plus ęgris prodest, quàm ab illo curari à quo volunt, quod licet uerum sit in infirmitate corporali, multo tamē verius est in infirmitate spirituali.

¶ Secundum patet per canonem, seu decretum, quod dicit, ꝙ pœnitēs debēt quærere confessorē discretum. De pœ. dist. 1. quē pœnitet. Et ratio patet. B. 2. 25.

¶ Sic electus non percat, sed veritatē 10
dicat, & semper cogitet ꝙ in loco, & iudicio illo maior est omni homine, quia locum tenet in terris, nec percat ergo, nec propter lucrum, ne lucrum amittat æternum, nec ne gratiā confitentis perdat, ne gratiam perdat Dei, & sanctorū, nec ne eum tristet, sciens ꝙ melius est filium tristari, & eum uidere lachrymari ad correctionē, quàm ad suspendiū, & melius est egro, vel vulnerato, ꝙ sentiat dolorem ad verā curationē, quàm ficte curetur sine dolore ad tempus, & postea sentiat dolorem ad mortem. Talis postmodum sciet medico, qui ei pepercit malas grates. Ita illi quibus modo percitur, ne tristētur: quando audiēt tristem sententiam in iudicio, poterunt super confessores suos capita agitantes dicere maledicti uos, qui noluistis nos tristare ueritatē, dicendo. Modo erimus in tristicia æterna. Ipsi etiam pœnas nō euadent, quia proditoriæ se habuerunt in cura filij, regis in non custodiendo, & non curando. De talibus nota. A. 7. 20. Quilibet ergo confessor, & prædicator, & consiliarius, & corrector, & prælatus, & qui custodiam habet aliorum veritatē dicēdo, dicat qđ Paulus. 2. Cor. 2. dixit scribendo hæc, inquit, scripsi uobis, ut non cum venero tristiciam super tristiciam habeant, nec deberent de ueritate offendi, quia si amisissent hæreditatem terrenam, scirēt grates danti cōsilium, quomodo illam recuperarent. Ita in proposito ne sint similes Iudæis, de quibus dixit Christus. Vultis ne lapidare hominem, qui ueritatē dixit uobis.

¶ Sicut medico discreto electo tota Artic. 5.
plaga est ostēdenda. Ita medico animarū discreto, ut dictū est electo oīa pecca
ta, tā cordis, quā oris, quā operis, quàm 11
obmissionis integraliter ostēdenda sūt, quo ad oēs circūstātias, agrauantes, quę notant in hoc versu. Quis qd vbi quotiēs p quos cur quō qn ostendit ei oīa. Matth. 4. Esa. 58. Dissolue cogitationes impie-

impietatis, i. mortalia pctā solue fasciculos deprimētes, i. circunstantias aggrauantes. Et sic omne onus dirumpe.

¶Circa qđ primo ostendet ꝓpositum multis exēplis. Secūdo ostēdet periculū nō faciētiū ꝓpositū. Exēplis & historia.

¶Primū, videlicet cōfessionis ītegritas, patet exēplo arboris, & herbarū notiuarū, quas q ꝓternit, nisi etiā oēs eradicet iterū crescūt. Aliqñ multæ ꝓ una. Ita pctm̄, nisi eradicet, occasio, & societas ꝑ quā prius incidit in pctm̄, quæ est quasi radix. Nisi ēt eradicetur peccandi ꝓpositū, & oēs peccati circunstātiæ, iterū crescūt & multipliciter se ostendunt. Iterū leprā carnis, lepra cutis, lepra uestis, lepra dom⁹, id est pctm̄ cordis oris, & operis, & obmissionis iubetur sacerdotibus ostēdi. Leui. 13. Et de pœni. dist. 1. Moysi & confessio omniū malorum sit initium omniū bonorum, & unde morem oriebatur inde vita resurgat.

¶Iterū ligatus mulus uinculis in carcere, vel ad stipitē, vt cōburatur nō euadit, nisi oīa uincula rumpat. Sic solue oīa uincula peccatorū. Iuxta illud, Trē. 2. Effunde sicut aqua cor tuū Ita uidelicet ꝙ nullū signū pctī in eo remaneat, nec ira in corde, nec pecunia, vel res aliena ī cista. Aliqñ em̄ liquores colores signū, uel saporis etiā effusi, in uase dimittūt, qđ nō facit aqua. Sic ergo effundite corā illo corda vr̄a. In Ps. 61. Aliud exēplum. Nota. A. 11. 4. Item. 3. Reg. 8. Dicitur quòd templum fuit dedicatum cum omnibus vtēsilibus suis. Sicut templum nostrum cum omnibus sensibus peccata singulorum confitendo, &c.

12 ¶Periculū verointegraliter non confitētiū, patet exēplis, & hystorijs. Primo exēplo vulnerati, cui parum prodest, ꝙ sex plagæ mortales sanentur, si septima mortalis non ostendatur, nec sanet, qa ꝑ illā solā eque morietur, sicut ꝑ oēs, qđ ergo ꝓdest medico plaga sanasse ducentas, unica si fuerit, qua moriatur homo. Sic spūaliter cū vnū modicū venenū totā ollā corrūpat angelicę sēper illud. Et ꝓpter unū pūctū, vel verbū falsificatū, cōuincat falsificās. Ita bulla Dei anima. Et propter vnū verbū malè scriptum in carta tua poteris amittere totā hęreditatem, & nauigans, quia omnia foramina in naui præter unū obturat submergit. Et obsessus, qui totā ciuitatē pręter vnā partē custodit, capit, & ꝓpter vnū ouū dimissum in nido, auis ad nidum redit. Sic diabolus ad aīam. Et narrator in bācho regis propter vnū verbum prætermissum in narratione sua, totam narrationem amittit, & breue anullatur. Et propter unā sagittam in corpore dimissam, moritur. Ita modicū fermentū peccati totā massam corrumpit, quia in pluribus peccatis existens, de uno sine alijs uerā pœnitentiā agere non potest, quia Deus partem cōdonare nouit. De pœni. dist. 3. §. His auctoritatibus. Vnde Bern. Summa Dei pietas veniā non dimidiabit, aut nihil, aut totū ꝓpitiando dabit, qđ pulchrę ostēdit in hoc, ꝙ totā expulit legionē nullū in hoīe dæmonē dimittens. De pœ. dist. 3. Sunt plures. Sit ergo cōfessio pura cū oībus circunstātijs, q peccatum aggrauant. De pœni. dist. 1. Quem pœnitet Illi qui aliter pœnitent, vel cōfitentur sunt, sicut ille q ore confitebatur, & una manu pectus percutiebat, & alia sacerdotis bursam scindebat, dicens Deus propicius esto mihi peccatori. Sic ille, qui ore cōfitentur, & una manu pectus percutiunt, & lætanias, & oīones multas dicunt, sed alijs peccatis Deū expugnāt, eiusque bursam in mēbris, eius cum duro dominio, & multis malis vijs scindunt, bona illorū auferēdo, vel detinendo taleꝫ sunt serpentes pellem deponendo, sed non uenenum. 13 Exemplum

¶Talibus potest dici quod dixit vulpes aratori secūdùm fabulas, hæc enim venatorem fugiens precibus obtinuit, & promissis, ꝙ arator eam sub colobio asconderet, & requisitus assereret, ꝙ ad nemus fugisset, quod & ore fecit, sed digito, & oculo ostendit eam esse sub colobio. Vulpes igitur capta ait, bene dicta sit lingua illa, sed maledicti sint manus, & oculi. Ita potest dici illis, qui bene in confessione, & alijs negocijs loquuntur ꝫ multa promittunt, nō ſle- 14 Fabula

runt

iunt se uelle omnia peccata dimittere, aliena restituere, pœnitẽtiam agere. Sed manus, manus sunt Esau. Talibus alia, Exemplum. sacramenta, & bona opera, nõ ualet ad salutem, quod patet per hoc ꝙ fertur, quasi sic de quadã muliere à dæmonio vexata diu, quæ nec confessione, nec cõmunione liberari potuit. Quidam ergo religiosus illuc aduenies, & corpꝰ Christi in pixide secum honestè portans dæmonem adiurauit, quare sacramẽta ecclesiastica non ualuerunt eam liberare, qui coactus respondit, quia unum peccatum semper zelauit, quod cũ ipsa audiret, de illo confessa liberata est. Patet ergo ꝙ qui oblitus est in uno factus est omnium reus. Et qui abscondit scelera sua, nõ diligetur, qui autem confessus fuerit misericordiam consequetur, Prou. 28. Arti. 6.

¶Sed quia ista confessionis integritas fine deliberatione, & præcogitatione fieri non potest, quia sicut intrãs domum obscuram, & tenebrosam, statim non bene videt ea, quæ in illa sunt, sed oportet, ꝙ ibi moretur aliquantulũ, ita qui trãseundo nimis festinãter respiciunt tenebrosam cõscientiã suam non uident omnia, quæ ibi latent. Ideo oportet, ꝙ in respiciẽdo moram ibi trahat. Ideo ad confessionis integritatẽ necessario requiritur præcogitatio, & inquisitio cum diligenti examinatione.

¶Exemplũ ad hoc de his, qui uocantur ad cõputum reddendũ ij diligenter cogitant, & clericum cõducunt, qui eos dirigat, & expensas in scriptis ponat, & locum, & uillam, & tempus, & negocia in quibus, & circa quæ expenderunt cũ diligenti sollicitudine excogitant antequam ad computum ueniant. Sic in cõputo spirituali diligenter cogitandum est, quomodo post ultimam confessionem uitam expendimus, quæ plus ualet, quam pecunia. In quo loco, in qua uilla, in qua societate uiximus, quę peccata illi homines cum quibus habitamus facere solebant, si in malis societatẽ illis præbuimus, an nõ. Exẽplo, Ezechię regis, Esa. 38. dicentis. Recogitabo tibi omnes annos meos. Si sic scrutarẽtur, & morarẽtur in domo obscura cõscientiæ, ꝙ diligenter inquirerent, quomodo animam suã expẽderunt, & peccauerũt contra Deum seipsos, & proximos, qũo decem præcepta transgressi sunt præcepta singula ad memoria reducendo, & septẽ mortalia peccata percurrẽdo, multa inuenirent, quę eos latent, quia cõscientiã nõ scrutant, sed subito ad confessionẽ quadã iocosa leuitate ueniunt, dicentes: Interroga me. Et est mirabile, qui per totũ annũ prius non fuit confessus, festinãter uenit, uel ad ecclesiã, uel ad religiosos quãdo uidet eos p uiã trãsire carucã dimittens, & dicens. Audias me statim ero expeditus, non habeo, nisi vnũ uerbũ. Et tamẽ si benè cõscientiam examinarent, inuenirent, ꝙ multa habent peccata, quæ requirerent multa uerba, & multa sapientium cõsilia, antequã benè esset sibi cõsultum. ¶Iste modus est multũ contra rationem. Ratio enim cuiuscũque dictat, ꝙ sicut cum magna deliberatione cogitant peccata, & malicias, & desideria sua implere, & cum magna diligentia. Ita cum dolore cogitandũ est diligenter quomodo emendam faciãt. Ratio. n. dictat, ꝙ cum maiori sollicitudine esset cœlum perquirendum, quã infernus ¶Secundo ratio cuiuscunque, & uoluntas assentit, & cor concordat auditis, ꝙ si quis tali mõ ueniret ad cõputũ reddendũ, ubi magnũ immineret periculum, si nõ benè cõputaret, & diceret auditoribꝰ cõputi ĩterrogate me, nihil pcogitaui, qđ malè iret negociũ suũ, ideo diligenter ante cogitãt, & adhuc fine dãno uix euadunt. Et circa seminationẽ emptionẽ, & uenditionem messionẽ, & circa oĩa negotia mũdi diligenter tempus excogitant aptius. Et breuiter oĩa tempus habent, nisi animã nõ. Et si ita negligens sit circa salutẽ pprĩã ꝙ nõ fecerit, qđ ad eũ ptinet quãtũ ad pcogitationẽ, non pp hoc dimittat confessor facere, qđ ad eũ ptinet, ipsum diligẽter informando, & ordinate inquirẽdo. qa sicut clericus iuuat laicũ ad ordinandum cõputum, ita confessor pœni- 15 16 17 18

pœnitẽtem. Ita ꝙ debet esse, & adiutor, & compoti auditor, non ad eum inuoluendum, & obligandum, sicut faciunt aliqui auditores compoti pecuniarum, sed ad eum liberandum ad reducendum, & exponendum Dei mandata, & mortalia peccata cum brachijs suis, & circunstantijs. Et non solum, vt
19 adiutor compoti, sed vt naute respectu illius, qui est extra nauem, & vult intrare, habebit se confessor erga confitentẽ. Nauta enim quandoq; tabulam exponit, per quam nauem facilius intret, & ne de planca illa cadat: manum suam ei porrigit eum tenendo, & sic ad nauem eum introducit. Sic confessor ei, qui est extra nauem ecclesiæ per mortale peccatum exponat, secundam tabulã post naufragium, scilicet pœnitentiam: ostẽdendo quantę virtutis sit, quomodo de filijs diaboli, & hæredibus inferni facit filios Dei, & hæredes Dei, & Cœli: quomodo per illam non solum nauem ecclesiæ, & societatem sanctorum, sed etiã gaudia aule cœlestis intrare potest. Et ne ĩ uia deficiat, manum absolutionis, & cœlestis consolationis, & promissionis æterni gaudij admodum ouis cui manus ramum ostendat, & eum ducat. Et sic ad modum Noe manum extendo, columbam in arcam introducat, vt ei confitens uerè dicere possit, illud Ps. 59. Saluum me fecit dextera tua. Et si-
20 cut post compotũ petit literas acquietantiæ, quas secum portat, & diligenter custodit, quas vult benè, & sufficienter concipi, & quòd nullus sit in eis defectus. Ita post compotum confessionis accipiat literas acquietantiæ pœnitentiæ, & satisfactionis, quas debet desiderare habere sufficientes, quia si nõ plenariæ satisfaciat, literæ acquietantiæ sunt sufficientes, quia non acquietant eum de toto, & ideo in cõpoto alterius curiæ totum illud exigetur, sicut ille, de quo non habet acquietantiam, sicut optime patet. A. 7. 22.

21 ¶Tertio ratio, & cor cuiuscunque audientis consentit, ꝙ si quis esset citatus, vel necessitatus ad respondendũ. in iudicio regis terreni, in cã periculosa vbi imminet damnũ, & periculum amissionis uitæ, uel membrorũ, uel oĩum bonorũ, nisi benè respõderet, si nõ diligẽter prẽcogitaret, uel consilium caperet, nullus reputaret eum sapientẽ, sed stultissimum. Ideo sapientes uiri in talibus casibus, rogant, ꝙ possint capere, cõsiliũ, & petunt, vel libellum, vel tẽpus ad deliberandum, quantum magis hoc facere deberẽt in iudicio Dei, & confessione, vbi agitur de lucro, uel pditione vitæ æternæ, & mẽbrorum, & totius corporis, & aĩæ damnatione, & regni cœlestis amissione, si benè nõ respondeat. Vnde beatus Gregorius super euangelia. Homel. 26. Certè (inquit) si aliqs vestrũ cũ suo aduersario cãm dictaturus ĩ meo iudicio die craftina esset exhibendus, totam fortè noctem insomnẽ duceret, quid sibi dici posset, uel rñderet cogitaturus, & ne apud me appareret noxius formidaret. Et quis, aut qd sum ego, cito post futurus uermis, & post uermem puluis: Si ergo tanta cura pertimescitur iudicium pulueris, quãta intentione pertimescendum est, tãtæ iudicium maiestatis. Diligẽter ergo cogitandum est, & vniuersaliter cõuertẽdum ad Deum, & si sic conuertimini, & Arti. 7.
salui eritis. Esa. 40. 5. ¶Sed quia parum prodest confitenti oĩa peccata sua confessori ostendere, nisi uelit in his, quæ ad salutem suam pertinent ei obedire, sicut nec prodest infirmo, statum suum medico ostendere, nisi uelit medicinã recipere. Ideo post istũ articulum sex- 22
tum de confessionis integritate, necessario videtur sequi articulus septimus de confitentis obedientia, quod uidelicet omnibus ostensis peccatis obedienter recipiat oẽs ei pœnitẽtias impositas.

¶Sicut ergo existenti ĩ periculo submersionis, & uolenti de periculo illo liberari duo sunt necessaria.

¶Primum est, ꝙ porrigat manum ei, qui est in loco securiori, quàm ipse sit, videlicet super terram solidam, vel in naui, quia si ei, qui ĩ eodem est periculo manũ porrigere eũ iuuare nõ posset.

¶Secun-

¶Secundùm eſt, quòd non capiat, nec aliũ ad ſe trahat, quia tunc vtrique ſubmerguntur, & ipſe nullũ auantagiũ reportat, nec in aliquo iuuatur. Ita ſpũaliter uolens liberari à periculo ſubmerſionis inferni debet manum ſuam porrigere nõ exiſtenti in eadẽ culpa fornicationis, uel uſurę, ſed exiſtenti ſup ſtatum firmum in naui eccleſię, uel in ripa religionis, nudę, & apertę periculũ ei oſtẽdendo. Quia ſi accipiat exẽplũ, vel conſilium à malis, cũ cœcus cœcũ ducat, faciliter in foueam cadit. Debet enim manum ſuam in manu confeſſoris ponere diſcreti. ¶Secundo non debet niti cum excuſationibus confeſſorẽ ad ſe trahere, dicendo vſura prodeſt, & mihi, & ei cui mutuaui non poſſum reſtituere, nec uxorem ducere, nec ieiunare, ſocietas me facit hoc facere, vicini mei, & hoĩes magni ſtatus ſic faciunt, & ſic uendunt, vt carius uadat in anno, ga talibus coloribus, & falſis excuſationibus, & allegationibus ad ſe confeſſorẽ nimis faciliter, trahãt, vterq; eſt ĩ periculo ſubmerſionis, debet ergo manum in manus, id eſt totum in arbitrio confeſſoris ponere, dicendo trahe me poſte. Cañ. 1. & libera me de aquis multis, & de ore leonis. ¶Sed quia perfectus obediens non eſt, qui nimis tardat facere illud ad quod tenetur. Quia ẽm Bernard. Perfectus obediens morã neſcit, mandatum non procraſtinat. Qui vult oſtendere, ꝙ in his, quę ad animæ ſalutem pertinent in foro confeſſionis, benè eſt obediẽs, oportet, quod cito cõfiteatur. Si ante quadrageſima peccet, quadrageſimam non expectet, nec ſenecturem. Si quadrageſimam expectet non expectet finem quadrageſimæ. Sed vulneratus ſtatim medicinam quærat, ſicut optime patet. A. 16. 3. & A. 11. 4. Ad hoc multa habemus exempla. Sicut enim contra rationem naturalem, videtur prius ſeminare, antequàm terra aretur. Ita ꝙ prius opera pœnitentiæ faciat, & poſtea confiteatur in fine quadrageſimæ. Et ſicut cõtra tationem eſt, ꝙ bonam meſſem expectet, qui prius non ſeminauit, uel ꝙ intendat circa autumnum ſeminare, quãdo deberet metere, ita quod in mortẽ bonam mercedem expectet, qui eam prius non meruit, & qui expectat bona ſeminare in ſenectute, quando deberet metere. Vide. P. 7. ¶Ratio ergo dictat, ꝙ ſpinis, & herbis nocuis extirpatis, & terra confeſſione à rata, & mundata in principio quadrageſimæ: poſtea bonis operibus ſeminetur. Prius ẽm uas lauari debet, antequàm liquor præcioſus infũdatur. Et hunc ordinem *Chriſtus ſuo* exẽplo docuit eſſe tenendũ, qui prius baptizatus, ieiunauit, ſicut patet Matth. 4. Sic nos, & hoc eſt, qđ ore docuit, Mat. 6. dicens. Tu autem cum ieiunas faciẽ tuam, i. conſcientiam laua, ſtatim poſt peccatum, & in principio quadrageſimæ. Et hoc pp periculi uitationem, & pp utilitatis aſſecutionem. ¶Primo pp periculi vitationem. Sicut. n. equus hñs frenũ in ore, faciliter ducitur, & ſicut ebrietas in foueã, & in alia peccata cadere facit. Ita ebrietas peccati, qui ſtatim per pœnitentiã nõ deletur ſuo põdere, ad aliud trahit, ut ait, Gregorius, qa diabolus iã frenum in ore poſuit, & nõ ſolum cum freno vnius peccati ad aliud trahit peccatum, ſed ad pœnam. Cuidã igitur domino infirmato, & pro confeſſore mittenti, ꝙ in craſtinum ad eũ ueniret, ſapienter remiſit confeſſor, dicẽs, dicas dño tuo, ꝙ neſcit ſi eras uiuet, qđ cum dñs audiret, miſit ꝙ ſtatim ueniret, quod cũ factum fuiſſet, & confeſſus eſſet, illa nocte mortuus eſt, & craſtinũ non vidit. Nec ſolum infirmis, ſed etiã ſanis maximum periculũ eſt confeſſionẽ procraſtinare, qũia non eſt dies, nec nox, in qua non moriantur aliqui ſubito in aliqua parte mundi. ¶Alij apoſtemate, alij ſquinantia, alij occaſione, alij ſubmerſione, nec in maiori certitudine pœnitentiæ ſumus nos, quàm illi, certum enim eſt, quòd ſi capti fuerint in mortali, quòd damnati ſunt. Si incertũ eſt, in quo ſtatu fuerunt incerti ſumus de eis; audatior euim eſt, qui in peccato mortali, quàm qui inter ſeptem hoſtes

Art. 8.

23

Exemplum.

24

25

ſtes mortales dormit, quia in illo caſu animam, & corpus, in iſto ſolū mō corpus amittit. Certius.n. & melius eſt cōfeſſione liberari ab utroque, quia certū eſt, ꝙ oris confeſſio fit ad ſalutem, ad Ro. 10. Sicut.n. apertio venæ, vt ſanguis corruptus exeat fit ad corporis ſalutē. Ita apertio oris in confeſſione, fit ad aīę ſalutem. Et hoc feſtinenter eſt faciēdū, feſtinat.n. pro medico infirmus mittere, Pſal. 15. Multiplicatę ſunt infirmitates, &c. Feſtinat etiam maculas in facie tergere, quæ eſt in pœnitētia multorū, & ſordes cadētes ſuper ueſtes in pectores; qū ſedet in menſa, & feſtinat bouē, uel equum de fouea extrahere, & feſtinat muſcā de oculo extrahere, & ignē nociuū in domo extinguere, aliter totum comburitur, ſic ſpiritualiter repromiſſio nequiſſima multos perdidit. Eccleſiaſtici. 29. Et mirabile ſi rex feciſſet, ꝙ qui nō eſſet confeſſus prima hebdomada Quadrageſimæ, amitteret uiginti
26 ſolidos, pauci eſſent, qui tunc nō confiterentur, & magna eſſet preſſura circa ſacerdotes. Sed heu qđ facerent timore amiſſionis uiginti ſolidorum non faciunt timore amiſſionis animæ omniū bonorum cœli, & qui coram ueſte tergit ſordis in pectore feſtinanter, nō tergit ſordes in anima exiſtens in pœnitētia totius curiæ cœleſtis. Sicut patet, A. 25. 17. Beatus qui pœnitentia illorum ſordes tergit, & ſe ornat, ut de eo dici poſſit, illud Pſal. 103. Confeſſionem, &
27 decorem induiſti, &c. ¶Patet ergo, ꝙ confeſſio eſt cito facienda propter periculi uitationem. Secundo propter utilitatis aſſecutionem Multas enim utilitates ex hoc aſſequitur, cito confitens, & ſpirituales, & temporales. ¶Primo gaudium in conſcientia, & toto uultu exteriori. Sicut.n. nimio onuſtus onere in collo non facit bonum uultum, ſed cachinat, ita onuſtus peccatis in conſciētia non habet uerā lætitiam in corde, nec ueram oſtendit in uultu, ſed apparentē. Sed exoneratus gaudet, quæ.n. mater non gauderet de reſuſcitatione unigeniti filij ſui. Sic, &c. Sic (inquit) Pſal. 121. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, ſupple in confeſſione, in domū dñi ibimus. ¶Quantā lætitiā habet infirmus, qñ medicus dicit ei certitudinaliter, ꝙ uiuet, quantā lętitiā latro habet, uel homicida, qñ ad eccleſiā euadit eos fugiens, q eū uerſus patibulū dixerunt. Ideo qui tales ducunt diligentius cuſtodiunt, & tenēt qñ eccleſijs appropinquant. Ita diabolus mō circa Quadrageſimā fortius peccatores tenet, & plus eos, quā alijs tēporibus tentat, qđ patet, quia plures lites, & diſcordiæ in ciuitatibus, & uniuerſitatibus communiter hoc tēpore incipiunt, ut per hoc pateat, quāta malignatus eſt inimicus, in ſancto. in Pſ. 73. ¶Quantā lætitiā habet fidelis homo de multis debitis de- 28
obligatus, dū.n. cogitat ſe eſſe in multis debitis, dū etiā de hoc audit loqui in aliquo cor pondere grauatur fidelis hominis, ſed non falſi, qui de obligari non vult. Ita qui cogitat ſe eſſe obligatū diabolo, & pęnę æternę, dū de hoc cogitat, & audit loqui: quo lętitiā in corde pōt hr̄e? Et reuera ſi non ſoluit die ſtatuto cū ſoluere poſſet, non eſt fidelis. Ita qui in prīcipio Quadrageſimæ diebus purgationis qui ad hoc ordinantur, ſe non deobligat benè ergo deberet feſtinātер ſe deobligare, & licet uideatur graue, nō dimittat, ſed dicat cum Pſal. 31. Cōfitebor aduerſum me in iuſtitia. ¶Mercatores.n tunc merces oſtendunt, qñ 29
plus lucrari poſſūt. Ita nos merces peccatorū ī prīcipio Quadrageſimę, vel ſtatim poſt pc̄m, qa tūc plus lucrari poſſumus, videlicet oīa bona opa, q poſtea facim⁹. Ergo iuxta cōſiliū apī dū tēpus habemus, pūeremur bonū. Sicut ſapiēs pegrinat, dū tps aptū eſt. Et ſicut uolēs ad terrā ſāctā, uł ad loca ſctā pegrinari, ſi ſapiēs eſt prius cōfitet, ut īdulgētia ei ualeat. Sic uolēs ieiunare, ī Quadrageſima, et alijs tpib⁹, aliaq; facere bona opa, prius confiteatur, ut opera ſibi ualeant. Alias ſeminat inter ſpinas, ſi vult ſanari prius de vulnere ferrū trahat, & poſtea emplaſtrum apponat. Sed prius tractet de animæ incarceratæ liberatione.

Et

Et poſtea bonis operibus redemptionē ſoluat, dum proceſſus offertur dominica prima quadrageſimę, quando dicitur gratiam Dei recipiatis, ſaccus cordis in cōfeſſione aperiatur, qa tūc dies ſalutis.

30 ¶Sed heu dicit Ambroſius. Aurū tibi offerā, non dicis mihi cras veniā, ſed ſtatim exigis nemo differt, nemo excuſat, redemptio animæ promittitur, & nemo feſtinat Sed tāto grauius punietur, qnto diutius expectatur a Deo, quia plus eū offendit. Sic etiam deberet plus puniri ab eccleſia. Ideo congrue ordinauit quidā ſanctus epiſcopus in epiſcopatu ſuo, ꝙ qui venirent ad cōfeſſionem poſt primā quindenam quadrageſimæ, ꝙ aliā quindenam ieiunarent poſt Paſcha.

¶Sed aliqui ſe excuſant, dicentes, nos ſumus in laboribus, & aliorum ſeruitio ita occupati, ꝙ non poſſumus in principio quadrageſimæ ad confeſſionem uenire. Sed iſta excuſatio videtur irrationabilis, quia in fine quadrageſimæ, plus erant ab opere impediti, & diutius, quia propter præſſuram, & multitudinē, quæ tūc ad confeſſionē currit, oportebit eos tunc diutius expectare, antequam audiri poſſunt, tunc enim faciunt vnum circulum circa ſacerdotem, nitentes quilibet alium præuenire, habebunt ergo, tunc tedium de expectatione, habebunt & damnum, quia eo, ꝙ confeſſor videns tot expectantes, & volens ſingulas expedire, non poteſt eos ita diligēter de modo confeſſis, & puritate informare, quia plus feſtinat, quàm faciat, quando pauci ſunt in eccleſia circa eū, facit etiā cōtra rationē, & ſeipſum damnificat multis modis ſupra. c. tactis. 23. In principio vero p̄t ſtatim expediri. Ideo cōgrue dicit regula iuris in ſexto Decretalium, qui prior eſt tempore, potior eſt iure. Ideo etiam ſignanter, dicitur Ioan. 5. Quicunque prior deſcendebat, ſaluus fiebat, a quacūq; detinebat infirmitate.

31 ¶Alij ſe excuſant aliorum ſeruitio, dicentes forte, ꝙ illi quibus ſeruium, non permittent eos de opere ſuo recedere, Iſta etiam excuſatio eſt irrationabilis, & inſufficiens, & ex parte dñi impedientis, & ex parte ſerui impediti. Primū patet multipliciter. Primo ſi rex vocaret eū ad ſeruiendum ſibi, non poſſet, nec auderet eū impedire. Sedo, quia faciunt damnū proprīū, dum enim ſunt infideles Deo, vtpote in mortali peccato, diabolus facilius facit eos infideles dñis ſuis, quia habēs frenū vnius peccati facilius ducitur ad aliud. Deberent ergo filios, & filias, & ſeruos, & ancillas compellere ire ad ſermones, & cito confiteri, quia in vtroque docetur, quomodo nō ſolum eruntDeo fideles, ſed etiam illis quibus ſubſunt.

¶Tertio exponūt ſe periculo, Dei p- 32
ditores receptātes. Sicut ergo cito regis proditorē de domo expellerēt, ne eſſent ſuſpenſi propter receptionem, & leproſum etiam expellerent, ne ab eo inficerentur. Ita ſubditos expellant ad confeſſionem, dicentes eis, illud Pſ. 104. Confitemini dño, & inuocate nomen eius. Ex parte ſerui etiam, quia nullum opus eſt, ita utile ſicut circa ſalutem animæ, nec aliquod opus deberet illos ab illo retrahere, nec deberent domino terreno obedire in his, quæ ſunt contra Deum, & animæ ſuæ ſalutem. Quia teſte Petro Actuum. 5. Potius eſt Deo obediendum, quàm hominibus. Et vt breuiter concludatur, nullus bonam excuſationem habet, quare nō cōfitetur in principio quadrageſimę, quia nō eſt aliquis, quin ſi eſſet certus, ꝙ tunc cōfeſſus lucraretur cētum libras, vel ſi ſciret, ꝙ qui non tunc cōfiteretur tantū perderet, cito confiteretur, qui ergo ſe non excuſaret, vbi imminet lucrū, vel dānum temporale, & excuſat ſe, ubi eſt dānum ſpūale, excuſatio non eſt, niſi ad excuſandas excuſationes in peccatis ante mortē ergo confiteri, i. ſtatim poſt peccatum, quia aliter forte non poteris ante mortē confiteri, quia neſcis ubi mors te expectat, & tunc poteſtatem amittes confitendi. Sicut patet. A. 6. 6. Sequitur, quia a mortuo quaſi, nihil perit confeſſio. Eccleſiaſtici. 17.

¶Sed forte cogitāt aliqui ſi ſtatim poſt Ar. 9.
peccatū, uel in principio quadrageſimæ cōfiteremur, confeſſio illa nullum locū teneret: quia iterū peccaremus, & iterū

oporteret nos ante Paſcha confiteri, & ideo melius eſt totum ſeruare uſque ad vnum, cõtra iſtam cogitationem eſt iſte nonus articulus, in quo oſtenditur quã-
33 tum valeat frequenter confiteri, quod & magis eſt eligibile frequenter cadẽti, frequenter reſurgere, & emendam facere, quàm frequenter cadenti raro reſurgere, & confiteri, hoc enim ratio dictat, & exemplum oſtendit. Ratio enim dictat, quia melius eſt habere lucida intervalla, quàm frenesim continuam, quia in lucido interuallo poſſet confiteri, & de ſtatu ſuo ordinare. Melius etiam, ꝙ infirmitas ſanitate media interrumpatur, quàm ꝙ continuetur. Exiſtẽs etiam in profundiſſimo carcere, aliquando care conducit, vt ſit in ſuperiori pro vna nocte, ſi etiam in craſtino debeat ad abyſſum redire. Et melius eſt frequenter diabolum vincere, quàm continue in eius ſeruitute iacere. Et puer, qui frequẽter reſpicit lectionem ſuam, & frequenter tradit eam obliuioni, abilior fit ad doctrinã, quàm nihil, vel raro reſpiciens. Et vaſi frequenter loto non ita fortiter adhærent immunditiæ.

34 ¶Tali enim exemplo quidam, vt ferũ conuertit vnum a tali cogitatione, quaſi per iſtum modum, ſolebat enim frequẽter confiteri, & cito iterum cadere, cogitauit, vt prædictũ eſt, ꝙ melius eſſet expectare, & totum ſimul confiteri, & diu confeſſionem diſtulit, cui cum confeſſor obuiaret, & quæreret de ſtatu ſuo. Reſpondit quo ad corpus bene valeo, quo ad animam in quadrageſima oſtendam tibi, quomodo ſit, ſic enim apud me cogitaui, ꝙ melius eſt expectare vſque ad illud tempus. Cui confeſſor, quære mihi duas ollas, & impleat luto, quod cum factũ fuiſſet, ait confeſſor permitas lutũ in vna aliquibus diebus, aliam vero omni die lauari facias, & iterum luto impleri, quod cum factũ fuiſſet, ait confeſſor, eijcias lutum de ea, quæ omni die fuit lota, quod & fecit faciliter, de alia vero nõ potuit, quia induratum erat, ſed citius frangebatur, quàm mundabatur, quæ fracta lutum penis etiam poſt fracturam adhæſit. Sic, inquit, confeſſor eſt de frequenter confitẽtibus, quia faciliter mundantur, & de raro confitentibus, de quibus frequenter contingit, ꝙ citius morte frangantur, quàm mundentur, & lutum peccati pecijs, i. tam corpori, quàm animæ adhærens, ambos ad perditionem perducit, & hoc ſic fracta olla, ſcilicet corpore.

¶Eſt ergo frequenter confitendũ pro- 35
pter tria, videlicet periculi, vitationem, honeſtatem, & vtilitatem.

¶Primum patet, ꝙ periculum maximũ eſt, tantũ ſemel in anno cõfiteri. Ratio, quia nunquam erit bonus clericus, qui tantum ſemel in anno reſpicit librũ ſuum, nec bonus Chriſtianus, qui tantũ ſemel reſpicit librum conſcientiæ. Et ſic talis clericus nõ bene reſpondebit cum ab eo lectio quæritur, & ideo verberabitur. Et præpoſitus, vel balliuus, vel expẽdens aliorum denarios, qui tantum ſemel in anno cogitat de expẽſis ſuis, dãnificatur. Sic ſemel cõfitens. Et ſic prædicti clericus, & diſpenſator triſtes venirũ ad rationem reddendum, & ad computandum, ſic iſte triſtis veniet ad computandum in morte, & etiam in confeſſione lectionem ſuam neſciet.

¶Facias ergo, quod faciũt pueri, vnus 36
videns alium grauiter verberari, quia lectionem ſuam neſcit, librum ſuum reſpicit, & lectionem ſuam reperit. Et diſpenſator videns alium pro defectu compoti graviter incarceratum, vel dãnificatũ, diligentius de cõpotu ſuo cogitat. Quãdo ergo audimus multos pro defectu cõputationis in confeſſione damnatos, ya nimis illam computationem expectabant, & iterum ſunt capti, & incarcerati mille milia in inferno, videamus nos diligentius librum, & lectionem conſcientiæ noſtræ, & frequenter confitendo computemus, ne ſubito præ occupati die mortis, quæramus ſpacium pœnitentiæ, & inuenire non poſſimus.

¶Si quæratur, quare periculum ſit, tãtum ſemel in anno confiteri, multę ſunt cauſæ, quare. Quia exiſtens in peccato mortali toto illo tempore amittit participationem

dationem ecclesię, & operum suorum, & aliorum, & fructuum amittit, quantū ad remunerationem in cęlo.

¶Secundo, quia diabolus eum ad alia peccata, & pericula, & confusiones, iterū traher. Sicut patet supra eo. c. 14.

¶Tertio, quia interim potest mori.

37 ¶Quarto in tali dilatione peccata obliuioni tradet, & sic nunquam de eis confitebitur, vt enim occurrit, quid ad dimidium anni, vel ad quindecim dies comedisti, vel quid tale die dixisti. Quo modo ergo occurreret quotiens per annum vane, & male contra Dei præcepta iurasti, quotiens immunda cogitasti. Et sic de alijs peccatis. Quando enim dęmones in morte impugnabunt peccata non confessa, forte dicent non occurrerunt vobis. Quibus dęmones, imo occurrerunt nobis cito post factum, vel occurrissent si studiose examinassetis conscientias vestras. Tunc obmutescent, sicut ille a quo quærebatur in euangelio, quomodo intrasti, non habens vestem nuptialē? Beatus ergo, qui dicere potest, illud Ps. 18. Meditatio cordis mei in cōspectu tuo semper. Et iterum, quoniam iniquitatem meam ego cognosco, &c. Ps. 50. Et hoc frequenter, quia sequitur, & peccatum meum contra me est semp.

¶Secūdo propter honestatem frequē-
38 ter enim manus lauant, & pedes tergūt. Si enim semel in anno hoc faceret, inhonesti reputarentur apud mundum. Qui ergo semel in anno, tantum confitentur minus videntur curare de honestate spirituali, scilicet animæ, quàm pedum, vel calciorum. Et tales reputantur inhonesti apud curiam Dei. Sicut enim diuites renouant frequenter vestes corporis. Ita, & nos mentis. Et hoc specialiter in magnis festis, quādo induūt corpus, induāt animā. Iuxta illud Ps. 103. Confessionem, & decorē industi, amictus lumine, sicut vestimento. Ad modū aquilæ, quæ renouat antiquas pennas. In Ps. 102. renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua, quia talis Aquila in altum volat. Et sicut in curia mundi male indutus a festo expellitur, vbi bene indutus introducitur, & honoratur. Ita cōfessione indutus in altum in morte volat, vsque ad cęlum. Et vbi non habens hanc vestem nuptiale a cœna agni excluditur. Iste introducitur. Renouamini ergo spiritu mētis vestrę, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, Ephe. 4.

¶Sed scitis quomodo cognoscitur, ꝙ 39
quis sit renouatus spiritu, recte sicut cognoscitur, quandoque ꝙ quis habet nouam tunicam, per hoc quod dimittit, vel non vitur antiqua. Ita quando videritis hominem, qui fuit luxuriosus luxuriā dimittere, & viuere caste. Et sic de auaritia, & sic de alijs, ꝙ mutatus est in virum alterum, & nouum hominem induit, dicens, illud Ps. 29. Circuncidisti saccum meum, &c. Sicut patet supra eo. c. 27.

¶ Tertio propter vtilitatem valde enim utile est in omni arte, & opere, & multum iuuat habere exercitium, sic in arte animæ.

¶Et sicut multum prodest sollicitanti se ad peccatum dure respondere, & minari sollicitanti ad furtū, ꝙ vis eum balliuis prodere, quia talis statim fugiet a te. Ita multum prodest consiliū diaboli, qui frequenter sollicitate ad malum, frequenter prodere balliuis Dei, i. confessoribus, quia tunc fugiet. Iuxta illud. Iaco. 4. Resistite diabolo, & fugiet a vobis.

¶Et sicut multum prodest, ꝙ sentina 40
nauis frequenter purgetur, immo hoc est necessarium, quia frequēter propter aquam sibi intrātem submergitur, sicut patebit infra, sic in proposito. Et imagines vitro clarissimo pulueribus deturpantur, & obscurantur, & absterſione, & mundatione indigent, sic animæ. Et sic eum frequentius mundantur, facilius mundantur. Et sicut candela nouiter extincta fumigans, faciliter reaccendit. Sic anima extincta peccato, statim confitēs, facilius charitate accenditur. Statim ergo accedite ad eum, i. ad locum Dei tenentem, & illuminamini, & facies uestrę non cōfundentur, supple in iudicio coram toto mundo, Ps. 31.

¶ Confessionis uero habentis omnes Ar. 10.
prædictas conditiones magna, & mul-

tipliex eſt vtilitas. ¶Primo, quia mente alleuiat; & à deſperatione liberat.

¶Secundo, quia animam a dęmonis poteſtate, & ęterna damnatione tripit.

¶Tertio quandoque, & a corporali pęna confitentem præſeruat.

¶Quarto gaudia ęterna acquirit.

¶Primum patet, quia ſicut corpus ſudore alleuiatur infirmi. Vnde vulgariter dicitur ipſe eſt leuior modo, quia ſudauit. Sic anima, cõfeſſione. Sicut patet ſupra. eo. c. 27. & 8. 22. A deſperatione etiã reuocat, ꝙ patet per hoc, quod ſcribitur de ſancto: Eadmundo Archiepiſcopo, qui quendam deſperatũ reuocauit confeſſionem, dicens, ſi vis confiteri, pono animam meam pro te, quòd ſaluaberis, Et ſic ad confeſſionem, & ſalutem eum adduxit.

Exemplum.

41 ¶Secundum patet per hoc ꝙ fertur, quaſi ſic de quodam ſancto viro, qui vidit peccatorem verſus eccleſiam eũtem, quem diabolus tenuit multis cathenis ligatum, ſed paulatiue, vt confitebatur ſoluebatur.

Exemplum

¶Fertur etiam, ꝙ cum quidam confiteretur, quod diabolo coclear argẽteum in homagiũ dederat, in ſignum remiſſionis peccati idem coclear in medio illorum cecidit, de quo in peccati deteſtationem, & Dei miſericordię recordationem ſemper poſtea comedebat.

Exemplum.

¶Ad idem fertur, ꝙ quædam mulier bona reputatione libenter faciens opera miſericordię, vno peccato nõ confeſſo appropinquabit ad mortem, quo tẽ-

42 pore vnus tranſiens, iuxta congregationem dęmonum, vnum audiuit ſe iactare, ꝙ de illa eſſet certus; quare ait dęmonũ magiſter, quia, inquit, habeo linguã eius in burſa mea. Iam enim loquelam amiſerat, quod cum confeſſori notificatum fuiſſet, oratione obtinuit linguę, & loquele facultatem. Ipſa igitur confeſſa cum idem, qui uocem prius audiuit per eundem locũ trãſiret, audiuit uocẽ querulosam ꝙ prædicta mulier euaſiſſet, cui magiſter, immo dixiſti, ꝙ habuiſti linguã eius in burſa tua, habui, inquit, ſed ſacerdos ſcidit burſam meam.

¶Ad idem fertur de quodam ſancto, quòd vidit diabolum portare in magnũ librũ & requirenti quid eſſet. Reſpodit dęmonio peccata hoĩum. Et accipiẽs librum inuenit ſe ibi pro uno completorio, quod non dixerat, de quo cũ doluiſſet cũ propoſito forte confitendi, nihil ibi inuenit diabolus, ꝙ ideo ait, nõ oſtẽdam tibi iterum conſilium meum. 43 Exemplum.

¶Ad idẽ fertur quaſi ſic, quòd dęmonio in quodam dęmoniaco improperabat hoĩbus peccata ſua, quidam ergo habens ſeruum ſuũ ſuſpectũ, de quodam maleficio dixit ſeruo, ꝙ prepararet ſe ad veniendum ſecum ad illã, ſeruus ſuſpicans cãm, confitebatur cum tanta cõtritione, quòd fecit ſacerdotem diſciplinare dorſum eius vſque ad ſanguinem, domino! ergo quærenti a dęmone ſi ſciret aliquid de homine illo. Reſpondit nihil ſcio de homine cum rubeo dorſo. Exemplum.

¶Ad idem fertur de miraculis beatę virginis, ꝙ quidã dęmonio in forma hominis accuſauit, quendã viduam apud Imperatorem de crimine magno, at illa citata pro rãſione prius cõfeſſa eſt, quæ cũ cõpareret, dixit dęmon, ꝙ eam nõ nouit, & ꝙ non fuit illa quam accuſauit. 44 Exemplum.

¶Item quidã ſapiens in libro ſuo narrat, de quodam quæ frequenter cogitauit cõfiteri, & ſemper quãdo uenit ad cõfeſſorẽ præ uerecundia non potuit, trahens ergo ad mortẽ pro confeſſore miſit. Et ſic tunc ut prius qñ uenit ad illud peccatum trãſiuit ultra, quo facto, vidit quatuor dęmones ante eũ venire, & inter ſe contendere, quis eorũ eũ pñtaret, tanquã ſuũ lucrũ ante magiſtrũ illorũ, & qlibet allegauit p parte ſua. Primus dixit ego habeo melius ius, quia ego feci eũ peccare. Secũdus, ait, immo ego, qa feci eũ in peccato perſeuerare. Tertius ait nõ, ſed mea eſt pda, quia ego feci eũ in peccato ad cõionẽ accedere. Et quartus alijs inuidẽs eo, ꝙ nihil in eo haberet, ait vos eſtis fatui, adhuc uiuit, pt confiteri, & pęnitere. Et ſic oẽs poteſtis eum amittere, ꝙ ille audiens confortatus, & confeſſus eſt, & eorũ ptãtem euaſit, &c. Beati ergo quorũ remiſſe ſunt iniquita- Exemplum.

tes,

rum, & quorum tecta sunt peccata, supple in cõfessione. De qua dr quidam sanctus in persona Dei loquẽs, si tu detegis ego tegam, si tu tegis, supple non confitẽdo, ego detegam, supple toto mũdo. Etiam dixit Deus per Nathan Prophetã. 2. Re. 12. Tu fecisti illud abscondite, ego vero palam faciam verbum istud in cõspectu omnis Israel, & in cõspectu solis huius. Nota de hoc. A. 21. 11.

45 ¶ Adidẽ fertur, quasi sic de quodam iuuene, qui positus ad scolas, & ad diuersas artes nihil addiscere voluit, sed latrocinium cogitauit exercere. Cui diabolus obuians, pmisit, ꝙ cautissimum eum faceret in facto illo si Deũ, & matrẽ eius negaret, quod & fecit, in cuius rei signũ tetigit manũ eius digito, & dimisit niger tamẽ maculã, quasi sigillũ apponẽs sup conuentionẽ, dicens, quocunque ieueris hoc signo te cognoscã, hic ergo diu post male viuens, tandẽ cõpunctus, & cõfessus, cum voluntate restituẽdi, macula illa deleta fuit in signum deletionis interioris maculæ in anima. Ideo bene cupulantur. In Ps. 95. Confessio, & pulchritudo, quia vbi est pura confessio, ibi est anima pulchritudo.

Exemplum.

¶ Ex his omnibus patet, quante vtilitatis sit cõfessio, quia ipsa a diabolo, peccator absconditur ipsa multis debitis obligatus, de obligatur, & quis est, qui solo verbo, vel solo compoto posset a multis debitis de obligari, qui nõ cõpuncti, ipsa ẽt anima inflammata extinguit, & ipsa ostensione a medico infirmus sanatur. Ipsa ẽt regnũ cælorũ acquiritur. Non est aduocatus in medio, quæ tñ potest iuuare, in casu tpe, cũ lingua sua. O quàm magna est hominũ stultitia, quia si possent confessione lucrari magnã terram, vel hæreditatem, seu pecuniam, cito ad confessionẽ currerent. Si ẽ essent morti adiudicati corporali, & possent cõfessione liberari, cito & libenter confiterent. Quare ergo se non liberant a morte, & suspendio eterno scindentes corda confessionis gladio. Iuxta illud Ps. 56. Lingua eorũ gladius acutus, Et Prouer. 18. Vita, & mors in manib' linguæ. sed heu est de multis, sicut de latrone, si cñ latro antequã esset deprehensus, vel notus, ꝙ tali veller latrocinii dimittere, & confiteri, solus sacerdos factũm suũ sciret, & sua cõfessio esset sibi ad salutẽ. Sed postquã iudicatur factum suum, toti patrie ostenditur, & frequẽter clamans delictũ suũ confitetur, nec tñ a suspendio liberatur. Ita si hoĩes vellent modo a peccato cessare, & confiteri, esset secretũ, & valeret eis ad remissionẽ, si vero nõ confitentur modo factũ illorũ ostẽdetur corã toto mundo. Iuxta illud Nau 3. Ostẽdã regnis nuditatem tuam, nec eis valebit. Et vix est aliquis, qui si esset certus, ꝙ nisi modo ostenderet peccata sua in cõfessione, ꝙ cito ostenderet corã tota villa quin cito cõfiteretur. Confitemini ergo domino, qñ bonus est. In Ps. 117. Quia secundum beatum Gregoriũ in pasto. c. 38. Vulnera clausa plus cruciant. Nã cũ putredo quæ interius feruet ejicitur ad salutem dolor aperitur. ¶ Tertiũ patet, vi delicet, ꝙ qñq; a pena, & morte liberat corporali, p hoc, ꝙ fort, ꝙ qdã cũ sorore sua cupiditate ducti, qdã hoĩem occiderũt, sup quo cũ essent deprehẽsi, & cõtra dicti iudicati, sin cõsuetudinem illius patrie soror deuote confessa, & alius nõ cõfessus eidẽ stipiti ligant, sed fratre cõbusto, soror illæsa permansit, & liberata fuit: Ecce quo mors, & vita in manibus linguæ. Prouer. 18. ¶ Adidẽ fertur, ꝙ in arrebato quidã diuersis supplicijs affectus, vt crimen fateretur, finaliter fassus, & morti adiudicatus cõfitendo vulnera eius paulatiue sanabantur. Iudices ergo miraculo viso, eum illęsum abire fecerunt. Sic ergo vena vitæ lingua iusti. Et lingua placabilis lignum vitæ. Pron. 15.

46

Exemplum.

¶ Quarto gaudia æterna acquirit, ꝙ patet de latrone a dextris, qui confessus est, & nõ negauit, iõ ei dictũ fuit. Hodie mecũ &c. Sic ergo confessio super cælũ, & terram, & exaltauit, &c. In Ps. 48.

Ar. 11.

¶ Iste articulus decimus infert vndecimum. Cum tanta enim sit cõfessionis vtilitas conueniens est, ꝙ frequẽter fiat. Ista tamen iteratio aliquando est vtilis, quia quãto frequẽtius oñdit peccata, tãto ei-

to citius veniam meretur eam verecundia, sit magna pars pœnitentiæ. De pœnit. distin. j. Quem pœnitet. Aliquando uero est necessitatis, & uidetur rationabiliter dici, quòd cõfessionis iteratio in speciali, sit necessaria in septem casibus, quòd uidelicet eadem petam, iterũ confiteantur in speciali in septem casibus in generali uero in unõ casu.

46 ¶ Primus quando nescit distinguere inter peccata, de quibus fuit cõfessus, & de quibus nõ, uel dubitat de aliquo peccato, utrum fuit confessus. In isto casu ratione dubij certior pars est tenenda. Nota. D 4. 8.

¶Secundo, quando absoluitur ab illo, qui non habet claues potestatis, quia nõ est suus iudex. Tertio, quando absoluitur a non habente claue scientiæ, i. a notabiliter illiterato, qui nescit discernere inter lepram.

¶Quarto, quãdo scienter, uel ex crassa ignorantia celat aliquod mortale, qa tunc nulla peccatum ei dimittitur. Sicut patet, supra eo. c. 12.

47 ¶Quinto, quando non habet uoluntatem dimittendi, nec cessandi a peccatis, de quibus confitetur, quia talis non absoluitur. Sicut patet. C. 5. 8. & 12. Sexto, quando non satisfecit, ut ei iniunctũ fuit, & est oblitus satisfactionem sibi iniunctam, tunc debet de nouo confiteri, ut nouam pœnitentiam recipiat.

48 ¶Septimo, quando est attritus, & non contritus, i. confitetur timore pœnæ, & non amore, quia talis, nisi intentionem, & uoluntatem mutet in amore, nõ est in charitate, quia charitas foras mittit talẽ timorem. Sicut patet. C. 5. 14. Et si nõ est in charitate, quomodo posset absolui, sicut patet ibidem. In istis tamen quatuor ultimis casibus si postea mutet uoluntatem in melius, & cõfiteatur eidem sacerdoti habenti adhuc in memoria omnia peccata, de quibus ei fuit prius cõfessus, sufficit, quòd confiteatur zelationem, quantum ad primum, de istis quatuor ultimis, uel mala uoluntate, quo ad secundum, uel negligentiam, siue contemptum, quo ad tertium, uel in ordinatam intentionem, quo ad quartum. Nam de hac materia. P. 7. arti. 3. per totum, & ratio patet in omnibus.

¶In alijs casibus, licet confessorẽ mutet, uel peccata mortalia post confessionem committat, nõ tenetur illa, de quibus fuit prius rite cõfessus, & absolutus, iterare de necessitate in speciali, sed in generali, sic ista tibi confiteor modo, cõfiteor etiam ingratitudinem meam, qa alias commisit similia, & Confitebor tibi domine pater, Matt. 11. Et in Ps. 108. Confitebor domino nimis, ideſt ualde frequenter in ore meo. 49

¶Diabolus uero confessioni cõfessionisque iterationi, & utilitati inuidens, eã multis & diuersis modis, in diuersis nititur impedire. Ad modum malitiosi domini, qui non uult audire compotum serui sui, ut eum semper in domigero habeat, & in fine pro defectu cõpoti omnia sua auferat. Et ad modum falsi homi nis, qui uidens, quòd sententia secundũ uiam iustitiæ erit contra eum in causa sua, nititur quantum potest iudicium, seu sententiam cautelis, & malitijs quibus potest, uel prolongare, uel simpliciter impedire. Sic diabolus uidens iudicium confessionis esse contra luctum suum, nititur illud prolongare, usque ad finem quadragesimæ uel mortem, ut interim illud finaliter impediat quod impedimentum interim multis modis nititur procurare. Ar. 12. 50

¶Primo morte subita eos præueniendo. Secundo guttur uerecundia clauden do. Sicut patet. A. 25. 10. Vnde fert, quasi sic, quòd quidam uidens diabolum in populo cui forte prædicauit, quæsiuit quid ibi faceret, qui respondit reddo, quod abstuli, i. pudorem, & verecundiam, quam abstuli, ut audacter peccarent, modo reddo, ne pœniteant, & confiteantur, quia recte, sicut facit eos uerecundiam amittere, quando debent peccare, uel quando uolunt de peccatis suis se iactare. Verecundia guttur tenet, quando de hoc deberent loqui ad cor suũ ueritatem. Et hoc experiri possunt in semetipsis, quia frequenter accidit, q̃ peccatum, Exemplum.

catum, quod non erubeſcit iactando, & trufando, narrare ad peccati ſui dupli cationem, & aliorum infectionem, quãdo deberet illud confiteri, & narrare ad ſui liberationem, & utilitatem, & erubeſcit, & tremit, quaſi eſſet in acceſſione. Et quid eſt hoc, niſi quòd ſi guttur tenet ne confiteatur lactat, ut iactet. Et ſic qui non erubeſcit infirmari, erubeſcit ſanari. Vnde beatus Gregorius. 22. morum. Vſitatum (inquit) generis humani vicium eſt peccatum commictere, & commiſſum abſcondere.

51 ¶Tertio guttur claudit timore pœnę, vel magnæ pœnitentiæ, faciendo eos cogitare, quòd ſi tantum confiterentur, nimis magnam pœnitentiam haberent. Exemplum. Et qui ſic à confeſſione retrahuntur, ſunt ſimiles cuidam, de quo fertur, quaſi ſic, quòd cum de confeſſione rediret, Et unus quæreret ab eo ſi totum dixiſſet, non (inquit) quia ſi totum dixiſſem, nunquam poſtea comediſſem, tot ieiunia mihi impoſuiſſe, trepidauerunt timore, ubi non fuit timor. In Pſalm. 13.

Quarto guttur multorum claudit, ponendo eos in ſpe longioris uitæ, dicendo, iuuenis es, diu viues, poteris in ſenectute, uel ĩ infirmitate comiteri, & uitam emendare. Sicut patet. M. 9. 49. Sed in infirmitate fortius guttur ſtringit deſperatione ſi poterit. Sicut patet. A. 21. 8. Et hoc etiam facto apparuit circa quendam infirmum, de quo à fide dignis narratur, quòd cum infirmaretur, & loquelam amiſiſſet, quidam religioſus ad eũ veniens cum nullum uerbum ab eo haberе poſſet, & omnes admirarentur, q̃ tam cito loquelam amiſiſſet, intelligens ne forte per ſpiritum malignum eſſet, qui eum impediret, ait, ſi hic eſt aliquis ſpiritus malus, qui iſtum impedit ne cõfiteatur. Adiuro eum per per ſanctam trinitatem, & per paſſionem, & mortem Chriſti, quòd recedat, quo dicto, infirmus locutus eſt, dicens, vulpem tenuiſſe guttur eius, qua ſic expulſa, confeſſus eſt, ad modum illius, de quo fertur, Luc. 11. Cum eiecciſſet dæmonium, locutus eſt mutus.

52 Exemplum.

53 ¶Quinto guttur aliquorum claudit falſa ſpe liberationis per alia bona opera, faciendo cogitare, q̃ nõ ſit neceſſe, q̃ eõfeſſione ſe prodat, vel cõfundat, dicẽs cordi eorum. Magna confuſio eſt tali, q̃ eſt talis reputationis, vel ſtatus, & fame & ſanctitatis, talia de te recognoſcere. Sed peccata tua eleemoſynis redime, & alijs bonis operibus. Sic decepit quandam, de qua fertur, quòd fuit eleemoſynaria, & bonis operibus dedita, & ſanctæ converſationis in exteriori apparẽtia, quæ poſt mortem confeſſori apparens, dixit ſe damnatam, & ipſo admirante, cauſam addidit, quia (inquit) vile peccatum in iuuentute feci. De quo propter verecundiam, nunquã fui confeſſa, credens illud eleemoſynis, & alijs bonis operibus redimere. Sed heu deceptа ſum, & væ mihi, quia tacui, nõne ſilui, & uenit ſup me indignato. Iob 3. Exemplum.

¶Ad idem fertur, de quadã incluſa, quæ ſanctiſſimè uixit, ſed in ultima infirmitate, iacens ĩ lecto reſpexit incaute per fciſſuram ianue quẽdam ambulantem, & diabolo inſtigante concupiuit eum, ſed uerecundia ducta nõ audebat reuelare, illud cõfeſſori ſuo, quæ poſt mortem apparens confeſſori, dixit ſe eſſe damnatam cauſa prædicta. Et ſic confuſio eſt adducens mortem, &c. Exemplum.

¶Sexto guttur multorũ claudit delectatione in peccatis, & deſperatione, dicendo eis, quòd non poſſunt à talibus abſtinere.

54 ¶In omnibus iſtis impedimẽtis diabolus habet ſe ae peccatorem, ſicut lupus, uel vulpes ad prędam, quam capit, qui primo ponit dentem ad guttur ne clamet. Et ſicut latrones, qui aliquotiẽs, poſtquàm homines ligauerit cũ paniculis, vel alijs rebus, ora, obturant, ne clament. Ita miniſtrat diabol⁹ his quos peccati uinculis ligauit. Figura. 4. Reg. 8 Aſahel. id eſt, diabolus poſuit velum. ſuper faciẽ Benadab infirmi, quaſi uolens eum refrigerare, & ſic occidit eũ. Sed habet etiam in iſtis ad peccatorem, 55 ad modum cuſtodis incarceratorũ, qui aliquotiens non ita ſtricte ligat eos, qui

in

in carcere libere possint ire, sed ita eos ligat, ne per ostiũ exeãt, & semp summa diligentia eos custodit, ne ostium apertum dimittatur, & fugiant. Ita diabolus permittit peccatorem ire ad ecclesiam, ieiunare, elemosynas facere, sermones audire, sicut prædictum est de muliere, supra.c.c. 53. Proximum non lædere, & huiusmodi, sed summa diligentia custodit ne ostium oris aperiatur in confessione, ne per istud fugiat. Quid ergo valet dicere, non iuro, non facio talia mala, sed omnia prædicta bona, si sine confessione in carcere peccati semper detineatur, & per collum ligatur, immo forte, q̃ alta bona faciat diabolo placet; vt falsa spe illorum ad modũ prædictę mu-
56 lieris facilius decipiatur? Faciat ergo qui libet quod facit incarceratus, qui semper studet, quomodo, vel per ostium, vel alio modo fugere possit. Ita q̃liber clausus in carcere peccati, quibus dici põt, illud, Esa. 49. Dicite vinctis, exite, &c. Esa. 52. Exite inde, ad modum Loth, de Sodoma, exite, inquit, clausi, ad portam luminis. Exite egroti ad medicum salutis. Exite naufragi, ad portum quietis. Solue vincula colli tui captiua filia. Esa. 52. Id est anima solue omnia prædicta vincula colli, specialiter, & signanter dicit vincula colli, quia inter omnia vincula illa sunt magis periculosa, & specialius signũ mortis, quia licet fur ligetur circa manus, vel pedes, vel medium, semper potest habere aliquã spem euadendi, sed quando corda circa collum stringitur, & guttur suffocatur, tunc est
57 certus de suspendio in morte. Ita licet diabolus peccatorem teneat per manus, per quas facit eum committere illicita, sicut pugnare, vel percutere, & huiusmodi, vel per pedes ambulãdo ad tabernas, & ad alia illicita, vel per ventrẽ, sicut gulosum, vel per aures, & alia membra, dũmodo guttur non teneatur, quin confiteatur, spes est euasionis. Illam ergo cordã, & illa vincula colli specialiter & toto visu scinde gladio linguæ in confessione.

58 ¶ Contra primum impedimentum, scilicet mortem subitam, optimum remediũ est, q̃ homo semper sit paratus.

¶ Contra secũdum vero, scilicet verecundiam, quod est primum impedimẽtum inter vincula, est optimũ remediũ cogitare, quàm irrationabilis sit illa verecundia, quia aut verecundatur illa peccata sua Deo ostendere, aut sibijpsi, aut confessori. Non enim plures requiruntur ad confessionem audiendam. Sed, q̃ erubescat illud Deo ostẽdere, est irrationabile. Primo, qa Deus illa, ita bene scit ante confessionem, sicut in confessione. Secundo, quia non deberent erubescere ei cor ostendere, nec ei aperire illud, qui pro eis latus, & cor pmisit aperiri in cruce. Tali cogitatione fuit correcta quãdã mulier, de qua ferũ quasi sic, hæc nõ uoluit præ verecũdia cõfiteri, cui Christus p visionẽ apparẽs, ostẽdit ei latꝰ apertũ, dicendo, extẽde manũ tuã, & accipe cor meum in manũ tuã, & vide illud diligẽter ex omni parte, quod cum feciſſet ait uidisti illud? Ita, inquit, cui ait. Sicut ergo ego non erubui tibi ostendere cor meum. Ita nec erubescas mihi ostendere tuũ. Hęc uero cuitilans, sanguinem a manu lauare non potuit, donec de illo peccato munde confiteretur cum his ficte ad confessorem accederet, & illud celaret, semper sanguis remansit in manu. Nec alij conquerantur si tale miraculum eis non ostendat, quia debet omnibus sufficere, quod omnibus, & pro omnibus cor ostendit in cruce. Pro illo ergo facto sine uerecundia est ei confitendum, iuxta illud Ps. 48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Nec debet uerecundari ostendere peccatum suum sibipsi, quia ipse prius sciuit, nec debet erubescere de eo loqui, qui non erubuit facere, q̃ plus est. Habendo ergo respectũ ad Deum, & ad seipsum, qui autem sciuerunt peccatum suum uerecundia nõ retrahatur, sed cõfitendo dicat, illud Ps. 39. Labia mea non prohibebo, domine tu scisti, quasi diceret. Ex quo tu scis, a te non possum, nec debeo abscondere. Vide P. 7. 34.

¶ Cõtra uerecundiam uero, quæ pos- 59
set

Exemplum.

set euenire ex hoc, ꝙ confessor audit peccata, Deus plura remedia prouidit, quarum unum est, ꝙ non ordinauit, ꝙ confiteremur angelis, ne timeremus, uel erubesceremus, tam mundis creaturis immunditias nostras ostendere. Sed homini, qui circundatus infirmitate, sicut alij, qui etiam tentationum bella in seipso experitur, qui ex propria debilitate, & fragilitate, potius habet materiam fragilibus compati, quàm contemnere, uel abominare.

60 ¶ Secundum remedium est cogitare, quòd bonus confessor si audiat hominem, qui fecit omnia peccata, non minus eum diligit, dummodo contritus sit, & paratus ad correctionem, sicut nec Christus minus dilexit Petrum, & Magdalenam post peccatum, sed plus.

¶ Tertio si non potest se uincere, quin erubescat, non propter hoc confessionē dimittat, cogitans ꝙ illa erubescentia est magna pars pœnitētiæ. Cogitans etiā, ꝙ melius est erubescere coram uno, quàm coram toto mundo.

¶ Tertium uero uinculum rumpat cogitatio pœnæ æternæ, & ꝙ etiam si totam ueritatem ostendat aperte cum contritione, confessor discretus minorem, & satisfactionem imponet.

61 ¶ Quartum uero uinculum, quo peccatores ligat spe longioris uitæ, & ostēsione aliorū, qui per multos annos in peccatis iacuerunt, & nulla uindicta secuta est, soluat cogitatio; ꝙ in hoc diabolus operatur admodum aucupis, qui nō statim currit ad occidendum, primam auē illaqueatam, ne alię fugiant, immo aliquando ponit se in foliis uiridibus, & habet auem domesticam, quā ponit iuxta se, ut alię libentius descendant, ad glutinum suum, quas inuiscatas caute capit, ne alię terreantur. Ita diabolus habet auem domesticam malum, uidelicet hominem, uel mulierem cum signis, & habitu meretricio, q doctrina mala uerbo, & exemplo ad uiscum trahit peccati, & ad laqueos diaboli Sicut patet. E. 9. 8. & E. 7. 11. cum tribus sequentibus. & F. 10. 2. & G. 5. 9. & P. 5. 5. Quos non statim occidit mala morte propter multas causas ex parte sui. Primo, ut diutius uiuentes, plus peccent. Secundo, ut plures alios peccare faciant, sicut patet de formicatore, & huiusmodi, qui multos peccare facit. Tertio ne aut territi fugerent, & plures amitteret. Rete enim nimis aperte positum aues fugat, & baculus inter eas proiectus, eas auolare facit. Accipit ergo eos caute, nunc unum, nunc alium in lecto moriētes. Illi ergo, qui cogitāt, ꝙ multi peccauerunt, & pulchrum finē, & mortem habuerunt, & ideo audaciam habent peccandi, sunt sicut aues, quæ propter auem domesticam audacter ad uiscum descendunt. Sed heu auis inuiscata nititur euadere, sed peccator non est ita sapiens. Et auis semel laqueū euadens, uix iterum redit, sed peccator centies confessione liberatus, iterum redit.

¶ Quintum uinculum frangat cogitatio, ꝙ ad tales se habet diabolus, sicut, qui ligat equum, uel bouem in pascuis, quos bene permittit ire, & comedere, & facere, quæ uolūt ad certum terminum, & non ultra. Qui ergo uident se bona opera facere sine cōfessione, rogitent ꝙ ita sint ligati, ꝙ metam confessionis trāsire non possunt, sed omnia, quæ sunt circa metam illam facere permittuntur. 62

¶ Sextum uero uinculum soluat cogitatio pœnę ęternæ, quam pro breui lucro, uel delectatione incurrent. Cogitēt etiā, ꝙ diabolus ducens eos ad tales delectationes se habet ad eos, sicut uulpes ad leporem, cui quandoque se singit, ut dicitur quasi socium, uolens cum eo ludere, faciens coram lepore figura loci, ut eum ad se trahat, & si aliqualiter timens fugiat, iterum eum prouocat ad ludendum, cum quo ad tempus ludit, ut in fine strangulet. Sic diabolus peccatori fingit se socium ad ludendum, & delectandum, & quia per se cum peccatore ludere non potest aperte, membra sua, & ministros suos ei exponit, uiros, & mulieres in habitu lasciuo, & choreatrices, & persuasores malorum, & huiusmodi. Quotiens ergo tales uides, cogita, ꝙ uulpes diaboli sunt, & uulpes Saſonis, quæ 63 Exemplum.

mittuntur

nituntur semina uirtutum, & segetes bonorum operum in anima destruere, quæ nituntur te, quasi leporem ad ludū nociuum animæ, & ad delectationes du cere inordinatas, ut diabolus te in fine strangulet, cum his, qui partes uulpium erunt, in Psal. 62. Quotiens etiam cōfessione peccatum dimisisti, & iterum tentaris redire propter delectationes excogitatas, cogita ꝙ adhuc uulpes inferni inuitant te ad plus ludendum, & ꝙ crudelis tabernarius prius accipit uestes uirtutum, & in fine his non cōtentatur, sed accipiet corpus, & animam, & quòd te iterū inuitat ad tabernam suam, fili mi ne ambules, &c. Prouerb. 1. Ne dicatur tibi in fine, satis lusisti, &c. Sicut patet. P. 8. 17. Et sic solue uincula colli tui, &c.

Art. 13. ¶ Iste articulus infert tredecimum, quia ex quo ita aperte, patet per exempla posita, quomodo diabolus nititur confessionem impedire, magna est fatuitas,
64 & periculum uolentium ei acquiescere, ne pure, & frequenter confiteantur, hæc stultitia patet multis modis.

¶Primo, nolunt facere, ut animam liberent ab infirmitate, immo à morte æterna, quod facerent, ut corpus liberarent ab infirmitate. Si enim scirent, ꝙ possent confessione liberari ab infirmitate corporali, libenter confiterentur.

¶Secundo, quia circa corporis salutē, incertam care conducunt medicos, & emunt medicinas, quæ aliquādo eis nō prosunt, nec sanitatem, uel uitā eis conferunt, uel prolongāt. Sed circa salutem aīę certam medicum, qui nihil petit, nisi ꝙ morbum ei ostendas, qui etiā medicinam certissimam dabit, quæ uitā confert æternā fugiunt. Verbi gratia, Dum sani sunt, ita diu ab eis fugiunt, quandiu possunt, uidelicet usq; ad finē quadragesimæ, quando etiam infirmantur tarde pro medico animæ mittūt, immo aliquando si gratis se offerunt. Dicet uxor, uel alius, qui est circa eum adhuc fortis est, bene conualesceret. Si loquerem̄ sibi de cōfessione, esset tristior, uel ponderosior, uel offenderetur, & crederet ꝙ citius deberet mori uenias iterū. Item dicet modo est in sudore, uel cāsore. Iterum dicet, modo nō potest loqui. Iterum dicet, modo mortuus est. Et sic sepultus est in inferno. Luc. 16.

¶Tertio ꝓ mille libris, uel ꝓ regno 65
cōfiteretur, & nō uult ꝓ regno cœlorū.

¶Quarto, quia si qs esset captus, uel ligatus, & posset clamore liberari, stultus esset si non clamaret. Sic in proposito. Confitendo ergo clameta diabolo captus, & dicat illud, Thob. 13. Ego aūt in terra captiuitatis meę confitebor illi.

¶Q ūinto, qà aliena peccata nō eru- 66
bescit dicere detrahendo ad sui damnationē, & sua erubescit dicere confitendo ad sui saluationem. Et pro certo si ecclesia ordinasset, ꝙ quilibet confiteretur peccatum alterius ad alterius utilitatem, non uidetur, ꝙ ita diligenter de alienis peccatis loquerentur. Nota optimè. D. 6. 14.

¶Sexto, quia plus facit aliquando o- Exem-
stendere ebrietas, quàm tota doctrina plum.
ecclesiæ, uel salus animæ, quia ebrij pec cata sua narrant. Et sunt similes cuidam mulieri, de qua fertur, ꝙ cum frequenter tristæ suspiraret, & causam suspirij nullo modo sobria uoluit marito aperire. Tandem ebria narrauit causam esse unum peccatum, de quo nunquam fuit confessa, & peccatum ei nominauit, de quo eum in crastino eā cōmemoraret, & ad ecclesiam ire faceret, ut confiteretur, confiteri noluit, sed nocte sequenti scidit guttur suum.

¶Septimo stultitia illorum, & pericu- 67
lum, qui saltem semel in anno confiteri noluerint, patet per pœnalem constitutionem, seu decretalē contra tales editā, extra de pœ. & re. omnis. Quæ dicit, ꝙ quilibet fidelis saltem semel in anno, postquam ad annos discretionis uenerit, tenetur cōfiteri omnia sua peccata, & suscipere reuerenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi forte de consilio proprij sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum. Alioquin & uiuens ab ingressu ecclesię arcaturi, & moriens Christiana

carcat

careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum debet frequenter in eccleſijs publicari, ne quiſquam ex ignorantiæ cęcitate uelamen excuſationis aſſumat, hoc ibi de uerbo ad uerbum.

¶Octauo apparet ex hoc, q̃ plus uolunt corã toto mundo oſtendere, quàm hic coram ſacerdote. Et ſimiles cuidam, qui voluit mare trãſire, & ammonitus, q̃ prius confiteretur: noluit, & poſtea in periculo confeſſus eſt omnibus. Ita qui nolunt hic confiteri, oſtendent peccata ſua coram toto mundo. Non confundaris, ergo confiteri. Eccleſiaſt. 4.

Art. 14. ¶Vltimo reſtat breui experimẽto oſtendere, quando confeſſus eſt omnibus conditionibus debitis concurrentibus, quibus experiri poteſt, utrũ mundè cõfiteatur ad uitam, uel ad mortem, unde exemplum ad hoc accipitur ab infir-
68 mo, qui eſt in ſudore. Si enim ſudor eſt copioſus, & uniuerſalis, ſignum eſt ſanitatis, ſi vero non ſit copioſus, uel citus, ſed poſtquam inceperit ſudare, ſudor ſe cito retrahit, ſignum eſt mortis in acuta, uel ſi fuerit in aliqua parte corporis, & in alia non, non eſt bonum ſignum. Sic in ſudore ſpirituali, ſi fuerit, & patet, ſi uero retrahit ſe, & non confiretur, ſignum eſt mortis: quia ſicut amiſſio loquelæ infirmitate corporali ſignum eſt mortis, ita in infirmitate ſpirituali. Sic ergo mors, & uita in manibus linguæ. Prouer. 18. Nota ad idẽ plura experimenta, ſupra. c. c. 6. & 39. Nota I. 11 23. Item. L. 4. 3.

CAP. VII.

Conſcientię.

Primo ponendum eſt officium, opus, ſeu operatio. Secundo conſcientiarum diuerſitas, quomodo aliquæ benè ſunt regulatæ, aliquę malè. Tertio bonæ conſcientiæ utilitas. Quarto, q̃ talis cõſcientia eſt diligenter cuſtodienda. Quinto malæ conſcientiæ periculum. Sexto, q̃ talis eſt diligenter corrigenda.

¶Ad primum ſic proceditur. Cõſcien- Artic. 1.
tia poteſt comparari ad opera noſtra 1
præſentia, præterita, & futura. Et ſm hanc diuerſitatem, diuerſam ſortiuntur officia, & operationes.

¶Quia, quantum ad præſentia, conſcientia eſt in anima, ſicut conſcriptor in domo, uel in curia magnorum, quando laicus expẽdit denarium, habet nũ clericum, qui ſcribit, ne obliuioni tradantur. Sic in anima omnes cogitationes, locutiones, operationes, & omiſſiones, cõſcientia benè regulata quodammodo ſcribit, & memorię commendat, oĩa quę ad agibilia pertinẽt, iuxta illud Pſal. 138. In libro tuo omnes ſcribẽtur, quia dum conſcientiæ benè regulatæ, & diligens circa ſalutẽ animæ, diligenter facta præſentia conſiderat, utrum bona, vel mala ſunt. Illa diligẽti examinatione facta in memoria ſcribit, quia quod diligenter excogitatur, non faciliter obliuioni traditur.

¶Ad facta vero præterita põt cõparari 2
dupliciter, uel ut homo meditatione, & cogitatione propria recolligit, quæ cognouit dixit, vel fecit, uel omiſit, quę videlicet feciſſe debuit Deo, p̃ opere creationis, recreationis, gubernationis, glorificationis, & omiſit. Et ſecundùm iſtã conſiderationẽ conſcientia põt dici liber, in quo clare vidit oĩa, vel quæ fecit, vel quæ debuit feciſſe. Et ſicut liber, in quo multę ſunt conſcientiæ ſcriptæ: denominatus à contento põt dici conſciẽtia à con quod eſt ſimul, & ſciẽtia quaſi ſimul ſciẽtia, quia multæ ſunt ibi ſimul ſcientiæ. Ita cõſcientia in qua ſunt oĩa prædicta ſcientia, poteſt cõiter dici ſciẽtia à ſimultate ſcientiarum circa ea, quę egimus, uel obmiſimus. Et ſecundùm 3
hoc uidet magis p̃priè ſortiri nomẽ cõſciẽtiæ. Nota. I. 11. 23. Vel põt cõparari ad ea, q̃ fecimus, uel obmiſimus, non vt de his p̃ nos recordaremur, ſed alij nos de his, quæ fecimus, uel obmiſimus cõmemorãt, vel improperãt recitãdo, uel reprehendendo, uel indicãdo, & in iſta

negocio

negocio conſcientia habet officium teſtis,uel interioris iudicis,qa uel qñ homines nos reprehendunt,vel dęmones in morte,uel Deus in iudicio,obijciũt, quæ fecimus,uel quę obmiſimus.Sicut, patet,Matth 25. Vbi recitat,q̃ mali obmittũt,dicẽs ſitiui,&c.& q̃ boni fecerũt, ſicut patet ibidẽ. Cõſciẽtia in oĩbus teſtis teſtimoniũ pꝛhibet his,q̃ foris recitantur,iuxta illud, Rom.2. Teſtimoniũ reddente illis conſcientia. Nota.D.8.1. Et L.3.5.Et L.4.7.

4 ¶Iſte vero liber,& teſtis quantum ad bonos,nõ ſolum fungitur officio libri, & teſtis,ſed etiam cõſolatoris,quia non eſt res in mundo,q̃ ita cõfortat,& cõſolatur animã,ſicut ſecura cõſcientia,dicẽte ſapiente. Eccl. 30. Non eſt, inquit, oblectamẽtum ſuper cordis gaudium. Iſta autem conſolatio ex tribus conſurgit. Ex hoc ꝙ ad modum triplicis generis hominum, ſe habet conſcientia erga bonos.

¶Primo ſe habet ad modũ amici aduocantis Secundo ad modũ matris reficientis. Tertio ad modum regis dona promittentis.

¶Quãtum ad primum.Sicut magnũ ſolatiũ eſt homini corã iudice in multis tribulato habere aduocatum, qui in omnibus ad obiecta reſpõdeat. Ita magna cõſolatio eſt homini cui multa extra accidũt infortunia,& opprobria,habere conſcientiã bonã,q̃ oĩbus infortunijs,& opprobrijs rñdeat,ꝙ dummodo pcta nõ ſunt,nec aĩa rea eſt:nõ ſunt cõtra,ſed pro.Quia nõ agũt aliquid cõtra aĩam,ſed ipſam mundãt.Et ſic cõſciẽtia bona argumenta, & obiecta,q̃ uidentur cõtra hoĩem militare,reducit, & oſtẽdit eſſe ꝓ hoĩe.Et ſic ad modũ ſapientis aduocati,qui argumenta cõtra ueritatẽ ꝓ veritate,& cum ueritate oſtendit eſſe ſane intellecta,ſic conſcientia hominem cõſolatur, & eum ab aduerſis defendit, oſtendens pro eo eſſe,quæ contra eum eſſe uidentur. Gloria enim,inquit,hęc eſt, quoniam de quo homines uituperant, conſcientia nos liberos demonſtrat.11.quæſt.3.Inter verba, & cætera. 2 Cor.1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientię.

5 ¶Secundo ad modum matris,quæ filium ſuum in laboribus uexatum ad eã domi redeuntem,benignè recipit,& refouet,& conſolatur,& quanto pluribus fuerit anguſtijs afflictus iniuſtè à uitrico ſuo,uel alio inimico, tanto diligentius eum conſolatur . Ita conſcientia afflictos extra à mundo , uel malis hominibus , & diuerſis infortunijs conſolatur,quãdo ad eam boni ſic afflicti domi redierint . Et quãto plus fuerint iniuſtè afflicti , tanto diligentius eos reficit,dum eis oſtendit , ꝙ quælibet tribulatio eis nouum meritum acquiſiuit . Et ſic quot tędia recolligendo ad meriti augmentum conuertit, tot fercula antefilium tribulatũ apponit.Et ſic uerificat illud Salomonis , Prouerb. 15. Securꝰ mẽs quaſi iuge conuiuiũ,quia tot delicata cibaria,tot fercula miniſtrat , quot delectationes de bonis operibꝰ qbuſcũque,quæ fecit,ſiue de aduerſis, quæ patienter ſuſtinet, memoriæ adducit. 6

¶Tertio ad modum fidelis , & grati regis,qui militibus ſuis bona multa ꝓmittit,ut fortius pugnant ſit conſciẽtia bonorum talibus promiſſis eos lętificat, promittendo eis poſt labores gaudia æterna,& ꝙ poſſet eſſe maius gaudiũ alicui pauperi, quàm ꝙ eſſet futurus rex , vbi ſemper regnaret pacificè , ſine quocunque aduerſario,uel tædio,omnes dolores illa cogitatione mitigaret , & omnes labores, qui eum ad iſtum ſtatũ habendum abilitarent,& diſponerẽt, facilius,& patientius portaret, & ſemper in illa ſpe gauderet tali ſpe,& promiſſione conſcientia bonos lætificat Qui dicunt illud 2 Cor.1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientię . De huius conſcientiæ laude dicit Hugo,lib.1.de anima.c 9.Conſcientia,inquit,bona titulus eſt religionis,templum Salomonis,aget benedictionis, ortus delitiarum , reclinatorum aureum , gaudium angelorũ, arca fœderis,theſaurus preciоſus, aulæ Dei habitaculũ ſpiritꝰ ſãcti, liber ſignatus,& clauſus: in die iudicij aperẽdus.

¶Qu n-

7 ¶Quantum vero ad malos. Iſte liber, & teſtis fungitur officio accuſatoris, & tortoris, quia oſa, quæ dicta ſunt de cõſcientia bona, per contrarium poſſunt dici de mala, quia ſicut bona oſtendit omnes tribulationes eſſe pro homine. Ita hæc oſtendit, hæc contra hominem malum eſſe, dum ſub eis non corrigitur, ſed cor indurat ad modum inuidi, dum enim aduerſa ab extra ſuſtinet, & intus male uiuit, qd aliud dicit ſibi cõſcientia ſua, niſi ꝙ de tribulatione, & pœna temporali vadit ad æternam, peſſima redarguente conſcientia. Sap. 17.

¶Secundo non conſolatur admodũ matris, ſed malos exaſperat ad modum nouerce, q̃ priuignũ ſuũ de omni loco redeuntem, ſiue de ſolatio, ſiue de labore ſemper exaſperat, aſpera & pũcturas, ei dicendo. Et ad modum ſcintillantis domus, quę hoſpitẽ nõ ſinit quieſcere. Et modũ amare vxoris, quæ ſemper cum marito ad eã redeunte litigat, qa Sapien. 17. ſemper præſumit ſeua, & cõturbata conſcientia.

8 ¶Tertio non promittit dona ad modum regis, ſed pœnas ad modũ crudelis tyranni. Et ſicut, qui minas domini, uel tyranni terreni audit, timet & triſtatur, ſic cui conſcientia hæc minatur, triſtatur. Quomodo enim gaudere poſſet, q̃ cogitat, ꝙ nõ eſt in ſtatu ſaluandorum, dum ſcit ſe eſſe in peccato mortali? cui conſciẽtia minatur regni cęleſtis amiſſionem, & pœnæ æternæ afflictionem. Sicut enim prædicto gaudio, ſupra. e. c. 6. non eſt maius. Ita iſto dolore nõ deberet eſſe maior per argumentũ à contrario ſenſu. Et ſicut illi multum gaudent in ſpe, ſed plus gaudebunt in re. Ita iſti plus dolebunt in re, quando dicent, ꝙ timebam euenit, & quod verebar accidit mihi, & quando ſic conuerſi fuerint dies feſti illorum in luctum. Amos. 8. & 1. Machab. 1. Poterit conſciẽtia illorum ab eis improperando quærere. Sicut dicitur, ꝙ quidam puer quęſiuit à patre ſuo in craſtino, poſtquam feſtum ſolenne tenuit, ubi eſt, inquit, dies heſterna? Sic conſcientia quærere poterit, tunc vbi riſus? ubi iocus, ubi auru̇, & argentum? Sicut patet, Baruch. 3.

Exemplum.

¶Quantum vero ad opera, uel locutiones, uel cogitationes, uel omiſſiones futuras, operatur conſcientia, ſicut ſtimulus ad bouẽ pigrũ. Et ſicut examinator ad ordinãdos, qui habet bonos recipere, & malos repellere. Et ſicut cãpſor ad monetam, qui denarium diligit examinat, & ſolos bonos recipit, malus aũt foras mittit. Et ſicut magiſter ad diſcipulum, qui eum inſtigat ad malum vitandũ, & bonũ faciendũ. Et ſic cõſciẽtia facit, ꝙ homo de futuro contra inimicos ſuos ſpirituales, & mala ſpiritualia ſe cuſtodiat, eum puncturis, & ratione excitando. Ad modum ſpeculatoris, qui contra mala ſurgentia illos de caſtro excitat. 9

¶Aſſimilatur etiam conſciẽtia, in hoc opere illi militi Æneo, de quo, ut dicitur narrat Alexander, nequã libro de naturis rerũ, ꝙ Virgilius Romę palaciũ conſtruxit, in quo erat cuiuſlibet regionis imago in circuitu, in cuius ſummitate erat miles Æneus, haſtam vibrans, quæ in illam ſe uertebat partẽ, quæ regionem rebellantem reſpiciebat. Sic conſcientia ordinata, haſtam puncture, & contradictionis vibrat cõtra vitia rebellantia, & contra animę inimicos. Patet ergo ex prædictis, quale ſit bonę cõſcientiæ, & opus, & occupatio. Exemplum. 10

¶Sed quia non omnes cõſcientiæ ſic ſe habent in diligẽtia preſentiũ, nec cõſideratione futurorum. Ideo in hoc ſecundo articulo reſtat oſtẽdere conſcientiarum diuerſitatem, quo ad bonitatem, & malitiam, qua uiſa, uidebitur cauſa qua conſcientiæ malæ ordinate non ſic ſe habent, vt prędictum eſt circa preteritum, præſens, & futurum. Artic. 2.

¶Hæc autem differentia eſt multiplex. 11

¶Primo autẽ apparet in tãto, ꝙ conſciẽtia bona eſt, ſicut veſtis alba, & aqua clara. In qbus parua macula cito appareret, & deletur. Et ſicut lumẽ, ut pote cõſcientia, in qua eſt lumen gratiæ, & radius veri Solis, in quo apparent atomi,

mi, i. venialia, & minima peccata. Est ēt sicut homo, vel manus, vel pes vinus, qui minimam sentit læsionem, & punctura. Et sicut oculus clare uidens, qui totum corpus a malo veniente præseruat. Et sicut tenera complexio, quanto enim cōplexio tenerior, tanto ei minora nocēt, tantoque minora sentit. Sic conscientia. Est etiam, sicut vene stricte, quæ animalia a veneni damno præseruant, venenū enim non facile penetrat ad cor animaliū habentium venas strictas. Et hæc dicitur esse causa, quare ciconie serpentes, sine damno comedunt, q̄ facere non possiunt alia habentia venas largas. Sic conscientiam habentes strictam, & bene regulatam, quæ nec peccatum, nec peccati circūstantias, nec occasiones admittit, nec faciliter a peccati veneno intoxicatur. Ideo dico peccati occasiones, quia dicit lex, q̄ conscientia est nobis necessaria propter nos, fama autē propter proximum. 12. q. j. nolo.

12 ¶Conscientia autem mala, & inordinata duobus modis errat in generali. Aut, qa est nimis larga, aut nimis stricta.

¶Prima habet omnes conditiones contrarias his, quæ de bona conscientia dicta sunt. Secunda aliquas, quia large conscientiæ sunt, sicut vestes nigræ, & aqua turbida. Et sicut obscura, seu tenebrosa, in quibus, nec macule magne, nec pulueres peccatorum magnorum apparent, quia non est ibi lumen gratiæ. Sūt etiam, sicut cadauer mortuum, quod nec puncturas sentit, & hoc est signum spiritualis mortis, quando conscientia peccatorum puncturas non sentit. Per largas enim venas venenum ad cor illorum intrauit, eosque occidit, nec contra mala imminentia se custodiunt, quia nec ea vident. Quia Naas ammonites, idest diabolus cui seruiūt, eruit eis oculum dextrum, qui animæ seruire deberet. j. Reg. 11. Et ideo, sicut cęci ad minima cespitant, qui tamen maxima non vident, qa de minimis, quandoque habent conscientiam, sicut dimittere crucem ad sinistrā in via, & huiusmodi, & de maximis, sicut de periurio, adulterio, & huiusmodi conscientias nou habent. Ad modum Iudæorum, qui habuerunt conscientiā intrandi domum Pilati, ne contaminarentur. Ioan. 18. sed non habuerunt cōscientiā occidēdi Christū. Trepidauerūt timore, vbi non fuit timor, in Psal. 13. 13

¶Secunda vero, scilicet nimis stricta tenet se ad extremum, quia conscientia bene ordinata se habet inter nimis largam, & nimis strictam, sicut virtus inter duo vitia, sicut largitas inter auaritiam, & prodigalitem. Et licet circa largā diabolus plures decipiat, tamen circa nimis strictam cautius decipit, quia imperceptibiliter, & per coloremi boni decipit. Et est de eo in hoc, sicut de inimicis magnatorū, quos quia aperte occidere non audent, in aliquo precioso cibo intoxicant Ita diabolus, quos ad aperta peccata, sicut est homicidium, luxuria, & huiusmodi ducere non potest, sub specie sanctitatis, quasi sub delicato cibo per nimis strictam conscientiam, quasi sub colore iustitiæ veneno occidit eos ad multa superstitiosa opera, & in fine cum videant, q̄ omnia impleri non possunt, quæ eis illa conscientia suggerit, ad desperationem ducit, sicut patet de illo, de quo narrat Iacobus de Vitriatico, q̄ voluit esse ita iustus, & ita sanctus, q̄ nullā carnis delectationem voluit habere, vnde & voluit comedere sine delectatione, q̄ cum facere non posset, incidit in desperationem, credens se non posse saluari, si tantam haberet carnis delectationē. Nota de consimili. l. 13. 14 Exemplum.

¶Tales ammonet scriptura. Ecclesiastic. 7. Dicens. Noli esse nimis iustus. Et necessaria est ista ammonitio, quia prēter malum desperationis, de quo iam dictū est, tria magna mala ex tali consequuntur iustitiæ nimietate. Vnum, quia est nimis amarus sibijpsi interius, & afflictiuus, quia sicut dictum est, supra c. c. 4. q̄ non est maius gaudium, quàm conscientiæ lętitia. Ita nō est maior afflictio, quàm conscientiæ tristitia. Aliud malū est, quia est exterius his, qui circa eum sunt grauis, & tędiosus. Et hoc propter duo. Primo, quia ex tristitia interiori sequitur

quitur vultus grauis exterius. Secundo, quia ſicut canis ſtultus ſuper lunam, & omnem hominem latrat, & canis furioſus ſuper omnem hominem currit æqualiter, ſcilicet ſuper fidelem, ſicut ſuper latronem. Ita talis omnem hominem, & de omnibus factis, & frequenter irrationabiliter reprehendit.

15 ¶ Tertiũ malum, ſeu damnũ eſt perplexitas, quia ſicut patet per Petrum ſuper ſecundum ſententiarum, diſt. 39. Cõ ſcientia erronea obligat hominem ad faciendum, vel omittendum. Illud quod conſcientia dictat, quia credens ſe ad ali quid teneri, & non faciens incurrit contemptum. Idem patet Rom. 14. Vbi habetur, quòd omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, Glo. Omne quod fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. Item Lucæ 11. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit. Manente igitur conſcientia erronea, homo perplexus eſt non tamen ſimpliciter perplexus, quia poteſt & debet conſcientiam deponere, vel per ſe, vel per alterius conſilium, & conſolationẽ, quod eſt opus magnæ charitatis. Ideo Apoſtolus. 2. Cor. 2. Ad tales conſolandum hortatur, dicens, donetis, & conſolamini ne forte abundantior triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt.

Ar. 3. ¶ Ex iſta differentia apparet, ꝙ magna eſt bonę cõſciẽtię prohibitas, & vtilitas.

¶ Primo dico prohibitas, quia cæteris potentijs animæ per peccatum victis, cõ

16 ſcientia dicere poteſt, illud Iob. 1. Effugi ego ſola, ut nunciarem tibi, quia ipſa ſemper quaſi ſpeculator clamat, & periculum nunciat, niſi conſuetudine longa, vel errore deſtruatur.

¶ Ex hoc, patet eius vtilitas, quæ ex multis reſurgit commodis.

¶ Primo tempore guerræ vtile, immo neceſſarium eſt habere defenſores in caſtro, ſed nos ſumus in bello ſpirituali obſeſſi, ſicut patet. B. 2. quaſi per totum, ergo, &c. Hanc defenſionem nulla cum maiori probitate facit, quàm ſcientia, ut prædictum eſt, ergo hæc eſt ualde vtilis, & per conſequens ualde periculoſum eſt, & ſpecies proditionis, hunc defenſorem quem Deus in caſtro ſuo poſuit, peccandi conſuetudine deſtruere. Secundo hæc patet vtilitas ex hoc, ꝙ dictum 17
eſt ſupra eo. c. 2. uidelicet, ꝙ eſt liber, & non liber quęcunque, ſed ſi bene ſcribatur cum literis virtutum, etiam inueniãtur in eo ille clauſulæ ſeptem, in quibus Deus promittit hæreditatem cęleſtem. Matth. 5. Beati pauperes, & mundo corde, &c. tunc eſt carta per quam obtinere poterimus hæreditatem illam. Illo teſte, qui illam ſub illius cartæ obtentu ibidẽ promittit, qui ergo habet hunc librum bene ordinatũ oĩa in nullo uidet. Sicut patet ſupra eo. c. 11. Oĩa ẽt ſperat, quia carta eſt, ut dictum eſt. Ideo bene reſpõdit, quidam uolens religionem quandã intrare cuidam diſſuadenti, quia nihil ſciret de libro, habeo inquit, librum conſcientiæ, in quo lego quicquid Deus fecit pro me, quicquid præcepit, quicquid minatur, quicquid promittit, quicquid fugiendum, uel faciendum eſt. Exemplum.

¶ Et ſicut boni iſta carta bene ſcripta obtinebunt hæreditatem cœleſtem. Ita mali iſta carta male ſcripta cum nitijs appoſitis obtinebunt hæreditatem inferni. Ipſo teſte, qui ait de talibus. Matthæ. 25. Ibunt ij in ſupplicium æternum.

¶ Eſt ergo modo de iſtis duobus libris, ſeu cartis, ſicut de indentura. L. 3. 5. Sicut de teſtamento, quod eſt clauſam, uiuente teſtatore, & illi ſoli ſciant, quid in eo ſcribitur, qui fuerunt circa illud faciendum. Sed ipſo mortuo legitur publice coram iudice eccleſiaſtico, & omnibus quibus ipſe uoluerit. Et tunc ſi fideles ſint executores, miniſtratur mortuo ſecundum quod in teſtamento ſuo ſcripſit dum uixit, qui uult ergo, ꝙ teſtamentum ſuum bene pro eo loquatur, & bene ſibi ſeruiatur poſt mortem, diligenter illud ſcribat, & ordinet, & examinet dum uiuit. Sic omnino eſt cum carta conſcientiæ. Modo enim clauſa eſt, & non apparet, niſi ſcribenti, quia teſtator adhuc uiuit. Sed in morte libri iſti aperientur, & oſtendentur coram iudice 18

iuſto Deo, & tota curia illa cęleſti. Daniel.7 Iudiciũ ſedit,& libri aperti ſunt. Et quia ibi erũt fideles executores, huius teſtamẽti fideliter ei miniſtrabitur, ſecundùm quod in eo ſcripſit, dũ uixit. iuxta illud Apo.20. Libri aperti ſunt,& iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſunt in libris.Glo.libri ſunt conſcientiæ ſingulorum.Nota.X.1.4.

19 ¶Eſt ergo cõſilium optimum,ꝙ diligenter teſtamentum ſuum ſcribat,& librum ſuum examinet, antequã ueniat ad locum ſuum, ne portet literas Vriæ, videlicet mortis propriq,ne etiam male clauſule uitiorum ſcribantur in eo,quia ibi à ſapientibus examinatoribus examinabitur,quos nullus latebit defectꝰ, habebis etiã diſcreteſſimos placitatores cõtra te in illo trãſitu,ſeu iudicio,videlicet dæmones, qui nitentur oſtendere cartam ſuam falſam, vel falſitatem, uel non bene loquentem,uel ſigillatam,ut hæreditatem illam amittat. Vide ergo diligenter, ne ſigillum carte tuæ, i. Dei ſimilitudinem,quid dicit Canti.8.Pone me,ut ſignaculum ſuper brachium tuũ, ne amittas,uel ne per peccatum deletur, quia ſicut ille, qui ſigillum carte habet bene cuſtoditum,& cartam bene ſcriptã in fideli iudicio, etiam ſi fortes habeat aduerſarios,non timet,ſed ſperat, ſicut patet de Martino,qui aduerſario ſub audacter reſpõdit,dicens. Nihil in me reperies, quaſi diceret,nullum defectum in carta mea inuenies. Ita qui iſta non habet,tunc deſperat.Nota.I.11.19.

20 ¶Eſt aliud etiam diligenter conſiderandum circa iſtud teſtamentum conſcientiæ. Videlicet ꝙ teſtes concordent cum data interiori.Quia licet ipſi bene probent extra ſi contrarium inueniatur intra, teſtamentum illorum eſt ſuſpectum, & reprobatur. Sicut quantumcunque exterior locutio, & conuerſatio probet,& oſtendat animam eſſe ſanctam interius, ſi tamen cõſcientia contradicat, ſicut eſt in hypocritis, & falſis chriſtianis, teſtimonium illorum non eſt verum, & ideo teſtamentum illorum non eſt uerum, & ideo teſtamentum reprobabitur, & ille teſtis mendax peribit. Prouerb. 21. Quia ſicut in libro materiali oportet,ꝙ gloſa,ſeu apparatus concordat cum textu, & conueniens ad hoc,ꝙ liber ſit verus,& precioſus. Ita in libro illo ſpirituali,in quo ſcripſit Deus textum,ſcilicet mundicie,& aliarum virtutũ, quas in baptiſmo,ſeu pœnitentia nobis confert, & certarum regularum uiuendi,quæ cuilibet inſeruntur, ut hoc faciat alteri, quod ſibi vult fieri,& præcipiuntur, ut legem Dei cuſtodiant.Hiere.31. Dabo legem meam in uiſceribus veſtris, noſipſi vero facimus gloſam, ſeu apparatum cogitãdo, loquendo,operando,de quo loco, ſic à Deo,& nobis ſcripto, dicitur, Apoca.5. Vidi librum ſcriptum intus, & foris. Intus,ſcilicet à Deo,quantum ad textũ, & foris à nobis, quantum ad gloſam. Iſte ſunt duę tabulæ ſcriptæ ex utraque parte.Exod.32.

¶In iſto loco conſcientiæ, ſic à Deo, & à nobis ſcripto, ꝙ textus à Deo ſcriptus, nullo modo poteſt eſſe falſus, ſi gloſa à nobis facta cõcordet cum textu. Ita ꝙ cogitationes, operationes, locutiones, non diſcordent à regulis iuris naturalis,quæ ſunt,hoc facias alteri,&c. nec à uirtutibus infuſis,liber eſt fideliſſimus,& reciperetur pro armariolo cęli. Si autem diſcordauerint, & una tabula non concordat cum alia,nec gloſa cum textu, nec alleguta exterius cum hoc, quod ſcribitur in teſtamento interius, nec liber de expenſis cum libro de receptis, tanquam liber indignus de armario, & liberaria cœli expelletur, & tanquam falſus, & hæreticus comburetur, cum his qui cauteriatam habent conſcientiam.1.Thimo.4.Corrige ergo eum ad exemplar libri. De quo. Pa 2 20.

¶ Tertiò bonæ conſcientiæ utilitas, ex hoc patet, quòd eſt ſecura domus & refugium, & refectorium cœleſte, & domicilium pacis, & propugnaculum contra omnes tentationes, & aduerſitates: Sicut patet, ſupra.c.c.4. Ad hanc domum hortatur ſcriptura nos 21

fugere

fugere pro refugio habendo contra omnia aduerſa, dices. Percurre prior in domum tuam. Eccleſiaſtici. 32. Exemplo omnium animalium, quæ de nocte, vel in tempeſtatibus, vel aliunde vexata quærunt latibula, ita nos latibula pacifice conſcientiæ. Sed heu eſt de multis, ſicut de habente tędium in domo propria, ſicut etiam de mimis, qui lautius habent in alijs domibus. Ita iſti habent tędium intra, ideo quęrunt ſolatia extra in vanis, & eſt de eis, ſicut de homine habente turpem faciem, ideo non libenter reſpicit ſpeculum, ne cõtriſtetur, & ſpecialiter quando multum appetit eſſe pulcher. Propter talia enim noluerunt intelligere, vt bene agerent.

¶ Quarto hæc vtilitas apparet ex ſpirituali delectatione, de quo ſupra eo. c. 4. quæ eſt maius bonum, quàm habere totum mũdum ſine illa, quia ſi haberet, homo omnes diuitias, delicias, & honores mundi, & haberet vermẽ illum, Eſa. 22 vlti. triſtitiam, videlicet, quid ſibi valerẽt eſſent omnia ei, quaſi nihil. Ponamus duos ante mentis oculos, quorum vnus habeat prædicta, videlicet diuitias, &c. cũ continuo conſcientiæ remorſu. Alius vero nihil illorum habeat, niſi ſuſtentationem paruam, quem diceremus ditiorem, & magis fortunatum, credo ꝙ ſapientes dicerent ſecũdum, & bene ſcio, ꝙ ego malem habere fortunam ſecũdi. Ergo magna eſt vtilitas bonæ conſcientiæ, quæ plus valet, quàm totus mũdus, etiã in vitam iſta, præter illud ad quod ducit, æternum, ſcilicet gaudium, cuius eſt arra, quia ſicut arra præcedit plenam ſolutionem, ita bona cõſcientia ſolutionem mercedis æternæ.

¶ Quinto hæc utilitas eſt lumẽ, quod Deus poſuit in medio domus animę noſtræ. De quo, in Pſ. 4. Signatum eſt ſuper nos lu. vul. tui.

Ar. 4. ¶ Iſte articulus infert quartum. Ex hoc enim, ꝙ tanta eſt conſcientiæ bonæ vtilitas ſequi debet, ꝙ diligenter cuſtodiat.

23 Sicut enim habens caſtrũ defendere diligenter conſiderat, ne inimici ſint in caſtro, & perdatur cum caſtro, ſed conſcientia habet caſtrũ, illud defendere, de quo. A. 23. 12. ſicut patet ſupr. e. c. 16. &c. Prouer. 4. omni cuſtodia ſerua cor tuũ, quoniam ab ipſo mors, & vita procedunt.

¶ Et quia oppoſita iuxta ſe poſita magis apparent malę conſcientię, & dãnũ, & periculũ, iuxta bonæ conſcientię vtilitatem ponatur, vt magis appareat, & plus vitetur. Circa quod eſt ſciendum, ꝙ conſcientia vocatur mala duobus modis, vel quia ſimpliciter eſt contra id, qđ agitur remordens, & contradicens. Sicut dicimus, quando homo facit manifeſtã iniuriam, ꝙ cũ de mala conſcientia hoc facit, vel quando illud quod agitur eſt malum de ſe, ſed conſcientia errore, vel conſuetudine peccãdi abſorpta non re- 24
murmurat, ſicut nec repræhẽdit Iudęos crucifigentes Chriſtum, nec adhuc eos, vel Saracenos reprehendit de eorum infidelitate.

Ar. 5.

¶ Prima eſt magis pœnalis, quia ſicut prædictum eſt, non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium, ita nec afflictio ad iſtam, quia tempeſtates, & frigora aliquando poteſt fugere, & inimicos, & latrones, & infirmitates aliquando poteſt mitigare, vel ſi ſint in vno loco pt fugere in alium. Conſcientiam vero ſuã nullo modo põt fugere, quia eſt explorator ex parte Del ſuper nos poſitus, qui vbiq; in campum, & lectum, & omnẽ locum nos ſequitur, & omnia facta noſtra reuelat coram Deo nos accuſando. Inimici ergo hominis domeſtici eius, Mich. 7. ſupple maximi. Nota. P. 4. 17.

¶ Secunda uero eſt magis periculoſa, 25
quia infirmitas, quæ minus percipitur, eſt periculoſior, ſicut patet de apoſtemate. Illi ergo, qui multa mala ſub colore legis, vel neceſſitatis, vel falſarum excuſationũ faciũt, & aliena bona occupant, dicendo, non hẽmus cõſcientiã de hoc, & ſi eis peccatũ illorũ oñdatur, rñdent, vnuſquiſq; iudicabitur ſm conſcientiã propriã. Ex quo ergo cõſcientia nõ reprehendit nos de hoc, nunquam per illã in hoc facto iudicabimur. Sed ſi hoc eſſet verum, nunquam infideles iudicarentur, de infidelitate ſua, nec de Chriſti crucifixione.

cifixione. Sed illi carentes remorſu conſcientiæ non caruerunt peccato, ita neꝫ iſti. In quorum perſona loquitur Paulus dicẽ: nihil mihi conſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum, nec ualet ꝙ dñt cõ ſcientia non iudicat me eſſe culpabilẽ, ſed iudicat me non eſſe culpabilem, qa hoc iudicium erroneum eſt, & ideo a iudice ſuperiore, ſcilicet Deo reprobabitur, ſicut aliquando in mundo accidit, quod iudicium inferioris iudicis a ſuperiore reprobatur. In curia ergo Dei non alloquabitur iudicium conſcientiæ, niſi regulate, & de hac verum dicũt, ꝙ vnuſquiſque iudicabitur ſecundum conſciẽtiam ſuam: ſicut patet ſupra eo c. 3. & nõ ſolum conſcientias illas, quas ſciunt facere largas, quando volunt, & ſtrictas, quando volunt, ſicut leges ſuas, ſicut patet. A. 12. 38. & 42.

Ar. 6. 26 ¶ Ex quo tantum eſt periculum malę conſcientiæ, neceſſario ad iſtum articulum ſequitur ſexus, videlicet ꝙ diligenter corrigatur, vt periculum euitetur. Dictum eſt, ſupra ꝙ cõſcientia eſt liber, librum autem corruptũ neceſſe eſt corrigere ad librum veum. Sicut librum conſcientiæ, ad librum generationis Ieſu Chriſti, Mat. j. Ibi inuenies vnam paginam de humilitate, hanc inſere in libro tuo ſi ibi deficiat. Ad hoc enim hortatur, vbi ait, diſcite a me, qa mittis ſum, & hu &c. Sic de pagina mũdiciæ, & charitatis: Et ſic in omnibus corrige librum tuum ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Exo. 25. Et ſicut iſti ſcriptores volentes habere occupationem, portant ſcedulas manu propria ſcriptas, & cuius ſcriptura placet admittitur, & introducitur. Alij vero expelluntur, ſic ibi quando libri aperientur, nullus recipetet, niſi fuerit correctus ſecũdum illud exemplar in monte. Sed qui vult librum corrigere, non poteſt facile tranſcurrere, balliuus, qui vult domũ ſcrutari ſi ſit ibi fur, vel furtum, non cõſiderat domum leuiter in ſuperficiæ, ſed omnes angulos, quia tales angulos quęrunt. Ita debemus ſcrutari peccata in cõſcientia, ad hoc, ꝙ mundetur, & corriga-

-tur. Sed heu difficile corrigitur Eccleſia-ſtes. j. Et cauſa eſt, quia aueſi ſunt ab exẽ 27 plari iſtó, & quia ad lumen gratiæ oculos non aperiunt, quis educeret miſerũ de lacu, qui nollet manum extẽdere, vel dare elemoſynam pauperi, qui nec manum, nec ſcutellam porrigeret cum poſſet.

CAP. VIII.

Conſuetudinũ.

Primo ponenda eſt generalis diſtinctio, oſtendẽdo ꝙ quędã reſpicit perſonam priuatam, ſeu rẽ domeſticam, quædam vero rempublicã, ſeu multitudinem. Secundo oſtendetur, quæ ſit natura conſuetudinis, quæ reſpicit priuatam perſonam, quantum ad inclinationem, quam facit in operante, & quomodo omnia facit leuia, ſiue in bono, ſiue in malo. Tertio, quanta ſit vtilitas bonæ conſuetudinis priuatę. Quarto, quanti periculi ſit conſuetudo mala priuata. Quinto, quomodo aliqui in factis ſuis nomine conſuetudinis abutantur, circa aliorum regimen, ſeu rempublicam. Sexto, ponenda eſt illorum excuſatio cum reprobatione. Septimo illorum periculum, & pęna.

¶ Quantum ad primum, conſuetudi- Ar. 1.
nem priuatam voco, quam quis in mo-
ribus ꝓprijs, ſiue bonis, ſiue malis exer- 1
cet. Conſuetudinem vero publicam, quę multitudinem reſpicit, quam exercet, quis in regimine, vel domino ſuo, quæ non ſolum ſeipſos, ſed alios tangit.

¶ Primæ autem conſuetudinis natura Ar. 2.
eſt, hominẽ inclinare ad id quod de cõ-
ſuetudine agit, vt plus agat, facit etiam opera leuia, & delectabilia, quæ ante cõſuetudinem videbantur grauia, & tędioſa, tam in bonis operibus, quam in malis.

¶ Primo ergo ponatur exemplum ad hoc in bonis operibus. Secundo in malis. Tertio reddetur cauſa vtriuſque. In bonis patet, quando quis incipit iuuare,

vel

vel religiôse viuere, videtur graue, quod tamen consuetudine fit leue. Vnde quodam sanctissimo episcopo narrante didici, ꝙ quidam in prima sua maximus comestor in bello captus, & diu incarceratus, vbi non habuit, nisi paruam panis quantitatem in mensura, & pondere, hic postea a carcere liberatus, optime sciuit ieiunare, & sobrie comedere, quod antea nesciuit, quia vsum non habuit talium armorum.

Exemplum.

2 ¶In malis etiam idem apparet, quia peccatum, quod in principio, vel antequam consuetudine introducatur, multum non solum conscientiam, & etiam cogitationem grauat consuetudine fit leue. Et est de talibus, sicut de his, qui sunt prope domum tenebrosam, & ob-

3 scuram, homo, qui stat extra, & visum ad interiora dirigit, nihil uidet, nisi tenebras in primo aspectu, licet forte non sit totaliter tenebrosa, sed habens lumen paruum admixtum, sed si domû introierit, & ibi diu moratus fuerit multa uidet, & nô uidetur ei domus, ita tenebrosa, sicut uidebatur dum fuit extra. Ita illi, qui sunt extra societatem malorum, uel curias, & consilia tyrannorum, uel artê, & statum lucrorum periculosorum, sicut aduocatorum assessorum conspiratorum, & huiusmodi, dum sunt extra societatem illam eos iudicant; totum tenebrosum reputantes statum illorum, dicentes, ipsi non possunt saluare animas suas, sicut patet ex factis suis. Eorum etiã uitam abhorrent, dicentes, non uidêo, quomodo poterunt coram Deo respondere de ijs, quæ faciunt, & si hoc facerent, mors mihi esset. Sed cum illorum societatem intrauerint, & per tempus ibi morati fuerint multo clarius uident, quàm expediret, ꝙ uiderent nouas cautelas, & malicias, & falsitates inueniêdo, & uitam illam usque ad cęlum commêdando. Et sic Saul Prophetat inter Prophetas, & sic consuetudo grauia, uel le-

4 uia nô sensibili, facit, unde Bern. de cõsideratione, li. j. c. 7. quod tibi primo uidebitur importabile, processu temporis si assuescas non iudicabis adeo graue, Paulo post, & leue senties, paulò post ẽt, & delectabit. Ad idem Augustin. in Ench. c. 82. peccata quamuis magna, & horrẽda cum in consuetudinem uenerint parua, aut nulla esse creduntur, adeo, ut nõ solum occultanda, uerum etiam prædicanda, diffamandaque uideantur.

¶ Causa utriusque est, quia consuetudo est altera natura, quia quodammodo alterat naturam, ꝙ patet per hoc, quod philosophus scribit Alexandro in secretis secretorum de muliere nutrita ueneno serpentino mixto cum alijs cibarijs, quæ intantum mutata, & alterata fuit, ꝙ natura sua facta fuit, quasi serpentina, sic homines consuetudine mala nutriti ueneno peccati, habent naturam suam, ita mutatam, quasi peccare esset eis naturale. Sic etiam bonis moribus assueti, 5 bonos mores, quasi naturales habent. Et ideo utrobique reddit operationem facilem, quę in principio fuit grauis. Sicut arbor ad unam partem diei inclinata, in principio cũ difficultate ad aliam inclinatur, sed cum diu in illa inclinatione, quæ fuit, ita difficilis in principio steterit, ita faciliter stat ibi, sicut fecit prius in alia inclinatione, sic in moribus. Nota. I. 1. 4.

¶ Est ergo de hominibus in bono, si- 6 ue in malo, sicut de auibus prædalibus, qui post assuefactionem faciliter ueniũt ad manum, sicut patet de accipitre, & falcone, & huiusmodi. Ita bonus, & malus ad manum Dei, & diaboli. Patet ergo, quòd consuetudo inclinat quasi natura, & facit omnia leuia.

¶ Ex hoc articulo patet ratio tertij ar- Ar. 3. ticuli, quia ex quo cõsuetudo facit leuiter operari, patet quòd talis consuetudo est ualde utilis uolenti bona operari, & dimittere mala hoc patet p illud quod fertur de gestis sancti Bern. quòd uidelicet cum quendam peccatorẽ statim conuertere non posset, quia nobilis erat, & Exem- potest, & etiam malis deditus esset, roga- plum. uit eum, si nollet pacem facere cum Deo simpliciter a peccato cessando, quòd saltem treugam cum Deo acciperet, & ipso quærẽte quid esset treugam cum Deo

accipere, ait Ber. Abſtineas a peccato ad tempus, & quærenti per quantum tempus. Reſpondit, pro amore Dei, qui tot fecit, & ſuſtinuit pro te, abſtineas per tres dies, quod cum feciſſet. Rogauit, q̃ iterum tot diebus abſtineret pro amore Sanctæ Mariæ, quod cum feciſſet. Iterũ idem rogauit ſigillatim pro amore aliquorum ſanctorum, quibus erat ſpecialius affectus. Quod cum per plures dies ſic feciſſet, ait Bernardo ammodo non treugam, ſed pacem cum Deo faciam, quia leue eſt mihi a peccato abſtinere, nec mirum, cum in omni reſiſtentia augmentetur ſibi gratia. Qui ergo, cum minori gratia potuit primę tentationi reſiſtere, cum maiori poterit ſecundę, & adhuc cum maiori tertiæ. Et ſic deinceps. Patet ergo quantę utilitatis ſit conſuetudo in bonis operibus. Bern. li. 1. de conſideratione, procedenti de umbra ad Solem, de ocio ad laborem, grane cernitur omne, quod incipit, ſed poſtquã ab aliis diſſueſcere, & ad illa aſſueſcere cęperit, vſus tollit difficultatem, inuenitque facile eſſe, quod putauit impoſſibile. Vide. P. 7. 37.

Ar. 4. ¶ Et quia oppoſita iuxta ſe poſita magis apparent. Iuxta iſtum articulum immediate ponatur articulus quartus, ut manifeſtius uideatur, quanti periculi ſit conſuetudo in mali operibus peccatorum.

8 ¶ Hoc autem periculum, patet ex tribus, ſcilicet. Ex periculoſo caſu huius peccati. Secundo ex difficultate reſurgẽdi. Tertio ex pronitate recidiuandi.

¶ Primus caſus conſuetudinarij peccati, eſt periculoſus ualde propter tria. Primo propter naturam ſuam in ſe, quia conſuetudo facit mortale, quod eſt de ſe ſemel factũ ueniale, ſicut patet de ebrietate, diſtin. 25. c. unum orarium. §. alias ea demum. Secundo, quia de uno peccato trahit ad aliud, & de minori ad maiora peccata, ſicut de minori furto, ſcilicet garbarum, & gallinarum, ad maiora, & de fornicatione ad adulterium, ſicut patet. A. 3. 14. deinde ad uſuras, & hę reditatis uenditionem, & ad maxima inuenientia, & confuſiones, quia antiquum peccatum facit nouam conſuetudinem, ultimo uero ad furcas inferni. Et ſic teſte beato Grego. Peccatum quod ſtatim per pœnitentiam non deletur, ſuo pondere ad aliud trahit, & non ſolum ad aliud peccatum, ſed ad furcas trahit inferni. Nona. C. 16. 20. Et P. 5. 9. Tertio, quia fortiter, utpote multis uinculis peccatorem ligat, & ad damnationem trahit, quia quot peccata committit, tot uinculis a diabolo, & ſeipſo ligatur. Vnde beatus Gregor. Moralium. lib. 4. quot uinculis male frequentationis aſtringitur, quaſi tot uinculis ad mortem ligatur. Quando enim de nouo peccat, ligat unum anulum ad iſtam catenam, & quando recolligit peccata præterita, & compareat ea præſentibus, & cogitat etiam in futuro talia facere, & omnia ei placent ligat tali complacentia anulum, anulo, & funem quo ad infernum ducitur gaudenter facit. Et gaudenter iactat, dicens, illud Pſal. 118. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, quando uidelicet de malitia ſua gloriatur, & de peccatis ſuis ſe iactat. Sed quia iſte funiculus conſuetudine conſummatus difficile rumpitur ſtatim, dum eſt in faciendo, eſt linguę gladium, ſcilicet per confeſſionem ſcindendus, quomodo autem eſt in faciendo, ſcribit Auguſt. ſuper Matth. Homil. 80. Ad iſtam, inquit, conſuetudinem quodam progreſſu peruenit anima. Primus progreſſus eſt, quaſi titulatio delectationis in corde. Secundus conſenſio. Tertius factum. Quartus conſuetudo, tali enim dicitur quadriduanus iam fętet. Principijs ergo eſt reſiſtendum, quia paruus ignis in principio faciliter extinguitur, & mobus recens facilius curatur, uulnera autem putrida, & fętentia cum difficultate ſanantur, & ueſtis, & uas nouiter inquinatum faciliter mundantur, qui autem ſic reſiſtere, & ſic liberari noluerit, habebit hæreditatem illius regni inferni. De quo. A. 8. 17.

¶ Secundo periculum conſuetudinarij

Digitized by Google

rij peccati, patet ex resurgendi difficultate. Hæc autem difficultas causatur, & redditur grauis ex tribus, ex longa assuefactione, ex contrarij informatione, & ex subiecti dispositione. Primum facit, quasi necessitatem. Canis enim assuetus ad strangulandum oues, & arbor assuefacta ad inclinandū ad vnā partē, quasi necessitatur ad hoc. Sic in moribus. vnde Aug. in confessionibus suis. Ex volūtate peruersa facta est libido, & dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta
12 est necessitas. Secundo ex cōtrarij informatione, hoc patet in arte, quia sicut in artibus quibuscunque mechanicis, cum maiori difficultate artem quamcunque addiscit bene, qui prius causa didicit male. Et causa & exemplum ad hoc patet. A. 3. 12. pulcherrime. Ad hoc etiam est, qđ refert Quintilianus in libro de institu-
Exemplum. tione Oratoris, de Thimeo, qui in arte excellebat tibiarum hic duplas mercedes exigebat, & accipiebat ab his, qui fuerant mali præinstructi, quàm si omnino rudes accederent, nec immerito. Error enim duplicem exigit laborem cum delendi sint male instructionis semina, & bona sint inserenda. Ita in moribus. Tamen sicut maior est delectatio in musica bene proportionata, & maior vtilitas ex bonis prouenit seminibus. Ita illi, qui in malis delectantur moribus, si essent assuefacti ad bonos mores, maiorem inuenirent, & delectationem, & vtilitatem. Sicut patet. C. 7. 4.

13 § Tertio ex subiecti mala dispositione, lignum enim diu iacens, in aqua de difficili, & non sine magno fumo accenditur. Et qui diu fuit in carcere tenebroso, non sine oculorum grauamine, & obstupefactione, primo videt Solem clarum, & lignum putridum, & antiquum, & curuatum citius frangitur, quàm rectificatur, & lepra inueterata, & gutta inossata non de facili curatur, & dominus non libenter dimittit consuetudinem diu in terra sua obtentam, nec seruos ab antiquo ei fideles recedere, nec multis compedibus, & vinculis fortibus ligatus, faciliter omnia frangit, & fugit. Sic in moribus, homo qui est quasi arbor euersa, Mar. 8. Video homines quasi arbores, imbutus diu diuersis peccatis cōtra volētes cum charitate accendere, fumum emittit murmurationis, & pūctarum, & detractionum, & aliquando aliorum grauaminum. Et non solum contra 14
homines superiores suos, sed etiam cōtra Deum a quo pungitur ad modū animalis pigri, multis pœnis, & tribulationibus interius in corde, & cōscientia exterius etiam in corpore debilitatione visus, in duratione auditus diminutione formationis, & pulchritudinis, & omniū virtutum corporalium, propter quos defectus dicere potest hos versus bona cō-
scientia. Ad senium vergo, caput in de- Versus.
clinia mergo. Incuruor tergo, baculique iuuamine pgo. Tussio dispergo sputū, mos imminet ergo. Si mala non tergo, sum stultior altili mergo. Extrinsece etiā mundialibus tribulationibus, vt de luto peccati surgat, & vadat, fumat ad modū ligni aquatici. Istos Dei stimulos impatienter portādo, nec de luto totaliter sur-
git. Sed si forte manum extra lutum po- 15
nat, quia propter impotentiam, & prædicta mala, quæ eum præmunt forte ab opere cessat nephario, scilicet pugnandi, furandi, luxuriandi, & huiusmodi. Et sic manum, idest opus extra lutum ponit, quia ab opere cessat, non tamen cor, & linguam extra lutum, in quo diu iacuit, & iacet, ponit, nec voluntatem tergit, quia a turpibus cogitationibus, & a voluntate talia faciendi a delectatione etiam, quam habent ex talium memoria, iuramentis etiam & a iactantijs pauci talium abstinent, immo sedentes in societatibus, de transactis malis cum additamentis gloriantur narrāt, quia mortariolū semper retinet saporem de alijs. Nec opera pœnitentiæ tunc facere possunt, propter causas tactas. A. 3. 15. Sic ergo patet, quomodo lignum aquaticū contra Deum, & alios correctiores fumū emittit, quia gutta antiquata, & inossata

ossata in ossibus, de qua Iob. 20. ossa illius implebũtur vicijs adolescẽtiæ eius, quia hæc gutta, & hæc vulnera antiquata tanguntur. Ideo clamat murmurãdo, qa oculis egris odiosa est lux. Ideo oculos claudit, vel diuertit. Et citius morte frãgitur, quàm corrigatur, nec diabolus libẽter talem de seruitute eius dimittit, immo sicut dominus malus terram, quã diu in mano sua tenet, malis consuetudinibus corrumpit, quia vix in ea, nunquam poterint male consuetudiner corrigi. Ita diabolus tales corrumpit, malis moribus, & legibus peruersis. De quibus, Rom. 7. Video aliam legem in membris meis, &c. ꝙ vix vnquam corrigi potest. Prouer. 22. Adolescens, iuxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea, Hiere. 13. Si potest Ethiops mutare pellem suam, &c. Et causa redditur, Prouer. 5. quia funibus peccatorum cõstringitur. Nota. F. 1. 26. Sed modo multi funem peccatorum non sentiunt, nec depræhendunt se esse ligatos. Et est de eis, sicut de aue illaqueata, vel de accipitre, qui non sentit se ligatum, antequam velit auolare. Ita isti cũ different in morte auolare, tunc sentient se fortiter ligatos. Sed tunc erit nimis tarde illud sentire, quia tunc ligamenta rumpere nõ poterit. Prius ergo solue vincula. Esa. 52. Sed dicunt multi, & plures cogitant, ꝙ in senectate volũt omnia peccata dimittere, & omnia diaboli vincula euadere. Et dicũt, ꝙ adhuc propter iuuentutem, & societates, & diuersas seculi fortunas nõ possunt. Sed ista est irrationabilis cogitatio. Dictum est supra eo. c. 10. quòd quanto diutius peccat, tãto pluribus vinculis ligatur. Qui ergo fatet se non posse pauciora vincula rumpere, quomodo rumpet plura? hoc ita irrationabile est dicere, ac si diceret latro vno vinculo ligatus amicis suadentibus, quòd illud frangeret, & fugeret, non possum istud solũ soluere, sed expectabo vsque habeo centum vincula super me, quando etiã ero corpore debilior, famæ, & miseria afflictus, & tunc totum frangã, quando duo erunt contra vnum, scilicet contra eum, videlicet debilitas corporis, maior, & vinculorũ multitudo. Ita spiritualiter, quanto diutius in peccato iacent, tanto debiliores fiunt, & ad resistendũ, & frangendum, quia sunt in carcere diaboli famę debilitati, quia carent gratia, & cibo spirituali pluribus etiam vinculis ligantur. Ergo statim solue vincula. Esa. 52.

¶ Tertium periculum consuetudinarij peccati accidit ex recidiuandi facilitate. Quantumcunque enim vulpes, vel lupus mortem timentes, peccata sua, vel dimittant, vel cõfiteantur, propter antiquam tamen consuetudinem conualescentes, cito ad eadem facta redeũt. Vnde fabule habent, ꝙ vulpes in curia Leonis morti adiudicata, cum ad furcas duceretur cum plus facere non posset, rogauit ductores, vt ex alia parte vię cum ducerent. vbi vidit gallinas ire, vt saltem approximatione, vel visu de antiquis factis suis, consolationem reciperet. Patet ergo, ꝙ sicut boni ex antiqua consuetudine, si cadant memores tamen delectationis bonæ vitæ habite, faciliter, & cito reducuntur. Ita peruersi, cito ad suas peruersitates. Et sic peruersi de difficili cõfriguntur. Eccle. 1. Et sic patet quale periculum inducat peccandi consuetudo priuata. 19 Fabula.

¶ Sed, quia cõsuetudo peruersa in moribus introducit consuetudinem malã in regimine, quia nulli tales consuetudines incipiunt, nisi male morigerati. Ideo nunc restat ostendere, de mala cõsuetudine in republica. Circa quod est aduertendum, quòd quando illud, quòd consuetudinem vocant est contra legẽ naturę, vel bonos mores, nomine cõsuetudinis abutuntur, quia non consuetudo, sed abusus dici potest, & debet quod probatur sic. Qui vtitur re aliqua contra naturam suam, abutitur, sed qui vtitur consuetudine cõtra rationem, & bonos mores, vtitur ea cõtra naturã, ergo abutitur, maior est manifesta, minor probatur per decretum. distin. 1. consuetudo. Vbi sic dicitur. Cõsuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod ꝓ lege suscipitur cum deficit lex. Ecce dicit, Ar. 5. 20

cit, quòd est ius quoddam moribus (sciple bonis) introductum, ergo qui cõtra bonos mores illa vtitur, abutitur. Videtur ergo quòd domini, qui vendicãt bona naufragorum, vbi nullum viuũ euadit, qui etiam vendicant bona defuncto rum intestatorum, sicut faciunt domini in episcopatu Laudunensi, si qui cõsimilia, quæ longum esset narrare faciũt sub consuetudinis prætextu nomine consuetudinis abutuntur. Et licet omnes consuetudines hic non possunt inferi, tamẽ ex probationibus, & rationibus, & authoritatibus, quæ inducẽtur contra primũ abusum, videlicet de naufragis cu-
21 ius improbatio mihi magis est cordi, qa videtur inter omnes abusus crudelior, poterunt alij abusus improbari, quòd autem sic bona auferre naufragorũ sit abusus, & nulla cõsuetudine excusetur, patet quia est contra ius diuinum, Leui. 19. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Et cõtra ius naturale, quod est, hoc facias alteri, quòd tibi, &c. Quod sibi nõ uelit fieri, alteri ne fecerit. dist. 1. humanum. Et contra ius scriptum, extra lib. 5. tit. 17. de raptoribus. Excommunicationi, vbi habetur quòd tales, videlicet spoliantes naufragos, ipso facto sunt excõmunicati, secundum apparatum. Hoc ẽt tenet glosa. dist. dist. 1. hodie, videlicet q tales sunt ipso facto excõmunicati. Ibi etiam, dicit Aug. quòd iniquissima est illa lex, scilicet quòd patientibus naufragium, inhabitantes omnia auferant. Et secundum hanc glosam, si aliqua lex illud antiquitus cõcessit, iam per alias leges correcta est. Sicut patet, extra lib. 1. titu. 4. de cõsuetu. c. fi. Istis sic introductis arguo sic. Illa consuetudo, quæ est contra ius diuinum, & naturale non est consuetudo, sed corruptela. Sed hæc prædi-
22 cta de naufragis est huiusmodi, ergo &c. Maior probatur p uerba Augustini. 32. q. 7. flagitia, vbi dicitur quòd nulla consuetudo prævalet contra ius naturale. Et si omnes homines mundi facerent contrarium. Idem patet, extra. lib. 3. titu. 4. de consue. c. vltimo, vbi sic dicitur. Cum tãto sint grauiora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam, nemo sanẽ mẽtis intelligit iuri naturali, cuius transgressio periculum salutis inducit, quacunque consuetudine, quæ dicẽda est in hac parte uerius corruptela, posse aliquatenus derogari, hæc ibi de uerbo ad uerbum. Probatio minoris præcedit parum ante, ubi ostẽditur esse, & contra ius diuinum, & naturale, siue distinguatur, siue idẽ sint. Nota. I. 9. 30.

¶ Quid uero de tali abusu est faciẽdũ, 23
continet decretum. dist. 8. *mala autẽ cõsuetudo*, ubi sic dicitur. Mala *consuetudo* non minus, quàm pernicioſa corruptela abijcienda est, quæ nisi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab impijs assumitur, & incipiunt prævaricationes uariæ, & præsumptiones celerime nõ compresse, pro legibus uenerari. Glosa, ad argumẽtum, quòd illud quod aliqualiter est illicitum, ratione consuetudinis non fit licitum.

¶ Sed quia illi, qui huiusmodi præua- Ar. 6.
ricationes pro legibus uenerãtur, & eorum consiliarij, necnon, & legisperiti, & Scribę, Pharisæi, friuolis, & superficialibus responsionibus facia sua nituntur colorare, ne sine responsione condemnentur, in isto articulo sexto audienda sunt eorum dicta, quibus nituntur se in talibus factis iustificare, & si in iustitiæ suæ probatione, & factorum suorum defensione, & respõsione defecerint, in septimo articulo sunt ipsi cum factis suis condemnandi.

¶ Dicunt primo, quòd bona illa sic in 24
terra proiecta, quæ uulgari nomine uocantur urekke, sunt dominorum bona, & ideo ea capientes nõ rapiũt, nec naufragos spoliant, & ideo iura prælegata non intelliguntur, nec loquuntur contra Principes, dominos tales, q de antiqua consuetudine talia, tanquam suos redditus. uel terrę suæ euentus capiunt, sed intelliguntur de alijs raptoribus, quibus bona illa de iure non pertinent, &c. Nec prælegata decretalis excommunicationi est contra dominos tales, vt dicunt.

¶ Secundo, quia de illa antiqua consuetudine

ſuetudine ſpecialem non facit mentionem, & conſuetudo per conſtitutionem poſteriorē non reuocatur, niſi de ea ſpecialem faciat mentionem, vt extra lib. 6. de conſtitutionibus, licet Romanus.

25 ¶Tertio dicūt, ꝙ hæc decretalis prēallegata, non eſt ſententiæ latę, qui inferendæ. Et videtur hoc velle Innocentius in ſcripto ſuo.

¶Quarto dicūt contra illud quod ſupra aſſumptum eſt, ꝙ videlicet bonorum acceptio non eſt contra ius naturale, qa de illo iure omnia ſunt communia. Sicut patet, diſt. j. in principio.

¶Quinto dicūt, ꝙ ideo hæc bona dominis conceduntur, ne rerum poſſeſſio ſit incerta. Ex quo enim domini illarum rerum ſubmerſi ſunt, vel ignorātur, lex quę non permittit aliqua eſſe incerta, illa bona concedit dominis.

¶Sexto omnia dicta iſta confirmant, dicentes, ꝙ in multis parlamentis, & cōſilijs prælatorum, & procerum tales cōſuetudines, vel manifeſte, vel diſſimulatiue, quæ aliquando dant iuriſdictionē, ſunt approbate. Sed domine, qui habes ſanctam ſcientiam. 1. Mach. 6. tu ſcis, ꝙ in his dictis falſum contra te, & naufraga membra tua tulerunt teſtimonium,
26 Dan. 13. De quibus, Eſa. 24. Tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fędus ſempiternum. Sicut patet. L. 3. 13. Sed quia vſum prauum lex, & ratio vincere debent, diſt. 11. c. 1. Ideo veritate prædicta vincenda ſunt per ordinem. Præmittendo tamen prius vnam diſtinctionem de naufragijs, quia aut naufragium eſt tale, ꝙ ſimpliciter omne ſubmerguntur, nec eſt in terra, qui bona vendicat, nec ſcitur, de qua terra nauis fuit. Aut omnes quidem ſubmerguntur, qui ſunt in naui, ſed dominus, vel bonorum, qui cum alijs in naui non fuit, bona ſua vendicat, paratus facere quamcūque probationem, quòd bona ſua fuerunt. Aut alij ſubmerguntur, & alij euadunt. Aut nullus euadit, niſi brutum, ſicut canis, vel catus, vel huiuſmodi animal.
27 Iſta diſtinctione quadripharia ſic præmiſſa, dicūt quòd bona illa ſunt dominorum, videlicet in duobus primis membris diuiſionis, ſed non in duobus vltimis, hoc enim concedunt, quòd vbi homo, vel animal de naufragio euadit, bona illa domino terræ non confiſcantur. Et ſic omnia dicta ſua gloſat, & ſub iſto modo diuiſionis omnia ſuperius dicta cōcedunt, videlicet ſub primis duobus membris.

¶Sed quòd in primo caſu iſtius diui- 28
ſionis bona illa ſint dominorum, ſicut continet primum dictum illorum, videtur crudele, & irrationabile valde, qa licet omnia corpora, quæ bona illa poſſederunt ſint ſubmerſa, animæ viuūt, quæ in carceribus detinentur, & plus bonis illis indigent, quàm vnquam indigerūt corpora, vel plus, quàm indigerent ſi viuerent. Sicut ergo executores, qui mortuos defraudant, ſunt latrones crudeliſſimi. Sicut patebit, infra de executoribus. E. 8. 11. Ita tales domini ſunt latrones crudeliſſimi, quia miſerrimos ſpoliant. Dicere ergo, quòd ideo, quia omnes mortui ſunt. Ideo bona illorum volumus occupare, dicentes, quòd noſtra ſunt non eſt aliud, quàm dicere, niſi, qa ſunt dānificati in vno, videlicet in amiſſione vitę, & corporis, nos volumus eos damnificare in alio, videlicet in bonis, & quia Deus eos morte percuſſit, ideo volumus eos quantum poſſumus perſequi. Iuxta illud, Pſ. 68. quoniam quem 29
tu percuſſiſti, perſecuti ſunt. Quid ergo eſſet de illis bonis faciendū, certe eſſent diſtribuenda pro animabus illorū quorum erant, ſicut bona inuēta, & bona inteſtatorum, quæ quicunque domini, uel prælati occupant uſibus proprijs attribuentes, peccant, & ad recompenſationē tenentur, nulla conſuetudine obſtante, quia, diſt. j. conſuetudo dicitur, ꝙ conſuetudo debet eſſe, quę ſaluti proficiat, Gloſa: corporis, & animæ. Si ergo corpori proficere non poſſunt, iuſtum eſt, quòd animæ proficiant, & quod corpori uellent reſtituere, ſi de naufragio euaderēt, animabus reſtituant, quæ euadunt, & plus indigent. Et ſic nunquam erit dubium cui reſtitutio faciēda ſit, quia ani-

ma

ma semper uiuit, nisi sic fiat, manifestũ est, quòd est contra legem diuinam, quia non facit alteri, quod sibi de bonis suis uellet in tali necessitate fieri. Et contra legem mundi. Sicut patet. F. 5.6.

¶Et quòd dicunt secundo, quòd decretalis illa loquitur de alijs raptoribus, & non de dominis, patet esse falsum. Primo, quia tunc decretalis fuisset facta in fauorem dominorum, quibus secundùm eos talia bona debentur, & non in fauorem miserorum naufragorum, quod non uidetur uerisimile, quia quare plus prohibere, uel excommunicare rapientes talia bona dominorum, quàm alia, fuit ergo facta in fauorem miserorum, & sic eam intelligunt sanctus Thomas, Hostiensis, & Raymundus. Et alij, sicut patet ī summa confes. lib. 2. tit. 5. q. 17 ubi habetur, quòd nulla consuetudine talia bona naufragorum principibus debentur. Et quod addunt, quòd illa decretali non reuocatur consuetudo precedens, quia mentionem de ea non facit, pro eis non est, quia per illum abusum tollendum fuit specialiter decretalis illa facta. Et quòd adducunt pro eis illam constitutionem Bonifacianã, in 6. licet Romanus non est pro eis, quia expressè ibi habetur, quòd præcedentes constitutiones, & consuetudines non reuocat in posteriori, nisi de eis faciat mentionem, dum tamen sint rationabiles, quia cum sit facta, Papa esset illas ignorasse. Ista uerò consuetudo non fuit à Papa ignorata, quia propter eam tollendam, ut dictum est, decretale illam de raptoribus edidit, nec est rationabilis, vtpotè contra ius naturale, & scriptum tam canonicum, vt allegatum est. Dicit etiam regula iuris in sexto, quòd nullus debet locupletari cũ alterius iniuria, uel iactura, quàm ciuile. ff. de incendio ruina, & naufragio l. j. in digesto, no. lib. 9. Nota ad hæc pluresleges. F. 1. 17. Et F 5.6. Et quòd istis legibus subditi esse deberent. X. 1. 9. Nec mirum si omnes leges tale nephas prohibeant, quia nulli legi, uel rationi consonum est, quòd homo de crimine læsæ maiestatis, uel quocũque alio nõ suspectus, nec conuictus, morte sua bona immobilia perdat, immò propter hoc ne perdat, ordinatum, & consuetũ est, quòd episcopi bona morientium sine testamento pro animabus illorum distribuant. Patet ergo, quòd insufficiẽtem titulum habent bona defunctorũ, quæ brekke vocantur, quę uidelicet super terram illorum proijciuntur, siue sint de naui siue de nemore, sicut ligna, & huiusmodi, quæ per aquas diluuij deportantur, possidendi uel quia mortui sunt, uel quia nullus illa bona vendicat. Et hoc quantum ad primum dictum illorum, & secundùm contra illos, qui occupant bona illorũ qui continentur sub primo membro diuisionis, & quòd nulla consuetudo, uel statutum in hoc casu valeat patet, V. 12. 14. & 16 Licet multa de his quæ dicta sunt, possunt adduci contra illos, qui auferunt bona illorum, qui cõtinentur sub secundo membro diuisionis, tamen in speciali ostendetur, quàm irrationabile sit talium dominorum factum contra illos de secundo membro diuisionis, hoc autem apparet per hoc, quòd ipsemet fatentur, uidelicet, quòd si animal vnum euadit bona non confiscantur. Et quis non dicet, quòd sit nimis irrationale cogitare, uel dicere, quòd dominus bonorum vno cane euadente posset bona sua recuperare. Et si nullum animal euadat, & posset per totam villam probare, quòd sunt sua non recuperabit, quæ stultior consuetudo, quàm ꝙ aĩal irrationale, melius probabit, q̃ multitudo fideliũ hoĩum, & ꝙ canis maiorẽ fidẽ faciat, quã hoĩes ad hoc iurati. Sed instãt dicẽtes, ꝙ nõ põt per hoĩes ostẽdere, ꝙ sunt sua, immò possũt p̃ signa ꝓpria, q̃ in dolus, & alijs rebus suis habent. Mercatores n. habent sua signa distĩcta, p̃ q̃ vnius bona ab alijs discernũtur, & illa signa sũt nota in villa ubi habitat, q̃ ergo hoc dicit mẽta est iniqua sibi Patet ergo, ꝙ auferẽtes hęc in scõdo mẽbro diuisionis irrationabiliter, & sine colore

30

31

32

colore peccant, nullam habentes excu-
ſationem bonam. Patet etiam, ꝙ primũ
33 dictum illorum, & ſecundum ſupra eo.
c. 24. non ſapiunt veritatem, ſed crude-
litatem, ꝙ autem tertio dicunt, ꝙ decre-
talis illa de raptoribus non eſt ſententię
latæ, eſt contra teſtimonia adducta ſupe-
rius, eo. c. 21. Videtur etiam expreſſe eſſe
contra mentem, & verba decretalis, quæ
ſunt iſta. Illi qui Chriſtianos naufragiũ
patientes, quibus ſecundum regulam fi-
dei auxilio eſſe tenentur, damnata cupi-
ditate ſpoliant de rebus ſuis, niſi ablata
reddiderint, excommunicationi ſe no-
uerint ſubiacere. Gloſa ponderat, ꝙ di-
cit ſubiacere, nec Innocentij dictum in
hoc caſu eſt magnæ auctoritatis, quia ſi-
cut in alijs locis, ſic hic in his, quæ ad fo-
rum conſcientiæ pertinent faciliter tran
ſiuit. Et ponamus, ꝙ non ſit ſententia la-
ta, ad minus ad tales ſententia ferri po-
teſt, ergo peccant mortaliter, ergo exili-
ter ſe iuſtificant, dicentes, ꝙ non eſt ſen-
tentia lata.

¶Ad quartum, ꝙ dicunt, videlicet ꝙ
34 omnia ſunt communia de iure naturali.
Reſpondet interliniaris ibidem tempo-
re neceſſitatis.

¶Ad quintum dictum illorum, patet
ſupra eo. c. 39. Ibi enim oſtenſum eſt, ꝙ
non eſt incertum, cuius bona ſunt, quia
ſunt defuncti, ſi omnes ſint defuncti in
primo membro, vel viuorum, qui titu-
lum poſſeſſionis probare poſſunt, ſicut
patet ſupra eo. c. 32.

¶Sextum dictum illorum non debet
ligare, quia licet omnia parlamenta, vel
conſilia, hoc ordinaſſent potius eſt obe-
diendum Papæ, qui illum conſuetudi-
nem reuocat, vt dictum eſt, hoc etiam
tenet Innocentius extra lib. j. de conſti-
35 tu. quæ in eccleſiarum, ꝙ videlicet nec
Papa, nec Imperator poteſt ſtatuere ſta-
tutum in alterius iuris læſionem, aufe-
rendo ab vno dominium, quod ſuũ eſt,
& illud alteri dare, niſi cauſa iuxta inter-
ueniat, vt in bonis damnatorum. C. de
bonis damnatorum. li. 9. per totum. Et ſi
non poſſet per ſtatutum ſtabiliri, nõ eſt
conſuetudo rationabilis, ſicut patet di-
ſtinctio. 1. conſuetudo.

¶Item quando duæ leges, vnum tan-
gunt negocium, & una eſt æquitatis, alia
rigoris, potius ſtandum eſt primæ, ſicut
patet. C. de iudi. li. 3. l. placuit. Et regula
iuris in ſexto dicit, quod in pœnis benig-
nior interpretatio eſt faciẽda. Cum er-
go capitulũ illud de raptoribus ſit æqui-
tatis, conſuetudo vero ſit rigoris, potius
eſt capitulo ſtandum, quia etiam veritas
ſemper conſuedini præfertur, quia Chri
ſtus non dixit ego ſum conſuetudo, ſed
veritas, diſt. 8. veritate, & c. 4. ſequenti. Itẽ
vſus auctoritati cędere debet. di. 11. vſus.

¶Patet ex his, quod non videntur ex- 36
cuſati, quia a confitentibus pecuniam
accipiunt, quia ſub prætextu conſuetu-
dinis, nec ante, nec poſt eſt aliquid pro
ſacramentis accipiendum. 1. q. 3. ſi quis
præbendas. Et quando dicitur, ꝙ conſue
tudo obſeruanda eſt, intelligitur conſue
tudo rationabilis, extra lib. 4. tit. 11. de
cognitione ſpirituali ſuper eo.

¶Nec in prædicto facto de ſpoliatio-
ne naufragorum ignorantia eos excu-
ſat, quia ignorãtia iuris naturalis nul-
lum excuſat, c. eccleſia. 1. q. 4. §. notandũ
quoque. Sed ignorans ignorabitur. Si-
cut patet, extra de conſuetudine. c. vlti-
mo in gloſa.

¶Conſuetudines ergo malas inuenię Ar. 7.
tes, vel ipſis vtentibus præter iam dictas 37
pœnas de excommunicatione, & peccato
ſpoliantium naufragos. Alijs etiam peri
culis, & pœnis ſubiacent, tam temporali-
bus, quàm ęternis. Temporaliter enim
quandoque puniuntur, tam in rebus,
quàm in corpore, in rebus, patet ſpecia-
liter de ſpoliatoribus naufragos, qui in-
fra annum tenẽtur in quadruplum, poſt
annum vero in ſimplum. ff. de incen. rui
na, & naufra. l. 1. De pœna corporali, &
ęterna ſimul patet, p hoc, ꝙ fide digno-
rum relatione narrari ſolet, de quodam Exem-
potente, qui cum tranſiret per diuerſa plum.
maneria ſua, & exenia ei mitterentur,
vel in negocijs carruce, & quadrigæ, &
huiuſmodi ei mutarentur, fecit omnia
ſcribi, ꝙ cum viderent, qui ei talia exe-
nia mittebant, credidiſſent, ꝙ hæc ſcri-
beret,

Digitized by Google

beret, vt memoriam de beneficijs illorũ haberet, & eos iterũ honoraret, vel pro eis faceret, sed non sic impij non sic, non sic sicut intellexerunt, sed pro consuetudine omni anno eadem opera, & exenia per balliuos suos, quibus hęc in scriptis tradebat exigebat. Accidit ergo eum podagra infirmarũ iacere in camera, iuxta caminũ. Vna ergo vice, cum fatuus quidam, qui eum ad risum prouocabat solus secum esset in camera, igne inflammante paleas, præcepit pluries fatuo, ꝙ paleas extingueret, qui noluit, sed cum igne lusit, dicens: non nocet adhuc, finaliter igne lecto appropinquante, cum horribiliter super fatuum clamaret, ꝙ ignem extingueret. Respondit stultus, ꝙ noluit, & domino causam quærenti. Respondit, quia tunc iterum a me tale opus exigeres per consuetudinem, sicut facis alia, & dum sic comburebatur, Deus, qui aliquando per ora fatuorum effatur, sicut dicit Seneca in epistola, ad Paulum per verba fatuus, ostendit suæ perditionis causam esse consuetudines malas, quas exigebat, propter quas ignem extinguere noluit. Et sic per ea per quæ peccauit torquebatur Sapientiæ 11.

CAP. IX.

Concordiam, & pacem inter nos habere.

¶ Primo docent exempla. Secũdo trahunt vtilia. Tertio arctant contraria, seu pœnalia.

Ar. 1. ¶ Primum patet in natura, & in moribus. 1 In natura enim exemplum ad hoc habemus ex verbis Senecæ. li. j. de naturalibus quæstionibus. Vbi vult, ꝙ circa sidera, quandoque apparet corona, sicut patet ad oculum circa lunam, & vocatur Halo in libro Metheororum, cuius vniformitas, & integritas, serenitatem, ruptura vna, ventum, plures rupturę, pluuias & tempestates significant fidus iste, siue planeta, seu stella, Christus est, Numeri. 24. Orietur stella ex Iacob, &c. qui dicit Apoc. 22. Ego sum genus, & radix Dauid. Stella splendida, & matutina. Corona est perfecta congregatio electorũ, inter quos Christus semper medium tenet, & tenuit. Concordia, & conformitas in ista corona serenitatem significat æternam, Matth. 5. Beati pacifici, &c. Interruptio vna, vento interpretationis curatur. Interruptiones uero plures, scilicet indurati cordis, malitiosę conspirationis, & uindictæ, & brigarum tempestatem significant æternam, qua habita dicere poterunt, illud Tren. 5. deficit gaudium cordis nostri uersus est in luctum chorus noster cecidit corona capitis nostri.

¶ In moribus etiam exemplum habemus, tam in bonis, quàm peruersis. 2

¶ In bonis, & morigeratis unitas patris, & matris magnum documentum est concordiæ. Sed Deus pater noster est. Sicut patet. C. 4. 30. terra mater, de qua, & ad quam omnes simul sumus. Nota. C. 1. 7.

¶ In moribus peruersis, uidemus frequenter malos magnam habere concordiam. Sed heu Hiero. dicit super illud Ps. 82. Cogitauerunt unanimiter aduersum te, &c. Infelix populus Dei, qui non potest in bono tantam habere concordiam, quantam mali habent in malo.

¶ Secundo utilitas ex bona concordia proueniens ad pacem, & cordium unitatem nos attrahere debet. Huiusmodi autem utilitas tanta est, quod nalet. Ar. 2.

¶ Primo ad temporalium multitudinem, sicut discordia ad diminutionem, unde narrat Gerardus in itinerario suo per Galliam, de quibusdam hæremitis in una insula, quod cum discordes adinuicem fuerunt, statim mures minutissimi, eccas illorum, & potiones consumpserunt, sed sopita discordia, & concordia facta incommodum cessabat, & causa est congrua, conueniens enim est, quod ubi Deus est, bona exteriora multiplicantur. Iuxta illud, Venerunt mihi omnia bo. &c. Exemplum.

¶ Secundo valet ad spiritualium, & corpo-

corporalium inimicorum reſiſtentiam, quia uirtus vnita fortior eſt, ſicut patet in acie exercitus, ſicut patet de carbonibus calidis ſimul copulatus, qui tardius extinguntur. Exemplum ad hoc de homine habente duodecim filios, 3 qui moriens reliquit eos concordiam, dicens, quòd ſi concordes eſſent, fortiores, & aptiores eſſent in omnibus negocijs ſuis, quod oſtendit tali exemplo. Accepit duodecim virgas, quas ſimul ligauit, & dixit cuilibet illorum, quòd eas frangeret, quis cum frangere non poſſent eas diuiſit, dãdo cuilibet vnam, præcipiens, quòd eas frangerent, quod ſtatim fecerunt faciliter. Sic (inquit) in propoſito, & patet. Sicut etiam in ꝓpoſito noſtro ſi Deus nobiſcum per pacem bonam, in qua ſemper factus eſt locus eius, quis cõtra nos? Eſt ergo breuis cõcluſio, quòd tam res corporales, quàm ſpirituales, tam exteriores, quàm interiores concordia proſperantur, diſcordia decreſcunt. Vnde gloſa ſuper illud Eccleſiaſtici. 21. Obiurgatio, & iniuriæ annullabuni ſubſtantiam. Concordia (inquit) minimè res creſcunt, diſcordia maximè dilabuntur. Sicut patet. C. 4 6. de turre Babel. Nota ad iſtud propoſitum exempla, & auctoritates. C. 1. 10.

4 ¶Et patet exemplum ad propoſitum, quomodo cõcordia facit homines fortes ī bello ſpirituali. De ceruis, qui aliquando à canibus non uincerẽtur, niſi diuiderentur. Et in hominibus in bello corporali, vbi vnus ſolus uincitur, multi ſimul uincunt, Eccleſiaſtes 4. ſi prævaluerit quiſpiam contra vnũ duo reſiſtent ei. Ideo quando populus Iudæorum debuit uinci, dictum fuit per prophetam, Michęam. Vidi Iſrael diſperſum in montibus, quaſi oues non habentes paſtorem. 3. Reg. 22. In ſignum, quòd diſcordia diſperſi vincuntur, ſicut titiones diuiſi fumigant, ubi coniuncti clarè ardent, ſic Soli fumigãt melancolia, & triſtitia, & huiuſmodi: væ ergo Soli, &c.

Artic. 3. ¶Tertio pœna, & periculum nos deceſſitare different ad concordiam. Qui 5 autem concordia, carent, illis non ſolum imminent pœnæ temporales, ſed etiam ęternæ. Si Deus totus ſanguinolentes deſcenderet de cruce, & rogaret aliquem, quòd poſſet modicum, infra domum ſuam requieſcere, nonne dignus eſſet magna pœna ſi eum expelleret? Sic in propoſito. Vnde in uitaſpa. quaſi ſimile ad hoc fertur, quòd videlicet cum pater Apollonius uellet diſcordantes concordare, & vnus illorum diceret ſe potius uelle mori, fiat (inquit) Appollonius, quod dixiſti, & ſepulchrum tuum fiat beſtiarum venter, & illa noctè ſubito mortuus, & à beſtijs comeſtus. Et hoc rationabiliter, quia ſi non uis cum bono concordare, ſequitur, quòd ſis malus. Aut cum malo propter Deum. Et tunc ſicut ipſe propter ſuam malitiam, ita tu propter odium damnaberis. Exemplum.

¶Si tales ſimiles Pharaoni cum cordibus induratis, parum de illa pœna 6 guſtaſſent, corda emollirent. Vnde in li. de apibus ſcribitur ſimile huic, quòd videlicet cum quidam uellet diſcordes diſcordare, vnus dixit ſe potius uelle pati inferni pœnas cui ſanctus, Deum ego rogo, quòd oſtendat tibi parum de pœnis illis, & ſtatim, quaſi morbum caducum habens cecidit, de qua extaſi cum ad orationem circunſtantium rediret pœnis interim ei oſtenſis, videns inimicum ad eum concurrit, & pacem petiuit, & concordiam. Patet ergo quãtum periculum eſt concordia carere, ſine qua etiam nulla bona opera ualent, Sicut patet. C. 1. 12. nec etiam ipſa pœnitẽtia ſine hac Deo placet, vnde Hiero. in epiſtolari, quiſquis corpus affligit, ſed concordiam deſerit, Deum quidam laudat in tympano, ſed non laudat in choro. Nota de hac materia. C. 4. 25. vſque ad finem capituli. Exemplum.

Nota de iſta pœna non concordantium.

P. 4. ar. 9.

CAP.

CAP. X.

COgitatio eſt, duplex una ſubita, alia deliberata. Circa quas ſeptē ſunt dicenda duo, videlicet circa primam; & quinque circa ſecundam. Primo oſtendetur, quòd prima nolat de neceſſitate. Secundo, q̄ non nocet. Tertio, quod ſecunda eſt ornanda. Quarto, quod eſt diligenter examinanda. Quinto examinationis utilitas. Sexta non examinationis, ſeu non cuſtodiæ periculum. Septimo examinationis, ſeu cuſtodiæ difficultas.

Artic. 1. ¶Ad primum ſic proceditur: Sicut 1 non poſſumus prohibere ne latrones intrent forum, quantumcunque villa ſit bene cuſtodita, ne etiam corui ſuper domum, uel hortum uolitent, ne etiam hyrundines domum intrent, uel etiam uenti, ita nec cogitationes immiſſas à carne, uel diabolo, uel mundo, & malis hominibus nullus prohibere poteſt, quin cor intrent, & ſuper ipſum ſubitò uolitent, nec ibi multum nocent. Sed certe debemus cameram diligenter cuſtodire, uel latrones illam intrent, quia ſi illam intrant, occidant, & ſpoliant. Non eſt camerarius uituperandus de hoc, quod fures intrent forum, ſed eſt uituperandus ſi intrent cameram, loco uel tempore non debito. Ita ſpiritualiter cor eſt, quaſi forum publicum, delectatio, uel conſenſus eſt, quaſi camera, quia non omnes, qui intrant forum, uel aulam, intrabunt cameram. 2 Ratio ergo, quæ obiicitur, quaſi camerarius, ſeu ianitor, ſicut patet, A. 23. non eſt uituperanda de hoc, quod cogitationes turpes cor intrant, quia ſunt ſicut hyrundines, uel uenti domum ſubitò intrantes, & exeuntes per aliam feneſtram, licet fortè aues garritu, uel uenti ſonitu inhabitantes parum offendant, non tamen aues domum macu-

lant, niſi morentur, nec uenti domum fortem ſubuertunt, ubi ſtatim exitum inueniunt. Ita cogitatio, uel tentatio. Sed certe ſi ratio permittat cogitationes, uel tentationes cameram intrare, & ibi morari, eſt uituperanda, quia ſicut hyrundines in domo nidificando, & pullos producendo, locum deturpant, uel damnum quandoque inferūt. Sicut patet de Thobia, uenti etiam, qui ex una parte intrant, & ex alia exire nō poſſunt, domum ſubuertunt. Sic in propoſito nidificando per delectationem Thobiam excęcant, & ſpiritualiter occidunt, & domum animæ ſubuertunt. Quia ſecundùm Sanctum Tho. in ſumma 2.2.q 154. artic. 4. non ſolum conſenſus in opus prauum, ſed etiam conſenſus in delectationem cogitationis eſt peccatum mortale. Sunt ergo aues iſtæ ſtatim abigendæ. Exemplo Abrae, Gen. 15. ne de cordis ſacrificio dicatur uolucres cœli comederunt illud. Et uentō cogitationis, ſeu turpitudinis ac tentationis intrare ex una parte ſtatim ſtant per portam orationis, ſeu clamorem ad Deum ſeu confeſſionis, ſeu utilis occupationis, ex alia parte expellatur, & tunc non erit timor in finibus noſtris, quin liberabimur. Exemplo Petri, Matth. 13. qui uidit uentum validum, ſed tamen ad Deum clamādo liberatus eſt. Iſtis ergo exemplis informati, cogitationes, & tentationes, quæ neceſſariò intrant, citò expellamus, ne nobis improperetur illud. Hiere. 4. Vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ.

Artic. 2. ¶Secundum principale patet partim 5 ex prædictis, partim ex dicendis, ſicut enim muſcæ, & pulueres radium intrāt ſolarem, & ipſum tamen in ſui natura non maculant, ſic cogitationes, & tentationes ſubito cor ſanctum. Cuius cauſa eſt, quia cordis integritatem non penetrant. Venenum enim hominī, uel animali non nocet, dum pellis eſt integra. Ideo ſerpens prius mordet, deinde venenum immittit, ſic dum cor eſt integrum, nulla poterit delecta-

tione diuisum: sed in solo Deo delectatur nec cum peccati cordi occurrens, non nocet, nec maculat, dum enim olla cordis, est bene cooperta timore, & amore Dei, qui desiderat esse signaculum cordis nostri. Can. 8. pone me, sicut signaculum super cor tuum, muscæ infernales non poterunt lac innocentiæ in corde nostro comedere, nec inde auferre. Quia sicut de olla feruenti, cui ignis magnus supponitur, longius fugiunt. Ita de corde inflam-
3 mato charitate, de quo in Psalm. 38. Concaluit cor meum intra me, & in medi. &c. Tale ergo cor non plus maculatur de sordibus subito cogitando, quàm uisus sordes uidendo, immo si morose eas videat, pia causa, & intentione motus, sicut accidit in confessione audienda, post inde mereri, sicut chirurgicus, qui charitatis intuitu corporalium sordes lauat vulnerum. Et si cogitare de mortuis corporaliter est meritorium, ut iuuentur maioris meriti videtur cogitare de spiritualiter mortuus, & defunctis, ut suscitentur. Sancta ergo, & salubris est cogitatio p defunctis. 2. Mach. 12. Sancta in mente, salubris in uerbo, & opere.

Artic. 3. ¶Tertium patet, quia aliquæ personę facies lauant, & ornant, & specialiter quando à multis debent videri. Ita cor est lauandum pura confessione, quia à Deo, & à tota curia celesti uidetur, sicut
7 patet. A. 25. 17. Quia Deus intuetur cor. Sed alij illud lauant exterius, quia confitentur, & ad tempus ab opere malo cessant, sed ferrum de vulnere non extrahunt, nec fontem obturant, nec radices vrtice auferunt, dum ad peccata redire proponunt. Et sicut de radice in terra dimissa. Ita de tali corde exeunt malę cogitationes, furta, homicida, adulteria. Matth. 15.

¶Sicut ergo pudore frequenter fugimus opera mala, & specialiter in præsentia multorum. Ita fugiamus turpes cogitationes, vnde Hiero. in quadam epistola, quicquid pudet dicere, pudeat cogitare. Et sicut faciem exterius ornant capillis. Ita mentem ornent interius pulchris cogitationibus. Quia ca-
put adhuc decaluabitur. Iuxta illud 8
propheticum, super omne caput caluicium, sed capillus de capite interiori non peribit, quia omnis cogitatio bona, uel mala remunerabitur, vel punietur. Ergo illi capilli cogitationum sunt diligenter componendi, unde beatus Greg. 38. lib. moral. super illud Iob. 18. Radices eius in terra siccentur. Sancti omnes, tanquam animalia plena oculis exteriora sua conspiciunt, ut bona de se exempla fratribus præbeantur. Interiora vero sua diligenter attendunt in se, ut sicut irreprehensibiles se interni iudicis obtutibus parant, magisque quo Deo placeant, & suis interius componunt. De quibus, Psal. 44. Omnis gloria filiæ regis ab intus. Talis pulchritudo, & tales reliquiæ placēt Deo, quoniā reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Psal. 75.

¶Iste articulus tertius necessitatem Artic. 4.
imponit quarto articulo, quia ex qua cogitationes bonæ cor ornant, & Deo placent, & male deturpant congruum, & necessarium est, q cogitationes quibus cor est uestiendum sint bene examinate, antequam in corde per consensum reponantur, uel opere exerceantur. Ista autem cogitatis, seu probatio debet esse, vel de his, quæ cogitabimus 9
& operabimur in futuro, uel de his quę cogitauimus uel locuti, vel operati fuimus in præterito: unde Hiero. recitat, Exem-
quidam pictagoricus præcepit curam plum.
duorum temporum habendam, mane ad cogitandum de his, quæ facturi sumus, vespere ad memorandum de his, quæ fecimus.

¶Prima autem cogitatio, videlicet 10
quæ futura respicit ad modum aliquorum religiosorum, inter quos ordinantur tres examinatores, qui ad ordinem recipiendos diligenter de moribus, & scientia examinent; tres examinatores habere debet, uidelicet an sit licitum, honestum, & expediens, consentire in illud quod cogitatur.

Ad

Ad hoc ergo, quòd cor in illo delectetur, uel opere impleatur, sunt tria attendenda, quid liceat secundùm æquitatem quid deceat secundùm honestatem, quid expediat secundùm utilitatē. Extra lib. 3. tit. 34. De uoto, & uoti redemp magnę deuotionis, unum de istis diminuendo, contingit quandoque factum committere, de quo postea multum dolebit. Sicut dicitur accidisse cuidam, cuius filium in cunabulis serpens de muro exiens occidit, leporarius ergo uidēs hoc occidit serpentem. Pater uero subito iratus æstimauit, q̄ leporarius filium occidisset, & eum interfecit, de quo ueritate comperta, multum doluit. Ideo dicitur fuisse ordinatum in illa ciuitate, quòd nihil magni ponderis fieret, antequam ter de hoc esset percogitatum, & prelocutum, sicut actum urat non habebit constitutionis, nisi trium annorum consilio approbetur, utinam quilibet istam ordinationem faceret apud semetipsum, quando tentatur de aliquo facto malo, uidelicet, quòd illud non faceret, antequam tria cogitaret, scilicet peccatu pœnalitatem in presenti. De qua C. 7. 24. Gaudium etiam æternam quod amittit, & pœnam æternam, quam incurrit. De quibus, Esa. 25. Cogitationes antiquas fideles, amen.

11 ¶Secunda uero cogitatio, quæ respicit preterita in consideratione sua, seu examinatione debet secum habere tres comites, seu examinatores, qui secundùm philosophum in ethicis sunt comites omnium uirtutum, s. an fuit cogitatum locutum, uel factum, ut oportuit, quādo oportuit, & in quibus oportuit, & si inuenerit, q̄ aliquod istorum defuit, cogitatio hominis dolendo confitebitur tibi, Psal. 75.

Anic. 5. ¶Ex quia operis utilitas uoluntatem inclinat ope eamur, ut uoluntas, cuiuscunque hominis magis inclinetur prędictæ examinatoris operi. In hoc articulo. 5 ponenda est dictæ probationis utilitas. Huius autem utilitas est quadruplex, quia primo facit hominem habere cogitationem, de statu proprio, secundo licerat à confessione temporali, tertio ab æterna: quarto conuertit hominem ad Deum, & bona uitam.

¶Primum patet exemplo cuiusdam insule in mari inter hyberniam, in qua non uiuunt animalia uenenosa, & aliā terram inter quas erat briga ad quam insula pertinebat, sapientis ergo consilio animalia uenenosa ibi ponenda erant, quæ si uiuerent, procerto signo haberent, q̄ insulam ad Hyberniam non pertinerent. Ita dubium est de animalibus nostris, cuius domini sint, quia nemo si utrū amore, uel odio dignus sit, Sed si ibi diu uiuant cogitationes uenenosæ & immundæ, scire possumus, q̄ insula non ad Deum, sed ad diabolum pertinet. Si econuerso, econuerso. Et sic cogitationes istorum iudicia. Prouer. 12. quia per eas iudicare possumus de quo domino sumus. Exemplum.

¶Secundum patet per hoc quod refert 13
tur, de quodam, qui in quibusdam nundinis emit à quodam satis care, ut sibi uidebatur sapiōziam, & soluta pecunia, nihil aliud docuit, nisi istud. Quicquid agis operis finem semper mediteris. Emptor reputauit se deceptum, sed tamen propter trufam fecit illud scribi in omnibus utensilibus, & parietibus domus suę. Accidit, q̄ quidam inimicus eius conduxit barbitonsorem eius ad occidendum eum, dum eius barbam raderet, q̄ cum cogitasset facere. Accidit eum respicere in manutergio quod erat circa collum eius prędictum sapientiā, qua uisa cogitauit q̄ finis talis facti est suspendiū in hoc seculo, vel in futuro, & à facinore excogitatio se retraxit, & ex cogitatione finis, uterque à morte liberabatur temporali. Salubris est ergo talis cogitatio. Exemplum.

¶Tertium patet per hoc quod scribitur in uita sp. q̄ pater Euagrius respondit cuidam discipulo quærenti, quomodo se posset à peccatis custodire, & animam suā saluare, & pœnas fugere? Cogita, inquit, tria, peccantiū, confusionē, & eorundem pœnas, & bonorum gaudia. 14

Prou. 12. Cogitationes iuſtorũ iudicia.

Exemplum. ¶Quartum patet triplici exemplo, ſeu hiſtoria.

¶Primo per hoc, ꝙ refertur de ſubone poſtmodum epiſcopo Tholoſano, hic cum eſſet peſſimus hominum, una nocte in lecto iacens ſatis mollit, cum eſſet tædio affectus de hoc, ꝙ dormire non poſſet, quodã euẽtu, uel potius diuino nutu cogitationem conuertit ad cogitandum quale tædium, & tormentum eſſet in igne diu iacere, vbi nec dormire, nec quieſcere liceret, quid ergo, inquit, ſibijpſi faciam, ſi in iſta uita moriar, quomodo ignem inferni ſuſtinebo. Et incepit, quaſi ſeipſum confortando cogitare, ꝙ ſi illa pœna poſt mille annos haberet finem, adhuc illam aliquo modo ſuſtinebo, & eam in fine euadã. Iterum ſi poſt duo milia, uel tria milia annorum finem haberet, tolerabile eſſet. Sed ex quo ſine fine eſt, quomodo ipſam ſuſtinebo? Et ex hac cogitatione optime mutauit uitam ſuam. Et factus eps, quando quærebatur quid eum cõuertit, reſpõdere ſolebat, una cogitatio, qua ſcilicet cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mẽte habui. Hæc meditatus ſum nocte cum corde meo, ideo exercitabar, & ſcopebã ſpiritum meũ. Nota. N. 11. 121. Et bene in corde ſuo plus ponderabat futurum tormentum, quàm pñs quãtumcũque præſens eſſet longũ, quia futurum quodãmodo plus affligit timore, quàm præſens pœna hoc quilibet experiri poteſt in ſeipſo, quia ſi vnã grauẽ ſuſtineat noctem, pulicibus, vel frigore, uel alijs miſerijs afflictus cogitãdo, ꝙ male illud euadat parũ reſpectiuẽ grauat, ſed cogitãdo, ꝙ p magnũ tẽp' tale ſuſtinebit ſortuniũ, quodãmodo pl' timore, quàm pœna triſtat.

16 Exemplum. ¶Secundum exemplum ad idem eſt in uitaſpa. de quodã qui matri eũ increpãti, ꝙ relıgionẽ intrare uellet. Reſpondit, ſaluare aĩam meã, matre ergo defuncta, filio in religione, negligẽter agẽti, videbat vna nocte, ꝙ matrẽ vidit inter dãnatos, cui requirenti, ubi ſunt verba quibus dixiſti ſaluare volo aĩam meã, ex quo modo iudicat' ad nos uenis, quæ confuſione nihil reſpondere poterat: Excitatus vero, & ad ſe rediens vitã mutauit in melius. Reſpondens quærentibus cauſam eſſe cogitationem, qua cogitauit, quomodo poſſet rmproperationem Dei, & omniũ ſanctorũ, & etiã dæmonum ſufferre in iudicio, ex quo non potuit præ confuſione reprehenſionem ſuſtinere matris.

¶Tertium eſt ad hoc de quodam de quo fertur, ꝙ ſemel dum malam vitam duceret quæſiuit à corde ſuo quo iret, & reſpõdit cor ad infernũ, & hoc horrore cogitationis cõuerſus eſt ad bonã vitam, quilibet iſtorum triũ, & etiam ei ſimilis dicere potuit, illud Pſal. 118. Cogitauit vias meas, ſ. ꝙ eſſent male ad infernum ducentes, & hoc cogitationis horrore, conuerti pedes meos in &c. Exemplum.

¶Et ut periculum incaute cogitationis magis appareat in iſto articulo immediate, oſtendetur quale ſit periculum permittere cogitationẽ malã per quamcunque complacentiã cor tangere. Pro quo eſt ſciendũ, ꝙ multi ſunt, qui pcta turpia, ſicut luxuriæ, & huiuſmodi facere abhorrent, ſed tamen in cogitationibus, & aſpectibus, & locutionibus de illis peccatis delectantur, credentibus in talibus periculum non latere. Sed horum periculum multis patet exemplis. Artic. 6. 17

¶Primo, quia ſicut ex frequẽti guſtatione, põt homo inebriari. Audiui eñ de quodã, qui nõ bibit, ſed guſtauit frequẽter, & ebrius effectus, dixit nihil bibo, verũ dixit alius, ſed frequẽter guſtas, & illud tibi nocet. Et ſicut ex guſtu, vel hauſto paruo efficacis veneni moritur qs, ſicut ex magno tractu vnius ciphati, ita guſtantes cogitationes inordinatas. De qbus, Ro. 1. Euanuerũt ĩ cogitationibus ſuis. ¶Et ſicut venenũ, qđ ſerpẽti eſt vita, homini eſt mors. Ita turpes cogitationes, & locutiones malos delectant, quas tamen boni, ut mortem fugiunt, quia guſtatum affert mortem, ſtatim ergo illud expuunt de ore, ne guttur per oõſenſũ intret, & p delectationẽ exẽplo Chriſti, qui cũ guſtaſſet, noluit bibere. Exemplum. 18

¶Secun-

¶Secundo, quia ſicut capite ſerpentis intromiſſo ſequitur totum corpus, ſic in cogitatione cum complacentia, quæ eſt caput ſerpentis intromiſſa in animã, cito ſequitur opus, ſi aſſit oportunitas, quia dicit canon. q̃ dum in cogitatione voluntas non reprimitur, etiã in actione dominatur. diſt. 49. hinc. §. iugem.

19 Mulier ergo ſancta, i. ratio de qua. 1. Cor. 7. virgo cogit, vt in ſancta corpore, & ſpiritu, ſtatim conteret caput iſtius ſerpentis, antequã p delectationem cor intret, beat⁹, q̃ ſic allidit paruulos ſuos. In Pſal. 136. aliter periculum imminet.

¶Tertio, quia ſicut latrunculus per

20 feneſtram ſecretius intrãs magnis aperitur latronibus, ita talis cogitatio, & locutio magnis operibus peccatorum, & dæmonibus.

¶Sed ſunt aliqui, qui ſe exponunt talibus cogitationibus, & tactibus, & aſpectibus illicitis, dicentes ſe mereri in reſiſtendo operi nephario, & vbi plus eſt de tentatione, plus mereri.

¶Primo iſti mẽtiunt, quia non propter meritũ, ſed delectationẽ talia faciunt.

¶Secundo erãt, quia in illis peccant mortaliter. Sicut patet ſupra. e. c. 3. Et nõ debẽt fieri tm̃ malum, vt eueniat bonũ.

¶Tertio tales bródiarij uolentes brodium, ſed non carnes, vt dicunt, ſunt ſicut debilis, qui expectat quouſque inimici ſui ſint intra caſtrum, vel domum ſuam, & tunc cogitat ſe defendere, ſed cum inimici ſint fortes, & ipſe debilis, periculo maximo ſe exponit. Eſt ergo principijs obſtandum, quia qui principia talia admittit, faciliter ad maiora trahitur. Sicut guloſus ad coquinam per odorem quem extra ſentit, trahitur. Sicut tales ducũtur ad delectationes, vbi amittunt hæreditatem, & primogenita more Eſau, & ſoluunt ſimbolum æternæ damnationis. Sicut ergo odor guloſum, & latrunculus homicidas ſic cogitatio dæmones introducit.

¶Sed eſt aduertendum, q̃ aliquando talis latrunculus petitur ſe in hoſpitio

21 recipi ſub ſpecie pietatis, & charitatis, & iſte introducit alios, qui totum ſpoliãt, & occidunt, ſic diabolus mittit nonnullis cogitationẽ de familiaritate aliquarum perſonarum ſub ſpecie pietatis, & ſpiritualis amicitiæ, & orationis, cordi ſuggerens lucrum animarũ de tali ſocietate eſſe uenturum. & ſub tali obtentu, uenit quãdoque lupus in neſtimẽto ouis ad ouem, *nihil aliud prætendens, niſi humilitatem, nihil penſans*, niſi orationem, ſed tamen in rei veritate fur ille non uenit, niſi vt furet delectationes ſuas, uel lucra terrena, & macte animã, & perdat, Io. 10. Perdere faciat gratiam, & gloriam. Nota. F. 8. 9. Sed tamen ſub charitatis ſpecie venit, recipitur ad familiaritatem. Et ſub tali obtẽtu ingreſſus, eſt fur, & latrũculus foris ſpolians. Oſeę 7. Sicut patet. L. 7. 8. Si vero receptus fuerit alijs aperit, quia introduxit, vel ſecum ducit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe.

¶Primus eſt frequẽs viſitatio, & collocutio, ex quibus non ſine alijs malis 22 ſequitur temporis amiſſio.

¶Secundus anxia cogitatio, ne fortè ſupplantetur, & alius plus ametur. Iſti ſunt ciniphes Ægypti ſubtiliter cruciantes.

¶Tertius eſt aliquod apparens amoris ſignum, ſicut res data, uel munuſcula, ſeu manus in manu, quæ non erit innocens manus. Prouer. 11. Quia enim appetitu diligit, & ſic probatio dilectionis exhibitio eſt operis pro dilectionis probatione quam ore fatetur, ſignum aliquod quærit, quia generatio mala, & adultera ſignum quærit. Matth. 12.

¶Quartus eſt ſignatum, ſcilicet opus tenebrarum, ſicut de epiſcopo tangente ſanctimonialem in libro dialogorum beati Grego. de quo diabolus fuit, quaſi certus, quòd opus ſequeretur poſt tale ſignum datum, nec mirum, quia ſunt relatiua ſignum, & ſignatum, & talia poſita ſe ponunt, ſecundùm Philoſophum in libro prædicamentorum.

¶Quintus eſt infamia.

¶Sextus eſt peſſimum exemplum. 23

¶Septimus confuſio hic ſemper, & in futuro frequenter.

¶Isti ergo serpenti, & latrunculo est statim in principio resistendum, nec ad tempus est hospitio recipiendus: vnde Hiero. ad Eustochium virginem. Nolo, q̃ sinas cogitationes tuas crescere, dum paruus est hostis, interfice. Moraturus enim in deserto, catulum leonis statim interficiat, quia cum factus fuerit leo non poterit. Fatuus est ergo, qui dicit se morosis cogitationibus nõ posse resistere, & sperat se peccata consummata vincere, sicut confitens se debilem ad inuadendum catellum, expectat vsque dum fuerit leo fortis.

¶Idem Hiero. in epistola ad Demetriadem assuescat animus approbare, vel reprobare, quod cogitat, vt bonas cogitationes alat, & malas statim extinguat. Hinc nanque fons est, & origo peccandi, ibi maximè oportet obseruare peccatum, ubi nasci solet, statimque ad primam tentationis faciem, malum antequam crescat extinguere, dum adhuc est in cogitatione, & dum sic paruulos babilonis allides ad petrã Christum, ad peccatum operis non peruenies. Sic ergo si tibi dixerint tales cogitationes veni nobiscum, ne acquiescas eis, Prouer. 1.

24 ¶Quarto huius periculum patet, q̃ sicut bona cogitatio est nuncius, seu marscallus præparans hospitium Dei. Ita mala præparat diabolo, & secundũ, q̃ in una, uel in alia cogitatione delectaris, unus uel alius recipitur, beate ergo ille animæ, in quibus ipsi Deo, s. præparantur cogitationes. 1. Re. 2.

¶Tota vero ista custodia debet fieri à ratione, quæ ita omnia interiora, & exteriora hominis custodire debet, quẽadmodum domina ancillas suas in camera: unde beatus Grego. in moral. Si, inquit, à domo mentis ad monumentum ratio descendat, quia absente domina, cogitationũ se clamor velut garrula ancillarum turba multiplicat, ut autem ratio ad mentem rediret, mox tumultuosa confusio comspescitur, & quasi ancillæ se ad iniunctum opus tacitè reprimunt. Nota de hoc. A. 23.

¶Istius autem custodiæ difficultas patet, quia non est de actu cogitationis, sicut de operibus aliorum membrorum corporis, quæ impediri possunt quantumcunque uelit, quis quod appetitur. Sed quando voluntas vult cogitare, nul lus hoc prohibere potest. Huiusmodi ergo operis oportunitas facit custodiæ difficultatem, & maximè in his, qui sũt talibus cogitationibus, uel operibus malis assuet, quia plures muscę residentes super scabiosum caput, quàm super sanum, & libentius ad loca talia uolant. Tales reprehendit Christus. Matth. 9. dicens, ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. De hac difficultate dicit beatus Gre. 38. moral. super illo Iob. radices eius siccentur, &c. Nemo, inquit, cõfiderare valet, quàm mala per momenta temporum paruis cogitationũ motibus perpetramus, facilè est enim operã peruersa vitare. Sed nimis difficilè est ab illicita cogitatione cor tergere, & tamen scriptum est, uę uobis, qui cogitatis inutile. Mich. 2. Artic. 7.

CAP. XI.

Consiliariorum, quidam sunt boni, quidam mali. Bonorum vero. Primo ostenditur, electio. Secundo, veritas. Tertio, utilitas. Quarto, labor. Quinto, quòd irrationabiliter uituperantur. Sexto, quòd incorrigibiles fugere debet. Septimo malorum consiliatorum conditio, quãtum ad errores, qui eos sequuntur. Octauo erroris causa. Nono pœna. Decimo dominorum stultitia, qui tales non repellunt. Vndecimo, quare debent expellere. Duodecimo talium dominorum excusatio cum reprobatione.

¶Ad primum sic proceditur. In consiliarijs eligendis tria considerentur scientia, affectus, mores, tales enim eligendi Artic. 1.

Digitized by Google

eligendi sunt, in quibus sit scientia, tam diuina, quàm humana, quia eorum consilium non solum debet esse utile corporibus, qui reguntur legibus humanis, sed etiam animabus, quæ legibus regunturdiuinis. Exempla ad hoc. B. 2. 24. Si uero leges ignorant ecclesiasticas sic debent esse affecti, sic ante oculos plus habentes timorem diuinum, quàm humanum, quòd alios simul cum eis consulere faciant, qui leges sciunt ecclesiasticas. Sic etiam sint affecti, quòd illas audientes si contrarię sint eorum consuetudinibus, seu legibus, sicut patet. C. 8. 21. eas non spernent, sed effectui demandent consuetudines prauas reuocando.

2 ¶In moribus uero debent esse veraces, & iusti tales enim debuit Moyses eligere. Sicut patet. A. 27. 28. Sed quia veritas rigida aliquando parit odium, seu iram, debent in veritate facienda habere quandam curialitatem, & affabilitatem, ut sint omnibus, qui cum eis habent facere, opere ueraces, & sermone affabiles, & curiales, sic ueritatem faciendo, iram mitigabunt, quia teste Salomone, responsio mollis frangit iram. Sic erunt alter Dauid. De quo habetur. 2. Reg. 23. Sic ipse est, quasi tenerimus ligni vermiculus, quo nihil durius cũ tangit, quia durissima ligna penetrat, nihil mollius cum tangitur. Sic isti iustè tangendo rebelles, homicidas, & latrones, durissimi sint in opere. Si uero aliquo murmure, uel punctura, vel aduersitate verborum propter talẽ iniustitiam tangantur, mollissimi sint in responsione. Et sic tam ipsi, quàm domini illorum erũt dilecti, tam Deo, quàm hominibus, habens ergo talem dispositionem, quo ad scientiam, affectum, & mores omnibus alijs, qui istis essent reprobatis, consiliarius eligatur. Contra illud. Eccl. 6. Consiliarius sit tibi vnus de mille.

Artic. 3. 3 ¶Sed quia domini defectus in consiliarium redundant, quo ad infamiam, non solum debet alijs, ut dictum est, esse consiliarius, sed etiam domino proptio aperte veritatem dicere, ut sic dominum, uel benè ducat, ut saltem seipsum à culpa, & infamia liberetur. Exemplum ad hoc de Plutarcho philosopho. De quo recitat Vincentius, lib. de puerorum nobilium eruditione, quòd Imperatore Traiano cuius magister erat, libellum scripsit elegantem, cuius titulus est, Institutio Traiani, & incipit hoc modo. Plutarchus Traiano salutem dicit. Modestiam tuam olim non appetere principatum noui, quem tu semper morum elegantia mereus induisti, quo quidem tanto iudicaris esse dignior, quanto à crimine ambitionis uideris esse remotior. Itaque fortunæ meæ, tuæque congratulor uirtuti, si tamen quæ rectè gesseris, probe meruisti, alioquin te, & me periculis detrahẽtium linguis subiectum iri non dubito, cum ignauiam Imperatoris Roma non ferat, & sermo publicus delicta discipulorum in præceptorem refundere soleat. Sic Seneca Neronis sui merito detrahentium linguis capitur. Adolescentium suorum teneritas in Quintilianum refunditur. Et Socrates in pupillum suum fuisse clementior criminatur. Tu uero, quod vis geris rectissimis, si non recesseris à te, si primo te composueris ad uirtutem, recta uniuersa procedent politicæ constitutionis maiores tibi uires excluſi, cui si obtemperans Plutarchum habes auctorem uiuendi, alioquin præsentem epistolam testem inuoco, quòd in perniciem Imperij non pergis, auctore Plutarcho utinã Christiani, christianorumque consiliarij, ita veraciter eis consulerent, quòd veraciter dicere possent, quod dixit iste Saracenus. In perniciem pergis: me non auctore, quia defectus tuus mihi imputari non potest. Sed quia pauci sunt tales, quorum periculum patet. F. 31 35. qui talis inuenitur, admiratiue uocare potest admirabilis consiliarius. Esa. 9. Exemplum.

Artic. 3. ¶Talium uero consiliariorum habentium conditiones prædictas, me-

gna est utilitas, sicut patet. C. 10. 12.
Idem etiam hic ostenditur exemplis, & 4
auctoritatibus. Valde enim utile est ce-
co duci à uidente. Ita ignoranti ducis à
bono consiliario. Vilius est enim, & de-
centius habere duos oculos, quàm vnũ,
& utrunque sanum, quàm vnum sanũ,
& alium infirmũ. Sic in proposito duos
oculos habet, qui regitur consilio legis
diuinę, & etiam mundanę regulatę per
diuinam. Qui uero insciis est, nec con-
silio regi vult, cæcus est, nec tamen vult
duci, qui uero uno cõsilio ducitur, sicut
cõmuniter modo magni domini, q̃ to-
taliter unum habẽt, quasi Deum, & du-
ctorem, vel uno utitur, & regitur consi-
lio, scilicet mundano, in agendis suis, &
suorum regimine monoculus est. Qui
vero pluribus regitur consilijs, & con-
siliarijs, quorum aliqui aliorũ destruũt
consilium, sicut frequenter accidit, q̃
confessor secundùm legem diuinam ta-
num dat consilium, consiliarij vero se-
cundùm suas consuetudines, & abusus
illud destruunt, dicentes confessorẽ ne-
scire leges terræ. Et ideo inquiunt opor
tet nos in his, quę ad terrarum nostrarũ
regimen, & dominum nostrũ pertinent,
alio uti consilio. Et sic prochdolor cõsi-
liũ altissimi irritauerunt, in Ps. 106. Iste
habet unũ oculũ simplicẽ & sanũ, aliũ
vero nequã, & infirmũ. Si uero oẽs cõ-
siliarij sint boni, cõsiliatus, tamẽ secun-
dùm eorũ cõsilia operari nec regi vult.
Oculus quidem bonos habet. Sed po- 5
dagrã patitur, atque citrogrã, & ista in-
firmitas cõmuniter sequitur parlamen-
ta moderna, ubi multa dantur consilia,
sed nulla fit in opere executio. Ideo
merito uocatum est nomen eius parla-
mentum, quia ibi multa loquuntur, sed
in toto, uel magna parte est postmo-
dum mentitum, quod ibi fuit locutum,
& ordinatum. Cuius ratio in parte pa-
tet. E 1. 4. Nota. F. 1. 14 Et. O. 6. 71. optime.
Et. N. 1. 30. contra quem errorem,
Esaiæ 16. Deus clero præcepit remedium adhibere, dicens. In consilium, coge consilium. Quia clerus debet cum principibus consilium inire, & per tenebras ecclesiasticas eos cogere ad consilium tenendum. Huius consilij boni utilitas, ex multis patet sacræ scripturæ locis.

¶ Declaratur primo in exodo. Dum 6
enim Pharao Ioseph consilio regebatur, ipse & terra sua abundabat. Rege uero postea stulto ducto consilio, sequebatur populi innocentes crudelis oppressio, sequebantur etiam multæ, & miserabiles uiduitę, & in fine ipse cum consiliarijs suis terribili morte in mare interijt. Ex quo ergo, sicut dicit beatus Gregorius. Præteritorum exhibitio, est præsentium, & futurorum certitudo, consequenter potest dici, quòd uiduitę aggressæ, quæ istis accidunt temporibus, quàtum ad tẽpestates, & animalium mortalitates, & nobilium cum consiliarijs suis occisione, propter malum occidunt consilium, & propter innocentium oppressiones. Patet ergo, quòd sicut tunc 7
plus iuuit Ioseph consilio, quàm alij pompa, uel diuitijs. Sicut dicit Ambro. 2. lib. de officijs. Multo, inquit, vilius iuuit regem Pharaonem consilio prudentiæ, quàm si pecuniam contulisset, pecunia enim suam uix unius ciuitatis abstulisset penuriam, & prouidentia Ioseph totius Ægypti per quinquennium famem repulit. Patet ergo, quòd plus prodest, quàm fortitudo, quia consilium datum de filijs Israel fortitudine uincendis, eum cum consiliarijs suis submersit. Quia per beatum Gregorium, in moral. Valde fortitudo destituitur, nisi per consilium fulciatur, quia quo plus se posse conspicit, eo uirtus sine moderamine deterius in præceps ruit.

¶ Idem patet. 3. Regum 12. de Roboam quantum profuisset sapientum accepisse consilium, & quantum damnum de malorum habuit consilio.

¶ Idem patet. 4. Reg. 12. de Ioas re- 8
ge Iudæ, qui omnibus diebus Ioade sacerdotis eius consilio regebat, fecit rectum coram domino, mortuo vero

ipso

isto consiliario bono. Alio vsus cōsiliario à legitimis Dei declinauit. Cuius exemplo subditi vitiati sunt. Cum ergo tanta sit boni consilij vtilitas, & mali damnum. Beatus uir qui non abijt in consilio impiorum. In Psal. 1.

Artic. 4. ¶Sed quia teste Boetio de Consolatione Philosophiæ. Præsens fœlicitas, multis amartudinibus est respersa. In hoc articulo. 4. restat ostendere quomodo fœlicitas, seu utilitas in prædicto articulo tertio ostensa, multis tędijs, & periculis respersa est. Licet autē in parte ostēdit Vincentius libro nominato, 9 supra. e. c. 3. dicens. Est (inquit) graue familiaribus magna tuum, multitudo precum, quę ingeruntur, quę sine sint rationabiles, siue non, iras repellent superbi iudicantur, & odium incurrūt, si uerò porrigunctur, importuni iudicātur, & cōtemptibiles fiunt. Propter hoc dicit Oratius in libro epistolarum, dulcis in expertis cultura potentis amici est, expertus uerò metuit. Et potest adduci ad hoc, illud Gen. 25. de Rebecca, quę concipere multum desiderabat, sed post conceptionem dolorem sentiens, ait. Si sic mihi futurum erat, quod mihi necesse fuit concipere? Ecce tędij, & doloris in experta concipere optabat, dolorum experta, pœnituit. Sic inexperti uidentes confessores, & consiliarios, & familiares magna tuum honorari, & ditari, concupiscunt talem concipere, seu obtinere gradum. Sed experti dicta, & alia tędia, & pericula fugiunt, quę precipuè de duobus consurgūt. Vel quia multi irrationabiles petitiōes eis, 10 vel quia dum secundùm rationem duci nolunt. Et iste error intantum modo prævaluit. Quia sicut antiquitus fuit honorificum esse confessorem cōsiliarum, & magnatuum, quando sapientia, & ratione, & sano consilio regebantur. Ita modo est dedecus, & uituperium, quia ex eorum erroribus eruditor confusio generatur, & infamia, & non solum infamia, sed periculum in anima. Quia aut oportebit eum aliquando ueritatem dimittere, aut amicitiā domini sui. Vnde legitur in prouerbijs Sapientum, quòd si quis in clientęlam hominis fœlicis ac potēris peruenerit, aut ueritas, aut amicitia perdenda est. Quia, ut ait, Terentius in Andria, hoc tempore obsequium amicos, & ueritas odium parit.

¶Sed quia boni aliquotiens prædictū Artic. 5. laborem, & tędium pia intentione supportant scientes quòd magni sine consilijs esse non possunt. In hoc articulo quinto restat ostenderet, quàm irrationabiliter aliquando boni consiliarij, & familiares magnatuum uituperantur, quia contra rationem eorum errores 11 consiliarijs imputantur. Hoc autem ostenditur, tam quotidiano experimēto, quàm sacra scriptura. Quotidiano enim experimento videmus, quòd vir aliquis de pauperibus, uel popularibus quicunque, qui faciat totum quicquid sibi consulitur in confessione, uel sano consilio. Ergo quòd ipsi errant potius sibijpsis, & non consiliario attribuant.

¶Ex quo ergo hoc qlibet ī semetipso experitur, qua audacia imputant consiliario magnatum. Errores quos ipsi faciunt, qui in conscientijs propri js confessionibus suis non imputant mala, quę ipsi faciunt, bonos ergo cōsiliarios irrationabiliter uituperant, contra regulā iuris, quę dicit in sexto, quòd quilibet præsumitur bonus, quousq; probetur contrarium.

¶Idem patet ex sacra scriptura. 3. Re. 12 12. Vbi senibus, & sapientibus consiliarijs Roboam non fuit imputandum, quòd dura respondit populo, & amisit magnam partem regni, sed illis fatuis quibus adhæsit, sapientibus dimissis. Nec fuit Abdo prophetæ imputandum in malum, qui salubriter regem Hieroboam reprehendit. 3. Reg. 13. quòd uitulis immolauit.

¶Sed falsis prophetis, & sacerdotibus Baal, qui ei contrarium consuluerunt, & bonum prophetam apud regem uituperauerunt, persuadentes eum esse malum, quia infortunium ei accidit,

accidit,& hoc,q̃ leo eum occidit,à quò Deus eum præseruasset. Ad signa verò, quæ propheta ostendit,videlicet, quòd altare fuit diuisum, & regis brachium aruit.Respondit falsus propheta,asserēs hoc ex causa accidisse naturali. Sic in
13 proposito quando Dei minister reprehendit dominorum vicia, & falsorum consiliariorum adulationes, & ostendit pro signo crudelitatis, & peccati illorū quales uindictas modo acceperūt, quomodo similiter peccant, sicut tyranni prius leguntur peccasse,& similiter puniuntur.Sicut patet.B.2.47.nimijs pluuijs submergūtur,sicut in diebus Noe, & in bellis uincuntur, sicut ibidem patet falsi prophetę sentientes se esse tactos,recalcitrant prædicatori detrahentes, ad modum prædictorum prophetarum.Imponentes sibi similia,uel grauiora dicentes ipse est ita inuidus, uel cupidus,& quòd pro cupiditate totum prædicat, & quòd etiam libenter malè tractaret mulierem,& huiusmodi. Et si hoc de eo ostendere non possunt, hoc ostendunt de aliquo religioso, concludentes per vnum malum,illum de quo est sermo,& omnes alios esse malos. Ac si Petrum malum concluderent, quia Iudas malus erat. Quorum iudicium reprobabitur,infra de iudicio humano.
14 ¶ In omnibus istis locutionibus se habent, sicut latro, uel homicida, qui fugiendo,clamat.Accipite vel capite latronem fingens alium ante se currere, & fugens seipsum quasi ipsum sequentem,sed tamen ante iudicem verus latro uidelicet ipsemet,& non fictus quē videlicet fingit damnabitur, ita in proposito qui dicunt ipse est cupidus, &c. dum sic enim dicunt, alium latronem fingūt, & sup eū clamāt,& fortè credūt illo modo periculum peccati sui securius fugere, quia dum talia peccata in alijs fingunt, qui sunt magni, illorum peccatum uiderur eis leuius, sed coram Deo falsi latrones pœnam portabunt.

¶Post tales uerò persuasiones,respondent ad uindictas, quas prædicatores, quasi pro signo adducunt peccati, dicētes eas non esse uindictas à Deo inflictas.Sed uel à causa naturali, sicut accidit in pluuijs,& huiusmodi,uel ex fortuna, sicut animalium mortalitates,uel hominum in bello occisiones.Et sic adhuc falsi prophetę Hieroboam, & seipsos decipiunt Et quantum boni ædificant benè consulendo,mali destruunt consulendo cōtrarium. Et sic Chusi dissipat consilium Achitophel.2. Reg.17. 15

¶Nec fuit Micheæ filio Iemla.2.Regum 22.imputandum, quòd Iosaphat rex Iuda, & Achab rex Israel ascenderunt contra Iabas Galaad, vbi Achab occubuit,& Iosaphat fugit,Sed sibijpsis qui ei credere noluerunt, sed eius consilium spernentes, falsis cōsiliarijs crediderunt, inter quos vnus erat Sedechias nomine, qui ueram prophetam percussit,dicens, me ne dimisit spiritus domini,& locutus est tibi,q.d. Omnia facienda potius sunt mihi ostensa, & melius à me scita,quàm à te. Ita modo quicquid dicat Dei propheta in confessione,uel consilio, alius iurisperitus destruet dicens,illum scire bibliā, & missam suam, & huiusmodi. Talia uerò, quæ ad exteriora pertinent, sicut patet supra.e.c.4.ignorare, sicut dixit Sedechias de Michea. Et sic legisperiti consilium Dei spreuerunt, Luc.7.Abiecerunt legem domini exercituum,Esa.5. Et non solum legem Dei, sed etiam legem Iustiniani. Sicut patet.L.8.31.dicentes,dominis esse cōcessa bona naufragorum, dicentes etiam regibus pro iure fuisse conceſſum,quia Deus populo minabatur,quando regem petebant. 1.Regum 7. Sed in consilio illorum nō veniat anima mea.Gen.49.qui sic consilium altissimi irritauerunt, Psal.106. Nec Helię fuit imputandum peccatū Achab,quia quando sequebatur consilium suum,factum suum à Deo approbatur.Sicut patet.3.Reg 18.ubi de consilio suo occidit plus quam 1300 falsos prophetas, & sacerdotes, quando uerò sequebatur consilium uxoris suæ, factū suum à Deo reprobatur.e.c 5.sapientes habuerunt consiliarios, qui tamen in 16

multis

multis errauerunt eorum consiliũ spernentes.

¶Nabucho. etiam sapientem consiliarium habuit Danielem prophetam, qui ei consuluit Dañ.4. Dicens, Audi consilium meũ, & peccata tua eleemosynis redime Cuius consilium si audisset,non fuisset in bestiam mutatus.

¶In omnib' his patet,quòd mali habuerunt bonos consiliarios,& quod insuper illorum errores consiliarios imputari non debent.

17 ¶Sed pro certo licet inuidẽtes, & detrahentes consiliarijs magnatum causam prætendant in superficie: magnatum,ut dictum errorem, qui tamen eis imputari non debet, quãtum ad rei veritatem tres, uel aliqua de tribus vna, sunt inuidiæ,& odij causæ.

¶Prima causa est ex hoc, quòd alij nobiles,& diuites uident illos,qui sunt parentela,& nobilitate,& fortè corporum probitate minores esse in loco, & statu maior,graue est eis a talibus regi, tum tamen non nobilitate, uel parentelę dignitate, uel corporis probitate, sed animi uirtute,& sapientia respublica quietius regatur.Ex hoc eis inuidẽt, quòd illos quos inferiores reputãt, uel inferiores esse desiderant,uident fortuna maiores,& qui de persona,quã odio habent,vel aliquod malum,uel malefactum intentione suspicantur, totum peruertunt quicquid ab eis fieri uident, si gerat se, vt status requirit, ad superbiam gestum suum trahunt, si iniustũ agit,factum narrando augent, si iustũ, malam interpretantur intentionem. Nota. I.6.14.

18 ¶Secunda causa est ex hoc, quòd uenientes ad curiam magnatum pro negocijs suis expediendis non statim, vt uellent expediuntur, licet enim eos in his,quæ petunt expedire non deberẽt, vel non possent,totam moram illorum ibi eis imputant ad culpam.

¶Tertia causa est terrarum, uel diuitiarum appropriatio, de quibus licet, nihil iniustè faciat, licetq; minus requirat, quàm extra curiam feciſſet, totum ei ad perniciem imputatur. Et sic in omnibus istis patet, quòd arbor in monte situata, pluribus tempestatibus, & fortioribus exponitur uẽtorum turtorum turbinibus.

¶Ex istis causis,& præceptionibus, oriũtur quãdoq; confœderationes cõtra tales consiliarios,bella etiam,& seditiones in populo,nec sunt ista noua, sed antiqua nostris renouata temporibus.Omnia enim talia aliquis contigerunt temporibus. Sicut patet expressè de Daniele, cui multi inuidebant propter gratiam,quam habuit cum Dario rege Medorum, & cum Nabuchodonosor, fecerunt contra eum malitiosas confœderationes propter quas bis fuit positus in lacu leonum, à quibus illęsus exiuit,inimicis suis deuoratis ī momento, sicut patet Dañ.14.quia sic dominus dissipat consilia gentium. In Ps. 32.Sicut tunc ita, & nunc tales confœderatores mala morte dissipat, & Danielem innocentem liberat, quia consilium domini in ęternum manet. In Psal.32.& congruè dicit in æternũ manet, quia licet consilium malignantiũ ad tempus pręualeat.Danielem in lacu ponendo in hoc mundo: ubi benè est omnibus,qui malè agunt, tamen Dei consilio tales in æternum liberabũtur. Et hoc est consilium autem domini in æternum manet. 19

¶Ex illo articulo quinto infert sextus.In isto enim quinto dictum est, q; aliquando consiliarij stant cum malis pia causa,& intentione, ut uidelicet eos ad bonũ ducant. Sicut Ioseph Pharaonem ad prouidentiã contra famem, Daniel,Darium regem ad destructionẽ bellis,& malum sacerdotum, & draconis:sicut pater.Dañ.14. Et Hester regẽ Assuerum flexit ad misericordiam,& pseruauit à nece innocentum, ficut patet Hester.4.& 5.Omnes isti cum illis nominatis supra.c.c.11.& 12. Videntur quodammodo fuisse in curijs de familia, & consilio magnatum pro populi salute;& vt causas pauperum,& iustitiam promouerent. Arti. 6.

¶Videntes

20 ¶Videntes ergo ex parte dominorũ incorrigibilitatem, & quòd non poſſunt ad bonum flecti, & per conſequẽs, quòd ex parte illa nihil proficiunt, videntes etiam proprium periculum. Sicut patet, ſupra.e.c.9. Tales curias, & ſimilia fugiant, quia in caſu poſito, ceſſat cauſa pro qua prædicti prophetæ, & patriarchæ cum malis ſteterunt. Ergo exemplo illorum cum eis nõ ſtent, ſed fugiant. Exemplo hyrundinum, quæ ſecundùm fabulas ſocietatem auium dimiſerunt, nidificando, & cum hominibus, & in domibus conuerſando, quia illarum conſilio noluerunt linũ in flore deſtruere, antequàm ex eo fiorẽt laquei ad aues capiendum. Ita nolentes vti conſilio ad euitationem laqueorum diaboli, derelinquant. Exemplo Samuelis, qui Saulẽ reprobum dimiſit. 1. Reg. 15. Exemplo Heliæ, qui Achab fugit. 3. Regum. 19. Et exemplo apoſtolorum, videlicet Pauli, & Barnabę, dicentium 21 Actuũ 13. Iudæis uobis inquiãt, oportebat primum loqui uerbum Dei, ſed quia repuliſtis illud, & ĩdignos uos iudicaſtis uitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes.

Fabula.

¶Ecce dereliquerunt gentem, & genus proprium propter eorum incorrigibilitatem. Sic confeſſores, & conſiliarij incorrigibilem derelinquant, dicẽtes, illud Hiere. 51. Curauimus Babilonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam, & cauſam iſtius receſſus poſſunt allegare, dicentes illud Prouerb. 1. Deſpexiſtis omne conſilium meum.

¶O ſi ſic facerent omnes, qui conſilio corrigi nolunt confuſione corrigerentur.

22 ¶Sed contra iſta poterũt inſtare dupliciter. Vno modo dicendo, quòd per iſtam rationem Papa, epiſcopus, & quilibet rector deberet dimittere curam ſuam, quia aliquos uident ſub eorũ cura incorrigibiles.

¶Secundo inſtant, dicentes. Si ego recedo, alius mihi ſuccedet, qui fortè peius faciet, & ſic gloſantes cauteriatas conſcientias, ſcilicet occaſiones quærunt remanendi, lucri honoris, & delectationis cauſa, quam tamen ore non prætendunt.

¶Ad primum iſtorum reſponderur, quòd non eſt ſimile de conſilio, uel cõfeſſore, & de prælato, uel domino terreno. Primo, quia domini, & p̃lati habent vim coercitiuam, quòd poſſunt rebelles per pœnas coercere, & corrigere inuitos, quod non poteſt conſiliarius. Secundo, quia ex mora conſiliarij cẽ domino incorrigibili citius ſcandalũ oritur, quàm ex mora prælati.

¶In ſecundo dicto illorum dubium 23 aſſumunt, videlicet, quòd alius peius faciet fortè melius faciet, ponamus, q̃ peius facturus ſit, melius eſt tibi, quòd alius eum ad inferna euntem aſſocier, quàm tu. Prædictorum ergo antiquorum conſiliariorum, & bonorum uirorum exemplo tales fuge, vt ſis vnus de illis quos Deus promiſit ſe daturum. Eſa. 1. Reſtituam (inquit) iudices tuos, vt fuerunt prius, & conſiliarios tuos ſicut antiquitus.

¶Viſis in præcedentibus conditionibus conſiliariorum bonorum. In hoc ſeptimo articulo reſtat conditiones, & errores oſtendere malorum conſiliariorum. Arti. 7.

¶Quarũ prima eſt: nõ ſoliciras, ſunt enim ut communiter flexibiles ad omnem dominorum uoluntatem, ad modum arundis, quæ ad leuem uentum, ſeu tractum cui uolueris parti inclinatur, & ad modũ uincti in antiqua, qui diluuio, uel uento caput inclinat, & ad modum ramorum: qui inclinantur ad illam partem ubi arboris ponderoſitas inclinatur. Sic iſti ad voluntatem, 24 & uocem dominorum, Chryſoſto. in Homel. ſuper illud Matth. 22. Conſiliũ inierunt, ut caperent Ieſum, &c. quale conſilium, tales, & conſiliatores.

¶Secundo nimis elatę ſe habent, & cęteros contemnunt, venientes uerò ad curiam, non honorant, nec negotia expediunt, niſi magna dent munera quantumcunque iuſtam habeant petitionem.

tionē. Sed corū negocia plōgant, dicē tes, nullus nouit dūm tuū in curia ista.

¶Tertio communiter ex cupiditate nimis seipsis, & eorum nepotibus appropriant, & nimis subito exaltantur, sicut patet. A. 12. 5. 24. Et plus quærunt auantagium proprium, quàm domini & plus domini, quam Dei honorem, vel subditorum utilitatem.

25 ¶Quarto sunt nimis vindicatiui, propter illam enim familiaritatem, quam habent cum aliquo magno, uidentur sibi quòd se debeant de omnibus inimicis vindicare. Sicut Aman uoluit se vindicare de Mardocheo, & Iudæis per regem Assuerum. Hester 3.

¶Quinto dominos malè ducunt, vt sint prodigi quibus uoluntati eis, & alijs duri, quòd etiam quos non amant, nimis dure puniant: spoliant, & incarcerent, & occidant: quos uerò amant, uel qui eis munera dant, antequàm coram domino ueniant, statim obtinent, quod petunt & dominus qui lucrum non reportat: de iniustitia, uel cupiditate diffamatur, &c.

26 ¶Sexto sunt subdoli, & fraudulenti, occulte omnia mala procurātes, in publico amicitiam ostendentes, quia dum omnes consiliarij bonum vultum ostēdunt lęsio: nescitur de cuius consilio lędit̄. Et sic occulte super populum tuū malignauerunt consilium, in Psal. 72. Ad modum Iudęorum, quia Christum velatum percusserūt, dicentes, prophetiza, quis est, qui te percussit? Ad modum etiam illorum, qui ad illum ludum adhuc ludētes fortiter caput percutiunt, dum absconditur, sed dum caput uidendo eleuat, super eum rident, quasi nihil ei fecissent, sic adhuc vulpinus consiliarius, de quo Ecclesia. 19. in absconditis suis consiliabitur, supple ad alterius lęsionem in occultis, dum absens est, ei obloquitur, & detrahit, & cōtra eum consiliatur, sed in aperto eum confortat, & quasi compatiendo verbis condolet, & damnum suum plangit, ad modum filiorum Iacob, qui primo patrem grauiter tulerūt filium eius dilectum Ioseph uendendo, & postea cō uenerunt, ut lęnirent dolorem patris. Gen. 37. Et non solum sic eum consolantur, sed etiam alijs, uel aliorum consilijs damnum suum attribuere nitūtur, per modum admirationis, dicentes illud. Esa. 40 quis consiliarius eius fuit? Sic enim loquuntur. Sancta Maria, quis sibi dedit tale consilium, quare hoc pateris, quasi diceret, prophetiza, quis te percussit, Ięsus uerò, & si determinate respondere nesciat, secure autem potest in ḡnali respōdere, & dicere, illud Psal. 21. consilium malignantiū obsedit me.

¶Istis sex modis, sapientes consiliarij Pharaonis sibijpsis & dominis suis dederunt consilium insipiens. Esa. 19. Et sic Samson, id est prelatus, uel dominus terrenus, cęcus, id est in agendis insciius, uel malus, puero à puerili consilio, & malo ductus, colūnas domus cōcutit Iudicum 16. quia bonas personas ecclesiæ columnas, eorum consilio uexat. Quæ uerò alia mala, ex malorū sequuntur consilio. No. F. 1. ar. 7. p. totū. 27

¶Sed quia nihil sub sole sine causa, omnia hęc consiliatorū mala ostensa in articulo septimo, causam requirunt in isto articulo octauo. Malorum autē factorum, ut frequenter in consiliarijs est inordinata dominorum voluntas, vel propria cupiditas. Attic. 8.

¶Primum patet, quia cōsiliarij, & familiares dominorum ad modum galli super campanili, qui ad omnem uentū se uertit. Ad omnem domini vocem, uel inclinationem inclinantur, ipsi enim sciunt dominorum suorum affectiones, & passiones, siue ad cupiditatem siue ad uanitates, & nolentes eos offendere, consilium dant, ꝫm q̄ eis placere creduntVnde Seneca in epistola 81. Adulator planum cōsiliū dabit, q̄d deliberāti gratius fore suspicabitur. Nota periculum consiliatorum discordantium. P. 4. 31. 28

¶Est ergo radix mali cōsilii in petēte cōsiliū. Quia reuera moderno tpe multi non petūt cōsiliū, sed potius cōsiliū determinātj, anteq̄ petāt. Determinant. 29

enim

enim apud ſeipſos, vel forte cum vno ſecretius, quo crit: & poſtea propter modum alios conuocant ad cõſilia, & parlamenta ſua, & tunc negotium proponitur quaſi uellet de dubio conſilium accidere, ſed tamen in proponẽdo circunſtantias, & conditiones adiungi, vnam partem aggrauantes per quas cognoſcitur ad quã partem dominus inclinatur, & quàm prius determinauit, & quam vult ſimiliter habere. Prælati ergo, & alij conſiliarij, qui ſe ibi habere deberent, ſicut antiquitus ſolebant ad modum ſacerdotum, dicentes. Dominus uobiſcum, ſanum conſilium dando, ſecundùm Deum & rationem, facti ſunt in modernis conſilijs, & parlamẽtis loco clericorum reſpondentiũ, amẽ, quia ad illud quod vidẽt dominos velle fieri. Reſpondent amencita, fiat. Et ſic illi, qui libere reprehẽdebant, & detrahebant factis dominorum in hoſpitijs ſuis, uel antequàm eſſent de conſilio dominorum poſtquàm ſunt cõſiliarij, vel confeſſores eis aſſentiunt.

30 ¶Et eſt de eis ĩ hoc caſu, ſicut de auibus, qui in nemore libere cantant, ſecũdùm conſuetudinem naturarum, ſed in cauea cantant, uel loquuntur, ſicut audiunt homines ibi loqui, anglicum, uel gallicum, & ſic de alijs diſcunt eſſe linguam patriæ, quo ad aliqua verba. Ita tales non uolucres cœli, ſed inferni, congregati adinuicem, quãdo quæſtio fit à principe, uel potente, ubi poteſt habere pecuniam, p̃ quã emis, uel pro matrimonio filiæ, uel huiuſmodi: vnus illorum, qui forte habet primam vocem in atrio principis, cum quo fuit dominus confœderatus, antequàm ad conſilium conueniant. Reſpõdit, dicẽs: oportet uos habere taxã populi veſtri, vel decimum denarium eccleſiæ, quia ad illos ſubditos veſtros oportet uos habere in neceſſitatibus veſtris recurſum, poſtea petitur à ſecundo, & tertio, & omnes dicunt, quòd primus benè dixit, quia nullus vult offendere. Vltimo petitur à confeſſore, qui dicit mihi uidetur, quòd benè dicunt, qui ſi non eſſet in cauea illa aliter cantaret, ſed ibi amiſit illa ingenioſa didicit loqui, ſicut alios audiuit, de quo Nece. 13 loquebatur ſecundùm linguam populi.

¶Ecce quomodo omnes iſte aues cito didicerunt linguam primi loquentis. Vnde nox illorum eſt nos Echo, ſimilem uocem reſpondent. Vnde eſt de eis, ſicut de illis in domo pruinẽſi, in qua ſecundùm fabulas ſunt de omniũ hominum ſtatu aliqui chorciſantes. Iuxta quàm homines tranſeuntes, & introſpicientes chorciſantes, utpotè contra ſtatum ſuum facientes, contemnunt. Sed illi, qui extra eos iudicant ex curioſitate, uel quacunque cauſa domũ intrantes, ex domo, & conditione illorum de domo cõpulſi, cum alijs tripudiant, domus enim illius eſt naturæ, q̃ omnes intrãtes ſimili modo tripudiãt, ita multi dum ſunt pauperes, dum ſunt extra officia, & conſilia, & dignitates, & poteſtates, & prælaturas, quaſi extra domum pruinenſem illos, qui intra ſunt iudicant, ſed cum ad ſtatum illum peruenerint, neceſſitantur, vt ipſi dicunt, & alios informant, qui dicunt oportet nos ſic, & ſic facere, q̃a ſic fecerunt omnes p̃deceſſores noſtri, & ſic ſtatus noſter requirit, compulſi ſic, cum alijs tripudiant quos prius iudicauerunt. Iuxta illud Ro. 2. In quo enim alium iudicas, teipſum condemnas eadem enim agis, quæ iudicas. Sicut ergo illi, qui ſunt extra ſtant, & quemcunque iudicant, qui intra eſt, ſed intrantes eis conformantur, ſic conſiliarij, & familiares magnatum non exiſtentes de eorum conſilio, eis detrahunt, exiſtentes uerò blandiũtur, & adulantur. Vnde Seneca in extrema parte epiſtolarum. Falſi (inquit) amici pro conſilio adulationẽ afferunt, & vna eſt eorum contentio, quis blandiſſime fallat.

¶In omnibus iſtis exemplis patet, q̃ 32
mali domini cõſiliarios ad ſe inclinãt, & poſt ſe trahunt, & non econuerſo, q̃d tamen fieri deberet, & hoc eſt ſignum mortis æternæ. Quia ſicut ſignum vitæ corporalis eſt, quãdo medicina, uel ſuus

pars

pars superat infirmam, & uincit. Ita signum mortis est, quando infirmitas prævalet contra sanitatem. Sic in proposito, infirma pars est dominus malus, uel insciens, sanitas deberet esse consiliarius bonus, & confessor, magni consilij angelus. Applicatio patet. Nota de ista materia. C. 8. 3.

¶Sed non sine causa tantum nituntur dominis placere, oportet ergo huius causam quærere, scire uolentibus, quia scire est per causam cognoscere, causam ergo quærat numeri. 22. 23. de Balaam, qui cupiditate ductus dedit consilium Balac regi pessimum cõtra Deum, & constitutam suam, ne ei displiceret, & munera amitteret, q vult scire quale ei consilium dederat, videat magistrum in historijs super eundem locum. Ita isti uidentes consiliarios, & secretarios dominorum multas habere diuitias, delitias, & honores, & hæc omnia in seipsis habentes, uel habere sperantes, sicut patet. A. 15. 20. non libenter eos offendunt, sed eis consilium placens dant ne ista amittant. Et ideo nituntur benè esse cũ dominis, ut plus lucrentur. Vident enim, quòd illis de quibus fama laborat, quòd sunt benè cum dominis, multa dantur donaria, & cito ditantur. Vnde fertur, quòd quidã minus rogauit quendam regem, quòd eum ditaret, & tamen nihil ei daret, quomodo (inquit) rex, cui ille, solummodo, quod nobis placeat, quòd coram episcopis, & regni nostri proceribus potero nobis secreto loqui. Pro certo, sicut iste rogauit, quòd posset regi loqui propter auãtagium proprium, quia cogitauit, quòd si reputaretur benè esse cum rege multa lucraretur. Sic cõsiliarij, & secretarij, & seruientes nituntur dominis placere, non dilectionis, sed luci causa. Cuius rei signũ est, quia aliquotiens domini consiliarij, & specialiter reuolutores, & legisperiti, dominũ suum ponunt in brigis, dantes cõsiliũ de processu, & placito faciendo, dicentes nullo modo permittas ius tuũ perire. Et postea muneribus à parte susceptis, dant consilium de pace facienda, & dominus illorum uerecundiam, & ipsi pecuniam reportant, quo non facerent si dominos suos benè diligerent plusquàm lucrum proprium. Talis dominus dicere potest, illud. Psal. 21 consilium malignantium obsedit me.

33

Exemplum.

34

¶Iste præcedens articulus infert nonum. In præcedenti enim ostensum est, quòd mala, quæ magni domini faciunt partim procedunt à mala dominorum voluntate, partim à mala consiliariorũ voluntate, & quia nullum malum impunitum. Ideo iustum est in isto articulo nono ostendere, quomodo hæc mala à Deo punita leguntur. Artic. 9.

35

¶Et primo de consiliariorũ, de quibus principale est propositum horum pœna iusta, & debita est quadruplex; uidelicet gratiæ bonorum temporaliũ, & corporum, & cœli amissio.

¶Primo dico merito amittunt gratiam, & reportabũt malas grates, ab eis quibus inordinatæ, ut dictum est placere uoluerũt, & erũt in maximo odio, & hic, uel in futuro, sicut patet. A. 27. 42. Iustum enim uidetur, quòd gratiam quam inordinatæ quærebant amittant. Vnde fertur, de quodam nobili satis inordinato, q dicere solebat, quòd si magister suus, quem habuit, in iuuentute nunc uiueret, & haberet aliquam causam, uel quemcũque colorem, eum suspendi faceret, q̃a defectus meos ei imputo, quia non audebat me castigare, sciens me magnum futurum, & timẽs si me offenderet promotione fraudari. Ecce vnde credidit ei placere, finaliter & gratiam, quam inordinatæ quæsiuit, amisit, quia licet ad tempus à domino suo sic ei parcendo placeret, in fine qñ malum sensit, quòd ex tali iniqua placetia occurrit, displicuit, quod ei prius pepercit, quanto magis eis displicebit in alio seculo, quãdo ex tali placentia, sentient se damnatos, quantoque maiori odio habebunt tunc falsos cõsiliarios, confessores, & magistros. Nota ad hoc optime exempla, & historiam scripturam. A. 3. vbi tanti mali sequuntur. Exemplum.

36

¶Secun.

37 ¶Secunda pœna, ſcilicet amiſſio bonorum patet per hoc, quòd legitur in vi. Pa. de Marmo conſiliario Anaſtaſij Imperatoris. Cũ enim abbas ſaba cauſa eccleſiæ, & pauperum ad prædictum veniſſet Imperatorem, & omnia petita obtinuiſſet, prædictus conſiliarius ſuperueniens totum fecit reuocari. Cui cito poſt in vindictã accidit, quòd prædictus abbas longè aut prædixit, uidelicet, quòd omnia bona ſua prædicti Imperatoris mandato ei confiſcabãtur: & domus eius comburebatur, & ipſe de terra bannitus vagus exilium patiebatur.

Exemplum.

38 ¶Tertia pœna, uidelicet mors corporis, patet p hoc, quòd refert Eroſius, de quodam tyranno Cæciliæ, qui multum delectabatur in diuerſis, & honoribus hominum cruciatibus, cui quidam conſiliarius conſuluit, quòd thaurum eneum faceret, in quo poneret hominem, ignem ſuppoñedo, vt cum tormentum ſentiendo clamarent. Audiretur eorum clamor, quaſi quidam mirabilis mugitus, quaſi per os bouis miſſus, quòd cũ ei placuiſſet, & thaurũ feciſſet tormentum illud primo in eodẽ conſiliario probauit, & ſic alijs laqueũ parauit. Sed ipſemet incidit in eundem.

Exemplum.

¶Idem patet per hoc, quod legitur in uita ſanctæ Luciæ, quã torſit Paſchaſius, ubi legitur, quòd cecidit murus, & oppreſſit conſiliarium per cuius cõſilium hoc faciebat.

¶Figura ad hoc. 1. Paral. 27. & 2. Reg. 16. & 17. de Achitophel dante malum conſilium Abſaloni, quòd patri rebellaret. Ideo turpi morte, uidelicet ſuſpẽdio propriè manus uitam innuit. Sic Deus diſſipat oſſa eorum, qui hominibus pla. &c.

39 ¶Quarta pœna patet ex geſtis Caroli magni Imperatoris, vbi legitur, quòd ipſe in quadam viſione, ſeu oſtenſione ſibi facta, uidit conſiliario, & magnos cum parte, & auunculis ſuis in pœnis, & reſponderunt cauſam eſſe, quia nutrierũt brigas, & bella, ubi debuiſſẽt nutriuiſſe pacem, & quia plus ſequebãtur dominos ſuos propter cupiditatẽ, quã propter ſubditorum vtilitatem. In fine etiam oſtendebatur locus vacuus, & dictum fuit ei, quòd illum locum eſſet habiturus, niſi ſe emendaret. Et benè prophetauit de pœna talium conſiliariorum, dicentium legem, & iuſtitiam eſſe, ubi non ſunt. Ezech. 13. dicens. Væ (inquit) prophetis inſipientibus, quaſi vulpes in deſerto, prophetæ tui Iſrael erant, uident vana, & diuinant mendacia, dicentes, ait dominus, & perſeuerauerunt confirmare ſermonem, contra prædicantes, & reprehendentes eorum vitia, obſtinate defendũt, & hoc eſt, qã ait perſeuerauerunt, &c. Ideo ſequitur pœna tali cõſiliario, & obſtinationi debita. In conſilio populi mei non erunt, & in ſcriptura domus Iſrael non ſcribẽtur, nec terram Iſrael ingredientur, & cauſa redditur in hoc quod ſequitur, eo, quòd deceperunt populum meum, ſcilicet falſo conſilio, dicentes pax, pax, & non eſt pax, dicentes lex eſt, iuſtitia eſt, ubi non eſt. Videte, quàm conuenienter ſecundùm modum quo peccauerunt, puniuntur. Malè conſiliati ſunt. Ideo à iuſto iudice Deo, dicente in conſilio p. m. non erunt, ſcilicet in cœlo puniuntur. Quia etiam iniuſtitiam, vel ſcripſerunt, uel ſcribi fecerũt, in rotulis, & in ſacculis ſuis, ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt. Eſa. 10. Et multos in rotulis iniuſtè impreſſerunt, & vltra menſuram emendam taxauerunt. Ideo in ſcriptura domus Iſrael nõ ſcribentur, ſed in magno ſacco diaboli. Vnde cuidã tali ſatis tarde multis narrantibus dicitur accidiſſe, quòd cum in infirmitate eſſet confeſſus, confeſſore recedente vnus per tectum domus intrauit, quærens quid locutus fuiſſet cũ illo confeſſore, & ſaccului quem portauit tangens, & mirans aiebat, computa ſicut uis, in fine computabis cum iſto ſaccului nigro. De talibus, in Pſal. 68. Cũ iuſtis non ſcribãtur, Quia etiam terras malè acquirunt, & acquirere faciunt. Ideo ſequitur, nec terram Iſrael ingredientur. Aliam cauſam nota. D. 12. ¶

40

Exemplum.

Fruſtra

Frustra ergo dicunt. Credo uidere bona domini in terra uiuentium, dicentes pax, ore, sed non conscientia. De pœna
41 verò dominorum, qui utuntur, uel malum consilium sequûtur. No. A. 27. 59. nec mirum si confusionem, & pœnam incurrant, &c. sic confundentur sapientes consiliarij Pharaonis. Esa. 19. Et sic dominus reprobat cõsilia principũ. In Psa. 32. sicut patet. A. 15. 19 & A. 27. 59.

Art. 10. ¶Ex quo tot damna sequuntur malè consiliatos, & malos cõsiliarios, magna est dominorum stultitia, & periculum, qui tales consiliarios uel quærunt, uel retinent, quia quærunt cęcos, ductores, & speculatores, & claudos, & infirmos
42 portitores, & defensores, & insçios me-
Fabula. dicos. Talibus enim dominis nunc accidit, quòd olim secundùm fabulas accidit aquilæ. Hęc oculos habens infirmos, uoluit eorum habere medicum, qui compositum fecit ex duobus corruptis, de alijs, & huiusmodi. Vnde eius oculus totaliter eruit. Aquila habet oculos infirmos, quando prælatus, vel dominus affectiones habet inclinatas nimis ad cupiditates, quando totaliter vult esse lya, terrenis intẽdens, talis habet oculos ægros, qa semper fame scit. Iuxta illud insatiabilis est oculus omnis auari. Hic quærit ministrum consiliarium cupidum ad sanandum istam infirmitatem, qui colligit malè acquisita, & facit emplastrum reponens in cistis suis. Vnde meuris oculos excęcat, & animam perdit, & fit de Aquila, id est, qui Aquila esse deberet, talpa, uel strabo, terrenis totaliter deditus, quia plus in terrenis, & carnalibus, quàm in uoluptu delectatur contemplationis. Talis dominus in fine sentiens, damnum dicere potest. Oculus meus, id est, consiliarius deprędatus est animam meam. Nota de illis, qui tales quærunt, & diligunt ministros. A. 12. 43.

43 ¶ Tales non faciunt consilium sapientis. Ecclesia 8. Omni homini cor tuum ne manifestes, nec eorum utaris consilio, sicut nec omnem herbem, sed probatam, oculo appone infirmo. Si-

cut ergo herbæ ex quibus est emplastrũ pro oculo infirmo sigillatim examinantur, & virtutes illarum, antequã adinuicem componantur diligenter examinantur, sic debet discretus dominus sigillatum, antequàm ad commune consilium ueniat, singulos ubi ardua agitatur negocium examinare cõsiliarios, & singulorum diuisim scire uolũtates. Et hoc propter tres causas.

¶Primo, ut melius sciat negocium suum coram consiliarijs proponere, & carius de hoc quærere, nõ enim est cõueniens domino coram cõsilio suo esse insçium, & ignorantem talem enim in cordibus suis minus appreciantur.

¶Secundo, quia per istum modũ po- 44
test melius scire cuiuslibet sensum, & sapientiam, quando enim simul conueniunt, vnusquisque appodiat se illi, qui prius dixit, & dictum suum approbat, uel conducit, ad modum conductoris argumentorum in scholis, cum aliquo paruo additamento, & de se nihil dicit, sensus suos in communi sic probari non potest.

¶Tertio, quia sic melius ad rei soliditatem peruenient, uerbi gratia. Dominus recolligens omnes uias ei seorsum ostensas potest primo proponere.

¶Quid vobis vr̃ de uia ista, si uerò 45
illam rationibus reprobauerint, & ille, qui uiam illam ostenderat, nescit eam defendere, sit ei, sicut herba nociua oculo: si uerò eam approbant, ostendat tunc aliam uiam quærens si illa sit securior. Et sic usque perueniatur ad vnã viam, solidã, & sanam, semper ante mõtis oculos habens, illud Prouerb. 11. Vbi multa consilia, ubi salus, qui aliter facit non debito modo consiliando, nec cupidos consiliarios quærendo, uel eos ad se inclinando, gratis se submergit, sicut patet. C. 6. 22. Et talis facit contra doctrinam Pauli, 1. Cor. 4. Inter dispensatores (inquit) quæritur, vt fidelis, quis inueniatur. Inuentus verò carus habeatur. Iuxta illud Prouer. 14. Acceptꝰ est regi minister ītelligẽs. Exẽplo

Dauid dicentis, ambulãs in uia immaculata. Hic mihi miniſtrat, &c. Pſa. 100.

Art. 11. ¶Et ſicut bonus acceptandus eſt cõſiliarius, ita malus de cõſilio expellẽdꝰ eſt iuſtorum, ut impleatur, illud Pſal. 1. nec peccatores in conſilio iuſtorum. Exemplum ad hoc Valerij de antiquis, ſaracenis. A. 15. 26. Item in geſtis ſancti Silueſtri, quomodo Cõſtantinus Imperator fefellit crudele põtificum, & medicorum conſilium de ſanguine puerorum effundẽdo pro eius corporis ſanitate, & ſanitatem à Deo promeruit, tã corporis, quàm animæ.

46

Exemplum. ¶Exempla etiam ad hoc Chriſtianorum principum, quorum laus eſt in eccleſia, ſicut patet A 12. 18. & B 2. 24. Et ſancti Ludouici regis Franciæ, de cuius geſtis habetur, quòd cum nuncius ſuus de curia Romana rediens, ei nunciaret, quod ei impetrauerat uacationem omnium cathedralium eccleſiarum, id eſt, epiſcopatuum, bullam ab eo acceptam, proiecit in ignem, dicens, de alijs negocijs, de quibꝰ te onerauimus ſcimus tibi grates de iſto autem negocio, quòd impetraſti in periculum animarum noſtrarum, ſcimus tibi malas grates. Nota. D. 12. 4.

47 ¶Item de eodem legitur, quòd habuit vnum conſiliarium valde ſapientem in conſiliandis, & agendis, ſed tamen vnam cõditionem minus iuſtam habuit, quòd uidelicet ſemper uoluit per phas & nephas partem regis defendere, & facere regis auãtagium, ſiue eſſet iuſtum, ſiue iniuſtum, ſicut adhuc faciunt multi, qui citius uolũt excommunicari & à Deo, & eccleſia ſeparari, quàm dimittere quin faciant uoluntatem, & auantagium dominorum ſuorum, ut dicunt, quia in rei ueritate auãtagium non eſt, quòd in fine patebit, ſicut patet. A. 27. 43. Hunc ergo bis, aut ter ammonuit, quòd illam conſuetudinem dimitteret, quàm cum dimittere nollet, uocato eo coram conſilio ſuo, ait feci tibi ſecundùm euangelium te ſecretius ammonendo, ſed quia me nõ audiſti erit mihi, ſicut publicanus, mihiq; amplius non ſeruies, præceptum ad hoc habemus à Chriſto, dicente, ſi manus tua, uel oculus tuus ſcandalizat, &c. quia ſicut nõ quieſcit, nec gaudet, qui habet oculum dolentem. Ita qui habet talem oculum, uel manũ putridam, cuius corruptione periculũ imminet toti corpori. Sicut ergo caput ſenſatum membra cuſtodit. Ita dominus conſiliarios, & miniſtros examinat, & cuſtodiret pacificare, & incorrigibiles expellere habet aliter periculũ imminet ſibi, & ipſis Exẽplum ad hoc fingitur in fabulis, quòd tale monſtrũ dicitur fuiſſe inuentum habens caput hominis, ſed ex lateribus erant prominentia, quaſi capita plura draconum, & leonum, dum uerò caput hominis uigilabat, omnia alia capita ſteterunt in pace, dum uerò caput hominis dormiebat, alia inter ſe pugnabãt, & mala, quæ poterant facere attentabant & corpus corrodebant, & deſtruebant, qualitercunque fuerit de illo mõſtro. Iſtud frequenter modo contingit, quòd cũ capus, id eſt princeps, uel prælatus diligenter uigilat ſuper gregem ſuum, cõſiliari, & collaterales, & familiares, qui licet uoluntate ſint dracones & leones rapaces, tamen maliciam ſuam apertè non oſtendunt Dum uerò dormit uegligenter agendo, ſeipſos brigis, uel inuidijs, & ſubditũ corpus cupiditatibus deſtruunt. Omne ergo caput languidũ, & cor merens à planta pe. &c. Eſa. 1. Cuius caput infirmum. Rectè ergo dicitur Eccleſia. 10. ſecundùm iudicem populi, & miniſtri eius, hoc enim quotidiano uidemus experimento, quòd ubi dominus eſt morigeratus, uel non morigeratus talem inueniet familiam, qualis dominus eſt talis familia, qualis rector ciuitati, tales inhabitantes in ea, Eccleſia. 10. Nota I. 9. 19.

Exemplum.

48

Fabula.

49

¶Quia uerò ſuperius, c. c. 28. & hoc in fine etiam dictum eſt, quòd malum conſiliariorum ex mala uoluntate procedit dominorum, domini verò econuerſo ſe excuſant ab omnibus malis ſuis, dicentes ſe de conſilio facere, &

Art. 12.

licet

licet malum ſit de natura ſua, quod faciant, quãdo hoc de cõſilio faciunt alicuius reputatione ſapientis, malũ non reputant. Sicut accidit de quodam ſatis notoꝛ, qui habuit domum ſibi impignoratam pro pecunia, & eam occupando, plus ei ualuit ſecundùm æſtimationem annui redditus vno anno, quàm pecunia, quàm mutuauit, totam tamen pecuniam habere noluit, & cum ei diceretur à ſacerdote, quòd hoc facere non potuit ſine uicio uſuræ. Reſpondit habui conſilium à ſapiẽtiori, quàm tu ſis, & hoc fuit à quodã legiſta. De his eĩm, qui talibus informati malis malum faciunt, habetur. 2. Paral. 22. de Ochozia rege, de quo dicitur, quòd fecit malum in conſpectu dñi, ſicut domus Achab. Ipſi enim fuerunt conſiliarij in interitũ ſuum, nec tamen iſti prædicti, uel alij tali conſilio mala facientes excuſantur. Tum, quia lex dicit, quòd ex conſilio nullus obligatur. Et eſt caſus legis talis, vnus dat mihi conſilium, dicẽs pecuniã potius feneres, quàm prædia inde mas ex tali conſilio non ſum obligatus ad faciendum, nec de facto excuſatus, quia potui ab alijs explorare, an expediret, an non. Vt. ff. lib. 9. vi bo. rap. l. 1. in fin. Tum, quia quærere deberet conſilium de his, quæ ad animam pertinent. Ab his, qui habent ſcientiam legis diuinæ, ſicut patet, ſupra e. c. 1. quòd ſi non facit ignorantia eum non excuſat. Vt. ff. lib. 22. de iuris, & facti ignorãtia. l. 1.

Exemplum. 50 51 52

¶Item dicit lex, quòd principum cõſtitutiones nullus debet ignorare, uel diſſimulare. ut C. lib. 1. de iuris, & facti igno. l. conſtitutiones, quanto magis conſtitutiones, & leges diuinas.

¶Tum, quia ſciunt talia eſſe contra legem Dei, cuius legibus nõ obtemperant, ſicut patet de prædicto vſurario. e. c. ſupra 50. Sed potius peccatum defendunt, ex quo uidentur uoluntariæ ignorare, ſicut ille qui noluit, intelligere, vt benè ageret, & ignorantia effectata, ſecundùm omnia iura nullum excuſat. Dicit etiam lex, q̃ idem eſt ſcire, & ſcire debere. ff. li. 4. de fideiuſ. l. ſi ſe ius. Talis ergo non excuſatur, quia non deberet regi vnius conſilio, quia ſi ibi ſalus, vbi multa conſilia. Prouerb. 11. Ibi periculum, vbi vnius ducitur cõſilio, licet eĩm tales conſiliarij non obligent, tamẽ aliqualiter inclinant, ergo à conſiliario malo ſerua animam tuam. Eccleſiaſti. 37. de talibus cõſiliarijs malis. Nota. D. 12. 7. & 19 Item. M. 13. 9.

CAP. XII.

Compaſſionis.

Primo ponenda eſt materia, ſeu obiectũ. Secũdo documentum. Tertio experimentum.

Artic. 1.

1 Ad primum ſic proceditur. Materia propria compaſſionis eſt calamitas, ſeu miſeria rationalis creaturæ, quæ iuuari poteſt, non enim propriè reſpicit irrationalem creaturam, quia nec in natura, nec in corpore myſtico eccleſiæ nobiſcum conueniunt. Et ideo cum non ſint illius corporis membra uera corporis mẽbra eis non compatiuntur cõpaſſione illa, quæ eſt membri ad membrum. De qua. 1. Cor. 12. Si quid patitur vnum membrum compatiũtur o'unia. Nec etiam compaſſio propriè damnatos reſpicit, tũ, quia finaliter à corpore excluſi ſunt, tũ, quia iuuari nõ poſſunt.

2 ¶Eſt ergo materia compaſſionis calamitas animæ, uel corporis. Animæ verò eſt duplex, calamitas culpæ, vel pœnæ. Calamitas verò culpę, uel eſt culpæ propriæ, uel alienæ, & utraque eſt plangenda. Et ratio iſtius planctus, & compaſſionis, patet. C. 5. 7. Qui verò nõ plangit, ſtultus eſt. Vnde Aug. Plangis corpus ſupple alienum, uidelicet amici à quo receſſit anima, & nõ plangis animam ſupple propriam, uel alienam domum, de qua receſſit Deus, videns enim propriam, uel alienam adeſſe exiſtens in charitate, utrãque plangit, ſiue domus amici, ſiue inimici, exiſtens in charitate ei compatitur, exiſtens verò in odio, de tali inimici fortuna lætatur. Ergo à multo fortiori videns dõ-

Digitized by Google

mum animæ propriæ inflammatam à iehenna, i. igne infernali peccati, plangit, uidens etiam animam proximi tali igne accensam, cõpatitur, si est charitas Dei in eo. Videntes hominem pulchrũ ad suspendium duci, cõpatiuntur, dicẽtes heu, ꝙ tam pulchrum corpus debet sic mori? Et uidẽtes seipsos, & alios duci ad patibulum inferni nõ dolent, nec compatiuntur? Tales secundùm beatũ Grego. in Homel. de angelis plangendi sunt, quia non plangunt.

3 ¶Compassio uerò respiciens pœnalẽ animarum calimitatem. Est principaliter ad illos, qui sunt in purgatorio. Videns enim domum proximi ardere, nõ habet suam securã, immò iuuat ne sua comburatur. Et sic proximo in hoc casu compati debet eumq; iuuare, sicut vult in consimili casu iuuari, & ꝙ alij ei in consimili periculo cõpatiantur. Sic etiã compati debemus illis in purgatorio eosq; sic iuuare, sicut uolumus, ꝙ alij nos iuuẽt in eodem periculo. Matth. 7. Quæcunque vultis, ut faciãt uobis homines, & uos eadem facite illis.

4 ¶Calamitati uerò corporali subueniendum est subsidijs corporalibus, qa tunc perfectè cõpatitur, cum egenorum necessitatibus etiam cum dispendio ꝓprio subuenit. Exemplo manus, quæ in damnum proprium pro corpore se exponit ictumq; super se susçipit. Et Exẽplo pedis, qui pro corporis supportatione se in luto deturpat, sic verè cõpatiẽs pro reuelatione, vel resuscitatione peccatorum aliquando luto cogitationum turpium aliqualiter se maculat, dum in eorum confessione audit peccata. Ictum pro eis susçipit, quando laboribus pro eorũ adiutorio se exponit, dispendium pro mẽbris Christi patitur: quando sibijpsi subtrahit, vt egentibus tribuat. Hæc est uera cõpassio, quia ſm Beatum Grego. in moral. tũ plena est misericordiæ compassio cum malum inopie pro proximo susçipere non metuimus, ut illum à passione liberemus, quam pietatis formam mediator nobis Dei, & hoĩm dedit, qui cũ posset nobis etiã non moriendo succurrere, subueniret tamen hominibus moriendo voluit, &c. Sed heu nõnulli compassionis 5
formã à lapide potius, quàm à Christo susçipiunt. Videmus aliquando in istis magnis edifitijs vnum lapidem habẽtem os apertum cachinantem, & signã ostendentem ac si torũ supportaret edificium, sed tamen lapis planus quãdoque in angulo absconditus plus operi prodest, quia esse alterius magis est ad ostentationẽ, quàm ad supportationẽ. Rectè tale esse habent illi, q qñ audiunt clamorem pauperum perentium eleemosynam, quando etiam amici ostẽdũt eis infortunia sua, & amissiones quas ab igne, uel aqua, uel latronibus sustinuerũt ore aperto mala illorum, & dãna plangunt, dicentes doleo, Deus uos adiuuet, sed manum non porrigunt adiutricem dando & frumenta, & alia necessaria mutuãdo. De quibus 2. Thimo. 3. Habentes speciem quidem pietatis uirtutem autem abnegantes. No. simile. M. 8. 29 & P. 10. 5. Arti. 2.

¶Isti tamen, qui sic veritatem negant cõpassionis, & pietatis inexcusabiliter erant, propter multiplex quod habent verè compassionis documentum. 6

¶Habent primo uerè compassionis documentũ in natura brutali. Secundo in natura rõnali. Tertio in arte. Quarto in factis Saracenorũ. Quinto in scriptis Christianorũ. Sexto in opribus Christi.

¶Primum patet per hoc quod dicitur, ꝙ ad uocem elephantis, qui ceciderit omnes currunt, ut eum ꝓ posse subleuent, & adiuuent. Videmus etiam, ꝙ vno porco clamante, omnes cõcurrũt, & contra canẽ eum defendunt. Et istud dr esse naturale, quasi in oĩbus aĩalibus, exceptis canibus, qui laceratũ lacerant. Melius est ergo sequi doctrinã Iob. 12. qui ait. Interroga iumẽta, & ipsa docebunt te, naturã illorum potius, quã canum sequẽndo Nota. I. 6. 21.

¶Scdm documẽtũ est ĩ natura rõnali, 7
videlicet ĩ corpore humano. In quo videm⁹, ꝙ quocũq; corporis mẽbro læso, os aperit ad remediũ ꝗrendum, oculi

ad

ad uidendum cum effectu, auris ad audiendum, manus ad ligandum, & ista operantur quantum possunt cum effectu. Sic in corpore Christi mistico, de quo. 1. Cor. 12. Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Sicut patet. C. 4. 16. Sicut os uirtute sibi tradita, & auris, & oculus alia iuuant corporis membra. Ita tu si membrum est corporis Christi, cū gratia tibi tradita fratrem iuuas. Aliter non es membrum coniunctum Christo, sed membrum diaboli, & hoc certissimum est experimentum. No. M. 9. 5.

8 ¶Tertium documentum habetur in arte in qua uidemus, quòd vna ordinatur ad iuuandum, & ad supplendum, ꝙ alia non potest, ubi enim cemētarij deficiunt artifices lignarij perficiunt. Ita ꝙ ars cementarij ordinatur ad domus inceptionem, lignalia ad perfectionem. Vnus etiam lapis in pariete, alium iuuat, & supportat, sic deberet esse in arte animæ, quilibet deberet in statu suo alium supportare, & iuuare. Operarius laboribus miles defensionibus, clericus orationibus, & in istis artibus sic alternari debēt, quòd ubi vnus deficit, alius suppleat, uerbi gratia. Ars operarij camporum, uel aliorum artificum se nō extendit per uiam artis ad bonam expeditionem faciendam in opere militari i rebus bellicis, ergo ibi necesse est eorum defectum arte militari suppleri. Ars uerò militaris, bonum nō sortitur effectum sine consilio, & orationibus, sicut patet. B. 2. 14. Ergo istorum defectum necesse est suppleri per sapientes consiliarios, & iurisperitos, & sanctorū orationes. Et si sic se haberent membra corporis Christi, & artifices in ciuitate ecclesiæ nō est dubium, quin simul venirent ad ciuitatem Dei, de qua, in Psal. 86. Glorioſa dicta sunt de. &c. Et hoc satis pulchrè signatur per exēplum de cæco, & claudo uocatis ad regis conuiuium, qui inter se isto modo loquebantur. Cæcus ait. Ego sum fortis corpore, tu ergo ascende collum meum, & sic à me portatus dirige gressus meos. Et sic mutuo adiuti ad festum ueniemus. Sic laici habent laboribus, & eleemosynis ecclesiam. supportare, & clerum. Clericus uerò habet laicos regere. Alter ergo alterius onera portate: & sic implebitis legem Christi. Gal. 6.

Exemplum. 9

¶Quartum documentum est in factis infideliū. Valerius enim, lib. 5. narrat, quòd Marcus Marcellus captis ab eo Syracusanis cum esset in arce, & uideret fortunam opulentissimè ciuitatis, fleuit. Exemplum. 10

¶Quinto idem narrat de Tiro Romanorum Imperatore ciuitatem Hierusalem obsidente, quòd fleuit famem miseriam, & obsessorum mortalitatē, quantum ergo deberet compati miseriæ corporali, & spirituali gestis ꝓprijs Christianus, exemplo infidelium, qui sic corporali miseriæ compatiebantur; gestis alienæ. Exemplum.

¶Quintum documentum, patet per hoc quod legitur in uitaspa. de beato Antonio, qui quibusdam nolentibus fratrem semel pro peccatis suis expulsum pœnitentem, iterum recipere, misit dicens, nauis naufragium pertulit, & spoliata onera suo cum labore uenit ad terram, uos autem in litore vultis eam submergere, quasi, diceret, compatiēdo eum potius iuuare deberetis post tam miserum infortunium, quàm ad maiora naufragiorum pericula exponere.

¶Fertur etiam ad idem de quodam alio in pœnitentię uinculis astricto, qui Abbatem sumi ad compassionem uocādo ei scripsit, dicens, uerbera patris habes, uerba matris habe. Nota. E. 4. 2. 11

¶Totum istud confirmatur exemplo Christi. Cuius oīs actio nostra est instructio, secundùm beatum Grego. qui videns ciuitatem peccatricem, quo ad calamitatem culpæ, uidensq; miseriam corporum, & pœnalitatem vtriusque, tam corporis, quàm animæ venturam, compatiēdo fleuit super eam. Lucæ 19.

¶Tertium principale partim, patet ex dictis, supra eod. c. 2. 7. Partim patebit ex dicendis ex compassione, uel nō compassione potest, quis certissimum habere experimentum, uel signum euidens, Artic. 3. 12

euidens, utrum ſit diaboli membrum, an Dei: ſi enim calamitati ſpirituali, uel corporali membrorum Chriſti non cõpatitur, membrum diuiſum eſt à corpore Chriſti, & eccleſiæ, & ad membra pertinet diaboli. Membrum enim abſciſſum, & à corpore diuiſum, & ſi totũ corpus cum omnib⁹ membris reſiduis comburatur, non patitur, nec eis compatitur. Sic in propoſito membrum à Chriſto diuiſum per peccatum mortale, & ſi uideat omnia membra reſidua igne comburi peccat, non compatitur, ſed potius gaudet, quia ſolacium miſerorum eſt habere ſocios, tam in culpa, quàm in pœna. Iſtud uidemus in opere conſuetudine quotidiana, vbi vſum eſt, quòd lecator doleat de peccato alterius lecatoris, inquantum peccatum eſt, niſi fortè inquantum eſt in aliquo ſibi præiudicialis, immò facta aliorum lecatorum, & quales concubinas habent pulchras, ſolẽt cum gaudio, & riſu narrare. Sic de latronibus, ſic de uſurarijs, ſic communiter de omnibus malis patet, quòd membrũ diuiſum nõ dolet, quòd aliud diuidit, uel igne infernali, id eſt, peccato comburitur. Sed gaudet, & certum eſt, quòd qui ex deliberatione, ſic gaudet non eſt in charitate, quia 1. Cor. 13. dicitur de charitate, quòd non gaudet ſuper inquitate, congaudet autem ueritati. Si uerò non eſt charitate Chriſti corpori coniunctus eſt membrum diaboli, & membrum putridum, quia ſicut membrum à corpore ſeparatum corrũpitur, & putreſcit, & nec ſibi, nec alijs eſt utile. Ita corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum. In Pſal. 13. Nota. S. 2. 25. Hæc eſt dura ſententia contra multos, qui de conſuetudine audiunt, & narrant cum lætitia, & riſu, ut dictum eſt aliorum delicta. Sic ergo patet, quomodo experi-
13 mentum haberi poteſt, quòd quis mẽbrum ſit diaboli, ſi uidelicet ſpirituali non compatitur, ſcilicet animarum calamitati.

¶Quantum uerò ad compaſſionem, quæ pertinet ad calamitatem corporis, tales ſolent plus diuitibus infirmitatibus aliqua patientibus ſigna oſtendere compaſſionis, quàm pauperibus eos uiſitando, & conſolando eisq; conferendo, non charitatis intuitu, ſed lucri cauſa, ſicut frequenter viſitatur, arbor dum fructus in ea inueniuntur. Si uerò pauperibus compatiũtur, illam compaſſionem non opera, ſed uerba oſtẽdunt, ſicut patet, ſupra. c. c. 5. contra quos dicit beatus Grego. in quadam Homel. ſic (inquit.) Mens per compaſſionẽ doleat, ut etiam larga manus affectum doloris oſtendat. Et ſicut iſtis experimentis membra cognoſcuntur diaboli. Ita 14
contrarijs affectionibus, & operibus membra cognoſcuntur Chriſti, quia membrum viuum corpori coniunctũ, puncturam ſentit, & dolet in quocunq; membro. Sicut ergo quandocũque, qñ vnus aliũ percutit, uel pungit, alij trufando dicũt, quòd uoluit experiri, utrũ eſſet viuus, uel mortuus, ſic ueraciter experiri poteſt quilibet, ſi ſit ſpiritualiter viuus, uel mortuus. quia ſi percutiatur, uel pungatur aliquod membrũ ad corpus Chriſti pertinẽs, & eccleſiæ: aliqua, ſcilicet aduerſitate ſpirituali, uel corporali, & non ſentus, nec doles, es mortuus ſpiritualiter. Si autem anguſtias ſuas, ut tuas ſentis, uiuis in Chriſto, qui hoc vult, ut ſic ſentias. Vnde Hiero. in quadam epiſtola vult enim Deus vnumquemq; alterius anguſtias, vt proprias ſentire, & quomodo ſibi in tali tribulatione ſi eſſet ſubuenire cuperet. Ita ipſe alteri propter Deum ſubuenire nõ poſtponat. Nota de hoc quo, videlicet experimẽto cognoſcere poteris, an ad Chriſti ptineas corp⁹. D. 12. 3.

CAP. XIII.

Conuerſationis bonæ inter malos Primo, oſtendetur difficultas. Secundo, vtilitas. Tertio, male conuerſantiũ diuerſitas, & periculũ.

¶Ad

Artic. 1. ¶Ad primũ sic proceditur, sicut dif-
1 ficile,& rarũ est,quòd ouis sana diu inter scabiosas sine infectione, & ferrum in aqua sine rubigine maneat. Ita, & bonus cui dici potest,illud Apo.2. Scio ubi habitas,ubi sedes est Cathane,id est, inter peccatores,quin aliquo conscientiæ scrupulo maculetur, & maximè si fragilis,uel in cõuersatione bona tener sit,& nouellus, quia sicut paruus ignis, uel lumen in magno uento cum difficultate custoditur, & faciliter extĩguit. Ita talis faciliter cũ peruerso, peruertetur. Et sicut arbor in uia publica raro, & cum difficultate fructus ad maturitatem debitam perducit. Ita talis bona opera. Vnde Chryso. super Matth. Ho-
2 mel. 32. Arbor (inquit) iuxta uiam posita,nunquàm potest esse fructifera. Sic homo secundùm modum uiuens,nunquàm à peccato euadere potest, ut sit iustus. Frequenter enim transeũtes spiritus gemmas iustitiæ excutiunt, de ramis eius, antequàm flores appareant. Interdum etiam ipsos flores percutiũt. Interdum uerò etiam poma ipsa formata ante maturitatem deponunt. Rami enim sunt animæ sensus, de quibus omnia bona procedunt gemmæ sunt bonæ cogitationes,flores sũt bonæ uoluntates, poma sunt perfectæ iustitiæ opera,quia sicut ex ramis gemmę,& ex gemmis flores, & ex floribus poma. Ita ex sensibus cogitationes, & ex cogitationibus uoluntates, ex uoluntate opus procedit. Cum ergo homo cogitat de continentia eleemosyna, ieiunio, uel alio bono opere,uel etiam in uoluntate illud facere proponit, & seculi concupiscẽtia uictus illud dimittit, gemmas, uel flores, uel utrumque dæmones excusserunt si autem opera bona fecit, & iterum peccauit, & propter peccata sequentia bona opera priora perdidit,iam perfecta poma dæmones excusserunt. Ideo (inquit) sicut difficile est arborẽ, iuxta uiam positam fructus ad maturitatem seruare. Sic difficile est uirum fidelem,iuxta mundum positum, uel uiuentem in actibus eius iustitiam, usq; ad finẽ tenere. Qui vult ergo perfectus esse, faciat, ut facit auis, ut pullos producat,non nidificat in uia, sed in deserto. Ita dicat talis,illud Psal. 54. Elongaui fugiens, & mansi in solitudine.

¶Si uerò status, uel officij necessitas 3
aliquos mũdo exponit, non ibi mente morentur, sed sicut transeuntes per loca fœtida nasum obturant festinantes transeuntes. sic sunt illi cor obturantes, & uelociter fugientes eà, quæ in mũdo est cõcupiscẽtiæ corruptionẽ. 2 Petri 1.

¶Et non obstante illa difficultate, bo- Arti. 2.
norum conuersatio non est totaliter à malis tollenda, propter multiplicẽ indesequentem utilitatem. Est enim bonorum conuersatio inter malos bona. Ad propriam sui commẽdationem. Ad proximi emendationem, & ad diaboli confusionem. Primum, patet per hoc, 4
quia sicut rosa inter spinas, granum inter paleas. Loth in Sodomis, Iudith in medio exercitꝰ,& lecti Holofernis. Iob in terra Hus. Thobias inter Assyrios, & idolatras. Agnes in lupanari. Daniel in lacu Leonum custoditur à contaminatione. Et eo pulchriores,& commendabiliores apparẽt, ꝙ inter malos luxerunt potius,quàm si inter malos habitassent,sicut pulchritudo stellarum, & cãdeç potius apparet, & maior esse videtur denocte,quàm de die, sic cõstãtes in medio nationis prauę,ad quorũ rectitatur cõmendationem. ꝙ Christus eos misit,sicut oues in medio luporũ, & sicut luminaria illuminare his, qui in tenebris sedẽt, dicẽs eis: sic luceat lux uestra, &c. Et quãto uident peccati noctẽ obscuriorem tanto plus niti debent, vt maiorẽ lucẽ ostendant, quibus dr Philip. 2. Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Et quanto plus lucent intentione,ut alij ad bonum trahãtur inter quos habitant, tanto laudabilior est vita eorum, quia teste beato Gregorio, li. 1. mora. super illud. Iob 1. Vir erat in terra Hus,non ualde laudabile est bonum esse cum bonis, sicut bonum esse cum malis. Omnia ista exempla sunt contra illos. I. 10. arti. 3.

5 ¶Secundùm patet, uidelicet, quòd eſt ad proximi peccatoris emendationem, & ad imperfectorũ perfectionẽ. Quia ſicut ignis frigora, & lux tenebras. Ita charitatiua, & feruens conuerſatio, & ignitum eloquium bonorum, de cordibus malorum frigus, & tenebras expedit peccati. Et ſicut domus iuxta domũ accenſam, & carbo frigidus, iuxta viuũ inflammatur. Et Saul cũ miniſtris ſuis, cum prophetis prophetauerunt. 1. Reg. 19. id eſt, Deum laudabant ſecundùm magiſtrum in hyſtorijs. Sic peccator cum inflammato charitate inflammat, & cum laudant Deum, Deum laudat. Et cum Sancto Sanctus erit. Vnde Seneca epiſtola. 6. Nullas res magis animos honeſtate induit, & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum uirorum conuerſatio. Paulatim enim deſcendit in pectora, & uim præceptorum obtinet, frequẽter aſpicit frequenter uideri.

6 ¶Tertium patet, quia conuerſatio ſancta ſecundùm Iſidorum, lib. 2. Soliloquiorum. Ædificat proximum, confundit inimicum, glorificat Deum, obloquentes etiam, & detrahentes pacificat, & obmuteſcere facit à detractione, & ad Dei laudem prouocat: iuxta illud 2. Petri 2. Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, ut in eo, q̃ detractant de uobis, tanquam de malefactoribus ex bonis operibus uos conſiderantes glorificent Deum.

Artic. 3. ¶Conuerſantium uero diuerſitas eſt triplex. In quibuſdam enim conuerſatio exterior, & cordis, compoſitio inte-
7 rior concordant in bono, & illa cõuerſatio eſt bona, ſicut liber, quãdo textus, & gloſa concordant. Sicut patet. C. 7. 19. & 20. In aliquibus uerò cõuerſatio exterior eſt ſatis eſt compoſita in ueſtimẽtis ouium, ſed intrinſecus eſt peſſima, quia ibi ſunt lupi rapaces. Et talis conuerſatio non eſt utilis ad ſalutem, quia ſicut cortex pomo coniuncta eſt vtilis, quia pomum habenti conſeruat, ſeparata verò inutilis eſt. Ita conuerſatio coniuncta, & copulata bonæ uitæ utilis eſt, ſeparata uerò, Hyppocriſis eſt. Et ſicut cortex ſuper pomum putridum, quos ab hoc errore reuocat Petrus, dicens. 1. Pet. 1. In omni conuerſatione Sancti ſitis. Ita uidelicet, quòd conuerſationi exteriori correſpondeat, & ſanctitas interior, ſicut in Deo, & hoc eſt, quod ſequitur, Sancti eritis mihi, ſicut & ego Sanctus ſum.

¶Tertijuerò econuerſo, licet exte- 8
rius oſtendant conuerſationem ſatis inordinatam, in habitu, in geſtu, in aſpectu, & familiaritate, & locutione ſuſpecta, dicunt tamen ſe munda habere conſcientiam interius. Ideo dicunt ſe non curare de hominũ iudicijs, quæ ex tali oriuntur cõuerſatione. De quibus infra. F. 5. 7. Sed difficile eſt eis credere in hoc dicto. Et ſpecialiter, q̃ Auguſt. in regula, uidetur eſſe alterius opinionis, ut ait: neque (inquit) dicatis uos animos habere pudicos, ſi oculos habetis impudicos, q̃ impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius. Sicut enim per fumũ, qui per feneſtras exit, cognoſcitur ignis eſſe in domo. Ita per exteriorem cõuerſationem, ſcitur qualis ignis ſit interior. Eccleſiaſti. 19. Amictus corporis, & riſus dentium indicant de homine: Sicut vrina, & pulſus, indicant infirmitatem.

¶Et ponamus, q̃ verũ dicant. Adhuc 9
tñ talis conuerſatio eſt periculoſa, & ſibijpſis, & alijs. Primo ſibijpſis, q̃ ſicut cortex eſt ad decorẽ, & conſeruationem pomi fractio uerò corticis eſt ad pomi putrefactionem, quia aer intrat, & pomum corrumpitur: ſic ordinata cõuerſatio eſt ad magnum vitæ decorem negligentia uerò ordinatę conuerſationis eſt uitæ bonæ & conſcientię corruptio, & putrefactio: quia dum exterior conuerſatio eſt leuis, & os pronum ad loquendum, & aſpectus, & aures ad omnia vana intente maiora peccata p̃ portas illas apertas facilius intrant. Talium periculum inſinuatur vbi per prophetam conſimilibus, dicitur, mors intrauit per feneſtras, &c. Nota. F. 2. 3.

¶Alijs etiam eſt periculoſa, quia ipſi 10
potius

potius sequuntur & exempla capiunt à conuersatione, quam uidetur, quàm à conscientia, quam non vident. Ideo Seneca epistola. 5. Tales ammonet, dicēs. Id agamus, inquit, ut meliorem uitam sequamur, quàm vulgus, alioquin quos emendare volumus fugamus, & à nobis auertimus. Patet ergo, ꝙ sicut arbor sine cortice, nec cortex sine arbore crescere potest. Ita nec uita sine conuersatione, nec conuersatio sine uita crescit ad salutem, ergo in timore incolatus uestri conuersamini. 1. Pet. 1. Quia secundùm Chrysostomum super illud uidens arborem fici, &c. Sicut melius est, ut nec sit arbor, quàm ut sit quidem, & fructum non faciat. Ita melius est, ut nec sit homo Dei, nec nomen ministri eius, uel christiani habeat, quàm vt sit quidem, & conuersationem secundùm Deum non habeat, qui enim tuus non est, si tibi non obaudit, non doles, de illo autem grauiter doles, qui tuus est, & contemnit, & alijs seruit. Sic Deus non tantum alieno, & à parte diabolo seruiente irascitur, quantum de suo diaboli faciente uoluntatem. Ex ista auctoritate patet, ꝙ tollerabilior erit damnatio infidelium, quàm falsorum Christianorum, & laicorum, quàm clericorum, seu prælatorum, qui nomen habēt dignitatis, sed non conuersationem. Nota. D. 1. 18. & E. 4. 39. Item. O. 6. 14. Ibi enim nota leges ad propositum istius capituli.

CAP. XIIII.

Ordium bonorū. Primo, ostendenda est conditio, seu dispositio. Secundo, prēparatio. Tertio, curialitas. Quarto, eleuatio. Quinto, custodia. Sexto, vtilitas. Septimo, experimentum. Octauo, malorum cordium periculum.

Ar. 1. ¶ Ad primum sic proceditur. Debita cordis dispositio quinque requirit conditiones, uidelicet integritatem, pulchritudinem, simplicitatem, humilitatem, & bonorum operum fœcunditatem.

¶ Prima ergo cordis dispositio, ad hoc, ꝙ Deo placeat est, ꝙ totaliter, & integraliter in Deum conuertatur, iuxta illud Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde uestro. non sicut qui unū peccatum dimittere uolunt, sed non aliud contra quos. C. 6. 12. Vel qui amicos diligere volunt, sed non inimicos, vel qui de vno confitentur, non de alio, vel sicut segniter, & accidiosè agentes ea, quæ ad salutem pertinent, isti non couertuntur totaliter. 1

¶ Alij sunt, qui ad tempus totaliter conuertuntur, quia cum magno feruore confitentur, & bona uota faciunt, & quandoque opera incipiunt, sed cito ad peccata reuertuntur, uel contra uota, uel promissa operantur. Et isti non integraliter conuertuntur, quia cor illorum non uidetur esse integrum, sed diuisum, uel fractum, quia sicut uas parū fractum impetuosa liquoris infusione intantum impleri potest, ꝙ non appareat, ꝙ fractum sit: quia ad tempus plenitudinem suam retinet, sed paulatiue totum effunditur. Sic corda instabilium feruentium, tamen in principio videntur tota, quandoque deuotionis gratia impleri ꝙ nulla in eis spiritualis apparet fractura, sed tamen paulatiua refrigeratio deuotionis, & feruoris, & opus contrarium contra promissum, vel votum, vel bene inceptum ostendunt, ꝙ fractum est cor illorum ad modum vasis, quod liquorem infusum diu non retinet. Eccles. 21. 2

Cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit. Ergo sicut corde uiolenter perforato, uel diuiso, uel fracto sequitur mors corporis. Ita quando spiritualiter, ut dictum est perforatur, uel à Deo diuiditur, mors sequitur spiritualis. Osee 10. Diuisum est cor illorum, nunc interibunt.

¶ Secun-

¶Secunda conditio eſt ſpiritualis pulchritudo, quæ ex tribus conſurgit. Primo ex Dei impreſſione. Secundo ex morum coloratione. Tertio ex legis diuinæ meditatione. 3

¶Primum, patet quia ex impreſſione ſigilli, vel ſigni in ceram bene diſpoſitã non nimis mollem duram reſultat in cera pulchritudo imaginis ſigilli. Sic ex impreſſione Dei, qui in hoc ſe offert, & exponit ad modum ſigilli, iuxta illud Cant. 8. Pone me, vt ſignaculum, &c. In cor hominis bene diſpoſiti, qui bona conſcientia dicere poteſt illud Pſal. 21. Factum eſt cor meum, tanquam cera non frigida, uel dura, & indiſpoſita, quia inflammatum eſt cor meum, in Pſal 72. Pulcherrimam imprimit ſimilitudinem, ſicut patet. A. 10. 2. Et ſicut exul uidens cartam reconciliationis, & pacis ſignatam ſigillo regis, ſicut etiam habens cartam regis, uel alterius domini eius ſigillo ſignatam, in qua eum facit hæredem, de magna hæreditate ſpe gaudet. Ita qui in carta cordis inuenit ſignum, cui contradicetur, i. Chriſtum per quod reconciliatur, & filius Dei fit, & hæres, ſicut patet. A. 10. 2. multum lętatur, dicendo illud Pſal. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, dediſti lætitiam in corde meo. Ita perdens illud ſigillum multum triſtatur.

4 ¶ Secundo iſta pulchritudo cordis conſurgit, ex morum coloratione. Sicut enim pulchritudo cęli conſurgit ex decore Solis, & Lunæ, & ſtellarum. Sicut etiã pulchritudo domus religioſorum cõſurgit ex bona ordinatione clauſtri, & aliorum ędificiorum. Sicut etiam pulchritudo eccleſiæ in parte conſurgit ex pulchris picturis, & imaginibus, & ex debita ſituatione, ita ꝙ pars eius principalis, uidelicet chorus reſpiciat Orientem Ita pulchritudo cordis, quod eſt cœlum, & ſedes Dei: ex hoc conſurgit, ꝙ ibi eſt Sol iuſtitię, & Luna plena beata Virgo Maria, & ſtellę Sancti, & Sanctę per dilectionem, & iugem meditationem, & morũ imitationẽ, ſic circuncidet dñs cor tuum, vt diligas. Deut. 30.

¶Iterum cordis pulchritudo, quod debet eſſe domus religioſa conſurgit ex debita diſpoſitione clauſtri, uidelicet quatuor uirtutum Cardinalium. Iuſtitię, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ, refectorium pauperum infirmatorium miſerorum per ſubuentionem, dormitorium pacis, & quietis, chorus feruentiſſime laudis diuinæ. iuxta illud, Eccl. 47. De omni corde ſuo laudauit dominum, & in Pſal. 118. Clamaui in toto corde. Iterum cordis pulchritudo, quod eſt eccleſia, in quas Deus laudatur, ut dictum eſt conſurgit ex debita ſituatione. Ita ꝙ principalis intentio ſit in Deum directa, & ad Deum ſit principaliter apertum, ſicut in eccleſijs cõmuniter pulchrior pars, & pulchrior feneſtra reſpicit Orientem: per quam tota eccleſia illa illuſtratur, & decoratur. Ita cor noſtrum ſit apertum ad Deum, quia oriens nomẽ eius, & niſitauit nos oriens. Luc. 1. quod pulcherrime ſignatum eſt. Exodi 26. Vbi habetur, ꝙ tabernaculum clauſum erat tribus parietibus, uidelicet aquilonari, meridionali, & occidentali. Ad Orientem vero apertum erat. Ab Oriente enim Solis patebit introitus, vt ſolis radijs illuſtraretur. Ita cor noſtrum claudit debet ad meridiem proſperitatis, & diuitiarum, ne nimis appetat, uel diligat, iuxta illud, Pſal. 61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Et ad aquilonem aduerſitatis, & perſecutionis, ne nimis timeat. Et ad Occidẽtem recidiuationis, ꝙ nõ redeat ad peccata præterita, quæ per penitentiam occubuerunt Sed Deo aperiri, & tradi debet, ſicut caſtrum vero domino, qui fecit illud, iuxta illud Eccl. 39. Iuſtus cor ſuum tradet, &c. 5 6

¶Et hoc oſtendit forma eius naturalis. In qua videmus, ꝙ apertum, & latum eſt cor ſuperius, & ſtrictum, & clauſum inferius, in ſignum, ꝙ ſit ſpiritualiter ad terrena, & inferiora ſtricti iuris, ſit, & ſolummodo, ut neceſſitas requirit ea, quaſi in puncto neceſſitatis tangat. Deo vero eleuetur, & large aperiatur, iuxta illud. Tren 3 Leuemus corda noſtra 7

ſtra cum manibus aſt dominum. Sic ergo pulchritudo iſtius eccleſiæ, patet. Primo ex debita ſituatione. Nota. G. 3. 9. & V. 3. 1. Secundo ex picturis, & imaginibus. In ea enim debet eſſe imago crucifixi per pœnitentiam, & iugem meditationem. Apoſtoli martyres, confeſſores, & uirgines per uitæ imitationem, horum enim exempla debent eſſe ſcriptura in cordibus noſtris. 2. Corin. 3.

8 ¶ Tertio iſta pulchritudo conſurgit ex legis Dei meditatione, pulchritudo enim eccleſiæ non ſolum conſiſtit in ſituatione, uel picturis, de quibus prædictum eſt, ſed etiam in copia uerorum librorum, qui ad cultum Dei pertinent, in ſignum cuius, qui oſtendit conuentum, uel eccleſiam ad loci commendationem libros etiam quandoque oſtendit. Sic ad commendationem cordis ad hoc, quòd recte ſituetur, & moribus decoretur, & à Deo illuſtretur, addere, & oſtendere oportet, quòd lex Dei eius in corde ipſius, in Pſalm. 36. Tanquam pulchra libraria ad Dei cultum pertinens.

9 ¶ Tertia conditio ad debitam cordis diſpoſitionem requiſita eſt ſimplicitas. Prædictum eſt, quòd Deus ſe habet ad modum ſigilli, cor ad modum cereę ſigillandę. Inter ſigillum autem, & ſigillandum neceſſaria eſt proportio ad hoc, ut tota ſimilitudo imprimatur. Ita, ꝙ pars ſigilli correſpondeat parti, & totum toti. Cum ergo ſigillum ſit ſimplex in natura habens tres perſonas, quaſi tres angulos oportet cor ſigillandum, ſeu animā eſſe ſimplicem habentem tres potentias, quaſi tres angulos proportionatos. Ita quòd memoria correſpondeat Patri, intelligentia filio, uoluntas Spiritui Sancto. Ad hoc, ꝙ tota Deo aſſimiletur: Si ergo cor ſit diuiſum p inordinatos amores, vel duplex per falſitates, & inſtabilitates. De quibus, in Pſal. 11. Corde, & corde locuti ſunt, vel memoria ſit de malis, quæ ſuſtinuit, vt vindicetur, non ſigillatur nec aſſimilatur à patre miſericordiarum. Si intelligentia ſit, ſicut de illo, qui noluit intelligere, ut bene ageret. Si uoluntas ſit potius ad delectabilia ſecundùm carnem, uel mundum, nō eſt proportio, nec inuenitur in cācellaria Dei ſigillum ad ſigillādum ceram iſtam, vos ergo, qui vultis ab eo ſigillari eique aſſimilari in ſimplicitate cordis, quęrite illum, quoniam inuenitur ab his. Sap. 1. Et hoc ſentite in uobis, quod & in Chriſto Ieſu, &c. Phil. 2. ſcilicet vnitatem, charitatem, ſimplicitatem, & *pœnalitatē*, humilitatem, memoriam *intelligentiā*, & uoluntatem bonorum, & omniū uirtutum. Ad hoc, ut cor noſtrum ſigillandum ei proportionetur, & ſigillationē, & aſſimilationem uere petere poſſimꝰ, & gratiæ, & gloriæ, dicentes, cum Ezechia rege Iuda. 4. Reg. 20. Obſecro domine, memento, quomodo ambulauerim corā te in ueritate, & in corde perfecto. Et quod placitum eſt coram te fecerim. Ille habuit ceram diſpoſitam, & ideo meruit ſigillationem. Et illi adiecta eſt uita quindecim annorum, & iſti adijcietur uita æterna. Nota P. 2. 23.

10

11 ¶ Quarta conditio ad debitam cordis diſpoſitionem requiſita eſt humiliatio. Et hoc rationabiliter, quia rationabile, & congruum eſt, ꝙ diſpoſitioni in natura correſpondeat diſpoſitio in arte, & moribus, quia ars perficit naturam, ſecundùm Philoſophum. Sed diſpoſitio eius in natura in parte ſuperiori, in qua Deum reſpicit eſt forma, & figura rotunda, & circularis. Corpus autem rotundum cum difficultate contra montem aſcēdit, ſed ſemper ima petit. Ita cor quod Deum reſpicit, quod habet figuram, & motum perfectum ſupple circularem, ſicut prædictum eſt de Ezechia, qui ait corde perfecto, &c. Cum difficultate aſcendit ad *honore*, dignitates, vanitates, officia, & *huiuſmodi*, ſed deſcendit faciliter ad ualles humilitatis, laboris, & huiuſmodi, ut forma in arte, & moribus, correſpondeat formę in natura, & textui correſpondeat gloſa, ne liber deſpiciatur, & reprobetur,

probetur, ſicut ille. C.7.20. Sed ab illo examinatus recipiatur, de quo in Pſal. 50. Cor cõtritum, & humiliatum Deus, &c. Ad hoc ergo, ut iſta aſſequaris deprime cor tuum. Eccl. 2. Non ſic Guido. R. ſ. 2.

12 ¶Quinta conditio ad bonam cordis diſpoſitionem, & oſtenſionem requiſita eſt bonorum operum fęcunditas, hoc enim arguit poteſt ex eius in natura coporis ſituatione. Albertus enim, ſuper Lucam dicit, quòd cor iacens in ſiniſtra parte aliqualiter ad dextram inclinatur, & ideo motum, & calorem citius immittit ad dextram partem, quod patet ex hoc, quòd naturaliter dexter pes, & manus, ut communiter citius mouetur. Et ſicut ad dexteram inclinatur ad opera naturalia. Ita ad dexteram moueri deberet ad opera ſpiritualia, & hoc uidetur natura oſtendere. Illorum ergo cor contra naturam, & male inclinatur, & ſituatur, de quibus, dicitur Matt. 15. De corde enim exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.

Ar. 2. ¶Et quia prædictum eſt in prędcedenti articulo, ꝙ cor eſt templum clauſtrũ,

13 & libraria Dei. Huiuſmodi autem officijs digne non fungitur ſine præparatione debita præcedente, omnia diſplicentia de hoſpitio, & templo tanti regis ęjiciendo per contritionem, & confeſſionem. Hierem. 4. Laua à malitia cor tuum. Quis audiret in domo fideliſſimi regis, & iuſtiſſimi iudicis, & honeſtiſſimi receptare in præſentia eius furta, exercere fornicationes, homicidia, & huiuſmodi, quis eſt, qui non ſtatim abijceret. Quomodo ergo audes in corde retinere aliena, & uoluntates fornicationum, & iracũdiarum recte in præſentia Dei, teſte Pſal. 18. qui ait. Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Et iterum. Dominus nouit abſcondita cordium. Pſal. 43. Et Deus intuetur. Cor. 1. Reg. 16.

14 ¶Iſtis ergo ęiectis, ſicut ornatur camera regis cortinis, & tapetis, & cuſtoditur. Sicut mundatur uas, & ornatur feretrum auro, ubi reliquię ponendæ ſunt ſanctorum, & uas mundatur, ubi liquor precioſus infundendus eſt. Sic vbi Rex Regum, & Sanctus Sanctorum, & liquor, ſeu fons, de quo Eccl. 1. fons Sapiętiæ verbum Dei in excelſis, digne in uaſe cordis veſtri recipiatur, ergo præparate corda veſtra domino. 1. Regũ 7. Sed nota, ꝙ fons iſte venit de excelſis, ideo non poteſt uas cordis, in quo recipi debeat inclinari ad dexteram, ſiue ſiniſtram terrena lucra, uel fauores quærendo, ſicut vas, quod aquam terreſtrẽ, & baſſam vult haurire. Sed oportet, ꝙ ſurſum erigatur ad modum uaſis, quod recipere debet aquam de ęlo cadentem, leuemus enim corda noſtra. Tren. 3. Vt ſicut ubi res dilecta, ibi oculus. Sic vbi uera gaudia ſint fixa ſint corda. Sicut corda terrenorum fixa ſunt in theſauris ſuis terrenis, ita ęleſtium in theſauris ęleſtibus. Teſte Chriſto, Matt. 6. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum.

¶Cor ſic nobilitatum, & prępparatum debemus Deo curialiter offerre, ſicut Ar. 3. aui nobili cor prædę, ſic cor tale debetur Deo triplici ratione.

¶Primo, quia hoc uidetur ei de iure competere. Primogenita enim ei de iu- 15 re debentur. Exo. 13. Sed cor inter omnes corporis partes, & primogenita, quia primo fit, & compaginatur in matre, ſecundùm Philoſophum. 16. de animalibus, ergo iure primogenitorum Deo debetur.

¶Secundo, quia Deo ſpecialius placet, quod patet per hoc, quod fertur, quaſi ſic. Dæmon aſtrictus præcepto cuiuſdam ſancti uiri ad reſpondendum, Exemplum quid eſſet in homine Deo placentius? reſpondit. Ita tria faciunt rem, quæ plus Deo placet, uidelicet Luna ſemiplena, rotunditas Solis, & primum rotę. Veritatem quidem fatebatur, ſed obſcure, per primum intelligens, quia Luna ſemiplena quodammodo habet formam illius literę, per ſecundum o, per tertiũ r, quia iſtius dictionis rotę, r,

oſt

est primum. Ista tria simul composita faciunt cor, quod Deo summę placet eique offerri debet. Exemplo discipuli Socratis. De quo narrat Seneca, quasi sic, quòd cum haberet plures discipulos, qui ei larga obtulerunt munera. Vnus autem inter eos pauper à magistro, tamen plus dilectus requisitus à magistro, quid ei etiam inter alios daret, respondit, cor, & si illud parum ualeat, fac illud melius ualere ad opus, & honorem tuum, quod & grataníter acceptauit. Sic cor debemus Deo dare, & rogare quod illud perficiat ad seruitiũ, & laudem suum, dicentes cum Psal. 25. Proba me domine, & tenta me, ure re, &c. Sicut uritur, & probatur materia aurea ut depuretur, & uas preciosum pro thesauro regis, sic cor mundum crea in me Deus. in Psal. 50.

Exemplum. 16

¶Tertio, quia illud petit, tanquam proprium castrum, & templum, & cameram. Prouerb. 23. Fili, inquit, prębe mihi cor tuum, quod ei negare phas non est.

17 ¶Sed heu aliqui dant se, & sua in generali ad modum istorum curialium, dicentium. Omnia mea sunt tua ad placitum, sed tamen in necessitate non dant denarium, sic patet, ꝙ tale donum generale est pessimum, quod tantum datur ore, & non opere, nec cordis affectu. Sic multi Deum ore confitentur, & se bonos christianos esse dicunt, & omnia sua dicunt Dei esse, sed acta probant, in necessitate non dant ei obulum. De quibus ueritas, ait Matth. 15. & Marci 7. Populus hic labijs me honorat, cor autem illorum longe est à me.

Ar. 4. ¶Iste articulus infert quartũ. In isto enim dictum est, ꝙ cor est Deo offerendum, Deus autem in altissimis habitat, 18 ergo oportet cor ei dandum in altum eleuare per dilectionem contemplationem, & spiritualem ascensionem. Exemplo viri beati, de quo in Psalm. 83. Ascensiones in corde suo disposuit. Ista uero Dei contemplatio, & meditatio non potest haberi in corde, ira vel peccato turbato, quia sicut imago intuentis non bene relucet in aqua turbata, sed in aqua quieta, ita Deus perfectus contemplatur, ubi cor, & caro quietantur à passionibus, & desiderijs, quæ militant aduersus animam, & cor conturbat, de quo ait, Psal 37. Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus, &c. Ecce ueritatem, & lumen Deum contemplandi tale cor amiserat, quod in terrenis, & transitorijs turbabatur, & quia ad Deum non eleuatur, quasi super terram iacens putrescit. Vnde Auguſt. super Psal. 19 85. Non putrescit cor, si leuetur ad Deum, frumentum tuum si haberes in inferioribus, ne putresceret leuares ad superiora, frumento tuo quæris mutare locum, & cor permittis in terra putrescere, frumentum tuum leuares ad superiora, cor leua ad cęlum. Et unde inquis possum, quæ machinæ, quæ scale opus sunt. Amando ascendis, negligendo descendis. Stans in terra in cœlo es, si Deum diligis, hæc ille. Ita à contrario sensu, si alia diligis, ibi est cor tuum. Vnde Hierony. super illud Matth. 6. Vbi est thesaurus, &c. Habet gulosus cor in uentre lasciuus in libidine, cupidus in lucro, auarus in pecunia. Hæc ille.

¶Corde sic eleuato ad Deum, qui in Ar. 5. eo recipitur consequens, & congruum esse uidetur, ꝙ portis eius clausis cor diligenter custodiatur, sicut castrum obsessum dum rex in eo moratur, ne inimicis per sensus intrantibus Deus inde expellatur ad Dei inhonorationem, & nostram damnationem.

¶Primum patet, quia qui ei datum 20 cito retrahit, qui etiam ipsum de camera sua expellit, ipsum inhonorat.

¶Secundum patet, quia aliquando tota perditio, uel conseruatio magnæ terræ dependet à perditione, vel conseruatione unius parui passus, optimum ergo consilium est, ꝙ ille passus tempore guerrę diligenter custodiatur.

Figura

Figura Iudith. 4. contra Holofernem, & exercitum eius, ubi inter montes iter esse poterat Iudæi posuerunt custodiã. Nota ad hoc de capitolio, & Roma, q̃ ita diligenter custodiebatur, quòd ciuitate capta illud seruabatur, & per illud Romanis spes remansit refugij, sicut etiam dum cor ueneno non corrumpitur, uel tangitur per illam partem sanam, aliq̃ statim sanitatem recuperare possunt. Sed illo corrupto, totum perditur. Sic spiritualiter hæc tria, de qua Hiere. 22. Terra, terra, terra, audi verbũ Dei. Custodia vero istius terræ consistit in custodia passus cordis, quia quicquid inferant hostes, siue corporales, siue spirituales, nullum est periculum si iste passus sit bene custoditus, immo talis impugnatio materia est meriti. Sed si hunc passum intrent, & obtineant:
21 terra est perdita, & ideo sicut nos debemus maxime niti ad custodiam istius passus, ita hostes hunc passum principaliter inuadũt, q̃d ostendit. 2. Reg. 18. Vbi Ioab volens occidere Absalon, non infixit tres lanceas, in quamcunque partem corporis indifferenter, sed in corde. Tulit, inquit, Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon. 2. Reg. 18. Ergo omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso uita procedit. Prouerb. 4. Et etiam mors sicut riuuli sani, uel mortiferi à fonte sano, vel mortifero.

Ar. 6. ¶Ex isto articulo, patet sextus. Ex cordis enim conseruatione magna nobis prouenit utilitas, sicut ex præcedenti, patet articulo, & ex eius humiliatione
22 magna obtinendi, quod petimus securitas prouenit, quia sicut à chorda in arcu bene pertractum humiliata, & versus terram inclinata emittitur in altum sagitta, & quanto plus in proportione debita inclinatur, tanto altius ascendit, ita de corde humiliato, deprime ergo cor tuum. Eccl. 2.

Ar. 7. ¶Et quia natura cordis est occulta, nec oculis, patet corporeis, multi circa eius statum decipiuntur, credẽtes illud forte Deo datum, & humilitatum, ut prædictum est, ideo necessarium uidetur ponere experimentum, quo notitia status cordis haberi potest. Sicut enim natura radicis ex fructibus, & sicut natura fontis ex riuulis propinquis, & sicut ex picturis christianis. Alias enim habent christiani picturas in templis suis, & alias Saraceni, cognoscitur, ita per verba, & opera cor. Si ergo secũdùm Cassiodorum, super illud Psal. 40. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum vis scire de fratre tuo, quale cor habeat, attende unde libentius, & frequentius. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Matth. 12. 23

¶Si vero ex his, quæ exterius patent Ar. 8.
inuenit cor suum nimis cupidum, uel instabile, vel durum magnum ei imminet periculum. In quo notatur articu- 24
lus sextus. Primo cordi cupido, siue, cupiditas illa respiciat delectationes, secundùm carnem, siue concupiscibilia, secundùm mundum magna est pœna, & periculum annexum: absque pœna, quæ in futuro expectatur æternaliter. Pœna autem tali cordi, in hoc mundo annexa, patet. A. 27. 5. & 21. Ibi enim ostensum est, uidelicet. A. 27, 5. quòd tale cor semper famescit, & nunquam saturari potest, uel impleri. Cuius causa est, quia cor cupidi est, quasi vas trãsuersum, deberet enim habere, sicut latitudinem eius in natura, ita in moribus superius ad diuina, & cœlestia, sed econuerso cupidus tantam latitudinem cordis, & intentionis habet ad terrena, uel delectabilia, & ad talia os cordis eius hiat, & aperitur, & ideo licet in se parue sit quãtitatis, tamen sicut nec vas transuersum impleri potest. Vnde Hugo lib. 3. de anima. Cor paruum est, & magna cupit uix ad unius milui refectionẽ sufficere posset, & totus mundus ei non sufficit.

¶Sicut ergo uase erecto conseruatur, 25
& retinetur, quod in eo ponitur, in transuerso vero effunditur, & perditur, sic &c. & patet.

¶Sicut etiam quando res mille librarum in ualore datur pro obolo, dicitur

quòd

quòd pro nihilo datur, ſicut quando cor, quod in ſua natura valet plus, quam totus mundus datur paruis, & pro paruis rebus tranſitorijs pro quibus cor diabolo uenditur, dum pro eis mortaliter peccat, dicitur pro nihilo dari, & ſic cor impiorum peruerſum. Prouerb.10.

¶ Secundo cordi nimis credulo, & inſtabili magnum imminet periculum, quod inſinuatur, & oſtenditur per
26 exemplum quaſi tale. Ad fugitiuum regis nuncij decepto:ij mittuntur, ut redeat, qui cuidam conſiliario regis; de quo confidebat nuncium miſit ad
Exemplum. ſciendum ſi ſecure redire poſſet, cui ait: Regis conſilium tibi non reuelabo, ſed cito ſedens, iuxta dominum meum regem narrabo ei hyſtoriam, quam domino tuo narrabis. Narrauit ergo regi audiente nuncio, quòd leo fecit parlamentum, in quo ceruus accuſabatur, quòd leonis alias contempſiſſet imperium eius nolens parere mandato, leo uidens ceruum pinguem gaudenter leui accuſatione habita cum capi, & occidi iuſſit, qui fractis cornibus male tractatus euaſit, quem tamen poſtea vulpes cautela ad leonem, & ad mortem reduxit, cui leo præcepit cor eius extrahere, quia illud cor ſuperbum, & ei inobediens omnino comedere uoluit. Capite uero vulpis in interiora cerui intromiſſo, & diu ibi morante, & moto huc, & illuc ac ſi cor quæreret, & inuenire non poſſet, uotax interim illud comedit, & leoni reſpondit, quòd cor non habuit, & hoc inquit, probo, quia ſi cor habuiſſet à vulpe ſeducta ad leonis dominium non redijſſet, nec in tanto periculo, tam facile credens ſe poſuiſſet, quòd exul intelligens, de ſe dictum, ad regis non redijt dominium. Spiritualiter fugitiui de terra diaboli, & domino cautela cuiuſcunque vulpine perſuaſionis ad eum non redeunt, ſi cor habeant ſtabile, ſed talibus perſuaſionibus, qui partes vulpium infernalium erunt reſpondent, uade vulpes inferni cum his, qui partes vulpium erunt, in Pſal. 62. Qui vero redit defectum ha- 27
bet cordis, & tales à diabolo capti, & Fabula.
ſeducti, reſpondere poſſunt, ſicut reſpondit, ſecundùm fabulas milluus captus ab accipitre, cum ei impro-perando dicerentur Ex quo groſſiores tybias, & pedes, & caput habes, quare permiſiſti te ab illo capi? reſpondit, cor mihi defuit, ita in propoſito homo habet tam liberam, & fortem naturam, & omnes dæmones inferni non poſſunt eum uincere, niſi cor deficiat, & bona uoluntas.

¶ Sed heu libri aliquorum cordium, in quibus virtutes ſcribũtur, ſunt quaſi de nive, vel cera, factum eſt cor meum, tanquam cera liqueſcens, in Pſalm.21. quæ ad modicum ignis, vel paruum ignem tentationis, & perſuaſionis liqueſcunt. Cant. 5. Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus, &c. Et tales cito à diabolo, & eius miniſtris uincuntur. Cuius cauſam reddit, in Pſal. 72. In perſona illorum, dicens, deficit caro mea & cor meum.

¶ Tertio cordi nimis in malitia ira, vel peccatis indurato magnum imminet periculum, quia ſicut lignum durũ ſemel accenſum diutius ardet. Ita corda illorum, qui hic ſemel accenſi ira, ſemper ardent deſiderio uindictæ in inferno, ſemel accenſi igne infernali, ſemper ardebunt, quia ignis illorum non extinguetur. Eſa. ulti. Et ſi cor durum male habebit in nouiſſimo. Eccleſiaſtici 3.

CAP. XV.



Horeizantium. Primo, oſtendendum eſt officium. Secundo, officiãtis cauſa, & intentio. Tertio, culpa. Quarto, pœna. Quinto, ſpectantium inſania. Sexto, remedia.

¶ Ad

Artic. 1. ¶Ad primum ſic proceditur, officia
1 choreizantium in curia diaboli diſtingui, & intelligi, & oſtendi poſſunt per quandam ſimilitudinem in curia Dei, & aliorum dominorum.

¶Ad modum enim eccleſiæ Dei habet ſe hic eccleſia malignantium, ſcilicet congregatio parochianorum diaboli pro clerico pulſante campanam ad congregandum populum, habent tibicinem, pro altari diaboli, & inferni, & lapide altaris habent corpus, & caput curioſe ornatum. Quia, ſicut ſacriſta in maioribus feſtis, quando plures concurrent, plus ornat altare cogitans, ꝙ plures illud uidebunt illo die, ita ſacriſta inferni pokerellus ſe habet ad iſtas, dicēdo, hodie magnum feſtum eſt, multi te uidebunt, ornes ergo te, ut pulchra reputeris, & pulchritudine tua aſpicientes delectentur. Ecce altare diaboli, quod libentius uidentur, quàm altare Dei, altare dico diaboli, quia appetere, vel appeti uelle crimioſum eſt, ſecundùm Auguſtinum in regula.

2 ¶Altare ſic parato ad celebrandum diaboli ſeruitium proceditur, in quo ſacerdotis locum tenet, qui cantilenam incipit. Clericorum vero locum obtinent, qui cantilenam aſſumunt, & proſequuntur. Parrochianorum vero locum tenent, qui ſtantes, uel ſedentes reſpicient, uel auſcultant cum maiori delectatione, & tempore prolixiori, quàm audierunt miſſam, uel prædicationem ante prandium, de quibus. 2. Thimo. 4. A ueritate quidem auditū auertent, ad fabulas autem conuertentur. Iterum tales locum tenent iumentorum, quia ſicut equi, & iumenta uenalia ornantur, & ſignum aliquod ponitur in capite, ita iumenta diaboli ſerta portant in capite, vt melius, & citius vendantur; dicunt ergo illud Pſal. 72. Vt iumentum factus ſum. Nota. L. 7. 5.

3 ¶Iterum locum tenent, & officium laruarum, laruis enim utuntur duo hominum genera, uidelicet ludentes, & ſpoliantes. Ludentes enim in ludo, qui vulgariter dicitur miraculos, laruis utuntur, ſub quibus perſonæ non apparent, quæ ludunt. Sic dæmones quorum ludus eſt animas perdere, & peccato decipere, in quo ludo laruis, id eſt curioſe ornatis, & choreizantibus utuntur, quorum pedes ad malum cutrunt. Prouerb. 1. Latrones etiam ſpoliantes laruis utuntur, ne cognoſcantur. Sic dæmones latrones animarum. Ioan. 10. Fur non venit, niſi ut furetur, & mactet, & perdat. Iterum officium, & locum tenent ſaltatricis per quam Ioannes Baptiſta caput amiſit, ſic multi per iſtas animas. Ideo Eccl. 9. Hortatur ſcriptura, dicēs, cum ſaltatrice ne aſſiduus fueris, ne audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. 4

¶Et bene dicit, nec audias, ne pereas, Artic. 2.
quia hęc eſt diaboli intentio, ut auditores ſimul cum eis pereant, ſicut enim rex uidens aliquos contra cum rebellaris, uel non obedire, vt vult exercitum congregat, prius tamen armati in campo ſe oſtendunt, & ſic ad bellum procedunt, ita rex ſuper omnes filios ſuperbiæ diabolus uidens tempore quadrageſimali multos ei rebellare, & minus ei illo tempore obedire ſuos milites, & militiſſas diligenter armatas, licet diuerſis congreget temporibus, tempore tamen Paſchali, & circa Penthecoſten 5
quando proceſſiones fiunt eccleſię: maxime cōgregat, ut quicquid in Quadrageſima amiſit, tunc recuperat cum augmento, quia inuenit domum illam circa ſpectacula uacantem, & aſſumit ſpiritus nequitiores, quia ad maiora inconuenientia eum ducit, quàm antea duxerit. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Et quicquid proceſſio facit Dei, proceſſio deſtruit diaboli, & amplius, quia una in proceſſione diaboli cum geſtu, & ornatu meretricio plures in concupiſcentia ſua perdit, quàm omnes alij in proceſſione Dei cum omnibus lętanijs, & prædicationibus ſuis ſanent: quia diligentius agunt, & manifeſtius oſtēdunt arma ſuperbię, quàm boni humilitatis. A planta enim

pedis,

pedis, vsque ad uerticem capitis non est in eis sanitas, sed in omni parte corporis sunt acutissima animas intuentium penetrantia. Nota. L. 7. 20. & O. 7. 9.

6 ¶Istis ergo enim armis nō habet dæmon acutiora, nec potentiora, quibus deiecit Samsonem, & Salomonem, quibus adhuc maxima deijcit, & occidit multitudinem, quia de omnibus aspicientibus non est unus, quin concupiscat, uel emolliatur, uel inclinetur, uel peior recedat, quàm ad spectaculū venerit. Chorea enim tripudiantium sagena est diaboli, in quo capiuntur magni, & parui, cor, & corpus, & etiā brachiū, & circunstantes sunt mercatores. Patet ergo, quomodo diabolus tales simul congregando se habet ad modum regis. Secundo se habet ad modum porcarij, qui uolens omnes porcos simul congregare, facit unum clamare, sic diabolus facit unam cantilenam incipere, quam ipsemet dictauit, quia sicut Spiritus sanctus dictator est sacræ Scripturæ, & canticorum ad laudem Dei spectantium, ita spiritus malignus dictat cantilenas ad fatuos amores, & luxuriam, & turpitudines spectantes.

7 Hoc enim videtur velle Augusti. de ciuita. Dei. lib. 2. cap. 8. ubi dicit, quòd dij ordinauerunt cum mimis ludos scenicos, & saltationes, & comedias de amore virginum, & meretricum. Sicut ergo de bonis dicitur non uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis, ita à contrario sensu de malis turpia cantantibus, vel loquentibus dici potest, non uos estis, qui loquimini, sed spiritus malignus, &c. Nam loquela tua manifestum te facit.

Artic. 3. ¶Tertio se habet ad modum Samsonis congregantis vulpes, sicut patet. C. 6. 63. De ista materia, videlicet de armatura militum diaboli. Nota. B. 2. 10.

¶Talium insuper culpę grauitas, licet in præcedentibus ostendatur, tamen ex dicendis aggrauatur.

8 ¶Primo enim huius grauitas, patet à simili. Si ille, qui dom inicis, & festiuis diebus araret reputaret malus Christianus à simili, qui peiora facit reputabitus pessimus Christianus, sed peius est animas perdere, quàm arare. Vnde Augustinus. lib. de decem chordis, melius faceret Iudæus in agro aliquid utile, quàm in theatro sedicioſus existeret. Et melius fęminę eorum die sabbati lanam facerent, quàm tota die in neomenijs suis impudice saltarent.

¶Secundo hoc patet, quia Deo iniuriantur peius, quodammodo, quàm Iudæi, quia ipsi noluerunt Christum crucifigere in die festo, isti autem libētius, & communius eum offendunt, eique crucifixionis causam impendunt in die festo, quàm alio tempore, uel alio die.

¶Tertio, patet q̄ sanctos offendunt. Si enim deturbans eorum loca, sicut ecclesiam offendit, quare etiam non offendit, qui eorum deturpat tempora, & dies, quomodo audebunt tales versus curiam Dei in morte uenire, qui sic dominum, & maiores curię offenderunt.

Ar. 4. ¶Tali uero culpæ non solum ęterna, sed pœna correspondet temporalis, quia sicut de processiones ualent contra bella, & tempestates, & mortalitates, & alias necessitates. Vnde pro talibus fiunt cessandis. Ita uerisimilę est à contrario sensu, quòd processionibus diaboli talia suscitantur, quibus suscitatis, qui modo clamant in choreis, & plateis dissoluti, tunc clamabunt in carceribus, & famę afflicti, absque ea, q̄ posterius latet pęna, pęna, videlicet ęterna. In qua sicut modo ligantur brachijs in lusibus, tunc simul ligabuntur fasciculis ad comburendum, ut sicut simul peccauerunt, simul puniantur. Et secundùm mensuram, & modum delicti, sic & plagarum modus, Deut. 25. Patet ergo uerū esse, quod dicitur, Prouerb. 4. Vias, inquit, quæ à dextris sunt, nouit dominus, quæ aūt à sinistris malę sunt. Ad literam Choressantes vadūt ad sinistrā, & finis ostēdit tales uias malas, ex quibus tot, ut prædictum est cōsequun-

tur culpæ, & pœnæ. Nota. M. 11. 49. Hystoriam, ex qua argui potest, ꝙ talis leuitas à societate matris Dei separat.

Artic. 5. ¶Ex his apparet quanta est insania spectantium, & audientium tales choreatrices, & cantatrices, quia præbent illis occasionem omnium prædictorũ malorum, tam culpæ, quàm pœnę, & sibijpsis occasionẽ damnationis æternæ. Sicut patet. A. 26. 40: Et quę maior stultitia, quàm ꝙ homo tot gladijs, & facibus infernalibus domum conscientiæ suæ exponat comburendam. Et tamen libentius tales audiunt, quàm Deũ laudantes, & prædicantes, sicut patet. A. 13: 3. 4. Et plus feruent pro tali mimo, & corruptores, quàm pro Dei prædicatore, sicut patuit in Italia. Vbi cũ quidam Dei cultor, ut narrabant à prædicatione sua propter tympanum, & choream impediretur, in impetu spiritus currẽs cũ cultello tympanum fregit. Et rustici uidentes diaboli cultorem defendentes, Dei cultorem male tractantes uerberauerũt. Omnes dixissent se esse Christianos Deum amantes, & diabolo odium habentes, tamen talem, uel maiorem iniuriam contra Deum factam non ita prompte vindicassent, sicut iniuriam diabolo factã uindicauerunt, ergo actu probant quem diligunt.

Exemplum. ¶Item ꝙ diabolo fit magna iniuria, quando chorea impeditur, patet de mimo, de quo fertur ꝙ conductus à choreizantibus in Alemania vna die infirmatus grauiter, petijt confessorem, & sacramẽta ecclesiæ, asserens nunquam velle exercere opus, illud ꝙ tam diu exercuit in seruitio diaboli, cum autẽ in die festo choreizantes non haberent mimum, diabolus in forma mimi infirmati, cępit ludere ac musare, tunc omnes quemadmodum solebant gaudiosę choreizabant, quod audiens confessor mimi prædicti, mirans ꝙ tam facile, & tam cito recidiuasset, & utrum ipse esset dubitans cucurrit ad domum mimi prædicti, & eum inueniens in lecto decumbentem, sumpsit stolam, & latenter accessit ad spectaculum cum appropinquasset mimo misit stolam in collum mimi ibidem ludentis audacter eum ad terram trahens, tunc cepit vlulare, & clamare. Coniuratus autem à sacerdote prædicto cur hæc præsumpsit? Respõdit, quia multum dolui, ꝙ tãtum lucrũ isto die deberem perdere, propter illum maledictum, qui modo negauit me, vtinam cum in seruitio meo erat strangulassem eum, sed vt maius lucrum haberem sibi peperci, & dictis cum fętore horribili euanuit.

¶Ad idem fertur de quibusdam Sanctis viris, qui uenientes ad quandam ciuitatem, uiderunt dæmonem in muro ciuitatis, & interrogantibus cur solus ibi sederet, respondit non indigeo alicuius auxilio, quia tota ciuitas nobis obedienter est subiecta, & intrantes ciuitatem inuenerunt homines in maxima dissolutione, uidelicet choreizãtes, & alijs diuersis ludis occupatos. Ipsi vero timentes exierunt de ciuitate illa. Exemplum.

¶Contra omnia ista mala inueniuntur remedia: Vnum timoris, & rationę: eogitare uidelicet, ꝙ locus iste in quo sumus, est locus lachrimarum, & non chorearum, miserarum, & non cantilenarum: Vnde si benestatum suum cogitarent, quomodo hic sunt, non solum exules, sed (quod peius est) incarcerati, omnĩ die expectantes quando de carcere exibunt ad iudicium districtam reddituri rationem, nõ solum de furto, vel homicidio, sed deicidio: quia quantum est in eis, quando mortaliter peccãt, iterum Christum crucifigunt, maiorem haberent occasionem flendi, quàm cantandi. Aliud est remedium, rigoris, & artationis. Pro quo est sciendũ, ꝙ choreizantium quidam sunt sub aliorum potestate, videlicet patrũ, vel dominorũ, à quibus arctari debent, & retrahi, per occasionis subtractionem, uidelicet ornamentorum, & huiusmodi, sicut catus comburitur, ne eugetur, & etiam per efficacem castigationem, ne sibijpsis postmodum immineat ruina, sicut Hely, quia non efficaciter corripuit filios sibi subiectos. 1. Reg. 4. Omnes uero sũt Ar. 6.

sub

ſub poteſtate patrum ſpiritualium, qui eos à talibus choreis, ſicut miniſtri regis eis ſubditos à conſpirationibus cõtra regem compeſcerent, retrahant. Exempla ad hoc. A.3.21.22.

¶Qui enim filios, aut filias, aut ſocios, aut ſubditos ornant, & ad choreas mittunt, uel ire gratis permittunt, paleas ſecant, vel ſecari permittunt gaudentes, ut templum Dei facilius comburatur. Nota. P.2.42.

¶Correctionis. Cap. XVI.

SVMMARIVM:

1 *Habenti etiam plagam diſperatam & inſanabilem medicina confertur.*
2 *Omnes peccatorem inclamemus, ſicut aues Bubonem.*
3 *Nulla perſona à correctione excipitur, quin corrigatur.*
4 *Ex parte corripientis quadruplex conditio exigitur, ſcilicet, Cognitionis, & paſſionis, feruoriſque, atque Prudentiæ.*
5 *Quidam corripientes non ab re aſſimilantur, tum Barbitonſoribus, tum etiam oculo alieno, & non ſuipſum inuenti.*
6 *Qui, quæ ſua, non quæ Ieſu Chriſti quærunt, & lucris propriis nunquam non conſulunt, taxatoribus aſſimilantur.*
7 *Plures Præſides in ſecretioribus eorum cubiculis uitam lauè degentes de ſubditorum bonis, alios legibus & actis ſatis arctant.*
8 *Secunda conditio ex parte corrigentis dicitur Paſſio.*
9 *Non eſt tantum delinquenti compatiendum, ut correctionis iuſtitia torpeſcat.*
10 *Neceſſe eſt, ut corripiens cum feruore Prudentiam teneat.*
11 *Correctio Prudentia, & Miſericordia contemperanda, moderandaſque eſt.*
12 *Medicus amaræ medicinæ immiſces dulcia, ne ab ægro ſpernatur.*
13 *Iuſtè iudicans iuſtitiam, & miſericordiam portat; iuſtitia. n. peccanti reddit ſententiam: & miſericordia delicti pœnam temperat.*
14 *In correctione, & admonitione utendum eſt exemplo venuſto, & appoſito, & num. 15.*
16 *Diuites pauperibus natura æquales ſunt.*
17 *Ex parte iniuriam accipientis. Iniuria facta Deo prius emendetur.*
18 *Grauiſſimus nodus in ligno expelli nequit, niſi grauiſſima oppreſſione.*
19 *Qui natura infauſta tempeſtate populos regunt contra Leonum naturam præ ſe ferunt.*
20 *Ex temporis congruitate Correctio quãtocius facienda eſt.*
21 *Ex parte tam denunciantis, quàm corrigentis requiritur bona intentio.*
22 *Amicus nunquam in foro amicum & familiarem accuſat.*
23 *Iudices, & prælati ſimiles ſunt Leonibus, qui uagitu eorum pergrãdi cætera alia terrefaciunt, non autem proprios catulos.*
24 *Prælatus non arguens eius familiam, & aulicos, culpabilem, & ſuſpenſum ſe reddit.*
25 *Appoſitiſſima ſententia D. Bernardi Prælatos admonentis, ut eorum familiæ correctioni ipſimet incumbant, exponitur.*
26 *Alia D. P. Auguſtini ſententia eoſdem Prælatos commonefacies adducitur.*
27 *Contra duplicem culpam duplex pœna inferenda eſt, ut in parte illata timeatur. ſ. temporalis, & æterna.*
28 *Propter diſſolutam familiam domini, quamplures obloquuntur.*
29 *Ex parte Correcti, neceſſaria eſt benigna Patientia.*
30 *Correctus aduerſus correctorem inuehi non debet; etſi corrigens minor ſit.*
31 *Reprehenſi uerbis liuidis et Aſperis correctores pungunt, & faceranſi.*
32 *Qui increpationes maculas, & odit, mentietur in moribus.*
33 *Phreniticus odit ligantem, eumque dentibus mordet, & uincula manibus rumpit: ſic Reprehenſus correctori detrahens,*

bent, eius oſtendit inſaniam.

34 *A correctione non eſt ceſſandum, licet puncturas, & obloquutiones ſuſtineamus.*

35 *Reprehenſi peccatores ex officio correctionum ante Deum micant, & lucent.*

36 *Nonnullorum correctorũ error oſtenditur.*

37 *Cauſa erroris in diuerſis diuerſa reperitur.*

38 *Corpus & anima ſimul delinquunt; & crumena plectitur, & uerberatur.*

39 *Pœnam corporalem plus timent delinquentes, quam pecuniariam.*

40 *Pecunia accepta ualet, perinde, ac eleemoſina.*

41 *Qui in poteſtate conſtituuntur munera ſolum, & lucra terrena cupiunt.*

42 *Cupidi pecuniarium correctionẽ pro muneribus dimittunt.*

43 *Secunda cauſa impediens correctionem eſt timor offenſæ.*

44 *Tertia cauſa correctionem impediens.*

45 *Quarta cauſa reprehenſionem impediẽs.*

46 *Qualis pœna debetur non corrigentibus, & in quod periculum tales labuntur.*

47 *Rex noſter Chriſtus uenit ad bellãdum, & dimicandum contra peccata, & peccatores.*

48 *Negligentes ſunt circa leges, & ſtatuta, ubi lucrari nihil poſſunt.*

49 *Negligentibus imminet periculum ex ſocietate, quam habent cum dæmonibus.*

50 *Prælatus piger, & iners in corrigendo peccatores, eis ſociatur in malis, & ſceleribus.*

Correctionis.

Primo, oſtendenda eſt neceſſitas. Secundo, generalitas. Tertio, modus. Quarto, corrigentis intentio. Quinto, correcti patientia. Sexto, nolentium acquieſcere inſania. Septimo, corrigentium perſeuerantia. Octauo, antiquorum corrigentium errores, cum erroris cauſa, & occaſione. Nono, periculũ, quod ſequitur ex hoc, ꝙ correctio non ſit.

¶Ad primum ſic proceditur. Sicut medicina infirmo, ſeu vulnerato, & vinculum phrenetico. Ita correctio neceſſaria eſt delinquenti. Et licet aliquibus medicina inaniter detur, quia deſperatam habent plagam, datur tamen ſibi: de ſpiritualiter vulneratis, nulli correctio eſt ſubtrahenda, quia de nemine diſperandum eſt, dum viuit: unde canon. 23. q. 4. Nabuchodonoſor: ꝙ licet ſciamus (inquit) neminem vltra terminum à Deo ſibi præfixum eſſe victurum, tamen omnibus languentibus nõ incongrue medemur. Sic quamuis nemo ſaluetur, niſi prædeſtinatus, omni tamen delinquenti adhibenda eſt correctio. Hæc ibi, & ſumitur ex verbi Auguſtini. Ar. 1. 1

¶In quo notatur ſecundum principale, uidelicet, correctionis generalitas. Hæc autem generalitas duo reſpicere debet. Ar. 2.

¶ Primo videlicet, ꝙ nulla perſona excipiatur, quin delinquẽtem pro loco, & tempore corripiat. Sed omnes ſuper peccatorem clament, ſicut aues ſuper ſubonem, quia hoc pro loco, & tempore, cadit ſub præcepto. Sicut patet. 2. 2. q. 33. Arti. 2. ſicut patet. A. 21. 22. Quia quod vnus catus non poteſt facere, videlicet taurum, vel urſum edomare, omnes ſimul faciunt. Sic in propoſito. Ideo dicit canon, ꝙ non ſolum prælatus, ſed quilibet tenetur peccatorẽ corripere: Sicut patet expreſſe. 22. q. 1. Si quis per capillum. Et ponitur ibi exemplum de iurantibus, & dicitur, ꝙ quilibet tenetur eos manifeſtare, ſcilicet iurantes. Et epiſcopus, qui negligit eos emendare à crimine, corripiatur, vtilitas, quæ ex tali correctione prouenit, patet. A. 21. 22. 2

¶ Secundo, quòd nulla perſona à correctione excipiatur, quin corrigatur, quantumcunque ſit potens, vel magni ſtatus. Exemplum ad hoc, in hyſtoria tripertita lib. 9. de Ambroſio, qui Imperatorem Theodoſium non permiſit eccleſiam intrare, ſed excluſit, tanquam excommunicatum, quia 3

iuſſu

iussu suo septem milia hominum in ciuitate Thessalonica occidebantur, propter necem quorundam iudicum, donec satisfaceret, & ordinaret, ꝙ nullus perfectus suus obediret literis suis, vel mandatis de morte hominis, ante 30. dies post mandatum, ut interim deliberari posset, si esset iustum, vel non: sicut patet. I. 8. Nec post reconciliationem permisit eum stare in cancello inter clericos, dicens, purpura tua te Imperatorem, non sacerdotem ostendit, hic cum postea Constantinopolim veniset, & clerus ibi eum cancellum rogaret intrare, dixit, se solum Ambro. veritatis ministrum inueniſſe.

Ar. 3. ¶Quia vero ista generalis correctio, si congruo careat modo, & forma, minus debitum sortitur effectum; Ideo in isto articulo ostendere restat, ꝙ quadruplex modus, seu conditio ordinatæ correctioni est necessarius. Prima conditio respicere debet personam corripientem. Secunda personam iniuriatam. Tertia personam iniuriantem. Quarta temporis congruitatem.

4 ¶Ex parte vero personæ corripientis requiritur quadruplex conditio: videlicet conuenientiæ passionis, feruoris, & prudentiæ.

¶Conditio conuenientiæ est, ꝙ primo seipsum corrigat. Sicut patet. A. 11. 3. quia speculum ante mundari, & manus prius lauari, necesse est, quàm aliorum ostendant, uel tergant maculam, dicente scriptura. Ab immundo (inquit) quis mundabitur? Medicinā esse sanam necesse est, quæ infirmum sanare debet. Prius ergo fac, quod Christus dicit; Medice, cura teipsum, quia probata uirtus corripit insipientes. Sapien. 1. Quia ille, qui in se ꝓbatus, & bonus est, alios cōuenienter corrigit: Aliter nequaquam, quia aliter corrector derideretur à dicētibus, tineosus reprehendit tineosum. Ideo canon oēs admonet, dicēs, Primo seipsum corrigat, qui alios corrigere mititur 3. q. 7. qui sine. Et secundo capitulo sequenti. dis. 25. primum. Et dis. 61. in sacerdotibus. Et dist. 81. nemo, &c.

¶Sed heu, nonnulli assimilantur in correctionibus suis barbitonsoribus, qui alios, & non seipsos, radere sciunt: assimilantur etiā oculo, qui alia, & non se uidet. Et tales in corrigēdo, & detrahendo, & obloquendo, de alienis defectibus, sunt Argus, de quo dicitur ſm fabulas, quod habuit cētum oculos, qa in respiciendo alienos defectus, satis sunt occulati; In considerando uero ꝓprios defectus sunt Poliphemus, qui nō habuit, nisi vnum oculum, quia ibi, uel sunt cæci, uel fere cæci, ad modum existentium in tenebris, qui uident ea, quæ sunt in lumine ad bonam distantiā ab eis, ea uerò, quæ circa eos sunt, non uident: Vnde versus, In rebus proprijs transit Argus in Polisemum. i. ille, quæ est Argus in consideratione aliorū defectuum, in consideratione proprioꝝ, est Polisemus: Et, ille, qui est Polisemus in proprijs, in alterius est Argus, & hoc est, quod sequitur; Rebus in alterius transit Polisemus in Argum. 5 Exēpla pulcherrima. Primus versus ī quarta sede delirat.

¶Sed econuerso est consideratione, quæ est circa lucrum, uel auantagium, quia in his, quæ pertinent ad alienam, seu ad cōmunem utilitatē, sunt Polisemus; In his vero, quę pertinent ad propriā utilitatē, sunt Argus: Cōtra doctrinā Pauli, quem adducit Augustinus in Regula, dicens, Charitas enim, de qua scriptum est, ꝙ nō quęrit, quę sua sunt, sic intelligitur, quia cōmunia proprijs, non propria communibus anteponit. Isti vero potius quę sua, quàm q̄ Christi sunt, quęrunt. Nota. D. 6. 14. Itē. G. 5. 23.

¶Tales ergo, qui modo, quo ꝑdictū est, sibiipsis parcūt, & auātagijs, lucrisq; ꝓprijs cōsulunt, & alios inordinate corrigunt, assimilātur taxatoribus, & pecuniarum collectoribus, & talliatoribus, qui totus ónus alijs imponūt, uidelicet mediocri populo, ita ꝙ *ipsi cū cōplicibus* suis nihil soluāt. Ita *isti imponunt* hoīibus onera grauia, & importabilia religionis, & durę correctionis, & dñationis, de qbus beatus Gregorius, Pastoralis (inquit) mansuetudinis obliti, iure dominationis subditos præmunt: 6

¶Tales ſimiles ſunt incarceratorum cuſtodibus, qui extra carcerem de bonis incarceratorum laute viuũt, & ipſis incarceratis ſtrictam dietam aſſignant, nec in carcerem deſcendunt ad eorum conſolationem, ſed ut ſtrictius ligentur, uel arctentur: Sic multi alijs præſidentes de bonis, quæ ſubditorum ſunt, & communitatis, in cameris, & angulis lautam vitam ducunt, & alios legibus, & actis ſatis arctant, eisque ſatis arctam vitam ducere permittunt; nec minimo digito eam ſupportant: Nec ad loca iudicialia ſubditorum deſcendunt, niſi vt ſtrictiora præcepta faciant, & iniurias eis dictas, vel factas acrius puniant: Cõtra quos Chryſoſtomus, Vis (inquit) apparere ſanctus? eſto circa uitam propriam auſterus, & circa uitam aliorum benignus.

¶Item tales aſſimilantur iſtis, qui per villas clamant, ſicut moris eſt, ꝙ ornẽt vtenſilia, &c. Quo clamore uidentur ſe velle defectus alienis utenſilibus corrigere, & tamen ueſtes proprias, & utenſilia habent ſatis exilia, nec ea corrigunt: Sic iſti, quibus Chriſtus ait, Trahe primo feſtucam de oculo tuo. Concluditur ergo, ꝙ conueniens eſt, ꝙ prius ſeipſum, & poſtea proximum corrigat; ut charitas à ſeipſo incepta ad alios, tanquam riuulus à fonte deriuetur.

7

8 ¶ Secunda conditio ex parte corrigentis requiſita eſt paſſio, ꝙ uidelicet illis, quos operis rigore corrigit, cordis affectione compatiatur, & condoleat, propter naturæ identitatem, & propter cõſiderationem propriæ fragilitatis. In cuius forte compaſſionis ſignũ, & euidentiam, ſummus hominum corrector Deus uicarium correctionis ſuæ in terra Petrum peccare permiſit; vt ex caſu propriæ fragilitatis alienis compati diſceret iuſirmitatibus: Non fruſtra ergo hæc duo coniunguntur, homo, & peccator, quia enim peccator eſt, corripe; quia homo eſt, miſerere. 23. quæſtio. 4. duo. Nota de hoc. C. 12. per totum. Sed quia non eſt tantum compatiendum, quòd correctionis iuſtitia torpeſcat: Ideo cum cordis affectione neceſſe eſt, quòd habeat iuſtitiæ feruorem, quia ſi negligentia, uel inordinata compaſſione, uel timore, ſeu amore nimis inuenitur in correctione remiſſus, & tepidus, eſt quaſi imago mortua, & cannabo conformatus ad fugandum aues, quæ nullo tamen proceſſu temporis à damno faciendo arctat: Et ſicut ianitor iuxta hoſpitium depictus, qui gladium, uel baculum ſuper intrantes quaſi percutere, & ab ingreſſu arcere uolens, neminem tamen lædit, uel arctat, ſeu aliter facere, quàm apud ſe cogitauit, compellit; Sic nonnulli ſine cauſa gladium tenentes, uerbis quandoque correctionis, gladium vibrant multa minantes, & promittentes, ad modum formidinis in blado, quæ arcum quidem uibrat. Sed defectus operis ſequens oſtendit, quod in imagine pertranſit homo in primo, id eſt, ad modum imaginis prædictæ in pariete. Sicut ergo tales imagines in aula Ægis pictæ, inter remunerandos uictores nõ remunerabuntur, & inter conuiuantes non feſtiuantur, nec eis miniſtratur; ita iſtæ imagines in aula Dei, eccleſiæ, uidelicet, militantis, depictæ inter uictores & conuiuantes in ciuitate Dei, uidelicet, in eccleſia triumphante non remunerabuntur, ſed deſtruentur, teſte Pſal. qui ait, Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges, nec mirum, quia ſicut nec in eccleſia militante habitus facit monachum, ſic nec in curia Dei, ſolus habitus, uel ſtatus facit bonum Prælatum, uel dominum, uel Chriſtianum, de quibus Phil. 2. Habitu inuentus ut homo.

9

¶Quarto cum feruore oportet, quòd habeat prudentiam, nec feruor ver- 10
ſatur in nimium rigorem, uel crudelitatem, non ſit ergo nimis ſeuerus, ad modum leonis, qui totum occidit, nec nimis grauis, & amarus, ad modum nouercæ, nec nimis placidus, ſicut

sicut parui canes, qui comedentes bonos bolos de mensa dominorum, dominis adulantur: qui enim in correctionibus, nimis festinans & seuerus exercet correctionem, est sicut, qui arborem vult subito reorquere ad partem suæ inclinationi contrariam: quæ hoc casu frequenter frangitur. Et medicus nimis aspera medicina infirmū occidit, & magnus turbo paruum ignē extinguit: Et in arte quacunque materia debilis fortiter percussa, vel rude tractata, frangitur, sic in moribus, ut patet.

11 ¶Est ergo sic correctio prudentia, & misericordia temperanda, ut arbor.i. subditus non frangatur: sed paulatim, ut ad iustitiæ regulam ducatur: & sic melius in altum ad Deum crescat.

Exemplum. Vnde fertur, quòd cum quidam abbas conquestus esset Ancelino, quod monachos rigidè teneret, & tamen semper essent rebelles, respondit Ancelinus, qui (inquit) arborem ex nulla parte crescere permittit, nunquam pulchros ramos faciet; sed si ita eam dirigit, quòd non totaliter frangatur, sed naturæ suæ in aliquo permittatur, potest eam trahere, & dilatare, sicut vult. Ita qui subditos aliquando in licitis, & honestis solatijs eorum dimittit voluntati, & non totaliter cum rigore procedit, meliores eos habebit, & aliquando misericordia eos ad misericordiam sui, & à miseria reuocabit: Ideo dicit canon, quod correctio debet esse mixta cum benignitate, & asperitate, dist. 45. disciplina. Sicut medicus aliqua dulcia medicinæ immiscet amaræ,

12 ne infirmus potionem spernat, sic in medicina animæ. Vnde Seneca, Vitia animi, sicut vitia corporis, leniter tractanda sunt: ut ignis paruus moderato flatu plus accenditur in illis, qui dicunt, superuenit mansuetudo, & corripiemur. Et hæc est doctrina, & admonitio Pauli ad omnes correctores, Galat. 6. Si (inquit) præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis; ita tamen quod nec misericordia in correctione deficiente, sit crudelitas, nec misericordia excedente, sit correctionis remissio. Vnde canon. Qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, in utroque penso iustitiam, & misericordiam peccati temperat pœnam. dist. 45. omnis: Glosa in utroque penso, id est, in absoluendo, & condemnando. 13

Et non solum in absoluendo, & condemnando, sed etiam in secreta admonitione cum prudentia, & cautis exemplis procedendum est. Exemplo Nathan Prophetæ. 2. Reg. 12. Quando voluit regem Dauid de adulterio, & homicidio corripere, caute proposuit exemplum de diuite, qui habebat oues plurimas, & de paupere, qui non habuit, nisi vnam, quam diues pro peregrino sibi aduenienti occidit; Ait ergo regi. Responde mihi iudicium, qui respondit, iuuit dominus, quoniam filius mortis es tu ir, qui fecit hoc, qui propheta, tu es ille uir: Ecce si aperte sine exemplo eum reprehendisset, forsitan Rex indignans superbæ, & sine correctionis effectu respondisset; Quia uero pulchro exemplo, & quasi ex iudicio proprio concludit, grauiter, & salubriter reprehensionem admisit, dicens, peccaui domino. Exemplum.

¶Huiusmodi ergo exemplo caute, 14 & quæstione præcedente in talium correctione, seu admonitione est procedendum, ut ipsi se iudicent, quasi in alieno negocio, & contra arguentem non irascantur, cum non ipse, sed ipsimet sententiam, & iudicium suum proferunt. Dicat ergo sic, dare mihi iudicium in cordibus uestris; si quis uestrum haberet equum, uel ocale pretiosum amissum, nonne haberet grates ei, qui sibi illud reduceret, uel ei, qui de magno damno euitando eum præmoneret, nec contra eum irascereris? & ipse annue-

tibus, exprimatur, quomodo Deum & animam, & cœlum amiserunt, & quomodo imminet periculum æternæ damnationis pro tali, uel tali peccato: Et sic sub dulci modo facilius corrigitur: Exemplum ponit ad hoc beatus Gregorius in pasto.lib.3. Dum, inquit, si laudatur equus indomitus, palpatur, & mel poculo miscetur amaro ut bibat ægrotus. Et ponit exemplum prædictum de Nathan Propheta; sub quadam (inquit) similitudine, arguendi sunt potentes; verbi gratia, date mihi iudicium. Si aliquis dominus unũ seruum excellenter ditasset, & honorasset, & alium non sic, & uterque sit proditor inuentus, vel inobediens, & falsus domino suo, cõtra quem iustius irascitur, & quem maiori pœna puniri potest? iustitia suadente, credo, q̃ corda uestra iudicant, q̃ illum, qui maiorem committit ingratitudinẽ: Sic in proposito Deus nos ditauit, dando hereditatem magnam sine labore nostro, diuitias, & delitias, equos, carnes, & solatia, & filios, & familiam, & honores, quibus mediocres carent, intantum quòd plura bona expẽditis, & comedetis una die, quàm pauper in mense, & totum est dono Dei. Seruos etiam multos, & ministros. Si ergo & uos, & illi pauperes sitis transgressores mãdatorum Dei, cum peccatis prouocantes; Credo q̃ non sit aliquis uestrum ratione utens, quin dicet peccatum diuitum grauius puniendum: Tum, quia ab eo, cui plura traduntur, plura exigentur; & cum eo strictius computatur, in quo computo si in multis deficiat, culpabilior redditur, & maiori pœna dignus, quàm cui pauca committuntur, & in paucis deficiat: Tum, quia de altiori loco cadunt: Tum, quia ex munere Deo rebellant; Natura enim pauperibus æquales sunt: si ergo contra Deum plus superbiunt, hoc est, ex aliquo Dei munere, quod à natura non habent; Tum, quia hic minus purgantur: Subiecti enim habent hic frequenter iudicia, & tribulationes, per quas purgantur, quando peccant, ad iudicia secularia, & ecclesiastica trahuntur domini autem & potentes non sic, sed solum Dei expectant iudicium: De quo Heb.10. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. De hoc iudicio diuitum. Nota optime, Sapien.6. Et beatum Gregorium in pasto.lib.1. Subditorum (inquit) uitia per uos disciplinæ uigore feriuntur. In his uero, quæ ipsi committimus, nisi uerbi quidem proiectione ab aliquo lacerarmur, tanto ergo magis apud Deum obligati sumus; quanto apud homines inulte peccamus; sicut patet. D.11.31. Talibus exemplis Christus in euangelio frequenter legitur peccatores reprehendisse. Patet ergo, quòd sunt quatuor conditiones requisitæ ex parte corrigentis. Ex parte uero personæ cui iniuriatur, pro qua iniuria correctio iniurianti inferenda uidetur, rationi consonum est, quòd iniuria facta Deo prius corrigatur.

¶Sed heu, econuerso est, quia iniuriam propriam multi uindicant: Iniurias Dei pauci, sicut patet: Ad puniendum uero personam iniuriantem adhibenda est cautela, quia aliter corrigendus est obstinatus, & consuetudinarius peccator, alite passione præuentus, de qua dolet: Exemplum ad hoc, de regibus, qui pro latronibus, & homicidis habent gladium, & patibulum, pro filijs corrigendis habent uirgam: Exemplum ad hoc de Deo, qui peccatoribus finaliter habet gladium, & patibulum æternæ maledictionis; & damnationis, pro peccantibus uero, & humiliantibus se habet uirgam tribulationis. Exemplum est, ad hoc Ambrosij super.21.c.Matth. Grauissimus (inquit) nodus in ligno non potest expelli, nisi grauissimo oppressore.

¶Exemplum ad hoc in arte medicina, fortior fortioribus, & leuior datur debilioribus.

¶Exem-

Exemplum. Leo. ¶Exemplum ad idem in natura. Leo fortius inuadit resilientes, & parcit humilioribus. Vnde Solinus. lib. 24. c. 2. Clementiæ (inquit) sunt multa indicia in leonibus, prostratis parcunt. In viros plus, quàm in fœminas sæuiunt. Infantes non nisi in magna famæ peribunt. Patet ergo, quòd secũdum diuersitatem personarum adhibenda est diuersitas correctionis. Vnde Seneca. lib. de moribus. Nobilis equus vmbra uirgæ regitur, indomitus nec calcaribus cõcitari pt: vulgi imperitiã ad res iustas sola constringit necessitas. Nota. D. 6. 16.

19 ¶Sed heu, qui moderno tempore populum regere deberent, econuerso leoni superbo parcunt, & catulum uerberant, contra muscas gladio pugnant, & lupos demulcent, quod patet, quasi in omni curia, ubi asinus uerberatur, quia pauperes, & simplices acriter puniũtur, & arctantur, & potentes euadunt. De quibus Bernard. tractans illud Matth. 23. Duces cęci excolantes culicem, & camelum glutientes, prælati (inquit) nostri culicem liquant, & camelum deglutiunt, dum maiora prætermittens, minora discutiunt, optimi rerum æstimatores, qui magnam in minimis, & paruam in maximis diligentiam exhibent, quod patet expresse, quia de temporalibus plus, quàm de animabus diligentiam habent.

20 ¶Quarto quantum ad temporis cõgruitatem, correctio est cito facienda. Sicut ignem in domo cito extinguunt, ne alias domos in uilla comburet. Ita peccatorem corrigere debent, ne alios corrũpat, & vulnera cito sanare necesse est, quia vulnera putrida, & fœtentia cũ difficultate sanantur, sed ferre necesse est, ut abscidantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam. dist. 81. c. Quia aliquanti. in fine. Nota de hoc quomodo vulnera non cita sanata se ostendunt, & peiora efficiunt. C. 8. 8.

Artic. 4. ¶Sed licet correctio peccatoris cum conditionibus præcedentibus sit donum: tamen corrigenti, nõ est bonum, quod fiat, nisi adsit intentio pura, & munda, quia si oculus fuerit nequã, totũ corpus tuũ erit. Ex parte ergo accusantis, seu denunciatis requiritur, ꝙ res sit uera, de qua agitur, & ꝙ dicatur ei, qui prodesse potest, & non obesse. Ex parte uerò vtriusq; tã denũtiantis, quàm corrigẽtis, requiritur intentio, ꝙ uidelicet, oĩa faciant in odium peccati, & non personæ, nec ad malum, seu dãnũ personæ, sed ut sanetur. Sicut os malũ pedis, uel alterius mẽbri Medico reuelat, & medicus illud ligat, ut sanetur. Sic quilibet peccatum alterius Medico reuelet animarum, quia (teste Augustino in regula) magis innocentes non estis, si fratres uestros, quos iudicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. 21

¶Sed heu, raro tali intentione fit accusatio, vel correptio. Sicut patet. A. 11. 7. & M. 9. 15. Hoc idẽ ostendo tali consequentia, si tali corrigerent intẽtione, potius, & citius, amicus, & familiares corrigerẽt, quàm extraneos, cõsequẽtia probatur, quia naturaliter oẽs potius volũt bonũ amicis, quàm inimicis. Si ergo in correctionibus suis intenderent bonũ in correcto finẽ inducere, & effectum, potius eam exercerent circa amicos, quàm inimicos. Falsitas consequẽtis apparet quotidie in opere, & consuetudine. Vbi est enim visum in curia laicali, ꝙ amicus amicũ de fori facto, uel familiarẽ accusauit. Et immò, si esset, accusatus, quin eũ, supportaret, & ne corrigeretur, impediret, & inimicitias contra accusantẽ exerceret. Vbi uisũ est in curia illa, ꝙ iudex amicũ condẽnat, uel grauiter gratis puniunt. Vbi usum est in curia ecclesiastica, ꝙ magnus prælatus, uel iudex amicum, uel familiarẽ crtauerit? uel familiã, seu uestes suas portantes correxerit, imimò seruitiũ, & uestis dõorum mundialiũ, & etiã prælatorum magnorum, est quasi scutum, ab omni correctione eos, ꝑ regens, & quasi litera protectionis, & securi cõductus, qa sine impedimento libere ad infernũ pergant, qa ipsemet eos efficaciter non corrigũt, nisi fortè uerbo, sicut Heli, dicentes, correctiones ad officiales suos 22

pertinere,

pertinere, officiales dicunt, ſe non intromittere debere de ſubditis, & portãtibus ueſtes epiſcoporum. Et ſic inter
23 ſcanna duo cadunt in infernum, trahẽtes illos ſecum, quibus in peccatis ſuis ſe appodiant, qui ſimiles ſunt leonibus, qui rugitu ſuo animalia terrent, nõ autem catulos proprios? Sic iſti alios terrent, ſed non familiam propriam: Contra canonẽ, qui dicit, quòd familia per dominũ ſuum corrigi debeat, & ad bonum incitari: diſt. 47. c. ſicut ij. §. neceſſe eſt. Nota. D. 12. 11.

¶Aliter culpabilem ſe reddit dupliciter.

¶Primo, quia alij uidẽtes illos familiam habere diſſolutam in ueſtibus, & moribus, & uerbis, nimis curant ipſi ſimilia facere, uel conſimilem habere familiam. Ideo Ber. lib. 4. de conſideratione. Eugenium Papam admonet dicens, miſcant à te, comaculos pueros, & comptos adoleſcentes ſecum non habere, quærẽdi igitur tibi ſunt, qui ſunt compoſiti ad mores, probati ad ſanctimoniam, parati ad obedientiam, qui marſupium non exhauriant, ſed corda reficiant, & crimina corrigant, hæc ille. Aliter pœnam meretur, ſicut patet optimè. F. 3. 33.

24 ¶Secundo culpabilem, & ſuſpectum ſe oſtendit, quia præſumẽdum eſt, quòd neſcit benè præeſſe eccleſiæ, & familiæ Dei numeroſæ, qui benè neſcit regere propriam familiam, paruam. 1. Timo. 3. Si quis autem domui ſuæ præeſſe, neſcit, quomodo eccleſiæ Dei diligẽtiam habebit.

¶Oſtenſa talium culpa, oſtendere reſtat, quòd illorum excuſatio, quàm parum ante uidelicet ſupra eo. c. 23. Prætendunt, uidelicet, quòd ſubditorũ correctio ad officiales pertinet, nõ ualeat, & ſpecialiter, quando uident, quòd officiales, uel commiſſarij ſui in negligentia delinquunt: Vnde Bernard. de conſideratione, lib. 4. ad Eugenium Papam, ad literam Papam, & prælatos admonet, quòd correctioni familiæ ipſimet intẽdant, dicens.

¶Sunt (inquit) quæ ignorare te nolim, mores, uidelicet, quorumcunque, & ſtudia, non oportet, vt uitia domus tuæ vkimus ſcias, quod quàm plurimus nouimus contigiſſe, alius alia diſpenſet, tu de diſciplina prouide, illud nemini credas, ſi inſolentior ſermo corã te inſonuerit, habitus intompoſitus aperuit, manus tua ſuper huiuſmodi ſit, tu ulciſcere iniuriã; Impunitas auſum parit; Auſus exceſſum: Audi Paulũ dicẽtem. 1. Timo. 5. Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum, curam nõ habet: fidem negauit, & eſt infideli deterior: hæc ille: Et idem tradidit ĩ ſcriptis Robertus, groſſum caput, epiſcopus Linconienſis. Innocentio Quarto, & Cardinalibus. 25

¶Idem oſtenditur ex uerbis Auguſtini in epiſtola ad comitẽ: Quarto (inquit) mi frater pro omnibus tibi ſubiectis, a maiori, vſque ad minorẽ, amorem, & dulcedinẽ regni cœleſtis: amaritudinem, & timorem gehennæ annũcies: & de eorum ſalute ſollicitus, & vigil exiſtas, quia pro omnibus tibi ſubiectis, qui in domo tua ſunt? rationẽ domino reddes; Annuncia, & ſua de eis, & caueant à ſuperbia, detractione, & ebrietate, fornicatione, ira, periurio, & cupiditate. 26

¶Idẽ Auguſtinus, ſuper Io. Homel. 59. ſuper illud Io. 12. Qui mihi miniſtrat, &c. Sic (inquit) vos pro modo veſtro miniſtratę Chriſto, benè uiuendo, eleemoſynas faciendo, nomen, doctrinamque eius, quibus poteritis, prædicando, ut vnuſquiſque paterfamilias hoc nomen cognoſcat, paternum affectum ſuæ familiæ ſe debere pro Chriſto, & pro uita æterna, omnes moneat, doceat, corripiat; ita in domo propria, eccleſiaſticum, & quomodo epiſcopale impleat officium miniſtrans Chriſto, vt in æternum ſit cum eo: huic etiã cõcordat Papias, dicens: quòd ideo vocatur paterfamilias, quia in familia ſua, tanquàm filijs ſuis, paterna dilectione conſulit.

¶Viſa ergo talium culpa, & quod excuſationes 27

cuſationes non habent de peccatis ſuis, nihil aliud reſtat, niſi, ut contra culpam duplicem, duplex pœna in ferendâ timeatur, uel iam illatam ſentiatur in parte.

¶Pœna enim temporalis dominos ſequitur, & patresfamilias, ex negligentia familiæ, & filiorũ, ſicut patet expreſsè lib. 5. decretalium tit. 3. de ſymonia. licet Hely. Vbi dicitur, quòd licet Hely, ſumus ſacerdos, in ſe bonus exiſteret, quia, tamen filiorum exceſſus efficaciter non corripuit, & in ſe pariter, & in ipſis animaduerſionis die uindictã excepit, cum filijs eius ĩ bello peremptis, ipſe de ſella corruens, factis ceruicibus, expirauit.

28 ¶ Et non ſolum pœna corporalis, ſed etiam infamiæ conſequitur, quia propter diſſolutam familiam domini, multi obloquũtur: quod patet per hoc, quod fertur de quodam, qui, ut dicitur, quæſiuit à duobus mimis, quid de eo patria loqueretur. Primus reſpondit, dicens, dicunt, omnes quòd eſſes bonus dominus, ſi haberes bonam familiam: Alius requiſitus reſpondit, dicunt omnes, quòd familia eſſet bona, ſi haberet bonam dominum, & iſte apertius dixit, quia dominus familiam ſuam, etiam ui, corrigere poteſt: Vnde ſi ipſe bonus ſit, uel amore, uel timore alios de familia ſua bonos facit. Et ſic uerificatur, pro uerbium, quo dicitur, ſecundum iudicem populi, & miniſtri eius. Et qualis rector ciuitatis, tales inhabitãtes in ea. Eccleſiaſtici. 10. Nota. D. 12. 4. Et nõ ſolum pœna temporalis, uidelicet, corporis, & infamiæ, ut dictum eſt, ſed etiam pœna æterna dominos ſequitur, circa regimen familiæ negligentes; Sicut patet in Pſal. 54. Deſcendant (inquit) in infernum uiuentes quoniam nequitiæ in habitaculis eorum: Et diſt. 47. §. neceſſe. Ad corrigendum igitur ſubditorum defectus, & exceſſus tanto diligentius debet prælatus aſſurgere, quanto damnabilius eorum offenſas deſerit incorrectas. Extra lib. 5. titu. 3. de ſymonia, licet Heli.

Exemplum.

¶Viſo ergo, quòd correctio ex tam pia procedit intentione, & pro peccatoris tam neceſſaria utilitate, conſequens eſſe debet ex parte correcti benigna patientia, ut humiliter, & patienter recipiatur, quicquid pro eius agitur utilitate, quod eſt quintum principale, quia quicquid amans, & amatus infert, patienter recipiendum eſt? Sed correctio ſignum eſt amoris, quia non eſt charitas, ſed languor, ubi mali mores non corriguntur. 23. quæſt. 5. non putes, & c. ſequen. Arti. 5. 29

¶Item non corrigere malos, ſed eos fouere, eſt eos occidere. 23. q. 5. Qui uitijs. Et diſt. 45. ſed illud: Sicut ergo ſpeculum, quod maculam oſtendit, non offenditur, nec frangitur. Et ſicut qui damno facit carere temporali; Et ſicut manus ligans pedem infirmum, non percutitur à pede, ſed magis affectum corporis meretur. Ita corripe ſapientem, & diliget te. Nota. I. 13 39.

¶Correctus ergo, uel repræhenſus contra correctorem non murmuret, licet minorem ſtatim teneat, qui repræhendit. Exemplum ad hoc eſt ſancti Petri Apoſtoli, quẽ Paulus legitur repręhendiſſe, Ad Gal. 2. Cum (inquit) veniſſet Petrus Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia repræhenſibilis erat: Et hoc non obſtante, Petrus quaſi gratãter, repręhenſionem acceptãs, Epiſtolas Pauli, in quibus repræhenditur, commendat, Secunda Petri vltimo, dicens, chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit nobis, ſicut & in omnibus epiſtolis loquẽs, &c. Ex hac ſcriptura beatus Gregorius ſuper Ezechielem. Homel. 18. Concludit humilitatem, & patientiam Petri, quia in epiſtolis Pauli inuenit ſe repræhenſum, & tamen eas commẽdat. Nos (inquit) ſi à minore fratre corripimur, murmuramus, & indignamur; Petrus autem non recogitat ſe prius vocatum, & vmbrã eius infirmos ſanaſſe, ſed cætera alia obliniſcitur, ut ſolam humilitatem cuſtodiat: huiuſmodi ergo exẽplo, diſciplinã domini, fili mi, ne abij- 30

cias,

cias,cum ab eo corriperis, nec deficias, quẽ enim diligit,Deus corripit, & quasi pater ī filio complacet sibi. Prouer.3.

51 ¶Sed,heu, multi assimulantur equo infirmo,in dorso,qui recalcitrat,quando locus ille tangitur. Ita isti correctores maledictionibus, & asperis uerbis pungunt, & contra sanitatem propriã recalcitrant.Iuxta illud corripe insipiẽtem, &c.Tales assimilantur uermi, qui ligna penetrat,& corrodit, q durus est cum tangit, & mollitur cum tãgitur,qa statim crepat, & tangentem maculat; Sic isti alios dure corrigere, & arguere in omnibus,obloqui, & omnium facta vituperare uolunt,& ipsi à nullo reprehendi uolunt,& si reprehendantur, reprehensorem detrationibus maculant, tales non sunt spiritualiter sanabiles, quia medicinam spernunt,ideo moriẽtur.Prouerb.29. Virum, qui corripientem se dura ceruice contemnit,repente superuenit ei interitus.

¶Quia sicut in arte medicinæ signũ mortis est, quando æger ex medicina deterioratur,sic in moribus, qui increpationes odit,morietur.Prouerb.15.

52 ¶Sic ergo tacti in se crepãt, sicut vermis prædictus, & tangẽtem cum complicibus suis maculant,ad modum porcorum,inter quos consuetudo est,quod vno clamante,omnes accurrunt, & super custodem, qui eum clamare facit, clamant,quasi uolentes porcum defendere,contra custodem assurgunt, & se erigunt.Sic quando prælatus,uel alius, qui incumbit,porcum infernalem, qui videlicet uitam ducit porcinam,in foro quocunque siue ecclesiastico, siue seculari,corrigere nititur,ipso, quasi de iniuria sibi facta,conquerenti, omnes cõplices, & supportatores contra correctorem insurgunt,& uerbis,& quandoque uerberibus eum persequuntur. Et sic qui arguit impium, maculam sibi generat. Prouerb. 9. Nota infra. eod. cap. 54.

Artic.6. ¶Et tamen plus seipsos lædunt, & maculant hoc faciẽdo, quàm correctores suos, insaniamq; propriam apertis ostendunt indicijs, sicut phreniticus, qui odit ligantem,eumq; dẽtibus mordet, & uincula manibus rumpit. Sicut etiam fur, qui odit lucem, & Adultera maritũ, de hac infamia loquitur Chrysostomus super Matth. Homel.33.dicens,hæc est proprietas bonorum hominum,& malorũ,bonus enim in peccato reprehensus ingemiscit, quia peccauit, malus autem comprehensus fremit,non quia peccauit, sed quia in peccato comprehensus est,vtputa domesticum animal, si aliquo tẽpore extra domum errando fuerit euagatum, cũ venerit in manu domini sui, quasi in recordationem naturæ suæ, cito mansuescit.Animal autem silueſtre,cum fuerit comprehensum, aut morsibus appetit, aut calce repugnat, sic & malus homo, correptus non solum pœnitentiam nõ agit, sed ad uersus corripientem magis irascitur. Hæc ille. Nota de hac materia. A. 26.13. 35

¶In istis patet, quòd sicut, qui vult ignem accendere, fumi sentit amaritudinem.Et qui candelam emungit, priorios comburit digitos.Et tractans spinas,pungitur. Ita qui corrigit insipientem,puncturas sustinebit, nec tamẽ est à correctione cessandum, sed in ea fortiter perseuerandum, sicut seruus domino suo assistens, propter paruam digitorum adustionem non dimittit, qn candelam emungat,ut clarius luceat,& domino suo plus placeat. Ita nec cessãdum est à prædicationum officio, & à confessionum audientia,propter tẽdiũ, seu scrupulum conscientiæ, sed talibus assistendum est, ut peccatores ante Deũ luceant, seu placeant. Artic.7. 34

¶Quia licet in principio tẽdiũ sentiant(sicut accedens ignem, fumi amaritudinem) tamen postea sentiens lucrum animarum,gaudẽt,sicut ille, qui sentit ignis commodum,& calorẽ, non meminit fumi præteriti propter gaudium.Vnde sincletica in vj.pa.Qui (inquit) vult ignem accendere,in principio sumatur,sed in fine gaudet. Ita, qui incipit bonum opus in se,uel in alio,in 35

principio

principio inuenit tędium, in fine uerò gaudium, sicut ergo nil melius probat probum militem, quàm in bello corporali perseuerantia, sic probatur miles Christi in bello spirituali. Vnde Augustinus super epistolã ad Gal. Nihil (inquit) sic probat uirum spiritualem, sicut peccati alieni correctio, cum liberationum eius petius, quàm insultationem, potiusque auxiliũ, quàm conuicia meditatur. *Si* uerò nunc à correctione cessĕt, ut ei placeat, alias coram Deo de eo quærimonias deponet, sicut patet per decretum secundum. P. 13. 60.

Arti. 8. ¶Sed, heu, multi benè incipiunt, sed non perseuerãt. De quibus Augustinus de ciuitate Dei, libro primo. Plerunque ab admonendis, & obiurgandis, & corripiendis malè dissimulatur, ne uel eos offendamus, uel ut eorum inimicitias diuitemus, ne impediant, aut noceant in istis temporalibus rebus, quas addipisci adhuc appetit nostra cupiditas, seu quas amittere formidat infirmitas. Nota. G. 2. 9.

36 ¶In qua auctoritate, pro parte, infertur octauum principale, scilicet, aliquorum correctorum error, in hoc, quod dicit, dissimulatur, & causa erroris, in alijs uerbis, circa quem articulũ sic est procedendum. Primo, ut respondeatur, quomodo errant. Secundo causa erroris. Tertio reprobatio tam facti, quàm causæ.

Fabula. ¶Quantum ad primum, est sciendũ, quod nonnulli modernorum correctorum in utraque curia, tàm ecclesiastica, quàm seculari, assimilantur curię leonis, de quo fabulæ habent, quasi sic, qđ uidelicet, lupum, & vulpem, qui ei plus munera dederũt, accusatos, quod oues, & gallinas comedissent, & excusauerunt seipsos dicentes, quod natura, & necessitas eos ad hoc cõpulit, eo quod alium cibum paratum non habuerunt, & parua, uel nulla pœnitentia eis data, uidelicet, quod Miserere dicerent, abibant.

¶Asinus uerò, qui uiã suã cũ leone, & consiliarijs suis, & officialibus non prępararat, accusatus, quod tria folia comedisset petrosilij, acriter à leone obiurgatum, qui eum gulosam bestiam uocauit, eo quod herbam sine salsa comedere nescirĕt, cum lupus, & vulpes nullam salsam ad carnes suas requisissent, & malè, & uerbis, & verberibus tractatus, in compedibus ponebatur. Ita modo potentes impuniti euadunt, & mediocres, seu simplices, ultra quàm deberent, puniuntur, & comprimuntur, & uerbis, & *factis* malè tractantur, incompedibus pedes eorum: sicut patet. I. 9. 8. & P. 4. 13. Ecce error. 37

¶Causa uerò istius erroris in diuersis diuersa reperitur. Aliquando causa est cupiditas.

¶Aliquando timor offensæ, vel inimicitiæ, uel amissionis rerum, seu damni corporis, sicut patet. T. 5. 8. Aliquando mutua malorum colligatio, & supportatio. Aliquando ignorantia, & defectus doctrinæ. Aliquando amor. Aliquando odium. Aliquando præces amasiæ, seu carnales. Aliquando uerecundia. Istæ causæ correctores excęcãt, quibus excęcatis contingit, quòd contingeret cęcis purgatoribus tritici, qui triticum eradicarĕt, & zizaniam dimitterent.

¶Quod etiam contingit Lamech, de quo magister in hystoria scolastica super Genesi:

¶Quod cum esset cæcus, & uellet feram sagittare, puero dirigente sagittam, hominem, & non feram occidit.

¶*Sic correctores, & iudices aliqua prædictarum causa excæcati*, & puero, id est, sententiam dirigit, persuadentes modos, & colores, & cautelas, quibus sententiam pro se dare potest ad modum iudicis Iudæorum, uidelicet, Samsonis cæci à puero ducti. Iudicum. 16.

¶Qui domum euertit, & seipsum, & alios morti tradidit, omnia peruertũt, & se, & alios spiritualiter occidũt.

Et

Et ad modum minutoris cęci, non uenam tangunt,quam deberẽt. Et ad modum habentis manum paraliticam, nõ locum percutiunt,quem deberent, immò ubi deberent muſcam percutere, id eſt, malefactorem, percutiunt innocentis frontem,qui non demeruit,uerbi gratia.In ſpãli corpus & anima ſimul
38 peccant:& burſa percutitur,& punitur, ecce minutor cęcus, ecce medicus peſſimus, qui medici nam ad plagam non apponit,& hęc eſt cauſa quaſi totius infirmitatis, & mortis in corpore eccleſiaſtico.

¶Sed dicent, percuſſio burſæ pœna eſt delinquentis, quia dum burſam exhaurunt,peccatorem affligunt, quibus reſpondetur,quod in optimo, quod in opere requiritur,uirtuoſo deficiunt,uidelicet,in modo, quia licet delinquentem ſic puniant,non tamen modo, quo puniendus eſt, quia ſecundùm iura diuina, per ea per quæ peccat, torqueri debet.Sap.11.Qui ergo membris peccat corporeis, in illis puniri deberet, nudus eundo circa forum, & eccleſiã, ieiunando,linea dimittendo, & huiuſmodi, quia ſecundùm iura canonica, pœna,quam plus timent, peccatoribus imponenda eſt.Extra.lib.2. Vbi lite nõ conteſta.c.quoniam frequenter. Et lib. 5.titu.37.De pœnis.c.licet.Et 23.q.4.ea vindicta. Et q.5.prodeſt. Vide. P.8.7.
39 Sed pœnam corporalem plus timent, quàm pecuniariam, probatio, in foro eccleſiaſtico ꝓ fornicatione, adulterio, & huiuſmodi,ſemper imponitur pœna corporalia in publico coram omnibus, nec reges,& domini terrarum ſinerent eos alias pœnas pecuniarias eis imponere, ſaltẽ ruſticis ſuis. Sed ipſemet ſic ad pœnas adiudicati corporales, poſtmodum ad iudices illos ueniunt,pecuniam offerentes,& commutationẽ pœnæ corporalis in pecuniariã rogantes, quòd non facerent, ſi plus pecuniares timerent,quia non uidetur veriſimile, quod rogarẽt, uel optarẽt eis accidere, quod plus timerent. Ergo de duobus malis, quaſi minus malum eligunt, & minus terribile, & pœnale. Nota.I.9. 22.legem ad hoc.T.2.3.

¶Huic reſpondet dupliciter. Vno 40
modo, quòd totum ſic acceptum vadit ad eleemoſynam,ſicut Iudas,qui ait:potuit enim uenũdari multo, & dari pauperibus:hoc autem nõ dicebat,quia cura ei erat de egenis,ſed quia loculos habebat,&c.Matth.26. Quàm ergo ueritatem illud dictũ habeat, Deus nouit, & ſupponendo,quòd uerum ſit,nõ deberet animas perdere, & eleemoſynas facere,melior eleemoſyna eſſet animã peccatorũ ſaluare, quàm corpus famelici ſaturare : ſicut patebit infra,c.de eleemoſyna.Chriſtus enim uenit peccatores ſaluos facere, & animas quærere, & non pecunias.

¶Iterum reſpondent officiales,aduẽtus meus non eſſet domi acceptus, niſi lucra portarem terrena, ſed plus eis cogitandum eſſet, quomodo eorum aduentus poſſet Deo eſſe acceptus, qui eorum aduentum non acceptabit, niſi animas ducant.

¶Et quomodo poterunt ipſi cogitare,quod facta ſua Deo placeant, cũ nec canes habentes conſimilis conditiones eis placerent? Non enim eſt aliquis illorum, cui canis ad cuſtodiam domus deputatus placeret, ſi latroni applauderet propter fruſtum panis ſibi proiectum, quod tamen ipſi faciunt canes muti, qui primo cum tanto latratu, & minis ad delinquentem veniunt, quaſi ipſum diuorare uellent, ad modum canis rabidi, ſed pecunia, uel munere in ore proiecto obmuteſcunt. Seruus qui ſic in eis miniſtraret in iniurijs, & factis, eis non placeret.

¶Patet ergo,quàm uiles ſunt,qui ꝓpter munera correctionem dimittunt, & animas pro animo cenſu, ſicut animal,uel domum diabolo locatam. De quibus.Nota A.27.50. Et quæ mala ex hoc accidunt, quod munera tãtum cupiunt,& lucra terrena, qui in poteſtate conſtituuntur,nec tamen eſt de eorum cupiditate mirandum, ſed potius dolẽdum.Ideo dico,non eſt mirandũ : quia 41

de

de naturalibus, & communiter accidẽtibus non eſt mirandum, ſed naturale eſt, & conſuetum tam in natura, quàm in arte, quòd totum opus præcedens ſit circa finem intẽtum, ad hoc uidelicet, quòd finalis intentio habeatur.

¶In his uerò, qui in officio, uel poteſtate ponuntur, in quacunque curia finalis intentio, eſt lucrum terrenum, de pluribus dico, qui non accipiunt officium zelo iuſtitiæ exercendæ, ſed intẽtione pecuniæ colligendæ, & proprij commodi cauſa, quid ergo mirum eſt, ſi opere ſemper nitantur implere, quod pro principali fine ante opus inceptum intendebant? & dum hoc intendunt, innocentes, & iuſti deprimuntur, & in officijs non ponuntur, ſed contenduntur, ſicut fidelis à latrone, & malefactores ſupportantur. Et ſic correctio cupiditate impeditur, & multa mala tam corporalia, quàm ſpiritualia fiunt. Quia cũ paſtor p abrupta, ſcilicet cupiditatis graditur, ad præcipitium grex ſequitur, beatus Gregorius in paſtorali.

41 ¶Et nõ ſolum cupidi correctionem dimittunt pro muneribus, ut ſic ſolo omiſſionis peccato euadant, ſed nõ dãtibus grauamina inferunt exquiſita, qa non dantibus occaſiones nocendi non expectantur, ſed quærũtur, & malitioſè excogitantur, tales citantur, quo uaranto, uel iure, quod ab antiquo tenuerũt, uel tenent, à Thelonei ſolutione, & alijs oneribus liberi ſint, uſque aliquid detur, & uexatio redimatur oſſe in ore canis proiecto. Vtinam ita diligenter ſeruarentur, quo iure ipſi tenent, quæ à falſis anteceſſoribus, uel ab acquiſitione propria poſſident, quod ſi facerent, uel totum, uel magnam partem inuenirent, ſe contra rationem, & Dei iura tenere Quæ ergo maior inſania, quàm tam diligenter quærere, quo iure eſt ei breue regnum uocatum, quo iure alij tenent terras, pro uel cõtra iura domini terreni, & nolunt quærere, quo iure ipſi teneat terras ſuas contra iura Dei, in perditionem æternam, & amiſſionẽ terræ uiuentium. Conſulte ergo faceret, prius trabem de oculo proprio trahendo. Patet ergo error in correctione, & cauſa erroris, quæ ex cupiditate accidit cum reprobatione.

¶Alia cauſa correctionem impediẽs, vt prætactum eſt ſupra. eod. c. 37. Eſt ti- 43
mor offenſæ, ue, uidelicet, illum, quem corrigere deberet, uel eius complices grauet, & ad inimicitias prouocet. Sed talis cauſa in curia Dei allegata non aprobabitur, ſed reprobabitur. *Et qui propter talẽ cauſam correctionem dimittit, ĩ illa curia iudicabitur peſſimus medicus,* & homicida, & proditos.

¶Primum patet, ſi Rex conduxiſſet care medicum pro cura filij ſui, & ipſe iuramento præſtito, curam filij regis in periculo ſuo ſuſcepiſſet, ad talionem legis ſe obligans, ſi in cura ſua deficere, ſi poſtea uideret, quòd filius regis ſine potione amara, uel ſectione ſanari non poſſet, ſi ad rogatum filij regis, qui curã tã duram timet ſuſtinere, uel propter, munera eius, uel ne eum offendat, omnem medicinam illam ad burſam apponat, & non ad plagam, nonne peſſimus iudicabitur medicus. Et ſi ex hoc poſtmodum filius regis moreretur, nõne Rex iudicaret eum homicidam, & proditorem, ſic ut in propoſito eſt patet.

¶Sicut ergo, qui dimittit cultellum in manu filij regis, uel filij proprij ne clamet, uel lachrymetur, plus abhorrebit, quando grauiter illo cultello ſe læſerit, uel occiderit, & ipſe propter malã cuſtodiam de curia regis ejicitur. Ita in propoſito. Illi qui curam filiorum regis, id eſt, animarum ſuſcipiunt, *qui tamen plus intendunt cuſtodiæ canum,* vel falconum, & equorum, & meretricum, quàm filiarum Dei, qui ueritatẽ eis dicere negligunt, uel timent, ne clamor malorum uituperantium contra eos inſurgat, plus uituperabuntur. Et mirabile eſt, timent, ne offendãt, & nõ timent, ne damnentur, quando alij propter eorum defectum damnabuntur, & ipſi de curia Dei ejicientur in tenebras

bras exteriores, tunc plus horrebunt, quia tunc plus erit illa amittere ſempiterna, quàm gratiam hominum, uel bona temporalia.

44 ¶ Tertia cauſa correctionem impediens, eſt mutua malorum, ſupportatio, & commendatio, & colligatio, in qua ſe habent, ad modum ſpinarũ mutuo tenentium, & tangentes pungẽtiũ: ſicut patet, ſupra. eo. c. 32. quod figuratur Exod. 8. Vbi habetur, quòd cũ Moyſes percuſſiſſet puluerem ſomnis puluis cõuerſus eſt in cynifes, quod eſt genus muſcarum acutiſſimum, non dicitur, quòd percuſſit omnẽ puluerem. Et tamen dicitur, quòd omnis puluis conuerſus eſt in cynifes, quia cũ arguitur, uel punitur unus malus, oẽs mali detrahunt corrigenti, ipſumq; perſequuntur, & ſpecialiter mali eiuſdem conditionis. Et ſic, qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. Eccleſi. 10. Et non ſolum correctores mordent etiam peccatorem commendant. Iurantes eum eſſe bonum ſocium, & ualentem uirum, & multo melioris uitæ, & conditionis, quàm ille, qui eum corrigit. Iſti ſic cõfederati optimè figurantur per demoniacum. Marci. 5. A quo cum Chriſtus nomen quæreret. Reſpondit, legio, eſt mihi nomen, quia multi ſumus, de quo ibi dicitur, quòd neque cathenis ligari potuit, & quòd nemo potuit eũ domare. Sic iſti cathenas frangunt correctionis, & nemo eos domare poteſt, donec ligentur cum demonio meridiano. Sed potius rogant ſe in porcos mitti, quia delectationes, & brutales ſequũtur, & appetunt affectiones. Mitte nos (inquit) legio illa, in porcos. Nota. F. 1. 9. 10.

45 ¶ Quarta cauſa correctionem impediens, eſt ignorãtia, & defectus doctrinæ, & ſani conſilij, ſicut patet ſupra. c. de conſilijs. Cęcus oculus nũquàm benè dirigit manum ad percutiendum, ſicut uidens. Figura. 4. Regum. 13. Dum Helyſeus propheta ſuppoſuit manum ſuam manui regis, Ioas Rex benè direxit ſagittam.

¶ De quinto impedimento uidelicet precum carnalium. Nota. A. 21. 31.

¶ Sexta cauſa correctionẽ impediẽs eſt uerecundia, qua multi uerecundantur peccatores corrigere, quando uidẽt, uel audiunt eos iurare, & delinquere. Erubeſcunt enim in ſocietate, uel in domo, & expenſis alienis, non eſſe ſociales. Sed non eſt bonus miles, qui dimittit negocia domini ſui, uel iniurias ei dictas, uel factas, pro poſſe non corrigit propter erubeſcentiam, qui enim eum erubuerit habere dominum, ipſe eum erubeſcit habere ſeruum.

¶ Propter iſtas, & his ſimiles cauſas, multi, & maximè potentes, & correcti in hoc mundo, & impuniti ad punitionem tranſeunt æternam. Ideo licet correctores eos propter cauſas prædictas non corrigant, tamen quando uident ſimplices pro luxuria circa eccleſiam, & forum ire, & alijs modis corrigi, deberent ſe emendare. Exemplo Leonis, qui caſtigatur aſpectu canis, quem uidet uerberari, ſciens, quòd licet hic impuniti euadant, tamen nec propter potentiam, uel diuitias, & ſi mille armatos circa ſe habeant, illum leonem qui circuit quęrens, quem deuoret, id eſt, diabolum in mortẽ non euadent, ſed eos ſecum rapiet. Et ſic patet, q; tales periculoſiſſimę infirmantur, de quorũ infirmitate, nec ipſi, nec alij ſe intromittunt, nec curam quærunt.

¶ Et quia huiuſmodi ſubditorum pericula frequenter ex ſuperiorum dependent negligentia, & per conſequẽs in illorum redundant periculum. Ideo in hoc articulo ultimo uidendum eſt, quod ſit periculum, & pœna non corrigentibus debita. Arti. 9. 46

¶ Horum autem periculum, & pœna multis apparet exemplis.

¶ Primo per exemplum, de mercenarijs, qui pro mercede ſeruiunt. Ideo hæreditate filijs debita priuantur. De quibus beatus Gregorius Moral. lib. 20. Si ab increpatione incepta reticemus, quia deriſionis odia formidamus, non lucra Dei, ſed noſtra quærimus. Talibus

ergo

ergo dicet, recepisti mercedem; supple, quam quærebas.

¶Secundo per exemplum pastoris, qui videt lupum ouem asportare, & non clamat, vel efficaciter non impedit, de damno respondebit; sic in proposito: & patet.

¶Tertio per exemplum consuetudinis in aliqua patria; qui videlicet, hominem aliquem alium occidere, uel furari uiderit, reus erit, nisi clamet, quia error, qui non resistitur, approbatur, distinct. 83. error.

¶Idem patet de speculatore, Ezechielis. 3. & 33.

¶Quarto idem patet per exemplum de infirmitate in corpore naturali, in quo si sanitas, seu sana pars infirmitatem non expellit, mors imminet, sic mors spiritualis, ubi præsidentes delinquentes non corrigunt. Nota. G. 2. 24. & L. 7. 17.

¶ Quinto per exemplum de rege eunte ad bellum, qui eum tunc sequi nolunt, non sunt digni ab eo in reditu honorari, sed potius honore priuari,
47 Rex noster Christus venit ad bellandum contra peccata, & peccatores, qui ergo eum in hoc facto viriliter sequi nolūt, aūdiant periculum suum à beato Gregorio in pasto. c. 49. Si quis (inquit) est domini iungatur mihi, ait Moyses, in Exod. Si ille Dei dicitur, qui ad ferienda uitia, zelo diuini amoris excitatur, profecto se esse Dei negat, qui inquantum sufficit, uitam carnaliū corrigere recusat.

¶Sed, heu, circa leges, & decretales lucratiuas pecuniarum non dormiunt, sed delinquētes circa illas, cum feruore puniunt, & circa talem executionem non negligenter agunt.

48 ¶Circa leges uerò, & statuta, ubi nihil lucrari possunt, negligentes sunt. Sicut patet de magistro trium linguarum habendo, in vniuersitatibus, in septimo decretalium de magistris, sicut etiam patet de lectore habendo in ecclesijs metropolitanis in theologia, sicut patet ex constitutione Innocentij tertij, quòd etiam singulæ ecclesiæ cathedrales singulos magistros liberalium artium tenerent ad minus grammaticæ artis, qui earumdem ecclesiarum clericos, & alios scholares pauperes gratis instruerent, propter quod aliquod competens beneficium magistro cuilibet in ecclesia præberetur, sicut fuit statutum ab Eugenio Papa distinctio. 37. de quibusdam. Postea ab Alexandro Papa in consilio Lateranen. extra de magistris, & ne. &c. Quoniam deinde ab Innocentio in consilio generali. extra eod. titu. quia nonnullis. Vbi autem omnia ista, & alia iura de eorum hospitalitate, & uita, & honestate clericorum teneant, nescio; Vbi uerò ius, uel consuetudinem, uel abusum, uel decretalem quantumcūque de procuratoribus, uel quæstis, vel pecuniarum collectionibus, vel decimarum exactionibus, seu pauperum mendicantium pro Christo arctationibus prætermittant, similiter ignoro, immò de istis intantum cogitant, disputant, & loquuntur, quòd vix est illiteratus sacerdos, quin sciat allegare constitutionem bonifacianam de canonica portioni, quin etiam sciat disputare & falsam partem tenere, immò hæreticam, si pertinaciter defendatur, contra bonos clericos, de confessionum audientia, & absolutione, & omnes tenentur ab eis absolui.

¶Sed inter quadraginta, qui ita benè sciunt canones pecuniales, non est vnus, qui sciat canones pœnitentiales, quos scire tenentur, aliter uix nomen sacerdotis in eis constabit. secundùm Augustinum. 38. distinct. quæ ipsis. Patet ergo quæ sua sunt quærunt, & non quæ Iesu Christi. Cum enim omnium legum & canonum intentio, & finis principalis, sit iustitia, & lucrum animarum: quem finem tales legum executores non intendunt (vt ostensum est) patet, quòd leges in eis debito frustrantur fine, & cum illud, quòd debito frustratur fine, vanum sit; patet, quòd leges populorum vane sunt. Hiere. 10.

49 ¶Sexto talium periculum, & pœna patet ex societate quàm habent cũ dæmonibus, dæmones enim gaudent de hoc, quòd multi peccant, ut puniantur, & tales correctores gaudẽt de hoc, quòd multi peccant, ut lucrum de eorum delicto acquirant, ad modum mali medici, qui gaudet, quòd multi infirmantur, ut lucretur: Sicut ergo socij sunt in delicto, ita iustum est, ut sint in pœna.

¶Sed dicent forte aliqui, non gaudemus de subditorum delicto, nec eis cõsentimus in peccato: Ideo ipsi Soli punientur; Sed audiant Ambrosium super epistolam ad Gal. c. 5. tractantem illud. modicum fermentum, &c. Peccatum (inquit) vnius, quod cognitum non arguitur, multos contaminat, illos, uidelicet, qui norunt, & non deuitãt. Aut cum possint arguere dissimulant: huic concordant canones multi. Non corrigere peruersos, nihil aliud est, quàm fouere: dist. 43. sit rector. & dist. 35. nemo. & c. sequenti. Et 14. q. 6. si res. post medium. 23. q. 4. quisquis.

50 ¶Prælatus qui est piger in corrigendo peccantes, ipse eis sociatur in malitia. 23. quæst. 4. Ita & c. à malis. & c. sequenti. Item fauere impietati est non perturbare, cum possit quis, peruersos. 23. quæst. 3. qui potest. Item Seneca in traged. qui non uetat peccare, cum possit, iubet.

¶ Ad idem Ambrosius super illud Roma. 1. Digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, consentire (inquit) est tacere, cum possit redarguere. Item consentire dicitur, quia corrigere negligit. 1. q. 1. quicquid inuisibilis. & distin. 83. error. & c. sequenti. Item consentire dicitur, qui peccanti amabilem se præbet. distin. 93. si inimicus. Hæc est sententia dura contra multos, qui non solum amabiles, sed etiam beneficos se talibus ostẽdunt. Tales audiant Ioannẽ euangelistam in canonica sua epistola. 2. dicentem. Qui enim dixerit Aue illi, communicat operibus eius malignis. Ideo præmittit dicens, si quis uenerit ad uos, & hanc doctrinam non habet, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis.

¶Ad idem facientem, & consentientem par pœna constringit. 2 quæstio. 1. notum sit in fine. & 3. quæst. 4. consanguineorum.

¶Item qui tacet, consentit. extra lib. 2. titu. 23. de præsumptionibus, nonne hoc est contra multos, qui in uisitationibus, correctionibus, bannis, & huiusmodi non dicunt, quod sciunt de re de qua agitur, ad animarum salutem. Tales delinquentes quodammodo defendunt, quia taciturnitate sua, ne corrigãtur, impediunt. Et qui consentit peccantibus, & defendit delinquentes, & apud Deũ, & homines est maledictus. 11. quæst. 3. qui consentit.

¶Item ad idem, prælatus tacens in correctione subditorum, dicitur canis mutus. distin. 43. sit rector. Et qui crimina non corrigit, non dicitur episcopus, sed canis impudicus. distinct. 83 nemo.

¶Item pastor, qui delinquentes non arguit, ipsos tacendo occidit. distin. 45. ephesi.

¶Item tribus modis malos associamus. Commitendo, fauendo, non resistendo. 23. quæstio. 4. ita planè. Ad idem beatus Gregorius in registro. Qui non corrigit resecanda, committit, & facientis culpam habet, qui, quod potest corrigere, negligit emendare, de hac materia, uidelicet, non corrigentium periculum, & pœna. Nota. G. 17. 11. Item. A. 21. 29. Item. C. 4. 4. Item. C. 6. 10. Itẽ C. 11. 36. Item. F. 3. 20. Item nota pœnã non corrigentium. P. 2. articu. 8. per totum. Vide de materia correctionis. P. 8. tribus articulis primis. Vnde uersus. Consentit qui non re: c. 1. Annuit applaudet iubet a. iu. ac. imitatur.

¶ Cru-

¶ Crucis Christi. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Papa pro terra sancta recuperanda iustè indulgentias exhibere potest.*
2 *Papa mandato potest omnibus nationibus, vt admittant prædicatores in eorum terris.*
3 *Papa, & Crucis prædicatores non debent expressè, & directè pronocare, & irritare fideles ad homicidium infidelium.*
4 *Omnes, qui zelum habet legis, stantes testamentum, exeat post me.*
5 *Angeli iuuerunt Machabæum.*
6 *Deus iuuat pessimum Christicolas contra Crucis hostes decertantes.*
7 *Crux Christi adoranda & venerabilis in morte nos à periculis liberat atque defendit.*
8 *Non solum Christi Crux eam ferenti mirificè prodest, sed etiam ei, pro quo deferre cogitat.*
9 *Vnum contrariorum suum indicat contrarium.*
10 *In vniuersali iudicio Crucis Christi signum ad maiorem ingratorum confusionem latè, & palàm demonstrabitur.*
11 *Pauci sunt, qui Crucem suscipiant, vel ad terram sanctam gradiantur.*
12 *Pauciores sunt qui ad terram sanctam veniètes, viriliter dimicent, sed vecordes, & segnes emori timent.*
13 *Ad instar strenuorum bonorum militum sequamur Christum eadem via, quia ipse Crucem ascendens præcessit.*
14 *Multũ valet deuota huius nominis Christi memoria, & inuocatio.*
15 *Plurimi ab isto sanctissimo itinere terræ sanctæ multipliciter ab re retrahũtur.*
16 *Alij à camino illius sanctæ terræ timore expensarum amouent.*
17 *Qui prædicta dimittere possunt, cogitent quam fœlices essent in morte.*
18 *Nonnulli ad pugnæ locum accedentes, pugnam inire timent ex eorum paucitate compilionum.*
19 *Crucis defensio duplex est, scilicet corporalis, & spiritualis.*
20 *Carnem, & mentem cum vitijs Crucifigentes tuti sunt ab hostibus, multis de causis.*
21 *Virtute Crucis hostes longius fugantur, & expelluntur.*
22 *Ad Crucis Christi memoriam omnis diaboli fugatur exercitus.*
23 *Crucis signo liberabimur à percussione, & damnatione.*
24 *Religiosi Crucis signũ super eorum muros, & ostia extollere, & figere curant, vt domum illam ecclesiasticam esse liquido constet: & ideo illicita, & damnata eis infirri non debent, & ne transeuntes locum illum lotio mingendo maculare audeant.*
25 *Crucis signum à tentationibus tuetur, & liberat, etq; opem affert tentatis.*
26 *Exemplum de Philomena fugante Bubonem ei noctum insidiantem.*
27 *Exemplum de sigillo hæreditatis, & designo regiæ protectionis diligentia custodito, ne deleatur: & de rotundo clipeo manui vinclo, ne cadat.*
28 *Exemplum de Maria perseueranter manente iuxta Christi Crucem: & etiam de ponte super amnem posito.*
29 *Virtus Crucis panditur per Iacob scalã, quæ in terra stans cælum tangebat.*
30 *Exemplum de fugientibus ad arbores, quando vel pluit, vel æstuat, vel grãdinat, vt ab vmbra earum aliquantisper protegantur.*
31 *Vt Crucis signum prodesse possit, tria requiruntur scilicet Mentis humilitas, operis bonitas, & seculi contemptibilitas.*
32 *Secundo exigitur operis bonitas, & sancta intentio.*
33 *Infæracenis & turcis minus malum inuehit: quàm in malis Christianis ideo permittit Deus, vt ab illis terra sancta possideatur, & non ab his.*
34 *Bonos, qui inter malos Christianos vitã agunt, Deus quandoque finit lacerari, & affligi.*
35 *Tertio necesse est mundi vani contemptus, & affectus, & effectus.*

36 *Nonnulli magis confidunt in Cruce Argentea locupletum, ac sceleſtorum: quã in Cruce lignea ægenorum & bonorum: quæ multa miracula verè facit. nume. 37.*

38 *Crux diuitum argentea falsè cum Deo ſuo denario non ſolum miracula facit. ſed etiam à multis periculis tegit, & liberat, à qua Chriſti Crux non cuſtodit.*

Crucis Chriſti,

Primo, ponenda eſt prædicatio: Secundo defenſionis efficacia, Tertio, qualiter vti ea debemus, vt ea protegamur.

Artic. 1. ¶Circa primum, quinque ſunt dicenda; Primo, oſtendetur, quia iuſtia prædicari poſſit contra ſaracenos: Secundo, ponenda ſunt aliqua themate pro materia prædicationis Crucis conuenientia; Tertio, qualiter Crucem accipientes, & ad terram ſanctam euntes Deus ſpecialiter iuuat; Quarto, quæ ſit euntium vtilitas; Quinto quæ ſit non euntium ingratitudo, & periculum.

1 ¶Quantum ad primum, eſt ſciendũ, quòd Innocentius extra lib. 3. titu. 34. de voto & voti redemptione. c. quòd ſuper his. quæſtionem illam de iuſtitia, quàm habemus, ad terram ſanctam, tractat; Ex qua quæſtione aliqualiter elici poteſt, quòd Papa pro terra ſancta recuperanda iuſtè indulgentias dare poteſt.

¶Primo, ut terra, quæ Chriſti natiuitate, & inhabitatione, & morte, eſt conſecrata, à Chriſto, & Chriſtianis, & non à Machometo, & ſaracenis colatur, & inhabitetur.

¶Secundo, quia ſub Imperatoribus Chriſtianis aliquando fuit, ſicut patet de Eradio, & Conſtantino, & alijs, ergo iuſtum uidetur, vt ad Romanum Imperium reducatur, quia terram modo occupantes, ſunt poſſeſſores malefidei; Argumentum ad hoc. A. 12. 8. Malefidei poſſeſſor dicitur, qui contra legum interdicta mercatur. C. libro 11. de agric. & cen. l. quemadmodum.

¶Hic dici poſſet, quòd terram ſuam à Chriſtianis Imperatoribus uiolenter acceptam, ab eis iam recuperauerunt, & occupant; Et hoc fuit eis licitũ; Sed hoc uidetur dominus benedictum, quia Conſtantinus factus Chriſtianus non uiolenter illius terræ, dominium occupauit, ſed dominium, quod ante habuit, continuauit. In alijs autem terris, quas principes Romani non habuerunt ſecundùm Innocẽtium ubi prius, poteſt Papa conſtitutionem facere, q̃ non moleſtent Chriſtianos, & eximere eos ab eorum poteſtate, & ſi contrariũ fecerint, poteſt eos dominio priuare: extra de Iudæis & ſaracenis: cum ſit. & c. ſpeciali. & c. 1. & c. fin. diſtin. 54. mancipia. & c. ſequenti.

¶Tertio, quia cum domini ſit terra, & plenitudo eius, in qua vniuerſaliter cõſtituit Vicarium ſuum proprĩũ, non ſolum ſupra Chriſtianos, ſecundùm Innocen. ubi prius, ſed vt corrigat ſaracenos, ſi contra legem faciant naturæ, & Iudæos, ſi contra legem faciant Moyſi: Inſuper cum Chriſtus præcepit euangelium omni creaturæ, id eſt, omnium hominum nationibus prædicare, & mandare poteſt Papa, q̃ admittant prædicatores ſalutis ſuæ in terris ſuis: ſi uerò prædictis non obediant, ſunt cõpellendi bello, & brachio ſeculari. 2

¶Ad hoc nota iuxta canonica 23. q. 8. Omni timore; Vbi Leo quartus ſcribit Ludouico Auguſto ſic, Omni timore, ac terrore depoſito, contra inimicos ſanctæ fidei, viriliter agere ſtudete; qui verò in tali defenſione mortuus fuerit, cœleſte præmium conſequetur.

¶Ad idem. 23. quæſtio. 5. omnium: Papa uerò, & alij Crucis prædicatores, non debent quoſcunque directè prouocare ad homicidium infidelium vel expreſsè, ſed ut eccleſiam, ac patriam liberent, ac defendant, & terram ab infidelibus occupatam redigant ad cultum fidei Chriſtianæ: 3

Et

Et si mors ex hoc sequeretur, non sunt irregulares, sicut patet in summa confes. libr. 2. tit. 1. de homicidio. q. 50. nunquid episcopo. Intantum enim fuerunt antiqui patres accensi deuotione illius Terræ recuperandæ, ꝙ quodammodo uirum absoluerunt a lege vxoris pro adiutorio illius terræ. Hoc patet extra lib. 3. ti. 34. de uo. & voti red. Vbi habetur, ꝙ inuitis uxoribus uiri votũ Crucis exequi possunt. Et sic vult glosa ibi, iste casus spe cialissimus est, nã continentiam sine assensu vxoris vouere non potest.

¶Visa ergo giustitia, quam ad illam Terram habemus, & antiquorum feruore, ponenda sunt aliqua themata pro materiã prædicationis Crucis, & uerba
4 hortantia ad eundum, & bellandum contra infideles.

¶Referendo ergo uerba thematis ad Christum, uel ad ipsummet, qui prædicat, & vult Cruce signatos prædicare, vel ducere, cõueniens thema est. 1. Mach. 2. Omnis qui zelum habet legis, statuens testamentum, exeat post me. Item tollat Crucem suam, & sequatur me. Matt. 16. & Lucę 9. Quando prædicans aliquos hortatur, thema est. Deutero. 17. Surge ascende ad locum, quem eligit dominus. Si uero uideat homines in via pigros, & formidulosos, dicat illud Deut. 20. Qui formidulosus est corde reuertatur: & Iudicum 7. Qui formidulosus, & timidus est, reuertatur, uel cesset murmurare, & tãquam grauis, exercitũ turbare. Iudæis enim pigrè, & tepidè agentibus, & à vermibus percussis, ostẽdebatur serpens Æneus. Numeri 21. Et nobis ostenditur Christus in Cruce, qui per serpentem illum significatur, ne torpescamus, nec murmuremus, uidendo illum pro nobis Crucem suam portare, ne à serpentibus pereamus. Exercito vero contrà saracenos congregato, ne paueant aduersariorum multitudinem, thema capiatur. Lucæ 2. Facta est cum angelo multitudo militiæ cęlestis. Item 4. Regum 6. vbi Heliseus propheta puerum suum Giezi aduersariorum multitudinem trepidantem, & dicẽtem, Heu, domine quid faciemus, confortauit, dicens, noli timere, plures sunt nobiscum, & uidit totum montem plenum ordinibus angelorum. Nota ad hoc propositum, quomodo Angeli iuuerunt Machabęum. B. 2. 41. Item Deut. 20. Si exieris ad bellum contra inimicos tuos, non timebis eos, quia dominus Deus tuus tecũ est. Sequitur, appropinquate *bello, stabit* sacerdos ante aciem belli. *Et sic loquetur.* Nolite metuere, quia dominus noster in medio nostri est. Item 1. Mach. 4. dixit Iudas exercitui suo paruo, eunti contra maximam multitudinem. Memento te, quomodo salui facti sunt patres nostri in mari, &c. Itẽ 2. Paralip. 13. In exercitu nostro dux Deus est. Itẽ dominus custodit aduenas: in Psalm. 145. Item, dominus amat peregrinum, & dat ei uictum, & vestitum. Deut. 10.

¶Postea si pauci sitis, gloriosiores eritis uictores, vel martyres. Vnde Bern. ad milites templi. Securi (inquit) procedite milites, & intrepido animo inimicos Crucis Christi propellite, & sequitur. Quam glorioſi reuertuntur victores de prælio, quàm beate moriuntur martyres in prælio. Impauidus quippè miles est, qui, sicut corpus ferri, ita animum fidei lorica induit. Ad idem Chrysosto. super Matth. 11. In prælijs (inquit) sensibilibus, qui paratior est ad occisionem, probior est, & hostibus terribilior, quamuis Rex, pro quo moritur, non possit post mortem eum suscitare, &c. quanto magis hic pro Deo, vbi tanta spes est resurrectionis. Bernar.

¶ Ex isto secundo, in parte patet 6
tertium, quia iam in parte ostensum est, quomodo Deus specialiter iuuat pugnantes contra infideles. Idem patet. B. secundo 40. cum seq. Item apparet ex hystoria antiochena: in qua cõtinetur ꝙ cum essent circa sexaginta millia saracenorũ in obsidione ciuitatis Exemplum.

ciuitatis Antiochiæ,& circa decẽ Chriſtianorum infra ciuitatem obſeſſam, & multi uellent ciuitatem reddere; Conſilio epiſcopi portantis lanceã,qua Chriſtus in Cruce perforatus erat, exierunt, & uoce terribili in aere audita, omnes infideles in fugam conuerſi ſunt.

¶Idem patet in hyſtoria tripertita.li. 1.Vbi habetur, quòd Conſtantino Imperatore, nocte præcedenti, cogitante de bello contra ſaracenos futuro, vidit Angelos oſtẽdere ſibi formam Crucis, dicentes, O Conſtantine, in iſto ſigno vinces inimicos tuos;In craſtino uerò fecit fieri Crucem auream cum lapidibus precioſis,quam fecit ſemper portare in bello ante ſe, ad eius cuſtodiam certos homines deputans, quorũ nullus vnquàm occidebatur, niſi vnus,qui videns periculum belli, rogauit alium pro eo Crucem tenere; & ipſe fugiens interfectus eſt;& alius, qui Crucem tenuit, euaſit. Exemplum.

¶ Idem ex ſacra ſcriptura. Ioſuè io. vbi habet,quòd Ioſue, & exercitu Dei pugnante contra infideles, ſtetit Sol in medio cœli ſpacio vnus diei; Et ſicut Deus tales ſpecialiter iuuat. Ita omnes homines ſpecialiter iuuare tenentur. Argumentum ad hoc A.6.7.Non ergo diffidat exercitus Dei, etiam ſi paruus ſit,cogitans,quomodo Deus terruit Benadab,& fugauit ab obſidione ſamarię, quando vendebatur caput aſini.8o.Argenteris 4.Reg.6.Quomodo, & occidit exercitum Sennacherib centum octoginta millia.4.Reg.19. Ioſu.10.

7 ¶Ex iam dictis patet in parte quartũ ſubdiuiſionis.

¶Idem patet ex hoc, quòd fertur de quadam muliere uetula, quæ Cruce ſignata moriens, fecit ſe à filia in uiã ad terram ſanctam, ſcilicet, deportari, ut ibi moreretur,quod cum fieret, cũ magna luce,anima eius,omnibus uidentibus, in altum deportabatur. Ex quo patet, quòd in morte a periculo liberat. Exemplum.

¶Idem oſtenditur de alio, quem infirmatum dominus ſuus monuit, vt crucem acciperet,quod cum feciſſet, in extaſi conſtitutus, ait,verum eſt,& poſtquàm ad ſe reuerſus eſt, alijs quærentibus,quid dixiſſet,ait,oſtenſum fuit mihi,quòd indulgentia, quam cum cruce accepi,plus mihi valuit, quàm omnia bona,quæ feci in uita mea. Et non ſolum ſic in morte confortat, & liberat crux pro Chriſto accepta, ſed etiã quãdoque poſt mortẽ ſpeciale ſignum liberationis,oſtendit.Vnde quidam magnæ auctoritatis Archiepiſcopus prædicauit,quòd quædam nauis, in qua erant cruce ſignati,& alij mercatores,in mari fuit ſubmerſa cum omnibus in ea contentis,in carne uerò cruce ſignatorum, inuenta eſt vna crux rubea, miraculoſe facta cum corpora in litore inuenta ſunt, in alijs uerò nihil tali apparuit, hoc refert Iacobus de Vitriaco. Exemplum. Iacobus à Vitriaco Cardinalis.

¶Et tanta eſt iſtius utilitatis Gubertes,& largitas, quòd non ſolum eſt utilis eunti Crucis acceptatio,ſed quandoque etiam ipſi, pro quo fit. Vnde idem Iacobus de Vitriaco refert, quòd cum exercitus cruce ſignatorum eſſet in terra Albienſium, circa hæreticorum expugnationem, quidam iuuenis pro ſe, & fratre ſuo quadraginta dies ibi egregiè dimicauit. Et cum de exercitu recedere uellet,rogatus à quodã epiſcopo,pro anima patris ſui ſteteit alijs quadraginta diebus, & in fine pater prius mortuus apparuit ei,Sole ſplendidior, & benedicendo ei referebat gratias, quẽ de Purgatorij incendio liberauerat. Nec debet de hoc quiſquàm mirari, quia uotum crucis tranſmarinæ, vnus pro altero exequi poteſt, cauſa rationabili interueniente, ſicut expreſsè patet extra lib.3.titu.34.de vo. & uoti red. quòd ſuper his, & cap. ſequenti. Exemplum.

Sicut ergo uidua Sareptana. 3. Reg. 17. Pro ſe, & filio ſuo, duo ligna colligens, ibi, & filio ſuo ſuſtentationem promeruit. Ita, qui deuote pro ſe, & alio duo ligna colligit, crucis, ſcilicet, erectum, & tranſuerſum, 3. Reg. 17.

quæ

quæ crucem faciunt, sustentationem hic gratiæ id est, pugilli farinæ augmentationem, & in futuro gloriæ, & misericordiæ quæ per oleum significatur, pro se, & pro illo, pro quo illam suscipit promeretur.

9 ¶ Ex isto ostenderur, quintum subdiuisionis, sicut vnum contrariorum suum ostendit cõtrarium. Si enim magna est cunctium vtilitas, magnum videtur non cunctium damnum, & periculum, nec mirum, quia ex magna ingratitudine contra Deum sequitur magnum periculum. Sed non accipere crucem pro Christo, uidetur magna ingratitudo, per exemplum de duobus socijs, simul per uiam euntibus. Si vnus vno die portat communem sarcinam, iustum uidetur, quòd alius secundo die sarcinam porter, aliter ingratitudinem committit, & contra honam societatem facit. Sed Christus non socius, sed dominus noster, portauit sarcinam crucis pro nobis, usque ad locum mortis. Ioan. 19. Baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locus. Et hoc pro peccatis, quæ non commisit, sed quæ nos commisimus. Et sic pro alicna, id est, nostra utilitate sarcinam nostram portauit, modo nobis incumbit, sarcinam hanc portare, ad honorem, & gloriam Dei, & pro peccatis, quæ commisimus, & propria vtilitate, quam si refutauerimus, sumus ei ingrati serui, & nobismetipsis crudeles. Et circa utilitatem propriam nimis negligentes, & ab illo capite diuisi. Videmus enim, quòd onus capitis alia membra corpori coniuncta comportant, non autem diuisa. Isto ergo experimento scire potest quis, an sit membrum à Christo diuisum, uel ei coniunctum.

Exemplum.

10 ¶ Ad confusionem enim ingratorum ostenderur signum crucis in generali iudicio, sicut patet per doctores. 4. sententia distinctio. 48. Cum qua ostẽsione, eis improperare poterit Deus, dicendo, illud Michæ. 6. Populc meus quid feci tibi, & quid molestus fui ti-

Magister sũt lib. 4. d. 48.

bi? Respondc mihi, quia eduxi te de Ægypto, & de domo seruientium liberaui te. Beatus, qui tunc respondere poterit, dicens. Tu portasti Crucem pro me de Hierusalem vsque ad Caluariæ locum, uia satis breuius. Ego pro te portaui Crucem pœnitentiæ omnibus diebus uitæ meæ, uel saltem multis annis, uel de terra, & patria natiuitatis meæ, usque ad terram sanctam, quæ multis distant diebus. Tu pro me non pugnasti, nec aliquem infidelem occidisti, sed solum sustinuisti, & pœnam suscepisti, ego pro te, & pugnaui, & pœnam suscepi, & sustinui multis diebus.

11 ¶ Sed, hen, pauci sunt qui se disponunt ad hoc, quòd hoc tunc dicere poterunt, quia pauci Crucem, suscipiunt uel ad terram promissionis vadunt, sed potius eligunt in Ægypto, & Babilonia, id est, in terra confusionis, in delitijs, & peccatis suis remanere. De quibus nota optimè. A. 13. 9.

¶ Adhuc pauciores sunt, qui post Crucem susceptam uadunt, de quibus 4. Regum 6. Duo modi hordei statere vno, id est, indulgentia à pœna, & à culpa, peregrinatione vna. 4.Re.7.

¶ Et sequitur, uidebis, & inde non comedes, quia scilicet, quod fide credis, opere non assequeris.

¶ Adhuc pauciores sunt, qui in itinere incepto hilariter perseuerant, quia sentientes laborem in uia, & tædium, aliqui, more Iudæorum egredientium de Ægypto, redire uolunt ad ollas carnium, id est, ad delitias. Alij cum angaria, & murmure uaduut, sicut Symon ille. Matth. 27. Quem angariauerunt, ut portaret Crucem Iesu. 1

¶ Adhuc pauciores sunt qui ibi venientes fortiter, & utiliter pugnant, sed vecordes mori timent. Et est de talibus, sicut de auicula quadam quæ in aliqua terra terra vocatur auis sancti Martini. De qua fabulæ narrant, quasi sic. Quod semel iacuit erectis pedibus uersus cœlum iactada, dicens. Fabula.

O si cœlum cadere, quàm benè illud
12 fulcirem cum tibijs meis, quo dicto, cecidit folium de arbore super tibias suas, & timore nimio percussa, clamauit gallicè Deus, & sanctæ Martinæ adiuua auem tuam; Ita multi in terra sua sedentes, & iacentes iactant se uelle multos saracenos occidere, & mirabilia facere, dicentes, canes sunt.

Vnus Christianus cõtra viginti de canibus illis, sed cum ad punctum venerint, timent paruum insultum. Sicut Petrus paratus fuit, & dixit, se cum Christo in mortem ire, quem tamen ad paruum insultum, id est ad vocem ancille, negauit. Tales habent signum sine signato, Crucem enim acceperunt in dextera in signum, quòd cum dextera manu, iniurias Dei uindicantes, fortiter pugnarent.

¶ Omnes isti prædicti Deo patri suo ingrati timere possunt pœnam legis silleianæ, hæres enim nolens iustis vijs mortem patris sui occisi uindicare, secundùm legem illam hæreditate priuabitur. ff. ad legem silleianam. l. penulti. Sic isti hæreditate cœlesti. Nota. P. 2. ar. 8. per totum.

Lex sylle.

13 ¶ Istorum ingratorum ergo exemplum derelinquentes, ad modum bonorum armigerorum, sequamur uia, qua Christus præcessit, qui ascendit super Crucem 1. Regum. 14.

1. Re. 14.

Ascendit autem Ionathas manibus, & pedibus reptans, & armiger eius post eum, Per uiam etiam, quàm Christus docuit, manum extendendo, & clamando usque ad mortem: Ad modum custodis vineæ in Francia, qui ascendit arborem altam, in cuius summitate habet tugurium paruum, quòd gallicè vocant la garde, & uolentibus declinare à recta via in uineam, clamat, dicens. va la noye, ua la voye, id est, uade uiam, uade viam: Ita Christus arborem Crucis, de qua docuit nos rectam viam tenere, dicens, Qui vult uenire post me, tollat Crucem, &c. Matth. 16. Nota. P. 2. 14.

Non debent ergo expectare, vsque nimis deuiauerint à recta via, uidelicet, in senectute, quando difficile erit ad rectam redire uiam, & si ad eam redierint, pro illa inhabiles erunt, sed statim in iuuentute, exemplo Christi, qui iuuenis Crucem sustinuit: Gaudenter cum Andrea, quasi ad epulas, & ad conuiuium, ad Crucem cedere satagem, & usque ad mortem pro iustitia agonizare. Ecclesiasti. 4. Et cum paulo, qui dixit Gal. 6. Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce domini nostri Iesu Christi: Et congruè adiungi, ad Crucem domini Iesu Christi, quia Crucem accipientes, & pro Christo pugniantes, multum ualet de- 14
uota istius nominis memoria, & in- Exem-
uocatio: Vnde fertur, quòd tempore plum.
Bonifacij Papæ, quidam episcopus contra saracenos, qui eum inuaserunt, dimicans, cum paucis contra multos, admonuit suos, quòd ad omnem ictum dicerent, in nomine Iesu Christi: Et sic uicerunt magnam multitudinem, & nullus illorum lædebatur, vno excepto, qui propter timorem se in vna quercu abscondebat, quem inuenerunt ab aspide occisum, sicut pigri, & timidi. Numeri 21. A serpentibus perie- 15
runt.

¶ Sed, heu, ab ista sancta peregrinatione multi multipliciter sine, causa tamen, & irrationabiliter retrahuntur; Alij timore incarcerationis, seu mortis apud infideles, seu seruitutis, & grauis captiuitatis; Sed isti irrationabiliter retrahuntur, quia omnia talia plus valent animabus, quàm prosperitas; Vnde in libro de apibus nar- Exem-
ratur, quasi sic. Quod quidam nobilis plum.
miles, cum alijs duobus militibus apud saracenos esset captus, & afflictus graui carcere, duo ex eis semper rogabant Deum, quòd eos ad terram suam reduceret: Tertius uerò rogauit, quòd nunquàm reducerentur; Et duobus quærentibus causam, Respondit, quia modo estis confessi, & in bono statu animæ, & semper ad mortem pa-

ratus,

rati; In patri à noſtra ſolebamus malam uitam ducere, & forſitan ſi liberati redierimus, conſimilia, uel peiora faciemus, quod poſtmodum rei probauit euentus, Beatus ergo uir, qui ſuffert tribulationem.

16 ¶ Alij timore expenſarum, & neceſſariorum; Iſti non uidentur eſſe memores, quomodo Deus pauit Helyam. in torrente charith, miniſterio coruorum, qui ei deferebant panem & carnes, mane, & veſpere. 3. Reg. 17.

¶ Quomodo etiam eundem ibidem pauit, cum uidua, & filio eius, pugillo farinæ, & lechito olei, quomodo etiam eidem prouidit de ſubcinericio pane, in fortitudine cuius ambulauit uſque ad montem Dei Oreb. 3. Reg. 19.

¶ Quomodo etiam cibum miniſtrauit Danieli in lacu leonum per Abacuch; quomodo etiam pauit quinque milia hominum, &c.

¶ Omnem ergo ſollicitudinem noſtram in eum proijcientes, quia cura ipſi eſt de nobis, Et reuela domino uiam tuam, & ipſe faciet, & nolite ſolliciti eſſe, dicentes, quæ manducabimus, &c.

¶ Sed cogitate per ſingulas generationes, quia nunquàm deſeruit ſperantes in ſe; Alij amore carnali, quem ad uxores habent, & filios, & parentes, & merces, & terras, & diuitias ſuas, & carnem propriam: Illi
17 qui cogitant, quomodo poterunt iſta dimittere, cogitent, quàm fœlices eſſent, ſi in morte, & in iudicio Deo dicere poſſent, Domine cum in forma Dei eſſes, multa propter me dimiſiſti, & ſuſtinuiſti; Et ego propter te, non tantum, ſed quæ potui, dimiſi, & ſuſtinui pro te, cum quanta fiducia talis moreretur: Cum quanta gloria metallum tot ictibus in uas electionis formatum in menſa regis poneretur. Metallum enim quanto preciosius, quanto plus diligitur, tanto pluribus ictibus exponitur, & plus malleatur: Quanto ergo plura ſuſtineret, & dimitterent, tanto plus in morte gauderent, & plus apud Deum præmiarentur ab illo, qui dicit, Qui dimittit uxorem, aut filios, aut agrũ, &c. centuplum accipiet, & uitam æternam poſſidebit. Matth. 19.

¶ Alij ad locum certaminis uenientes certamen aggredi timent, propter ſuæ patris paucitatem; Tales enim, 18
aduertunt illud, quod *in hyſtorijs* narratur Romanorum, quomodo *Theodoſius prævaluit contra Eugenium, & Arbogaſtem, qui cum inſtructa a-* Exemcie Alpium tranſitus tenerent, & plum.
Theodoſius ſine cibo, & ſomno in oratione totam noctem pernigil exegit, & cum uideret ſe à ſuis deſtitutum, &
ab hoſtibus circundatum, arma arripiens, ſigno Crucis facto, in bellum ſe dedit, & cum ad congreſſionem ventum eſt, uehemens turbo à parte Theodoſij in ora hoſtium intrauit, qui, & ab eius parte ſpicula miſſa ualenter hoſtibus infigeret, & hoſtili manu, miſſa repelleret, & ſic hoſtes proſtrati, & Eugenius captus, atque interfectus: Arbogaſtes proprio manu percuſſus eſt: Ecce non multitudine exercitus, ſed deuotione orationi, & Dei auxilio uicit.

¶ Ad idem ibidem: Cum poſt mortem Theodoſij Imperatoris, filijs ſuis, ſcilicet, Archadio, & Honorio regnantibus, Gyldo, comes affricæ ar- Exembitratus in paruulis minimam ſpem plum.
fore Africam proprio iuri cæpit uſurpare, cuius frater maltelezer illius perfidiam perhorteſcens rediit in Italiam, qui contra illum hoſtem videlicet fratrem ſuum *miſſus bello inſequendum*, iam ſciens à *Theodoſio*, quantum in rebus valet oratio per fidem, caprariam inſulam adijt, inde ſecum ſanctos uiros adducens, cum quibus dies aliquot ieiunijs, & orationibus continuauit, Et tandem cum quinque millibus aduerſus octuaginta millia pergens, eos Dei nutu accepit. Gyldo comes fugam

gem arripuit, & poſt aliquot dies ſtrangulatus interijt. Patet ergo, ꝙ Iudas Machabeus bene docuit paruum exercitum ſuum. 1. Machab. 3. dicens. Facile eſt concludi multos in manus paucorum, non eſt differentia in conſpectu Dei cœli liberare in multis, aut in 1.Mac.3
paucis, quia non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt: Nota de hoc B. 1. 22. & 34. Et ſupra. e c. 5. Sic & prædicamus Chriſtum
crucifixum (1. Cor. 1.) Iudæis quidem ſi. 1.Cor.1.
omnibus infidelibus ſcandalum, & confuſionem, & fugam in bello. Ipſis autē uocatis. i. omnibus fidelibus, Dei virtutem, & Dei ſapientiam, atque in bello victoriam.

Ar. 2. ¶In quo notatur ſecundum principale, ſcilicet crucis efficacia, quæ eſt duplex, ſecundùm ꝙ duplicem habet defenſionem, ſcilicet corporalem, & ſpiritualem.

¶ Corporalis autem eius defenſio, & auxilium, multis patet exemplis.

19 ¶Et primo per illud, quod legitur in Exem- tertia parte ſpeculi hiſtorialis, uidelicet, quod tempore Conſtantini Quarti, plum. quidam Iudæi locantes domum Chriſtiani, & inuenientes in ea imaginem ſanctæ Crucis, & crucifixi, cum eam cultellis, & huiuſmodi percuterent, non ſine magna illorum admiratione, ſanguinis recens exiuit, Alijs dicentibus, ꝙ fuit fictitium, & illuſio, Alijs contrarium aſſerentibus, pro veritate comprobanda ſanguis colligitur, & ſuper omnes infirmos illorum poſitus, omnes ſanauit, quo uiſo, omnes ad finem conuerſi ſunt, & feſtum iſtius miraculi annuatim in terra illa colitur. Et ſicut tactus eius ſanauit corpora exterius, Ita deuotio eius ſanat animas interius, illorum uidelicet, qui carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupi- Gal. 2.
ſcentijs. Gal 2. Tales enim qui carnem, & mentem crucifixerunt, ſecuri ſunt ab hoſtibus multis de cauſis.

20 ¶Primo, quia fortiter Cruci affixi, & ligati, faciliter ab hoſtibus inde auelli non poſſunt, ſicut qui clauis arboui conclauatus eſt.

¶Sicut ergo Vlyſſes ſecundùm fabullas, tranſiturus per loca maritima, ubi erat cantus ſyrenarum, aures obturauit, ne cantus dulcedine delectaretur, & arbori naues ſe ligauit, ne ab eis quocunque modo deceptus, ad mare raperetur. Et ſicut fugiens ad eccleſiam, videns inimicos ſuperuenire ad eum rapiendum, crucifixum amplectitur. Ita quilibet noſtrum per mare huius mūdi nauigaturus, aures, & alios ſenſus claudat ab illicitis, ad Chriſtum, & Crucem fugiat, crucemque amplectatur, dicens Chriſto, crucifixus ſum Cruci. (Gal. 2.) ſupple clauis amoris, & deuotionis. Fabula.

¶Secundo, quia tales uirtute Crucis 21
hoſtes ab eis longus fugant. Quia ſicut gigas non libenter moratur, ubi in eius improperium oſtenditur baculus, quo turpiter victus fuit. Ita nec diabolus, ubi oſtēditur baculus Crucis, per quem victus fuit, quod patet per hoc, quòd fertur in hiſtoria tripartita lib. 6. Exem- quod uidelicet, Iulianus apoſtata à ni- plum. gromanticis ad loca, ubi erant dæmones, ductus perterritus Cruce ſe ſignans, omnes fugauit, ſed nigromantici eum deceperunt, dicentes, quòd hoc non fecerunt Crucis timore, vel ſanctitate, ſed propter eius abominationem, & extunc cepit in maiori odio Crucem habere.

¶Ad idem, nota narrationem, beati Gregorij lib. dialogorum, quomodo Iudęus dęmones timēs, ſe Cruce ſignauit, de quo dæmon dixit uas uacuum, ſed ſignatum.

¶Si Crux ſic ab infidelibus dæmones fugat, quanto magis à fidelibus, quibus eſt Dei uirtus, & ſapientia.

¶Hoc patet per hoc quod legitur de Iuſtina Virgine, ad quam Cyprianus Exem- nigromanticus plures dæmones in for- plum. mis diuerſarum perſonarum (videlicet) patris, & matris, & aliarum perſonarū, per quas credidit, ſe poſſe eum decipere, miſit, ut ei in malo conſentiret, ſed ipſa ſingulos deniegando, ſigno

Cruci,

Crucis, uelut fumum, euanescere fecit, quod uidens Cyprianus, ait, ergo Christus crucifixus est magnæ potestatis, cui me reddo, cui dæmon, ego uiuum te ad infernum portabo, sed eū statim signo Crucis fugauit: De qua Origenes, Tanta est uirtus sedulæ meditationis Crucis Christi, quòd si in corde fidelitet teneatur, continuo ad eius memoriam omnis diaboli fugatur exercitus: Et si tam fortis sit contra exercitum dæmonum, quod mirabile est, quòd prædictum est, supra.e.c. ꝙ tam fortis est contra exercitum hominum infidelium, membrorum, & seruorum diaboli, cum pugna Domini fortior debeat esse pertationem, quàm pugna serui. Nota. E. 6. 29.

22

¶ Tertio quia hostium spiritualium, uel corporalium uenenum, eis non nocet: Sicut enim lapis preciosus, uel thiriaca hominem à ueneni periculo præseruat. Ita Crux, quod significatur, secundo dialogorum. Vbi signo Crucis facto, à sancto Benedicto, uitro fracto, uenenum in eo contentum, effusum est.

23

¶ Quarto, quia liberabuntur à percussione & damnatione, quando Deus percutiet terram, uirga oris sui, Esa. 11. Et hoc tali perpenditur exemplo, Rex enim in bello non percutit homines de uestibus, & armis, & parte sua, ne uexillarium suum. Ita nec Deus in iudicio habentes arma sua spiritualia (scilicet) Crucem pœnitentiæ, uel portantes uexillum spiritus sancti Cruce signatos. In cuius rei signum, Ezechiel propheta ostendit, omnes exemptos esse à percussione, in quibus erat signum Thau, quod quidem signum formam habet Crucis. Tale enim signum modo in anima signandum est, per amorem, & deuotionem, & laboris assumptionem, si in morte, & generali iudicio nolumus illo signo defendi, hoc scientes, quod quale signum aut in domo ponitur, tale in foro ponat. Sic in proposito patet.

Ezech.

¶ Ista autem signi impositio, fit per amorem, & pœnitentiæ, & laboris sufferentiam. Qui ergo totum amorem suum, & laborem ponit circa argentū, non est dubium, quin animam suam signent signo denarij, signo Cæsaris. Quando ergo, pastor bonus Christus examinabit oues suas, & alienas, inter eas per signa propria distinguendo, & uenerit ad oues illas, quærens, cuius est imago, & superscriptio, & inueniens, quod non sua, sed Cæsaris, recedendo, quid aliud dicere pōt, quàm illud Psal 73. signa nostra non uidemus, iam non est in propheta, nec ouis de ouili meo. Ideo sicut oues in inferno positi sunt, in ouile diaboli.

Psal. 73.

24

¶ Sicut ergo religiosi hoc signum Crucis super muros & portas suas ponunt, ut per hoc sciatur domus esse ecclesiastica, & illicita, & damna eis non inferantur. Sicut etiam hoc signum in loco certo ponitur, ne transeuntes urina locum maculent. Ita hoc signum ponendum est in cordibus nostris, per amorem, & pœnitentiam, quantum ad remanentes, & per laboris patientiam, quantum ad Cruce signatos, quo facto, sicut Crux hospitalarios, & alios religiosos, à multis liberat uexationibus, collectis, & taxationibus. Ita Crux prædicto modo accepta à multis malis liberat, tam corporalibus, quàm spiritualibus.

25 Exemplum.

¶ Quinto uirtus spiritualis, & efficacia Crucis in hoc apparet, ꝙ à tentationibus liberat, & refugium præstat. Vnde in uitaspa. Abbas Ioannes breuis statuta, interrogans, quomodo se à tentationibus custodiret; Respondit, ꝙ fuit de eo, sicut de homine, qui laborat in campo, habens ex una parte animalia uenenosa, & nociua, & alia parte arborem altam. Talis uidens animalia illa ei appropinquare; arborem ascendit, usque transierint. Ita (inquit) nos, quando sentimus immundas cogitationes, & tentationes cordi appropinquare, fugiendum est cordis meditatione, uel corporali, si fieri potest.

poteſt, inſpectione ad arborem Crucis, vt ibi protegamur, vſque ille tentationes tranſierint. Nota. R. 5. 12.

26 ¶Sic fugat (ut dicitur) philomena bubonem ei de nocte inſidiantem, ponendo ſe in arbore concaua, uel inter ſpinas denſas, vbi ille cum groſſo capite intrare non poteſt. Sic nos ponendo cor intra Crucem, & vulnera, & ſpinas crucifixi. Sic etiam fugatur ſeruus ab hoſpitio, ubi per ſigna exteriora uidet hoſpitium à rege occupatum. Videns enim, per uexillum extra feneſtrã pendens, uel per arma ſuper oſtium picta, hoſpitium à magno domino occupatum, tranſit, ſic Dęmõ tranſit, ubi forma Crucis eſt menti impreſſa, & vbi cor, uel anima eſt ſanguine illo ſignata.

Exo. 12. Quod patet Exo. 12. Vbi Deus percuſſurus malos, bonos, alloquitur, dicens. Erit autem ſanguis uobis in ſignum, & uidebo ſanguinem, & pertranſibo vos.

27 ¶Sicut ergo ſigillum hæreditatis & ſignum regiæ protectionis diligenter cuſtoditur ab aqua, & igne, & huiuſmodi, quæ ſignum illud delere poſſunt. Et ſicut ſcutum rotũdum, quod in manu ad defenſionem portatur, manui ligatur, ne in conflictu cadat. Ita iſtũd ſignum, & ſcutum in anima, de quo,

Cant. 8. Cant. 8. Pone me, ut ſignaculum ſuper brachium tuum, eſt forti amore, & deuotione, memoriæ ligandum: uſque dum bellum tentationum in morte finitum ſit. Exemplo Chriſti, qui Crucem uſque ad mortem non dimiſit iux-

Phil. 2. ta illud Phil. 2. factus eſt obediens uſq; ad mortem: mortem autem Crucis. Non obſtãte, quod habuit ad hoc inſtigatores, qui dixerunt (Matth. 27.) Si filius Dei es, deſcende de Cruce, non tamen deſcendit. Ita nec nos: Exemplum

Ioã. 19. etiã ad hoc de Maria matre eius Ioã. 19.

28 Stabat, (ſcilicet) perſeuerãter iuxta Crucem Ieſu mater eius. Exemplum ad idem de ponte, qui quantumcunque ſit bonus, & fortis ex una parte fluminis, ſi deficiat, uel frangatur ex alia parte, non ducit peregrinum ad patriam ſuã.

Crux Chriſti eſt pons, quem fecit nobis pontifex noſter. De quo Heb. 9. Chriſtus aſſiſtens pontifex, ut per iſtum pontem tranſeamus, de peregrinatione huius mundi, ad patriam noſtram. Qui ergo in 40. deuote Crucem recipiunt pœnitentiæ, & in paſſione deuotè Crucẽ Chriſti venerantur quando Crux contra infideles prædicatur, deuote eam ſuſcipiunt, incipiunt per pontem Crucis mare huius mundi pertranſire. Qui uero inceptum non perficiunt pontem, frangunt, & ſubmerguntur. Perſeuerantes uero ad patriam tranſeunt. De quibus Sapien. 14. Exiguo ligno credũt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per ratem ſaluati ſunt. Heb. 9. Sap. 14.

29 ¶Sexto virtus & poteſtas Crucis ſignatur, Gen. 28. per ſcalam Iacob, quæ ſtans in terra, cęlum tangebat. Sic Crux, quia per eam de terra, cęlum aſcenditur. Sed ſcala, per quam quis in certo loco aſcendere vult prius portatur ad locum illum, ubi per eam aſcenditur, locus, de quo homines deberent aſcendere ad cœlum, eſt locus, in quo moriuntur, qui ergo tunc per ſcalam Crucis Chriſti, uel pœnitentiæ, uel Cruce ſignationis, tunc aſcendere vult de loco mortis vſque ad locum illum, perſeueranter eam portet, quia niſi ad locũ portetur, tunc non portat, quia niſi ad illum locum portetur, ibi non eſt, & per illud, quod ibi non eſt, nõ põt ibi aſcendere. Sume ergo tibi lignum Ezechielis 37. quia lignum habet ſpem, Iob. 14. ſupple, ſi ad locum mortis portetur, Et hoc eſt, quod dicitur, Prouer. 3 lignũ vitæ eſt his, qui apprehenderunt eam, & qui tenuerit eam, ſcilicet, perſeueranter, beatus. Gen. 28 Prou. 3.

30 ¶Pater ergo ex prædictis, quomodo Crux Chriſti, & pœnitentiæ, & Cruce ſignationis, eſt refugium, & remedium contra omnia pericula, tam corporalia, quam ſpiritualia. Sicut ergo homines, pluuia, uel æſtu, uel tempeſtate, fugiũt ad arbores, ut ſub umbra earũ aliquod refugium, uel refrigerium inueniant, ita in omni, & contra omnia pericula,

quæ

quæ animam, uel corpus ante mortem, vel in morte, vel post mortem, lædere
Exemplum. possunt, ad Cruces prædictas fugiendum est. De quodam sancto uiro fertur, ut intentius contrà omnes tentationes Crucis, & crucifixi, & passionis memoriam haberet, solebat ita unguis manus palmam pungere, quod locus ille in manu sua induratus fuit ad modū plantæ pedis. Sed (heu) sicut fugientes ad arborum umbras, recedente tempestate, de arboribus illis recedunt, easque derelinquunt. Ita multi in infirmitate, in tribulatione, & aduersitate, Crucem amplectuntur, nihil aliud dicunt se uelle, quàm Deus vult. Sed recedente periculo, uel infirmitate, est qualis, & ante fuit: Tales fugiunt ad Crucem, sicut catulus ad arborem, dum canes, & uenatores eum sequuntur, Psal. 15. Multiplicate sunt infirmitates eorum, & talibus finaliter non prodest, nec eos protegit, uel defendit.

Ar. 3. ¶Ad hoc ergo, quod Crux quæcunque de tribus prædictis ad protectionem salutis finaliter valeat, tria requiruntur, uidelicet, mentis humilitas, operis bonitas, sęculi contemptibilitas.

31 ¶Primum patet per hoc, quod legitur de Heracleo, quod non potuit portare Crucem in Hierusalem cum ueste purpurea. Ita nec superbus, uel curiosus, & hoc est, quod sequitur, ubi ait. Matth. 18. Qui vult &c. (sequitur) Abneget semetipsum, & tollat Crucē, &c. Vnde Grego. in Homel. super illud, si quis vult. Duobus modis Crux tollitur, Aut cum per abstinentiam afficitur corpus, Aut cum per compassionem proximi affligitur animus.

¶Secundum patet ex quotidiano experimento, & specialiter quo ad illos, qui Cruce signationem accipiente aliquando terram illam acquisierunt. Sicut patet tempore Goffredi de Boyland, Ducis Brabantiæ, & aliorum prælatorum, & procerum Franciæ, qui terram Sanctam pro parte, & Hierusalem acquisiuerunt, sicut expresse patet ex historia fide digna (uidelicet) Antiochena, quia vero inter eos postea diuisi opera mala exercuerunt, terram illam perdiderunt. Sicut patet. B. 2. 50. Ad hoc ergo quod 32
Crucesignati ibi uiriliter agant, requiritur intentio, de qua. B. 2. 4. Ad hoc vero, quod ibi diu maneant, & prosperentur, requiritur bonitas operis.

¶Sed diceret quis infideles Terram illam inhabitantes, bona opera non faciunt, quare ergo tradidit illis Deus terram, vel quare illos malos permittit, terram inhabitare, qui nihil boni faciunt? Inter quos nullus bonus, nonne melius esset permittere malos Christianos, quia aliqua bona facerent, & inter quos aliqui boni essent? Dubitationes.

Huic respondetur: quod sicut minus malum est, contra regem inimicitias exercere ei, qui regi homagium non fecit, & respicere retro ei, qui manum non misit ad aratrum, quàm ei, qui fecit, & manum misit. Ita peccatum minus malum est in Saracenis, qui homagium Deum in baptismo non fecerunt, nec testes fidelis seruitutis inuenerunt, quàm in malis Christianis, qui utrunque fecerunt, sicut. D. 1. 18. Multis probatur exemplis, & auctoritatibus. Nota. M 2 13. Et F 4. 11. Sicut ergo aliquando à Iudęis legem Dei derelinquentibus, terram illam eis datā, dum Deo bene seruierunt, abstulit, & tanquam minus malis Saracenis (uidelicet) eam dedit, sicut pulcherrime per decretum sumptum ex uerbis Ambrosii. 23. quæstio. 5. remittuntur, versus finem, ubi dicit. De quibus etiam notandum est: quod aliquando mali excitantur ad puniendum peccata bonorum. Sicut Iudicum quartum, legitur de Iabin Rege Cananeorum, & de Madianitis, quod propter idolatriam populi, suscitauit eos Deus, vt Israelem affligerent, & terram eorum occuparent. Hæc ibi. Idem etiam patet Amos secundo, ubi ait. Ego exterminaui Amorreum. Vbi 1. Resp. 33

recitat

recitat Deus, quomodo exterminauit amorreos à facie Iudæorum. Et quia ipſi poſtea fecerunt conſimilia, & peiora, eis etiam idem minatur, quas minas poſtmodum opere compleuit. Idem patet. 2. Paral. 28. Vbi Obed Propheta dixit Phaceæ regi Iſrael, quod propter peccata ſua Iuda fuit ſibi tradita, & non propter merita capientis. Ita nunc conſimili cauſa eam à perfidis abſtulit Chriſtianis.

2. Reſp. ¶Quantum ad illud, quod vltrò obijciebatur, quid chriſtiani mali aliqua bona faciunt, & aliquos bonos inter ſe habent. Reſpondetur, quod etiam ſaraceni opera de genere morum, & de lege naturæ bona faciunt, & meliora, & plura, quam mali chriſtiani, ſicut paſcere pauperes, honeſte ſecundum legem naturæ uiuere, alterum non lędere. Ius ſuum vnicuique tribuere, plus in talibus operibus abundat Iudæi, & ſaraceni, quàm multæ terræ chriſtianorum.

34 Bonos verò, qui inter malos Chriſtianos verſantur, Deus aliquando affligi permittit, ſicut tunc inter Iudæos, ſub Ioram rege Iſrael, propter peccata populi, permiſit Helyſęum in obſidione eſſe cum alijs, ſicut patet. 4 Reg. 6. quando Samaria fuit obſeſſa à Benadab rege Syriæ, & caput aſini vędebatur. 80. argenteis. Et Eſaiam permiſit obſeſſum eſſe in Hieruſalem tempore Ezechiæ regis. Sicut patet. 4. Regum 19. Sicut etiam nunc in terra Sancta, & alijs locis, propter peccata multorum, permittit paucos bonos flagellari, non tamen eos odit. Vas enim, quod Deus vult in menſa ſua excellętius honorari, pluribus permittit ictibus malleari, & tamen plus vas, quàm malleum diligit. Sic in propoſito: & forſitan cauſa, quare Deus etiam permittit infideles illam terram occupare, eſt, ut ſuorum experiatur dilectionem. Siquidem quando Rex ſuis indiget, & ad bellum cum eo vocat, tunc ſcit, qui ſunt ſui, & qui eum diligũt, ſic in propoſito Deus ad bellandum, cum eo omnes inuitat, dicens, quis conſurget mihi, ſupple, in bellis, aut quis ſtabit, mecum aduerſus operantes iniquitatem, niſi quia dominus adiuuit me, paulominus habitaſſet &c. In Pſal. 93. Saris petit, qui querimoniã de defectu ponit.

¶Patet ergo, quod propter malorum chriſtianorum demerita, & bonorum virorum merita, & exercitium, ad bellãdum pro Deo, dimiſit eos in terra illa. Huic optime concordat illud Iudicum 2. in fine capituli. Vbi de Iudæis, quibus illam terram tradidit, ait, quia irritum fecit gens iſta (ſcilicet) Iudæi, pactum meum, ſequitur, cito, non delebo gentes (ſcilicet) ſaracenos: hoc quantum ad primum, ſequitur, Hęæ ſunt gentes, quas Deus dereliquit, ut erudiret in eis Iſrael. Et diſcerent filij Iſrael certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem præliandi, quantum ad ſecundum.

¶Tertium quod requiritur, eſt mundi cõtemptibilitas in affectu, & effectu. 35
Affectu, id eſt, ꝙ non deſideret, quod mundus ſit ei placidus, eique ſe ingerat. Effectu ꝙ illud nullo modo aſſequatur, verſus mundum ſe uertendo, & ſequendo, ſed quod totaliter ſit à mundo auerſus, habens ad ipſum dorſum, quaſi ipſum fugiendo, & quantum in eo eſt, quod mũdus ſit ab eo auerſus, ita quod dicere poſſit cum Paulo, Gal 6. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Quando duo ſunt crucifixi ad unam arborẽ, uterque habet dorſum ad aliũ, & faciem ab alio auerſam. Ita loquitur Paulus, uidelicet, quòd nec mundus ei placuit, nec ipſe mundo. Sed vterque faciem auerſam habuit ab altero: Aliquibus uero mundus crucifixus eſt, quia totaliter ab eis auerſus eſt, ſed non ipſi mundo, quia de auerſione illa, & fuga multum dolent, & ipſum, quantum poſſent, eis reconciliari nituntur, eiusq; amicitiam cum magno quærunt conamine. Tales non ſunt de numero illorum, de quibus dicitur Marci 16. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum. Sed affectu, & uoluntate ſunt, de numero illorum, qui argentum theſaurizant, & aurum, Exemplum.

aurum, in quo confidunt homines, Baruch 3.

36 ¶Et signanter dicit, in quo confidunt homines, quia quantumcunque Crux pauperum, & bonorum lignea, multa faciat miracula. Crux etiam pœnitentię & Cruce signationis multum corpori ualeat, & spiritui (ut prædictum est) tamen nonnulli plus confidunt in Cruce diuitum, & malorum argentea, in qua Deus illorũ crucifixus est (scilicet) argentum, & iste Deus cum Cruce sua argentea multo plura falsa miracula facit, quàm Deus uerus cum Cruce Christi sua faciat vera, quia per Crucem Domini nostri, aliqui claudi contracti leguntur rectificati, sed non omnes, hęc autem in curijs falsorum omnes causas rectificat, quantumcunque sunt tortuose, & curuæ. Et si in copia & reuerẽtia, vt debet, habeantur, omnes claudos, & incarceratos ire, & abire facit, & surdos iudices, & dominos, & in potestate positos, qui (quantumcunque iniustam causam habeas) surdam prębent aurem, audire facit. Et sic surdi audiunt: Mutuos etiam aduocatos loqui facit. Et sic muti loquuntur, & cæci uident, contra prophetam dicentem, os habent, & non loquentur, oculos habent, & non uidebunt. Psal. 114. Verbi gratia. Veniet filius matris suæ ad duodecim iuratos, vel ad alios, quibus interest, iustitiam suam, quam habet ad rem, quam petit, ostendens, nihil tamen dans, cui dicent, non uideo quod iustitiam habeas in re ista, seu petitione, sed tali iniuriam facis, qui iustitiam habet ad rem illam, signati uero postmodum ista Cruce, vel ad minus unus illorum, uidelicet, ductor patriæ inueteratus dierum malorum, qui scit narrare tempora antiquorum regum, quomodo talis fuit cõfessatus, & talis accepit similia. Talis plus uidet, & socios uideri facit, plus iustitię, quàm dederent, immo vbi omnino est iniustitia, eius iustitiam se uidere dicunt, & econuerso: sicut patet. I. 10. 6. Et sic cęci uident. Verus Deus etiam decem leprosos, & Heliseus vnũ sanasse leguntur. Iste Deus cum Cruce sua in cariis, & officis, & ubi falsi dominantur, omnes leprosos mundat, & sic leprosi mundantur, non per aurum comestum, sed per aurum datum, quia peccatores iusti, & mundi reputantur, & mortui resurgunt: quia morte digni abire permittuntur. Et pauperes euangelizantur: quia indigni in moribus, & scientia pro muneribus præmouetur. Et sic, sicut miracula, quę Petrus uere fecit, Simon Magus fecit ficte. Ita omnia miracula, quæ Christus uel Crux eius fecit, hæc Crux cum Deo suo denario facit falsę. Et non solum talia facit miracula, sed etiam à multis periculis custodit, à qua Crux Christi non custodit. Signatus enim Cruce vera in corde, & corpore potest se à dæmonibus custodire (ut supra patet. eo. cap. 21. Et F. 1. 8.) sed non custodit à malis hominibus, immo simplicioribus, qui in Cruce Christi plus confidunt, plus quandoque nocent. Sed qui habent bursam de Cruce argentea copiosę signatam, & sciat de Cruce illa benedictionem largam iugiter infundere, intret curiã quamcunque, & secure uadat, ubicunque uolucrit, quia uix debebit hominem timere, vbi Crux illa ante eum portatur, nec est, qui in dioceſi sua, & ad domum suam eam portari prohibeat. Crux ergo hæc argentea ducit, & reducit. Crux hæc uincit, Crux regnat, & expellit omne crimen, hoc contra signum nullum stat periculum. Mortificat, & uiuificat, deducit ad inferos, sed non reducit, pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat. 1. Regum 2, Nota. R. 1. 17. Nota. P. 7. 65.

Miracula Crucis.

37

38

¶ Custodia

¶Cuſtodia. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Cor, ſiue anima eſt cuſtodiendæ quoad triplici. ſ. quoad lumẽ fidei, quoad oculũ rectæ intentionis, & quoad ornatum ſpiritualem.*

2 *Hoſtes obſeſſam ciuitatem facile intrant, niſi portæ cuſtodiantur*

3 *Sicut triplicitur cuſtoditur os uel lingua, ita opera triplicitur cuſtoditur ſ. reſpectu Dei, & ſuimet, & proximi eius.*

4 *Exemplum de proditoribus, peregrinorum & negociatorum conductoribus, & defenſoribus.*

5 *Exemplum de paſtore amittente onem, qui pro amiſſa aliam reddit, & inuehitur contra uecordes, & pigros, & elatos prælatos.*

6 *Sicut canes rurales & rudiores eliguntur ad Domus, & gregum cuſtodiam; ita prælati ſimplices & rudes humilitate ad cuſtodiendum Dei domum, & gregem.*

7 *Grex Chriſti à lupis deuoratur fameliciis duas ob cauſas. Primo, quia abſunt à grege. Secundo, quia deſidioſi, & ſecordes ſunt Vicarij.*

8 *Moiſes dimiſit bonos Vicarios ad ſuæ gregis Iſraeliticæ cuſtodiam & tantum abfuit diebus, 40. & populus tamen interitu idolatriam perpetrauit: quam forte minime commiſiſſet, præſente Moyſe.*

9 *Quomodo ſeipſos excuſare poſſunt, & ſolent Prælati.*

10 *Tutor non debet altius extollere domos ſuas in præiudicium ſui pupilli.*



VStodia populi Dei, ſiue eccleſiaſtici, ſiue ſecularis, eſt triplex, humana, angelica, & diuina. De quarum prima tantum hoc in loco tractabitur.

¶Cuſtodia ergo humana, eſt triplex, ſecundùm quòd homo habet tria cuſtodire. Cor, ſenſus, & opera. Et ſecundùm hæc tria hoc capitulum in tres partes diuiditur. In cuſtodiam cordis, ſenſus, & operis.

¶Quantum ad primum. Cor, ſiue anima eſt cuſtodienda, quo ad tria, quæ in ea requiruntur. Artic. 1.

¶Primo, lumen fidei, ſicut lumen in lucerna, maxime in uento tentationis, eſt diligenter cuſtodiendum. 1. Ioan. vltimo. Filioli cuſtodite uos à ſimulachris. 1

¶Secundo, quo ad oculum rectæ intentionis in omnibus factis ſuis. In diuitijs congregandis. In iuſtitia obſequenda, ꝙ non ſit intentio crudelitatis in ſubditis regendis, quòd non ſit intentio cupiditatis. Si cuſtodi pedem tuum, ingrediens domum Dei. Eccleſiaſtes 4.

¶Tertio, quo ad ſpiritualem ornatũ mundiciæ. Apocalip. 16. Beatus, qui vigilat, & cuſtodit ueſtimenta ſua, ne nudus ambulet, ſic ergo omni cuſtodia ſerua cor tuum, ſicut pugil diligentius cuſtodit caput ſuum. Quoniam ab ipſo vita procedit. Prouer. 4. Exemplum ad hoc de Thobia, de quo ſcribit Thob. 1. quòd cum omnes ederent de cibis gentilium, iſte cuſtodiuit animam ſuam, & nunquam contaminatus eſt in eſcis eorum. In quo patet, quòd licet omnes vicini errent in feſtis frangendis, in iuramentis, & tabernis, & uſuris exercendis, & huiuſmodi, bonus homo debet animam ſuam ab eorum ſocietate cuſtodire, propter utilitatem propriam. Ezech. 33. Si ſe cuſtodierit, animam ſuam ſaluabit, ſi uero male ſocietati, & deſiderijs condeſcendat, animam ſuam perdit. Ioan. 12. Qui amat animã ſuam carnaliter (ſcilicet) nimis fouendo, & voluptatibus, & malæ ſocietati condeſcendendo, perdet eam, & qui odit animam ſuam (id eſt) duris operibus pœnitentiæ eam affligendo, quaſi inimicus, & qui à mundialibus reputatur ſibipſi crudelis in uitam æternam cuſtodit

dixeram: Sicut ergo, qui non habet, nisi unum oculum, eum diligenter custodit. Ita qui non habet, nisi vnam animam. Custodi temetipsum, & animam tuam sollicite. Deut. 4.

Ar. 1. 2 ¶Sed quia hostes ciuitatem obsessam cito intrant: nisi portæ (custodiantur) nec ualet animam suam custodire sine custodia sensuum, sicut nec aula nisi porta custodiatur, quia inimicis libere per portam intrantibus aula cito capitur. Et canis de aula fugatus cito intrat ostio aperto, sine ostiarij custodia. Sic nisi sensus custodiantur, & specialiter os, quod est tripliciter custodiendum.

¶Primo ne contra Dei honorem aperiatur iurando. Prouer. 13. Qui custodit os suum, custodit animam suam, qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet malum.

¶Secundo, ne aperiatur ad damnum proprium turpia iactando, & illicita narrando. Psalm. 38. Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea, scilicet peccatum, quod prius feci duplicando. Tertio, ne aperiatur contra proximum, maledicendo, detrahendo, murmurando. Sapien. 1. Custodite uos à murmuratione &c. qui sic custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam. Prouer. 21.

Ar. 3. 3 ¶Sed quia parum est, cor & sensus custodire, & sic à malo declinare, nisi etiam bonum in opere fiat, & opera debito modo ordinentur, & custodiantur. Ideo etiam in opere triplex requiritur custodia, secundum tria opera nobis necessaria.

¶Prima custodia debet esse in opere, quod respicit ipsum Deum, sic uidelicet, ꝙ ipse semel in anima receptus diligenter custodiatur. Et ei debita iura, & seruitia reddantur propter magnam mercedem. Prouerb. 17. Custos domini sui gloriabitur. Et ex contrario accidit magnum damnum. 1. Reg. 26. dixit Dauid Abner, quare non custodisti dominum tuum regem? sit, sequitur cito post, uuit dominus, quia filij mortis estis uos, qui non custodistis dominum uestrum, Christum domini.

¶Secunda respicere debet opera propria, ꝙ sit in eis abstinentia à delectationibus illicitis, quæ sunt in gula, & luxuria, & accidia, sicut custoditur infirmus à nociuis, Iacobi 1. Religio munda &c. & sequitur immaculatum se custodire ab hoc seculo. Et licet hoc multis uideatur durum tamē beatus in fine dicere poterit illud Psalm. 16. Propter verba labiorum tuorum ego, capitulo 5 d.

¶Tertia, custodia respicere debet opera proximorum, & subditorum, quo ad illos, qui alijs præsunt, de quibus. Esa 62. super muros tuos Hierusalem constitui custodes. Sicut stipendiarios, & speculatores, de quibus, nota Ezech. 3. & 33. Et sicut peregrinorum & negociatorum conductores, & defensores contra inimicos, & spoliatores (sicut in Lombardia & terris conflictus) care conducuntur à transeuntibus armati, vt eos conducant, & custodiant, quos si derelinquant, vel ad latrones ducant, uel decipiant, & spolient, ipsemet proditores sunt. Ita qui ponuntur in custodia corporum, uel animarum, & ad hoc adeo terris, & redditibus care conducuntur, quibus bonis deberent, ita de custodia commemorari: quòd non deberent sub dubio habere uel quærere cum Cayn. Gen. 4. Nunquid custos & cætera, sed audacter asserere. Custos fratris mei sum ego; quia ad illam custodiam. (Ecclesiastici) in manu episcopi iuramento se obligauerunt, & in periculo animæ suæ receperunt, quibus dictum est, & congrue à maiori prælato, quando eis custodia traditur: illud 3. Regum 20. Custodi uirum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. Si ergo absentes, uel in custodia sua negligentes fuerint, uel tyrannico dominio ipsimet spolient, seu malo exemplo spoliatores infernales, scilicet, dæmones, & peccata deuexerint,

xerint, quid aliud dicturus est Deus, qui eos eorum custodiæ tradidit, & ad hoc eare conduxit, nisi q; prædictum est, erit anima tua pro anima illius. Nota. F.3.19.

5 ¶Et hoc iuste, quia sicut pastor pro oue amissa ouem reddet, & equale pro equali. Ita animam pro animam, & homine m pro homine, summus pastor bonus requiret à pastoribus inferioribus, nec parcet nobilioribus, qui frequenter gregem dominicum peius custodiunt, quia sicut nobilis homo superbus, & inflatus indignaretur ei, qui sibi custodiam ouium offerret, & malè eas custodiret. Ita tales, licet libenter recipiant lucrum ouium Christi, tamen indignante, & superbe se habent erga earum custodiam, quod patet ex hoc, q; non festinant ordinari, ut pro eis orent. Ordinati etiam pro eis rarissime celebrant, tonsuram. i. signum custodiæ ouium Christi erubescunt. Ideo uel comam nutriunt, uel tonsuram habent paruam, ne cognoscantur esse de sacerdotio, & ordine Christi, & bonorum sacerdotum, qui dicere possunt illud. Psalm. 73. Signa nostra non uidimus. De habitu etiam clericali, quem eis formauit summus scissor ecclesiæ de uita & honestate clericorum, erubescunt. Absentari à grege, quantum possunt, quærunt, permittentes oues in deserto à lupis infernis deuorari, in tantum quòd uidentur pactum inter eos, & dæmones fecisse. Ita quòd ipsi recipiant de ouibus lanã, & lac, i. temporalia commoda, & dæmones animas, qui illas, & nihil aliud petunt, dicentes, da mihi animas, cætera tolle tibi. Gen. 14. Sed uidebunt tempus quando de officio, & custodia sua, reddent rationem, quod uellent iuisse Romam, pro Nouacula, pro tonsura melius formanda, & ut præsentes, & magis diligentes circa custodiam suam fuissent; quando dicent illud Apoc. 8. Ve, ve, ve. Primo ve, quia male intraui. Secundo ve, quia male uixi. Tertio ve, quia male regni. Sicut patebit infra. O. 6. 13. quia, uidelicet, posuerunt me custodem in uineis, & uineam meam non custodiui, Cantica. Et qui sunt illi, qui tunc specialiter poterunt dicere uineam meam non custodiui, certe illi, qui corde & sanguine sunt nobiliores, & superbiores. Sicut enim canes, qui nobiles uocantur, sicut leporarij, & huiusmodi gregem communiter non custodiunt, sed potius deuorant, nec domum pauperum custodiunt, sed potius panem pauperum de mensa dominorum rapiunt, & deuorant. Ita nobiles, & elati sanguine (uel superbia) de quorum quolibet Zachariæ 11. suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non uisitabit, &c. sequitur. Et carnes pinguium comedet, quia ipsi eligunt derelicto grege, esse in curijs magnorum, ut carnes pinguium comedant. Sicut enim canes rurales & simplices ad domum & gregis custodiam eliguntur. Ita ad custodiam grege Dei humiliter simplices eligendi sunt. Figura. 1. Reg. 10. ubi Deus Saul assumpsit ad principatum quærentem asinas. Et Dauid sequentem greges. 2. Reg. 7. & Heliseum. 5. Regũ 19. arantem in bobus. Et Christus eligit ad custodiam ecclesiæ piscatores. Et semper infirma elegit, ut confundat fortia. Et ideo cũ Deus habeat curam, & electionem, & pastorum greges bene custodiebantur. Sed modo Simon, & Cæsar, & sanguis, habent huiusmodi electiones, & confirmationes, totum peruertitur, & grex à lupis deuoratur. Nec mirum. Nota. E. 2. 7. cum sequentibus.

¶Propter duo. 7

¶Primo, quia absentant se à grege, & ideo grege à lupo inuaso clamante, & dicente, Custodi me, ut pupillam oculi, in Psalm. 16. Non audiunt, nec succurrunt & ideo lupus rapit, & dispergit oues.

¶Sed dicent, vel dicere poterunt duo ad sui excusationem. Primo, habent bonum uicarium, uel sacerdotem, qui curam habent animarum

sibi

ſibi ſubiectarum, quibus reſpondendum eſt, quod multi eorum parum curant, quales ſint illi, uel qualiter gregem cuſtodiant, niſi quod ipſi lucrum reportent. Quod quotidiano patet exemplo, & experimento, quia canes, qui gregem cuſtodire vellent, id eſt, pauperes mendicantes. (De quibus. G.4.17.) arctant, quia timent, quod emolimentum illorum minus erit. Sed trepidauerunt timore, ubi non fuit timor, quia lucrum maius reportant, tam propter prædicantium informationem, quàm propter eorum bonum exemplum. Sed hoc patet in iſto facto, quod magis timent pecuniarum, quàm animarum amiſſionem. Et ideo contra conſuetudinem bonorum paſtorum. Tales canes, id eſt, prædicatores non fouent, nec nutriunt, ſed magis arctant, & perſequuntur, nec ſunt eis in gregis defenſione fauorabiles, ſed contrarij, & aduerſarij maximi. De quibus Zacha. 11. O paſtor, & idolum, derelinquens gregem, & quia oues derelinquerunt, ideo eas in diuerſis neceſſitatibus ſuis non audierunt. Econtra de bono paſtore dicitur. Ioan. 10. cum proprias oues emiſerit, ante eas uadit, & oues illum ſequuntur, quia ſciunt uocem eius, quia (ſcilicet) ipſi audiunt ipſum prædicantem, & ipſe eas clamantes, eisque compatitur, ideo ipſum ſequuntur &c. Quando uero ſunt multa milliaria, uel diete (inter eos) quomodo poſſunt ſe mutuo audire. Et ponatur, quod bonos paſtores ſacerdotes uidelicet in locis ſuis dimiſerunt, ad gregis cuſtodiam, certum eſt, quod Moyſes bene fuit occupatus, & licet abſens, & bonos uicarios dimiſit Aaron, & Hur, & non fuit abſens, niſi quadraginta diebus, & tamen interim populus commiſit idolatriam, quod non feciſſet, ſi Moyſes præſens fuiſſet, quid ergo dicturus eſt, qui per annum, uel plures annos abſens eſt, ſi dicat, ad locum meum tenentem cura pertinet, quærendum eſt ab eo, ſi ille eſt ſufficiens

tunc ille ſuperfluit, & eſt in grege, & domo domini, ſicut ſacerdos bellis ad vaſtandum, & comedendum, & paſcendum ſeipſum, & non gregem. Aut eſt inſufficiens, & tunc ſeducit ſeipſum, & dominum ſuum, & populum. Ponatur, quod ſi ualde ſufficiens, non poteſt eſſe tantæ hoſpitalitatis, etiam pauperes recipiendo, nec tantę auctoritatis in docendo, & corripiendo, ſicut magiſter, & dominus ſuus. Et ideo niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat, qui cuſtodit eam: in Pſal. 126 Et quomodo poſſet, corpus cuſtodiri, uel uiuere ſine capite. Nota opume. E.2.15.

¶ Secundo ſe excuſare poterunt ad excuſandas excuſationes in peccatis, quod quia ſciuerunt, quod ipſi, & loca ſua tenentes, fuerunt nimis pigri, & inſufficientes ad animarum cuſtodiam, & ad prædam de ore diaboli liberandam, ſciuerunteque ex alia parte, quod diabolus animas aſportat per terram, uel per aerem, uel per aquam ad ignem. Ideo prouiderunt eis de velociſſimis canibus ſuper terram currentibus, ne diabolus per loca illa animas aſportet parochianorum, & de falconibus, & aquis pro aere, & aquis, ne per loca illa euadant: de talibus in Pſalm. 78. Deus uenerunt gentes &c. & ſequitur. Poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam. Hortus enim qui poma, uel fructus non profert, non cuſtoditur. Ita ipſi canes, & falcones, & diuites xenia, & fructus afferentes, cuſtodiunt, & pauperes non afferentes, niſi animas, non diligunt. Tales ſunt immunes ab illa beatitudine: in Pſal. 105. Beati, qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam omnibus (ſupple) tam pauperibus, quàm dimitibus, tam ſubditis, non ſolum eos cuſtodiendo ab alijs, ne eis noceant, ſed etiam à ſeipſis, ne ipſi eos cuſtodiant, ut ſingulariter eos ſpolient, ſicut canis os, ſed ut iuſte, & bene uiuant, quia dicit lex ciuilis, quòd tutor non debet alios extollere ultra uires ſuas,

in prejudicium sui pupilli, quia ex quo tenetur ipsum ab alijs defendere, multo magis à seipso. ff. si seruitus vendi. l. altius. i. in digesto veteri. li. 8. Domini ergo terrarum, qui subditos suos ab alijs custodiunt, & non à se, contra legem istam committunt, prælati vero, & viri ecclesiastici, qui subditos suos, nec à se, nec ab alijs custodiunt, sed ad peccata trahunt, & trahere permittunt, nullius legis sunt. Ergo iudicium & iustitiam custodite. Oseæ. 12. De custodia angelica. Nota. A. 22. videlicet cap. de Angelis per totum. De custodia Dei. Nota infra. cap. de prouidentia: & multis alijs locis, & capitulis. Custodite sicut scitis, Matth. 27. Nota collocutionem de custodia. V. 8. 53. Et C. 9. 142.

¶Damnationis. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Damnatio duplex est, scilicet, temporalis, & æterna.*

2 *Exemplum est de inuenientes falcem, seu gladium amissum, & negantes se nouisse quam illum inuenisse.*

3 *In damnatione æterna est Pœnarum diuersitas.*

4 *Nutrientes in mundo carnem propriam cum delicatius, & lautius in inferno acerbius torquentur, & plectuntur, recto Dei iudicio.*

5 *Ex statu, in quo manebat deliquens recordatione sumitur exemplum.*

6 *Damnationis malorum certitudo ostenditur ex veteri, nonnullis testamento.*

7 *Iustitia Diuini Iudicij patefit, tum ratione, tum authoritate.*

8 *In delicto patrato, & in pœna infligenda perpenditur persona læsa.*

9 *Qui nunquam, vitia superbiæ, peccata relinquunt satis præseferunt velle semper inter piacula degere.*

10 *Propter incredulos Deus nonnunquam visibiliter pœnas infernales æternas ostendit.*

11 *Hæc sententia Apoc. enucleatur; sub ostendam tibi damnationem Meritricis magnæ.*

12 *Incarceratis in Inferno non aderis, ut in hoc sæculo, nec panis, nec aqua; sed ignis, & sulfur, &c.*

13 *Apud Inferos dura patientium cor non frangitur; nec est spes.*

14 *Verba flagitiosorum, & peruersorum ponuntur.*

15 *Peccatores Viuis pœnas tartareas expementibus fidem præstare nolunt: sed Mortuis ad vitam redeuntibus vtique crederent.*

16 *Mali, ut uero pertinacius delinquant, dicunt, Deum nullum Christianum velle perdere, & damnare.*

17 *Denarijs quo quomodo Regis similitudinem repræsentans.*

18 *Deus, uelut terrenus Rex, acerbius irascitur, & succenset falsis Christianis, sibi in Baptismatis fonte solenni vnda astrictis; quàm alijs, nullo ei astrictis iureiurando fidelitatis.*

19 *Clerici tenentes in ecclesia locum, & statum maiorem, enormius peccant.*

20 *Delicta enormia & grauia declarantur, non solum pœna delicti quantitate, malitiâ, sed etiam pœnæ offensi, & scandalizantis, & ad peccandum illecti.*

21 *Vnus quisque maiori supplicio afficitur domesticum proditorem, quàm extraneum; ita etiam Deus.*

22 *Verba peccatorum in peccatis dicentium, se redemptos esse Christi Morte, & omnes Christianos habere, & ideo illis plus prodesse Christi lethum audacter affirmantium.*

23 *Quisquis meretur priuilegium amittere propter malum factum, & propter temeritatem eius abutentis priuilegio, & potestate concessa.*

24 *Plura adducuntur exempla, de lege, & diuina, & humana, & mortali, quibus*

Digitized by Google

quibus communicantur nefarij homines; ne admirentur, si pro breui facinore æternum supplicium persoluant.

25 *Causa verborum mendacium malorum inuestigatur.*

26 *Quanto diutius Deus præstolatur peccatorem; tanto grauius in fine, in eum animaduertit.*

27 *Ostenditur claro, & breui exemplo periculum Mendacij, asserentium temere, Deum nullum baptizatum damnari, & uindicare uelle.*

DAmnationis. Primo, ostendenda est distinctio, seu diuersitas. Secundo, damnationis æternæ certitudo, quantum ad malos. Tertio, quia iustitia æternaliter damnantur. Quarto, damnationis euidentia, seu ostensio. Quinto, malorum responsio ad motiua adducta, ꝙ mali damnantur ęternaliter cum reprobatione. Sexto, talis responsionis, & Mendacij causa. Septimo, periculum.

Ar. 1. ¶Ad primum sic proceditur. Damnatio est duplex: uidelicet temporalis, & ęterna. Prima est ad damnū, & ad mortē corporis. Secunda ad damnum, & ad corporis, & animæ. Et causa utriusque est peccatum, quia nulla dominaretur aduersitas, si nulla esset iniquitas. Sed tamen in hoc est diuersitas in istis duabus, quia in æterna damnatione, semper damnatus sciet causam suæ damnationis, sicut patet. Matth. 25. ubi ostenditur, quomodo Deus eis causam ostendit suæ damnationis, dicens, Esuriui &c. In temporali vero, quandoq; quis iuste damnum, & tędium & mortem sustinet, sed causam ignorat, verbi gratia. Aliquando quis iudicatur ad carcerem, uel pœnam pecuniariam, vel ad suspendium, & huiusmodi, & tamen causa, quæ ei imponitur, propter quam sic affligitur, falsa est, ergo habendo respectum ad illam causam, damnum tale non meruit. Sed habendo respectu ad aliam peccata, quæ contra Deum, & salutem propriam commisit, sicut fornicationem, adulteriū, & huiusmodi, propter quæ Deus eum sic affligi permittit, bene talem promeruit damnationem. Exemplum est ad hoc tale, fingitur, ꝙ unus inuenit falcem, seu cultellum amissum, sed illo, qui eum amisit, & redeunte, & ab inuentore cultellum petente, iurauit, se eum non inuenisse. Accidit, ꝙ quidam alius, qui per uiam illam transierat, & gladium, uel librum, vel huiusmodi amiserat, currendo veniret ad illum cultelli inuentorem, quærendo gladium suum ab eo, quia per uiam illam, ubi gladium amiserat, directe post eum venit. Isto negante, ꝙ gladium non inuenerat. Alius dicto suo incredulus, eum male uerberauit, cum uero sic tractaretur, clamauit ad Deum, dicens, Deus tu nosti ꝙ sine causa hęc sustineo, & vox ad eum uenit, dicēs, non propter gladium, vel librum, sed propter cultellum. Ita multi diuersis affliguntur infirmitatibus rerum, etiam & amicorum amissionibus, & ad mortem pro futuro, & homicidio, quod non fecerunt, iudicantur, & murmurant, quòd talia iniuste sustineant, seipsos, ad modum Pharisęi iustificantes, & dicentes, non sum sicut cæteri hominum, raptores, adulteri, &c. Sed si considerarent alia furta, & fornicationes, & periuria, & huiusmodi, propter quæ Deus sic eos affligi permittit, & affligit, sicut ait. Ezech. 6. Contriui cor fornicans, deberent patienter sustinere, dicentes, cum bono latrone, nos quidem digna pro factis recipimus. Nota. M. 11.12.

Exemplum. 2

¶In damnatione etiam æterna est pœnarum diuersitas, quia sicut Christus dicitur, in domo patris sui mansiones multas esse. i. diuersa præmia secundùm diuersitatem meritorum. Ita ibi diuersæ pęnæ, secundùm diuersitatē demeritorum. Hęc autem diuersitas videri potest per exemplū de duobus incarceratis, quorum uter plus affligi pōt tripliciter, uel ex loci, in quo est, detentione,

Exemplum. 3

tione, uel ex proprijs ſtatus conditione, vel ex ſtatus, quem tenuit, recordatione.

¶Primo dico, ex loco, in quo detinetur, ſicut in carcere mundi, unus alio profundiorē tenet locum, & ferramentum, & uerberibus, & abſtinentijs plus affligitur. Et ſic grauiora committens peccata, vel diutius, in eis plus ibi affligetur.

¶Secundo, ex proprij ſtatus, & corporis conditione, ſicut patet de duobus incarceratis æqualiter, & quo ad locum, & omnia alia, quorum tamen vnus altero eſt in complexione tenerior, & delicatius nutritus. Aliter vero durus, qui
4 ſemper fuit pane groſſo, & aqua nutritus. Primus plus grauabitur ex abſtinentia panis, & aquæ, quàm ſecundus. Et ſic de ferramentis, & ſic de omnibus alijs circunſtantijs afflictiuis. Et quantū ad iſtam conſiderationem illi, qui delicatus hic carnem ſuam nutriunt in gula, & accidia, & luxuria, & huiuſmodi, plus ibi torquentur recto de iudicio dato. De quo exemplum ponit beatus Grego. 9. Mor. ſicut uno Sole omnes tanguntur, non tamen ſub uno ordine ęſtuamus, quia iuxta qualitatem corporis ſentitur pondus caloris. Sic damnatis vna eſt gehenna, quæ affligitur. Et tamen non omnes una qualitate comburit. Apoc. 18. Quantum (inquit) gloriauit ſe, & in delicijs fuit, tantū date ei tormentum, & luctum.

5 ¶Tertio ex ſtatus, quem tenuit, recordatione, ſicut patet de duobus incarceratis, quorum unus ſemper ante fuit in honoribus, diuitijs, delicijs, & huiuſmodi. Alter uero nunquam. Primo non ſolum eſt pęnale, quod ſentit, ſicut ſecundo, ſed etiam præteritorum recordatio ad memoriam reducēti, quę prius habuit, & quæ nunc habet, comparando honorem pręteritum ad utilitatem, quam habet plus erubeſcit, quàm alius, qui nunquam fuit in honore. Comparando etiam diuitias, quas habuit. Comparando etiam delicias, quas habuit ad miſeriam, quā ſuſtinet, plus torquetur, quàm alius, qui nunquam vſum habuit deliciarum, propter ſenſibile experimētum boni, & contrarij (uidelicet) malij & habendo reſpectum ad hoc. Illi, qui 7
ſunt in maiori honore, ſtatu, dignitate, diuitijs, & delicijs, quibus male utuntur, ibi plus torquētur ex illorum recordatione. vnde Hiero. ſuper illo, Eſa. 24. Cum cantico non bibent vinum amplius (dicit) ꝙ præteritarum deliciarum recordatio erit cruciatuū materia, quia talis intellectio, & recordatio eſt, quaſi quædam tormenti refectio, & geminatio: vnde Baſilius in exameron ſuper illud Pſalm. 20. Pones eos, ut clibanum ignis, per hoc, in clibano ignis, magis exardeſcit, ꝙ flamma in ſe repercutitur. Sic in damnatis accidit, quia Deus facit ipſos cognoſcere, ꝙ appetitum ſuū non poſſunt perficere. Et omnia, quæ ad eorum pertinent damnationis augmentum. Nota G. 2. 41. Et hoc uidetur rationabile, & iuſtū, ꝙ omnibus rebus, quibus abutebantur, puniantur, & omnia ad eorum pęnam aliquo modo vertantur. Et ſic, qui pluribus abutitur, pluribus modis ibi punietur. Qui ergo vult hic frui multis honoribus, & uanitatibus, & delicijs, quæ cito tranſeunt, æternaliter cruciatum habebit maiorem. Nota de hoc B. 4. 7. & D. 11. 32. & M. 11. 12.

¶Sed quia forte aliqui hoc, quod dictum eſt in iſto primo (uidelicet) ꝙ mali ęternaliter damnantur, minus credūt. Ar. 2.
Ideo in hoc articulo ſecundo, oſtendetur certitudo damnationis malorum. 6
Hęc autem certitudo patet ex ueteri teſtamento, Iſa. vl. Vermis eorum nō morietur ignis eorum nō extinguetur. Et ex nouo, Matt. 25. Ibunt ij in ſuppliciū æternum, & iuſti in uitam æternam. Et Matth. 20. Multi ſunt vocati, pauci vero electi. Et Matt. 7. Lata porta, & ſpacioſa uia, quæ ducit ad perditionem, & multi, qui intrant per eam. &c. & multis alijs ſacræ Scripturæ locis.

¶Idem oſtenditur ex fide ſanctę eccleſię, cui pertinaciter contradicere hęreticum eſt. Ex Simbolo videlicet Athanaſij

nasij sic continentis, Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis proprijs rationem. Et ibunt, qui bona fecerunt, in uitam æternam, qui uero malo egerunt in ignem æternum.

Ar 3. ¶Sed quia Deus iudex iustus nihil sine causa iudicat. In hoc articulo tertio, ostendere restat iustitiam iudiciorum articuli secundi.

7 ¶Huius autem iudicij iustitia patet, tam ratione, quàm auctoritate, simul, & ratione. Exemplum, & ratio ad hoc, de illo, cui si committeretur res infiniti precij, si per suam negligentiam eam amitteret, nonne infinitum precium solueret, uel infinitā pœnam subiret secūdùm iustitiæ regulam. Ita in proposito. Illi, quibus filius Dei infinitus datur per gratiam, & etiam in sacramento altaris, & in quorum cordibus spiritus sanctus inhabitat, qui est infinitę bonitatis, & anima infinito precio redempta est, si omnia ista peccando amittant, & precium infinitum reddere non poterunt, nonne iustum est, ꝙ pœnam subeant infinitam.

8 ¶Præterea in peccato, & etiā in emenda taxanda considerare oportet personam, contra quam peccatur. Grauius enim punitur delinquens, vel proditionem contra regem exercens, quàm qui peccat contra puerulum. Cū ergo peccatum, & pœna emendat peccati commensurari debeant ex mensura, & conditione personę, contra quam peccātur. Et cum Deus in omni conditione, & mensura sit infinitus, iustitia requirit, ꝙ peccatum mortale in infinitum puniatur, quia est contra Deum infinitum factum. Iuxta illud Psal. 50. Tibi soli peccaui, siquidem omne peccatum mortale contra Deum committitur.

¶Præterea, peccatū mortale, cum quo peccator moritur, semper aīæ adhæret, quia post mortem non est locus pœnitentiæ de mortalibus. Vbi ergo peccatum semper adhæret, iustum est, ꝙ pœna semper adhæreat.

¶Aliam rationē ad hoc. Nota. A. 22. 47. & C. 5. 14. Huic etiam concordāt auctoritates, & rōnes doctorū, ꝙ videlicet, semper puniatur, qui semper peccare vellet, si posset. Vnde Beatus Grego. 34. li. Moral. Ad districti (inquit) iudicij iustitiam pertinet, vt nunquā careant supplicio, quorum mēs in hac vita nunquā voluit carere peccato, & nullus det iniquo terminus ultionis, quia quādiu valuit, habere noluit terminum criminis.

¶Ad idem quarto dialogorū. *Iniqui* 9
ideo cū fine delinquunt, quia cum fine uiuunt; nam voluissent utique sine fine viuere, ut potuissent sine fine peccare, hoc ostēdunt in facto. Quia, dicit canō, ꝙ qui nunquā cessant peccare, dum uiuunt, ostendunt, quia semper in peccato uiuere cupiunt, de pœni. di. 1. c. impor tuna. §. siue autē. Et hoc iustum videtur, vt qui Deum expugnat in suo ęterno, puniatur in Dei ęterno. Et cum Deus uoluntatem, vt factum videat, uoluntatem sempiternam, quasi factum sempiternū puniat. Qui nunquā cessaret peccare, si semper uiueret, & qui semper uiuere vellet, ut semper peccaret, ex Dei iustitia semper viuat, ut semper pœnam sentiat, hęc uidetur sententia esse Bern. Omnes ergo tales sunt de numero illorum, quorum damnatio iusta est, Ro. 3.

¶Sed non obstante, ꝙ istę rationes, & Ar. 4.
auctoritates necessario concludant: tamen nonnulli sensus, & sensibilia, plus sequentes, quàm rationem, uel auctoritatē, quia quę non uident, non credunt. Sicut patet. A. 23. 1. Et quia pœnas, damnatorū non uidēt oculo corporali, ideo minus eas credunt. Propter tales ergo Deus aliquando pœnas infernales uisibiliter ostendit. Sicut in partibus Cecilię patet, vbi ignem infernalem de locis illis eructantem ostendit (secundùm beatum Grego. in quarto *dialogorum*) propter incredulos, qui *non* uisa non credunt. Talibus etiam sensibilia exempla posuit. Sicut patet, Lu. 16. & multis alijs locis Euangelij, per sensibilia exēpla, & narrationes, quas ipsa veritas per semetipsam ostendere dignata est, plus 10

credamus, alias nota historias, quę eandem materiam (uidelicet) malorum ostendunt damnationem. Sicut est illud. A.12.32. Et illud A.27.49. Et de quarto dialogorum, qui petiuit inducias, & de multis alijs exemplis in eodem quarto li. dialogorum.

Exemplum. ¶Ad idem fertur sic de quodam, qui de noctibus ire solebat ad mulierem, quam contra legem Dei dilexit. Hic ergo una nocte iuxta theloneum veniēs, vidit magnum principem dæmoniorū, quasi in loco sedere iudiciali, & alijs ei astātibus præcepit, illam mulierem adducere eam nominando, ad quam lecator tunc iuit: Festinanter ergo ad domum illius mulieris currens, inuenit eam in lecto suo suffocatam.

Exemplum. ¶Ad idem nota ex cęsario de concubina sacerdotis, quam post mortem miles uoluit defendere à dæmonibus, sed non potuit. Sic ergo ad aliorum exemplum ostendit Deus illius miserę mulieris damnationem, & hoc est, quod ipsemet promittit se facturum. Apo.17. dicens: ueni ostendam tibi damnationē meretricis magnæ.

11 ¶Ostendam (inquit) tibi damnationem meretricis, i. animæ peccatricis, quantum ad tristitiam, & dolorē, quantum ad tenebras, & squallorem.

Exemplum. ¶Primo quātum ad tristitiam, & dolorem, hæc autē tristitia excogitari aliqualiter potest ex tristitia incarcerationis perpetuæ, uel mortis temporalis. O quàm tristis sententia esset cuilibet nostrum poni in carcere perpetuo, profundo, & tenebroso, ubi nulla esset euasionis spes, cum pane, & aqua, & vinculis multis. Et specialiter si sciret, se ibi diu uicturum in pœnis. Quanto tristius erit poni in illo carcere tenebroso inferni. Tenebroso (dico.) Quia sicut hic dilexerunt tenebras culpæ, & loca tenebrosa, & occulta pro delicto suo secretius perpetrando. Ita ibi ponētur in tenebris pœnæ, quæ in Euangelio à Christo uocantur tenebræ exteriores: mittite (inquit) eum in tenebris exteriores: habebunt tamen (secundùm aliquos doctores, modicum lumen non ad eorum solatium, sed ad pœnam, ut uidelicet, propriam videant deformitatem, videant etiam, quàm deformes sunt illi, & illæ, quos fatuo amore excęcati, hic pulchros, & pulchras deputabant. Videant insuper illos, quos hic ad peccatum traxerunt, uel iuuerunt, & qui eorum exēplo hic peccauerunt, & quos hic mali dilexerunt esse cum eis damnatos, cum tristitia, & dolore, dicētes illud Luc. 23. Et tu in eadem damnatione es.

¶ Iterum hæc sententia tristior est, 12
quia ibi non erit incarceratis panis, & aqua, sicut positum est de carcere mundi. Sed proh dolor, ignis, sulfur, spiritus procellarum, pars calicis eorum, in Psal.148.

¶ Iterū quia nulla est spes euasionis, quia in inferno nulla est redemptio.

¶Iterum, quia est ibi non solum per mille annos: sed non semper est victurus. Iuxta illud, laborabit in æternum, & uiuet adhuc in finem: in Psalm.48. Et Christus, Matth.25. Discedite à me male, in ignem æternum. Ab æterno autem, si mille, immo quot millia annorum excogitare poteris, per intellectum auferas, illo ablato, tantum de tempore remanet post illam ablatiōnē, non minuitur, quia infinitum finito minus esse non potest. Ergo quàm miseri sunt qui pro parua delectatione, vel lucro terreno, tam longā incurrunt pœnam, ubi nulla est spes remedij.

Qualis autem tunc erit cordi dolor, patet in parte per hoc, quòd modo communiter dicitur, quando quis dura patitur, si spes non esset, cor frangeretur, sed ibi neutrum erit, quia nec cor frangitur, nec spes est.

¶Fertur de quodam magno, qui ex tali verbo à quodā fatuo corā eo dicto, 13
ad magnā cōpunctionē de peccatis suis Exemplum.
conuersus est. Cum enim audiente fatuo, quidam diceret, si spes nō esset cor frāgeretur, adiecit fatuus, qualis ergo pęna erit, ubi nec spes est deliberatione, nec cor frāgi pōt, qđ dñs audiens suspirās, ait, γ. poyse, moy: ϙ audiui istud verbum

bum à ſtulto. Et tñ Seneca teſte ĩ quadã epiſtola ad Paulũ, Deus quãdoq; ex ore fatuorum effatur : Nota ſimile. E 3.23.

Arti. 5. ¶Mali uerò deſiderantes ſine timore peccare, friuolis cogitationibus, & reſponſionibus conſcientias gloſant, &, ut audaciores ſint ad peccandum, prædictis auctoritatibus, & exemplis de dãnatorũ perpetuitate, & oſtenſione multipliciter reſpondere nituntur.

14 ¶Primo dicentes, quòd talia uerba, & exempla in libris poſſit, & ſcripturis, ſunt ad timorem, ut per illa homines dimittant malum, & faciant bonum.

¶Sed iſti malè conſcientias gloſant, dum nouam peccatũ blaſphemiæ alijs peccatis ſuis addunt, dicere enim Deũ mendacem, & blaſphemia, quia Deus verax eſt. Omnis autem homo mendax. Roma. 3. Sed Deus in pluribus factæ ſcripturæ locis permittit malis damnationem æternam, ſicut, ſupra eo. patet c. 6. & 12. Dicere ergo, quòd illa Dei verba timorem includunt. ſed non ueritatem, eſt dicere, Deum mendacem, duobus contraria aſſerentibus, oportet, quòd vnus illorum falſum dicat. Sed Deus, & homo, in hoc caſu cõtraria aſſerint. Ergo oportet vnum falſum dicere, hoc nõ poteſt eſſe Deus, ſicut patet per prædictam auctoritatem Pauli; Ergo ipſi falſum dicunt. Et ſic in triplex incidunt inconueniens, Vnum, quòd mentiuntur, Aliud quòd Deum blaſphemant, Tertium quòd audacius peccant. Sed forſitan dicent, his, quæ Deus dicit, credimus, Sed narrationibus & exemplis aliorum prædicantium non oportet fidem adhibere, quia ipſi, uel ad peccatorum terrorem, uel propter alias cauſas talia terribilia narrãt. Sed quæ maior ſtultitia, quàm cogitare, quòd aliquis mendacio ſuo ſe perdere velit, ut alios ſaluet. Cum etiã ſecundùm doctrinam Apoſtoli. Roma. 3. Non debeant fieri mala, vt eueniãt bona, quis tamen cęcus eſt, qui tantũ malum. i. perditionem propriã facere velit, Vt alijs bonum dubium eueniat; Deus etiam mendacijs noſtris non indiget. Contra tales nota. A. 26. 7.

¶Iterum dicunt, uiuis nõ credimus, 15
ſed ſi ipſemet damnati redierẽt ad nos, eis crederemus, quia ipſi ueritatẽ experti ſunt. Cuius tamen contrariũ aliquãdo uiſum eſt, ꝙ uidelicet, viui mortuis eis apparentibus ſe nõ correxerũt. Sicut patet per hoc, ꝙ à fidelibus nuper dicitur accidiſſe de quodam diu cõcubinam tenente, quia mortua, cuidam famulo, domus poſt mortem ſuam apparens, dixit, ſe eſſe ĩ magnis pœnis, dixit etiã, ꝙ pmoneret amaſiũ ſuũ, ꝙ ſe corrigeret. quia hoc erit ſibi, & mihi ualde utile, quod ſi non fecerit, hodie ad tres annos ipſe morietur, & æternaliter dãnabitur, ergo famulus grauiter infirmatus, magiſtrum ſuum de prædicta oſtẽſione præmonuit, qui tamen ſuam nõ emẽdauit, & illo die ad tres annos, quo illa miſera ipſum morituum prædixit, magnum feſtum de uicinis ſuis tenuit, & eos ſecum uſque ad noctem tenuit, à quibus quæſiuit, ſi dies adhuc tranſit, qui dixerunt, ꝙ ſic, ergo (inqt) falſum eſt, quod mihi dictum fuit, quia adhuc uiuo, & hoſpitibus licẽtiatis, antequàm ad portã uenirent, ſubito mortuus eſt: Si ergo Moyſen, & Prophetas nã audiunt, neq; ſi quis ex mortuis ierit ad eos, credent. Sicut patet. A. 26. 23. Exemplum.

¶Iterum dicunt, ꝙ Deus nullũ Chriſtianum, quem ita care redemit, perdere vult, uel dãnare. Et ideo dicũt, ꝙ illę auctoritates, ſupra c. c. 6. habẽt intelligi de infidelibus, qui omnes, & Soli damnabũtur. 16

¶Huic rñdet, ꝙ uerius dicunt, quàm dicere credant: quia Deus neminẽ perdit, quia ipſe oẽs, hoẽs inuenit in cœlo, uel in inferno, uel in purgatorio, uel in limbo puerorũ; Deo ergo, qui ſcit, ubi ſunt, & qui eos habet, & vult habere, nõ perduntur, ſicut nec paſtor dicitur oues ſquallidas, quas in alia domo à ſanis ſeparatas ponit, amittere, uel dominus latronem, quem in carcere ponit. Sed ſi carcerem euadens, ad nemus fugeret, amiſſus à domino diceretur. Sic in propoſito. Nota. P. 2. 31. Exemplum.

¶Et

Exemplum. ¶Et esto, quòd perdantur Deus tamẽ eos non perdit, sed ipsi seipsos perdunt. Sicut infirmus, qui medico non obedit, seipsum occidit; Sic peccator, qui est, sicut falsus monetarius, qui falsam monetam facit, sed fidelis talem monetam inueniens, eam frangit, & perforat cultello, & destrui: Sic peccator animam suam, quæ est ad Dei similitudinem: Sicut patet. A. 23. 6. sicut denarij quodam-
17 modo similitudinem regis repræsentant: Quando ergo peccando hanc similitudinem destruit, & diaboli similitudinẽ introducit, summi regis, id est, Dei monetã falsificat; Sed fidelis Deus hanc monetam inueniẽs, eam in ignẽ ponit æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius; Matth. 25. Nota. F. 1. 43.

¶Sic ergo Rex falsam monetam cum falso monetario inueniens, & utrunq; damnans, non dicitur, quòd moneta regis perditur, sed quòd falsificator cum moneta sua est damnatus: Ita in proposito:

¶Quidam uerò dicunt, quòd illas auctoritates oportet intelligi de his, qui nunquàm fidem Dei, uel baptismum receperunt, & non de falsis Christianis: Et ualde irrationabiliter dictum; Et hoc ostendi potest multis exemplis, & auctoritatibus.

¶Dominus enim terrenus plus irascitur, & iustus punit eum, qui plus de donis suis recipiens proditorie contra eum agit, sicut patet, quòd maiorẽ cõmittit ingratitudinem, quàm alius, qui non recipit tantum. Sic in proposito, Christiani uerò plura dona Dei, sicut ecclesiastica sacramenta, & huiusmodi, receperunt, quàm infideles: igitur, &c.

18 ¶Iterum Rex plus irascitur contra eum, qui ei homagium fecit, & testes fidelitatis inuenit, & ei seruire iurauit, si postea proditorie, uel false, contra eũ agat: quàm contra alrum, qui in nullo sic ei, astrictus fuit. Sic Deus contra falsos Christianos, qui ei in baptismo solẽni uoto se astrinxerunt, & testes fidelitatis innuerunt, & ei se seruituros, & diabolo se abrenunciaturos, ꝓmiserũt sicut patet. F. 4. 29. Si postmodum Dei mandata, & legem nõ teneant, grauius eos quàm saracenos punit, licet enim illi simul cum istis damnentur. Iuxta illud Esaiæ 1. Conteret scleratos & peccatores simul, quia dereliquerunt dominum, confundentur, tamen isti falsi Christiani, qui dereliquerunt dominum, plus confundentur, & grauius punientur. Sic ergo tales accipiũt dãnationem maiorem. Lucę. 20. Sicut patet. F. 4. articulo 12. Exemplum ad hoc in uitas pa. Si benè occurrat de sancto patre Machario, qui dicitur, caput mortui in deserto inuenisse, & precibus obtinuisse ostensionem, qualis in uita sua fuerat, qui hoc caput portauerat, q nutu Dei respondit, se saracenum fuisse, qui de statu suo requisitus, Respondit, se damnatum esse, requisitus uerò, si aliqui essent in inferno præter ipsos saracenos? Respondit, falsos Christianos, multo profundiorẽ locum tenere ibi, quia multo plura à Deo receperunt, & plura de Deo audierunt, contra, quæ sẽper ingrati extiterunt. Et Christo teste, seruus qui scit uoluntatem domini, & non facit, plagis uapulabit multis. Lucę. 12. Exemplum ad hoc satis euidens est de committente peccatum in statu, uel loco sanctiori, uel maiori: Committens enim peccatum in loco sanctiori, sicut in ecclesia, grauius peccat, quia ibi rem auferre, est sacrilegium, quod in alio loco non est, nisi simplex furtũ: Committente s etiam in statu, sicut in prælatura magna, grauius peccãt, & durius puniẽtur: Sic Christiani, q infra ecclesiam Christianitatis, & in statu altiori, & post missionem manus ad aratrũ, & post fidem receptam peccãt. De quibus. 1. Thi. 5 Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

Exemplum. Exemplum.

¶Iterum sicut Onormius peccaret, 19
qui uile factum, sicut homicidium, uel aliud consimile committeret circa altare, quàm in naui ecclesiæ, quia locus ille quodammodo sanctior uidetur: Ita qui locum, & statum maiorem, in ec-

clesia

cleſia tenẽt ſicut clerici: De talibus enim rectè ad litteram loquitur Chriſtus. Luc. 20 dicens, ambulant in ſtolis, & amant ſalutationes in foro, & primas cathedras in ſinagogis, & primos diſcubitus in conuiuijs, qui deuorant domos. uiduarum ſimulantes longam orationẽ, hij percipiẽt damnationem maiorem. vnde Hiero. ſuper Ezechiæ. Cui dubiũ, quin inter tres peccatores, gentilem, hæreticum, & eccleſiaſticum, multo maioribus pœnis dignus ſit, qui maioris fuerit dignitatis, quia non ſolum in ſe peior eſt, quàm gentilis, ſed etiam, quia pluribus nocet. Iuxta illud beati Greg. in paſtoralibus, nullus quippe amplius in eccleſia nocet, quàm qui peruerſę agens nomen, uel ordinem habet dignitatis, &c.

¶ Peccati ergo grauitas non ſolum attenditur pœnes peccantis malitiam in ſe, ſed etiam pœnes illos, quibus peccatum nocet, qui inde ſcandalizantur, uel ad peccatum trahuntur: Cum ergo peccatum malorum Chriſtianorum ab alijs Chriſtianis, plus in exẽplum trahatur, quia illorum facta quotidie uident, & bona credũt, uel credere uolũt, quando ad exempla illa trahunt, quàm infidelium, quorum facta nec uident frequenter, nec bona operantur. Patet quòd iſtorum peccatum grauius eſt: De tali ergo benè dicit canon, quòd eſt infideli deterior. 6. q. 1. Quæro, quia plus eccleſiæ nocet, quàm directè infidelis. diſt. 93. ſi inimicus: in fine. 11. q. 3. nolite, in fine. Sicut patet B. 2. 16.

¶ Item peccatum ſuum grauius eſt peccato infidelis. 32. q. 4. Ideo pœna illius grauior erit pœna infidelis. 12. q. 2. ſcimus. Et 1. q. 1. nonne

¶ Et ſicut mali Chriſtiani grauius peccant infidelibus, & grauius punientur; quia peccatum illorum pluribus nocet (ut oſtenſum eſt.) Ita etiam inter Chriſtianos gradum in peccatis, & pœnis ponere oportet; Ita quòd ſemper quanto maiorem locum, ſtatum, uel officium tenet, grauius ſit eius peccatum, & pœna grauior, ſiue ſit perſona ſeculariſ, ſiue eccleſiaſtica, quia quinto in maiori dominio ponitur, tanto plures ad eum reſpiciunt, & exemplũ, uel actus, uel defectus timore, uel amore ſequũtur: & tales in fine inuenient iudicium durum his qui malè præſunt: Sapien. 6. Nota. C 17. 33.

Hoc idem uidemus quotidiano experimento, & quilibet plus offendit cõtra domeſticum proditorię agentem, quàm contra extraneum: Et plus contra amicũ, quàm aliũ; Et plus cõtra cõſanguineũ, & propinquũ, quàm remotũ; Et plus cõtra filium infideliter ſibi ſeruientem, quàm quemcunque alium: Ita Deus, qui ait in Pſal. 54. Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique, quaſi diceret, quia amicus meus hoc fecit, plus grauius. 21

¶ Multum enim grauabatur contra malos infideliter ſibi ſeruientes in lege naturæ: ſed plus contra peiores in lege Moyſi, quia eis maiorem oſtenderat amicitiam, ſicut patet in toto veteri teſtamento. Plus adhuc cõtra peſſimos in lege gratiæ, ſicut filios ſpecialiſſimos proditoriæ agentes. Iſte proceſſus patet ex uindicta, contra legum tranſgreſſores, & Chriſti crucifixores. Tranſgreſſores enim legis naturæ ĩ diluuio Noe ſubmergebantur, quæ dicitur eſſe mors facilima. Tranſgreſſores legis Moyſi lapidabantur, ſicut patet Numeri. 15. quę eſt mors grauior. Primus uerò tranſgreſſor legis Chriſti, ſcilicet Iudas, ſeipſum ſuſpendit, quod eſt turpiſſimum inter omnes mortes.

¶ Cum etiam in Chriſti crucifixione eſſent gentiles mali, & Iudæi mali, & Chriſtianus malus, ſcilicet Iudas, Plus contra iſtum offendebatur, & grauius p delicto illo, quod in ſe erat vnũ, puniebat, & hoc ſpecialiter, qa erat de numero illorũ, qbus dicit Io. 15. vos amici mei eſtis: & ad quos maximã oſtẽderat amicitiã, ſicut ibidẽ dicit, maiorẽ dilectionem nemo habet, &c. De quo etiã in Pſ. 40. conqueritur dicens: Etenim homo pacis meæ ĩ quo ſperaui, &c. Patet ergo qꝫ tã culpa, qꝫ pœna malorũ grauior eſt.

¶ Iterum

22 ¶Iterum dicunt, Christi morte redẽpti sumus nos Christiani, & nomẽ Christianorum habemus, quod non habent infideles, ergo nobis Christi mors plus valebit. Respõdetur, quòd Christus pro omnib⁹ mortuus est, tàm pro illis, quàm pro nobis, & tamen sicut Christi damnabuntur, quia fidẽ mortis Christi non receperunt. Ita isti, qui acceptam nõ tenuerunt, sed operibus contradixerunt, illud ergo, quòd mali Christiani dicunt pro eis plus esse, scilicet, quòd ita care morte Christi redempti sunt, plus erit contra eos in morte, & in generali iudicio. Plus enim offenditur dominus terrenus contra seruum, quem de carcere Soldani, magno precio dato reduxisset ad terram suam, si postmodum eum infidelem & ingratum inuenisset: Quanto plus pro eo dedisset, tãto plus grauaretur. Sic in proposito, sic etiã nos de tali re care empta quando eam apprehẽdimus malam: sicut equum claudum, uel ouem, uel bouem malũ quanto plus dedimus, & carius emimus, tanto plus irascimur, dicentes, care istud emimus, & modo nihil ualet, diabolus illud habeat. Ita dicturus est Deus in iudicio. Patet ergo, quòd illa Christi mors quam dicunt esse pro eis erit maximè contra eos.

Exemplum. ¶Ad hoc est exemplum de duobus vicinis mutuo sese quodãmodo amantibus. De quibus fertur quasi sic, quòd cum vnus illorum esset bonus, & alius malus, & bonus frequenter malum admoneret, nec tamen se corrigeret. Accidit, quòd malum grauiter infirmatum bonus diligenter custodiret, & frequenter uisitaret de salute eum admonẽdo. Vna ergo nocte ante eum existens, uidit, ut sibi videbatur Christum in forma, in qua in Cruce erat, domum intrare, & beneficia, quæ pro eo fecerat, & ingratitudinem, quam contra eius beneficia creationis, gubernationis, & incarnationis, & passionis, fecerat recitare, quibus recitatis, accepit sanguinem de latere suo, & super infirmi faciem proiecit, dicens, sanguis iste pro te effusus sit contra te, in die iudicij, illo verò clamante præ timore, qui ante eum sedebat, & alijs concurrentibus, inuenerunt sanguinem ita faciei mortui adhærentem, quòd nulla lotione auferre potuit. Sanguis ergo inuentus ostendebat visionem non fuisse cassam: patet ergo, ꝙ ille sanguis benedictus, si mali fuerimus, contra nos erit in damnationem mortis. Lucę 23.

¶Cuius causam reddit Deus: in Psal. 61. dicens, quia precium cogitauerunt, repellere. Sicut enim Mãcipium precij sibi ad carcerem Saracenorum sufficiẽs pro redemptione sua missum repellere potest, & in carcere remanere, si vult. Ita in proposito. Et sicut quis mereretur priuilegium amittere propter contrarium factum, & quia concessa abutitur potestate, sicut patet. A. 6. 3. Ita mali Christiani priuilegiũ baptismi, & mortis Christi, & sacramentorum ecclesiæ, quia priuilegio frequenter abusi sunt, & factis contrarijs renunciauerunt: Patet ergo, quòd est de cœlo, sicut de cista duarum clauium in custodia duorum hominum, ad cuius aperitionem oportet, quòd uterque concurrat. Ita cœlum aperitur passione Christi, sicut vna claue. Altera uerò, bonis operibus nostris. Ad hoc ergo, quòd nobis aperiatur, necesse est, quòd vtraque clauis cõcurrat, sicut necesse est, quòd auis duas alas habeat: ad hoc quòd in altum ascendat. Sic in proposito. Exemplum ad idem in omni negocio. Si quis in aliqua necessitate constitutus seipsum iuuare ex negligentia non vult, vtpotè donum ædificare, uel ruinosam reparare, uel plagas sanare, uix inuenit ita bonum amicum, qui uelit eum iuuare. Sed si incipiat fundamentum ponere, & facere, quod in eo est, amici iuuãt. Ita qui negligentes sunt circa salutem propriam, dicentes, Deus vult nos saluare, errant, sicut patet. A. 8. 10. Iterum dicunt Deus non fecit nos, nec redemit, ut damnet, uerum est, sicut homo non plantat arborem fructiferam in hortu suo, ut eã comburat, si tamen non fructificat, combu-

23

Exemplum.

combuſit. Sic, teſte Chriſto, omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, Matth. 7. Iob 24. Conteratur, quaſi lignum infructuoſum: Nec debēt mali admirari, quòd pro facto breui æternaliter damnantur, conquerentes, & dicentes, quare damnat nos, quia præter rationē ſu-
24 pra eo. c. 7. aſſignatam. Exempla ad hoc plura adduci poſſunt, In iure enim diuino uidemus, quòd non oportet ſemper pœnam commenſurari culpæ, quātum ad longitudinem, & breuitatem, In lege enim diuina adulteriū, quo ad actum, & culpam, cito tranſijt, & tamen vitā ſine fine priuabat. Sicut patet Deutero. 22. & A. 17. 7. Sic de homicidio voluntario, ſic de blaſphemia, & multis alijs peccatis.

¶Idē patet in lege naturę, in qua pro breui delectatione in cibo, uel potu exceſſiuo, ſequitur quandoque longa infirmitas, & mors ſine fine, quia ſemel mortuus per legem naturæ nunquàm viuet: Ex breui etiam vulneratione ſequitur mors, uel longa infirmitas.

¶Idem patet in iure humano, ī quo, qui uendit hæreditatem ſuā, nunquàm recuperabit, & emptor in perpetuum habet jus in re empta: Ita homo, qui uendit diabolo animam ſuam, per finale peccatum. Sicut illi. 1. Macha. 1. uenūdati ſunt, ut facerent malum: & Ro. 7. carnalis ſiue uenundatus ſub peccato, ipſe in perpetuum animam non recuperabit, bellum enim & quādoque breue eſt ſeruitus, & longa. Et matrimonij contractum breuē ſequitur copula ad totam uitam. Sic delictum breue ſequitur damnatio æterna.

Artic. 6. ¶Reſponſionibus ergo malorū, quibus mendaciter nituntur defendere, quòd Deus neminem Chriſtianorum damnare vult, euidenter reprobatis.

25 ¶In articulo ſexto inueſtigare oportet huius mendacij cauſam, ut non ſolum dictum in ſe, ſed etiam cauſa reprobetur, quia vtricam non benè eradicat, qui radicem non inueſtigat, nec eradicat: huius audaciæ magna cauſa accepta uidetur eſſe, ex Dei patientia, & longa peccatorum expectatione ex hoc videlicet, quòd raro apertas & feſtinas accipit vindictas de peccatoribus, propter hoc enim abſque timore peccant filij hominum, quia non ſtatim accipit uindictam apertam: ſicut in lege naturæ. Gen. 7.

¶ Vbi peccatores diluuio ſimul necauit: & in lege Moyſi, Numeri. 15. Colligens ligna in feſto lapidabatur, Et Dathā & Abyron, in libro Numerorum. 16. cum omnibus ſocijs ſuis, contra Moyſen inſurgentes, & inobedientes, à terra deuorabantur. Et multas tūc vindictas exercuit, quas modo non exercet: Cuius diuerſitatis licet cauſa ſit bona, quia aliter ſe habet dominus ad amicos ſpeciales delinquentes, & ad filios, quos diutius expectat, nuncius, & uerbis, & literis eos admonendo, ut ſe corrigant, filiū etiam de die delinquentem de nocte uiberat: Sic Deus diutius amicos modo expectat, & uerbis proprijs, & literis prædicatorum, & ſacræ ſcripturæ, eos admonet, & filiū in mortis nocte punit coram omnibus delinquentem, tamen ipſi iſta cauſa abutuntur: Sicut patuit de illo, qui, ut fertur, cū ſemel auditet prædicare, quòd qui accipit corpus Chriſti indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit, prædicatorem 26
deridens, ait, ego tot annis, illud in peccato accepit, & adhuc nihil mali ſenſi, & eodem die ſeipſum ſuſpendit; In quo facto duo oſtenduntur: Primo, quòd audacior fuit ad peccandum, & minas Dei derīſit, quia peccatum ſuum multis annis inultum tranſiuit. Exemplum.

¶Secundo, quòd licet Deus aliquibus annis peccati uindictam differat, illud tamen in fine impunitum nō dimittit. Nota. P. 5. 22. cum ſeq.

¶Sed quanto diutius expectat, tanto grauius ī fine punit, pp duo primo, ga Rex diu amicos cōtra eū delinquentes expectans, grauius cōtra eos iraſcit, & reputat

& reputat se ab eis derisum,& ideo grauius contra eos procedit,tanquam cõtra eius proditores magis ingratos.

¶ Secundo: quia quanto diutius expectantur, tanto plura mala committunt,& diutius ingratitudinem contra Dei gratitudinem,& patientiã reddũt: qui etiam mala ex longa mora aliquãdo oblitioni tradunt: Sicut ergo quanto iustitiarij hæreditatis, & curiæ statio diutius prolongatur, & rarius ueniunt, tanto peius erit multis in eorum aduentu.

¶ Primo, quia quasi eos non timẽtes nec expectantes,audaciores sunt ad faciendum mala, pro quibus ab eis punientur.

¶ Secundo,quia ex longa mora multa, quæ ab eis in illo iudicio requirentur, oblitioni tradiderunt: Sic in proposito erit illis. De quibus dicit. Iob 24. quòd Deus dedit illis tempus pœnitẽtiæ , & ipsi abusi sunt eo in superbia, quando reddent rationem,obmutescẽtes ponẽtur in tenebras exteriores, &c.

Arti.7 . ¶ Reprobato mendacio dicentium, Deus neminem baptizatum vult damnari, & causa mendacij. Restat, breui exemplo,illius mendacij ostendere pe-
27 riculum. Si enim falsificans bullã Papæ excommunicetur,quomodo nõ excommunicetur apud Deum, & omnes bullas suas,id est,sacram scripturam, & Apostolos, & prædicatores suos falsificat:Qui etiam,sicut ore dicunt, ita uellent,quòd non esset peccatorum punitio,& sic uellent, Deum non esse iustũ, & sicut nec peccatorum punitorem, ita nec bonorum remuneratorẽ,quia qua ratione ipsum negant in minis malorum,negare possunt in promissis bonorum. Et sic cum Deus esse non posset, nisi iustus esset,uellent Deum non esse, & implicite in mendacio suo dicunt,eũ nõ esse,inquãtũ dicũt, cũ iustũ nõ esse.

¶ Qui etiam occasione mendacij sui tot perdunt, quot ex talibus uerbis audaciam sumunt delinquẽdi:Si ergo testẽ Psal. 5 Perdes omnes, qui loquũtur mendacium, qua perditione perdentur, qui tam periculosè mentiẽtur. Nota de ista damnationis materia P.8.ar.4.usque ad finem capituli.

¶ Desperationis. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Vbi cõsistit prima causa desperationis scilicet in malorum commissione.*

2 *Peccator scit se esse Dei inimicum dupliciter primo Deum odiẽdo secundo quia amicus est inimicorum Dei,scilicet, carnis peccati, & mundi*

3 *Exemplum de iuuene flagitiosam uitam agente,& à parente sæpius reprehenso, & de eius eidem datis responsis.*

4 *Secunda causa desperationis est , bonorũ omissio:& tertia est tallida dæmonis deceptio.*

5 *Dæmon ad decipiendum utitur diuersis modis.*

6 *Dæmon in hora mortis omnes defectus, & omnes causas desperationis proponit, & narrat.*

7 *Dæmon aduersus nefarios homines solet quandoque in morte uti sillogizatione.*

8 *In morte plura requiruntur , quàm tria uerba,ad euitanda pericula, & fallacias diaboli.*

9 *Exemplum de ægro loquente cum sacerdote confessario de canibus uenationis dum ipsum interrogabat: & sic animã exhalauit.*

10 *Exemplũ de infirmo graui qũo posse cum in morte ad Deum conuerti: exemplum etiam appositissimum de religioso morti appropinquante.*

11 *Sanus,& uiuus quilibet confiteri debet, quia si usq; ad mortẽ immoratur diabolus cum impedit ab erratorum manifestatione.*

12 *Diabolus comparatur in casu mortis falsis usurarijs quibus obligatur terra missi ei pecunia ad certum diem soluitur.*

13 *Dæmon nititur aliquãdo in desperationem ponere etiam bonos,sub colore ultionis iustitiæ atque æquitatis.*

14 *Aliquando*

14 *Aliquando homo odit in deſperatione ante etiam egritudinem, uel mortem, magnis exterioribus, & ſuis aggrauatus, & vexatus.*

15 *Duplex remedium ad curandam deſperationis ualetudinem inueniri poteſt.*

DEſperationis.

Primo oſtẽdenda eſt cã: Secundo, periculũ, Tertio, remedium.

¶Quantum ad primum; Deſperationis cauſa eſt triplex, Commiſſio, omiſſio, & callida deceptio.

Arti. 1. ¶Primo dico, malorum commiſſio, quæ ſpecialiter quantum ad præſens propoſitum, conſiſtit in nimia carnis, 1 & mundi dilectione, & Dei alterius, ſeculi odio. Videmus enim, quòd qui diligit vnum non libenter ab eo diu ſeparatur, & ſpecialiter, ubi dilectio eſt carnalis. Sic etiam, qui multum odit vnum, non libenter ad illum uadit, ut diu cum illo conuerſetur. Adhuc, ſi ille, quem dilexit, & alius quem odit, ſint inimici, magis inuite ad illum, quem odit, uadit, quia non ſolum aduentus ſuus erit ei malè acceptus, quia eũ non diligit, ſed quia inimicum ſuũ diligit, quod peius eſt: Si ergo oportet talẽ magna negocia in curia illius expedire, quem odit, in uia deſperat de bona expeditione, ſic loquitur, uel cogitat, deſpero benè negocia mea expedire, quia ſemper fui inimicus eius, & amicus inimici ſui.

¶ Sic ſpiritualiter inimicitia quædã ſpiritualis eſt inter Deum ex vna parte, & carnem, & mundum ex alia parte. Iuxta illud Iacob. 4. Adulteri neſcis, quia amicitia huius mundi inimica eſt Deo.

2 ¶Peccator ergo ſciens ſe eſſe inimicum Dei dupliciter. Primo, quia Deum odit, quia uellet eum non eſſe ſicut patet D. 1. 27. uel fortè eum occideret, ſi poſſet, ut licenter peccaret, ſed qui eſt in tali uoluntate, etga hominem, eum non diligit, ſed odit, ſic à multo fortiori, qui eſt in tali uoluntate erga Deum; Secundo, quia eſt amicus inimici ſui, ſcilicet carnis, & mundi: Et ſic ratione tertij, inimicus Dei. (Teſte Iacob. 4.) Quicunque uoluerit amicus eſſe huius ſeculi, inimicus Dei conſtituitur. Nunquàm uellet ab iſta carne, uel ſeculo, qđ tantum diligit, diu recedere per mortem. Et ideo quando ad illum punctum veniunt magnis deſiderijs, & quandoque precibus, & muneribus diutius hic optant remanere. Sicut patet de illo, A. 27. 49.

¶Et de quodam alio talis, de quo fertur, quòd ad mortem ueniẽs, ait, quandiu anima mea uoluit mihi ſeruire, indui eam bonis ueſtimentis, & cibauit, & potauit delicate, & adhuc melioribus uellent, ſi mecum remanere uellet, qđ ſi noluerit, ſeruiet alteri, qui fortè non dabit ei aquam, non mihi impuret, ſed ſibijpſi, quæ remanere non vult. Et cõmuniter illi, qui fuerunt ſapientiores, & audaciores, & potentiores apud mũdum, minus in morte ſperant, & hæc eſt magna præſumptio, quod malè erit eis in alio ſeculo. Exemplum.

¶Si uerò neceſſitate compulſi, oportet eos ab iſtis rebus, tam dilectis, ad illum, quem nunquam dilexerunt, pro maximis negocijs, de quibus in morte in curia Dei agitur, ire. Cogitantes, q̃ inimicitia illa Deum non latet, aliquotiens deſperant negocia ſua apud Deũ in curia illa benè expedire. Et ideo dolentes, & triſtes recedunt. Sicut ille, de quo fertur, quòd cum mater eum de vitioſa uita ſua frequenter reprehenderet, Reſpondit, adhuc iuuenis ſum, poſſum ſatis tempeſtiuæ iſta dimittere, tãdem infirmatus, & à matre de confeſſione admonitus, Reſpondit, adhuc nõ moriar, benè ſpero euadere, non oportet confiteri. Cumuerò *mater uideret* mortẽ appropinquare, & *ipſum rogaret* obnixius, Reſpondit, modo nimis tarde eſt, & addidit, mater, cantabo tibi canticum, & incepit ſic, vuorlyes bliſſe haſ gab day for ỳ claſſe y lorum ye more vuey la vuay. De talibus loquitur ſacra 3

ſcriptura

ſcriptura. Eccleſia. 41. dicens. O mors, quàm amara eſt memoria tua homini habenti pacem in ſubſtantijs ſuis, viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt ſuper omnibus, & adhuc ualenti cibos accipere.

4 ¶Secunda deſperationis cauſa eſt bonorum omiſſio, & ſpecialiter eleemoſynarum, quia ſicut hominem maximè in morte ſperare facit miſericordia, ſicut patebit. E. 3. 15. Ita maximè facit hominem tũc deſperare defectus miſericordiæ. Qui enim non fecit ſibi amicos de mammona iniquitatis in illa curia non benè recipietur, quia iudiciũ ſine miſericordia in curia illa, fiet ei, q nõ fecit miſericordiam. Iac. 2. Et iuſtè quidem. Sicut patet. G. 4. 23.

¶Tertia deſperationis cauſa eſt calida dæmonis deceptio, qua ſpecialiter in morte uidetur morientem in deſperationem ponere. Sicut patet. A. 21. 8. & P. 5. 14.

5 ¶Ad modum enim calidi latronis, in periculoſiſſimo mortis paſſu, maximè ei inſidiatur, ut in deſperationem cadens, nullo modo euadat.

¶Adhoc diuerſis utitur cautelis, quia quantum ad illos, qui malè prius uixerunt, alium modum procedendi tunc habet; Et alium, quantum ad illos, qui benè uixerunt.

¶Quantum uerò ad illos, qui malè uixerunt, ſe habet auſtere, ad modũ tyranni, & crudelis uſurarij, qui in ſolutione ultimum computat quadrãte, &c. ſeu ad modum mulieris litigioſæ, quæ litigãs cum uicina ſua, omnes defectus ſuos recitat, cum additamentis. Sic dęmõ ĩ morte omnes defectus, & omnes deſperationis cauſas, ſiue omiſſionis, ſiue commiſſionis, recitat, & ille miſer

6 videns peccatorum magnitudinem, & multitudinem, ad modum Cayn in deſperationem cadit, dicens illud Gen. 4. Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear, per modum iſtum multos ad deſperationis metam adducit. De quibus exemplum unum ponit Beda, de geſtis Anglorum. De quodã militę cuiuſdam regis probiſſimo in his, quæ

Exemplum.

ad ſeculum pertinebant, hic à rege in infirmitate viſitatus, & admonitus de confeſſione, dixit, quòd noluit, quia cũ nunquàm in aliquo periculo, ut dixit, timuiſſet, nõ deberet ei iterum improperari, quòd tũc timuiſſet; Et cum alia die ad idem admoneretur, Reſpondit, quòd fuit nimis tarde, quia (inquit) modo intrauit unus Angelus bonis, & oſtẽdit mihi omnia bona, quæ unquàm feci in paruo libello, quaſi triſtis, & ipſo recedente intrauit dęmonum multitudo cum cachinnis, & deriſionibus, & gaudio, improperãtes mihi omnia mala mea, ſiue cogitationis, ſiue locutionis, ſiue omiſſionis, & oſtendẽtes ĩ magno uolumine, in quo etiam oſtenderunt ſententiam damnationis meæ datam: Et ſic triſtis deſperans mortuus eſt. 1

¶Et non ſolum erga tales tali utitur oſtenſione, ſed quadam etiam argumẽtatione, & ſillogizatiõe, quali nup uſus eſt erga unum, quando uenit ad eum, ut illum uexaret. Solebat enim narrare, q Exem-
diabolus in forma Æthiopis ueniens, plum.
ei tale fecit argumentum. Tu feciſti illud, & nunquàm fuiſti confeſſus, nec feciſti emẽdam, ergo es meus, & ſtatim in eum intrauit, & malè uexauit: Sic in 7
morte procedit contra peccatores, accipiendo omnia peccata prius oſtenſa pro maiori propoſitione, dicens, omnia hæc mala feciſti, & omnia hæc bona omiſiſti, & nũquàm feciſti de hoc emẽdam reſtituendo, uel pœnitẽdo, niſi timore mortis, ergo meus es tu, qui non poterit negare maiorem, nec minorẽ, difficile erit euadere deſperationẽ, immo talis quodammodo in conſcientia, conſentiendo, iudicium proprium dat, & antequàm anima corpus excat, condemnatus eſt.

¶Sed dicunt, ſi poterimus habere tria 8
uerba ante mortem, omnia iſta diaboli pericula, abuſiones, & cautelas euademus, huic reſpondetur.

¶Primo, quòd hoc eſt falſum, quia plus requiritur, quàm tria uerba, uidelicet, quòd in toto, & ex toto corde ad Deum cõuertatur, ipſum ſuper omnia diligendo,

diligẽdo. Et omnia, quæ illicitæ habet, pro posse restituendo, nõ mortis timore, sed iustitiæ amore, & peccata omnia dimittat, cum propositio, nunquàm cõmittendi illa, nec alia, & ꝙ omnem remittat offensam, etiã posito, ꝙ de periculo euadere possit, sine istis tria verba non sufficiunt. Nonnulli enim habent tempore mortis, tria uerba, & plura, nõ tamen ad salutem, sicut patet de isto. A. 12.33. Et A.27.49. Et sicut patet, de illo, qui (vt fertur) dicere solebat, si haberem tria uerba, &c. & cum equus calidus de uenatione ueniens aquam nimis profunde intraret, de equo in aquã cadens, seipsum diabolo tribus verbis tradidit.

Exemplum.

Exemplum.

¶Sic etiam patet de alio, qui sic se iactare solebat, ꝙ si posset ante mortem cum sacerdote loqui, omnia pericula prædicta euaderet, hic ergo ad mortem infirmus sacerdoti de confessione ei loquenti, nihil aliud respondit, nisi sic talis niger canis benè currit, & ille rufus est optimus, & nunquam de præda defuit, & sic diuersos canes nominando, in canum confessione mortuus est, & de nullo alio tunc loqui potuit, nisi de illo, quod prius dilexerat. *Siquidem canes in uita sua multum dilexerat*, ergo nec mirum, ꝙ tunc de eis loquebatur, & cogitauit quia mors quidam somnus est, de quo quantum ad malos, in Psal. 75. Dormierunt somnum suũ & nihil inuenerunt, omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Dormientes uerò de re illa, quam uigilantes multum diligunt, & cogitantes, somniant, & cum illa credunt se loqui, sic incipiẽtes mori, de re illa, quàm prius inordinatę, uel ordinatæ dilexerunt, simile huic. Nota. E. 1. 7. Iste ergo habuit tria verba, nec tamẽ sufficiebant.

9

Exemplum.

¶Idem patet de quodam alio, qui, ut fertur, sic se iactare solebat, huic ergo morienti, & desperato, quidam religiosus, qui illud uerbum ab ore suo prius audierat, accessit, & cum de uerbo illo commemorauit, cui ille. Creditis, quòd habeam Dei misericordiam, & gratiam modo in bursa mea, pro toto mũdo non possem modo Dei misericordiam petere. Nec mirum (quia teste beato Augusti.) hac animaduersione sæpe percutitur impius, ut moriens obliuiscatur sui, qui dum uiueret oblitus est Dei. Patet ergo, quòd plus requiritur, quam habere tria uerba, uel loqui cum sacerdote, antequàm moriatur. Videlicet, quòd habeat conditiones prædictas. Nota. M.9.39. cum sequenti. *Sed cogitet quilibet in corde, quo modo ille miser in medio inimicorum positus*, qui uidet dæmones cum uncinis infernalibus paratos ad rapiendam animam, qui ex alia parte, uidet amicos, & executores, cum manibus uiscosis, paratos ad aperiendum cistam, & bursam, & ad rapiendum bona exteriora, qui etiam tanta grauatur intus, & extra infirmitate, quòd uix quicquàm cogitare potest, nisi de infirmitate, uix quicquàm loqui, vel membrum aliquod mouere, quomodo posset talis (ut prædictum est) cum omnibus illis conditionibus ad Deum se conuertere? quomodo posset arbor) quæ se semper ad aliam partem inclinauit, quando scinditur ad aliam partem, uidelicet, contrariam, cadere? Ideo prius uia est præparanda, quia aliter tũc tarde ꝑparatur. Ideo bene rũdit quidã religiosus bonę memoriæ, morti appropinquans, cum ammoneretur, quòd de Deo, & salutæ animæ cogitaret. Respondit, tot annis in ordine uixi, & nunquàm uidebantur mihi matutinę nimis prolixæ quantũcunque essent cum nota solemni, modo uerò tędet me audire officium sine nota, si ergo prius non cogitassem, modo tarde esset cogitare, ante mortem ergo confitere, quia à mortuo quasi nihil perit confessio, &c. Eccles. 17.

10

Exemplum.

¶Istud etiã est optimum consiliũ, ꝙ sanus, & viuus confiteatur, & uitã emẽdet, & aliena restituat, quia si ad mortem expectet, diabolus caute ista impedit.

11

ſicut uſurarius, vel potens auarus, habentis vic. tum minus diſcretum, & malum patremfamilias, cuius hæreditatem cupit vocat ad feſta, & libenter eũ recipit, & mutuat ei paulatim plus, & plus & nõ ſtatim debitũ reperit, ſed id creſcere permittit, uſque ſit in tali miſeria, & pauperrate, quòd illud ſoluere non poſſit, niſi hæreditatem uendat, ſic diabolus peccatori diuerſas mutuat delectationes, & facit ſe ei amicabilem, ut hæreditatẽ cœleſtem eum faciat amittere. Et ideo dum ſanus, & viuus eſt, nõ oſtẽdit ei, quomodo eſt ei obligatus, nec tunc computat, ſed expectat, uſque loquelam, qua confitendo ſe acquietare, & ſaluare poſſet, amiſerit, & tunc cum eo diſtricte computat, oſtendendo ei quot delectationes, & aliena bona, & peccata ĩ vita ſua ei mutuauit. Sicut patet ſupra eo. c. 6. Ideo communiter tales viſiones malis morientibus non oſtendũtur, antequàm loquelam amiſerint, ne loquelam habentes diabolum accuſarent, & confiterentur, & aliena reſtituerent.

12 ¶Et in hoc caſu, ſe habet diabolus, ad modum falſorum aliquorum hominum, quibus quandoque obligatur terra, vel manerium ſub tali pacto, ꝙ niſi pecunia eis ad certum diem ſoluatur, terra cum eis ſemper remaneat. Tales, vt quandoque auditum eſt, pro die illo ſe abſcondunt, & inueniri, nec videri volunt ab illo, qui ſoluere paratus eſt, vſq; dies ille tranſierit, & tunc ſe oſtendunt, ad alterius exhæredationem: Sic ſunt peccatores obligati diabolo; quòd niſi ſe liberent, dum loquelam habent, terram uiuentium amittunt. Ipſe verò, ſubterfugit, & ſe abſcõdit, vſque loquela ſit amiſſa, & tunc obligationem eis oſtendit, & tunc ſicut mutus coram iudice ponitur ad pœnitentiam, & carcerem perpetuum, ſic tales. In cuius ſignum adduci poteſt, quòd poſtquam ille miſer. Matth. 22. obmutuit, adiudicatus fuit ad tenebras, & fletum, & ſtridorem dentium.

13 ¶ Oſtenſo ergo quomodo iniquitas ſe habet, erga malorum deceptionem ad hoc, vt in deſperationem ſpeciaiiter in tranſitu mortis inducat, nunc oſtendere reſtat quomodo ſe habeat erga deceptionem bonorum, quos aliquotiens nititur in deſperationẽ ponere per colorem nimiæ iuſtitiæ, ſicut patet. C. 7. 13. In mortis uerò tranſitu per colorem nimiæ aſtutiæ: Sicut patet de illo, cui morienti, vt fertur, quaſi ſi ſic apparuit in ſpecie mulieris portantis paruulum in brachijs, dicens, ſe eſſe ſanctam Mariã cum filio ſuo, cui infirmus humiliter inclinans, vt potuit, rogauit, vt pro eo filium, deprecaretur, quòd cum illa quaſi genuflectens, cum lachrymis, vt infirmo videbatur, oraret. Reſpondit ille dæmon in brachijs, nõ habebit miſericordiam, nec in iſto audiem te, ſed ibis ad infernum, moriens in ſe recogitans bonam uitam ſuam præcedẽtem, & diaboli aſtutiam, cum fiducia reſpondit, non uadam ad infernum, ſed uade tu cum matre tua, quia melius me uiã ſcitis. Et ſic eos fugauit. Exemplum.

¶Qui uerò uoluerit tales apparitiones fieri bonis, ſiue malis morientibus negare, uideat quartum dialogorum beati Gregorij, qui quaſi totus eſt de talibus apparitionibus. Videat etiam vitam ſancti Martini, cui morienti cruẽta aſtitit beſtia, videat etiam, quod legitur Chriſto morienti in Cruce affuit, de matre etiam eius Maria legitur (licet in apocrifo) quòd orauit filium ſuum, quòd ab illorum viſione in mortis trãſitu eam præſeruaret, quis ergo tutus ab illorum uiſione erit?

¶Et dictis in iſto primo articulo, pro parte patet ſecundum, videlicet deſperationis periculum, partim uerò patebit ex dicẽdis. Aliquotiens enim cadit homo in deſperationem etiam ante infirmitatem, vel mortem, nimijs peccatis, & melancolijs, & inordinatis timoribus, & terroribus aggrauatus. Et talis eſt, ſicut nauis ſuper mare ſine ancora, & gubernaculo, quę deſperata omnino vento exponitur. Et ſicut arbor ſine radice, qui omni uento proſternitur, & ſi- Arti. 2. 14

cut

tut infirmus à medicis desperatus, cui omnia, quę appetit, dantur. Ita desperatus omni uento tentationis obedit. Et sicut, qui non habet timorem Dei præ oculis, nec cœlestis patrię amorem, ad quam uenire desperat, nec gehēnæ fugā, nihil quod placet, dimittit, nisi ubi mundi timor obstat. Sicut patet de illo, qui in duodena hominē exhęredauit, quem restituere nolentem Papa diabolo commendauit, hic cum de curia Romana sic dimissus reddiret, dicere solebat quasi sic, comedamus, & bibamus, quia de inferno, postquàm de hac vita trāsierimus, certi sumus. Ecce infirmus desperatus, nihil sibi negauit, de quo delectabatur. Ad literā sic uidentur loqui tales. Hier. 18. Qui dixerūt desperauimus, post cogitationes nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. Inter oēs ergo plagas spirituales. Ista est ipsi plagato, & infirmo, periculosior, quia ad mortē durans est peccatum in spiritum sanctū, qđ nō remittetur hic, neq; in futuro. Vnde Isidorus de sum. bon. lib. 2. Perpetrare flagitium mors est animę, sed desperare, est in infernum descendere.

Arti. 3. ¶Huic ergo pessimę infirmitati summa cum diligentia oportet remedium quęrere. Diligenter uerò quæsitum dupliciter inueniri potest. Vno modo, q 15 moriens omnia bona, quę fecit quantū potest, ad memoriā reducat, qa ẽm beatum Greg. 22. moral. super illud, Iob 31. Si lętatus sum sup multis diuitijs meis, sicut sanus, & fortis, nō debet nimis de bonis operibus cogitare, ne superbiat, sed de malis suis, vt humilietur. Ita moriēs oīa bona cogitare debet, ne desperet, bona n. opera spem generant, sicut patet. Esa. 38. Vbi Ezechias Rex de morte certificatus ad refugium fugit bonorum operum, dicens. Obsecro domine, memento, quomodo ambulauerim coram te in ueritate, & corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et ponit exemplū beatus Gregorius 22. mo talium de Paulo, qui sanus dixit, nō arbitror me apprehendisse. Moriēs dixit, bonum certamen certaui. Et sic potest intelligi illud. 3. Reg. 20. Non glorietur accinctus, dum bellum durat, sed discinctus post victoriā ad mercedem appropinquans præmium recepturus. Tūc tamen specialiter elemosyna iuuat. Sicut patet. E. 3. 15. Qui enim fecit multum pro vno domino, & pro suis, cum maiori spe curiæ suæ appropinquat. Sic in proposito. Spes autē cor contra inimici malitias firmiter tenet, sicut ancora nauem contra omnes tempestates. Sicut patet de sancto Martino, qui in Deo, & bonis operibus suis confidens, diabolum sibi apparentem fortiter fugauit.

¶Sicut etiam patuit nuper de quodā religioso bono, & deuoto, nuper moriente, cui assuit Sathanas, hic ergo cum modicū pausaus suspiraret, quęrierunt, qui astabant, quid haberet quibus ille respondit. Diabolus mihi apparuit, dicens, me non esse de numero saluandorum. Cui ego respondi, q mentitur, & sic eum fugaui. Patet ergo, q opera bona prius facta in mortis periculo faciūt morientem audacem cōtra diabolum, nec tunc ab eo uincitur, qui fortiter, & finaliter prius eum uicerat. Quod figuratur. 1. Re. 17. Vbi ad Dauid dictū fuit, q non ualuit pugnare contra Goliam. Ait ille in illo periculoso bello recordabatur, qualiter fuit fortiter leonem, & vrsum necrat, & confortabatur, & audacter bellum illud ingressus est, dicēs. Dominus, qui eripuit me de ore leonis, & de manu vrsi, ipse me liberabit. Sic in proposito. Quantumcunq; peccator dicat, non uales modo contra Goliam resistere, quia recordatur se prius leonē inferni vicisse, audax erit, in bello, in transitu mortis, sperans in eum, qui prius eum liberauit. Omnes ergo isti, & his similes dicere possunt, illud Hebręorum 6. Confugimus ad tenuēdam propositam spem, quasi ancoram. Non. F. 4. 32. Alio modo quandoq; reuenitur per sapientem confessorem, & consilium, quia sicut plaga, vel infirmitas aliquando medico minus discreto

Exemplum.

eſt incurabilis, quę diſcretiori eſt curabilis, qui diſcretiori eſt curabilis. Ita de infirmitate iſta, ſicut patet de S. Eadmũdo. C. 6. 41. Et M. 11. 138. Not. 1. 18.

¶Decimarum. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Triplex cauſa inueſtigatur, quare Decimæ dantur & ſoluantur prima eſt ex parte Dei: ſecunda eſt pœnes eccleſiam, & tertia eſt ex parte eccleſiæ miniſtrorum.*

2 *Quid eſt decima? eſt redditus Deo debitus.*

3 *Decimæ dari debent, de nemorum venditione, de venatione, de piſcatione, de militia licita: atque de licito mercimonio, & de omnibus lucri cauſa acquiſitis: & de aliis quamplurimis.*

4 *Decima exhibita magis prodeſt exhibentibus, quàm accipientibus.*

5 *Ingratitudo nolentium decimas Deo præſtare, & eius ſacerdotibus late præ oculis ponitur.*

6 *Negantes Decimas, nolentesq; dare cõtra trinitatem peccant, & hac de cauſa cæci & infœlices in triplex ingens periculum protinus prolabuntur: primum eſt, quo ad bona fortunæ, & ſubſtantiã terrenam.*

7 *Secundum periculum exiſtit, quoad bona corporis, & animæ.*

8 *Tertium pertinet ad æternam condemnationem*

9 *Qui de peioribus decimas præbere ſolet, & parce eleemoſynas erogat: de peioribus profecto, & parce idem in futuro recipiet.*

10 *Excuſatio qua ſeipſos muniunt non decimantes, & eorundem error.*

11 *Reiteratio earundem excuſationum, & exprobrationum aduerſus clericos, & ſacerdotes decimas petentes, & exigentes, & etiam refutatio.*

12 *Prælati, & ſacerdotes non ſunt immunes à grauitate peccati populorum eis ob mala exempla detrahentium.*



Decimarum. Primo oſtendet cauſalitas. Secundo, neceſſitas. Tertio, qualitas. Quarto, quantitas. Quinto, vtilitas. Sexto, non dantiũ ingratitudo. Septimo, periculum. Octauo, excuſatio cum reprobatione. Nono, aliquorum recipientium decimas peruerſitas.

¶Ad primum ſic proceditur, cauſa, quare decimæ dantur, triplex inueſtigari poteſt: Vna ex parte Dei, cui talia debentur, in recognitionem vniuerſalis dominij. Poſtquàm enim omnia fecerat de nihilo, ex ſua magna charitate, & eccleſiæ inſtitutione, nouem partes rerum creatarum nobis conceſſit, & decimã ſibi retinuit, ſicut largus dominus, qui vineam, uel terram miniſtro, uel amico ſuo dat, annum tamẽ redditum ſibi reddi uel hæredibus ſuis, de illa terra conſtituit. Sic in propoſito, & hoc eſt, quod dicitur Leuit. vlti. Omnes decimę terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum domini ſunt, & illi ſanctificantur: huic concordat Canon. 16. q. 1. dicens. Decimæ ſunt tributa. Artic. 1. 1

¶Secunda cauſa accipitur pœnes eccleſiã. Rõnabile. n. vr̃, q̃ illi detur, à qua quicquid in re, uel in ſpe bonitatis habemus, vel hr̃e ſperamus, cãliter accipimus, qd ſumus, antequàm baptiſmũ in eccleſia recipimus, niſi damnatione digni, qd poſtea in uita, niſi alia ſacramẽta, uel qd poſt mortẽ, niſi ſepultura in ea recipiamus. Iuſtum eſt ergo eccleſiam iuuare, quæ tot modis nos iuuat.

¶Tertia cã accipitur pœnes eccleſiæ miniſtros. Ratio eſt̃ dictat, q̃ qui inuigilãt circa ſalutem animarum, & reipublicę utilitatẽ, q̃ habeant, vnde viuere poſſint, ſicut patet. 2. 2. q. 88. artic. 1.

¶Iſte articulus infert ſcd̃m. Ex quo. n. decima eſt redditus, ſeu homagiũ Deo debitũ, ſequit̃ neceſſario, q̃ ſoluat̃, qa ſicut nõ faciẽs homagiũ dño ſuo, hr̃ditate priuat̃, & nõ reddẽtis redditũ aĩalia imparcantur, & taxantur, ſic non dans decimam, 2

Digitized by Google

decimam, hæreditatem perdit cœlestẽ, & aĩalibus eius mortalitas immittitur.

Artic. 3. ¶Ex primo enim articulo, non solũ necessitatis, sed etiam decimarũ sequitur qualitas. Ex quo cũ dat nobis bona, iniustum est ei peiora reddi, ad modum Cayn. De melioribus ergo cum Abel, quantum ad bona naturæ, fortunæ, & gratiæ, Deo offeramus, aliter maledictionẽ incurrimus. Malach. 1. Maledictus (inquit) dolosus, qui habet in grege suo masculum, & fœminam, & votum faciens immolat debile dño.

¶Quantitas verò, in parte patet, auctoritate præallegata. Leui. vlti. Partim D. 4. verò in alijs legibus ecclesiasticis, & summis. In quibus aperte ostenditur, quòd debent dari de lignorum, seu nemorum venditione, de uenatione, de piscatione. Addit etiam lex canonica. 16. quæstione 1. Decimæ, quòd debent dari de militia. (Glosa licita) de negotiatione Glosa, dummodo licita sit

§ negotiatio. Et ab illo etiam, qui rem illicitæ acquisiuit (secundùm glosam) possunt decimæ recipi, quia inuenitur in possessione, & decima sequitur quemlibet possessorem, sequitur. De artificio. Glosa, de omnibus, quæ ex lucratiua causa habentur, dabũtur decimæ, vt de donatione, & legato, & doctor de collecta sua. Et aduocatus de patrocinio suo, & mercenarius, id est, qui mercede conducitur, de mercede sua, quia scriptum est. Honorabis dominum Deum tuum de tuis iustis laboribus, ut 1. quæst. 1. non est putanda. Sed not. quòd iste deducere potest expensas. Item de herbis hortorum, nutrimentis animalium, lana, lacte, lignis, fœno, pensionibus, molendinis, balneis, fullonijs, argentarijs, metallis, lapicidinis, & de cæteris bonis. Etiam de tempore de conse. dist. 5. Quadragesima. Non de hoc in summa confes. lib. 1. titu. 15. c. 19. Exemplum, Gen. 14. dedit ei decimas ex oĩbus, supple. Abraã Melchisedech sacerdoti. Sicut patet Heb. 7. vbi dicitur, quòd decimas omnium diuisit ei Abraã. Exemplo etiam Thobię de quo Tho. 1. dicitur: omnem decimationem domino fideliter offerens. Exemplo etiam Pharisei, Luc. 18. Decimas do omnium, quę possideo. Et non solum prędialium, sed etiam personalium, sicut patet Nec. 10. quando (inquit) leuitæ décimas accipient ex omnibus ciuitatibus operũ nostrorũ.

¶Si quæris, ubi in sacra scriptura decima pręcipitur. Vide 2. Paral. 31. ubi sic dicitur, præceperunt populo habitantium in Hierusalem, ut darent partem sacerdotibus, & leuitis, vt possent vacare legi Dei, quæ autem fuerit illa pars, factum sequens determinat, sequitur. Omnium, quæ gignit humus, decimas dederunt. Et Malach. 3. Infert (inquit) omnem decimationẽ in horreũ meũ. & Matth. 23. Et Luc. 11. hæc oportet facere, illa autem non omittere, dixit illis, qui minima decimabant. Et Deutro. 12. Omnia, qui præcipio, offertis holocausta hostias, & decimas:

¶Ista verò decima in qualitate, & Arti. 5. quantitate, vt prędictum est, data plus dantibus, quàm Deo, vel ipsis, quibus dantur, prodest, tam ad prosperitatem ꝑsentis seculi, scilicet in bonis naturæ, fortunę, & gratiæ, quàm futuri, scilicet, glorię, id est, ad sanitatem corporũ, ad abundantiam fructuum, ad remissionẽ 4 peccatorum, & ad gloriam beatorum: Vade dominus Malach 3. Inferte omnem decimam in horreum meum, vt A sit cibus in domo mea. Et probate me, dicit dominus. Si non aperuero uobis cataractas cœli, & effudero uobis benedictionem, vsque ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantẽ, & non corrumpet fructũ terrę uestrę, nec erit sterilis uinea in agro, dicit dominus, & beatos dicent uos omnes gentes. Ecce vtiliras dantium decimas. Huic concordat Aug. 16. q. 1. decimę, dicẽs, Decimę sunt tributa aĩarum egẽtiũ, ꝙ si dederis decimã, nõ solũ abundantiã fructuũ recipies, sed & salutẽ animæ & corporis consequeris, non igitur dñs præmium postulat, sed honorem, Deus eñ noster, ꝙ dignat' est nobis totũ darę, si-

cut

cut decimam retinuit,non sibi, sed nobis,sine dubio profuturam, hæc ille.

¶Si ergo propter vtilitatem propriã spargunt homines semina in terra sua, quæ raro dat,uel reddit, in decuplum, & denarios suos mittunt vltra mare, & in uarijs mercationibus, vbi denarius raro reddit decuplus, quare fideliter vna mittunt Deo decimam partem bonorum,qui eis dat nouem partes cum bonis gratiæ,& naturæ,& gloriæ habẽ-
7 do respectum ad omnia ista, denarius pro decima datus,non solum redditur decuplatus, sed in infinitũ duplicatus.

Artic.6. ¶Ex isto vltimo articulo infertur sextus, uidelicet,non decimãtium ingratitudo. Ex quo enim Deus tam largus est nobis in præsenti dando nobis tam magna multa,& delectabilia bona, &
5 largior desiderat esse in futuro, dando bona sempiterna,& optima, si uoluerimus,magna ingratitudo est, ei parua neg ret,& non solum ingratitudo,sed quod peius est, pessimum latrocinium uidetur esse,ab eo furando partem suã. Si amico danti nouem denarios,uel vlnas panni ille,cui datur,decimam partem,quam solam sibi retinet, furetur, quis non diceret eum ingratissimum furem,ita retinens decimas est fur Dei, vnde August. in decreto præallegato, Decimæ (inquit) ex debito dantur,& qui eas dare noluerunt, res alienas in-

Artic.7. uadunt,&c Nota. F. 3. 13.

¶Ex isto sequitur septimus articulus, quia enim ingratitudo, & latrocinium contra sanctam trinitatem exerceri nõ potest sine periculo. Ideo non decimãtes in triplex periculum, utpotè qui contra trinitatem peccant,incidere,iustum est, uidelicet,in periculum, quo ad terrenam substantiam, quo ad proprium subiectum,& quo ad damnationem æternam.

6 ¶Primum patet per argumentum à contrario sensu,sumptum ex prædictis uerbis,Malach.1. ubi promittit abundantiam fructuum dantibus decimas, ergo non dantes habebunt penuriam, hoc ꝓbatur historia,& sacra scriptura.

¶Primo historia de illo, qui, ut fertur,intrans Aream suam post Autumnum, & admirans insolti cumuli paruitatem, uidit diabolum sedentem super cumulum, & intelligens, hoc esse propter malam decimationem,iussit totum iterum decimari, qđ, cum factum fuisset Area repleta fuit de residuo,patet ergo decimatio dat abundantiam,non decimatio penuriã,huic concordat illud Malach. 3.ubi Deus tales reprehendit, dicens. Si affigit homo Deum,sicut uos me configitis,& dixistis,in quo confiximus te? Et respondit. Deos,in decimis, & primicijs. Ideo pœnam adiungit, dicens. In penuria uos maledicti estis: vnde. Hiero-
rony. ibidem in glosa:& ponitur.26.q. 1.reuertimini in textu, quia (inquit) mihi non reddidistis decimas & primicias,idcirco in fame & penuria maledicti estis,& pro decimis & primicijs,quæ parua erant,ut à uobis darentur, ubertatem possessionum uestratum, & omnem frugum abundantiam perdidistis, ut autem sciatis,me irascente, hoc esse perfectum, quia fraudastis me parte mea:hortor uos,ut inferatis decimas in horrea mea, & pro certissimo experimento erit uobis, quod sequitur ibi,& ponitur supra eo.c.4.

¶Ad idem August.in sermone de decimis.Ideo maiores nostri copijs omnibus abundabant,quia Deo decimam dabant.Si uerò nostri temporis homines frequenter spolientur,& bona diuersis modis perdantur, & auferentur, non mirentur:quia cuilibet illorum loquitur August. & habetur.16.quæst.1. decimæ.Dabis (inquit) impio militi, quòd non uis dare sacerdoti,quia quod non accipit Christus, capit filcus.

¶Secundo,ex mala Decimatione se- 7
quitur periculum totius subiecti, uidelicet,corporis,& animæ,quod patet per Exem-
hoc,qđ nuper,ut fert accidit,de quodã plum.
in malo decimatore,qui in Area sua cũ oĩbus segetibus & frugibus suis simul collectis combustus fuit.Et quia de ille peccato specialiter notatus fuit,illi pec-

cato

cado uindicta imputabatur, ut qui in segetum decimatione peccauerat: segetum cum eisdem combureretur, & secundùm mensuram delicti, fieret & plagarum modus, Deuter. 25. Et per ea, per quæ peccauerat, puniretur. Sapien. 11. A simili, qui oues, uel uitulos, uel quæcunque alia non decimant, huiusmodi iuste admittent, sicut si domino nõ detur redditus unius agni, sibi debiti. Iuste alios capere potest.

¶Tertio ex mala decimatione sequitur priuatio patriæ cœlestis, & adeptio damnationis æternæ, & hoc iuste quidem, quia homagium, seu tributũ pro illa terra nõ reddit. Sicut patet supra e. c. 2. Hæc autem iustitia offensa fuit in iudicio, quòd quidam talis accepit à Deo, de quo fertur, quòd cum esset potens in uita sua, & magnus, quia tamen decimas, ut debuit, non dedit, post mortem à quibusdam fidedignis uiris visus est à dæmonibus ad inferni loca portari. Nota ad idem. A. 9. 7. Narratio de Augustino anglorum episcopo, quomodo excommunicatus propter decimas, de ecclesia post mortem uisus est exire, huic concordat dictum Augustini, & habetur. 16. quæst. 1. decimæ, hæc (inquit) est domini iustissima consuetudo, ut si tu illi decimas non dederis, tu ad decimas reuoceris, id est, secundùm glo. tantum decima remanebit tibi, quando dæmonibus sociaberis, qui sunt decima pars angelorum: Male ergo decimantes, & temporaliter, & æternaliter damnificantur, & Deum hic, & in futuro eis durum iudicem, & parcũ faciunt retributorem, & iuste quidẽ talia recipiunt, qualia dant: Ex quo sequitur, q; qui de peioribꝰ decimat, uel eleemosynas dat parce, & de peioribꝰ hic, & parce in futuro recipiet, ut qui parce seminat, parce & metet. Quod pulchrè ostensum est in malefacto cuiusdã uiri ecclesiastici, cui quidã de suis parochianis solito, quasi sic, ut fertur, malam obtulit monetam, de quo cum pluries eũ notasset, semel denarium malum, quẽ obtulit, seorsum usque ad tempus, quo cum alijs ad communionẽ accessit, reseruauit, & cum oculos sursum leuaret, falsum denarium in Ore loco communionis posuit, quẽ cum in ore pluries reuerteret, & masticare nõ posset, nec deglutire, nec eijcere auderet, tristis ad sacerdotem uenit, à quo requisitus, q̃d haberet? Respondit durum Deum mihi dedisti, cui sacerdos, mastica bene. Respondit, se non posse, uide (inquit) sacerdos, ne forte uindicta sit, quã formam uidetur in ore tuo habere? qui respondit, formam denarij: Cui ille uide, si aliquo modo in tali materia peccasti. Cui ille, confiteor, quia malos denarios de consuetudine offerre consueui, & restituris omnibus. Illo denario à sacerdote accepto, & seorsum reposito, eum bene communicauit, hunc in hoc non laudo, quia malis medijs eum ad iustitiam reduxit. Sed placet malum factũ pro exemplo ad propositum, quòd duri & parci duram ab eo recipient mercedem, & seipsos, & non Deum fraudãt. Vnde Augustin. & habetur. 16. quæst. 1. decimæ. Cum (inquit) decimas dando, & terrena, & cœlestia possis præmia promereri, quare pro auaricia duplicem benedictionem fraudas.

¶Sed ne omnibus istis iudicijs, & pœnis uideantur succumbere, inaniter se excusant quidam illorum, dicentes. Illi, qui decimas recipiunt, uel sunt malæ uitæ, uel non residunt, uel non faciunt debitum suum erga parochianos suos pauperes, & ideo minus curamus, uel decimas eis dare, uel eas à furibus, & animalibus custodire, uel in usibus nostris expendere, quia plus eis indigemus: Sed hæc dicentes multipliciter errant. Arti. 8.

¶Primo, quia decimæ non dãtur illis, sed Deo, quod per hoc aperte patet, quia antequam certi ministri deputati essẽt in Dei, ministeriũ, qui Dei, id est, decimas loco Dei, quasi eius balliui reciperent, uoluit: q; pars eius ad eius laudem comburetur, sicut patet de Abel, & Cayn. Sicut ergo non confideras, utrũ minister domini tui, qui curam eius te-

Exemplum.

net,uel redditus eius colligit, ſit bonus vel malus, quia non ei, ſicut dño tuo, redditus ſoluis. In qua receptione ipſe non eſt, niſi miniſter ad recipiẽdum, & expenpẽdum recepta, ſecundùm dñi ſui voluntatem. Ita noli cõſiderare miniſtros eccleſiaſticos, redditus Dei recipientes, ad expendẽdum ad eius honorem, & voluntatem vnam partẽ in vſus proprios. Aliam in pauperes, terriam in Fabricam eccleſiæ, quartam in pauperes ſeculares deputando.

¶Sed reſpondebunt forte dicentes, ſi
11 ſic eas expenderent, libenter eas daremus, ſed heu, non faciunt, ſed aliqui illorum peſſime expendunt in vſibus ſatis illicitis. Qui hoc ad te? ſi videris hereditatem, vel terram optimã, quã poſſes cum parua pecunia emere, & dominus illius mitteret ad te vnum, qui pro illa terra pecuniam à te recipere, quid curares, quid poſtea de illa pecunia fieret, niſi tu haberes certitudinem in terra illa, nunquid diceres, & nolo illam emere, quia pecunia male expendetur? Ita in propoſito, qui potes pro decima tibi cõparare omnes illas vtilitates nominatas ſupra e.c.4. Noli dimittere, ne forte malè à recipientibus expendatur.

¶Et licet peccatum populi detrahẽ-
Artic. 9. tis prælatis, & ſacerdotibus ſuis magnũ ſit, ſiue ſint mali, ſiue non, tamẽ mali ab iſta magnitudine peccati immunes nõ ſunt, uel quia mala eis dant exẽpla, vel
12 quia de peccatis ſuis, ut debent, nõ corripiunt. De quibus Chriſoſtomus ſuper illud Matt. 23. Vę uobis ſcribæ, & Phariſei, hypocrite, qui decimatis mentam, & agnetum, & ciminum, & relinquitis, quæ graviora ſunt, legis iudicũ, & miſericordiã, & fidẽ, exolãtes culicẽ: camelũ glutientes. Sacerdotes (inqt) Chriſoſtomus auaricia pleni, ſi quis de populo decimas nõ obtuliſſet, ita eã corripiebant, quaſi magnum crimen feciſſet, quia decimas alicuius rei, uel minimæ non obtuliſſet, ſi quis autem in populo peccabat, aut alterum lędebat, aut aliquid tale quid faciebat, nemo curabat cum corripere, quaſi nullam culpã feciſſet, qui in Deũ peccabat, & de ſuo lucro quidem ſollicite agebant: De gloria autem Dei, & ſalute hominũ negligebant: Ideo dicit, veh uobis, qui decimas etiam minimarum rerum exigitis à populo, & miſericordiã, & iuſtitiã nõ facientes, populũ nõ admonetis, liquãtes culicem, id eſt, à modico docẽt populũ abſtinere, & camelũ deglutiũt, i. maiora cõmittere permittunt. Hæc ille.

¶Dedicationis. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Multis ſacræ paginæ auctoritatibus oſtẽditur Dedicatio eccleſiæ.*

2 *Ponitur thema huiuſmodi, quod ſumus orationem præ ſe fert.*

3 *Superbus, & detractor ſimul ponũtur, quia ſuperbus communiter alijs detrahit, in factis, in quibus ſingularis, & ſolus videri vehementer appetit, & in medicum ferũ exemplum nefarij illius hoſis inſidẽtis, et cremãtis templũ Dianæ.*

4 *Sicut materiale templum pollui & violatur quacunque luxuria, ita & ſpirituale corrumpitur ſ. cor prauo quacunque cogitatione.*

5 *Templum deſtructũ ſiue Ara penitus diruta, et iterũ, readificata cõſecrãda eſt.*

6 *Quãdo mẽſa aræ mutatur oĩno ab eius loco, in tẽplo materiali, iterũ conſecratur.*

7 *Quãdo templum materiale violatum eſt morte, vel ſanguinis effuſione, reconciliatur, ſic aĩa tã quàm ſpirituale tẽplũ, violata homicidio et odio recõciliãda eſt.*

8 *Templum tunc dedicandũ, & conſecrãdum eſt, quãdo de eius dedicatiõe à pluribus ambigitur: & per agitur de modo, de materia, & de auctoritate reconciliandi & dedicandi templum.*

9 *Quid boni effi.iat tẽpli materialis conſecratio: quia dæmones expellit, & vſus profanos.*

10 *Idem effectus uberius exponitur exemplo cuiuſdam collocãtis calathum tritici plenum in æde ſacra.*

11 *Locus deo dedicatus ornari, venerari, ac celebrari, ſen frequẽtari iure optio dẽt.*

12 *Pæna*

Digitized by Google

12 *Pœna, quæ afficiuntur violantes, & profanantes ſacras ædes, diſſeritur, exemplis nonnullorum improborum.*

13 *Fabella quadam auditu digna, & allegoria referta homunculi in cœmeterio aſinum ſumantis ob pecuniam ſibi legatam, iure inſectatur ſacerdotes indignos propter nũmos in ſacris locis condentes.*

14 *Sacerdotes huiuſmodi improbos homines in eccleſia tumulantes magis peccent; quàm ſi eam locarent pro pecoribus ſtabulandis.*

15 *Opinio ſanè Dei eſſe videtur, quòd ſacerdotes tales ſaracenis ipſis grauius punientur.*

DEdicationi, & reconciliationi Eccleſiæ. Primo, ſunt ponenda themata conuenientia. Secũdo, vnius thematis, quod uidetur magis ad propoſitum ad tẽpli dedicationem, fiet proſecutio. Oſtendendo trium templorum Dei in natura diſtinctionem, duorum vero in violatione, reconciliatione, & dedicatione ſimilitudinẽ. Tertio oſtenderur vtriuſque templi dedicationis efficacitas. Quarto quomodo vtrunque templum poſt reconciliationem, ſeu dedicationem, uenerari, ornari, & frequentari debeat. Quinto oſtenditur, q̃ violantes dedicationem, ſeu reconciliationem ſpiritualis templi, indigne occupant materiale in vita pariter, & in morte, & excludendi ſunt à tertio.

Ar.1. ¶Pro primo ſcribitur. 1. Mac. 4. Aſcendamus nunc mundare ſancta. Ibidem mundauerunt ſancta. Item 1. Mach. 13. Mundauerunt arcem. Agatur dies dedicationis. 1. Machab. 4. Item ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus, in Pſal. 45. Item introibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domũ Dei. In Pſalm. 41. Item corroborauit templum eccleſiaſtici 50. Item ſacerdotes ingreſſi ſunt templum domini, ut ſanctificarent illud. 2. Parali. 20. Item fecerunt dedicationem domus Dei in gaudio. 2. Eſd. 6. Item fecerunt dedicationem in lętitia & gratiarum actione. Neæ. 12. Via hæc polluta eſt: ſed hodie ſanctificabitur. 1. Re 21. Nota ſermonẽ. M. 12. 3. Item Lucę 19. Hodie ſalus domui huic facta eſt. Item Apoc. 15. Impletum eſt templum Dei fumo à maieſtate Dei. In quo nota thema, quia fumus orationem ſignificat Apocal. 8. Aſcendit fumus incenſorum, quæ ſunt orationes ſanctorum. Quia ſicut incenſum ſuper carbones frigidos non facit fumum aſcendere, ſed ſuper ignitos. Ita nec oratio, de quo Pſal 140. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum 2
in conſpectu de corde frigido, ſed de calido ad Deum aſcendit. Candela vero fumigans ſub candelo accenſa, directe ad accenſam fumum mittens, fumum ad eam deſcendere facit, quo accenditur, ſic oratio ad Deum de calido emiſſa dicendo. Accende lumen cordibus, &c. Quo igne dedicauerunt templum. 3. Regum 8. In quo duo relucent, locus ſalutis, ſcilicet templum. Et actus virtutis, dedicauerunt. De primo in Pſal. 28. In templo eius omnes dicent gloriam.

¶Nota, q̃ ratione primi eſt ſciendũ, q̃ de triplici tẽplo ſacra Scriptura mentionem facit, ſcilicet, exterioris materię, Interioris gratiæ, Superioris gloriæ. De primo. 2. Mach. 14. Voluiſti tẽplum habitationis tuæ fieri inter nos. De quo Marc. 11. Eiecit ementes, & vendẽtes, &c. Secundum templum, ſcilicet gratię, eſt anima cuiuſcunque fidelis. De quo 1. Cor. 3. Templum Dei ſanctũ eſt, quod eſtis uos. Tertium eſt beatorum, de quo in Pſal. 10. Dominus in templo ſuo, dominus in cœlo. De iſtis tribus ſimul, Hiere. 7. Templum domini, templum domini, templum domini eſt. Ar.2.

¶In his tribus diuerſitas magna eſt in natura, ſicut patet, ſed ſimilitudo magna eſt in duobus primis. In uiolatione, reconciliatione, & dedicatione. Quia ſicut templum materiale multipliciter violatur. Sicut verſus oſtendunt ſequentes. Ignis, adul- Verſus.

terium,

terium, deſtructio, miſſa remota, Mors, dubium faciunt iterato templa ſacrari, de conſe. di. 1. Solemnitates §. de eccleſiarum. &. c. eccleſiæ. Ita templum gratię, ſcilicet, anima, ignę ſuperbię & detractionis. Iſte enim ignis eſt fumoſus, qui ſeipſum, & alios deturpat. Quia ſicut ignis fumo plenus in domo, ubi ſunt imagines pulchræ, illas decolorando deturpat, & denigrat. Ita ſuperbus, & detractor. Superbum enim & detractorem ſimul pono & copulo: quia communiter ſuperbus alijs detrahit in factis, in quibus ſolus, uel ſingulariter videri appetit, uel detrahentes libenter audit, ut ſolus appareat uel ſaltem famoſior, & propter hoc unam partem ſtatere deprimit, ut ſua exaltetur. Sicut mercator aliorum mercedes deprauat, ut ſuas exaltet, & carius uendat, quo detractionis fumo imagines pulchras, videlicet animam propriam, præter intentionem, & illorum, quibus detrahit, vel detrahentes cum gaudio audit, cum intentione deturpat, & incendit. Tales ergo optime comparantur incendenti templum Dyane. De quo ſcribit Hieronymus in epiſtola contra Heluidium hæreticum. Iſte hæreticus ſpecialiter inuehitur in uirginitatem Sanctæ Mariæ, contra quem Hieronymus epiſtolam pulcherrimam ſcribens, in fine aſſimilat eum incędenti templum Dyanæ, qui apud ſe cogitauit, quomodo potuit toto orbe famoſum habere nomen, & non inuenies, quomodo per plus tale nomen conſequi poſſet. Excogitauit templum Dyanæ inter ſaracenos famoſiſſimum comburere, De quo, Actu. 19. Magnæ Dyanæ templum in nihilum reputabitur: ut ſic ſaltem per nephas nomen ſuum diuulgaret, quod excogitatum opere de nocte compleuit. Sed cum tanti ſceleris auctorem nequaquam inuenire poſſent, in medio proſiliſt, aſſerens ſe hoc feciſſe. Et cum cauſam facti, & oſtenſionis quærerent; Reſpondit, ut famoſus ſim; mala morte mori uolo. Hieronimus hyſtoriam ducit ad propoſitum ſuum, dicens, ipſum incendiſſe hæreſi ſua templum domini, ſanctiſſimam (ſcilicet) virginem Mariam. Et per hoc nomen per totum orbem ſibi acquiſiuit. Quia (inquit) quis modo de Heluidio loqueretur niſi templum domini, Sanctã Mariam, incendiſſe, id eſt, quantum in eo fuit, diffamaſſet. Sic tales, ut famoſi ſint alijs detrahunt, vel alijs detrahentes, & ipſos commędantes libenter audiunt, & ſpiritualiter mala morte moriuntur, quibus dici deberet. Incendis templum domini, hoc etiam poſſet dici omni ſollicitanti alium ad peccatum, quia dum (circa hoc eſt) templum Dei deſtruere, ipſumque Deum de tęplo eijcere nititur. Sicut ergo fugare vellent illos, qui domum exteriorem comburere vellent. Ita tales &c. Qui ergo tales audiunt, dicere deberent illud. Matth. 27. Vah qui deſtruis templũ Dei, qui ſic (quantum in te eſt) templum Dei deſtruis, & deturpas.

3

Exemplum.

Exemplum.

¶Secundo, ſicut templum materiale adulterio. i. quacunque luxuria uiolatur. Ita ſpirituale, ſcilicet cor interius, tanquam eccleſia, per cogitationem, & corpus exterius, tanquam cęmiterium, per operationem, ſic interius, & exterius, polluerunt templum domini, quod ſanctum erat &c. 2. Eſdræ 1. Sic ergo illi, qui grauiter peccant, qui de templo materiali faciunt lupanar. Ita illi, qui polluerunt templum ſanctum tuum, in Pſalm. 78. Et ex hoc ſequitur templi interius, ſcilicet, animę ſpiritualis deſtructio, per peccatum, & pœnam ſequentem, & corporum occiſio, per pugnas & homicidia. Quod figuratur. 2. Mach. 6. Vbi legitur, q̃ templum erat plenum luxuria, & comeſſationibus, & ſcortantium cum meretricibus. Et cito, poſt ſequitur, ciuitatis & templi deſtructio. Nota. M. 12. articu. 3. de dedicatione.

4

¶Tertio deſtructione, templum, uel altare totaliter deſtructum, & iterum reædificatum conſecrari neceſſe eſt. Extra de conſecra. eccleſiarum. Ad hoc. Ita altare cordis, & templum corporis,

5

deſtructa

destructa per peccatum gulæ, quod quidem non solum animas (sicut alia peccata superbiæ, & iræ, & huiusmodi,) sed etiam ſç pius inter alia peccata, etiã ipſum animæ templum, uidelicet, corpus destruit, sicut patebit infra cap. de gula. Dum enim gula corpus destruit, quod est quasi murus animæ. Princeps cocorum destruit muros Hierusalem, & templum. 4 Reg. 25, Templum ad solum dirutum. Naum. 2.

¶Quarto, in templo materiali, si mẽsa altarius sit totaliter à loco suo mutata, id est, lapidibus, quibus compaginatur, iterum consecrandum est. Sic in templo spirituali, in quo cor noſtrum altare est. Vnde Augustinus, de ciuita. Dei. lib. 10. cap. 4. Dei (inquit) templa sumus singuli nos, quia singulos inhabitare dignatur, eius altare cor noſtrum
6 est, ei sacrificamus hostiam humilitatis, & laudis, in ara cordis, igne feruidę charitatis, cumque suauissime adolemus incensum, cum pio amore flagramus, sacerdos est Christus, sacrificium uictus, hæc ille sententialiter.

¶Huius autem altaris lapis, Christus est quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput. In Psal. 117. Et alibi. 1. Cor. 10. Petra erat Christus. Ista vero lapide per peccatum quodcunque à corde noſtro amoto, iterum illud cõfessione consecrari necesse est, ut de eis verificetur illud. 2. Macha. 10. Purgato templo aliud altare fecerunt.

7 ¶Quinto templum materiale violatur morte, uel sanguinis effusione, uiolatum sic, reconciliari debet, vt extra de consec. eccl. si ecclesia. Sic templum spirituale, scilicet, anima committens homicidium spirituale odium. Iuxta illud 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem suum homicida est. Si enim Dauid non fuit dignus ædificare Deo templum materiale, quia sanguinem humanum. 1. Paralip. 22. & 2. Reg. 7. effuderit iuste, quomodo templum Dei esse possunt, homicidæ corporales, uel spirituales iniusti? Et quomodo ascendere credunt effusores spirituales ad templum gloriæ, qui templum hoc Dei, quantũ in eis fuit, violauerunt illud voluntate, vel facto destruendo. Ad templum gloriæ non rapientur, nisi prius Deo, & illi quem odio habent, reconcilientur, sed potius ad infernum dispergentur, quia quicunque templum domini violauerit, disperdet illum Deus. 1. Cor. 3.

¶Sexto templum dedicandum est ra- 8
tione dubij, sic spirituale per confessionem, sicut patet C. 6. 48. De ista spiritualis templi multiplici violatione: nota plura. B. 2. 48.

¶Et non solum in uiolatione, sed etiam in reconciliatione, consecratione, & dedicatione, debet esse similitudo inter templum materiale, & spirituale. Et quantum ad materiam, & modum, & quantum ad autoritatem.

In reconciliatione templi materialis requiritur aqua, & orationes. In dedicatione vero episcopus cum Cruce foras, & literas imprimit, sic in consideratione peccatorum, debet esse aqua lachrymarum, de corde contrito uoces, & clamores confessionis. Confessor etiam duram pœnitentiam ei imponendo Crucem pœnitentię cineribus imprimit corporis.

¶Secundo quantum ad autoritatem, Ar. 3.
quia episcopus habens autoritatem debet ecclesiam dedicare absque omni pactione. 1. quæst. 1. Statuimus. Episcopi etiam ecclesias dedicatur, gratis oblata recipere possunt, nil autem exigere. 1. quæst. 2. placuit. Glosa, præter procurationes. Ita reconciliatores templi spiritualis pro spirituali dedicatione. i. confessione, nihil exigere debent, nec in tali lucrum intendere pecuniarum, sed animarum, quo sic dedicato, statim veniet ad templũ sanctum suum do. Malach. 3.

¶Et non solum ex uiolatione, & re- 9
conciliatione, seu dedicatione templi materialis ostenditur uiolatio, & reconciliatio templi spiritualis. Sed etiam ex efficacia, & uirtuoso effectu, qui sequitur ex dedicatione templi materialis, ostenditur, qualis effectus spiri-

tualem

tualem consequetur dedicationem.

¶Effectus nanque consecrationis tẽpli materialis est, fuga dæmonum de loco illo, sicut patet per hoc, quod scribit beatus Gregorius 3. Dialogorum, cum quædam ecclesia infecta hæresi Arriana dedicaretur, ut ad usum Christianorum aptaretur, & ad cultum Dei, diabolus in forma porci inter hominum pedes exire uisus est manifeste, ostendens, & ille die domui illi salus à Deo facta fuit. Luc. 19. Et omni rationi consonum est, quòd locus dedicatus, nec à diabolo, nec à ministris eius, occupetur.

Exemplum. ¶Idem effectus ostenditur per hoc, quod legitur, quòd quando Pantheon, quod erat Romę templum omnium falsorum Deorum, consecrabatur in honore beatæ Mariæ, & omnium martyrum, dæmones fugientes pinnaculum templi secum portabant ad locum, ubi nunc iacet ante ecclesiam Sancti Petri Apostoli. Et templum, quod paulo ante timore aut tumultu erat plenum, Apparentem omnipotenti domino, gaudio, & lętitia impletum est. 2 Machabeorum 3.

¶In omnibus his exemplis nihil aliud ostenditur, nisi, quòd exempto dæmone, & operibus eius per dedicationem spiritualem, domum tuam domine decet sanctitudo in Psalm. 92. Et sicut diabolum sic expulsum reuocant ad templum materiale, qui sanctitatẽ domus Dei, detractionibus, & uanis garrulationibus confundunt.

Exemplum. ¶Sicut patet de sancto, de quo fertur, quòd uidit diabolum, scribentem uerba duarum mulierum in ecclesia colloquentium, sic etiam ad templum spirituale, nec mirum, quia sicut omnia uerba orationis, & utilitatis in ecclesia dicta, in libro uitæ scribuntur, ut inde remunerentur. Sic omnia uerba mala, uana, & ociosa, in loco sancto dicta, in libro mortis scribuntur, ut inde puniantur. Et quia posuerunt idolum in templo domini. 4. Reg. 21. Nec mirentur de hoc, quia de omni uerbo ociosum etiam in loco non sancto dicto, reddent rationem, Christo teste. Tanta est etiam istius dedicationis efficacia, & uirtus, ꝙ non solum dæmones (ut dictum est) fugat, uerum etiam usus prophanos de loco sancto excludit, quòd patet per 10
hoc, quod scribit beatus Grego. li. Dialogorum. Quod cum quidam posuisset cistam cum grano in ecclesia quadã super tumbam equitij uiri Dei confestim sine omni humano adiutorio, Dei uirtute deiecta est à Deo, qui in hoc opere ostendere uoluit, quòd loca Deo dedicata in profanis, uel sęcularibus officijs occupari non deberent. Sicut nec calices, nec corporalia, sic nec etiam pallę altaris, uela, cortinę, nec etiam uasa lignea ecclesiæ in usus sęculares expendi debent, in coquina, uel uineis pastinandis. Probantur hæc omnia de consecr. distin. 1. c. ligna: & c. altaris. Multum contra hoc facere uidentur, qui in ecclesia merces ponunt, & brasium ficcant, & cistis, & huiusmodi replent, quod non decet, nisi tempore Belli, maximi, quia Christus contrarium docuit facto, & exemplo. Facto, Vbi eiecit uendentes, & ementes de templo. Marci undecimo. Quasi uolens locum sibi dedicatum, à sęcularibus præseruare occupationibus.

¶Idem docuit ibidem, dicens domus mea, domus orationis uocabitur. Artic. 4

¶Nec sufficit quòd locus Deo dedicetur, uel reconcilietur, nisi etiã postmodum ornetur, ueneretur, & frequentetur. Ornetur (dico) ornamentis, & libris & luminaribus, uereretur, & frequentetur hominum inibi honesta conuersatione. Hoc enim ratio dictat, quòd si in præsentia Regis terreni Angliæ, uel Galliæ, uel Papæ, homines honestę, & silenter se haberent, non loquentes, nec operantes, quæ eis displicere crederent, quanto magis in præsentia Regis ęterni, qui sub sacramenti specie, ubique ecclesijs ad nostram utilitatem uult reseruari, & propter nostram necessitatem præsens esse dignatur? propter etiam sanctorum reliquias omnis san-

ſanctitas ibi oſtendi debet, & non ſolũ ſanctitas ibi oſtendi, ſed etiam locus frequentandus eſt. In eccleſia enim eſt domus, & menſa pro animæ refectione ordinata. Qui ergo omni die ſemel, & aliquotiens bis, uel ter locum frequentant, ubi reficitur corpus, & adeo corporis refectioni, quando famelici ſunt, intendunt, ꝙ non uacat eis circa uana garrulare, unde dicunt, non uacat mihi modo de talibus conferre. Quanto fortiori ratione, ſi iuſtitiam Dei, & animæ ſalutem eſurirent, & ſitirent, ut deberent, locum animę refectioni deputatum, ſæpius frequentarent, nec eum circa impertinentes locutiones, uel effectus uel operationes occuparent, facien do domum Dei ſpeluncam latronum, & domum negociationis.

Ar. 5. ¶Et quia culpa violantium templum Dei ſpirituale, uel non honorantium materiale, ut deberent, non debet intacta tranſire. In hoc ultimo articulo oſtendere reſtat quomodo omnes tales punit, & talem oſtendit punitionem.

12 ¶Pœna ergo talium patet primo, per hoc, quod ſcribit beatus Greg. 4. Dialogorum, de quodam uiro lubrico, cui nomen erat Valerianus, hunc mortuũ epiſcopus loci, precio accepto, in eccleſia Sancti Fauſtini martyris poſuit, martyr uero nocte quadam eccleſiæ cuſtodi præcepit, quòd epiſcopo diceret, ꝙ illas fœtidas carnes de eccleſia ſua ejiceret. Cuſtos uero Epiſcopo nunciare timuit. Epiſcopus uero 30. die inopinato moritur, hic penſari poteſt, quàm indigne locum ſanctum occupauit, pro quo etiam, qui eum ibi poſuit, tam ſubita morte percuſſus eſt, nec eſt dubium, quin à templo gloriæ eum Deus expulerit, quem materiali templo reputauit indignum.

Exemplum.

13 ¶Idem ſcribitur eodẽ libro de quodam alio lubrico, cui nomẽ erat Valentinus in eccleſia ſepulto, quem cuſtos eccleſiæ nocte quadam uidit à duobus teterrimis p pedes de eccleſia extrahi, in cuius rei teſtimonium, ꝙ uiſio uana non fuerit, in craſtino ſepulchrũ eius uacuum inuentum fuit. Patet ergo, ꝙ illis tantum prodeſt in locis Dei, & ſanctorum ſepeliri poſt mortem, qui apud Deum, & ſanctos illud meruerunt, dum uixerunt.

Exemplum. ¶Idem in eodẽ libro ſcribit de quodã alio in loco ſancto ſepulto, de cuius tumba ignis uiſibiliter aſcendẽs, totam ſepulchri terram ſimul cum corpore combuſſit, & clamor in igne audiebatur. Ardeo ardeo. Penſandum eſt (inquit) beatus Greg. in qua pœna anima tunc erat, ex quo corpus ſic ardebat, nõ debent talia loca pro corporum ſepultura deſiderare, qui ſic uixerunt, ꝙ dum uiuerent ea non meruerunt, ꝙ tamen ſi peterent, à fideli uirò negari deberent.

Fabula. ¶Sed (heu) pecuniæ obediunt omnia. Vnde fabulæ habent, quòd quidam aſinum ſibi infideliter, & utiliter ſeruientem in cœmeterio ſepeliuit, & à iudice eccleſiaſtico pro facto citatus, dixit iudici, ꝙ aſinus ei tres marcas legauit, quibus acceptis, aſinum in loco ſancto dimiſit. Iſtud non adduco pro ueritate hyſtoriali, quam non credo ueram, ſed pro tanto ualet ad propoſitum, quia multi pro pecuniis acceptis, uel ſperatis indigniores aſinis in loco ſancto ſepeliunt. Et tales, dum latrones, & uſurarios, & tyrannos in eccleſijs ſepeliunt. Ad literam eam faciunt ſpeluncam latronum. Quomodo ſe excuſare poterunt, quòd nõ ſint coram Deo magis culpabiles, quàm ſi eccleſiam locarent pro equis, & bobus ſtabulandis, cum peior ſit ſpelunca latronum, quàm ſtabulũ equorum. Saraceni uituperantur, quia capta Roma eccleſiam Sancti Petri ſtabulum fecerunt equorum, propter conſimilem cauſam uituperatur, & pœnam ſuſtinuit Pompeius, ſicut patet. B. 3. 46. Chriſtiani uero peſſimos peccatores, & ab eccleſiaſtica ſepultura manifeſtè interdictos, in eccleſia ſepeliuit, quos dicam peiores, illos, qui nunquam fidem eccleſię, nec eccleſiaſtica receperũt ſacramẽta, nec eccleſię emolumẽta, qui nec decretales, uel eccleſiaſtica

14

ſtica legerunt ſtatuta, in quibus prohibentur loca ſancta deturpare, & præcipiuntur eccleſiam honorare, vel Chriſtianos, qui omnes conditiones habent contrarias, qui aperte audierunt decretalem, ubi morientes, uel lethaliter in conflictionibus vulnerati, prohibentur eccleſiaſtica ſepultura ſepeliri. Sicut patet extra. lib. 5. titu. 13. de torneamentis. cap. 1. Frequenter de morte tali audiunt. Vbi tamen aliquis talis eccleſiaſtica caruit ſepultura inauditum eſt. Saraceni nunquam legerunt decretalem, quæ prohibuit equos in eccleſia ponere, & bis hoc fecerunt. Et Chriſtiani legerunt, quæ tales prohibet in eccleſia poni, & frequentius faciunt contrarium; quos culpabiliores iudicabis. Opinio Dei uidetur eſſe, quòd iſti ſunt grauius puniendi, qui ait, Lucæ 12. Quod ſeruus, qui ſcit voluntatem domini ſui, & non facit, plagis uapulabit multis. Tales ergo, qui ſic templum ſpirituale. i. animam propriam contra eccleſiæ ſtatuta facien do, & templum materiale (vt dictum eſt) deturpant, tanquam ligna diſtorta, & lapides falſi pro tanto opere ſunt a templo gloriæ excludendi, quod arguitur per hoc, quod ſcribitur in vitaſpa. quaſi ſic de quodam rapto in extaſi, cui inter multa miracula oſtenſum fuit, quòd ſacriſta domus fuit in periculo amittendi lumen in alio ſeculo, quia lumen, quod ardere debuit de nocte in eccleſia Sancti Petri, extinxit. Si iſte dehoneſtans templum materiale, peccato omiſſionis, quia nõ accendit, luminare carcere debuit lumine, quanto magis prædicti, qui grauius eam deturpant, introibunt in progenies patrum ſuorum, & uſque in æternum non videbunt lumen: in Pſal. 48. Quia ad templum honoris non tranſibit niſi per templum uirtutis. Nota. M. ii. 142.

15

Exemplum.

¶ Delectationum. Cap. V.

SVMMARIVM:

1 *Homo, prout creatur eſt ex diuerſis naturis, ſcilicet, corporali, & ſpirituali, deſiderat varias delectationes, nempe honorum, diuitiarum, & ciborum &c.*

2 *Bonorum delectatio maior exiſtit.*

3 *Quod iſtorum maior ſit delectatio, ſatis liquet ex tribus eius conditionibus, uidelicet primo ex eius natura, ſecundo ex eius puritate, tertio ex perpetuitate.*

4 *Mali & ſenſuales tamenſi toto vitæ curriculo ſine vlla prorſus ærumna delectati ſint; poſtremo tamen eis liquido conſtabit, nil fuiſſe, quo delectabantur, in uita.*

5 *Homo ex congruitate attractus delectari debet his ſpiritualibus rebus, quæ propriam eius naturam potiſſimum decent, & ſequuntur.*

6 *Non parum etiam homini conducit, appetere, & capere uoluptatem à ſpiritualibus, & non à corporalibus.*

7 *Ex puteis altis plagarum Chriſti, & beneficiorum à Deo nobis collatorũ hauſerunt nonnulli aquam & delectationis ſalubberrimam.*

8 *Sicut cibus homo annexus, & ducit ad extremum vitæ piſcem; ita homines delectatio inordinata ſæculi.*

DElectationum. Primo, oſtendetur in bonitate, & malitia diuerſitas. Secundo, bonarum maioritas. Tertio, congruitas. Quarto, utilitas. Quinto, malarum deceptibilitas.

¶ Ad primum ſic proceditur, homo ad æternas delicias creatus, ſine delicijs eſſe non poteſt, ſecundùm vero quòd eſt creatus ex diuerſis naturis, uidelicet, corporali, & ſpirituali, ad diuerſas inclinatur, & deſiderat delectationes, complementum. uero iſtorũ deſideriorum eſt

Art. 1. 1

est ex prædominio, quia illi, in quibus prædominatur natura animalis, & carnalis, diuersas nituntur assequi delectationes secundùm carnem, quorum aliqui in honoribus delectantur. Sap. 6. Delectarionem inceperuri. Alij in diuitijs. Alij in gula, Isa. 55. Delectabitur in crassitudine, anima uestra. In quo vero dominatur natura spiritualis, in his, quæ Dei, & animæ sunt delectatur. In præceptis, in consilijs, & scripturis diuinis. Istæ sunt eius diuitiæ, ideo ad illum, qui in alijs diuitijs inordinate delectatur, dicere potest illud, Psal. 118. In uia testimoniorum tuorum, scilicet Dei, delectatus sum, supple, sicut tu, in omnibus diuitijs. Illi delectantur in taberna circa mentem reficiendam ver bis Dei, & sacramentis. In Psal. 67. Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia, & sic de alijs. Illi delectantur in ira, & uindicta, & huiusmodi. Isti in remittendo. in Psalm. 34. Anima mea exultabit in Deum, & delectabitur in salutari suo.

Ar. 2. ¶Bonorũ vero delectatio est maior, quod perpenditur ex tribus eius conditionibus, uidelicet, ex eius natura, quia 2 spirituale in natura melius est corporali. Secundo ex eius puritate. Cum enim Deus sit fons omnis delectationis. Ecclesiastici 1. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, qui delectantur in eo, sunt sicut sitibundi peregrini, qui delectanctus in potu fontis. Fatuus enim viator inueniens riuulum deturpatum, & infectum, & calefactum à Sole, ex eo bibens, infirmitatem, uel quandoque mortem incurrit. Sapiens vero riuulum sequitur, usq; dum ad fontẽ perueniat. Ecclesiastici 25. Viator sitiens ad fontẽ, sic stulti in supradictis delectationibus carnalibus, quasi in riuulis infectis se intoxicant, & corporaliter, & spiritualiter, sicut mulier, de qua Gen. 3. Vidit mulier, ꝙ bonum esset lignum ad vescendum, aspectuque delectabile, comedit, & sequebatur tam mors corporalis quàm spiritualis.

¶Bonus uero per riuulos istos ad fontem ascendit, dum per istas delectationes, quę malis conceduntur in carcere, quæ etiam & si bonis in licitis quandoque concedantur, non est tamen, nisi sicut datio reliquiarum extra portam, intelligit maiores esse in aula, quę amicis suis reseruauit, easque diligẽter quęrit dicens, illud Psal. 103. Ego vero delectabor in domino, de cęteris omnibus, quasi de riuulis infectiuis, de quibus bibere, vel me satiare nolui, renuit consolari anima mea, memor fui Dei, quasi fontis puri, in quo secure me satiare potui, iuxta illud Psal. 16. Satiabor cum apparuerit, & delectatus sum. Nota. G. 1. 2.

¶Tertio ex perpetuitate. Malorum 3 enim delectationes non sunt perpetuę, nec semper delectant, sed dum fiunt delectant, & postea cruciant in conscientia, & (quod peius est) ad pœnam ducunt æternam, sicut patet per delectationem, quæ est in crapula, solum delectat, dum est in opere, postea vero & corpus, & animam cruciat. Apoca. 18. Erat in ore meo tanquam mel dulce. Et cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus. Et sic de omnibus delitijs corporalibus, uel communiter, antequam habeantur, multum desiderantur, habitæ vero vel cito affligunt, vel fastidiuntur. Vnde beatus Gregorius in quadam Homel. Corporales delitiæ cum non habentur, graue desiderium accendunt, habitæ vero in fastidium vertuntur. At contra spirituales delitiæ, cum non habentur, in fastidio sunt. Cum vero habentur, in desiderio sunt, in illis ergo saturitas fastidium in istis saturitas appetitum parit. Et ponatur, quòd aliqui sine fastidio, vel pœna, semper in tota uita sua in talibus delectentur. In fine tamen videbunt, quòd nihil fuit, in quo delectabantur. Vnde Chrisostomus de reparatione lapsi, centum, si placet, annos demus delitijs, adde & alios centum similibus, adde & decies cẽtum, quę erit in his ad æternitatem compensatio, nõne tempus uitæ huius, quo delitijs frui vide-

uidemur, & indulgere libidini, quasi annius noctis somnium est ad æternitatis comparationem?

4 ¶A idem beatus Gregorius super illud, Iob 20. Laus impiorum breuis, si (inquit) ab initio mundi usque ad hoc tempus, in quo sumus, mentis oculos ducimus, omne, quod finiri potuit, quàm breue fuerit, uidemus. Ponamus enim quemlibet hominẽ à primo die mundi usque ad diem hodiernum uitam ducere. Hodie tamen eandem vitam, quam longam ducere uidebatur, finit. Ecce finis adest, præterita iam nulla sunt, quia cuncta transierunt, futurum in hoc mundo nihil restat, quia nullum ad uitam uel breuissimum restat momentum. Vbi ergo est longum tempus, quòd inter initium finemque deprehensum ita consideratum, ac si nec breue nunquam fuisset. Impij itaque uitam præsentem diligentes, longam æstimant, dum assequuntur, sed breuem intelligunt, dum amittunt. In fine quippe eis ostenditur, quòd nil fuerit, quod amauerunt, quorum lætitia, seu delectatio transit, & pœna permanet. Et dum res amittitur, cura durat. de quibus, Sapien. 3. Dum longæ vitæ fuerint, in nihilum computabuntur, quid eis modo prosunt præteritæ delectationes, uel diuitiæ? patet. D. 1. 5. Libentius enim modo haberent paruã pœnarum mitigationem, quàm omnia, quæ prius habuerunt, quid ergo eis prosunt præterita bona, quę habuerunt? Aut sanctis, quid nocent præterita mala, quæ sustinuerunt? Nota de ista materia. B. 4. 7 & M. 11. 90. & P. 8. 25. Vide autoritatem Hieronymi.

¶Delectatio vero, quæ in Deo est, hic incipit, quasi imperfecte, & in cœlo perficitur, siue sit dilectio, siue dilectatio, quæ in Deo fuit, quæ est hominis propter Deum, de utroque in Psal. 15. Delectationes in dextera tua usque in finem. Patet ergo quòd omnis alia delectatio deficit, in uespere mortis. In domino uero, & ea quę Dei sunt, uespere delectaberis, in Psalm. 63. id est in fine uitæ. Nota tamen causam triplicem, quare aliqui in Deo non delectantur. E. 6. 20.

¶Ex quo ergo delectationes spirituales sunt hominis, inquantum homo, Ar. 3. quia homo est animal rationale, & per rationalitatẽ ab alijs animalibus distinguitur, magis congruum uidetur, quòd in his, quæ secundùm suam naturam propriam cõueniunt, delectetur, quàm in alijs, in quibus etiam bruta delectantur, ne suæ naturæ dignitatem in brutalibus delectationibus vilipendere videatur; nec congruum videtur, ut caro, quę est uilior pars in compositione nostra, in his gaudeat, quæ parti nobiliori contrariantur. Non enim est grata, vel bona ancilla, quæ cantat, & tripudiat, uel ludit, per quem ludum dominam suam ad fletum prouocat. Talis enim nõ est ludus bene partitus, ne ergo delecteris in semitis impiorum. Prouerb. 4. 5

¶Et non solum propter cõgruitatẽ, Ar. 4. sed etiam propter propriam vtilitatem, delectatio in spiritualibus appetenda est, quia est Moretum, & condimentum, quod omnia opera, quantumcunque grauia, alleuiat. Et ignis, qui omnia sacrificia bonorum operum coram 6 Deo ascendere facit, quia qui inuitus & sine delectatione operatur opus de genere bonorum, Deo odorem suauem incensorum suorum ascendere non facit, quia de igne spiritualis delectationis non accenduntur. Sed quando tali igne inflammantur, & Deo placent, & illud, quod ab eo petit, obtinet, juxta illud, Psal. 36. Delectare in domino, & dabit tibi pe. c. 3.

¶Ignem autem istum accendere debent illa, quæ notantur. A. 16. 9. & A. 28. 7. Et quæ notabuntur infra de dilectione:

¶Cogitatio etiam laborum Christi, delectabiles facere deberet labores nostros. Cõsideratio etiam beneficiorum Dei, quasi ligna ficca, ignem istum nutrire debet. Quelibet enim cogitatio talis est, quasi lignum igni appositum,

quo-

quomodo, ſcilicet, de nihilo ipſum creauit, non arborem, uel lapidem, uel animal aliud, perditum etiam redemit, ſacramenta dedit, cum multis bonis naturæ, fortunæ, & gratiæ. Alia etiam ſpecialia cuilibet oſtendit: quæ in multis alijs non reperiet. In amicitia ergo illius delectatio bona. Sapien. 8.

7 ¶In his puteis plagarum, & beneficiorum Dei hauſerunt aliqui patres ac quam deuotionis, & delectationis in omnibus operibus penitentiæ, & ſpiritualibus, & corporalibus, affectionibus. Sed, heu, puteos, quos fecit Abraam paleſtini humo impleuerunt. Gen. 26. Dū deuotionem plagarum Chriſti, & antiquorum patrum deuotorum, terrena, & carnalis modernorum occupatio à cordibus fidelium excludit. Quia cum in in terrenis corda occupantur, potei implentur, nec delectatio in his, quæ Dei ſunt, intret. Et dum uaſa cordis corporalibus delectationibus replentur, pro ſpiritualibus recipiendis inhabilia reddūtur. Quod ſignificatum eſt per hoc, q̃ fertur, q̃ cuidam ſancto uiro oſtenſum fuit, beatam Virginem quoſdam religioſos in eccleſia matutinas dicentes circumire, & ſigillatim cuilibet delectabile offerre electuarium, uno excepto, cuius cauſam cum ille, cui viſio oſtendebatur, quæreret, reſponſum fuit, confero miniſtris meis, qui in ſeruitio meo delectantur, gratiam delectationis maioris, ſed illo ſolum pertranſeo, qui alijs delectatur. Patet ergo, quòd uas plenum uno liquore, alio impleri non poteſt, niſi prius ab alio euacuetur. Ita nec cor plenum delectationibus inordinatis. Illis uero euacuatis, & corde ſpiritualibus delectationibus impleto, maiorem inuenient delectationem, quàm prius in alijs habuerunt. Sicut patet de quodam uiro potente, qui nupet delicatam, & honorabilem duxit uitam, ad tantam mutauit auſteritatem, q̃ per plures annos ante mortem ſuam pane, & aqua contentus, hilarem ſatis oſtendit uultum, hoc amicis ſuis quærentibus, quomodo ſibi eſſet, & quomodo uitam tam auſteram ducere ſciret. Reſpondit, q̃ nunquam melius ſibi fuit, q̃ etiã maiorem delectationem habuit tunc in pane, & aqua, quàm nunquam habuerat in alijs delitijs. Iſa. 51. Ponet deſertum eius quaſi delitias, & ſolitudinem eius quaſi hortum domini, inuenietur in ea vox laudis, & gratiarum actio.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

¶Tales ergo delectationes ſunt appetendæ, quæ ſic animam reficiunt, ita malæ ſunt fugiendæ, quæ *hominem decipiunt, ſicut cibus ſuper hamum decipit piſcem.* Apoc. 18. Quantum in delitijs fuit, tantum date ei tormentum. Ex quo patet quòd ſicut cibus ſuper hamum piſcem ducit ad mortem. Ita delectationes inordinatæ. In talibus ergo delectandum eſt, cum quibus mori non timeamus, ne tunc dolendo dicere contingat illud. Pſal. 91. Quia delectaſti me in factura tuo. i. delectari permiſiſti inordinate; idcirco modo delectaſti inimicos meos ſuper me, ſcilicet, dæmones, qui de malorum perditione modo ſupple delectantur. Quo extra de Deo dicitur. Tob. 3. Non enim delectaris in perditionibus noſtris. Act. 5. 8

¶Et nota, q̃ maior eſt deceptio delectationis male, quàm à multis credatur, qui opinãtur, q̃ in delectatione cogitationis non ſit mortale peccatum, ſi uoluntas deſit perficiendi. Contrariæ vero opinionis ſunt Sanctus Thomas, & Petrus Henricus, qui uolunt, q̃ conſenſus in delectatione abſque hoc q̃ conſentiat in actum ſit mortale. Nota Sanctum Tho. ad hoc prima. 2. 2. q. 84. artic. 8 Vide in Summa Confeſ. libr. 3. titu. 34 quæſt. 271.

¶Detractorum. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Quales dicuntur detractores, & obloquutores.*

2 *Vt autem aliquis formaliter appelletur detractor, intentio famam obſcurandi & denigrandi, præcipuè exigitur. Adde, q̃ detractionis diffinitionem exponit;*

& quod ſex modis alter alteri detrahere uelet.

3 Detractio ſit quatrifariam directè & apertè: indirectè uero, & ſubobſcurè bifariam. Primo negando alterius bonum. Secundo tacendo flagitioſe, uel malitioſe.

4 Etſi nefarij omnes munus aliquod Dæmonis in Orco, uel curia exerceant præcipui tamen detractores, & Zoili eius familiares, ingentia & multiplicia munera peragunt.

5 Lingua (teſte ſapiente) triplex eſt.

6 Detractor confertur, & aſſimilatur diligenti Reparatori ueterum ſartaginũ, atque fœtido latrinæ mundatori.

7 Obloquutor, & maledicus eſt Diaboli ipſius Veneficus, ſiue Baſiliſcus venenoſus.

8 Detractores apud inferorum Dominum ſunt iudices ſemper ſententiam ferentes in abſentes, & nunquam in præſentes, qui quidem comparantur tum Ranis, tum ſerpentibus.

9 Z Dominum in Diaboli ciuitate uiatum gerunt, multis de cauſis.

10 Quis ſana, antequam ad detrahentium ſocietatem accederet, conuertitur quandoque in lupum, & in ſcabioſam, infeſtamque omen; prius, quàm ab eis diſcedat.

11 Viri probi & pij à detractoribus auditum auertere, uel obturare debentur, ad inſtar tranſeuntium per loca fœtida & infecta, & loquentium cum habenti graueolentem anhelitum, uel lepram, qui faciem ſtatim auertunt; & naſum illico obturant, ne inficiantur.

12 Exemplum dominorum, & principũ qui timentes, ne ueneno inficiantur ſuper menſam habẽt lapidem pretioſum præſidentem præſente ueneno.

13 Detractores in Diaboli Familia ſunt, tanquam Graculus in canea.

14 Sunt etiam idem in eadem Dæmonis domo uelut Confeſſores, aliena errata, & nunquam propria confitentes.

15 Tales Diaboli confeſſores, ſcilicet, detractores priuantur ſaltim dextero oculo; & habent tantum ſiniſtrũ.

16 Detractorum crudelitas excellit bellicorum armorum peruerſitatem.

17 Detractores præcellunt cunctorum uolucrum feritatem.

18 Detractores ſuperant Quadrupedũ immanitatem.

19 Meledicus ſæuior eſt Leone, & Vrſo, quæ quidam animalia maioris eſſe crudelitatis cenſentur.

20 Obloquutor crudelior eſt prædone, & homicida.

21 Detractores feriores, & inhumaniores exiſtimantur Dæmonibus, & inferis ipſis.

22 Detractores, ne infandum obloquutionis facinus clarius pateat, eam quandoque detractionem ſub Miſerationis, & commendationis prætextu prius hominem commendantes in uniuerſum, & ſub ſilentio bonum præcipuum præterentes, occultant.

23 Non excuſantur detractores ob longum detrahendi cuicunque uſum.

24 Excuſantes ſeipſos detractores aſſerunt, dum alij detrahunt ſe ueritatẽ dicere.

25 De detractore ipſummet exſultente meliorem fratre ſuo eſſe, de quo turpiſſimè loquitur, idem malum Dei permiſſu, & forte grauius cito dicetur, ut humilietur, & compeſcat ſabellum, & linguam.

26 Deus qui præcepit proximo, ne tale facinus perpetrare audeas, tibi etiam, ne carpendo eum indicare uelis, itidem expreſsè præcepit.

27 Duplici pœna, ſcilicet, terrena & æterna in obtrectantes animaduertere Iudex debet.

28 Detractores puniri debent. Primo pœna terrena, quæ adhuc. Secundo eſt, nempe, interior; qua prius plectuntur, ut inuidia, & exterior: quæ etiam bina eſt, altera eſt infamia; altera eſt excommunicatio.

29 Iuſta eſt in homines obloquentes, Animaduerſio æterna.

30 Innocentes, & recti niſi ab inceptis Dei laudibus, & bene geſtis patienter egredi nolens cum nocentes & improbi eos graniſſime uellicant, & exagitant, duplex

plex lucrum mirificè facient.

31 *Primum erit huiuſcemodi, quòd ab illis detractionum ictibus minimè lædentur, nec frangentur. Secundum vero hoc eſt, quòd eos Deus in humilitatis virtute habiliores, & robuſtiores reddit: Nã aliquando ex iuſto Dei iudicio detractio in bonos excitatur.*

32 *Non debemus indignari, vel iraſci detrahentibus, tot utilitates nobis eorum lingua afferentibus.*

33 *Quam culpam, an mortalem, vel venialem, perpetrant auditores detractionum, qui alios inſectantibus, & vituperantibus adſtipulantur, & arrident, tripliciter vel directe, vel indirecte, hoc in loco declaratur.*

34 *Qui euadere nequeunt, ne audiant aliquando obtrectationes; audiant more Moſis.*

35 *Exemplum de Muſca ſemper quæritante ſcabioſa & infirma, ſic eſt detractor: & ſicut omnes eam ab eorum menſa & ſocietate fugare conantur, ita deberent expellere obloquutorẽ & Zoilum.*

36 *Obloquentium auditores, & adſtipulatores, duplicem quoque pœnam, uidelicet, temporalem, & æternam perinde ac obloquentes, iuſtiſſimè luent.*

37 *Ad reſtitutionem, uel reuocationem ablatæ, & detractæ proximorum exiſtimationis & famæ tenetur, non modo actor, ſcilicet, detractor, & diffamator, ſed etiam conſentiens auditor, qui vel peſſime loquenti aſſentitus eſt, vel eius linguam debita opportunitate non repreſſit, oppugnando.*

Detractorum.

Primo, oſtendenda eſt deſcriptio. Secundo, intentio. Tertio oſtenditur, quam vile officium in curia diaboli teneãt. Quarto eorũ crudelitas, ſeu puerſitas. Quinto maligna calliditas. Sexto culpa. Septimo excuſatio cum reprobatione. Octauo pœna. Nono, & propter talũ obloquutiones, & detractiones, bona non ſunt dimittenda, nec deſtituenda. Decimo, culpa auditorum detractionis. Vndecimo, pœna oſtenditur eorundem. Duodecimo, qualiter famam reſtituant, ut pœnas prædictas euadant.

¶Quantum ad primum, detractores, & diffamatores dicuntur, qui famam proximorum nituntur corrumpere, vel minuere, quod fit quãdoque ſignis, vel nutibus, uerbis, ſiue planis, ſiue artificioſis, ſiue cantilenis, ſiue ſcriptis, quæ appellantur libelli famoſi. Ar. 1. 1

¶Ad hoc vero, & formaliter nomen ſciant detractorum, requiritur intentio famam denigrãdi. Quia, ſecundùm Anſelmum. Detractio eſt, quotiens quis dicit aliquid de aliquo, cum intentione, ut minus ametur, uel æſtimetur. Ar. 2. 2

¶Hoc autem fieri poteſt ſex modis (ſecundùm Sanctum Thomam. 2. 2. q. 73.) quatuor modis directe, & aperte. Primo, falſum imponendo. Secundo, audita, vel uiſa mala cum augmento referre. Tertio, malum occultum ei, qui non poteſt prodeſſe, reuelare. Et quid? ſi nõ ſit occultum, quia forte tota patria loquitur de tali facto, nunquid qui illud narrat uitium incidit detractionis. Et uidetur quòd non, quia fãmam eius non denigrat, cum ſit prius nigra. Reſponſio videtur ad hoc congruere per diſtinctionem, quia aut loquitur his, qui prius ſciuerunt eum talem, uidelicet malum, augmentando malum cum intentione corrupta, & tunc eſt detractio, & materialiter, & formaliter. Aut malum ſuum non augmentat, intentione tamen corrupta narrat, & tunc detrahit formaliter. Aut loquitur his, qui illud *malum* prius neſcierunt, quia licet ſit commune in tota patria, poteſt tamen aliquos latere tam in illa patria, quàm in alia patria, & in iſto caſu non uidetur dubium, quin incidat, quia ad probandum aliquem diffamatorem in foro eccleſiaſtico, ſufficit probare, & eum diffamauit apud bonos, & graues, apud quos nõ erat prius diffamat⁹. In hoc ergo caſu multi delinquũt, narrãtes alio-

Digitized by Google

sum mala illis, qui prius nesciebant. Et excusant se dicentes. Omnes loquuntur, commune est, non est secretum, & tamen certum est, q̃ non excusantur; quia apud istos, qui prius nesciebant, non fuit fama sua denigrata, & per narrationem talem est modo apud eos denigrata, non potest ergo subterfugere, quin sit detractio, cum detractio sit famæ alienæ denigratio, apud quos non fuit prius denigratus, nec diffamatus.

¶Quarto modo, quando illud, quod est bonum de se, dicit mala intentione factum. Tales sunt similes araneis, & serpentibus, quæ omnia, quantumcunque dulcia, commesta uertunt in venenum, & uasi immundo, quod omnia 3 immissa immunda facit. Et sic, si non facto, saltem lingua iustum opptimere volunt, dicentes. Percutiamus eum lingua. Hier. 18. 23. Duobus vero modis, fit minus aperte, & indirecte.

Exẽpla satis bella.

¶Vno modo bonum alterius negando. Alio modo, malicioſe retiendo, Verbi gratia, mentio, & locutio sit de aliquo, & narrantur aliqua mala. Alius præsens, & sciens bona de eo, taceat, vt ille, de quo loquuntur, minus æstimetur. Vel forte narrant aliqua facta de aliquo, quæ cum aliquibus conditionibus bona sunt. Ipsi vero narrantes conditiones illas, tacent, & locum & tempus, & causam, & modum, intentionem, & intellectum facientis, quæ si narrarent, apud quoscunque auditores essent excusati. Et sic istis sex modis, alios ostendunt, & seipsos malos faciunt.

Ar. 3. 4 ¶Cum vero omnes mali, ex quibus ciuitas diaboli (secundùm Augustinum de ciui. Dei. lib. 1.) constituitur: officium, & seruitium certum in ciuitate, & in curia diaboli obtineant. Istos tam speciales diaboli amicos, uidelicet, detractores, Deo odibiles. (Rom. 1.) Immunes esse magno, & multiplici officio, in curia illa, fas non est cogitare. Pro quo est sciendum, q̃ (sicut patet. D. 4. 3.) Detractio est ignis fumosus, qui loquentem, & audientem, & illum, de quo loquitur, denigrat, & fumo amaro spirituales illorum oculos, aut amarificat, aut excecat.

¶Flabellũ, aut folles diaboli, quibus ignis iste accenditur, & inflammatur, sunt detractores, & mali sollicitatores. De quibus. Isa. 54. Ecce ergo creaui fabrum suffiantem in igne prunas, & infectorem ad disperdendum. Iob 41. Halitus eius prunas ardere facit, & flãma de ore eius egreditur, cum tanta quandoque efficacia, quòd duo regna quandoque, uel duas terras, uel cõmunitates, uel uillas, igne iræ & odij inflammat, & calefacit, dum duos magnos commouet, ad quorum commotionem, sequitur commotio totius patriæ, uel villæ. Ecce quàm paruus ignis detractionis, quàm magnam siluam comburit. Iaco. 3. Isa. 30. Lingua eius, 5 quasi ignis deuorans. Et sic lingua tertia (teste Salomone) multos commouit. Lingua prima est, quæ uno præsente de eo bonum loquitur, & malum de aduersario suo. Lingua secunda est, quæ alio aduersario præsente de eo bonũ loquitur, & malum de alio. Lingua tertia, quæ utroque præsente de utroque malũ loquitur. Et tali peste laborant, qui propter commodum omnibus placere nituntur, tali infirmitate laborãt aliquorũ cõsiliarij, & amici, qui ipsis præsentibus factis suis applaudunt. Ipso uero absente, aduersarijs suis de illo loquentibus, q̃ apud eum, vt vellent, facta sua non expediunt, uel aliquã conditionẽ malã domini cõmemorantibus, domino obloquuntur, signis vel verbis artificiosis in ipsum, uel aliquẽ alium per quem (vt dicunt) ducitur, totum malũ retorquentes, & ista detractio ex cupiditate lucri, vel vanæ gloriæ procedit, quia non possunt ab omnibus lucrati (uidelicet) à domino, & ab aduersario lucrari, nisi utrũq; placeant, nec possunt omnibus placere, & uanas laudes acquirere, nisi omnibus applaudant. Tales vecordes, & miseri sunt iuxta illud. Prouerb. 21. Qui congregat thesauros lingua mendacij, uanus, & excors est. 6

¶Loquen-

Exemplum. ¶ Loquendo ergo de detractorum officio in curia diaboli, detractor est, quasi reparator antiquorum patellarū, & sicut mundator latrinæ, quia talis nō quærit vasa pretiosa, & integra, sed fracta, & illa tractat, ut reparet, uel mundet. Detractor vero in hoc est sibi similis, quia non quærit opera integra, & bona, licet talia in homine sciat illa transit, & circa mala negociatur, addendo de proprio capite, ubi facta non sufficiunt aliena. Et sic patet etiam, quomodo in aliquo est dissimilis sibi, quia ista non quærit, ut reparet, uel mundet, sed ut peiora, & turpiora faciat.

¶ Tertio detractor est ueneficus diaboli, seu basiliscus aerem inficiens. Sicut patet. 1.6.7. Vnde quidam (ut fertur) quando tales audiuit, dicere solebat, Recedamus, aer est corruptus. Prou. 24. 7 Abominatio hominū detractor. Psal. 13. Venenū aspidum sub labijs eorum, immo peius uenenum, quam cuiuscunq; aspidis, vel basiliſci, quia illorū venenū corpus, istorum vero mores bonos, & animas corrumpit. Nam corrumpunt bonos mores colloquia praua. 1. Cor. 15. Vnde beatus Greg. super Ezechie. lib. 1. Hom. 9. Sicut (inquit) aer malus assiduo flatu tractus inficit corpus. Ita peruersa locutio assidue audita, inficit animum.

¶ Quarto in curia diaboli officium tenent iudicum, non vocatos, non contumaces honore & fama priuantium contra omnes leges, quia non uocatus, non conuictus, non confessus, absens 8 damnari non debet. ff. de pœnis. l. absentem. 1. in ff. no. lib. 10. Isti vero iudices in curia diaboli leges habent contrarias, quia semper contra absentes, & nunquam contra præsentes, sententiā proferunt, modum in hoc sequentes Exemplum. Ranarum, quæ, nullo præsente, clamāt. Aliquo vero superueniente, silent. Et serpentium, qui venientem fugiunt tortuose incedentes, in dormientem vero insiliunt, sic isti ad modum Ranarum de aliquo detrahentes, absentē illo, uel amico suo superueniente, tacent, vel si audiantur, uel percipiantur, ad modum serpentium tortuōse fugiunt, dicentes, non diximus animo detrahendi, nec mala uoluntate, sed ludentes, vel dolentes, & compatientes sibi, serpentes monstruosi habentes duas linguas, quas diabolus amputauit, quarum vna pulchre loquuntur in præsentia, alia detrahunt absenti. Iob 19. cum autem recessissem ab eis, detrahebant mihi, contra legem & præceptum Dei. Leui. 19. Non (inquit) maledices surdo, nec coram cęco pones offendiculum.

¶ Quinto in curia diaboli locum, & officium tenent canum. (Ideo congrue gallicè uocantur, le brachem audiable) propter multas similitudines, quas habent cum canibus. 9

¶ Primo, quia sicut canes libentius ad loca fęda, quàm ad flores os mittunt, & in hoc est strabo inferni, quia semper inter fęda se ponit, sicut &c. Secundo quia ad loca altiora, & uiridia tibiam eleuāt, loca illa deturpare volentes, nec loci parcunt sanctitati, & si à loco illo, qua forte spinosus est, in aliquo pungantur, grauantur, uel super eum latrant. sic isti si corrigantur: & sic sicut canes plus sunt infesti, & plus latrant super baculum portantes. Sic isti super baculos portantes, seu virgas correctionis detraxisti uniuerse correctioni, Prouer. 1.

¶ Tertio, quia sicut canis ad latratum assueti, æque latrant super uirum suum proprium, sicut super furem, & licet mordere non audeant, saltem latrare uolunt. Sed in hac ultima conditione peiores sunt, quia canis æqualiter super bonos latrat & malos. Isti uero potius super bonos, quia sicut canis latrat super omnes, qui non sunt de familia, ubi nutritur, & non super illos de familia. Ita isti super omnes, qui non sunt de familia diaboli, scilicet, super bonos. Sicut patuit de Christo. Ioan. 8. Qui postquam negauit se esse de familia malorum, dicens. Ioan. 8. Vos de deorsum estis, ego de superius sum. Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo!

Canes ſuper eum ſtatim latrabant, dicentes, Samaritanus es tu, & dæmonium habes, de quibus prophetauit Dauid, dicens. Pſalm. 21. Circumdederunt me canes multi. Conſilium malignantium obſedit me, & q̃ fecerunt tunc capiti, in uiridi ligno, & modo faciunt in arido, ſcilicet Chriſti membris, quorum quilibet dicere poteſt, illud Pſal. 37. Detrahebant mihi quoniam ſequebar bonitatem, quia ad literam, ſi ſequi uellet mores malorum, cum quibus cõuerſatur, & detrahere detrahentibus, reputaretur bonus ſocius, & non ei detraherent. Si uero noluerit, reputant ſeipſos ques, & ipſum lupum. Vnde & dicere ſolent, lupus eſt in fabula. Oues vero ille ad ouile pertinẽt. De quo in Pſal. 48. Sicut oues in inferno poſiti ſunt: lupus vero ab eis ſic æſtimatus, ſicut fidelis à fure, latro uocatur ad ouile, & oues in die iudicij ad dexteram ponendæ ſunt. Matth. 25. Nota. l. 10.

10 ¶ Et tamen, qui fuit ouis ſana, antequam ad talem ſocietatem ueniret, quandoque in lupum, & ouem ſcabioſam conuertitur, antequam ab eis recedat, quod aliquando uiſum eſt, quòd contra conſcientiam faciunt, ne inſociales reputentur, cum detrahentibus detrahunt. Et ſic à morbidis ouibus rabiem contrahunt, & à cane furioſo morſus in rabiem vertitur, quando cum peruerſo peruertitur. Siquidem hec dicitur eſſe in natura canis furioſi, quòd quandoque currrunt ore aperto, & ſpuma venenoſum de ore emittunt ſuper omnes, ſed nunc ſuper ſolem: nunc ſuper umbram latrant, & omnes canes, quos mordant, in rabiem conuertunt. Homines etiam quos mordent, periculoſe vulnerant. Sic in propoſito & patet. Sicut ergo ſocietatem canis furioſi omnes fugiunt, & foras fugant. Ita ſocietatem detractorum omnes fugiant. Et ſicut Deus in ſocietate ei domo ſua omnes fugabit, dicens illud. Apoca. 22. Foris canes, & uenefici. Ita boni eos de ſua ſocietate expellere deberent, vel ſaltem ſilentium eis imponere, uel ſicut abhominationem, eos fugere, quia abhominatio hominum ſuppl̃e bonorum detractor. Prouerb. 24.

Canis furioſi natura.

¶ Quia ſicut homines tranſeuntes per loca fœtida, & abhominabilia, ſicut etiam loquens cum habente anhelitum fœtidum, uel cum leproſo, uel naſum obturat, uel faciem auertit, ne inficiatur. Ita boni detractoribus auditum auertere uel obturare debent, vel ſaltem abhominationem animam inficientem fugare, & ſpiritus ſancti præceptum tenere. Prouerb. 4. Remoue (inquit) à te os prauum, & detrahentia procul ſint à te, & Eccle. 28. Sæpe aures tuas ſpinis, id eſt, duris reſponſionibus, & noli audire linguam nequam. Sed fac, ſicut fecit Dauid, qui ait, detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Iſtud facere nos admonet Auguſti. de doctrina Chriſtiana, dicens. O miles Chriſti ſæpi aures tuas ſpinis, ut ille, qui importune intrare uiſus fuerit, non ſolum reprimatur, ſed etiam expugnetur, repelle eum à te, dicens, Chriſtianus ſum, & Chriſtianus es, noli mihi iſta dicere, noli ad me accedere. Hæc ille. 11

¶ Si ſic feceris, habebis ſemper lapidem tecum precioſum, qui uenenum à te repellet, ad modum dominorum, qui timẽtes uenenari habent (ut fertur) ſuper menſam lapidem precioſum, qui præſudat ad præſentiam veneni. Sic lingua iuſti ſudore deuotionis in effectu, expulſionis detractionis, ſe lapidem oſtendat eſſe precioſum. Talem lapidem habuit in menſa ſua beatus Auguſti. In cuius mita ſcribitur, quòd contra venenum detractionis hos uerſus in menſa ſcriptos habuit. Quiſquis amat, dictis abſentum rodere vitam. Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi. Vnde quando oblocutionem audiuit, dicere ſolebat, uel quòd tacerent, uel illos verſus de menſa ſua delerent. 12 Exemplum.

¶ Huius exemplo diſcant prelati, & domini, & omnes alij detractores compeſcere, quòd dicere poſſent cum propheta

pheta Dauid. Psalm. 34. Erubescant qui loquuntur mihi mala. Aliter eis consentiunt, & participes fiunt detractionis. Vnde beatus Gregorius super illud. Prouer. 25. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. Si (inquit) hilari vultu detractorem audieris, tu illi fomitem das detrahendi, si uero tristi, eum dissipas, quia discit non libenter dicere, quod dicit non libenter audiri. Ad idem Hieron. in epistola ad Nepotianum, non minus auribus, quàm lingua, detractionem fugias. Nam detractor dum te uidet, non libenter audire, non facile potest detrahere, nemo quippe libenter inuito auditore refert. 6. q. 1. ex merito.

¶ Idem ad rusticum monachum. Sicut sagitta si mittatur cõtra duram materiam, nonnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerat, vulnerare uolentem, seu vulnerantem. Ita detractor, cum tristem faciem uiderit audientis, immo non audientis, sed obturãtis aures suas, ne audiat sanguinem, continuo mutescit, pallet virtus, hærent labia, lingua siccatur. Ideo Salomon admonet, dicens. Noli esse in conuiuio potatorum, neque comedas cum his, qui carnes ad vescendum conferunt. Istam autoritatem ad prædictum intellectum exponit beatus Grego. 14. Moral.

13 Gracul⁹ ¶ Sexto detractores in curia diaboli sunt sicut graculus in cauea, qui omnium animalium voces fingit, & semper garrit, & ideo nunquam fiet de aui illa bonus religiosus. Ita detractor omnium uoces fingit. Sicut patet supra. eod. cap. 5. Et in angulo ociosus sedens, & de alieno labore plusquam de suo, sicut auis in cauea, & burdo in domo apum uiuens, uermis maledictus, flores in orto dominico corrodit, omnibus obloquitur, omnibus detrahit, de factis omnium disputat, nec mirum, quia secundùm Hieronymum super Oseæ. Nil tam facile, quàm ociosum, & dormientem, de aliorum labore & uigilijs disputare.

14 ¶ Septimo, sunt confessores in curia diaboli, aliena peccata, & non propria confitentes. Sicut patet. C. 6. 66. Et in talibus, qui sic aliena confitentur peccata, optime uerificatur illud. Rom. 11. Cęcitas ex parte cõtingit in Israel, quia in parte illa, in qua deberent proprios intueri, & confiteri defectus, cęci sunt, & sic omnis detractor monoculus est, sicut polifemus, de quo habetur C. 16. 5. Eodem enim puluere detractionis, quo nituntur alios deturpare, seipsos excęcant, sicut patet ex verbis beati Gregorij in Moralibus, quæ habentur 11. quæst. 4. inter illa verba. Quid (inquit) aliud detrahentes faciunt, nisi in puluerem sufflant, & in oculos suos terram excitant, ut, unde plus detractiones, perflant, inde magis nihil veritatis uideant.

¶ Ad hoc enim quòd confessorum obtineant in curia diaboli locum, oportet, quòd sic ad minus oculo dextero priuentur, quia Naas ammonites. 1. Regum 11. Ministros tales non vult nisi sint priuati dextero oculo, quo defectus 15
proprios uidere deberẽt, sed bene vult, ꝙ habeant sinistrum, quo aliorum peccata confiteantur, sed dum sic credant alienum reuelare malum, plus malum Exem-
reuelant, & confitentur proprium, plum.
quia, sicut ex defectu in foliis arguitur defectus in radice propria, & non aliena. Ita ex defectu in dictis detractionibus, arguitur defectus in corde loquentis, quia ex abundantia cordis os loquitur, & non in corde illius, de quo loquitur. Vnde Seneca de remedijs fortunarum. Mala de te loquuntur homines; Respondet, sed mali: quasi diceret, in hoc malum proprium, & nõ meum ostendunt, & ideo minus curo.

Vnde cum aliquis de alio dicit, quòd Nota.
est malus, posset conuenienter ei responderi. Ettu ex illis es, nam loquela tua manifestum te facit, quia dum alium temeratiæ iudicas, talem te esse ostendis, iuxta illud Canonicum. Criminosus cum sententiam in alterius crimen profert: seipsum condemnat. 11. quæst. 3. plerunque. Si ergo ista

officia in curia, & ciuitate diaboli fugere vultis, Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Iaco. 4. Nota. L. 5. 14.

Ar. 4. ¶Nolite (inquit) detrahere, rationabile præceptum & nobis valde utile, nō ſolum, ut prædictam fugiamus officij detractorum abiectionem, ſed vt eorūdem nimiam fugiamus crudelitatem, quæ culpam conſequitur detractorum. Illorum enim crudelitas omnium animorum peruerſitatem, & omnium, ſiue uolatilium, ſiue quadrupedū, omniumque latronum, & homicidarum, necnō dæmonum, & inferni excellit crude-
16 litatem, ſicut per ordinem patebit. Primum patet, quòd omnium animorum excellit peruerſitatem, quia communiter gladius materialis, uel lancea, uel ſagitta non occidit, niſi vnum uno ictu, non occidit etiam, niſi corpus, poteſt etiam de uagina ſua exire, quantumcunque ſit acutus, abſque hoc, quòd vaginam ſuam ſcindat: linguæ vero detractorum, (de quibus in Pſalm. 56. Dētes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus) gladio vel lancea maioris ſunt crudelitatis, quia lingua detractoris, quantū in eo eſt, tres ſimul occidit, ſcilicet, loquentem, & audientem, & illum, de quo loquitur. Bernar. Nunquid non uipera, eſt lingua detractorum? nunquid non lancea, immo acutiſſima, quæ tres ſimul occidit, & non ſolum tres, ſed multos, vbi multis detrahit, uel ubi multi ſunt auditores, & non ſolum corpora, ſed (quod precioſius eſt) famam, & animā vulnerat. Vnde Caſſiodorus ſuper illud. Pſ. 3. Dentes peccatorū cōtriuiſti. Dentes (inquit) dicti ſunt à demendo. Ideo pulchre linguæ detrahentiū dentes uocātur, qa ſicut illi ciborū partes demūt. Ita iſti opiniones hominū corrodunt.

¶Sagitta etiam non vulnerat ad maximam diſtantiam, hęc autem vulnerat ad mille milliaria. Recte ergo dicitur. Hierem. 9. Extenderunt linguam ſuam quaſi arcum ad maximam diſtantiam, ſupple, ſagittam detractionis emittentem, de qua, ibidem. Sagitta vulnerans lingua eorum. Iterum hic gladius, uel ſagitta detractionis nunquam de uagina, uel pharetra ſua exit ſine vaginæ deſtructione. Verbum enim detractionis, antequam dicatur, eſt quodammodo in corde detrahentis, ſicut gladius in uagina. Hanc autem, mortale peccato dum extrahitur, ſcindit & corrumpit. Quod pulchrę oſtendit. Pſalm. 36. vbi ait. Gladium euaginauerunt peccatores, ut trucidant rectos corde. Hæc eſt enim intentio illorum, alijs nocere, ſed tamen ſeipſos prius accidunt. Et hoc eſt, quod ſequitur. Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur.

¶Secundo, etiam patet, quòd om- 17
nium uolatilium excedunt crudelitatem. Inter omnia enim volatilia, Cu- Cucul⁹.
culus uidetur eſſe maioris crudelitatis, quia auem (ut dicitur) quæ eum nutriuit, & fouit, in fine deuorat, uitam auferendo corporalem. Detractores vero ingrati iſtos excędunt, quia nutrices animarum, id eſt, prælatos, prędicatores, & correctores lacerare non ceſſant, famam bonam auferendo, quæ melior eſt, quàm vita auicule occiſæ. Hoc autem faciunt diabolo ſuadente, qui ſemper nititur facere diſcordiam inter principes exercitus, Dei, & exercitum. Vnde Pius Papa. 6. queſt. 1. ſunt plurimi §. uerum hac. Manifeſtum eſt (inquit) diabolum cordibus fidelium ſuadere, ut doctoribus, atque paſtoribus ſuis detractiones irrogent. Et cauſa tentationis eſt, quia maximum ex hoc ſequitur periculum. Sicut pulchre patet. B. 2. 3. Et hoc eſt, quòd ſequitur in canone allegato. Peius enim malum fore non eſtimo, quam Chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotibus. Gloſa, per inuidiam detrahere, & infamare.

¶Cauſa uero talis detractionis patet. C. 11. 13. & 14. Quia uidelicet, informant ſubditos aliqua dimitterre, quæ diligunt, & illa uituperant. Ideo in illos impingunt, credentes per hoc aliqualiter in peccato ſuo excuſari, ſicut patet ibidem 14. Et ſicut equus

tactus

ctus in loco ſirmo recalcitrat. Ita iſti recalcitrãt detrahendo. De quibus Iob 6 Detrax iſtis ſermonib⁹ ueritatis. Qui ergo prædicanti contra uitia, & nolenti vitia corrigere detrahit, ſeipsũ culpabilẽ reddit, quia ſicut lapis ꝓiectus inter multos illum ſolum clamare facit, ſuper quem cadit. Ita uerbum veritatis. Vnde Hieronymus. Sermo meus neminẽ capit, ſed qui iraſcitur ex ſermone meo, ille dicit ſe eſſe, contra quẽ loquor. Quia ille oſtendit in clamore detractionis, ꝙ lapis uerbi Dei, cum tetigit, qui contra uitioſos proiectus fuit. Si enim uitioſus non fuiſſet, ſermo cõtra uitioſos prolatus, non fuit cõtra eũ: nec eum tetigit. Si uerò eum non tetigit quare clamat? clamor ergo oſtendit eum uitioſum. Tales ergo, & crudeles ſunt, & malos ſe eſſe oſtendũt. Ad vtrũque uerò uitandum, non eſt ſacerdotibus, qui populo benedicunt detrahendum. 8. quæſt. 1. ſacerdotes. 18

¶Tertio detractor quadrupedũ excedit feritatem, inter quæ maioris uidentur eſſe crudelitatis leo, & urſus. Iſta eñ animalia quando de crudelitate, uel feritate in ſacra ſcriptura fit mentio, frequentius *in exemplum adducuntur.*

¶*Primo uerò leonem excedunt feritatem, quia leones aliquibus parcũt. Sicut patet. C. 16. 18. Sicut* etiam patet in Danielis libro. Vbi Daniel bis legitur fuiſſe poſitus ĩ lacu leonẽ, & sẽper ei pepercerũt, malos uerò ſtatim deuorã pueruũt. Iſti uerò ꝫcio mõ nulliareũt, & potiꝰ ĩ bonos deſæuiũt, ſicut patet. ſ. e. c. 9.

¶Secundo quia leo, licet alia animalia prędetur, leonem, qui eſt eiuſdem ſecum natura, non prædatur, nec deuorat, nec etiam carnem leonis mortui, vt dicit, comedit. Iſti uerò homines eiuſdem ſecum naturæ detractionibus ſuis comedunt, cũ intinctu odij, & inuidię.

Exemplum. ¶Vnde quidam Iudæus requiſitus à quodam Chriſtiano, cumque moreto ipſi comederunt Iacob, cum omnia ad litteram, intelligant, & in Pſal. 78. Scriptum ſit. Comederunt Iacob. Cõueniẽter reſpondit, cum ſalſa, cum qua tu comedis prælatum tuum: Leonibus uerò in hoc ſimiles ſunt, ꝙ carnes comedũt crudas. Sed Deus conteret dentes eorũ, molas leonum confringet, &c.

¶Secũdo, crudelior eſt vrſo, quia vrſus, ut dicitur, hominem mortuum nõ inuadit, detractores uerò nec mortuis parcunt, ꝙ uidetur eſſe magna crudelitas, qa crudelis homicida eſt, q frigidũ, & mortuũ, iterũ vulnerat, & magna puerſitas eſt homini ĩ tam miſero ſtã, & inter tot aduerſarios non cõpati, & pro ipſo potius orare. Hæc autem peruerſitas oſtenditur in parte, per hoc, qđ ſcribitur in geſtis beati Gregorij. De quodam propoſito monaſterij ſui, iacente quaſi mortuo. Cui fratres detrahebant, qui cito loquelam recuperans, eos admonuit, ꝙ nunquàm morienti detraherent aſſerens ante tribunal Dei dęmones accuſatores, & modium, & ſextarium, menſuram, atq; conſuetudinem eleemoſynarum, & luminum, quæ diminuit, ex vna parte contra ſe ſtare, vos autem ex alia cum detractionibus veſtris, quaſi me accuſantes, & neſciui, cui parti prius reſpondere potui. 19 Exemplum.

¶Iſti uerò detractores mortuos (vt dictum eſt) comedentes non ſolum feritatem excellunt vrſorum, ſed apertè contra legem Dei committunt. Leuiti. 7. Vbi prohibentur ſub pœna mortis, immunda, & capta à beſtijs comedere. Cadauer immũdũ eſt, cadauer mortuũ. Captus uerò à beſtijs eſt, q mortali peccato à dęmonibus capitur, hos comedere, iſtis detrahere eſt. Qui ergo ſic iſta comedit, ad pœnã mortis ęternę, ibi taxatam ſe obligatum inuenit. Quando diſperdet dominus vniuerſa labia dolоza, & linguam magniloquam.

¶Quarto detractor crudelior, & periculoſioris cõditionis eſt latrone, & homicida, quia fur aufert exteriora bona, mala aut lingua famã, & pacẽ cordium interamicos, & vicinos aufert. Iuxta illud Eccleſiaſtici. 28. Subſurro, & bilinguis maledictus erit, multos enim turbauit pacem habentes, ille vnum ſpoliat, uel occidit, iſte multos. 20

Ille

Ille de ꝓpinquo ſolũ, iſte de ꝓpinquo, & lõginquo. Ille incarcerari ꝑt. Et ſic à furto, & homicidio impediri, lingua, & ſi incarceretur, à detractione tamẽ impediri non poteſt, quin etiam cum miniſtro detrahere, & ſeminare diſcordias poſſit. Et ſic patet, quòd linguam nullus hominum domare poteſt. Iacob. 3. Propter iſtas, & alias cauſas, quidã magnus prælatus dicere ſolebat, ꝙ mallet duos latrones in grege ſuo habere, quàm vnũ bilinguem: His concordat Canõ dicens, quòd deteriores ſunt, qui detrahẽdo aliorum uitam, moresq; corrumpũt his, qui ſubſtantiam diripiunt. 6. q. 1. deteriores.

21 ¶ Quinto detractores peiores, & crudeliores ſunt dæmonibus, & inferno. Quia iſti peccata nõ puniunt correcta, nec etiam ultra condignum, nec etiam bonum uirum puniunt: Detractores uerò peccata recitant correcta, & ſic de alijs: Patet ergo, quòd detractor peior eſt omni beſtia, propter cauſas ſuperius aſſignatas: Et quia beſtia intantum ſaturari poteſt, quòd comedere ceſſat, ſed iſti optimo cibo pleni, carnes crudas adhuc famelici deuorant, peior etiã latrone, & peior inferno, & diabolo. Et ſic concluditur, quòd ſumma iniquitas eſt detrahere, quia omnis, qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt. 6 q. 1. ſumma. Et de pẽ. diſt. 1. homicidiorum.

Arti. 5. ¶Sed ne tantum ſcelus appareat, detractionis malitiam ſub ſpecie quãdoque abſcondunt compaſſionis, & commendationis: Commendãtes eum primo in aliquibus generalibus, ſuperficialiter bono tranſeundo. Præmiſſo ue-

22 rò ſic falſo præambulo, quaſi eum, de quo loquitur, diligeret, ne, quaſi inimicus eius, uerba ſequentia loqui uideatur. Ad propoſitum ſuum deſcẽdit: mala natrabo per modum tamen compaſſionis, heu, & alia ſuſpiria mendaciter interponendo, pro eo, ut me diligerent, detrahebant mihi. In Pſal. 108. De iſtis Ber. ſuper can. ſermone 24. Detractores (inquit) quodam ſimulatæ uerecundiæ furore conceptã oſtendunt malitiam timeas à detractore, alta premitti ſuſpiria, fieq; cum quadam grauitate, & vultu meſto, demiſſis ſupercilijs, & uoce plangenti, maledictionem aggredi. Et quidem tanto perſuaſibiliore, quanto ab his, qui audiunt, magis condolentis affectu proferri eſtimant, dolco, (inquit) uehementer, eo quòd ſatis eum diligo, ſed nunquàm cum de hac re corrigere potui, & alias mihi q-dem benè compertum fuerat iſtud de eo, ſed per me nunquàm innotuiſſet. At quoniam per alterum res patefacta eſt, ueritatem negare non poſſunt, reuera ita eſt: hæc ille.

¶In hoc innuit Bernar. præter caliditatem, quàm prętendunt dilectionis, & correctionis, vnam aliam, uidelicet, longam expectationem, quaſi pœnam eius non ſitirent, in hoc, quòd diſtulerunt patefacere, ſed tamẽ expectat diutius, ut aptius expectet tempus nocendi. Vnde Hugo de ſãcto Victore ſuper librum pſalmorum. Congregat minima paulatim, ut plus longum ſilẽtium cuncta ſimul obiecta plus noceant, quę minus opinionem læderent, ſi per ſe ſigna prolata fuiſſent. Iſta autem omnia ſi poſſunt, occulte faciunt, ut cui nocere uolũt, damnum ſentiat, ſed per quẽ, neſciat: ſicut patet. C. 11. 26.

¶Licet ergo ex quotidiano uſu, mul- Arti. 6.
tis detractio parua uideatur culpa, tamẽ eius crudelitas, de qua eſt articul' quartus, & eius mendacium, & duplicitas iſtius culpæ oſtendunt grauitatem, nec excuſat detrahendi conſuetudo, quia ſi quis conſuetudinem haberet eccleſias 23
comburendi, uel homines occidendi, per hoc culpa aggrauaretur. Sed detractor templum Dei incendit, ſicut patet. D. 43. Spiritualiter etiam occidit. Iuxta illa, nemo putet minus periculum eſſe alicui detrahendo mentiri, quàm ſanguinem fundere. 11. q. 3. nemo peritorum. Nota. N. 4. 10.

¶Cum uerò pœna culpæ iuſtè ſuccedat, huic articulo articulus de pœna ſuccedere iuſtè poſſet. Sed tamen ex ſuperabundanti, illorum reſponſiones, & Arti. 7.

excuſa-

excusationes prius audiendæ sunt, in quibus si deficiãt, poena illorum in his scriptis statim inferenda est.

24 ¶Dicunt ergo detractores, nõ detraho, quia uerum dico, sed deficiunt, quia uerum nõ omni loco, uel tempore, uel personę dicendum est. Sed tantum illis, qui possunt prodesse, & non obesse, & cum intentione bona, & non ex odio. Verum est forte, quòd ille, qui sic loquitur, est in peccato. Et tamen si sit sapiens, illud non renelat, nisi in con essione, & uix tunc illi, qui potest prodesse. Si uerò omne uerum sit dicendum cum ita uerum sit, te esse in peccato, sicut illum, cui detrahis, & si non in eodem, quare peccatum tuum sicut suum, non ostendis? Si uerò nolles tuum reuelari, nec deberes illius peccatum reuelare. Cum hoc sibi facere teneris, qđ tibi fieri uelles, considerans, quò si non idem, maius tamen de teipso dici forte posset peccatum, & si non idem de te modo forte dicere poterit, expecta paulisper, & ex permissione Dei, & tẽtatione diaboli, quia fratris defectui non cõpateris, sicut membrum membro, sed magis inuidendo, & teipsum, quòd melior sis, extollendo, forte idem, uel grauius de te cito dicetur: Et iuste quidẽ, vt humilieris. Hanc considerationem

25 sanctos partes ad compassionis meritũ adduxisse, manifestum est ex vj. Pa. Vbi quidam senex uidens alium peccare, flenisse legitur, dicens, ipse hodie, ego cras. Alius etiam ibidem, cum quidam

Exemplum. alium iudicaret, resurrexit, & saccum plenum, arena super se posuit, ita quòd magna pars arenæ fuit retro, & parua ante, & alijs causam facti, quærentibus. Respondit, ego habeo saccum plenum peccatorum propriorum, quæ ignoro, vel non considero, & paruum peccatũ istius, quod ante me est, uideo, quomodo, ergo possum illum iudicare, cũ mea sint plura? quasi diceret, sic est de quolibet uestrũ, qui habetis multa propria, quæ non consideratis, nec uidetis trabem in oculo proprio, & festucam in oculo alterius videtis. Nota. I. 10. 18.

¶Nec potes eum ita certitudinaliter iudicare.

¶Et ponatur, q̃ certũ sit, eum in tali esse peccato, certum est etiam, q̃ qui præcepit illum nõ committere tale peccatum, præcepit te non iudicare. Ioan. 7. 26

¶Alj dicunt, malus est, nõ possumus de eo bona dicere, hoc non est aliud, nisi, quia ipse est malus peccando. Ideo tu malus uis esse detrahendo. Et ideo domum tuam accendere uis, quia ipse suam accendit.

¶Alij se recusant, q̃ ratione societatis detrahunt, sed uideant, si hac ratione uellent lepram intrare corporalem. Alij uerò dicunt, q̃ ludentes sic loquũtur, sed ludus illorum est, sicut ludus vulpis cum lepore, ad eius interfectionem, sic in proposito ad alterius est, ludus iste diffamationem.

¶Alij dicunt, narramus, quod audimus. Ideo non peccamus. Sed q̃ ista excusatio non ualeat, patet exemplo, & auctoritate.

¶Exemplum ad hoc de illo, qui domum proximi igne impositio accendit. Et de illo, qui ignẽ persuat, ut amplius ardeat. Et de illo, qui hilariter & de igne applaudes, se ibi calefacit. Non est aliquis, quin dicat omnes tres istos coram Deo culpabiles. Ita qui ignem diffamationis primo accendit, & qui illum dilatet ad illos, qui prius nescierunt, uel mala intentione ad illos, qui sciuerunt, sicut patet supra c. c. 2. Et qui libenter talia audiunt, sicut patebit infra c. eo. arti. 11. Omnes sunt culpabiles ante Deum. Auctoritas est ad hoc iuris ciuilis, quia agi potest ad pœnam capitis, tam contra illum, qui fecit libellum famosum in rithmis, cãtilenis, uel scriptis, & huiusmodi, quàm contra illum, qui inuenit, & corrupit, uel combussit, uel inuẽtum reuelauit. C. de famosum. libel. l. vnica. lib. 9. Idem probatur iuris canonici authoritate. 5. q. 1. Si quis famosum libellum.

¶In qua authoritate patet in parte octauum principale uidelicet detractorum pœna, cum enim illam pœnam incurrant, Arti. 8.

incurrãt, qui libellum famosum, vt dictum est, conficiunt, inueniunt, uel re-
27 uelant, & inter libellum famosum, & narrationẽ detractoriã, nulla sit differentia, nisi sicut inter scriptum, & non scriptum, uel inter scriptum, & ore prolatum, cum in vtroque eadem sit sententia, non videtur causa, uel ratio, quare etiam detractores eandem pœnam incurrere non debeant, simul cum auctoribus & reuelatoribus. Sed à detractorum pœna, tanquàm à principaliori incipiendum est. Talibus enim duplicem pœnam imprecatur. Hiere. 17. duplici (inquit) contritione contere eos, scilicet terrena, & æterna. Terrena adhuc duplici, videlicet, interiori, qua prius percutiuntur, quia detractio ortũ habet ex inuidia, quæ non est sine pœna Detractatores enim sunt babilonij, qui prius ab igne proprio comburuntur, & socij Danielis, quibus detrahũt, euadũt. Sunt propinatores ueneni, qui prius seipsos occidũt, quia prius nescientes bibunt, quod alijs propinant, sicut patet in secũdo dialogorum beati Gregorij, de illo, qui cuidam bono uiro venenum misit, quod cum ipse biberet alius, qui misit, eodem momẽto moriebatur, & ille, qui bibit, nullum malum sensit. Sic inuidiat, & detractione, illi, qui malum alijs propinant, hic, uel in futuro illud amare bibent. Nota ad hoc legem satis congruam. A. 14. 56. Et ille, cui propiatur, euadet, sicut patet per legem. I. 6. 2 5. cum sequentibus.

28 ¶ Et exteriori duplici, uidelicet, infamię, sicut patet. 6. q. 1. Deteriores, vbi ad literam, detractores, dicit Canoni, q; iuste infames sunt, & merito ab ecclesia extorres Iuste quidẽ, quia iustũ videtur, q; qui alios infamare uellet, ipse infamis sit, vt sic conuertatur, dolor eius in caput eius. In Psal. 7.

¶ Excommunicatione: sicut patet ex consilio Oronjensi, in quo statutũ perpetuum excommunicat omnes illos, q; gratia lucri, odij, vel fauoris, uel aliaquacunque, de causa, alicui nõ infamato, apud bonos & graues crimen imponunt, ut sic eis saltem purgatio indicetur, uel alio modo grauetur: Istam pœnam timeant, qui detractione, uel accusatione, uel ꝓcuratione faciunt alios modo indebito citari, uel taxari, eis imponentes, quæ non fecerunt, uidelicet, crimina, uel iniurias, seu debita, q; nõ contraxerunt, uel qui alios uexant ad probandum fidem, vel matrimonium, uel cõtractum, uel huiusmodi, quæ nõ contraxerunt. In omnibus talibus authore, vel accusatore, vnum affirmante, & alio negante, negans diffamatur ad minus apud eos, qui plus accusatori credunt. quàm ipsi, & si nullus plus ei credat, saltem quantum in eo est facit, quod credant. Et sic diffamat, & illud, quod est optimum ĩ homine, aufert videlicet bonũ nomẽ. Ecclesiastici. 41. Cura habe de bono nomine, hoc enim plus permanebit tibi, quàm mille thesauri magni, & precioſi: Et ideo deleantur ipsi de libro uiuentium: & cum iustis non scribantur. In Psal. 68.

¶ In quo notatur secunda pœna de- 29
tractorum: uidelicet æterna, nec mirũ, quia si quis furatur bouem, uel equum, uel aliam rem precioſam, meretur suspendium: plus uidetur illud mereri, qui rem furatur precioſiorem, uidelicet bonum nomen, quod, ut dictum est, plus ualet precioſo thesauro. Et si talem pœnam hic euadãtia iusto iudice Deo patibulum non euadunt inferni, quod ideo plus timendum est, quia raro pœna debita in tales detractores in hoc seculo exercetur.

¶ Lex enim dicit, ꝙ laceratores, & detractores, & accusatores famulorũ Dei, damnantur in baratrum, & nisi se correxerint, uindicibus flammis exuruntur. 2. quæst. 7. accusatio. Iste autem pœnæ eo plus apud iustum iudicem timẽdæ sunt, quo minus hic infliguntur, & quia à iusto iudice pœna communiter infligitur, ut in parte, & modo, quo plus peccauit, plus affligatur. Ideo iustũ videtur, ꝙ tales in lingua plus affligantur, quia illam corporis partẽ plus peccato assimilescũt, hoc pulchrę ostendebatur

tur in quadam hyſtoria (licet apocrypha) tamen rationi conſona. De quodam, qui poſt mortem, ut fertur, uicino ſuo ſe oſtendit cum lingua longa ardente, & quaſi ad terram pendente, quàm dentibus continue manducabat, & requiſitus qualiter ſibi eſſet, reſpondit, ſe eſſe damnatum. Et requiſitus cauſam, reſpõdit, hæc pœna cauſam oſtendit. In lingua peccaui alios comedendo. Ideo ſic ſemper linguam, cum qua alios comẽdi, ſic manducabo. Apo. 16. Commãducauerunt linguas ſuas præ dolore, & blaſphemauerunt Deum cœli præ doloribus, & vulneribus ſuis. Et ſic qui alicui rei detrahit, impoſterum ſe obligat. Prouerb. 13. Se obligat (inquit) ſupple, ad pœnas æternas (vt dictum eſt, quod ſignificatur Numeri. 13. Vbi dicitur, detraxeruntq; terræ quibus reſpõdit. Numeri Deꝰ 14. Nõ uidebũt terram pro qua iuraui patribus eorum, nec quiſquàm illorum, qui detraxit mihi, intuebitur eam: hanc duplicem detractorum pœnam concludit Deus. In Pſal. 108. dicens. Induantur, qui detrahunt mihi, ſupple, in capite, uel in membris, pudore, & operiantur, ſicut, dyploide, id eſt, duplici ueſte dupliei confuſione ſua. Et ſic patet, quod dum flatu oris detrahunt, nihil aliud faciũt, quàm quod Babyloni, Daniel. 3. proprio, flatu fornacem inflammantes, in qua poſtea comburendi ſunt. Nota. I. Arti. 9. 5. articu. 5.

Exemplum.

¶Ex quo etiam facto, nonus articulus elicitur, quia ſicut ij tres uiri in fornacẽ miſſi, à laude Dei propter hoc non ceſſabant. Et per hoc, quod de eis dicitur Daniel. 3. Tunc ij tres, quaſi ex vno ore laudabant, & glorificabant Deum, ita nec boni propter malos, qui fornacem inferni ſuis detractionibus, ſibi ipſis, & non alijs, ut vellent, incedũt à boni operis inceptione, vel ab inceptо ceſſare non debent.

Aquila. Cornix.

¶ Sicut Aquila non dimittit volatũ ſuum propter cornices, ſuper eam curſitantes, nec Luna curſum propter latratum canum, nec probus miles de equo ſuo cadit, uel in uia ſua impeditur propter modicum uentum, nec turris fortis ad omnem ictum lapidum, uel tonitrui deijcitur, licet talia loca alta, & fortia plures communiter ſuſtineant vulgarium, & lapidum inuaſiones. Ita nec bonus à bono opere ceſſet propter ictus, uel uentum detractionis, ſed patienter illorum uerba ſuſtineat cum propheta, detrahebant mihi, ego autem orabam in Pſalm. 108.

¶Quod ſi fecerit, *duplex conſequetur*, lucrum. Primum, quod ab ictibus illis non lædetur, quia ſicut res mobilis uelut palea, & fenum, & equorum fimus, ſuper turrim planam in caſtro poſita, ipſum à lapidum ictibus præſeruant indemnem, omniumque talium inſultum frangit impetus. Ita patientia præſeruat domum animę indemnem ab ictibus detractionis, & tribulationis cuiuſcunque. Et reſponſio mollis frangit iram Prouerbi. 15.

¶ Et non ſolum ſunt detractiones, & aduerſitates patienter ſuſtinendæ, quia à damno præſeruant, vt dictum eſt, ſed etiam quia in humilitatis virtute nos ſtabiliores reddit, ſicut patet. Articu. 16. 3. Et ſicut patet etiam ex decreto ſexta queſtione prima, oues. Ipſa (inquit) detractio, licet ſit ex vitio detrahentium, tamen ex iuſto Dei iudicio nonnunquàm aduerſus bonos excitatur, ut quos, uel domeſtica præſumptio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet. Nota. D. 9. 8.

¶ Ad idem ſexta quæſtione prima. Sunt plurimi. Et ſumitur iſtud decretum ex uerbis beati Gregorij. Sunt (inquit) plurimi, qui uitam bonorum fortaſſe amplius, quàm debent, laudant, & ne qua elatio de laude ſubrepat, permittit omnipotens malos in obtrectationem prorumpere, vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur.

¶ Ex iſtis auctoritatibus patet, quòd

lingua

lingua detractoris, quæ ab elatione mẽtem purgat, est quasi absterſorium, quo loca telis aranearum in nigredine, & pulueribus occupata, terguntur, quod furnum, & mentis cloacam mundat. qa
32 sicut in omnibus illis loca illa per talia inſtrumẽta mundiora reddũtur, ita per linguam detractorũ. de quibus Ezech. 22. Viri detractores fuerunt in te, q ſup ple, te mũdauerũt, & ſe ſordidauerunt.

¶Illis ergo, qui tot vtilitates confe runt, non eſt iraſcẽdum. Vnde Chryſoſtomus ſuper Ioannem. Homel. 83. Quia (inquit) ſi uerum dicit qui conuiciatur, corrigas te, ſi falſum, nihil ergo contra te loquitur, quare ergo iraſceris? quid ergo audientes dicere debemus, oſtẽdit ibidem. Homel. 84. dicens. Audientes (inquit) talia, dicamus, põ eſt ſeruus maior domino ſuo, qui huiuſmodi patienter ſuſtinuit. De illo uerò, qui propter huiuſmodi verba, uel tędia in melancoliam motus, opus bonum dimittit, & ſeipſum ira damnificat, benè prophetauit. Iob 20. dicens. Occidet eum lingua uiperę.

¶Detractor enim uipera eſt, quæ matrem diſcerpit, dum naſcitur, ut dicitur, ſic detractor, ſicut patet. eo. c. 17. Et ſicut
Vipera. vipera, uel animal uenenoſum non cõſimile animal, ſed potius diſſimile intoxicat, ſic detractores potius bonos, quàm malos lacerant, contra præceptũ domini. Exo. 22. Dijs non detrahes.

Art. 10. ¶Sed quia digni ſunt morte, non ſolum qui peccata faciunt, ſed qui facientibus conſentiunt Ro. 1. Dicto de culpa, & pœna detractorum, tunc oſtẽ
33 dere reſtat culpam, & pœnam auditorum, qui eis conſentiũt dupliciter. Vno modo, directè, quando eos inducunt ad detrahendum de factis, & malis aliorũ nimis diligenter inquirendo, uel alio quocunque modo, uel quia & placet peccatum detractionis audire. Alio modo indirecte, quando ſcilicet non reſiſtit, cum reſiſtere poſſet. Et ſicut non eſt innocens, qui fratrem à canum laceratione, uel latronum ſpoliatione, p poſſe non liberat. Ita nec talis, tamen in primo gradu grauius peccat, quia quãdo inducit animum ad detrahendum, vel peccandum, uel quando detractio ei placet propter odium eius, cui detrahitur, non minus peccat, quam detrahens, & quandoque magis. Vnde Bern. Detrahere, aut detrahentem audire, qd horum damnabilius ſit, non facile dixerim? Et ſic patet, q peccat mortaliter. In ſecũdo gradu, ſi nec uerbis, nec vultu triſti, ex quadam verecundia, uel timore mundano, uel negligentia detrahentem non repellit, quãdoque veniaIiter peccat, quandoque uerò poteſt eſſe mortale, ſicut patet per ſanctum Thomam, ſecunda ſecundæ. q. 73. Arti. 4. Videlicet, quando alicui incumbit ex officio, detrahentem redarguere, uel propter radicem, qua timor mũdanus, poteſt eſſe mortale, quilibet ergo taliũ dicere poteſt illud Pſal 30. Factus ſum tanquam vas perditum, quoniam audiui uituperationem. Nota de iſta materia. A. 26. 40. Ibi enim docetur, quomodo aures cuſtodiri debent. Nota. G. 2. 25.

¶Sed quid, ſi non poſſunt ſic cuſtodiri, quin detractiones aliquando audiant: certè audiat, ſed more Moyſi magis. i. detractoribus reſiſtat, eorumque periculum oſtendat, & deuoret uirga 34 Aaron. i. lingua auditorum virgam detractorum, id eſt, eam reprimat, & compeſcat, ſiquidem uirga Aaron deuorauit uirgam magorum. Exo. 7.

¶Detractores enim non immerito magis illis, & incantatoribus comparãtur, quia (ſicut dicit hiſtoria Scolaſtica, Magi oculos ſpectantium per præſtigiũ deludebant, ſic etiam faciunt incantatores moderni temporis, qui res, quæ in ueritate ſerpentes non ſunt, ſerpentes apparere faciunt. Ita detractores detractionibus ſuis faciunt viros bonos ſerpentinos apparere, & malos. Rectè talis incantator fuit, quidam magus de familia regis Henrici, ut fertur, eum ni- Exemtebatur ab affectione cuiuſdam ſanctæ plum. religionis auertere ſua detractione, in quaſi hoc modo. Vnus enim de illa religione regi notus, & familiaris ſeu quã-

dam

dam facta apoſtatauit muliere, q̃ cum ille magus ſciret, tempus optimum cõſiderans, quaſi lugens uenit iuxta Regẽ propter cauſam tactam: ſupra, co. c. 22. Cum uerò Rex cauſam quæreret triſtitiæ, finxit ſe nolle ei indicare, & quod non eſſet dicendum. Finaliter dixit, doleo caſum talis fratris, quare (inquit) Rex? & ille quaſi ſuſpirans à domine credidi bonum illum ordinem fuiſſe, & modo videtur contrarium, quare (inquit) Rex? cui ille, quaſi dolens, totum euomuit, dicẽs, talis de ordine illo apoſtatauit cũ mala muliere. Cui Rex, hoc fuit, quia malam mulierem in ordine habere nõ potuit, ſi enim hoc ei in ordine permiſſum fuiſſet, neq; aquã exiſſet, ut malam uoluntatem impleret, benedictus ergo talis ordo, qui non ſinit malos inter eos diu latere, ſed uel fugiunt, uel corriguntur, hoc enim quod narras, quaſi cõtra ordinem factum, ad ordinis eſt commendationẽ: Hoc enim factũ magis oſtendit, quod ſit in ſe ſincerus, & diligendus: multitudo plus arguit ordinis puritatem, quàm impuritatem, ſicut patet de ordine Angelorũ, quo nunquam fuit purior, nũquam tamen de aliquo tot apoſtatauerunt: Not. I. 10. 15. Et ſic Moyſes ille, id eſt, Rex magicis reſtitit incantationibus, quod ſi facerent detractorum auditores, adhuc ceſſarent tales facere illuſiones, id eſt, detractiones, dicẽtes illud, quod dixerũt magi tunc. Exo. 8. Digitus Dei eſt hic. Et hoc facere quilibet tenetur, non ſolum ex lege diuina (ut dictum eſt) ſed etiam ex lege mundana: Dicit enim lex, q̃ publicæ honeſtatis intereſt abſentes in omnibus defendi. ff. de procuratoribus. l. ſeruum, §. publicæ.

35 ¶Ex iſtis exemplis, & legibus cõcludit, q̃ ſicut unum membrum, uidelicet manus ab alio membro, & menſa, & diſco muſcam fugat, ita quilibet muſcam inferni. i. detractorem, qui ſicut muſca, quæ ſemper quærit ſcabioſa, & infirma, fugare deberet, & etiam à mẽſa & ſocietate ſua: Exemplo Auguſtini ſuper eod. c. 12. Muſcæ.

¶Sed, heu, omnes menſæ repletæ ſunt uomitu. Eſa. 28. Quia communiter omnes libentius abhominabilia, & detractibilia in menſis ſuis, quàm ædificatoria, & plus peſſimis detrahẽtibus, quàm optimis prædicantibus credunt: uerbi gratia. Ponat, quòd peſſimus leccator ordinis ſui correctionem ad ſeculum fugiens, de ſtatu illo, quem male tenuit, male narrat, non quia ſtatus malus ſit, ſed quia ipſe in ſtatu illo male ſe habuit. Plus ei creditur, plusq; ei fauent, & compatiuntur, quàm cæteris in religione remanentibus. & non ſolũ in hoc caſu, ſed quaſi generaliter ſ omnibus libentius auditur, quia mala loquitur de Papa Rege, uel quocunque alio, quàm qui bona loquitur. Et plus ei creditur. Cuius uidetur eſſe cauſa, quia malus facilius ſuſpiçatur, malum, quàm bonum. Ex conditione propria, facilius credit alios conditiones habere conſimiles. Ideo luxurioſus communiter nullum ſuſpicatur caſtũ, nec auarus aliquem ſuſpicatur, niſi talẽ. Vnde etiam, quando de tali crimine arguuntur, reſpondent, omnes ſumus tales. Cum ergo illi, quibus detractores mala narrant, ſint mali, facilius mala credunt, & etiam malis, quàm bona, uel bonis. Et tamen hoc credendo, reddunt ſe de malo ſuſpectos.

¶Alia cauſa eſt exterinſeca, quia quãdoque tales audiendo plus lucrantur. Ideo libentius audiuntur. Verbi gratia, uenit unus miniſter ad dominum ſuũ, & dicet, domine talis fecit pro uobis. Reſpondit leuiter, benedicatur, uel bene habeat. Venit alius, & dicet, domine talis fecit uobis talẽ iniuriam, illud non ponderabit leuiter, ſed ad ultimũ quadrantem, & ultra, quia ibi ſequitur lucrum, & ideo cum maiori pondere audiunt maleficia, quàm beneficia, & detractores, quàm oratores, contra præceptum domini. Prouer. 24. Cum detractoribus ne commiſceris: quia ruinam utriuſque quis nouit?

¶In quo notatur undecimum principale, uidelicet auditorum pœna. Ruinam,

nam (inquit) vtriusq;. Ecce simul in rui
na ponuntur, quia simul peccauerunt.
Et iuste quidem, quia vnus fœda cibaria super mensam apposuit, & alius hi-
56 larem vultum ostendēs, falsa ministrauit, vnus excoriauit, & alius pedem tenuit. Vnus diabolum habuit in ore, & alius in aure; vnum diabolus ad infernum portabit lingua, alium aure; ruinam vtriusque ergo nouit lex, quæ dicit & consentientes, & agentes pari pœna puniendi sunt. 17.q.4.omnes.

¶Sicut ergo detractoribus duplex debetur pœna, sicut patet supra.e.c.17. Ita & istis, videlicet, temporalis: quia sicut ipse audit alijs detrahētes, Iusto Dei iudicio alij audiant ei detrahentes, ut mo
Exem- do, quo peccauit, puniatur: Aeterna ēt,
plum. quod ostensum est in quadam hystoria, qua fertur, & quidam post mortem suā cuidam apparens dixit, se multum affligit fœtore cuiusdam detractoris, quem viuum frequenter audire solebat; & iuste quidem, ut qui prius ei consensit, volēs, postmodum cum eodem affligeretur inuitus. Ad istud propositum nota iura supra. e. c. 16. Caueat igitur vnusquisque, ne linguam, aut aures habeat prurientes. i. ne alijs ipse detrahat, aut alios detrahentes audiat. 6. quæst. 1. ex merito.

Ar. 12. ¶Sed sicut ex eodem serpente sit venenum mortiferunt: & tiriaca veneni sanatiua, & expulsiua: Ita ex eadem lingua, de qua uenenum propinatur detractionis, & diffamationis, debet fieri tiriaca reuocationis, & famæ ablatæ restitutionis; & non solum ad hoc tenetur
37 principalis actor, scilicet detractor, vel diffamator, sed etiam consentiēs auditor; qui vel consentit, uel non restitit, quando debuit, sicut in quacunque restitutiōe alterius rei, per modum notatum. In his uersibus. Iussio consilium
Versus. consensus palpo recursus. Participans mutus non obstans non manifestans. Quorum expositio, seu declaratio habetur in summa confessi. 2. tit. 5. q. 65. Quæro ergo quando, & quantum. Si etiam uerum sit, quod dicit præter ordinem tamen, ad locum iustitiæ, tenetur ad famæ restitutionem, quantum possibile est sine mendacio: In omnibus ēt istis detractionibus, & diffamationibus non solum tenetur ad restitutionem famæ, sed etiam ad recompensationem damni, quod ex tali infamia sequutum est per se, vel per interpositam personā; & tamen de bonorum extrinsecorum aliquando, licet raro, de famę vero restitutione vix auditum est. Cum ergo multi detrahant, & diffament, & pauci, uel nulli ut satisfaciant; non uidetur dubium, quomodo multi propter hoc peccatum periclitentur; quia infirmitas, quæ minus curatur, quia minus percipitur, plures occidit, & perdit cum illo, de quo dicitur Esa. 14. In infernum detraheris.

¶Vtinam Deus tales ad illarum, & aliarum personarum exemplum, & correctionem puniret, sicut puniuit quandam personam, de qua legitur in uita sp̄a, quæ videlicet Macharium diffamauit, Et ideo parere non potuit, donec, Exem-
quod dixerat, reuocasset; vt vnde mors plum.
oriebatur, inde uita resurgeret, & quæ per linguam peccabat, per linguam qđ dixerat, reuocabat; si frequenter sic punirentur, quæ pœnas non metuunt æternas, tunc haberemus mulieres pudicas, non detrahentes. primo Thimo. 3. Nota. V. 4. 10.

¶Discretionis. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Quis est ille qui nobilis meritò nuncupari debeat. & conditiones omnes nobilitatis satis exponuntur.*

2 *Discretio nobilis est in genere uiuentium, & morum, & quo ad locum: & quo ad naturam; & quo ad nutrimentum uiuentium, & Morum; atque quo ad modum.*

3 *Discretionem opportunam, necessariam esse, exemplis eruditis facile ostenditur.*

¶Discre-

Discretionis.

Primo, ostendenda est nobilitas Secũdo, necessitas.

Artic. 1.

1 ¶ Primum patet exemplo, historia, & auctoritate. In omnibus enim nobilis uocatur, qui est de magno genere, quantum ad naturam, & locum, & cum etiam est potens in opere ad habendum magnam familiã, & adducendum maximum exercitum. Si uerò istæ conditiones faciunt nobilitatem in hominibus, patet, quòd discretio habet maximam nobilitatem ĩ uirtutibus, & moribus.

2 ¶ Primo quia quantum ad locum, & naturam, de nobiliori enim loco non potest esse, quàm de cœlo, & Deo, quòd autem discretio sit de Deo, patet per hoc, quòd Apostolus enumerans dona, quæ ex Deo dantur prima. Cor. 12. Inter alia dicit, Alij discretio spirituũ.

¶ Secundo totam uirtutum familiam nutrit, & bonorum morum exercitum ducit, & ordinat. Vnde Bernard. super Can. Discretio (inquit) uirtuti ordinem tribuit, & modum. Est igitur non tam uirtus, quàm uirtutum moderatrix, & ordinatrix, & affectuum doctrix, tolle hanc, & uirtus uitium erit. Ecce sine ista nutrice uiuere non possunt uirtutes, nec sine isto Principe Regi, uel Duci, quia ista omni militiæ uirtutum in pugna contra uitia modum imponit, sine quo modo in bello uincũtur. Ideo quidam magnus clericus Parisius requisitus à Rege Francię Ludouico, ut ferret, quod sibi scriberet optimum uerbum, quod unquam didicerat, rescripsit in magna pelle figillata unum solum uerbum uidelicet, modus. Rex uerò cartam aperiens, & æstimans se delusum, uocauit magistrum illum, qui cum uerbum illud ostenderet, quomodo nulla uirtus sine modo valet, sicut patet de ieiunio, si quis nimis comedat, suę ieiunet, scipsum reddit inhabilem, & sic de aliis placauit. Si autem iste magister nobilissimum uerbum dixit, modum, & modus totam nobilitatem habeat à discretione, sequitur, quòd discretio est nobilissima, quia omne propter, quod, & illud magis. Quod autem modus nobilitatem habeat a discretione, patet, per hoc, quòd dicit Petrus Rauennas in quodam sermone. Discretionas uirtutibus modum imponit, sine qua uirtutes sunt uitia, nam si asit timos, & non discretio, transit in desperationẽ, si dolor, in amaritudinem, si amor, in adulationem, si spes, in præsumptionẽ, si lætitia, in dissolutionem, si ira, in furorem, huic enim discretionis nobilitati consonant, & concordant iura canonica, dicentia, discretionem matrem esse omnium uirtutum: sicut expressè patet. 1. quæst. 5 præsentium. Et extra lib. 1. titu. 27. de offi. custo. c. 1.

Exemplum.

2

3

¶ Secundum patet, nam sicut nautis necessarium est super mare habere acũ & lapidem, ipsis etiam intrantibus in obscura nocte portum, necessarium est eis lumen. Vnde in aliquo portu de consuetudine habent semper, de nocte duo luminaria infra uirum inclusa super duas columnas, ne naues per nocte, arctum portum intrantes, frangãtur, uel in ripas impingant. Nota. M. 5. 5. Sicut enim operarius non utiliter sine arte laborat, nec peregrinus uelociter & recte sine ductore uadit. Ita necessarium est transeunti per mare huius mundi discretio, & uenienti ad portum mortis luminare magnũ inoreatem, & luminare minus discretio spirituum, sicut patet D. 2. 13. Quia labor, & peregrinatio istius uitæ non est utilis, & expediens, nisi quantũ ad illos, qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni, & mali. Heb. 5. Vnde Hugo. lib. 5. Didascalõ, qui sine ordine, & discretione operatur, laborat quidem, sed non proficit. Aspice duos pariter siluam transeuntes, & hunc quidem per deuia laborantem, illum uerò recti itineris compendia eligentem, pari motu cursum tendunt, sed non eque perueniũt.

Artic. 2.

Sed quia iſte laboris,& peregrinationis ductor à Deo eſt (ſicut patet ex iſtius capituli principio) rogandus eſt ille diſcretor cogitationum. Heb. 4. Quatinus ductricem hanc mittat exemplo Salomonis, qua placuit Deo, quia petiuit ſapientiam ad diſcernendum iudicium. 3. Reg. 3.

¶Diſcordiæ. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Diſcordia triplex eſt, prima eſt inter Deũ & hominem; quæ quidem peſſima eſt: ſecunda intra improborum conſcientiã reperitur, & hæc eſt primæ filia: tertia quæ gignitur ex ambabus prioribus permanes inter hominem, & hominem.*

2 *De diſcordiæ ſemine per frequentem aliquorum malorum conſuetudinem. numero 3.*

4 *Ex diſcordia oriuntur in præſenti ſeculo lites bella, rixæ iurgia, & contentiones: quibus vaſtantur corpora, & animæ, & vrbs quæcunque ſolo æquatur, maximeq; deſtruitur.*

5 *In futuro etiam ſeculo diſcidentibus impendes grauiſſimum periculum.*

6 *Impedientes conditum à Chriſto teſtamẽtum pacis, excommunicatos à Deo eſſe nemo non iudicat.*

7 *Ex merito, & magnitudine concordiæ, & pacis agnoſcitur clarè demeritum, & periculum diſcordiæ, & diſſidij.*

8 *Diſſidentes ipſius diaboli facinora maximopere ſectantur.*

9 *Diabolus de cæteris ferè omnibus deliciis lucri facit vnam tantum animam, ſed lex diſcordiæ, vel diſcrepantia, & odio multas lucratur animas à duabus partibus.*

Ex diſſẽtione miſeriæ, & armorum belli, & animarum damnationes, & homicidia ſæpe ſæpius emanant.

Diſcordiæ. Primum, oſtendenda eſt diuiſio. Secundo, tam dęmonis, quàm mẽbrorum eius cautela, qua diſcordiam ſeminare nituntur. Tertio, tam ſeminantium, quam diſcordantium oſtendetur periculum.

¶ Ad primum ſic proceditur. Diſcordia eſt triplex. Vna inter Deum,& hominem,& huius cauſa eſt peccatum, de quo dicetur infra,& hęc eſt peſſima. Alia eſt filia iſtius diſcordia, videlicet, quæ infra peccatoris conſcientiam eſt, & hæc de prima naſcitur, quia ex quo peccando à Deo diſcordat, fit ſibi grauis. Iob 7. Poſuiſti me contrarium tibi, &c. Et hæc diſcordia eſt ualde pœnalis: ſicut patet. C. 7. 24. Non eſt mirum, quòd conſcientia illum affligit, qui à Deo diſcordat, hoc enim iuſte agit, quia. C. 7. 3. Dictum eſt, quòd conſcientia eſt, quaſi iudex à Deo in caſtro, animæ dimiſſus ad eius cuſtodiam. Talis autem iudex, ſeu ballinus Regis iuſtæ punit,& affligit ſurgentes cõtra dominum ſuum. Sic conſcientia affligit peccantes contra Deum,& hoc eſt, quod ait. Poſuiſti me contrarium tibi, &c. Arti. 1.

¶Tertia eſt inter hominem,& hominem,& hæc oritur ex prima, & ſecunda, quia ex quo diſcordat à Deo ſupra, nec viuit ſecundùm rationem intra, nõ eſt mirabile, ſi male ſe habeat ad proximum extra. Sicut male ſe habens ad dominum male, ſe habet ad ſeruos, & miniſtros, impugnans ſuperiorem, impugnat ſuos inferiores. Sic qui prouocat rixas inter ipſum Deum, & ſeipſum producit diſcordias quantum ad proximum. Prouerb. 30.

¶In quo notatur ſecundus articulus, in hoc, quòd dicit, producit diſcordias, ſcilicet caput malorum cum membris ſuis, diuerſis cauſelis,& excogitatis malitijs, quæ in parte patent quotidiana conſuetudine. In parte uerò hiſtoria, quarum Arti. 2.

Digitized by Google

quarum connexio est authoritas sacræ scripturæ.

2 ¶ Primo discordiæ seminatio patet frequenti aliquorum consuetudine, qui inuidentes de alicuius familiaritate, vel amicitia, quàm habet cum aliquo domino, vel de hoc, quòd officium aliquod occupat, quod ab ipsis, uel amicis suis occupari uellent, per aliquem de eorum fœderatione loquentur illi, domino, dicentes. Domine, dicet ille, per quem loquũtur, uellem vos de vna re præmonere, sed nollem hoc alias audire, detractionis uerò curiosus auditor, iurabit ei, sicut est fidelis miles, vel fidelis homo, quòd nunquàm pro eo audiat, qua promissione habita, narrabit, quòd talis sic de uobis loquebatur, uel sic, cõtra uos fecit, sed benè scio, quòd si esset ad rationem positus, negaret, nec possem istud probare, quia testes deficiunt, dominus ille cor habebit graue contra illum, nec aliquid de cordis grauamine exprimere poterit, propter iusiurandum. Et sic miser ille prouocat discordias. Nec hoc faciunt tantum inter dominum & subditũ, sed etiam inter socium, & socium, vicinũ, & vicinam. Audientes enim aliquod verbum de ore vnius, quod posset esse, contra alium, illud ei narrant forte cũ augmento.

3 ¶ Historia est in gestis ad hoc beati Gregorij, inter quem, & Constantinam imperatricem quę ei fauebat in ueraci expugnatione, quam habuit contra Ioannem patriarcham, qui synodo congregata in Græcia ordinauit, se vniuersalem uocari, id est, totius ecclesiæ caput: qui ergo ex parte istius erant Ioannis uolentes, inter beatum Gregorium, & ipsam, discordiæ seminare malitiam, suaserunt imperatrici, ut à beato Gregorio per nuncios missos caput peteret sancti Apostoli Pauli, uel saltem aliqđ eius membrum, quia ecclesiam in eius honore construxerat, scientes, quòd in hac petitione beatus Gregorius eam audire recusaret, & sic eam ab illa affectione, quam habuit ad sanctam Romanam ecclesiam, & beatum Gregorium, retraxerunt, & fecerunt beatum Gregorium vitam discordię in vniuersa terra Græciæ. Hiere. 15. Sic ergo malignus cum membris suis meditatur discordias, & diligit rixas. Prouerb. 17.

Exemplum.

¶ Et non sine magno periculo in præsenti, & in futuro.

¶ In præsenti patet, quia ex discordia oriuntur animositates: lites: guerræ, & huiusmodi, quæ corporibus nocent, & animabus, & erram quamcunque maximè destruit. Vnde Vegetius de re militari, libro tertio, cap. 10. Inter hostes (inquit) discordiarum procreare causas, sapientis est ducis, nulla enim quamuis minima sit natio, potest ab aduersarijs deleri, nisi proprijs simultatibus seipsam consumpserit, nam ciuili odio ad inimicorum pernicies nihil est efficacius, quia ipsis inter se discordantibus cito superabuntur. Nauæ ab exteriori tempestate melius se custodiunt, sed quando causatur periculum ab intra, vtputa, quia vna planta est putrida, & corrumpitur, illud pertus est. De periculo talis discordiæ, & maximè inter rectores, & subditos. Nota B. 2.3 & D.6.17. Arti. 3. 4

¶ Periculo etiam multarum culparum discordantes se obligant, quia sicut aqua turbata pisces facilius capiuntur, quia pericula, non vident. Ita turbati ira & discordia, faciliter ad multa homicidia, & iniustas tracti vindictas, à diabolo capiuntur, quia periculum suum non vident, cum omni irascenti videatur ira sua iusta.

¶ In futuro etiam discordantium patet periculum, quia si manum, uel pedem filij regis amputaret, vel, quod peius est occideret quis, nõne digne mortem meruisset? quanto magis mortem meretur in alio seculo, quia in isto euadunt, qui corpus ipsius regis æterni mysticũ diuidunt, & membratim mutilant, quæ maior est crudelitas. 5

¶ Iterum cum ex statuto prouinciali sint, apud mundum excommunicati,

cati, qui vltimam morientis impediũt voluntatem, quo minus testamentum fiat, quis, eos excommunicatos à Deo non iudicare, qui testamentum impediunt Christi? de quibus in Psal. 77. Testamentum eius non custodierunt. Illud videlicet de quo Ecclesiastici. 45. Statuit illi, id est, ecclesiæ testamentum pacis.

¶Non seruans istud testamentum nõ solum est excommunicatus à Deo, sed etiam hæreditatem amittit cœlestem, quia secundùm leges scriptas successor non seruans defuncti testamentum est exhæredandus. 11. quæstio. 1. siluester. In aliquo casu: sicut patet in Glosa. Nota. E. 8. 22. Iuin proposito. Sed cum testamenti Christi non sit melior nec fidelior executor, quàm ipsemet Christus, quare non distribuit, & dat, & præseruat in nobis pacem, quam nobis legauit, sed potius videtur nos illo priuare, guerras, & discordias inter nos permittendo.

¶Huic respondetur, quòd culpa nostra hoc meretur, quod testamento illo priuemur. Exemplum ad hoc patet in legibus humanis, per quas quis legatum amittit, propter inimicitiã superuenientẽ. Verbi gratia. Titius legat Seiocentum, nũmos aureos mortuo tytio Seius petit legatũ. Executores excipiũt contra eum, quòd post testamẽtum factum inimicitiam exercuit contra Tytium, & exceptionem probant, lex iudicat eum legatum iustè amisisse. Probantur hæc ff de adimendis lega. l. 2. §. vltimo, id est, in infortiato, libro 10 Sic in proposito, post testamentum Christi de pace, mortaliter peccando frequenter ad eius inimicitiam conuertimur cum illis. Philip. 3. Dico inimicos crucis Christi. Et ideo legato pacis amisso, discordias habemus, & risas extrinsecas: sicut patet ex principio huius capituli, & timendum est etiam, quod in futuro testamento pacis æternæ priuabimur, si discordias diligamus, quia in illo paterno iure nulli succedunt, nisi tantum pacifici, beati (inquit) pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur Matth. 5. Et solum tales. De alijs verò dicitur. Ioann. 8. Vos ex patre diabolo estis, immo patre vestro nequiores, quia de illis legio in vno corpore non legitur inter se discordiam habuisse. Filij uerò sui nesciunt in vna uilla, uel patria sine discordia esse. Vide aliam legem ad hoc. Psalmus quarta. 27.

¶ Item demeritum & periculum discordiæ patet ex merito sui contrarij, scilicet, concordiæ, & pacis. Cuius magnitudo ostenditur in vita spatrum. Vbi Machario orante, dictum fuit, quod adhuc non peruenit ad meritum duarum mulierum in ciuitate, quæ cum essent uxores duorum fratrum, quindecim annis in vna domo sine discordia habitabant. Si tantum fuit istarum meritum, quantum est malorum demeritum, qui nesciunt, nec in vno regno, vel ciuitate, uel domo vna sine discordia habitare. Et si istorum demeritum sit magnum, multo maius uidetur esse demeritum, & periculum discordiam causantium, cũ omne propter quod & illud magis Si ergo magnum sit periculum discordantium, maius tamen est causantium, & pro tanto istius peccati magnitudo. 7

Exemplum.

¶Et quomodo super alia peccata excessus innuitur. Prouerb. 6. Sex (inquit) sunt, quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius; Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinẽ. Cor machinans cogitationes pessimas, pedes ueloces ad currendum in malum testem fallacem. Et eum, qui seminat inter fratres discordias. Tales tanquàm pessimi, & Deo abominabiles, vltimum locum tenent, nec mirum, quia maximè inter eos peccatores diabolum imitantur, maximeque sunt, ei lucratiui. 8

¶Primũ patet, quòd maximè dæmonum,

Deũ,& nos,& noſipſos etiã. In ſignum cuius Angeli nocte natiuitatis eius cãtabant in terra pax hominibus,& illam etiam in vita , & poſt reſurrectionem etiam ſemper ore docuit, & opere tenuit. Ita diaboli proprijſſimum officium eſt, inter nos & Deum , & etiam inter noſipſos ſemper diſcordias ſeminare,& pacem varijs allegationibus impedire, cuius ſimilium filij, & cooperatores,& coadiutores ſunt, qui illo funguntur officio. Vnde. Ioan. 8. Fiſ. dem, quibus dixit,vos ex patre diabolo eſtis , Dixit etiam,uos facitis opera patris veſtri. Et cito poſt deſideria patris veſtri vultis facere. Ille enim homicida,erat ab initio. Notate verba, duo ſimul coniunxit Chriſtus , qui iſtis diaboli filijs ſatis cõueniunt, videlicet impletionem deſiderij patris illorum , & homicidium , quia deſideriũ patris illorum eſt multas lucrari animas , videlicet,& mactare, & perdere quãtum ad ſeipſas,& iſtud lucrum maximè acquirit per diſcordias , quia ſi homo ſit ſuperbus,vel accidioſus,uel guloſus,ſeipſum perdit,& detrimentum ſui patitur, & diabolus vnam ſolam animã in hoc lucratur. Si quis uerò in diſcordia , & odio contra alium fuerit,non lucratur. Hic iſtum ſolum , ſed forte mille ex duabus partibus,quia principalis in diſcordia prouocat omnes amicos, & cõſanguineos,& adhærentes contra partem aliam inſidiando,damnãdo, odiẽdo,& quantum poſſunt nocendo,ſimul confœderantur. Et eodem modo illi de parte,alia confœderantur contra iſtam, diabolus ergo hic non lucratur vnum, vel duos,ſicut in alijs peccatis, ſed omnes illos, qui in odio , & diſcordia ſunt ex utraque parte. Patet ergo , quòd tales maximè deſiderium complent diaboli: Vnde beatus Gregorius. Sicut nihil precioſius Deo uirtute dilectionis. Ita nihil deſiderabilius diabolo extinctione charitatis. Quiſquis ergo ſeminando iurgia delectationem proximorum perimit diabolo familiarius ſeruit. Nota. H 2. 2.

¶Ex quo deſidero ſequitur, vel cui deſiderio copulatur (vt dictũ eſt) homicidium. Quia ex talibus , diſcordijs nõ ſolũſequunt miſeriæ,belli,& infœlicitatum. De quibus notatur. C. 4. 25. 26 Sed etiam multa homicidia , & animarum dãnatio , quia neſcitur in quo caſu ſunt , qui occiduntur, ſi forte ſint in mortali, & anima ſimul cum corpore perditur. Sicut in capitulo de homicidio plenius patebit. Nota. P. 4. 24.

¶Dilectionis. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Dilectionis obiectum triplex eſt, primum eſt Deus: cuius dilectione nil delectabilius.*

2 *Secundum obiectum noſtræ dilectionis eſt proximus , quomodo autem eum diligere poſſumus , edocemur.*

3 *Dilectio Dei generalius,& ordinatius ad omnes dirigitur.*

4 *Magna generalitas, quæ tamen ordinem includit , mirè offenditur.*

5 *Nec Deus ſine hominem , nec homo ſine Deo, verè diligi poteſt.*

6 *Cum probatio dilectionis eſt exhibitio operis illos, locupletes reſpondere pudebit , quia hodie in neceſſitate pauperes minime viuant , quãdo quæſtiones fiũt de ſignificatione iſtius dilectiõis à Chriſto, dicente, excuſiui , & ſitiui, &c.*

7 *Qui à Chriſto Ieſu exaudiri cupit in ſua neceſſitate , eũdem etiã libenter audiat pro indigenis,& pauperibus clamantẽ, & petentem in eorum egeſtate.*

8 *Non ſatis ſuperq; eſt Deum, & eius mẽbra diligere, eis, non officiendo, neceſſe eſt etiam verò, & proſequi, qui nobis obſunt, & in nos cõuicia & inimicitias nõnunquàm exercent, etiam agitant.*

9 *Diligendi ſunt inimici , tum propter vtilitatem , tum propter mercedẽ , quàm nobis Chriſtus conferet pro tali dilectione.*

10 *Iſta hoſtium dilectio , & benevolentia,*

quàmplurib⁹ grauis, & moleſta eſſe videmur.

21 *Adde, quòd diligendi ſunt etiam inimici, vt ex noſtra dilectione hoſtibus oſtenſa in gratiam Dei, atque illorum, ne æternam vitã hoſtili occaſione amittamus, tandem redeamus.*

22 *De dilectionis comitate, ac facilitate.*

23 *Ad Dei dilectionem omnes quidem ineffabili gaudio, quod eum diligentibus præparauit allicimur, & trahimur: & ad proximi benevolentiam, tam amici, quàm hoſtis, ex legis euãgelicæ plenitudine mouemur.*

24 *Oſtendis, vberimè exteriora inditia, atq; ſigna ad pœnitus perſpiciendam internam dilectionem, & benevolentiam erga Deum, & proximum.*

25 *Si facile agnoſcere velis, nunquid Dei ignis in corde digne ardeat, vt omnium ſenſuum feneſtras, & manus aſpicitis opere precium eſt. & num. 16.*

27 *Vno mutuo fraternæ dilectionis inditio, & ſigno, Dei, proximiq; dilectio clarius conſtat, & lucet.*

28 *Ad eandem dilectionis veræ ſignificationem, vtitur appoſito & concinno exemplo ciborum corporalium.*

29 *De charitatis, & dilectionis gradu vel feruentioris, vel tepidioris in hominum corde diligenter pertractas, exemplo luminis candelæ.*

30 *Carnales, & cupidi, & mundi ſapientes carnalia plus æſtimant, & diligunt, & ſpiritualia parum diligunt, & appetũt: in morte verò eorum fatuitatem, & miſeriam maximè cognoſcent: & ad hoc exemplum proponit de cerno.*

31 *Poſt mortem, quæ homini prius delectationum materiam attulerunt, triſtitiam & mœrorem ei Deus vtique pariens æque.*

32 *Simulata dilectio habet magnam falſitatem.*

33 *Quamplurimi plangentes, ſeu lugentes hominem mortuum non ſemper ex dilectione hoc faciunt, ſed magis propria iactura, quã mors acerba defuncti eos ad fletum impellit.*

34 *Multi faciunt circa mortuorum funera ſingentes expenſas, & pompas inanes, in die depoſitionis, propriæ oſtentationi magis quam de mortui emolumento incumbunt, & ſtudent, ob duplex ſignum.*

35 *A malis & ſimulatis amoribus omnes proficiſcuntur aduerſitates, tũ præſentis, tum futuræ vitæ.*

36 *Deus animas noſtras diligit, adimſtar viri zelotypi vxorem eius diligentis.*

37 *Deus æquiſſimè tot aduerſis eruumnis, & miſeriis hac in vita nos lacerat, & vexat, & pluribus in alio futuro ſeculo negotium faceſſere adeo minatur, quod inſani mundi amoris locus in nobis nũquam merito eſſe deberet.*

DIlectionis bonæ. Primo oſtendetur obiectum. Secundo motiuum. Tertio experimẽtum. Quarto dilectionis malæ oſtenderẽ fatuitas. Quinto falſitas. Sexto aduerſitas.

¶ Ad primum ſic proceditur. Obiectum dilectionis eſt triplex: ſic patet. A. 10. 3. Artt. 1.

¶ Primum ipſe Deus, cuius dilectione nihil delectabilius, nihil vtilius, nihil iuſtius.

¶ Nihil primo delectabilius, quia in omni alia dilectione ſunt plures afflictiones, & dolores, quàm delectationes, hoc patet in dilectione diuitiarum, quæ cum labore acquiruntur, cum timore cuſtodiuntur, cum dolore amittuntur, ergo nec in principio, nec in medio, nec in fine eſt pax in eis, quin ſit turbatio interius vel exterius: Sic in carnali, & quacunque alia. Sed econuerſo pax multa diligentibus legem tuam domine, in Pſal. 118. Multa eſt, quæ licet turbetur exterius, tamen cõſolatur interius. Cuius pacis, & conſolationis magnitudo patet. C. 8. 4. Vel ideo multa, quia æterna, de qua dicetur, Infra capite gaudio, & capitu. de pace. 1

¶ Secundo,

Digitized by Google

¶ Secundo, nihil hac dilectione vtilius, quod ostenditur sic, Illa, ex qua maius sequitur commodum, videtur dilectio utilior. Sed ex dilectione Dei sequitur commodum æternum, quia qui eũ diligunt, ab eo diliguntur. Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo. Et ista dilectio nunquam cessat, Hiere. 31. In charitate perpetua dilexit te, ad commodũ tuum æternum Ioan. 14. Si diligeretis me gauderetis, scilicet æternaliter, Mundaliter verò diligentes, vel mundialia dilecta deficiunt, & non afferunt commodum æternum, sicut patet. A. 2. 1. 2. Et sicut patebit infra. c. c. ar. 5.

¶ Tertio, nihil iustius, quid enim posset iustius esse quàm illũ diligere, qui tot nobis contulit, & pro nobis fecit, & pertulit? sicut patet. A. 10. 2. & A. 16. 9. & A. 20. 7. & D. 5. 6. Diligamus ergo Deũ, quoniam ipse prior dilexit nos. 1. Ioan. 4. Igitur tot signis veræ dilectionis prœuenientem iuste præcepit diligere ex toto corde, Matth. 22. Et proximum tuum sicut teipsum.

2 ¶ Sed quæri potest, quomodo possit proximum diligere, si enim cor totaliter circa Dei dilectionem occupatur, & ipsa impletur, quomodo circa proximi dilectionem occupari potest?

¶ Huic respondetur, ꝙ præceptum de dilectione capitis non excludit dilectionem membrorum, sed includit: nõ enim bene diligitur caput sine corpore; ita nec Christus, qui est caput fidelium, sine corpore suo mystico, immo quanto dilectio Dei datur abundantius, tanto generalius, & ordinatius ad omnes dirigitur.

¶ Primo gñalius, sicut patet. C. 1. 17. Quia quãto aqua de altiori loco descẽdit, tanto ad plura loca irriganda, maxime si loco alto copiosa sit, trahi potest; quia ita copiosa potest ibi esse, ꝙ omnia loca inferiora irrigare poterit. Dilectio vero nostra, si in Deo ponatur, altissimũ obtinet locum. In psalm. 91. Tu autem altissimus.

¶ Iterũ si nõ leuiter, sed ex tota alа, & tota uirtute, & quãtũ possum⁹ Deus diligatur, dilectio nostra copiosè ibi abũdat. Ex quibus duobus sequitur, ꝙ talis dilectio ad omnes Deo inferiores, tam ad amicos quàm ad inimicos irrigãdos affectione semper, & operatione in necessitate, quantum possibile est, trahi potest.

¶ Secundo ordinatius, cibus. n. precio sus positus inter multos faci noroſos ci to fine ordine laceratur a minus valentibus, & dignioribus parum, uel nihil seruatur, sed cibus precioſus in fine prã dij post alia cibaria ante dominum posi tus omnibus commensalibus secũdum personarum ualorem, ordinate distribuitur. Sic dilectio, quæ cibus animæ est delicatus, si inter uanos, & uanitates ponatur, sicut illorum. In psalm. 4. Diligitis vanitatem ibi sine ordine conculcatur, & laceratur, & dignioribus, id est, Deo, & uirtutibus, & uirtuoſis nihil reseruatur, quia circa uana totaliter illã expendunt, quos reprehendit Spiritus sanctus. Prouerb. 1 dicens, Vsqueque paruuli diligitis infantiam, &c. Si uero totaliter ante Deum ponatur Ipse illam ad omnes tam amicos, quàm inimicos ordinat secundum eorum ualorem, exigentiam, & necessitatem, de qua ordinatione gloriatur ecclesia, dicens, ordinauit in me charitatem. Can. 2. Ordinauit (inquit) ille, videlicet, qui solẽ suum oriri facit super bonos & malos, & pluuiã super iustos & iniustos. Matth. 5.

¶ Notate magnam generalitatẽ, quæ 4
tamen ordinem non excludit, sed inclu dit, quia pluuia de cęlo, vel de fonte descendens prius montes, & altiora loca irrigat, deinde ad valles deriuatur, Sic sol ordine prioritatis montes irradiando præuenit. Ita dilectio, qua Deum perfecte diligimus, & proximum, quæ omnes, quantum possibile est, calefacit, & illuminat. Et ideo charitas sol, ad differentiam aliorum luminum, quæ solum propinquos calefaciunt, & illuminant, sicut dilectiones mundanæ, non immerito vocatur, quia ordine quodam prioritatis, præeminentiæ, & necessitatis, montes, id est, altiores in

nirtute, & meliores in uita reſpicere, & potius illos affectione irradiare, & ſubuentione pariter irrigare debet. Ita quòd dilectio prius reſpicit per ſe diuina, & ſpiritualia, & per accidens temporalia, ut uidelicet ad illa ordinetur, in quo etiam reſpectu prius reſpiciebat communia, & vniuerſalia, quàm ſingularia, quia bonum vniuerſale diuinius eſt, ſecundùm Philoſophum. 1. Ethicorum. Et ideo charitas, de qua ſcriptum eſt, ꝙ nõ q̃rit, quæ ſua ſunt. Sic intelligitur, ſecundũ Auguſtinum in ſpeculo, Erimitarũ quia cõmunia proprijs, nõ propria communibus anteponit. Et ſic dilectio eſt vnguentum primo in capite, ſcilicet, Chriſto, quod deſcendit in barbam, id eſt, ad maiores, deinde in oram ueſtimẽti, ad minores. Huic etiã proceſſui in parte concordat Auguſt. de doctrina Chriſtiana. Omnes (inquit) homines æque diligendi ſunt, ſed cum omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimæ conſulendum eſt, qui pro locorũ, & temporum, uel quorumlibet rerum oportunitatibus conſtrictius tibi, quaſi quadam ſorte iunguntur.

¶ Ex iſto proceſſu patet, quòd nec Deꝰ ſine homine, nec homo ſine Deo, verè diligi poteſt (ſecundùm Bedam.) Quod etiam dilectio non valet, niſi ordinata.

¶ Primo, quòd nec Deus ſine homine diligi poteſt, ſicut nec caput ſine membris. Hoc eſt contra nonnullos cogitantes, ſi Chriſtus in perſona propria veniret, multum eũ diligeremus, & libenter eum hoſpitio reciperemus, & charitatis ei obſequia præberemus. Sed iſtos pauperes non nouimus. Sed multum errant, quia poſito, quòd Chriſtus adhuc nobiſcum moraretur, non ei placerent eum recipiendo, niſi etiam illos, qui nomine ſuo petunt pro poſſibilitate ſua, in illorum neceſſitate diligerent, & reciperent, ſicut nec placeret domino terreno, quòd caput ipſius, recipiendo infra domum alia membra ſua, extra domum in pluuiam, & frigore dimittendo, uel (quod peius eſt) membra eius uexando, uerberando, vel tedijs afficiendo. Nec bonus dominus feſtum intrat, ubi ſui intrare non permittuntur, nec diliguntur. Ad hoc ergo, ut ei placeamus, eum diligendo, neceſſe eſt eius præceptum implere, de quo dicit Ioannes decimaquinta. Hoc eſt præceptum meũ, vt diligatis inuicẽ.

¶ Sed cum probatio dilectionis eſt exhibitio operis (ſecundùm beatum Gregorium, male oſtendunt ſe Chriſti membra diligere, qui pauperes nudos vident, & famelicos, & in uicis, & in feneſtris, & in diuerticulis miſerrimis, in uillis iacere, ſine hoſpitio, ſicut porcos, uel canes, immo peius quàm porcos, vel canes, quia canes, & porcos, hoſpitio recipiunt, illos uerò nec recipiunt, nec iuuant.

¶ Quid dicent in iudicio, quando omnes quæſtiones de iſta fient dilectionis oſtenſione, qualiter reſpondebunt, qui ciborum copijs abundabant, Chriſto dicenti. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. Matth. 25. Sic de potu, & alijs charitatis operibus? qualiter reſpondebunt, qui alta & lata habuerunt ædificia, Chriſto dicenti. Hoſpes eram, & non recepiſtis me, tanquàm, minus, tanquàm uiliſſimum quodcunque animal, volentem in uico iacere, iacere permiſiſtis, & canibus deuorandum expoſuiſtis, qua fronte, qua audacia poterunt tales in morte, & iudicio clamare ad Deum, & dicere Domine aperi nobis? & reuera quantumcunque clamauerint, cantabitur eis canticum, fatuarum virginum. Amẽ dico uobis, neſcio uos. Et quia non aperuiſtis mihi, non aperiam uobis, quia vulpes ĩ domibus veſtris foueas habuerunt, dum malos homines, & quoſcunque peccatores, & malas mulieres, amicitiæ, uel lucri gratia recepiſtis. Filius autem hominis non habuit ibi, vbi caput ſuum reclinaret. Obturaſtis aures veſtras ad clamorem meum, ego obturabo aurẽ meam ad clamorem veſtrũ, hoc eſt, quod minatur. Prouerb. 21. Qui (inquit) obturat autem ſuam ad

clamorem

clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Nota. E. 3. 30. & F. 8. 11. & H. 5. 12.

7 ¶Qui ergo vult à Christo exaudiri in sua necessitate, audiat nunc Christum in sua paupertate, & propria prosperitate. Et hoc admonet. Isaiæ 21. dicens. Si quæritis, quærite, id est, si quæritis Deum in uestra necessitate, vel vtilitate, quærite eum in uestra prosperitate, & sua paupertate pro sua utilitate. Et nō sicut samaritani, qui in prosperitate nihil commune habere uoluerūt cum Iudęis, sicut patuit de illa quę Christo, quem Iudæum dicebat, petenti aquam se excusabat. Ioan. 4. Iudæis vero prospere agentibus, dixerunt, se esse fratres illorum, (sicut in gestis patet. Alexandri Magni.) Et sicut multi, dum prędicatur uita æterna, exultanti; dum autem uia ad illam prædicatur, tristantur, & renuunt. Ita isti, dum prædicatur Christi gloria, dicunt se eum diligere, & societatem suam desiderare. Sed dum ostenditur, quomodo dilectionem illā operibus ostendere debent, ut ad eius societatem veniant, fugiunt. Nos vero non sic. Non enim diligamus verbo,
8 neque lingua, sed opere, & ueritate. 1. Ioan. 3. Sed illis, quibus uidetur, ꝙ sic Deum diligant, & membra sua, dum eis non nocent, adhuc excellentiorem & artiorem uiam ostendere restat, uidelicet, ꝙ omnia prædicta opere, & ueritate diligere non sufficit, nisi etiam illos diligant, qui nocent, & inimicitiam exercent, quia licet totam impleant legem. Offendant autem in illo uno præcepto. Matth. 5. quo dicitur. Diligite inimicos uestros, & benefacite his, qui uos oderunt, factus est omnium reus. Iacobi 2.

¶Diligite ergo inimicos. Primo, quia multum uobis inimicando prosunt. Sicut patet. D. 6. 31. Exemplum ad hoc in vitas pa. ubi quidā Heremita fame moriēs legitur osculatus fuisse manus latronis, qui frequenter eius cibaria furabatur, dicēs. Gratias ago manibus istis, quia ipse me modo ad regnū cęlorū ire faciunt. Rationabiliter eū dilexit, eique gratias agebat, quia dū in minimis nocuit maxima contulit, sic in proposito. diligite ergo inimicos &c.

Exemplum.

¶Secundo propter magnā mercedē, 9 quā pro tali recipiemus dilectionem à Deo. Et hanc causam assignat Christus in hoc, quod sequitur. Si (inquit) diligitis eos, qui uos diligunt, quā mercedem habebitis, nonne publicani hoc faciūt. Ista ratio sufficere debet, ut præceptum illud impleatur, ut mercedē illam cōsequamur, quā non possumus consequi, nisi impleatur; Verbi gratia. Si in iudicio respondeatis, dilexi eos, qui me dilexerunt, & bene feci diuitibus, & his, qui mihi bene fecerunt, ut bene facere potuerunt. Respōdit Christus. Quā mercedē ꝓpter hoc à me petitis? nihil uobis pro opere illo debeo, quia nō pro amore meo hoc feciſtis, nihil plus uobis de opere illo debeo, quàm saracenis, quia nōne hoc publicani faciunt, immo latrones, & canes, & pessimi homines, ut frequēter diligunt diligentes se. Si ergo vultis ampliorem his à Deo expectare mercedem, oportet in aliquo puncto eos melius viuendo excellere. In puncto uero de dilectione amicorū eos nō excellimus, ergo oportet, ꝙ hoc in puncto de dilectione inimicorū, & benefaciendo his, qui non habēt hic retribuere. Aliter dicet, recepisti mercedē tuā; amor tuus venialis fuit; precium eius, dum uixisti, recepisti, qui talē dilectionem habent venalem: utinā eam Christo venderent, qui illam carius emeret, pro uita æterna, quia secundùm datum suū prębet illā diligētibus se Eccl. 1.

¶Ista ꝓdicta via de dilectione inimi- 10 corū, & faciēdo bonū cōtra malū, vī multis ualde grauis, & arcta, quibus fatendū est, ꝙ ista est arcta via, q̄ ducit ad vitā, p quā difficillimū est multos ducere. Sed solum euntes p illā ad vitā perueniunt, quia qui nō diligit, manet in morte, supple, hic, sicut corpus manet in morte sine anima. Et in futuro sine 11 gloria. 1. Ioan. 3. Quia nulla alia via est certa ad gloriam, nisi illa sola, quia nec

Christus,

Christus, uel martyres, uel sancti quicunque, nec aliquis, qui modo in cęlo est per aliam uiam iuit. Ad hoc ergo, ꝙ aliquis cum odio inimicorum illuc veniret, oporteret pro eo nouam uiam fieri, quæ non est, nec in perpetuum erit facta. Qui ergo ad uitam desideratis pertingere, ambulate in dilectione quo ad omnes, sic Christus dilexit uos omnes. Ephe. 5. Sicut (inquit) Christus, qui dilectionem opere ostendit, animam pro amicis, & inimicis ponendo. Ioan. 15. Maiorem dilectionem nemo habet.

¶Sed (heu) multorum dilectio erga pauperes specialiter, & inimicos, est huic dissimilis, quia non est in operando, sed in optando, & loquendo. Et est similis dilectioni, quam habuit quidam ergo priuignum suum. De quo
Exem. plum. fertur, quòd dicere solebat, ꝙ plus illum dilexit, quàm omnes filios suos, & plusquam seipsum, & cuidam semel quærenti, quomodo hoc posset esse. Respondit, uellet illum modo esse in cœlo, me autem, & filios meos, nollẽ adhuc ibi esse. Ita nonnulli pauperibus, petentibus. Respondent, Deus te adiuuet, Deus det tibi cœlum. Inimicis etiam maledicunt, dicentes, diabolus confundat corpus. Ita ꝙ anima saluetur (bene inquiunt) eos diligimus, quia uellemus, ꝙ essent in cœlo. Isti deficiunt multipliciter: quia de alieno corio faciunt largas corrigias, cœlum, quod non habent, nec habebunt, alijs dant, & quod facere, & dare possunt, nolunt contra sacram Scripturam, quæ dicit, de uestra substantia donate. Iob 6. Quia etiam non solum animam, nec etiam pro uita futura, sed etiam corpus diligere, & pro uita præsenti, eique optare bona, & facere tenentur, quia si dederit homo omnem substãtiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet, supple, respectu vitæ æternæ, quam inde mercatur. Cant. 8.

11 ¶Tertio diligite inimicos, nõ solum quia uobis prosunt, & propter mercedem (ut dictum est) sed ut ipsi pro dilectione, & beniuolentia eis ostensa, ad bonã uitam, & amicitiam Dei & vestram reuocentur, & occasione uestri non perdantur. Exemplum ad hoc in natura. Sicut enim animalia siluestria per beneficiorũ exhibitionem domesticantur, & mansue fiunt. Ita inimici melius, quàm per austeritatem. Hystoria est ad hoc in vitaspa. Vbi tres homines leguntur uenisse ad Abbatem Achillem, idem negocium ab eo postulantes. Ex quibus vnus quasi inimicus suus male de eo concipiens, & loquens; tamen negauit alijs, & illi, quod petebat, concessit, in quorum recessu, discipulis causam quærentibus. Respondit, quòd hoc fecit, ne cum scandalizaret, & ut ad amicitiam eum reuocaret.
Exemplum. Exemplum.

¶Scriptura est ad hoc Roma. 12. Si (inquit) esurierit inimicus tuus, ciba illum si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius accendens, sit ergo dilectio sine simulatione. Rom. 12. Non ficut falsorum hominum, qui ore suo benedicebant, & corde maledicebant. In Psal. 61. Sed uera in corde, sine simulatione erga omnes. Exemplo Dei, qui proditoris sui pedes lauit, de quo dicitur. Sap. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti. Nota P. 4. 20.

¶Materia autem ad diligendũ Deum inueniri potest in omnibus illis allegationibus, quæ notantur supra circa primum capitulum, ubi ostenditur, ꝙ nihil iustius, quàm Deum diligere. Ar. 2.

¶Secundum motiuum ad hoc est dilectionis facilitas, quia licet ab alijs operibus poterint se multi excusare multipliciter. Sicut patet. A. 20. 16. Propter loci, uel temporis, vel status vel operis difficultatem, seu impedimentum. A dilectione autem nullus se excusare potest, quin in omni loco, siue in terra, siue in mari, sic in omni statu, siue infirmus, siue sanus sit, siue pauper, siue dives, siue fortis, vel debilis, siue pulcher, siue turpis, diligere Deum possit, si uelit. 12

¶Tertium

13 ¶ Tertium motiuum est gaudium, quod præparauit diligentibus se. 1. ad Corinth. 2. Si enim serui dominorum tantum nituntur eis seruire, dilectionemque eis ostendere, à quibus tamen male aliquando remunerantur. Et licet bene remunerentur, tamen nullam mercedem possunt eis dare, nisi temporalem, quia in morte deficiunt, nec possunt à pœnis præseruare, nec præmia dare æterna. Multomagis deberent nituum diligere, qui omnes conditiones habent contrarias. Sed (heu) frequenter uidemus, quòd tãta velocitate amor carnalis, & amor cupiditatis excutiunt ocium ab amatoribus suis, quòd vix de die, uel nocte inueniuntur ociosi, vix quiescunt, semper cura illud, quod inordinate diligunt, meditantur, & sollicitantur. Raro autem talis solicitudo, uidetur in amatoribus Dei cum tanto fauore. Huic Canon testimonium perhibent, dicens, quòd dilectores huius sęculi fortes sunt in his, quæ sunt ad mundum, sed debiles in his, quæ sunt ad Deum. distin. 47. Omnes. Motiuum vero ad dilectionem proximi, tam amici, quàm inimici præter illa, quæ dicta sunt, est legis plenitudo. Nam sicut multi radij in una luce, & multi riuuli in uno fonte, & multi rami in una radice, & multa membra, & opera in una uita continentur. Ita omnium præceptorum impletio in dilectione continetur proximi. Roma. 13. Qui diligit proximum, legẽ implęuit, Nam non adulterabis, non occides, nõ furaberis, non falsum testimoniũ dices, nõ cõcupisces, & si quod aliud est mandatum, in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Ar. 3.

¶ Sed quia difficile est scire, utrum Deus, & proximus digne diligantur, restat aliqua signa præter illa, quæ ostenda sunt. A. 2. 13. & A. 21. 16. & A. 23. 8.

14 Ostendere exteriora, per quæ interiores affectiones & dilectiones cognosci possunt.

Exẽpla satis bel.

1a. ¶ Quia per scintillas, & fumum exeuntem per fenestras de camino, coniecturatur ignis esse in domo. Sicut etiam per guttas stillantes de uase, scitur, qualis liquor interius continetur. Ita per scintillas, & guttas signorum, & operationum exteriorum cognoscitur ignis, & qualis liquor sit in uase cordis. Ratione cuius est sciendum, quòd ex præcepto Dei ignis dilectionis semper esse debet in domo cordis. Qđ pulchre figuratur. Leuit. 6. Ignis (inquit) semper in altari ardebit, quem nutriet sacerdos, subijciens mane ligna per singulos dies. De lignis autem, quæ istum ignem nutrire debent, dictum est D. 5. 6. Si autem in cordis domo sic nutritus fuerit, locutiones, & operationes exteriores illum in corde esse ostendunt, quia licet ignis sine fumo forte esse possit, dilectio autem sine ostensione esse non potest. Vnde Prouerb. 6. Nunquid potest homo abscõdere ignẽ, supple, dilectionis in sinu suo, ut non ardeat? quasi diceret non. Quia sicut ignis nunquam est ociosus in materia dispositа. Ita amor Dei nunquam est ociosus (secundùm beatum Gregorium in Homel. de sancto spiritu) operatur enim magna, si est; si autem operari renuit, amor non est. Et hoc est quod Christus vult. Luc. 12. dicens. Ignem veni, mittere in terram, & quid uolo nisi vt ardeat. Nota. S. 6 7.

15 ¶ Ad sciendum ergo si ignis Dei in corde ardeat. Respice ad fenestras omnium sensuum, & ad manus, si libenter vides utilia ad salutem, & oculos declinas à uanitate, si libenter de Deo loqueris, & audis de eo loqui, si suos diligis, inimicos, & pro amore suo recipis, & uenientes in nomine eius honoras, & in istis, & in omnibus alijs Dei sermones, & mandata seruas. Per istas scintillas scire poteris, ignem dilectionis Dei esse in corde tuo, aliter non. Ipso teste, qui ait. Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Super quo dicit beatus Gregorius in Homelia de sanctoSpiritu. Si (inquit) vnusquisque nostrum requiratur an diligat Deum tota

tota fiducia,& secura mente respondet, diligo,sed certe in isto casu plus operibus,quàm uerbis credendum est, quia qui dicit, quia diligo Deum & mendata eius non seruat mendax est.1.Ioan.2. De dilectione ergo conditoris, manus, & opera requirantur, quia probatio dilectionis est exhibitio operis. Si autem. Visus sit ad uana, locutio de turpibus contra honorem Dei, uel propriam salutem, seu proximi charitatem, opera mala quia iuramentis, & falsitatibus pro lucro, uel fauore Deum vendis. Iste fumus ostendit cor plenum esse igne infernali. Nam fumus, qui videbatur, declarabat, quod factum est. 1.Machab.4.

16 ¶Sicut ergo per pyxidem, id est, per uasculum è buxo, exterius cognoscitur, cuius sit nuncius. Et signo exteriori cuius, sit ouis. Vnde August. super illud. 1.Ioan.3. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli,&c. Dilectio (inquit) sola discernit inter filios Dei, & filios diaboli, signent se omnes signo Crucis. Respondeant omnes, amen. Cantent omnes alleluia, omnes baptizentur, ecclesias intrent, parietes impleant basilicarum, non discernuntur filij Dei à filijs diaboli, nisi charitate,quicquid vis, habe hoc solũ nisi habeas, nihil prodest, sicut patet. C.1.12. 15. Sequitur, alia si non habebas, hoc habe, & legem impleuisti.

¶Huic concordat illud quod ipsemet Christus dicit. Ioan.13.In hoc,inquit, cognoscent omnes quia discipuli mei estis: si dilectionem habueritis adinuicem.

17 ¶Adinuicem (inquit) quia quæcunque uni, & eidem sunt eadem, ipsa inter se sunt eadem, (secundùm Philosophum.) Quicunque ergo Deo sunt eadem per dilectionem, sicut ipse ait, Volo pater, ut sint unum nobiscum, ipsi inter se sunt idem, & quicunque est unum cum Deo, est vnũ cum omnibus suis. Sicut patet. C.1.10. Et à destructione cõsequentis,quæcunque inter se non sunt idem, idemptitate dilectionis, non sunt idem cum Deo, quia nec ipsum diligunt. Vnde 1. Ioan.4. Si quis non diligit fratrem suũ, quem uidet,quomodo potest Deum diligere,quem non videt? Vnde Beda. Neque Deus sine homine, neque homo sine Deo diligi potest.

¶Ergo sola mutua fraternæ dilectionis ostensione ostenditur Dei dilectio, & Dei filiatio. Vnde Chrysostomus super Matthęum.Homel.4. Omnes species iustitiæ, quas habent serui Dei, in veritate, possunt habere serui diaboli in simulatione, habet enim fictos, mansuetos, castos, elemosynarios ieiunos. Et omnem speciem boni, quem creauit Deus ad hominum salutem, introduxit diabolus ad hominum perditionem, ut inter verum & simulatum confusio fiat, solam autem charitatem spiritus sancti non potest immundus spiritus imitari. Ideo autem hanc priuatam speciem sibi soli spiritus sanctus seruauit,ut per nullius iustitiã, & testimonium sic cognoscatur,vbi spiritus sanctus est, quemadmodum per gratiam charitatis. Hæc autem charitas (ut ait August.) Est dilectio Dei propter semetipsum, & proximi propter Deum,&c. Vt ergo videatur qualis quisque populus sit, intuenda sunt,quæ diligit, secundùm August. de ciui. Dei. lib.19.c.24.Quia tanto melior est:quãto meliora diligit.

¶Aliud experimentum ad idem accipitur ex similitudine ciborum corporalium,quando enim cibus precios⁹, & delicatus alicui, qui scit eum talem esse,offertur,cui non sapit, potest scire, ꝙ non est bene dispositus, uel quòd est alijs plenus. Ita quando offertur in prędicatione, uel confessione,seu quacunque collatione alicui cibus precios⁹, quia hortatur, ut Deum diligat, & proximum, tam amicum, quàm inimicũ, quòd etiam cesset peccare,& ieiunet, & oret,& pœnitentiam agat. Et ille, qui audit, scit quidem quòd bona uerba sunt, & quòd bonum esset, sic facere. Vnde & frequenter dicunt, felix qui sic 18

facere

facere posset, sicut dicunt alij, hic est bonus cibus si quis comedere posset; nec tamen saporem inueniunt, sic facere, ut eis dicitur. Vnde scire possunt, ꝙ non sunt bene dispositi in anima, & ꝙ sunt alijs malis à moribus pleni. Si vero bonum saporem inueniunt, ex illo cibo spiritualiter viuunt, & roborantur, dilige ergo sapientiam, & conseruabit te. Prouerb. 4. (supple) ad quatuor effectus, ad bene operandum, ad malum pœnæ sustinendum, ad malo culpæ resistendum, ad in bono gratiæ perseuerandum. De his quatuor simul, in Psal. 17. Diligam te domine fortitudo mea in operando, firmamētum meum in sustinēdo, & refugium resistentibus, & liberator perseuerantibus.

19 ¶Tertium experimentū non solū de charitate, sed de charitatis gradu, uideli cet, an feruētior, & maior uel minor sit in corde, est sicut de lumine candelæ, q̄ in paruo vento extinguitur, ubi magnus ignis, plus inflāmatur. Ita magna dilectio, nunquam tędio, uel aduersitate extinguitur, quia omni tempore diligit, qui amicus est. Prouer. 17. Nota experimentum huic simile: C. 1. 20. Nota etiam plura de ista materia A. 27. 38. & C. 14. 23 & D. 2. 2.

Exemplum.

Ar. 4. ¶Non habentium uero prædictum signum nunciorum, & ouium Christi, necnon inuenientium saporem in spiritualibus cibis, in his (uidelicet) quæ Dei sunt, maxima est fatuitas, & periculum mortis. Quæ maior fatuitas in sitiente, quàm plus diligere, riuulum, quàm fontem, plus adulterium, quàm maritū, plus dona mariti, quàm ipsum, dantem, plus ipsam carnem, & mundum seducentem, & Diabolum sine fine punientem, quàm Deum ęternaliter remunerantem, cum illis, qui dilexerunt magis tenebras, quam lucem. Ioan. 3.

20 ¶Cuius rei causa, in autoritate innuitur, homines enim in tenebris cū parno lumine mixtis melius uidēt propinqua, quàm distātia. Ita carnales, cupidi, & mundi sapientes, quibus dici potest. Adhuc modicum lumen in nobis est. Ioan. 12. Clare uident sensibilia, & carnalia, & quia plus appropinquant, & plus dilectant, plus ea æstimant, & diligunt. Spiritualia uero, & uitam ęternā, sicut domum magnam ad magnā distātiam, paruam iudicant, & parum diligunt, tamen in morte quādo alteri sęculo, & spiritualibus appropinquant, uidentes quantum ea, quę hic dilexerunt, ab illis eos impedierunt, & retraxerūt, fatuitatem suam, & periculum intelligent. Et erit de eis, sicut secundum fabulas fuit de ceruo: qui uidens cornua sua in aqua, multum in eorum delectabatur pulchritudine, pedum vero ucloeitatem contempsit, sed cum eo venator eum canibus sequeretur, & cornua inter frondes, ne fugeret, & periculum euaderet, impedirent, & pedes iuuarēt, incepit esse alterius opinionis. Ita in proposito, quando in morte, ueniet venator inferni, & patet. Fabula.

21 ¶Tunc illa, quę fuerunt ei prius materia delectationis, erunt materia tristitiæ, quādo illi, in quibus Deus per dilectionē, & gratiam habitabat, de quibus. Ioan. 14. Si quis diligit me (Et cito post) pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & māsionē apud eū faciemus. Ad mansionem recipientur ęternā, sed illi proijcientur in tenebras exteriores, quia tenebras (ut dictū est) dilexerunt. Et ut ratio utriusque partis clarius videatur, notate ordinem uerborū Christi, ante enim mansionem, quā promittit, duo præmittit, uidelicet dilectionē, & sermonū obseruationē. Ac si diceret. Ad hoc, ꝙ cū homine ad tēpus mansionem faciam, & ipse mecum in æternū, duo hæc requiruntur, nec mirum de dilectione, quia non est aliquis nostrū, qui libenter hospitatur, ubi odio habetur. Nec mirum etiam de secundo, quia rex in castro subditi sui mansionem capiendo: dum ibi moratur, officiales, & ianitores suos in oībus locis ponit, & sua prędcepta ab oībus tenentur dum ibi habitat, sic iustum est, vt Deo obediatur, dum in castro moratur animæ. Exemplum.

It

Et ſicut iſta duo faciunt Deum ſemper in caſtro animæ manere: & ad manſionem ducunt æternam. Ita his contraria, uidelicet, odium Dei, & proximi, & fractio mandatorum Dei, eum de manſione animæ fugant, nec mirum, quia mundus non libenter cum immundo, & luxurioſo, nec pacificus cum iniuido, & iracundo, nec lux cum tenebris, nec largus cum auaro, nec uigil & laborioſus cum pigro operario, nec verus cum falſo. Ita Chriſtus cum Belial. Defectus tamen nō eſt in eo, ſed in illis, qui eū eijciunt de manſione animę, & non ſolum eijciunt, ſed (quod peius eſt) aliqui eorum turpiter produnt, & uendunt, ſicut multi, qui ore dicunt ſe Deū diligere, ſed tamen pro minori, quàm pro dimidia marca eum periurijs, & malis acquiſitionibus, & falſis mercationibus uendunt. Iſti Deo electo de caſtro animæ, locum, & caſtrum illud pro modico locant diabolo. Quis ergo illorum crederet verbis, quibus dicunt, ſe Deum diligere, cum Scriptura dicat. Operibus credite, & quis mirabitur de hoc, quòd tales eijcientur de manſione Dei æterna cum ſarcinis, & faſciculis, & furtis ſuis ad colla illorū, pro quibus Deum vendiderunt, qui turpiter eum eiecerunt hic, & uēdiderunt, & non dilexerunt, animas ſuas uſque ad mortem. Apocal. 12. Quando ergo morerentur tales in perſecutione Antichriſti pro fide, qui eum ſic negāt, vel qui modicam pro iuſtitia ſuſtinere nolunt perſecutionem.

Ar. 5. ¶Non ſolum hæc mala habet dilectio ſimulata, ſed & magnam habet falſitatem, ſicut patet. A. 21. 7. Per totum, hoc etiam quotidiano patet experimento. Quia uix modo diligit filius patrem, vel filia matrem, uel ille, qui amicus vocatur, amicum ſuum, niſi ſicut muſca vas lactis, vel mellis, & ſicut canes os. Nota. E. 8.
22 19. Vnde Tullius de amicitia. Sic (inquit) mutuo ſe diligunt homines, ſicut homo diligit uaccam ſuam, ſcilicet, propter cōmodum, & lucrum proprij, vel ſi aliquid plus in homine diligunt, quàm in bone, illud plus raro ad animam extenditur, ſed circa corpus mercatur, moratur, & negociatur, quia raro inuenitur, qui non diligat propter utile, vel delectabile. Ideo uix inuenitur, qui ſit amicus mortuo, quia animam non diligunt, quia ſic dilectionem erga corpus oſtendunt propter utile, uel delectabile, quibus ceſſantibus, pauperta-te, uel morte, ceſſat dilectio. Vnde dicitur, quòd pauper, & mortuus non habent amicum: ſed ſi ſincere animam diligerent, quæ non ceſſat, nunquam ceſſaret dilectio, quia cauſa nunquam ceſſat. Opere ergo oſtendunt, quòd non animas, ſed corpus, & corporalia diligunt. Ideo, Poſt mortis morſum vertit dilectio dorſum. Et finita uita, finitur amicus ita. Nota. E. 8. 3. Verſus.

¶Sed nonne multum diligunt, quos ſic mortuos plangunt, quos etiam, tot 23
expenſis, & pompis ad puteum deducunt. De multis reſponderi poteſt: ꝙ plus plangunt proprium, quàm mortui incommodum. Vxor, quia non erit in tanto honore, uel rerum copia, filij, quia non habent conſuetam ſuſtentationem, ſerui, quia ſeruitium amiſerunt, amici, quia non habent ſolita feſta, & commoda. Et ſic de alijs, vel quia ſolatium à uiuo habuit in re, vel in ſpe, vel in utroque, nec eſt multum mirandum, quia qui non diligunt animas proprias, quomodo diligere poterunt alienas? Quod autem non diligunt proprias patet, quia qui diligit iniquitatem, odit animā ſuam. In Pſal. 10. Nota. E. 8. 10.

¶Ad aliud etiam, quod obiicitur de 24
expenſis circa funera amicorum, & feſta in die ſepulturæ. Reſponderi poteſt, ꝙ multi in talibus expenſis plus intendunt propriā oſtentationem, quàm mortui utilitatem, vel redemptionem. Cuius rei ſigna duo ſunt, unum uidelicet, ꝙ ubi multas marcas expendunt circa feſta, & pompas in pannis, & ceteris, & huiuſmodi, nix uolunt unum

ſolidum

solidum restituere de debitis, uel male ablatis defuncti, uel uix tot denarios dabunt pro anima, quot solidos expendunt in mundi pompa. Aliud etiam signum est, quòd de cera, & equis, & pannis, & omnibus, quæ apud mundum circa defunctum ostentant, minus quod possunt pro defunctis apud locum sepulturæ, uel quemcunque dimittunt, sed totum si præ uerecundia possent, reportarent. Hoc ergo factum ostendit, quid intendebant, de omnibus istis ergo verificatur illud. Apoc. 12. Non dilexerunt homines animas. Prædictis etiam concordat Canon dicens: quòd exequiæ pomparicæ plus sunt solatia viuorum, quàm subsidia mortuorum. 13. q. 1. animæ.

Ar. 6. ¶Istas autem malas dilectiones: omnes aduersitates sequuntur, tam uitæ præsentis, quàm futuræ, quia nulla 25 dominaretur aduersitas, si nulla esset iniquitas. Sed auser fatuum amorem, & nulla erit iniquitas, quia totius ciuitatis Babilonieæ *fundamentum* est *inordinatus amor*. *Sicut patet* per August C. 4. 1. Cui etiam concordat Sanctus Thom. 1. 2. quæst. 25. artic. 2. Asserens amorem esse primam omnium passionum animæ, quia quædam complacentia, quæ amor dicitur, præcedit omne desiderium, patet ergo, ꝙ dilectio inordinata, est causa omnium peccatorum. Et per consequens omnium tribulationum ex parte nostra.

¶Quantum uero ad Deum, causa omnium aduersitatum est sincera, & zelotipa dilectio, qua animas nostras, ad modum viri zelotipi uxorem suam 26 diligentis, diligit. Ille etenim uxorem suam alienum diligentem, multis modis & flagellis, & verbis, & uerberibus, & necessariorum subtractionibus afflixit; ut ad amorem sui eam reuocet, & seruum, quem sic diligit, fugat, ut tota male dilectionis occasio subtrahatur. Sic Deus, de quo. Exod. 34. Dominus zelotes nomen eius, uidens nos alia inordinate diligere, & in illis zelo, & in aliis & tempestatibus, & plurijs & infirmitatibus nos multipliciter affligit. Quando etiam sic dilectum morte subtrahit, seruum fugat, & totum, ut amor noster erga eum crescat. (Sicut patet. A. 20. 10.) & mala dilectio eradicetur. Sicut ipsemet dicit. Exod. 20. Ego sum dominus Deus tuus fortis, zelotes, uisitans iniquitates (supple) ad eas tribulationibus extirpandas.

¶Et reuera, hoc faciendo, & si non ore, opere tamen, & effectu nobis loquitur, & minatur. *Sicut legitur* quandam mulierem allocutam fuisse uirum suum post mortem suam, fertur enim, quòd quidam rex accepit in uxorem filiam cuiusdam potentis: qua mortua, cito aliam duxit uxorem. Cui apparens uxor defuncta, & ipsum increpans ait. O ingrate, cito oblitus es mei, 27 sed ego te ita vexabo de nocte, & pater meus de die, quòd non erit in te locus noui amoris. Sic Deus tot aduersis nos hic uexat, & pluribus minatur vexare in futuro: quòd de iure non deberet in nobis esse locus fatui amoris. Et tota ista tribulatio, tam in die præsentis uitę nobis exhibita, quàm in nocte mortis promissa, ne in nobis locus amoris inueniatur, quia dum istas aduersitates temporales nobis in præsenti immittit, & in futuro æternas minatur, quid aliud nobis loquitur? quid aliud nos docet? nisi illud. 1. Ioan. 2. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Exemplum.

¶ Dimissionis. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Dimissionis modus, duplex est, totalis, & frequens.*

Primus modus totalis hoc pacto fieri debet, ꝙ tota offensa ex corde dimittatur.

Secundus modus frequens fit, quòd quotiens in te delinquitur, totiens offensa dimittatur.

2 *Causa*

2 *Cauſæ dimittendi, & nationes plures exiſtunt.*

3 *Primò Chriſtus eius doctrina dimiſſionē edocuit.*

Secundò Chriſtus exemplo & opere præ ſe tulit hanc dimittendi methodum.

Tertiò Diſcipuli etiam Chriſti hanc eandem dimiſſionem ore docuerunt, & opere adimpleuerunt.

Quartò debes offendenti dimittere; vt fugias, vel minimas damna tua.

Quintò dimittas, ne æternas pœnas ſuſtinere cogaris.

4 *Sextò dimittendum eſt, ut mendacium orando fugias, cum inquit; Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimiſimus.*

5 *Septimò ad confundendum, & deijciendum, Damonem; qui inter hominum diſſimilitudines ſeminare, & parere vehementem conatum.*

Octauò dimittere debemus, ut nobis Deus dimittat.

6 *Multi ore ad tempus potius iniurias diſſimulant, quam corde remittant.*

7 *Deus optimus maximus non exaudiet, nec dimittet in morte, nec aute mortem parcet illis, reſpuentibus ante mortem alijs dimittere.*

8 *Nonò inimicis dimittendum eſt, ut acquirere ualeamus æterni Regni mercedem.*

9 *Quam ineffabile, & immenſum dimittentium meritum eſſe inueniatur, non ineleganter tribus exemplis elucidatur.*

10 *De demerito, & pœna debita non dimittentium.*

11 *Multipliciter & fuſius. Reſpondetur pluribus allegatis rationibus, quibus illi nolentes dimittere muniuntur aduerſus eorum aduerſarios.*

12 *Eiſdem obiectionibus paſſim reſpondetur ab illis addictis, qui ære ſeruos conuitia, & conſumelias hoſtium. & nu. 13.*

14 *Iuſtitiæ rigor, & ſeueritas non ſemper petenda eſt propter duas rationabiles cauſas.*

15 *Non ſufficis Chriſticolis, eorum proximos hoſtiliter non lædere, ſed tenentur ex præcepto eos dilectione amplecti.*

16 *Quomodo cum exemplo reſpondendum eſt his qui obtorto & effero corde nolunt relinquere iniuriam impunitam: etſi ſuſpendi ſtatim cognoſcerent, & mox in immonia tartara decludi certo ſcirent.*

Imiſſionis.

Primo, oſtēdetur modus. Secundo, cauſę. Tertio, meritum dimittentium. Quarto, nolentium dimittere ponendę ſunt reſponſiones cum reprobatione. Quinto, pœna oſtendetur eorundem.

¶Modus autem duo requirit, uidelicet totalitatem, & frequentiam. Totalitas autem dimiſſionis ſic fiat, quòd tota offenſa, tota ira, ſeu vindictæ appetitus, ex corde dimittatur, ſic uidelicet, quòd de alterius aduerſitate non gaudeat, nec de proſperitate doleat, nec malum eius appetat, nec uindictam per ſe loquendo, uel operando, uel per aliud procurando quæratur. Ita ſi ſemper duo à Deo prohibentur, uidelicet ira cordis interius, & uindicta manus, & linguæ exterius. Tertium uero, quòd uidelicet iuſta fiat emenda, ſecundùm leges Dei non prohibetur, ſic ergo dimitte, & dimittemini. Lucæ 6. Quantum ad delicti, ſeu offenſæ totalitatem. Secundo quantum ad offenſæ frequentiam dimittite, quotiens in uobis delinquitur, ſicut vultis, quòd Deus quotiens ei peccatis, dimittat. Vide Petrus Rauennas, Sermone. 67. ſuper illud. Matth. 6. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hic (inquit) ſine peccato eſſe non potes, ſi uis ergo ſemper dimitti tibi, ſemper dimitte, & quotiens vis dimitti, totiens dimitte, immo qui vis totum tibi dimitti, totum dimitte, inſuper & hoc faciendo intellige, quia alteri remittēdo, tui veniam tu dediſti. Cauſę autē, & rationes, quare ſic dimittendū eſt, præter illas, q̄ tacte ſunt D. 6. 31. Et D. 9. 8. & 9. multę adduci poſſunt.

¶Primo

Ar. 1.

1

1A

2

2

Ar.2. ¶Primo Christi doctrina qui hoc docuit. Sicut patet. D. 9. 8. Secundo Christi
2 exemplum, qui non solum hoc uerbo docuit, sed opere ostendit, in hoc q̃ patrem orauit. Luc. 23 dicens. Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt, non sic oraret, q̃ pater illis dimitteret, quantum ad deitatem, nisi ipse quantum in eo fuit dimisisset, quantum ad humanitatem.

¶Exemplo discipulorum Christi, qui etiam hoc ore docuerunt, & opere impleuerunt, dixerũt. Nos dimisimus omnia & secuti sumus te. Luce 18. Qui vero horum exemplo non dimittunt, Christiani, uel Christi discipuli solo nomine sunt, nec Christum, vel eius discipulos sequuntur re, sed uoce, dicentes, se Christianos esse. Et ideo sicut, qui dicunt se peregrinos esse terre Sanctæ, nunquam tamen eadunt, & nunquam ad terram illam peruenient. Ita nec tales ad terram viuentium, quia nunquam ad illam uenient, nisi peccata illorum prius dimissa, sed peccata non possunt eis dimitti à Deo, nisi ipsi alijs dimittant, quia si non dimiseritis hominibus, nec pater noster dimittet nobis. Matth. 6. ergo nisi dimittant, terminum peregrinationis, & societatem Christi, & discipulorum eius nunquam attingent.

3 ¶Quarto ut damna tua fugias, vel minuas, & ne malum tuum duplices, & de minori malo maius facias. Ipse enim, quem odit, tibi uel tuis loquẽdo? vel operando, damnum forte intolle temporale, q̃ finem habebit. Tu uero odiendo, vel te uindicando, malum tibi infers spirituale, & æternum in mortis cuentu, quia Deum à te fugas, & pacem amittis cordis, & animam perdis, quæ ualet mille mundos. Et sic qui asserenti denarium, infinitum ex ira projecis & amittis thesaurum. Et sic enim odiendo, uel persequendo, vel uolun-
3 tatem habendo, ei nocens plus tibi nocebis, quam ei, & plus tibi nocet, quam ipse tibi nocere posset, quia ipse damnum spirituale, & animæ experditionem,

& pœnas æternas tibi inferre non potuit. Male ergo se uindicat, qui tot modis damnum proprium auget. Sicut patet. T. 5. 70.

¶Quinto, ne pœnas incurras æternas, duro cordi debitas. Eccl. 3. Cor durum male habebit in nouissimo. Sicut patet. C. 9. 5.

¶Sexto, ut mendacium orando fu- 4
gias, quando dicis illud. Matth. 6. Dimitte nobis. &c. Sicut & nos dimitti. debitoribus nostris. Si enim non dimittis, qualiter te à falsa suggestione Deo facta, & mendacio saluabis. Sicut ergo veraciter, & cum corde misericordi orando, & orationem dominicam dicendo, Deum misericordem nobis facimus. Ita mendaciter, & sine misericordia, & remissione cum duro corde, & immisericordi, hanc dicendo, quid aliud quàm eum immisericordem nobis facimus? quia eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. (Matth. 7.) & iudicium sine misericordia ei, qui non facit misericordiam. Iaco. 2. Nota O. 5. 14. Si enim carens operibus misericordiæ dãnabitur. Sicut patet. Matth. 25. Maxime carens isto damnabitur, quia inter omnia misericordiæ opera istud est maximum. Vnde Augustin. in enchiridion. Multa (inquit) sunt eleemosynarum genera, quæ cum facimus, adimuamur, ut nobis, peccata dimittantur, sed ea nihil est minus, quàm cum ex corde dimittimus, q̃ in nos quisque peccauit, quia minus bonũ est ergo eum esse benignum, qui nihil mali tibi fecit. Illud verò grãdius, & manifestissimè bonitatis est indicium. Sicut ergo q̃ multa dat diuitibus, & pauperibus in mundo isto, reportabit largus, & liberalis. Ita qui bene ter-
5 rofuas propter Deum remittit, cuius Dei largus reputatur, & magnificus.

¶Septimo, ut diabolus confundatur qui maxime nititur inter homines discordias seminare, sicut patet. D. 8. 9. quia sicut maxime de tali discordia gaudet. Ita de concordia confunditur.

¶Octauo, ut Deus nobis dimittat, se- 5
cundum, qui in gaza premia, qñ multa pecca-

cata ei obijcientur (ſicut patet. D. 2. 5.) & quando omnia debita ab eo exigentur, (ſicut patet ibidem) Deo dicere cum ſecura conſcientia poſſet. Miſericors Deus, frequenter dimiſi pro amore tuo peccantibus in me, nunc rogo pro miſericordia tua, dimitte mihi, propter bonitatē tuā Deus, & ſis ei miſericors, qui tibi & tuis & malis propter te miſericors fuit. Si ſuggeſtio eſſet vera, credo, quòd cito audirent. Aliter ſicut patet. O. 5. 14. quia ab illo petit, qui orationem illam formauit. Matthei 6. Sic orabitis, &c. Dimitte nobis debita noſtra, &c. & nequaquam homines ſic orare docuiſſet, niſi ſic orantes audire vellet.

¶Qui ergo uolunt nunc exaudiri, quando petent remiſſionem multorum debitorum, dimittant nunc pauciora. Fatuus enim eſſet, qui nollet unum denarium ei debitum dimittere, ut ei dimitterentur mille, in quibus ipſe obligatur. Sed iniuriam, quam Deo facimus peccando, plus excellit iniuriam: nobis factam, quàm mille denarijs excellant unum, quia ibi peccando contra infinitum, infinitam iniuriam committimus. Et ſi non dimittimus vnum, non dimittuntur nobis mille. Vnde Hiero. ſuper illud. Matth. 6. Si non dimiſeritis, &c. formidoloſa ſententia, ſi parua fratribus non dimittimus, magna nobis à Deo nō dimittuntur, quod patet pulcherrime. Matth. 18. Vbi Chriſtus talem reprehendit, qui noluit miſereri conſerui ſui, ſicut & ipſe dominus ſui miſertus fuit, quem tradidit tortoribus, dicens. Sic & pater meus celeſtis faciet uobis, niſi remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus ueſtris.

6 ¶Notandum eſt diligenter, quòd dicit, de cordibus ueſtris. Multi enim ore iniuriam potius ad tempus diſſimulant, quàm remittant, propter congregationem, & inſtantiam bonorum virorum, qui ad faciendum pacem inter eos congregantur, ne eos offendat, ficte more traditoris. Inde, mutuo ſe oſculantur, dicentes, pax, pax, & non eſt pax. Hierem 6. quia angorem in corde retinent, & tempus ulciſcendi expectant, & ſemper minus diligunt, & faciliter culpam præteritam improperant. Contra quos. Bern. Sermo. 89. Tam (inquit) liberaliter dominus donauit iniuriam, ut iam nec damnet ulciſcendo, nec confundat improperando, nec minus diligat imputando, uel cogitando. Qui uerò ſic ad tempus diſſimulant, ut quando poſſent, noceant, Deum inſtruunt, qualiter eos damnare debeat, & qualiter ſe ad eos habere debeat, ut (uidelicet) ad tempus iniuriam ſibi factam peccādo diſſimulet, & in fine, cū tēpus acceptauerit, eos durius iudicet, quia (ſicut ante dictum eſt) quali menſura alij menſura, &c.

¶Ex omnibus præmiſſis patet, quod 7
Deꝰ nō exaudiet, nec dimittet ante mortem, vel in morte illis, qui ante mortem alijs non dimiſerunt. Nec hoc debet cuicunque uideri mirabile, ſed magis mirabile debet uideri, quomodo ipſi præ uerecundia poſſent à Deo, & miſerijs ſuis ante mortem, uel in morte miſericordiam, & adiutorium petere de magnis, qui noluerunt pro Deo miſericordiam facere in paruis, quomodo poſſent ab eo regnum petere dicentes? Adueniat nobis regnum tuū, vel remiſſionē multorum debitorum, qui pro eius amore noluerunt paruum debitum dimittere, hoc enim quaſi riſu dignum recitat Scriptura, dicens. Homo homini reſeruat iram, & à Deo quærit medelam. In hominem ſimilem ſibi, non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur altiſſimū. Ipſe, dum caro ſit ſibi reſeruat iram, & propitiationem petit à Deo, quis exorabit pro delictis illius? Eccleſiaſtici 28. De hoc Auguſtinus, de ſermone domini, ſermone 5. quam (inquit) frontem habes, petēdo ad Deum tuum, qui non cognoſcis parem tuum?

¶Nono propter emendam, & mercedem æternam. Qui enim proximo 8
pacificari vellet pro regno, vel pro auri, & argenti theſauro immenſo, pacifice-

tur

tur pro regno illo, quod dabitur pacificis. Matth. 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur, si autem filij, & hæredes. Non ergo propter merita, vel demerita inimici, sed propter istas causas prædictas, & commodum propriũ, dimitte, & dimittemini. Luc. 6. Et benefacite his, qui uos oderunt, ut sitis filij patris uestri (Matth. 5) Hoc est, in remittendo ei similes, iuxta significationem nominis, quia filius Dei dicitur, quia sit, ut ille.

Ar. 3. ¶Quãtum autem sit meritum dimittentium patet ex hoc, quod in gestis antiquorum patrum legitur, quasi sic, quidam heremita requisitus forte in mortis articulo, ut aliquod præcipuum factum, quod in uita sua fecisset, narraret, ut posset remanere in exemplum, dixit, nunquam comedi quisquam, ꝙ mortem paciebatur. Alius uero requisitus, respondit, ꝙ nunquam dormiuit, habens aliquid in corde suo contra quemcunque, nec etiam quod aliquis haberet aliquid contra me, quantum mihi possibile fuit. Et uita istius secundi plus commendatur. Ex quo patet, ꝙ melior est culparum dimissio, quàm ciborum abstinentia. Idem patet per hoc, quod à multis narratur & scribitur, quod cũ quidam inimico suo cum potestate obuiaret, & ipsum statim occidere uellet. Alius ad pedes eius se proiecit, misericordiam petens pro amore illius, qui pro eis in Cruce, mortuus fuit, qui statim pro illius amore, & remisit, osculatusque est eum, hic ergo, qui remisit, postmodum cum alijs peregrinis Hierusalem veniens, cum ante crucifixi imaginem in templo veniret, imago miraculose brachia coram omnibus extendens amplexatus est eum in signum, quod Deus sic filios suos honorabit in cælo, qui amore eius remittunt. Cuilibet enim tali dicturus est illud. Luc. 7. Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, cui autem minus dimittitur, minus diligit.

Exemplum. ¶Tertium etiam exemplum dimittẽdi, & meritum nostrum augendi, habemus de quodam alio, de quo legitur, quod ter in die omnibus indulgebat, mane propter missam, ne (uidelicet) Deum pacis sine pace cordis uideret, nec enim aliter se illa uisione dignum reputauit. Meridie, propter mensam, sero propter dormitionem, ne, uidelicet, à diabolo suffocatus pro ira damnaretur. Horum ergo exemplo propter meriti magnitudinem, dimittite, si quid habetis aduersus aliquem. Mar. 11.

Ar. 4. ¶Quia uero opposita iuxta se posita magis apparent. Iuxta meritum dimittentium ponendum est demeritum nõ dimittentium. Auditis tamen illorum responsionibus, in quibus si deficiant pena tantæ temeritatis debita (artic. 5.) addicenda est.

10 ¶Ad prædictas rationes, & allegationes, ꝙ nõ est ira in corde reseruãda, nec maledictio ore proferenda, nec uindicta per manus capienda, sed totaliter quo ad ista tria remittendum. Respondent aliqui dicentes. Postquam fecit tantum contra me, vel aliquẽ amicorũ meorum, seu filiorum, vel consanguineorum, obloquendo, diffamando, verberando, vel bona auferendo, seu discordias inter me, & maritum meum, seu amicum, seminando, mendaciter falsa mihi imponendo, & specialiter vbi nihil tale contra eum demeriti, sed ostendi ei bona, contra hec quę mihi reddidit quomodo ei remittere possem? Respondetur, ꝙ propter nouem rationes, articulo secundo, notatas, nec ualet, ꝙ addunt, ꝙ nihil demeruerunt, & ideo remittere non debent. Quia Christus, & sancti martyres non demeruerunt talia damna, percussiones & occasiones, & tamen ipsi remiserunt. Si ergo ipsi talia damna, & pœnas sustinuerunt, quę quorum meruerunt, & tamen patienter remiserunt. Iustum est, & rationi consonum, quòd nos, qui multas mortales pœnas peccando, eas patienter sustineamus, & remittamus. Si ad eorum pertingere uolumus societatem ¶ quia licet mala sit intentio

est tamen iusta de causa ex parte Dei permittentis, & ex parte patientis, quia talia, & plura peccando meruit. Talibus ergo non est irascendum, sed ignoscendum, quia sicut martyres ad cœlum ire fecerunt, & ideo rationabiliter eis remiserunt. Ita nos ad cœlum ire iuuat. Sicut patet. D. 6. 3. 1. 38.

11 ¶Item respondeas, pluries deliquit, & pluries dimisi, & semper post pacificationem iterum inimicitias contra me exercet, nunquam iterum remittam. Huic respondet Christus Petro quærenti, quoties dimitteret fratri suo (Mat. 18.) Cui Christus inquit, non vsque septies, sed vsque septuagies septies, id est, semper, & totiens, quotiens delinquit. Cuius facti ratio assignatur supra eod. capit. &c.

¶Item respondent, sic remittere, & sic inimicos diligere, durum est, fateor tamen per hanc duram viam oportet ad vitam pertingere. Sicut patet. D. 19. 10. quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapient illud.

¶Iterum respondent, non possumus
12 inuenire in cordibus nostris, vt remittamus. Non est mirabile, quod non inuenit gratiam misericordiæ, vel remissionis in corde à diabolo possesso, in quo die, & nocte habitat, immo maius mirabile uidetur, quod qualecunque opus boni in tali statu facere posset, quia ex quo ipse bursam cordis ligauit, vsque eius manu sua constringit, mirabile est, quod bonum nec illuc intrare, nec inde exire potest, immo mirabilius esset, si cor dominæ à crudeli tyranno possesso, aliquid misericordiæ exire posset. Si tu ergo qui in corde inuenit, quod delinquenti pro Deo dimittat, cogitare rationabiliter potest, quod cor eius non sit à crudeli diabolo possessum. Itaque non potest in corde suo inuenire. Experimento scire potest, quod non sit cor suum crudelis dominus manu sua tenens & stringens. Consilium ergo optimum habeo tibi consulo, quod dolendo & confitendo, manum diabolo de corde tuo solua. Et tunc inuenies dimittendi, sicut enim aqua calida, canis de coquina fugiatur. Ita diabolus aqua contritionis, & lachrimarum de coquina cordis. Et sicut alium tenens manu gladio amputata, qui tenebatur, dimittitur. Ita diabolus gladio linguæ in cõfessione percussus cor, quod tenuit, dimittit, quia manus eius. i. tenendi potestas aufertur. Et sicut crudelis domino iugo ablato seruus à lege eius absoluitur. Ita tale cor à lege crudelitatis absolutum dimittendi, & misericordiæ gratiam, & libertatem consequetur. Et nisi sic manus diaboli euaserit, dimittere non poterit, quod pulchræ significatur in Exo. 7. vbi replicatur, quod induratum fuit cor Pharaonis, supple, per diabolum, qui illud tenuit, & ideo remissionis gratiam in corde inuenire non potuit. Et hoc est, quod ait. (Exo. 5.) nescio dominum, & Israel non dimittam.

¶Iterum dicunt, si mihi humiliare 13
vellet, à ab inimicitia cessare, & emendationem facere, ego ei remitterem, sed antequam hoc faciat, nunquam remittam, sed ita me habebo ad eum, sicut ipse se habet ad me. Et non est dictum cuiuscunque rationem habentis, quia qui sic loquitur, tantum dicit, quod ipse nunquam vult se corrigere, nec se humiliare, sed cum ira sua ire ad infernũ. Ideo tu qui sic respondes, ratione societatis uis cum eo ire? ut cum eo, quem tantum diligis, in uno loco sis inferni, hoc sequitur ex tuo dicto. Dicis enim, quia ipse me persequitur, & mihi inimicatur, ideo uolo sibi etiam inimicari. Sed certum est, quod ipse tibi contra legem Dei inimicando, ad infernum uadit, ergo & tu eadem ratione ei cõtra legẽ Dei inimicãdo ad eundẽ locũ vadis. Ecce qualiter amabat eũ (Ioan. 11.) quia ipse nõ vult esse bonꝰ, nec saluari. Ideo tu non vis, & quia ipse semper vult esse malus. Ideo & tu cõtra Scripturã, quæ dicit, ne respondeas stulto iuxta stultitiam suã, ne efficiaris ei similis Prou. 26. Melius est ergo sequi exẽplum Christi, qui prius se humiliauit, & pacẽ prius quæsiuit, nõ pauis, sed vilissimi serui, & prior remisit

remisit iniuriam sibi factam, non solum verba, sed etiam uerbera. Sicut patet, supra c. c. 2.

14 ¶Iterum dicunt, nihil peto, nisi iustitiam, quam meruit. Sed aduertant tales, quòd iustitiæ rigor non semper est petendus propter duo. Primo, quia pax fundata super nimia, uel graui emendatione, uel iustitiæ rigore, non erit syncera, nec stabilis. Sicut patet. P. 4. 20.

¶Secundo, quia in mortis articulo, vel alia necessitate non petis à Deo iustitiæ rigorem, sed misericordiam, & quod vis à Deo exigere, alteri facias. Sicut patet, supra. c. c. 5. Nota. M. 9. 30.

¶Iterum respondent, non habemus eum odio, satis diligimus eum; & remisimus ei, quia nolemus, quòd anima damnaretur, sed & corpus cõfusionem haberet, sicut meruit. Sed mendacium est dicere, quòd diligunt eum, cuius corpori, contra rationem, confusionẽ optant, quia ex Dei præcepto tenentur, proximum diligere, sicut seipsos, sed nullus vellet corpori proprio confusionem, ergo secundùm iustitiæ ordinem; hoc uelle non potest proximo suo.

¶Iterum respondent, nollem ei malum, sed peius est mihi, quando video eum, sed si tale verbum diceret de imagine Dei, vel Sanctæ Mariæ in ecclesia, reputarentur mali Christiani. Sed ille, de quo sic dicunt, est Dei imago. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Gene. 1.

15 ¶Iterum dicunt, nolumus eum lędere, sed hoc non sufficit, ex Dei enim præcepto tenentur proximum diligere, ergo nõ sufficit non lædere, quia vtrunque requiritur, uidelicet, declinare à malo, & facere bonum. Vnde Chrysost. li. de compunctione cordis. Si tantummodo eum non lędas, qui te lęsit, auertas te tamen ab eo, nec libenter eum uides, manet sine dubio vulnus in pectore. Nunquid tu vis tibi ita propitium fieri Deum, ut non te lædat, auertat se tamen à te & peccatorum tuorũ memoriam teneat, & uidere te nolit. Igitur qualem uis erga te esse Deum, cum delictorum ueniam poscis. Talem te exhibere debes his, qui deliquerunt in te, nec ualet dicere, quòd istæ responsiones, & exprobationes locum habẽt, vbi odium iustum est, quia omne odium hominis inquantũ homo iniustum est.

¶Vltimo, & pessimè respondent, dicentes, uolumus uindicare, etiam si deberemus statim suspendi, uel ire ad infernum. Sed quia hoc non est uerbum hominis rationem habentis, sed magis phrenetici & insani; difficile est eos ratione uincere, tamen bene scio, quòd si breuissimo tempore essent illas pœnas in facto experti, quibus se uerbis obligant, & si post experientiam redire possent, cito totum dimitterent, & loquelam mutarent. Quod patet per hoc, quod scribitur de quodam sancto viro, qui voluit discordes concordare. C. 9. 5. & 6. Talium ergo exemplo corda sua molliant, & verba superbiæ in humillima, & pacifica mutent. Alias pœnas illas opere experientur, quando nimis tarde erit corda emollire, vel mutare. Vix enim est in uita ista ita durum corpus ferreum, quin igne molliantur. Non sit ergo cor nostrum durius ferro, sed cogitatione illius pœnæ molleſcat, & omnia debita remittat, ne in carcerem recludatur cum illo seruo nequam. (Matth. 18.) Donec reddat uniuersum debitum (id est) semper, quia in inferno nunquam debitum soluere potest. Vbi etiam habebit societatem illius, quem quia persecutus fuit, persequetur. Et sic ratione societatis ad infernum vadens, illud quod plus vitauit, videlicet, societatem illius, quem odit ibi habebit.

Ar. 5.

16

Exem. plum.

Nota multas causas, quare remittere debemus iniurias. I. 8. articulo 6.

¶Diuitiarum. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Diuitiarum, & opum tria sunt genera; quarum: primum est temporale; secundum est spirituale; & tertium est cœleste.*

2 *Quid respondere debeat diues cum de opibus habendis tentatur.*

3 *Quatuor modis contingit delinquere diuites propter diuitias possidendas.*

4 *Peccant locupletes; primo mala, & iniqua adeptione: secundo malo vsu: tertio mala detentione: quarto nimia dilectione.*

5 *Propter diuitias malè detētas quis quādoque corporaliter occiditur; ita & anima quandoque spiritualiter perimitur.*

6 *Qui sic circa diuitias errat; eas non possidet, neque tenet: sed potius ipse ergione ab opibus tenetur, & possidetur: Nam diuites de pluribus computum reddent, quam pauperes; & multi diuitum si alienum penitus, et æquè restituissent, minus haberent, quam Mendici, & egeni.*

7 *Quòd qui satis opibus pollent; sunt infortunatiores, & mendiciores illis, qui pauperes & mendici appellantur, nonnullis exemplis comprobatur.*

8 *Euidentia maximæ indigentiæ est, vbi quis marum, vel pudem exhiberet pro pecunia, & diuitijs habendis.*

9 *In morte Paupertas, & miseria præcedens pariet lætitiam, & spem; Diuitiarum verò Redundantia, & exuberantia præcedens tristitiam & angorem ingentem affert.*

10 *In mortis puncto; & passu Dines malus, & pauper bonus sibi mutuo obuiant.*

11 *Pauper assimilatur Formicæ; diues verò Cicadæ, & etiam ille comparatur gallinæ post mortem; & iste Falconi post mortem.*

12 *Deus excelsus suæ dexteræ mutatione, locupletum egenorumque statum, ac conditionem iustè quidem commutat.*

13 *Pauper est ille, qui minus cupit; Dives est tamen in hoc præsenti & in futuro sæculo, cum in utroque Deo acquieuerit, & talis Vir uerè dicitur Dives à Deo; quia quasi Deus nullo creditur indigere.*

14 *Hominum fortunæ bonis affluentium dementia, atque insania pluribus rationibus satis liquet.*

Primò, ex affectu, qui operi sequitur.

15 *Secundò diuitum Vecordia agnoscitur ex opere, quod ipsi diuites agunt.*

16 *Tertiò eorum amentia vberrimè constat ex fine, quem locupletes adipiscentur.*

17 *Diuites Deo, & proximis ingrati existunt.*

Et primò ipsi optimo, & maximo Deo.

18 *Secundò contra Deum ingratitudinem committunt, eum suis bonis expugnantes.*

19 *Deus hoc in sæculo hominibus non præstat plenam mercedem.*

20 *Tertiò locupletes ingrati sunt ipsis etiam hominibus.*

21 *Diuitijs seruiendum deceptio dupliciter demonstratur.*

Prima impostura illæ diuitum oritur ex mala intellectione seu cogitatione.

22 *Homines decepti assimilantur somnientibus.*

23 *Secunda deceptio hominum opibus pollentium è Dæmonis seductione emanet.*

24 *Excusationes diuitum circa opum fallacias, & culpas satis ob oculos ponuntur.*

25 *Quare opinio immensum desideret, uberius scribitur.*

26 *Quomodo respondere debeamus senibus auaris filijs, & prodè carentibus, qui quidem sunt cæteris operæ cupidiores.*

27 *Pœna diuitibus inflicta pro eorum excessibus duplex est, quarum altera exterior est, scilicet, multiplex vexatio.*

28 *Altera pœna est temporalis interior, scilicet, mentis afflictio.*

29 *Æter-*

29 *Aeternam pœnam diuitibus debitam, & condignam duobus concinnis exemplis non obſcurè enucleatur.*

30 *Pœna diuitum eadem exemplo duorum Regis gnatorum per bello oſtenditur.*

31 *Diuites pauperum bona rapientes nullo pacto à ſæculo puniuntur, at pauperes ſi diuitum rem aliquam furentur, exemplo à iudice ſuſpenduntur.*

32 *Sicut Talpa in morte tantummodo oculos aperit: ſic etiam omnis malus Diues in morte.*

33 *Diuites, ne pœnas prædictas in æternum perſoluant, triplex remedium inuenire queunt.*

34 *Primum remedium reſpicit opum acquiſitionem.*
Secundum remedium poſſidendi modum amplectitur.

35 *Tertium remedium præcedit diuitiarum vſum.*



Diuitiarum. Primo, oſtendetur diuiſio, ſeu diſtinctio. Secundo, quomodo circa diuitias temporales erratur. Tertio, quòd illi, qui ſic circa eas errant, non ſunt diuites, nec diuitiarum domini, ſed ſerui. Quarto, quia ſunt infeliciores, minus ſecuri, & pauperiores, & pluribus miſerijs ſubiecti, quàm illi, qui uocantur pauperes. Quinto, ſic ſeruientium oſtendetur ſtultitia. Sexto, ingratitudo. Septimo, deceptio. Octauo falſa excuſatio. Nono pœna. Decimo, quid facere debeant, ut à prædictis culpis, & pœnis, & periculis liberentur.

Art. 1. 1 ¶ Quantum ad primum. Diuitiarum tria ſunt genera. Temporales, quæ de neceſſitate relinquentur, niſi præmittantur. Pſal. 48. Simul inſipiens, & ſtultus peribunt, & relinquent alienis diuitias ſuas.

¶ Spirituales, ſcilicet, gratiarum, virtutum, & bonorum operum. Eſa. 33. Diuitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia, timor domini, ipſe theſaurus eius. Et hæc ex uoluntate uel amittuntur, uel poſſidentur.

¶ Cœleſtes. Pſal. 111. Gloria, & diuitiæ in domo eius. Ei hæc ſemel habitæ nunquam amittentur &c.

¶ Primæ non ſunt cupidæ appetendæ, quia poſſunt eſſe occaſio peccati, & æternæ damnationis. Sicut ergo ſapiens non appetit eſſe diſpenſator pecuniæ domini terreni, in caſu vbi poteſt eſſe occaſio mali, ſicut, quòd fit præpoſitus, vel vicecomes, & huiuſmodi, ubi diſtrictum dabit computum. Ita ſapiens non appetit multum eſſe diſpenſator pecuniarum Dei. Diues uero parum habet ultra pauperem, niſi quòd maiori, & diſtrictiori obligatur computo. Quando ergo de diuitijs habendis tentatur, Reſpondere debet, ſicut reſpondit quondam quidam ualens epiſcopus, dicentibus ei, quòd pecunia de correctionibus elenata, quam archidiaconus recepit, ad eum pertinebat. Ideo ei perſuadebant, quòd archidiaconum in iudicio ſuper hoc conueniret, quibus ille, quid (inquit) de illa pecunia facerem, ſi eam haberem? Cui ille, in eleemoſynas tuas eam conuerteres, quibus ille, ergo ſola diſpenſatio mihi conceſſa eſt, ſicut & ei. Cum ergo eum bonum ſupponam diſpenſatorem, tantum uolo, quòd ipſe diſpenſet, ſicut ego, & ſi aliquid in diſpenſatione illa periculum contingat, plus uolo me quam ipſum uitare periculum. Sic omnes cogitare debent, quando de diuitijs congregandis tentantur, & ſibi ipſi reſpondere, quod diuitiæ poſſunt eſſe occaſio mali, quia qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nocua, quæ mergunt homines ni interitum; & perditionem. 1. Thimo. 6. Exemplum. 2

¶ In qua auctoritate notatur ſecundum principale, multiplex, videlicet, Art. 2.

Digitized by Google

error, & periculum circa diuitias terrenas, & hoc contingit quatuor modis. Vel quia peccant in male acquirendo, vt illicus iniquitatis, qui defraudauit dominum ſuum. Lucæ 16. Et de tali acquiſitione eſt totum capitulum. A. 12.

¶ Secundo peccant in malo uſu: ut diues ille, qui induebatur purpura. Luc. 16. Tertio in mala detentione: ut diues ille. Luc. 12. Anima habes multa bona repoſita in annos plurimos.
3 Quarto, in nimia dilectione, ut diues, ille, qui abijt triſtis, quando Chriſtus dixit ei. Vade, & vende omnia, &c. Luc. 18.

¶ Quantum ad primum, diuitiæ raro acquiruntur ſine periculo furti, uſuræ, mendacij, doli, periurij, & falſitatis. Prouerb. 28. Qui feſtinat ditari, non erit innocens, quia ſicut ſpinæ vix ſine manuum colliguntur læſione. Ita nec diuitiæ ſine conſcientiæ læſione. Ideo Chriſtus expoſuit diuitias ſpinas. Matth. 13. Quia ſicut colligens ſpinas pungitur. Ita ſibi diues fueris, non eris immunis à delicto. Eccleſiaſtici 11.

¶ Secundum ſcilicet malus diuitiarum uſus, ſatis patet conſideranti facta mundialiter uiuentium, tam eccleſiaſticorum, quàm ſecularium perſonarum. Ipſi enim dum tot expendunt circa mundi uanitates, & conflictiones, haſtiludia, & ueſtes, & ornamenta ſuperflua, & huiuſmodi. Circa etiam carnales uoluptates, ut gulam meretricium, & huiuſmodi. Circa etiam mundi honores, nitentes, uidelicet plus, ut diligantur, & honorantur à magnatibus, quàm à Deo, ſatis oſtendunt in factis ſuis malum diuitiarum uſum, quia eis ad voluptatem utuntur & iactantiam, de quibus. Matthæi 12. Multi diuites iactabant multa.

4 ¶ Tertium videlicet mala diuitiarum detentio. Ita commune vitium eſt, ſicut primum, vel ſecundum, non tamen ita apertè omnibus apparet, quia in malo vſu, diuitiæ, (ut prædictum eſt) oſtenduntur. In mala detentione abſconduntur veſtes, uidelicet in cameris, pecuniæ in ciſtis ſegetes in horreis, cibaria in cellarijs, uſque ad murium conſumptionem, & putrefactionem celantur. Iaco. 5. Diuitiæ ueſtræ putrefactæ ſunt. Veſtimenta veſtra à tineis comeſta; & tota iſta detentio eſt in malum detinentium, quia ſicut quandoque quis diuitias detinet: propter quas corporaliter occiditur, ita pro tali detentione anima ſpiritualiter occiditur. Quia ſicut latronis furtum coram iudice portatum teſtimonium perhibet eius malis factis, propter quę damnatur. Ita diuitiæ ſic detentæ, & corruptæ, teſtimonium perhibebunt contra eos ante tribunal Dei in morte, & in generali iudicio. Et hoc eſt, quod ſequitur. Iaco. 5. Erugo eorum erit in teſtimonium vobis.

¶ Quartum vero, quòd videlicet plus diuitias, & alia, quàm Deũ diligãt, poſſunt ſcire per illa q̃ dicta ſunt. D 9. 15.

¶ Qui uero ſic circa diuitias errat, nõ Ar. 3.
dominus eſt diuitiarum: nec eas poſſidet, ſed magis propriæ tenetur, & poſſidetur. Vnde Seneca in quadam epiſtola. Sic (inquit) diuitias habent, quomodo febres habere dicimur, cum illa nos habeat. Vnde & dicere ſolemus, febris illum tenet. Eodem modo dicendum eſt, diuitiæ illum tenent, ſicut hamus piſcem, ſicut optime patet. A. 12. 17. Ad idem Seneca de beneficijs. Iſte (inquit) quem dominum æſtimas, pecuniæ, loculus eſt dicis, multum habet. Cui Seneca reſpõdet. Ignoras (inquit) an auarus, an prodigus ſit, ſi prodigus, expecta parum, & non habebit, ſi auarus, non habet. iſte, quem tu ſęlicem admiraris, ſępe dolet, ſępe ſuſpirat, multi illum comitantur, ſicut mel muſcæ, & cadauer lupi, & frumentum formicæ, ſic prædam ſequitur iſta turba, non hominem.

¶ In quo oſtenditur quartum princi- Ar. 4.
pale, quòd quidem multus elicitur, & oſtenditur rationibus.

¶ Prima ratio tangitur à Tullio lib.

Tuſcu-

Tuſculanarum quæſtionum; quia videlicet, diuites pluribus indigent, & ea quę videntur habere non habẽt, ſed habẽtur, & tenentur, vt prædictum eſt, ea etiam de pluribus computum reddent, quàm pauperes, quia etiam multi illorum ſi alienum reſtituiſſent, minus haberent, quàm mẽdicus: ea nec veſtẽ haberent, qua operirentur, quia licet magnos equitent equos, & ſplẽdidè, & nobiliter, quantum ad mundum, viuant, hoc tamen non eſt de bonis ſuis, ſed de bonis aliorum, vel mutuatis ad terminum generalis iudicij, vel aliter male ablatis. Multo melius ergo eſſet animę, ꝙ per equos traherentur ad mũdi furcas, quàm ꝙ ſic equitarent ad furcas inferni. Et melius eis eſſet peditare ad cœlum, quàm equitare ad infernum.

6 ¶Sed dices, omnia ſua ſunt, quia bona ſua à nemine mutuo accepit, nec aliquem ſpoliauit, & per conſequens, cum multis abũdet, diues eſt. Quibus reſpõdet Seneca 28. epiſtola dicens. Diuitem illum putas, quẽ aurea ſuppellex in via ſequitur qui in omnibus agris arat, qui multum ſuburbani agri poſſidet, cum omnia dixeris: pauper eſt, quare? quia debet, quantum inquis omnia, vbi forte dubitas. Vtrum ab homine, an à fortuna, mutuum ſũpſerit, ꝙ ſi tm̃ deberet homini, nõ diceret diues, immo potius diceret cõtrariũ, ꝙ nõ eſſet diues, ea oĩa debet, quare ergo eum diuitem dicunt. quia omnia debet Deo. Nota. D. 12. 3. 4.

7 ¶Secunda ratio accipitur à ſimilitudine in natura irrationali. Auis enim quantum ad naturam ſuam dicitur miſerior, quia inuiſcatur, vellaqueis ligatur, nec aliqua auis de tali gaudet miſeria, nec libera dolet, quòd non inuiſcatur, quia viſcus eſt ad malum eius. Sic viſcus diuitiarum. Eccleſiaſt. 5. Diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui. Sed licet modo viſcum, ſeu laqueum non ſentiant, ſentiant in morte; ſicut auis, quæ primo laqueum ſentit, quãdo volare incipit. Tunc enim non aſcendent, ſed cadent. Sic qui confidit in diuitijs, corruet. Prouer. 11. Qũ aſcendere debet I morte, corruet pp põdus diuitiarũ ſuper collũ poſitum. Sicut patet. F. 4. 27.

¶Tertia ratio accipitur à ſimilitudine in natura tã rõnali quàm irrationali: In vtraq; eñ infœlicior dicitur, ſiue homo, ſiue beſtia, quæ plures habet ad infirmitates diſpoſitiones, ſed abũdans in diuitijs ad plures diſponitur ſpirituales infirmitates, ergo, &c. Minor probatur, primo, quantum ad infirmitatẽ ſuperbiæ, de qua dicit Augu. de verbis domini. ſermone 5. ꝙ nihil ita propriæ de diuitijs naſcitur, ſicut ſuperbia, ibi etiã vult, ꝙ ſicut fructus habent vermẽ ſuũ. Ita diuitiæ vermen habent ſuperbiam, vnde Seneca epiſtola 28. Diuitiæ inflant animos, ſuperbiam pariunt, inuidiam parãt, & eo vſq; mentem eleuãt, vt famę pecuniæ nobis etiam nocitura delectet. Inducit etiã morbum caducũ vſque ad infernum, in Pſal. 90. Cadent à latere tuo mille. Inducunt etiam irã, quia contra correctores plus iraſcãtur. Inducunt, etiã gulam, & luxuriã. Et ſic faciunt hominem ſpiritualiter totum leproſum. Et ideo congrue coniunguntur diuitię, & lepra. 4. Reg. 5. Erat (inquit) diues valde, ſed leproſus.

¶Quarta rõ accipitur à certitudinis 8
euidẽtia. Euidẽtia n. eſſet, ꝙ multũ eſſet pauper indigẽs, qui manũ daret, vel pedẽ pro pecunia, vel diuitijs, ſic euidẽtia maximè indigentię eſt, vbi aĩa pro diuitijs datur, ꝙ frequẽter ĩ diuitijs contingit. de quibus dixit Chriſtus. Matth. 13. quòd à fallacia diuitiarum ſuffocatur.

¶Quintà rõ accipitur à quotidiano, experimẽto. Frequẽter. n. & quaſi quotidie viſũ, & auditũ eſt, ꝙ diuites ad mortẽ veniẽtes, vellẽt, ꝙ nunq̃ fuiſſẽt diuites, dolẽt ẽt, ꝙ vnquã de ſeculo ſe intromiſerũt. Vnde ſ ſignũ, ꝙ talis ſũt volũtatis. Aliquotiẽs viſũ eſt, ꝙ tũc habitum petãt, & ĩduãt pauperũ fratrũ mẽdicãtiũ, & quos nũquã dilexerũt, ſed cõtẽpſerunt tunc per ſe vel ſuos honorant, & petunt, ꝙ pro ipſis orationes ad Deũ fundant. Contrarium autem nunquàm viſũ eſt, ꝙ videlicet paup de morte cer- 9
tificatus habitum petat diuitũ, vel etiã doleat,

doleat, quòd diuitijs prius non abũdabat, uel quòd non ſecundùm morem diuitum vitam duxit, ſed potius tunc eſt eis pro lætitia maxima, quòd prius paupertates, miſerias, & tribulationes pro Deo, uel etiam pro neceſſitate, cum patientia tamen, & uita bona ſuſtinuerunt. Ita quòd in mortis articulo paupertas, & miſeria præcedẽs, eſt cauſa lætitiæ, & ſpei. Abundantia uerò diuitiarum præcedens eſt cauſa triſtitiæ, ſicut triſtatur citatus ad computum multorũ bonorum male expenſorum reddendũ. Sicut triſtatur culpabilis, quando ad tribunal iudicis ducitur. Sicut triſtatur guloſus, quando propter cibum ſuperfluè ſumptum cibo, & vita priuari debet. Sic triſtatur diues in morte, quando diuitias, quas deuorauit, euomet. Iob 20. Et tunc uerificabitur illud Senecæ epiſtola. 40. quæ ſic (inquit.) Petimus tanquàm datura lætitiam: ac voluntatem, cauſæ dolorum ſunt.

¶Qui quidam dolores in morte incipiunt, & in æternum durant. Lætitia etiã bonorum pauperum, quæ in morte incipit, in æternum perſeuerat. Pro quo eſt ſciendum, quòd inter diuitem malum, & pauperem bonum, in mortis paſſu eſt quædam obuiatio. Iuxta illud Prouerb. 22. Dives, & pauper obuiauerunt ſibi, ſupple, in paſſu mortis. In illo enim paſſu pro tanto dicuntur ſibi obuiare, quia ſicut illi, qui ſibi mutuo obuiant in aliquo termino ſimul occurrunt, & poſtea uterque per uiam, & ad locum uadit, de quo alius uenit. Ita diues, & pauper in mortis paſſu ſimul occurrunt, quia æque moritur diues, ſicut pauper Pſalmus. 48. Simul in vnum diues & pauper, de quo paſſu, & puncto cum progredi cęperint, vterque uadit ad locum, ſeu ſtatum & conditionem, de qua alius uenit. Sed diues uenit de diuitijs, & delicijs, & huiuſmodi, pauper verò de miſerijs, ergo oportet quòd ab iſto pũcto mortis pauperuadat ad lętitiã, diuitias dilitias honores, & huiuſmodi. Diues uerò ad oĩa cõtraria Iac. 1. Diues autem in itineribus ſuis marceſcet. Eſt aũt de diuite, & pauperei iſtò exẽtu, ſicut de cicada, & formica. Formica em̃ ſibi prouidet æſtate, vnde viuat; & gaudeat in hyeme. Cicada econuerſo in æſtate cantat, & hyeme dolet, & ſame moritur. Sic in propoſito, & patet: Pauper ergo in gaudio reſpondere poterit, diuiti, in pœnis, ſicut ſecundũ fabulas formica reſpondit cicadæ, ſeu locuſtæ in hyeme uictualia petenti, cantaſti (inquit) in æſtate, tripudia in hyeme, ſic illis reſponderi poterit. De quibus dicitur Amos. 6. Canitis ad uocem pſalterij, qui cytharam, & uinum in cõuiuijs ſuis habent, & opus ſuum nõ reſpiciunt. Eſa. 5. Qui ducũt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendẽt. Iob 21. quando cum diuite illo. Lu. 16. Petent guttam aquæ in hyeme inferni. Nunc enim cantant, & tunc frigore tripudiabunt, quia ibi erit frigus, & etiam ſtridor dentium. Et ad litteram, ſic in perſona pauperis, à qua cicada illa guttã aquæ petiuit. Reſpondit Abraã. Lucę 16. dicens. Recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc uerò hic cõſolatur, & tu cruciaris. Ecce quomodo vterq; poſt mortem ad alterius ſtatum mutatus eſt. Et eſt de iſtis duobus, ſicut de falcone, qui in uita delicatè nutritur, mortuus uerò in foueam mittitur. Gallina uerò èconuerſo mortua ad regis mẽſem portatur, ſic diues, & mẽdicus. Luc 16. Et hæc mutatio dextrę excelſi, & iuſte quidẽ, ſic cõditiones, & ſtatum illorum mutat, quia ad iuſtũ iudicem, & fidelem remuneratorem non pertinet vnum ſubditum, uel operariũ totaliter defraudare, & irremuneratum dimittere, nec alium, qui minus laborat, nimis remunerare, hæc enim eſſet inæqualitas. Sed pauperes, quorum regnum non eſt de hoc mundo, ſicut nec regis illorum Chriſti; hic de operibus bonis non remunerantur, ſed à diuitibus, & potentibus in tantum opprimũtur, quod quantumcunque pauper habeat fidelem cauſam contra diuitem in mundo iſto, obuiat tamẽ ei ſicut agnus lupo, & ſicut olla lutea contra ſtream, ꝗ

Formi-ca. 11

Cicada. 12

qua

quia semper frāgitur. Ita pauperes à diuitibus. Teste Iacobo, qui ait. Nonne diuites per potentiam opprimunt uos, ipsi trahunt uos ad iudicia sua iniusta. Iaco. 2. Qui uerò bene uiuunt, & operantur, & cum sint in mundo isto, tribulant. Iustum est, quòd in alio seculo à iusto iudice remunerentur, & post uigiliam festiuentur. Aliter essent defraudati isto seculo, & etiam futuro. Sicut ergo pauperib⁹ dicet, uenite ad me omnes, qui laboratis, & oneratis estis, & ego reficiam uos. Ita diuitibus dicet, væ uobis diuitibus, qui habetis, hic consolationem uestram. Lucæ 6. Patet ergo, q̄ sicut post caritatem uenit abundantia,
13 & post abundantiam caritas. Ita post caritatem pauperum ueniet eis, abundātia, & post abundantiam diuitum veniet eis caritas.

¶Sicut ergo melius est solitariè, & sine magno apparatu familiæ; uel diuitiarum ire ad festum, & ad magnā hæreditatem possidendam, quàm cū multis diuitijs, & pompis ire ad patibulum. Ita melior est pauper ambulans in simplicitate sua, scilicet ad cœlum, quàm diues in prauis itineribus suis. Prouer. 28. quæ ducunt ad infernum.

¶Ex dictis in isto articulo, patet illud Senecæ epistola. 16. Si uis (inquit) diuitem facere supple in hoc seculo, & in futuro, nec pecuniæ adijciendum, sed auaritiæ detrahendum est, quia pauper est, qui minus cupit, diues est supple in hoc seculo, & in futuro, quia in utroq; Deo contentatur, & talis uerè dicitur diues, à diuo secūdùm Hugutionem, quia quasi Deus nullo reditur indigere. Nota de hoc. B. 1. 4. & 5. Et A. 27. 7.

Artic. 5. ¶Sic uero, ut prædictum est articulo secundo, & tertio diuitijs seruientes, nō solum sunt miseri, ut ostensum est, articulo quarto, sed etiam stulti supra quantumcunque apud mundum sapiētes reputentur, horum autem stultitia, & talis reputationis improbatio multis patet rationibus.

14 ¶Primo ex effectu, illius q̄ diuitias sequitur. In multis enim abundantia diuitiarum, est mentis exęcatio, & proprię salutis impedimētum, quod patet ex uerbis Christi. Matth. 19. ubi ait, diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et Marci 10. Facilius est camelum, &c. sicut ergo stultus diceretur, qui gauderet de suæ salutis impedimento, & difficultate, uel qui de corporali gauderet exęcratione, uel suspensione. A fortiori stultior dicendus est, qui de animę gaudet exęcatione. Gaudiū enim talis est, sicut illius, qui gloriatur de hoc cū maioribus diuitijs, uel pōpa, uel altius ducitur ad patibulum. Sicut etiam illius, qui gaudet, quia multarum diuitiarum debitor efficitur. De quo beatus Grego. in moral. Stulte (inquit) o debitor, qui gaudens mutuas accipit pecunias, & tempus, quo reddere debeat, nō attēdit.

¶Secundo ex opere, quòd diuites fa- 15
ciunt. Stultus enim diceretur, qui plura facere niteretur, quā Deus faceret, uel facere posset, sed Deus nec vult, nec potest defendere iniustum, uel latronem in iniustitia sua, uel malefactorem supportare, quod diuites, & potentes quotidie faciunt, quia apud mundum consuetum est, quòd quando nulla natio, Deus, & omnes uirtutes, & boni homines, & Angeli, & sancti deficiunt, quia iuuare nolunt homines habentes malas causas, sicut latrones, homicidas, falsos deceptores, & huiusmodi, ad diuites, & potētes, & ad pecunias, p̄ auxilio habēdo cōfugiūt, sicut patet de Iudęis, q̄ ad Pilatū cursebāt, ut ei⁹ auxilio Christū crucifigerēt, sic multi adhuc p̄ personam potentem obtinent, quod iustitia obtinere non possunt, & potentes, qui in multitudine diuitiarum *suarum gloriatur*. (In Psal. 48.) *faciunt, quod* Deus facere non potest, quia iniustitiā facere non potest. Et sic potest intelligi, quod sequit, frater, id est, Christus (qui secundùm Apostolum est primogenitus in multis fratribus, caro enim & frater noster est) non redimit à temporali morte, id est, suspendio, & huiusmodi, latrones, & huiusmodi, redimet homo cum diuitijs, & potentia sua. Tertio

ex

16 ex fine quem diukes habebũt. Hic eſt vltra pauperes, quandoque habent diuitias, delicias, & honores, p̃ qbus poſt mortem, ſi male eas acquirant, uel vtãtur, habebunt paupertatis pœnas, & vilitates, nec diuitijs ab his cuſtodiri poterunt, quia diuitiæ non proderunt in die vltionis. Prouerb. 11. quòd quando experientur, gementes dicent illud Sapien. 5. Diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Ex quo ergo diuitiæ multas à ſalute impediunt, & multorum malorum ſunt occaſiones, & in fine nihil iuuant, quid prodeſt ſtulto habere diuitias? Prouerb. 17.

Artic. 1. ¶Sic inſuper (vt prædictum eſt) diuitijs ſeruientes, non ſolum ſunt miſeri, & ſtulti quantum ad ſeipſos, ſed etiã ſunt ingrati Deo, & proximis.

17 ¶Primo enim ingrati ſunt, quia dũm ſunt pauperes, multa Deo promittunt Sicut patet. A. 20. 18. Et tamen ditati frequenter minus Deo, uel ſuis dant. Cuius cauſa eſt, quanto plus habent, tanto cupidiores fiunt, ſicut patet. A. 27. 5. Ergo tanto minus dãt, quia cupiditas coꝛ claudit, ſicut patet. A. 27. 22. qbus Deus improperare poteſt, ſicut improperauit cuidam amico ſuo ditato, dicens, uel ei

Verſus. ſcribens hos uerſus. Cum dare non poſſes, olim mihi multa uolebas. Nunc dare magna potes, cur mihi parua negas. Et eſt de omnibus talibus, ſicut de diabolo, qui cũ pro opere ſuo in mola manuali à patrefamilias capam accepiſſet, & capucium, bene agere ceſſabat, dicẽs anglicem modo habes capam, & capucium, amplius bonum non faciam.

¶Aſſimilãtur etiam tales malis filijs, ſeu ſeruis, uel miniſtris malę volũtatis, qui antequàm ſint à dominis ſuis promoti, uel certi de parte ſua, humiliter ſeruium tantum.

¶Aſſimilãtur etiam falſis amicis, qui infirmos frequenter uiſitant, vſque pars illorum in teſtamento ponatur. Aſſimilantur etiam canibus: ſicut patet A. 20. 18. De quibus omnibus Iob. 21. Subleuat, ſunt, confortatiq; diuitijs, & non eſt virga Dei ſuper illos. Et non ſolum ingratitudinem contra Deum committunt, ei non ſeruiendo, uel de ſuo non dando, ſed quod peius eſt, eum de ſuis bonis, pluſquàm pauperes, expugnãdo, ad modum ſimarij, qui quanto abũdãtius ſolis recepit radios & calores, tanto plus, quãtum in eo eſt, eum, ſeu eius lumina deturpat fœtoribus, ſicut patet. C. 4. 24. quia fortitudine Deum in mẽbris ſuis expugnant, diuitijs pauperes opprimunt, pulchritudine luxuriantur. Et ſic de omnibus à Deo acceptis, uel ſuperbiendo, uel Deum in ſe expugnãdo, contra Deum expugnant, & audaciter Deum prouocant, cum ipſe dederit omnia ĩ manus eorũ Iob 12. Hier. 5. Magnificati ſunt, & ditati, incraſſati ſunt, & impingati, & prætereierunt ſermones meos peſſimè. Et tales ſunt terra peſſima, ſicut patet. B. 4. 6. Sunt, etiam ingratiſſimi milites, qui cũ armis à rege acceptis, ipſum expugnant, & ea in vſu, & opere inimici ſui, expendunt, de quibus Oſeæ. 2. Ego dedi eis frumentũ, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui eis, & aurum, quæ fecerũt Baal. Significantur etiam per Salomonem. De quo dicitur. 3. Re. 10. Quod magnificatus eſt diuitijs, & gloria. Et cito poſt auertit ſe à Deo. 18

¶Omnes iſti, & eis ſimiles, inſcipienter, delinquunt, quia Deus non dat ſeruis ſuis hic plenum ſtipendium, ſed eſt de eo, ſicut de domino, qui vult, quòd miniſtri eius deuotius, & libentius ei ſeruiant. Ideo dat eis aliquid dicẽs Accipe hoc modo, & ſerurias, ſeu facias bene, & alias habebis amplius. Ita Deus dat hic mundialia, ita tamen, vt melius agentes expectent cœleſtia. 19

¶Si uerò miniſter ille, cui dominus ſic dat, interim male, & proditoriæ ei ſeruiat, non ſolum acceptis, ſed etiã vita quandoque, & promiſſis priuatur. Sic in propoſito faciet Deus, & eſt de Deo, & de talibus ingratis in hoc caſu. Sicut fuit quondam nigromantico, & diſcipulo ſuo, hic diſcipulus (ut hiſtoriæ habent) cum pauper eſſet, multa magiſtro promiſit, ſeꝛ̃ ditari cõtingeret Exemplum.

Illuſione

Illusione ergo magistri, qui eius voluntatem probare voluit, factus fuit, quasi Imperator, cum multæ terræ, & diuitiæ ad eius manum, vt ei uidebatur, venirēt magistro aliquid petenti, nihil dare voluit, sed eū contempsit. Illusione ergo subtracta, eū tāquàm ingratum à se fugauit, sic multi in paupertate Deo, & amicis suis promittunt, quia prouerbiū est, ꝙ non est ita largus homo de equo, sicut ille, qui nullum habet. Ab eo autē exaltati, ipso petenti paruam eleemosynam, nō dant, sed eū iuramētis, & multis modis contēnunt. Ideo ad paupertatē eos rediget, diuites dimittēs. Lucę 1. Et hoc iustè quidē, sicut patet. C. 2. 16.

20 ¶Et non solum contra Deum diuites ingrati sunt: sed etiam cōtra hoīes, cuius rei causam Seneca lib. 2. de bñficijs docens, ꝙ beneficium non est diuitibus conferendum, ostendit dicēs, qui locupletes sunt, beneficio obligari nolunt, immo cum beneficiū acceperint, quàmuis magnum, aut beneficium se prius dedisse arbitrantur, aut aliquid à se expectari suspicantur. Cum uerò inopi bono benefacis, spectatum se, & nō suā fortuna putat. Cū ergo facis prādiū, noli, uocare diuites, sed pauperes Lu. 14.

Artic. 7. ¶Ex omnibus prędictis patet, ꝙ malè & periculosè decipiuntur, sic diuitijs seruientes, cuius deceptionis duplex est cā, vna mala intellectio, seu cogitatio, alia dęmonis seductio.

21 ¶Decipiuntur enim primo, cogitantes se esse diuitiarū dūos, cum non sint, nisi ad breue tempus custodes. Et hæc cogitatio facit, quòd putant se esse diuites, cum non sint. Apo. 3. Dicis, quia dives sum, sicut patet. A. 27. 7.

¶Huiusmodi autē cogitationis stulticia quotidiano patet experimento. Ex quo enim tot reges, & potentes, qui ante ista tempora fuerunt, cito transierūt, & in effectu ostenderūt, ꝙ potius paruā earū habuerūt custodiā, quàm dñium. Stultū esset cogitare, ꝙ nobiscū diu remanerēt. Et si nullus eorū cōputū euadere potuit districtū, tanquàm miserrimus præpositus. Fatuū est apud nos cogitare, ꝙ nos tanquàm domini absque computo transibimus. Sic decepti assimilantur somniātibus, quia sicut somniātes æstimant se habere maximas diuitias, & delicias, & huiusmodi, qui tū excitati inueniunt se pauperes, & famelicos, & sitibundos, & nihil se tale habere, quale putabant, sed oīa contraria, siquidem pro diuitijs, quas putabat se habere, inuenit paupertatem, pro potu, quem uidebatur uidere, inuenit sitim, 22 & q plus inebriat, antequàm *dormiat*, plus soporat sitit, & qui *plus sitit, plus* se portare somniat, ergo qui dormiens plus circa potum delectatur, in rei ueritate sitibundior est. Ita soporati circa diuitias, æstimāt se maximas habere diuitias. Sed quanto plus in illa cogitatione delectantur, in rei ueritate tanto cupidiores, tantoq; pauperiores sunt, qa si pauperes non essent, sic non somniarent, sed sicut sitiens, & somnians, suis ueritatem solum experitur, quando excitatur. Sic isti, quando in morte excitabuntur, cum illis in Psal. 75. Dormierunt somnum suum, & non inuenerunt, &c.

¶Illa enim euigilatio ostendet, quòd quicquid præcessit, fuit vanitas vanitatum, & omnia uanitas Ecclesiastes. 1. Chrisostomus super Matth. Homel. 30. hunc uersiculum, si saperent, qui circa diuitias uersantur, in parietibus omnibus, & in uestibus scriberent. In foro, in domo, in ingressu, & ante omnia in cōscientijs suis scribrent, uel cernerent, vt semper eum oculis, & corde sentirēt, patet, ergo ꝙ diuites cogitātes totū mundum pro eis creatum, uel sic eo utentes, quasi pro eis solum creatus esset, decipiuntur, quia si mali sint, nulla parte mundi digni sunt, nec pro eis creatus est, sed bonis bona creata sunt. Ecclesiastici. 39.

¶ Secunda deceptionis causa est dęmonis seductio, circa quàm duplici 23 vtitur cautela. Primo em̄ vtitur cautela falsi lusoris ad taxillos, qui primo permittit socium lucrari, vt in fine spoliet, & exheredet. Sic diabolus permittit primo

mo diuites lucrari diuitias, delitias, & honores, ſed ſicut ille luſor à falſis taxillis in fine decipitur. Ita iſti à fallacia diuitiarum ſuffocantur. Matth. 13.

¶ Secundo vtitur cautela ſophiſticè proponentis duas præmiſſas, ex quibus intendit reſpondentem ducere ad inconueniens niſi aliquam præmiſſarum neget, uel diſtinguat. Sic diabolus ponit duas præmiſſas, ſcilicet diuitias, & delicias, ex quibus intẽdit illos, quibus iſta offert, ducere ad damnationem, niſi maiori, id eſt, diuitijs reſpondeatur, per diuiſionem, eleemoſynas uidelicet faciendo. Et minori, id eſt, delicijs per interemptionem. Ambas uerò præmiſſas concedentes concluduntur, quia à diuitijs, & voluptatibus uitę ſuffocantur, Lucæ. 8.

¶Sed de omnibus circa diuitiarum
Arti. 8. errores, culpas, & deceptiones, falſis excuſationibus ſe purgare nituntur, dicẽtes, quod non quærunt diuitias ad voluptatem, & uanitatem, ſed ſolum, vt habeãt neceſſàrium uictum, & ueſtitũ pro ſe, & ſuis, à quibus quærendum eſt, quia, aut quærunt uictum, & veſtitum ad naturæ ſuſtentationem, aut ad ſeculi oſtentationem. Si primum detur, non oportet multas congregare diuitias, qa natura paucis contenta eſt. Si ſecundũ detur, inuanum multas congregat diuitias, qnia nunquàm eis ſatiabitur, qa ſic nunquàm ſui cordis cupiditatem, vel mundi complebit vanitatem: vnde Seneca epiſtola. 16. Si ad naturã viuas, nunquàm eris pauper. Si ad opiniones, nũquàm eris diues. Exiguum autẽ natura deſiderat, opinio uerò immẽſum.

¶Cauſa autem quare opinio deſiderat immenſum, uidetur eſſe, cogitatio infinitorum, ſeu incertorum defectuũ. Diuitiæ enim ordinantur, quaſi remedium contra humanos defectus, ſicut veſtis contra frigus, cibus contra famẽ, & ſic de alijs, quot ergo opinãtur defectus præſentes, & futuros, tot deſiderãt
25 diuitias. Qui ergo nimis timidi ſunt, reſpectu defectũ præſentium, nimis eos ponderantes, vel de eis dolentes, pphetæ uerò reſpectu futurorũ, multos opinantes futuros defectus in ſenectute. Impotentiam videlicet, & debilitatẽ, paupertatem, cęcitatem, amicorũ mortem, & huiuſmodi, quos nunquàm experietur, vel quia forte ante morietur, vel non continget. Opinantur multos poſt ſe habituros filios, & hæredes, vbi nullum forte habebũt. Iſte, inquàm, ſic timidus, & vecors de præſentibus, & ppheta de futuro, quia infinitos opinatur defectus, laborare nõ ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitijs, nec recogitat dicens, cui laboro, & fraudo animam meam bonis. Eccleſiaſtices. 4.

¶Ex iſta en im conſideratione ad tale deducuntur inconueniẽs, quòd quãto ſeniores, tanto cupidiores ſunt, quia plures experiũtur, defectus. Et hæc magna vĩ inſania, qa (teſte Seneca) qua maior, ſtultitia, quàm deficiẽte via, augere viaticum. Sed dicent, nõ augemus viaticum pro nobis, ſed pro filijs, & familia, & amicis. Sicut patet. A 27. 52. Quibus reſpondendum eſt de filijs, & familia, ſicut patet A. 27. 52. & 53. De 26
amicis verò quęrendũ eſt, quia aut quęrunt diuitias, vt honorent, & faciãt pro amicis veris, qui videlicet ſunt amici hominis in omni ſtatu, tam aduerſitatis, quàm proſperitatis, pro talibus non oportet multas congregare diuitias, qa pauci ſunt, ſicut patet, ſupra cap. de amicitia. Et D. 9. 22. Aut pro amicis fictis, qui videlicet ſunt amici menſæ, & fortunæ, & non hominis, & tunc errat dupliciter. Primo, quòd ſtultum ſe oſtendit, quòd pro ingratis tanto ſe exponit periculo (ſicut patet. A. 27. 52.) Secundo errat, quia nunquàm tales ſatiabit. Et ſic inuanum laborat. Nunquàm (inquit) ſatiabit, tamen propter eorũ cupiditatem, qua ſemper ad dantem reſpiciunt, & nunquàm ex corde dicunt ſufficit, quouſque quicquid habet, dederit, tamen propter eorum numeroſitatem, quia amici diuitum multi, Prouerb. 14. Nec mirum, quia ſicut mala herba creſcit in tritico. Ita ficti amici cum diuitijs. Sicut ramuſculi circa arborẽ. Quibus

Digitized by Google

Exemplum. bus communiter reſpondit quidã pauper, factus epiſcopus, qui multis ad ſe venientibus, & dicentibus ſe eſſe eius amicos, & parentes, quæſiuiſſe fertur, cuius ætatis eſſent, & ipſis veritatẽ, ſuæ ætatis reſpondentibus, aiebat, quaſi ſic, non poteſt eſſe, quod ſitis amici, & parentes mei, & quòd ſitis tantæ ætatis, quia heri nullum habui amicum, vel parentem, qui ſe talem oſtendit, ergo amicus meus, vel parens non poteſt eſſe, niſi homo vnius diei. Ad minus concludere potuit, quòd non fuerunt amici hominis, quia idem homo fuit ante, qui & tunc, ſed non habuit eãdem fortunam, ergo amici uerunt fortunę. De quibus Prouerb. 19. Diuitiæ addunt amicos plurimos.

Arti. 9. ¶ Pœna autem omnium prædictorũ diuitum exceſſibus cõgrua eſt duplex. Vna exterior, multiplex videlicet vexatio, quia ſicut arbor, in qua multi ſunt fructus, multis ſubiacet iaculis, & ver-
27 beribus. Ita diuites multis angarijs. Suſtinent enim clamores famulorum, oppreſſiones dominorum, exactiones budellorum, ſpoliationes, & inſidias, & quandoque reuera latronum. Et ſic, vbi multę ſunt opes, multi ſunt, qui comedunt eas, quid ergo prodeſt poſſeſſori, niſi quòd cernit diuitias oculis ſuis, Eccleſiaſtes. 5. Quid (inquit) prodeſt, parum videtur hic ei prodeſſe, quia ſi bene rei conſiderat, & excogitat veritatẽ, inueniet circa diuitias ſuas ſe maiorem habere ſollicitudinem, & laborem, quia laboraui diues in cõgregatione. Eccleſiaſtici. 31. Et minorem partem, quantũ ad diuitiarum vſum, dum viuit, quia diuitiarum ſuarum decimam partem nõ conſumit. Poſt mortem verò nihil, quia relinquit alienis diuitias ſuas. In Pſ. 48.

28 ¶ Alia eſt pœna temporalis interior, videlicet mentis afflictio, & anxia ſollicitudo, propter quàm Chriſtus diuitias ſpinas vocauit. Matt. 13. Quia ſicut ſpinæ corpus. Ita ſollicitudines diuitiarũ mentem lacerant (ſecundùm beatum Grego.) & quietem auferunt, ſicut patet de paupere, cuius cantum, & cordis lætitiam, diues abſtulit per pecuniam in eius domum proiectam, quia cantando eius ſomnum impediebat. Cũ verò circa pecuniam proiectam nimis ſollicitaretur, quomodo eam expenderet, & cordis ſolacium amitteret, illam reieciſſe fertur, malens paupertatem cum ſecuritate, & lætitia, quàm pecunias cũ amaritudine, nec mirũ, quia melius eſt modicum iuſto ſupple, cum lætitia, & patientia, ſuper diuitias peccatorum multas (ſupple) cum inquietudine. Sicut patet. B. 1. 4. Exemplum.

¶ Et ſi obijciatur, quòd etiam pauper inquietudinem, & ſollicitudinẽ habet circa victum acquirendũ. Huic reſpondet Bernard. in quodam ſermone dicẽs. Sudat pauper foris in opere, ſed nunquid minus anxie diues intus ſ ſua cogitatione laborat, & aperit? Iſte os inuẽtatione aperit, iſte in victu comedẽdo, & bibendo exceſſiue. Et interdum grauius iſte faſtidio, & ſtomachi onere cruciatur, quia ſatietas diuitis non ſinit eũ dormire. (Eccleſia. 5.) quàm pauper inedia. Et ſic patet illud Seneçe in quadam epiſtola. Is (inquit) maximè diuitijs fruitur, qui minimè diuitijs indiget. Nemo eñ ſollicito bono fruitur, adijcere aliquid intendit. Et dum de incremento cogitat, oblitus eſt vſus.

¶ Circa verò pœnam æternam malis diuitibus debitam duo reſtant dicẽda.

¶ Primo oſtenditur duobus exemplis, quòd iuſte cœleſti gaudio nõ fruẽtur. Secundo quia iuſte pœna æterna crucientur. 29

¶ Primum exemplum ad primũ propoſitum oſtendendum accipi tur per ſimilitudinem malorum executorum, qui bona defuncti inter ſe diuidentes, quilibet accipit illud, quod plus diligit, dicens. Iſtud eſt mihi neceſſariũ, iſtud, ſi placet, accipiam pro parte mea, habẽs verò partem ſuam. Alijs partibus priuatur, quia licet illas cum ſuis habere vellet, non tamen permittitur. Rectè ſic diuidũt, homines bona Chriſti in cruce defuncti, ipſe duplices creauit diuitias, delicias, & honores, ſcilicet, temporales,

rales, tanquàm ei magis conuenientes, pauper verò bonus elegit cœleſtes, & meſtimabiles diuitias gratia Chriſti. Eph. 3. Dives ergo habens partem ſuã, quàm elegit. Iuſte parte pauperis priuatur. Et ſic quando pauperibus dicet illud Matth. 25. Venite benedicti, &c. qui diuites facti ſunt longe ſtabũt. Apo. 18.

30 ¶Secundo idem oſtenditur per exẽplũ, quod fingitur de duobus filijs cuiuſdam regis, qui peregre proficiſcens, ſeniori præcepit, ſub pœna exhæredationis, quòd curam diligentem haberet de iuniore, dimittens ſatis pro vtriuſq; expenſis, ſenior verò poſt patris receſſum, iuniorẽ, nec in domo recipere voluit, nec eſurientem & ſitientẽ alere, nec nudum veſtire, ſed eum cõtempſit, qua ſi frater ſuus non eſſet, & de bonis ſuis ſibi à patre derelictis, patris inimicos pauit, fouit, & nutriuit, eiusq; proditoribus adhæſit, quod cum pater cõperiſſet, iuniorem regni hæredem conſtituit, ſeniore de regno electo. Sic faciet pater cœleſtis diuitibus crudelibus, quibus præcepit de pauperibus ſuis, curam habere, dicens Luc. 14. Cum facis conuiuium, voca pauperes. Et Mar. 10. & Matth. 19. Da pauperibus, & habebis theſauros in cœlo, quod ſi nõ feceritis, ſed econuerſo famelicos non paueritis, vagos hoſpitio non receperitis. Et ſic de alijs, aufertur à vobis regnum, & dabitur pauperibus. Et verificabitur de vobis illud Luc. 1. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Et iuſte qdẽ, quia tota vita diuitum eſt hic quaſi feſtum, & quaſi iuge conuiuium in ludis, venationibus, commeſſationibus, & omnibus, quæ delectant, ergo iuſtum videtur, quòd poſtea vigiliam faciãt in ieiunijs, & miſerijs. Securius ergo nunc audirent Iacobum. Et ſic facerent, quod docet nunc, dicens Iac. 5. Agite nũc diuites, plorate, ſcilicet peccata, quæ feciſtis, lachrymis contritionis, & confeſſionis nunc delete. Aliter in morte nõ poteritis, vnde Bern. ſup illud Mar. 10. Facilius eſt camelum, &c. in quodã ſermone, Camelum (inquit) vnum ſolũ

Exemplum.

pondus habet, diues duo. Vnum terrenarum poſſeſſionum. Aliud peccatorũ. Primum in morte deponitur. Aliud velit, nolit, ĩ morte retinet, niſi ante mortem deponatur.

¶Secundo verò mali diuites pœna æterna iuſte punientur, & crucientur. Quia diuites eius repleti ſunt iniquitate. Mich. 6. de quibus hic non punietur. Pauper verò, ſi bona diuitis furetur, ſuſpenditur. Diues rapiendo bona pauperum, in nullo hic punitur, cũ ſuſpendio dignus eſſet, vnde Chriſoſto. ſuper, 31
epiſtolam ad Hebræos, ſermo. 2. Si (inquit) poſſibile eſſet in diuites vindictã procedere, videres ex eis repleri carceres vniuerſos. Sed cum omnibus malis hoc malum diuitiæ afferunt, quòd in malignitate peccantem ab vltionibus eruũt. Sicut patet. C. 16. 16. Ex his duobus neceſſe eſt concludi eorum pœnã alibi. Quia enim multis nocent, & hic in præſenti tranſeunt, neceſſe eſt, quòd alibi puniantur. Aliter eſſet dare inconueniens, videlicet, quòd malum tranſiret à Deo impunitum. Eſt ergo dẽ eis, ſicut de talpa, quæ in aliorum nocumẽtum terram eleuat, & cumulos congregat quæ in fine dum cumulum eleuare nititur, à patrefamilias inuenta occiditur, & cumuli deprimũtur, & terræ certẽ adequantur. Sicut nociui diuites, in nocumentum vicinorum, cumulos cõgregãt diuitiarum, ex vſuris, & iniquitate, ædificia, & prædia de alienis ſumptibus, & laboribus eleuant.

¶Sed dum ſic plus terram eleuare nituntur, à Deo ſubito percutuntur. Sicut patet Luc. 12. ubi habetur, quòd diuitis cuiuſdam ager uberes fructus protulit, & cito poſt deſtruã horrea mea, & maiora faciam. Dixit autẽ illi Deus. Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, ſupple, dæmones. Et ecce dum cumulũ horrei eleuare mẽte nitebatur, occidit. Sequit quæ aũt præparaſti, cuius erunt? ſupple non tui. Quia teſte Deo Iob 27. Diues cum dormierit, nihil ſecum afferet de omnibus, quæ male acquiſiuit, 32
nihil retinuit, nec expendit, niſi pœnã,

quia

quia in morte finem faciunt de omnibus, q̃ prius male habuerunt, vel quibus abutebantur. Ibi deficiet cibus oris, gressus pedibus, tactus manibus, lux oculis, risus oris, & sic de alijs, q̃bus male vtebantur. Et iuste quidem: sicut patet. A. 6. 3. & D. 1. 4.

¶Et non solum hæc ibi deficiẽt, sed pœnę cõtrariæ eum apprehendent, pro diuitijs, uidelicet, inopia, pro delicijs in gustu, pœna, & sic de alijs. Et hoc est, qđ sequitur ī Iob 27. Aperiet oculos suos, & nihil inueniet, & apprẽhendet eum, quasi aqua i. abundanter, inopia. Et sic ad literam talpe assimilatur, quę solum in morte oculos aperire dicitur: hęc ergo est conditio oĩs mali diuitis. Et sic est, qui sibi thesaurizat, nõ est ī Deũ dives. Luc. 12. hæc est ibi conclusio Christi de illa talpa, quæ noluit horreum eleuare.

Artic. 9. ¶Ad omnia p̃dicta pericula, & pœnas euadendum, triplex est remediũ. Primum respicit diuitiarum acquisitionem. Secundum, modum possidendi. Tertio verò usum.

33 ¶Consilium uerò respiciens acquisitionem est, ꝙ non habitas cum magno desiderio eas non concupiscat.

¶ Primo, propter causas tactas. B. 4. 8.

¶ Secũdo, quia frequẽter sunt reprobationis signum, quando uidelicet illarũ possessor male viuit. Iob 12. Abũdant tabernacula prędonum. Hiere. 12. Bene est omnibus, qui pręuarieantur, & male agunt. Hiero. Sicut optimũ signum saluationis est, quãdo homo bene viuit, & male ei contingit. Ita optimum signum damnationis est, quando male viuit, & bene ei contingit. Sicut patet B. 4. 10.

¶Tertio, quia in se uiles sunt, & cor non reficiunt. Filius enim regis æterni non deberet multum desiderare saturari cibus porcorum. Sed diuitiæ sunt cibi porcorum infernalium. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo, ob-
34 ti: di. In Psal. 72. igitur, &c. Noli ergo laborare, ut diteris. Prouerb. 23.

¶Si uerò affluant ex fortuna sine magna sollicitudine, sic possideãtur, ꝙ cor nõ lacerẽt. Spinæ uerò extra fruges plantatę fruges cõseruãt. Infra verò fruges crescẽtes nocẽt, & fruges destruũt. Sic diuitiæ quasi spinę sunt, sicut patet, supra e. c. 28. si extra per eleemosynas plantentur, cor conseruant, si infra per minimum amorem crescãt, illud destruunt.

¶Sic ergo habeãtur, ꝙ cor nõ submergant. Quia sicut existens in aqua, non submergitur, dum caput extra aquam tenet.

¶ Econuerso verò, si totum corpus extra aquam sit: & caput infra aquam diu teneatur, sub mergitur. Ita dũ cor, quo ad inordinatum amorẽ, & desiderium extra diuitias teneatur, spiritualiter nõ submergitur. Si verò totus homo extra diuitias sit, quia pauper est, & cor intra sit, quia multum diuitias cupit, submergitur. Exemplũ ad hoc de beato Grego. qui habuit corpus intra, sed cor extra. Et heremita, qui econuerso se habuit, in quantum plus dilexit tattam: quàm beatus Greg. mundum. Ideo signanter dicit, diuitię si affluant: not. cap. app. In Psal. 61. Exemplum de Iob 31.

¶ Si (inquit) lætatum sum super diuitijs, quasi diceret, non sum lætatus: hoc etiam consulit, & docet. Seneca epistola. 71. dicens omnia sic nobis accedant, sicq; habeantur, ut si auferãtur, sine vlla nostri laceratione discedant, vtamur illis, non gloriemur vtamur parce, tanquàm depositis apud nos.

¶Consilium uero quo ad vsum est, 35
quòd diuitias temporales, tanquàm bonus mercator commutet ī æternas, faciendo amicos de mammona iniquitatis. Dum est in horto diuitiarum, proijciat ad eos, *qui sunt extra, vt post spoliationẽ in porta, poma quæ ad socios* proiecit, inueniat. Cuius ratio patet. E. 3. 20. sic seminet, dũ semẽ hẽt diuitiarũ, vt cũ defecerit, de illorũ messionibus uiuere possit. Et hoc plus propter

propriam, quàm pauperum vtilitatem. Ex quo enim diuites multũ pro Christo pati non possunt. Ieiunijs, vigilijs, & huiusmodi, quo aliter, quàm eleemosyna saluari poterunt. Ideo dicit Augu. de uerbis domini: q̃ diues, & pauper inter se ualde necessarij sunt, sed pauper magis necessarius est diuiti, quia ex eleemosyna, quam pauperi dat, maior vtilitas diuiti danti acquiritur, quia ubi pauper sustentationem recipit terrenã, diues sustentationem recipit æternam. Et si sic bona eis à Deo concessa inter se diuiderent, pauper hic satis haberet, & diues cœlum in posterum. Et melius esset diuidere, & ire ad cœlum cum modico, quàm ad infernum cum toto mũdo, quid enim sibi valebunt, quãdo dãnatur, omnes diuitiæ, in thesauris, & vestibus, & huiusmodi, quas hic dereliquit, dum ipse pro bonis illis punitur, alij cauebũt. Sed magna causa talis crudelitatis est in diuitibus, quia non sunt pauperum miserias experti, nesciunt quid patitur nudus, famelicus hospitio carens, incarceratus, & huiusmodi, & ideo minus talibus compatiuntur. Sed væ talibus diuitibus. Sicut patet. D. 9. 6. date ergo Deo de diuitijs vestris, vt det vobis secundùm diuitias gloriæ suæ. Ad Ephe. 3. Nota eod. 3. 21.

¶Dominorum. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Quales esse debeant dominantes, status ipse, quem tenent, uberime explanat.*

2 *Duo dominia, & ecclesiastica, & secularia duo ecclesiæ brachia sunt.*

3 *Duorum brachiorum, alterum phrenesim patitur, scilicet seculare, alterum uero scilicet ecclesiasticum ariditatem.*

4 *Exemplo sanguinis de lacerto extracti, quo corporis status dignoscitur, ostenditur, quod vita, & gestis dominorum subditorum mores indicantur.*

5 *Exemplum præcessorum Imperatoris Constantini adducitur.*

6 *Qui in virtute dominatur, subditos aspicit dextero misericordiæ oculo.*

7 *Sicut sub domorum umbris latẽt, & acquiescũt colubri, sic sub sceleſtorum dominorum dominio latent, & morantur crudeles effici, & verulenti ministri.*

8 *Impij, & improbi domini habent omnes conditiones pijs & iustis aduersas, etq; contrarias.*

9 *Postquàm officia talia à malis dominis his hominibus dantur & venundantur, tristitia nunquàm fuit, nec erit in terra.*

10 *Domini præposituras vendentes, vel nõnullos ad eas comparandas impellẽtes, cum gratis eas præbere teneantur, in æternum maledicti erunt.*

11 *Nefarij domini in tertia conditione bonorum ad Deum spectante deficiunt.*

12 *Circa quartam conditionem prædictorũ dominorum mali domini delinquunt, scilicet mercedem famulis soluere, vt plurimum nolunt.*

13 *Exemplum canis ex custodientis, & mustelle domũ à moribus protegentis, vt solasautius edat, & uiuat præponitur, quibus diuites proprium lucrum attendentes iure assimilantur.*

14 *Quales Imperatoris, & dominos fœlices & beatos appellandos merito ducimus.*

15 *Quibus de rebus mali dominĩ, & qui potissimum ex alienis stipendijs viuũt sibi placere, & seipsos efferre minimè debẽt primo sanguinis nobilitate sibi placere non conuenit.*

16 *Gloriantes in diuitiarum suarum effluentia crebrius quinque delicta committunt: primo contra Deum: secundo contra ecclesiam: tertio contra seipsos: quarto contra amicos: quinto contra subditos.*

17 *In commissione illa quæ homini data fuit, dicendo dominamini piscibus maris, & uolucribus cæli, non cõmittitur hominum dominium, quia ipsi adhuc non peccauerant.*

18 *Huius commissionis excessus à duplici cãsa oritur, prima est intrinseca, quæ est pr æsumptio superbia, & cupiditas.*

19 *Secun-*

29 *Secunda causa est extrinseca: quæ quidem est consilium malum.*

20 *Quomodo dominorum, eorumque ministrorum excessus, ac causa atque finis in sacra pagina olim præfigurabatur.*

21 *Caput aureũ statuæ sunt magni Principes, & tyranni, qui etiam per lyænam non ab re figurantur.*

22 *Domini comparantur Erucæ.*

23 *Pectus, & brachia statuæ sunt duorum magni consiliarij, iudices, & cubicularij: qui quidem insuper vrso nõ inconcinne conferantur.*

24 *Isti etiam dominorum ministri, & officiales locustis comparantur.*

25 *Ventri, & fœmoribus æreis ministri viliores, & inferiores dominorum comparantur, & etiam Pardo.*

26 *Lupo prædam fideliter diuidenti ministri similes esse dicuntur.*

27 *Ipsimet etiam Bruco non immerito assimilandi sunt.*

28 *Porco, siue Apro aptissimè assimilantur, qui turpissima cogitant, loquuntur, & operantur: & qui semper libentius circa turpia versantur: & itidem Rubigini comparantur.*

29 *Gladius sententiæ duplicatur quo ad pœnam, & corporis, & animæ, & triplicatur, primo Dei visione carebit, secundo & vicanda sanctorum societate, tertio intus vermis conscientiæ eum semper mordebit.*

30 *Domini mali sunt etiam ingrati contra subditos eorum.*

31 *Exemplo satis digno cuiusdam patris, filium eius sapienter admonentis, ne moraretur in ciuitate regis, vbi maior sit expensa, quàm redditus, non inuenuste declaratur, quòd qui dominium crudelis, & sæui domini fugere potest omnino deberet.*

32 *Deus non permittit discolos; & flagitiosos & crudeles dominos alijs dominari, ob eorum bonitatem, & meritum, sed quandoque vt in hoc seculo de suis bonis mercedẽ recipiant, velut ab eis subiecti ꝓpter eorũ graui à crimine & peccata affligantur qui optimo tuo deseruire nolunt, & ideo regnare facit hippocritam propter populi delicta.*

33 *Malus, etsi imperes, & regnes, seruus est: bonus verò, & si seruet, & obedias, liber est.*

34 *Aurea diui Patris nostri Augustini Responsio patet qua proculcat in fideles Christicolis ipsis improperantes. Fidem nostram eius cultores ad inflicitatem potius, quàm ad fœlicitatem conducere, & exemplum Romanorum in medio afferunt.*

35 *Quando domini bene, & secũdum Deũ, & eius virtutes degunt, subditi etiam bene viuunt. Quando autem econtra domini vitam, bestiarum more absque Deo eiusque timor & amore trãsigũt, subditi illorum conditiones facile sequuntur.*

36 *Inordinatus appetitus dominandi est cã ferè omnium rixarũ, & multorum malorum.*

37 *Prædicti scelesti domini ob graues eorum excessus duplici pœna afficiuntur, scilicet, temporali, & æterna. Temporalis verò pœna debetur, & corporibus, & rebus exterioribus.*

38 *Domini huiusmodi pœnes à Deo sibi inflictas propter subditos ab eis iniustè afflictor patie ter sustineant.*

39 *Mali domini puniendi sunt à Deo circa res exteriores.*

40 *Exemplo cuiusdam defuncti satis liquido probatur, quòd mali domini post mortem pœnas eorum flagitijs consentientes æternaliter experientur.*

41 *Quãdo domini Deo infideles sunt, Deus permittit, seruos eis infideliter insidiari.*



Dominorũ. tam ecclesiasticorum, quàm secularium declarandæ sunt conditiones. Primo ostẽdendo, quales esse debeant, quantum ad seipsos. Secundo, quales se exhibere debeant, quan-

Digitized by Google

tum ad eccleſiã. Tertio, qualiter regere debent ſubditos. Quarto in quo gloria eorũ cõſiſtere debet. Quinto, in quibus gloriari nõ dicũt. Sexto, malorũ dñorũ exceſſus. Septimo, cã exceſſus. Octauo, qũo dñorum exceſſus, vita, conditio, & finis, in ſacra ſcriptura ſit præfiguratus. Nono, talium dominorum ingratitudo. Decimo, quòd illorum ſocietas eſt fugienda. Vndecimo, quare Deus tales dominari permittit. Duodecimo, ſic dominãtiũ periculũ, quãtũ ad ſeipſos. Tertiodecimo, quantum ad alios. Decimoquarto, pœna patebit eorumdem.

Artic. 1. ¶Quantum ad primum, qualis eſſe
1 debeat, quia alijs dominatur, oſtendit ſtatus quem tenet. Quantum enim ad eos, quibus præeſt, locum tenet capitis, ei namq; congruit, quod Sauli dictum eſt (1. Re. 15.) Caput in tribubus Iſrael conſtitutus es. Sicut ergo in corpore naturali bene diſpoſitio uidemus cõmuniter, quòd caput, ſiue facies maiorem oſtendit naturalem decorem, maiorem etiam in eo exhibere nituntur artificialem pulchritudinem, & honeſtatem, quia honeſtius loca capitis cuſtodiunt, & diligentius à facie maculas tergunt, ne aliquid in honeſtum appareat. Ita caput in corpore myſtico, maiorem oſtendere debet ſpiritualem decorem, & honeſtatem, in inceſſu, ſtatu, & habitu, & in omnibus motibus ſuis, nihil oſtendent, quòd cuiuſquàm offendat aſpectum. Et ſi aliquam in eo maculam inueniat, antequàm ab alijs videat, diligenter eam tergat, dicens illud. Pſal. 117. Nõ do, minetur mei, qui alijs dominari debet omnis iniuſticia. Aliter nõ dñs, ſed ſeruꝰ sũ, uilior quã ſeruus corpore, qui ſeruit in luto, & labore, quia ſeruio ſecũdùm partem nobiliorẽ, & viliori dño. i. peccato, qa qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati, Ioan. 8.

Arti. 2. ¶Qui ergo dominationis locum te-
2 net faciem conſcientiæ ab omni tali ſeruitute lauet, & nõ ſolũ faciẽ, ſeu caput, quantũ ad exteriorẽ oſtenſionem, ſed etiam pedes, & brachia, ſeu manus, quãtũ ad effectionẽ, ſeu operationem, quia ſicut locum capitis tenere dicunt, quãtũ ad excellentiorẽ honeſtatis oſtẽſionẽ. Ita locũ pedũ, & manuũ tenere debẽt, quãtũ ad eccleſię ſupportationẽ.

¶Duo em̃ iſta domina duo brachia ſunt eccleſiæ, de quibus Eſaie. 51. Brachia mea populos iudicabunt.

¶Primo, quia brachia pro toto corpore patiuntur ſanguinis minutionẽ. Ita dñi ꝓ eccleſia ſãguinis effuſionẽ. Tale brachiũ fuit Chriſtus, q fuit in cruce minutus pro toto corpore eccleſiæ.

¶Secundo, quia ſicut brachia onera, ita ipſi eccleſiam ſupportabunt.

¶Tertio, quia ſicut nullus perfecte agit cũ vno brachio, ſed cum duobus, quorũ vno, percutit, alio ſe ꝓtegit. Ita eccleſia vno dñio nõ perfectè regitur, ſed oportet, ꝙ ſeculari dominio inimicos percutiat, & ſpirituali. ſoratione, & huiuſmodi, ſe ab aduerſarijs defendat. Et niſi iſta duo brachia in vno corpore eccleſiæ cõcurrant, & concordãt in bono, monſtruoſum, & periculoſum eſt ęorpus illud, uerbi gratia. Si eccleſia vel let malos rebelles corrigere, quã correctionem ad plenũ ducere non põt in caſũ, niſi à brachio ſeculari adiuta, ſicut patet in captione hęreticorũ, & excõicatorum, ſi brachiũ iſtum ſeculare in hoc deficiat, iſtud opus correctionis perfici non poteſt, vno brachio deficiente, pro cuius defectu infectionis periculum corpori imminet.

¶Iterũ ſi reges, ſeu dñi terreni volũt ſubditos taxare, uel alias iniurias infer re ſine cõſilio eccleſiæ, vel eccleſiæ brachio, forte tũc arido nõ reſiſtẽte, & brachiũ deeſt eccleſię, corpori imminet pi culũ laceratiõis, qa diſſoluta ſunt vincula brachiorũ, & manuũ eius, Gen. 49. Vnũ phreneſi, videlicet ſeculare, qñ ad modũ phrenitici quos diligere & cuſto 3
dire deberet, lacerat. Alio ariditate. ſecclęſiaſtico, Zach. 11. Brachiũ eius dexterã ariditate ſiccabit, qñ aridę, & tepidæ corpus eccleſię à tyrannorum laceratione, & animas à perditione cuſtodit. Brachia ſic diſpoſita, diſſoluta dicuntur,

tur, quia à corpore Christi soluta, q̃ rei ostendit effectus, brachiũ enim corpori coniunctum pro toto corpore periculo se exponit, corpori autem nunquàm gratis nocet. Alterius brachij etiam defectum, & infirmitatem, quantum potest supportat, & supplet. Si pedes cespitando, uel lubricando deficiant, corpus cadendum brachia coniuncta sulciunt. Vno etiam pede, & lubrico deficiente. Alius, ne corpus cadat, occurrit, Sic brachia, sic pedes coniuncti Christo, in vtroq; dominio. Sed separatis à corpore, nulla prædictarum conuenit conditio: Sicut patet. P. 12. 12. Quotidiano ergo operum experimento ostenditur, quòd multi in vtroque dominio sunt à corpore Christi diuisi, & dissoluti, quia dominatores eius inique agunt, dicit dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Esa. 52.

Artic. 3: ¶Et non solum res ecclesiæ locũ tenent brachiorum (vt dictum est) sed etiam res subditorum, quia sicut per 4 sanguinẽ de brachio extractum, & per pulsum in brachio tactum, status & cõditio cognoscitur corporis. Ita per uitã, & gestum prædictorum dominorũ mores cognoscuntur subditorum. Sicut L. 16. 28. sequitur bonus enim dominus, qui dominatur in uirtute sua. (In Psal. 65.) bonam habet familiam, quia oculi eius super gentes respiciunt, sicut oculi corporis ad pedes, vt bene ambulent. Et sicut Sol, & cor membra, vt vitam, & non mortem influant. Sic iste, qui dominatur in virtute sua, respicit ad sibi subiectos, primo oculo iustitiæ, malos puniendo, & admonẽdo, & omnibus subditis iustitiam faciendo. Exẽplo sancti Ludouici regis. De quo scribitur, quòd ponendos in officijs diligẽter examinare solebat, de uita, & fama, & si haberet, vnde viueret. Post etiã diligenter examinare solebat, si iuste officium exequeretur. Et, vt melius hoc scire posset, bis in hebdomada sedere solebat in loco publico ad audiendum personaliter querelas pauperũ de ministris suis, uel quibuscunque alijs, vt

Exemplum.

omnibus iustitiam faceret. Incorrigibiles uerò admonebat: & amouebat, sicut patet. C. 11. 47. Ei ergo competit, quòd sequitur in versu allegato, qui exasperant, non exaltẽtur, qui exasperãt Deũ, vel subditos peccatis, & crudelitatibus, non exaltentur in officijs meis, uel in curia mea. Nota. I. 13. 8. Exemplum ad hoc de Constantino Imperatore lib. 1. Historiæ tripertitæ. c. 7. Qui uolẽs probare, q̃ de familia sua essent boni Christiani, & pro sua curia digni, præcepit, quòd oẽs de familia sua idolũ quoddã adorarent, simulans se uelle obedientes in officio retinere, & honorare, nolentes uerò punire, & amouere. Finaliter quos nec promissis, uel nimis adorare facere potuit, secũ retinuit, & caros habuit. Alios uerò tanquàm Deo infideles à se fugauit. Et bene, quia quomodo ei fideles esse possent, qui nũquàm pro eis tantum facere posset, quãtum Deus fecit, qui Deo sũt infideles? vnde Ambros. 3. de officijs. Non potest esse homini amicus, qui Deo est perfidus. Iterum sicut subditi non auderẽt receptare proditores suos. Ita nec ipse debuit, nec uoluit proditores Deum de vtroq; ergo istorum dici potest illud. Psal. 10. Iustus dominus & iustitias dilexit.

Exemplum. 5

¶Secundo, qui dominatur in uirtute 6 gentes subiectas, respicit oculo misericordiæ, miserijs subueniendo, tribulatos defendendo, laborantes remunerando, & salarium fideliter dando, quia sicut tenetur fideliter sub domino laborare, & seruire. Ita tenetur dominus ei fideliter mercedem refundere, quia sicut seruus, ita dominus eius. Esa. 24.

¶Sed non sic impij, non sic, quia illi (de quibus prædixit. Esa. 5. dicens, effeminati dominantur eorum) omnes cõditiones habent contrarias quia more cordis, uitam non influunt, sed morę veneni, malis exemplis subditos inficiunt. Plus etiam super ministros respiciunt, vt magna lucra reportent, quàm q̃ benigne, & iuste subditos regant, sicut patet. A. 12. 44. Et ideo sicut sub spinis quiescunt serpentes.

Digitized by Google

7 Sic ſecundùm Chryſo. Sub malis dominis quieſcunt venenoſi miniſtri, & crudeles, qui dominos ad crudelitatē exaſperant, in tantum ꝙ, ſi forte vellent in aliquo mitius agere, & cauſas, & inopias pauperū audire, & de graui exactione, ſeu à mercatione, vel redditu, quem ꝓpter paupertatem, uel infortunium ſoluere non poſſunt, eos in aliquo alleuiare, ita grauantur ferè, ac ſi de bonis illorum tantum darent, & dominum verbis prouocant, & ad crudelitatem more caudę leonis exaſperant. Dicitur enim, ꝙ leo uolens ſeipſum ad crudelitatem, & prædam prouocare, ſe cauda percutit. Cauda autem percuſſus prouocatur. Sic domini percuſſi, vel tacti illa cauda: de qua. A. 15. 10. Cuius crudelitatis in parte cauſa eſt, vt retuli, tempore officij illorum promoueant, vnde & gloriantur, dicendo, de tanto plus reportauit, quàm illi, qui fuerunt ante me, ſicut patet in rotulis de computo. Et quia rotulos ſic augmentant computi. Ideo diabolus in fine multa cum eis computabit. Sicut patet. C. 11. 41. quia ſicut rotulos dominorum augmentant pecunijs, ita rotulos dęmoniorum augmentant peccatis.

8 ¶Secundam etiam conditionem habent prædictis dominis contrariam, ꝙ homines, vt frequenter qui habent, vnde, uel qui uelint de ſuo viuere, in officijs non ponunt, ſed paupere s de parẽtela ſua, vel etiam, qui eis diu ſeruierũt, quos de ſuis proprijs rebus remunerare deberent, pro remuneratione, & promotione dant, uel ꝙ peius eſt, quandoque vendunt eis aliquod officiũ in extera, uel terra, uel caſtro, uel dominio, vbi non eſt aliquod certum officio annexum, de quo uiuere poſſint, ſed totũ, de turpi lucro. Vel ſit forte aliquid annexum ſit, nimis tamen parum eſt, pro miniſtri ſuſtentatione. Iſti ergo ſic officia adepti aſpere præcedentis ſeruitij mercedem, vel pecuniæ datæ æquiualens de populo, cui non ſeruiunt, uel cui pecuniã nõ dederat, ſine conſciẽtia colligũt cũ augmento. Not. N. 4. Arti. 4.

¶Sine conſcientia dico, quia videtur eis, quòd licite poſcunt laboris mercedem, uel quòd dederunt, leuare: Vnde vidi vnum talem, quæ cum modo prædicto eſſet, ianitor factus in quodã caſtro, vbi erant multi diuites, & nobiles incarcerati inſtrage nobilium ab vxoribus illorum, & alijs amicis intrare volentibus, ad eos uidendum, crudeliter, & nimis exceſſiuè ab eis munera exegit. Et cum de hoc repræhẽderetur, reſpondit ſe non habere de hoc conſcientiam, quia dominus pro promotione, & ſeruitij ſui mercede, dedit ei illud officium. Et ideo ei uidebatur, quòd domino placuit, quòd tamen promotionem ſuam colligeret, quia alio modo non potuit, niſi ꝓ tales extorſiones. Sed qũo potuit ei dominus dare, qđ nec ipſe dominus iuſte accipere poſſet, ſi præſens adeſſet? Non ſolum ſic in pecunijs miſeros affligunt, ſed quod peius eſt in corporibus, quia tales etiã incarceratos in profundiſſimis carceribus ponere ſolent, vt mercede liberiorem carcere redimãt. De qbus uide Chryſo. P. 8. 3. Et de talibus mercedibus lautè viuũt, & vinũ bibũt. De qbus Amos. 2. Vinũ dãnatorũ biberũt. Et ꝙ pauperes, & pedites fuerunt, tam aſpere miſeros ſubditos mordent, quòd de peditibus, & pauperibus fiunt equites, & diuites, ſicut quotidiano patet experimento, & non ſine ſubditorũ grauamine, officiũ qđ ſolebat eſſe ſuſtẽtatio peditis, mõ eſt ſuſtẽtatio eqtis cũ duobus, uel tribus fla gitioſis, magiſtro ſuo ſi poſſunt nequioribus, de quibus ſimul Naũ. 3. Cuſtodes tuos, quaſi locuſtæ, & paruuli tui, quaſi locuſt ęlocuſtarũ, de qbus infra, e. c. 27.

9 ¶Damnum uerò ex hoc ſequitur tale, quòd uidelicet, poſtquàm officia ſic dabantur, uel vendebantur, nunquàm fuit, nec erit, dum error iſte durat iuſtitia in terra. Aliquando enim ſolebant iuſti, & boni uiri conduci, ut talia officia facerẽt, & vt eſſent regis, & aliorum dominorum miniſtri. Et tunc fuit aliqua, iuſtitia, modo non conducunt (vt dictum eſt.) Ideo ferè omnis perit iuſtitia. Quomodo enim poſſet eſſe iuſtitia,

Digitized by Google

tia, vbi iusti dimittuntur, & iniusti præponuntur. Iustus emit communiter officium non emit, sed potius fugit. Si ergo talia officia non habent, nisi qui emunt, & qui emunt, iniusti sunt, quia hoc faciunt lucri, & non iustitiæ causa, quomodo iustitiam iuste facient? Et, ut hoc melius uideatur, ostendendus est modus, quomodo per tales officiales, seu ministeriales perit. Tales enim in magnis officijs positi, sicut iustitiarij, vicecomites, & huiusmodi, possunt aliquibus parcere, ne ad comitatus, & curias veniant, uel ne in assisis & duodenis ponantur ad iurandum de iustitia, & ueritate, de qua agitur. Homines ergo iusti, & fideles, uidentes, quòd iudicãtes latrones, & ueritatem iurati, dicentes, persecutionem ab his qui iuste læduntur, patiuntur propter maiorum defectum, qui sic propter munera, uel sanguinẽ, uel fauores, uel timores supportant, uel saltem ab eorum lęsione, vt deberent non defendunt, timentes etiam, ne ipsi ab illis latronibus, uel eorum complicibus occidantur, uel domus illorum imposterum comburantur, illis iudicib⁹ munera dant, ne in talibus duodenis ponantur, falsi uerò homines uidentes, quòd in talibus duodenis lucrari possunt, munera dant p̃dictis iudicibus, ut in illis ponantur. Et sic dum tales iudices ex omni parte, tã iustorum, quàm iniustorum munera accipiunt, ex omni parte perit veritas, & iustitia, & regnat iniustitia, quia non qui iustius faciet, sed qui plura cupit, & plura dat in officijs, & duodenis ponitur, & qui plures latrones, & homicidas post se ducere potest, dominatur. Dixit bufo cruciatus maledicti, tot dominati, tales Ranæ assimilantur. M. 8. 15.

¶In æternum enim maledicti erunt, quia ad vnum obligantur, quod nunquàm facient. Tales enim domini, qui præposituras uendunt, uel ad emẽdum, eas aliquos compellunt, cum gratis eas committere deberent. Ex quo non sunt ibi redditus, & prouentus iusti, qui vendi possunt, tenentur satisfacere spoliatis per tales præpositos, sicut patet in sum. confes. lib. 2. ti. 5. quæst. 40. quid de illis qui emunt. Quod tamen sic satisfacerent, æstimo, quòd non sit adhuc nisum. Ideo in mortem, quando de talibus factis, & sic receptis muneribus pro officijs, & de talibus ministerialibus cõputabunt, experietur quilibet illorum illud Ecclesia. 8. Dominatur homo homini in malum, quando videlicet pro malo culpę, quòd in dñio cõmisit, æternaliter malũ sentiet pœnæ. No. F. 3. 20.

¶In tertia etiam conditionem, quæ Deum respicit, multum deficiunt à cõsuetudine prædictorum dominorum, quia parum curare videntur, quàm infideles ministri illorum sint, Deo peccatis diuersis seruiendo. Tales domini seipsos Deo præferunt, quia non permitterent ministros suos seipsos inhonorare, per oculos, uel sanguinem, vel alia membra illorum iurãdo, nec quòd vxores, vel filias deturparent. Sed bene permittunt, quòd sic iurando, & etiam cum Dei filiabus, quas ipse creauit, redemit, fornicando Deum inhonorent, similes saracenis. De quibus dicit August. de ci. Dei libro 2. cap. 12. quòd legem ediderunt, quòd nullus hystrio ederet, uel cantaret viles cantilenas, & inhonestas de aliquo ciue, hoc tamen permiserunt dijs suis fieri. 11

¶Quanta autem sit hæc culpa, iudicet tõ cuiuscũq; qd diceret de ministro regis terreni, qui iniurias, pprias acriter vindicaret, iniurias uerò dñi sui negligẽter dissimularet? qlibet talẽ reputaret infidelẽ. Sic in ppõsito, in quo talis dominorum infidelitas, qui seruos non castigant, non solum redundat in iniuriam Dei, sed etiam in damnum proprium imposterum, quia ex quo diabolus posuit frenum peccati in ore seruorum, faciendo eos Deo infideles, & pauperibus eis subiectis, cito ducet eos ad fidelitates, & perditiones, & contra dominos proprios. Quia dicit Canon, quòd non potest homini esse fidelis, qui Deo existit infideles. 2. quæstione 7. non potest.

Digitized by Google

¶Sed (heu) multis nō ſufficit, quòd familia non corrigant, ſed, quod peius eſt, nec alios eos corrigere permittunt, ſed contra uolentes eos corrigere iraſcuntur, eisq; minantur, eosq; in via ad infernū protegunt, ſicut patet. C. 16. 82.

12 ¶In quarta etiam conditione prædictorum dominorum deficiunt, quia operarijs ſuis, & famulijs multi malam mercedem ſoluunt. Et, ut hæc ſub falſo colore licentius faciant, quandoque inuenient leues cauſas eos licentiandi, ut ſic ſtipendium illorum retineant. Et tamen eſt vnū de quatuor peccatis, quæ ſpecialiter in ſacra ſcriptura leguntur ad Deum clamare. Quorū primum eſt. Homicidiū Ge. 4. Vox ſanguinis, &c.

¶Secundum, ſodomia, Gen. 18.

¶Tertium pauperum, ſeu innocentum oppreſſio, &c. Exo. 2. Clamor Hebræorum, ſupple, oppreſſorū ab Ægyptijs, uenit ad me.

¶Quartum eſt miniſtrorum defraudatio. Iac. vlt. Ecce merces operariorū veſtrorum, qui meſſuerūt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à uobis, clamat, & clamor eorū in aures domini ſabaoth introiuit, de iſtis uero dominis, qui prædictis quatuor conditionibus malis dominantur, poteſt ſubditis, quibus odiū in effectu oſtēdunt, dici illud. Pſal. 105. dominati ſunt eorum, qui oderunt eos.

13 ¶Huic obijcitur, quia non odium, ſed amorem uidentur ſubditis oſtendere, inquantum eos ab alijs dominis defenduns, eis etiam placitant, & expendunt, ne ad aliud tranſeant dñium.

¶Sed in hoc lucrū potius ꝓprium, q̄ ſubditorum attendentes. Aſſimilantur cani, qui os cuſtodit, & muſtellæ, quæ domū à muribus cuſtodit, ut ſola lautius, uiuat, hoc patet, quia circa animas, vbi nullum lucrum amittunt temporale, parum curant, quis eas occupet. Sed illam dominationē cōtennunt. 2. Pe. 2.

¶In quo autem conſiſtere debet dominorum gloria, qui bene ſe habēt, ergo ſeipſos, eccleſiam, & ſubditos. Oſtendit Aug. de ci. Dei. l. 5. c 25. Sub his uerbis. Neque enim nos chriſtianos, Impe-

Artic. 4.

ratores ideo fœlices dicimus, quia diutius imperauerunt, uel quia filios Imperatores poſt ſe derelinquerunt. Vel quia hoſtes, uel ciues rebelles ſubiecerunt, hoc quidem cultores dęmonum fecerunt. Et hoc, ne hæc bona ſumma putarēt, & deſiderarent. Sed fœlices eos dicimus, ſi iuſte imperant, ſi inter linguas ſublimiter laudantium, & humiliter ſalutantium, non extolluntur, ſed homines ſe eſſe meminerunt. Si ad Dei cultum dilatandū ſtudent, ſi Deum timent, diligunt, & colunt, ſi plus amant 14
illud regnum, ubi non timent habere conſortes, ſi tardius uindicant, facilius ignoſcunt, ſi illam uindictam exercent pro re publica, non pro inimicitia, ſi caſti ſunt, ſi libētius cupiditatibus, quàm gentibus dominantur, ſi hæc omnia nō pro inani gloria, ſed pp charitatem faciunt, in his hic in re, & in futuro dñio glorietur in ſpe, pluſquàm in omni loco dñationis eorū, quia ſi habere poſſet à principio mundi vſq; ad finem illud dñiū, de quo Pſ. 71. Dñabitur à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarū, & ꝑdictā nō haberet, nec in re, nec futurā gloriā in ſpe, nihil eſſet in fine: ſicut patet. D. 5. 4. Iō cōgruè fertur, quidā iuuenis Chriſtianus cuidam, magnoſaraceno, à quo captus fuit, cui oīa prædia & terras oſtendit oīa ei promittens, ſi fidem ſuam recipere uellet, & ſaraceno pōderāte, quia pulchra eſſent, & magna, quæ ei obtulit, reſpōdit, totū iſtud nimis parū eſt ei, qui meliora expectat cū illo, qui eſt Rex regū, & dominus dominantiū. Apoc. 19. Exemplum.

¶Et vt appoſita iuxta ſe poſita clarius Artic. 5.
videātur, oſtēdere reſtat, in quibus non debēt gloriari domini mali, & ſpāliter, qui de alienis viuūt. Nō. n. debent gloriari 15
de nobilitate, quia licet apud mūdū nobiles reputentur, & curiales, quia forte cibū libēter dāt, tamē apud Deū, & totā curiā cœleſtē ſunt uiliſſimi ruſtici. Exemplum.
Vnde qbuſdā militibus q̄rētib⁹ à magno doctore noīe Alanus, q̄ eēt maxima humanitas. Rndit abundāter ſ. dare. Ipſe uerò ab eis quęſiuit, q̄ eſſet maxima ruſticitas.

Digitized by Google

ruſticitas, & ipſis reſpondere neſcientibus, reſpuit pro eis, ꝙ rapere aliena, hoc enim ſequitur per argumentum à contrario ſenſu. Qui ergo melius ditati ſunt moribus, ſunt eis nobiliores? Vnde Tullius in paradoxis. Dictum eſt (inquit) ab eruditiſſimis uiris, niſi ſapientem, neminem liberum eſſe. An ille liber eſt, cui mulier imperat, quem cupiditas trahit, & ira impellit, quomodo (inquit) poteſt libero homini imperare? quia nõ poteſt ſuas cupiditates refrenare, qui ergo gloriatur in domino glorietur. 2. Cor. 10. Nota infra c. cap. 33. Item N. 3. per totum.

Ar. 6. ¶Sed heu multi, ſpreta hac Pauli doctrina, exemplum ſequuntur Arphaxat, qui gloriabatur, quaſi potens in potentia ſua. Iudith 1 Qui in multitudine diuitiarum ſuarum gloriatur. (In Pſ. 48.) hi frequenter excedunt, & errant contra quinque.

¶Primo contra Deum cum Lucifero aſcendentes, ſicut patet. A. 25. 21.

¶Secundo contra eccleſiam, per malas conſuetudines. contra eam bona inteſtatorum occupando, decimas, de ſilua ſtidua, & huiuſmodi non dando, allegantes progenitores ſuos nunquam aliter feciſſe. Et quia aliam legem niſi progenitorũ abuſum, qui potius voluntate, quàm Dei lege ducebantur, pro eis nõ habent, introibũt uſq; in progenies patrũ ſuorũ, & in ęternũ non uidebunt lumen. Pſal. 48. Sicut patet. A. 12. 8.

¶Tertio contra ſeipſos, de nocte uigilando, die dormiendo, noctem in diẽ uertendo, laſciuia, & commeſſatione ſeipſos conſumendo.

¶Quarto contra amicos, bona illorũ mutuando, & nõ reddendo, in emptionibus circauerum precium defraudando, & niſi mutuare, uel uendere, quę deſiderant, uoluerint, inimicitias cõtra eos exercendo. Quinto, cõtra ſubditos malos, propoſitos eis præponendo, ſicut patet, ſupra e. c. 8. Poteſtatem, quã Deus eis ſuper ſubditos conceſſit excedendo. Deus enim eis cõceſſit virgã correctionis, dicẽs, Reges eos in uirga ferrea. In Pſal. 2. A brutalibus moribus eos prę ſumendo, ſecũdùm Aug. de ci. Dei. li. 19. c. 15. Non (inquit) debet homo homini dñari per naturalẽ ordinẽ ſed irrationalibus animalibus, ꝙ patet. Gen. 1. Vbi dictum fuit homini, dominamini piſcibus maris, & uolucribus cęli. In cõmiſſione iſta non committitur ei dominiũ hominum, qui adhuc non peccauerant. Si ego eſt homo inſtitutus, & uiuens, ſicut homini non dñetur, ſed peccori. i. peccatori, in cuius ſignũ prima ſeruitus legit homini indicta ꝓpter peccatum. Gen. 9. Maledict⁹ (inquit Noe) Chanaã, ſeruus ſeruorũ erit fratribus ſuis. Ipſi vero dñi diſcoli hanc cõmiſſionẽ excedunt, quia uirga nõ utuntur ad culparũ correctionẽ, ſed uoluntate, & poteſtate, ad pecuniarũ collectionẽ, vñ uirgã mutauerunt in gladiũ malis conſuetudinibus tõdendo, tallijs, & taxationibus, & exactionibus excoriãdo. In uanitatibus, & ſuperfluitatibus comedẽdo, quia paſcua diuitũ pauperes. Eccleſ. 13 Inſuper iam uirga iſta creuit in baculũ durũ, & inflexibilẽ, quo grauibus laboribus & exceſſiſſimis emẽdis ſubditos uerberãt? Sed cito utroque tã uirga, quàm baculo priuabuntur, quia merentur priuilegiũ amittere, ſicut patet. A. 6. 3. & pro abuſu puniẽtur, ſubditi vero ab eis modo purgati, ſicut patet. D. 6. 31. in illa, quando in cœlo erunt, ſecundùm prophetam. Eſa. 14. cum requiẽ eis dederit dñs à labore, & à ſeruitute dura, qua ante ſeruierunt, ſument parabolã iſtã cum gaudio, dicentes, quoniã ceſſauit exactor, quieuit tributum, contriuit dñs baculũ impiorum, virgã dominantiũ, cedentẽ populos indignatione, ſubijcientẽ in furore, perſequentem crudeliter.

Ar. 7. ¶Huiuſmodi vero exceſſus duplex eſt cauſa, vna intrinſeca, alia extrinſeca.

¶Intrinſeca vero ꝓprij cordis ꝑſumptio, ſuꝑbia, cupiditas, & elatio, qua nullus ferre de ſtatu ſuo contẽtat. Quia armigero nõ ſufficit, niſi habeat, uel uiuat ſicut miles, miles vero vult eſſe baro, baro comes, comes rex, & hęc ꝑſumptio facit, ꝙ q nõ pũt inſte, niſi forte expẽde-

re

re uiginti marcas, expendit triginta, vel quadraginta. Sic eſt in dominio eccleſiaſtico, clericus cupit eccleſiam, non ut proſit, ſed ut præſit, habenti vero unam non ſufficit, niſi etiam præbendam habeat, nec præbenda una, niſi plures etiã habeat, ſufficit. Plures habens non ſufficit, nec uiuere ſcit, niſi ſit epiſcopus, vel curialis in curia prælatorum, uel principum. De illo adhuc ſtatu anhelant ad ſuperiores, vſque ad ſummum veniant: Cuius rei exemplum patet. A. 27. 5. Cauſa vero huius inſatiabilitatis paret. C. 14. 24.

19 ¶Cauſa uero extrinſeca, eſt malum, vel timidum conſilium, & defectuum mundi in experientia. In iuuentute enim ducuntur ad uenationem, & haſtiludia, & huiuſmodi, & omnes ludos, & ſolacia, quę corpus delectãt, quę quia non fiunt ſine magnis expenſis, frequẽter faciunt indigentes, pro qua indigentia releuanda, uocantur adulantes conſiliarij, qui dicunt, terra veſtra opulenta eſt, homines veſtri benedictus Deus, diuites ſunt, poteſtis tantum de eis leuare ſine grauamine. Et ſi ipſe dominus non adhuc crudelibus aſſuetus, voluerit in aliquo mitius agere, & dicere, ſic melius eſt, ei reſiſtunt (ſicut patet. ſupra eo. t. 7) dicẽtes, domine intendatis uos delicijs, & ſolacijs veſtris, & permittatis magis expertos ſe intromittere de regimine dominij veſtri, quęrelas etiam deponunt, & deponere uolentes apud dominum detrahunt, & impediunt, ne forte illorũ appareat nuditas, & turpitudo. Dominos etiam informant, quod ſi tales ad eos uenerint, ad miniſtros ſuos eos remittant expediendos. Vnde & apud dominos modus talis reſpondendi inoleuit. Eatis ad Archiclinum, vel conſiliarium meum. Ita q̃ ipſi ſubditorum miſerias, nec ſciunt, nec ſcire uolunt, & tamen nec excuſantur. Sicut patet. C. 11. 51. cum ſequentibus. Qui uidelicet ambulant poſt carnem, & concupiſcentiam immunditiæ, veramque dominationem contemnunt, ſecunda Pet. 2. quia quomodo iuſtę dominari deberent, ſcire nolunt.

¶Et quia (teſte ſacra Scriptura. Eccl. 1.) Nihil ſub Sole nouum. In iſto artic. 8. oſtendere reſtat, quomodo modernorũ, tam dominorum, quàm miniſtrorum, exceſſus, & cauſa, & finis in Sacra Scriptura olim præfigurabatur. Dan. 2. & per ſtatuam Nabuchodonoſor quatuor modis diſtinctam. Et per quatuor beſtias. Dan. 7. Leænam, vrſum, pardum, & aprum. Et per quatuor peſtes. Ioel 1. erucam, locuſtam, brucum, & Rubigi nem. Illa enim ſtatua habuit caput aureum, quod ad literam ſignificabat regnum Babiloniorum ſub Nabuchodonoſor uſque Balthaſar pectus autem, & brachia de argento, quod ſignificat regnum medorum & perſarum, ſub Cyro & Dario, quaſi per ſimilitudinem duorum brachiorum. Venter autem & femora ex ære, quod ſignificat græcorum regnum, ſub Alexandro Magno, quod fuit ſonorum valde ad modum æris, tam proter græcorum eloquentiam, quàm propter famam Alexandri. Tibię autem ferreę, quod ſignificat regnum Romanorum, quia ſicut ferrum comminuit, & domat omnia (ſecundùm Dan. expoſitionem ibi.) Sic illud regnum comminuit, & conteret omnia hæc. Cuius expoſitionis veritatem poſtmodum ſub Romanis principibus rei probauit euentus. Ar. 8.

¶Iſta dominia cum dominis ſuis, tũc tyrannidem, & durum dominium exercuerunt in Iudæa, ſicut patet. 4. Reg. 25. Et Numeri 24. uenient in trieribus de Italia. Et in multis alijs locis. Et ſicut iſti tyrannidem exercuerunt in Iudæa, & in populo Dei. Ita figurati per iſtos crudelitatem in ſpirituali Iudæa. ſ. contra eccleſiam, & in populum ſubiectũ, quem more prędictorum vaſtant, & deuorant. Quorum caput ſunt magni principes, qui tyrannorum vitam ducunt, qui ideo capiti comparantur aureo, quia ſicut aurum alia metalla in valore, ita illi alios excellunt poteſtate. 20 21

¶Secundo iſti per lenem cum nostrum Leona figuran-

ſignantur. Primo, quia luxurioſi ſunt ad modum leænæ: Secundo, quia ſicut leæna, quanto plures nutrit leunculos, tanto fit magis famelica, & rapacior. Ita iſti quanto plures habẽt filios, & nepotes, & famulos, tanto magis cupidi fiunt, & iniurioſi. Sicut ergo oues non gaudent de multitudine leunculorum. Ita nec ſubditi de multitudine talium filiorum.

Exemplum. ¶Exemplum ad hoc de fabula, quæ continet, quòd Sole alium ſolẽ generante, omnia de filio ſolis gaudebant, excepta terra, quæ requiſita quare doluit? Reſpondit, cum ſolus eſſet Sol, uix eiꝰ potui calores ſuſtinere, ſed intãtum me quandoque torquebat, ꝙ ſterilem me reddidit, nec fructꝰ parere permiſit. Sed ſi modo duo ſunt totaliter me incinerabunt. Ita cupidus dominus, cum parua familia, ſine filijs, ſubditos ſatis grauabit, quanto magis, quando magnam habent prolem, & familiam, ubi oportet, ꝙ de ſuo, vel alieno, quilibet habeat, unde uiuere poſſit? Deus ergo eos prole priuando, ſicut frequentius diuitibus contingit, miſeriorditer agit cum populo. Nota. M. 4.4.

¶Sed nota, quòd iſta leæna dicitur alas habuiſſe, vt aquila, quæ ſignificant diuitias, & poteſtatem. Sed ſicut per alas illas non potuit uolare, quia corpus ponderoſum plus traheret deorſum, quàm alæ ſurſum, ſic per iſtas alas in morte aſcendere non poſſunt, quia peccata, & male acquiſita deorſum trahent, facientque, quòd in puncto ad infernum deſcendent. Sicut patet. A. 25. 19. nec mirum, quòd alæ tunc deficient, quia inuiſcatæ ſunt. Hierem. 2. In alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum, & innocentum. Et ideo tunc non iuuabunt, ſed capientur, & perdentur, & hoc eſt, quod ſequitur. 22. auulſæ ſunt alæ eius, ſcilicet in morte, & ſublata eſt de terra. ſ. viuentium.

22 Eruca. ¶Comparantur etiam tertio Erucæ, quæ eſt vermis, quæ maxime in oleribus innoxitur, quia ſicut eruca non radicitus herbas deuorat, ſed depaſcit, & reſiduum dimittit locuſtæ. Sicut patet. Iohel 1. ubi dicitur, quòd reſiduum eruca comedit locuſta; Ita domino capiẽte prædam de populo, quod reſiduũ eſt. & manus domini euaſit, ipſi miniſtri auare colligunt, poſt talem dominum ſequuntur, ubicunque ipſe declinat, ad viſitandum, vel comedendum, vel ad aliquem amicum uidendum, vel ad officium, ſeu iudicium faciendum, quando etiam aliquis ad dominum illorum declinat, ſi in aliquo domini gratia indigeat, quantumcunque recipientes dominum illorum, uel eum viſitantes, ſint ſatis grauati de expenſis, & munenibus dòmino exhibitis, non uidetur tamen ſatellitibus ſuis, quòd ipſi tranſire debeant ſine muneribus. Vnde cum extra portum ueniunt, ſtatim inter ſe conferunt, dicentes, quid habes tu? ſi uero nihil habuerint, irraſcuntur, detrahunt, & obloquuntur, quia niſi dederit aliquid in ore, ſanctificant ſuper eum prælium Mich. 3. Et ſic reſiduum eruce comedit locuſta. Et ſic patet quomodo domini ſunt caput aureum, leæna, & eruca. Nota. M. 8. 18. 23

¶Pectus vero, & brachia ſunt. Primo, magni conſiliarij, iudices, & camerarij, per quos operatur, ſicut caput per brachia. Vrſus. Secundo, hij congrue per vrſum ſignificantur, tum propter patientiam laboris, qua dominis placere cum multis expenſis, & laboribus nituntur, tum quia quandoque ſunt præda dominorum, ſicut urſi præda ſunt leonum, quando enim non poterunt plus per eos alios prædari, tunc eos prædantur. De quibus. Eſaiæ 33. Veh qui prædaris, nonne ipſe prædaberis? cum conſummaueris deprædationem, deprædaberis.

¶Sed urſus iſte tres ordines habuit in ore, & in dentibus eius. Sic iſti reſpectu ſuperiorum, quibus ſeruiunt, blandimenta habent adulationis, reſpectu æqualium, cauelas falſitatis, & deceptionis reſpectu inferiorum. Iugum

peruerſæ

peruersæ dominationis. Sequitur, & sic dicebant ei, scilicet, domino suo, surge, comede carnes plurimas, quia prædicti
24 ministri, & consiliarij, & filij, & nepotes, dominos ad prędam acuunt, sicut patet. supra eo. cap. 7. & 19. Aliquando, ut dominis placeant, modis ibi expressis. Aliquando, ut prædam simul capiant, dicũt patribus, & dominis suis, surge, satage, iuua nos, dum potes, dum es in officio, semper cogitans, quòd officium non est hæreditas.

¶ Tertio isti etiam locustis comparantur, &c. Locusta enim pessimum est genus muscarum, quæ in terris calidis, & orientalibus in maxima uolant multitudine. Sicut dicitur in Psal. 104. Venit locusta, & brucus, cuius nõ erat numerus. Vbicunque uero illa multitudo descendit super vineas, vel fruges, multum eis nocet, quia magnam partem campi, super quem descendunt, deuorant. Sic prædicti volant per terram, quasi iustitiam facturi, sed ubicunque descendunt, aurem inclinando ad aliquem, qui habet cum eis facere, aliquid ab eo asportare nituntur, vel vbicunque ad prædium illorum descendunt, uidentes agrum uicini prope, & bene iacentem, pro eis illius agri non fructus, ut locustæ, sed locustis peiores, etiã ipsam terram eis appropriare, & incorporare nituntur, de quibus. Deuter. 32. Deuoranit terram cum germine suo. Nota. F. 1. 36.

25 ¶ Venter, & femora de ære. Sunt, primo, inferiores ministri, sicut constabularij, præpositi, castellani, placitatores, & patrię deductores, qui res portant dominorum, quas satis care animabus proprijs emunt, quia frequenter pro eis illicita committunt, quia quando domini uolunt aliquod illicitum facere, sicut habere falsam duodenam in quocunque casu, uel aliquem indicture, uel occidere, uel incarcerare, vel verberare, uel suspendere, uel liberare iniuste, uel terram acquirere contra Deũ, vel alicui aperte, uel occulte, nocere, statim litterę ad eos, uel pro eis mittuntur. Et ipsi, ex quo sunt cum ipsis in omnibus obediunt contra Deum, & rationem, dicentes, dominus meus præcepit hoc fieri, cui citius obediunt, quàm Deo, qui præcepit contrarium, qui plus tenentur.

¶ Secundo isti communiter Pardo comparantur, quia communiter ponuntur in talibus officijs, iuristę, & mundi reuolutores, & patriæ ductores. Talibus enim res suas dant, qui dum scientiam, & leges, quæ de se bonæ sunt, cum falsitatibus, & cautelis suis misorint, uarietatem habent in sciẽtia, quemadmodum Pardus in pelle, & colore. Et per tales uarietates, quas dominorum lucra appellant, officia sua tenent, & res portant. Quia sicut lupus, qui (secundùm fabulas) prædam fideliter diuisit, reportauit rubeam coronã, vulpes uero fraudulenta, quæ uaccam dedit loco, dicẽs. Tu rex habebis uaccam, ouem leænæ, vxori eius, capram leunculis filijs, esse rens se de parte sua non curare, nec se talibus indigere, ponitur loco eius. Ita 26 fideles, qui munera dominis, & uxoribus, & filijs, & familiæ non dant, qui etiam iuste agunt, & ideo parum domino lucrum reportant, cito ab officijs remouentur. Illi enim, qui illud officium pro se, uel complicibus suis optãt, dominum informabunt, dicentes. Ille est nimis simplex ad officium illud, populus non timet eum. Et non solum amouetur, sed quia non reportauit tantum, quantum infideles, qui ante eum fuerunt, falsitas ei imponitur, & uel incomputi ratione vel alio modo, illud ab eo recuperare uolunt, quod alijs minus reportauit, ut portio dominiper fas, uel per nefas, semper continuetur, vel augmentetur. Et ideo spoliabitur, qui alios spoliare noluit. Et sic quiescit à malo prædæ, patuit. Esa. 59. Et alius, loco suo ponitur, qui habuit condiciones, quæ patent. A. 12. 44.

Pardus.

Lupi. Exemplum.

¶ Tertio isti etiam Bruco non immerito comparantur. Brucus enim est fe- 27 Brucus.
tus locustæ, antequam alas habeat, qui in uno loco iacens, residuum locustæ radicitus

radicitus comedit, sic isti in vno prędio, vel castro morātes, derelicta à locustis, (id est) à prædictis magnis satrapis, qui aliquotiens in anno procarijs, & huiusmodi tenendis, ad loca illa declinant, intantum radicitus comedunt, ꝙ quantum in eis est nihil dereliquunt, quia etiam minima non reijciunt munuscula. Sed antequam omnino deficiant, etiā chyrotecarum pecuniā nō abhominantur. Quomodo ergo maiora oblata refutarent, & qui nec minima oblata dimitterent? nihil, quantū in eis est, dereliquerent. Et quomodo aliquid dimitterēt illi, de quibus dicit Deus, Mich. 3. comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, quasi diceret, tanta est eorum malitia, & auaritia, ꝙ si fieri posset, libenter hoc facerent.

¶Tybiæ autem ferreę sunt primo, inferiores ministri, sicut domicelli, armigeri, pedelli, aperitores, & alij officijs in aula, & stabulo, & alijs officinis intendentes, qui omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Esa. 1. Omnes in sanguine insidiantur. Mich. 7.

28 ¶Hij secundo, per quartam significantur bestiam. Dan. 7. quæ licet in textu non nominetur, tamen magister in historijs dicit, quòd Hebræus dicit, ꝙ fuit similis Apro, cui etiam glosa concordat. Qui ergo turpissima cogitant, loquuntur, & operantur, more porcorum, qui semper libentius circa turpia versantur, qui etiam more porcorum semper comedunt & reliquias, & talia, quæ attingere possunt, quæ in eleemosinam ordinari deberent, pro concubinis, & inhonestis personis asportant, qui & manibus suis portant, plebē spoliant, nonne per porcum (id est) aptum, conuenienter designantur. De quo, in Psal. 79. vastauit eam. i. eleemosynam, vel plebem, Aper de silua, & singularis ferus depastus est eam, Fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Gen. 37.

Aper.

¶Tertio isti etiā rubigini cōgrue cōparant. Rubigo enim est pestis, q̄ spicas segetū, quas tangit, & flores arborū, in ruborē conuertit, easq; destruit, & decolorat. Sic isti, quē societate tāgunt in vita pariter, & in fama, decolorant, eū ad illicita trahentes, quos nisi sequi noluerit, erūt ei semper dictis, & factis tediosi, & tanquā accusatorē, & lupum in fabulā, eū semper suspectū habebunt, nec cessabunt usque ab eis expellatur, uel eis, rubigine malę societatis tactus conformetur, de qua societate cū eis, uidelicet, copulatus, & assimilatus fuerit, prophetauit. Eze. 24. dicens. Veh ciuitati sanguinum, cuius rubigo in ea est. De prędictis quatuor simul copulatis, pōt dici illud. Prouer. 30. Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere.

Rubigo

¶Istud veh de eis uerificatur, quādo 29
iuxta prædictam Danielis prophetiam. Dan. 2. lapis, qui abscisus est de monte sine manib⁹ (id est) Christus, q̄ uenit de patre in mundum absque humana operatione, percutiet statuā, & destruet oīa prędicta regna, & bestias, & pedes, dicēs illud Mat. 25. Ite maledicti &c. quia deuorauerunt plebē meā, sicut escā panis, Psal. 52. Ideo gladius meus deuorabit eos. Esa. 1. Quā impletionē optat fieri cito Ezechiel propheta. Eze. 21. Duplicetur, ac triplicetur gladius, videlicet, gladius sententiæ, de quo Apocal. 1. De ore eius gladius ex vtraque parte acutus, &c. De quo etiam. Iob 19. Vltor iniquitatum est gladius. Iste (inquit) duplicetur, quo ad pœnam, uidelicet, corporis, & animæ. Hierem. 17. Duplici contritione contere eos. Et tripliciter. Primo, Dei uisione carebit. Secundo, iocunda sanctorum societate carebit. Tertio, semper intus uermis conscientiæ eum mordebit. Et sic foris uastabit eum gladius sententiæ latæ, & intus pauor ignis, & conscientiæ. Deut. 32 Illo iudicante male dominantes cum ministris suis, qui est super omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem. Ephe. 1.

¶Quanta uero sit prædictorum dominorū ingratitudo contra Deū patet. C. 16 15. Et non solum cōtra Deum, sed etiam

Artic. 9.

etiam cõtra ſubditos ingratitudinis vicium exercẽt. Sunt enim erga eos, ſicut
30 cuſtodes incarceratorum erga incarceratos, quia iſti cuſtodes non deſcendunt ad uidendum incarceratos ad eorum ſolacium, ſed ut eorum fortuus ſtringãt vincula, & vinculorum claues, uel forte vt ex loquela cum eis aliquid lucrentur. Sic iſti domini, de quibus. Eſa. 19. Tradam Ægiptum in manus dominorum crudelium.

Ar. 10. ¶Et licet abſque dominio ſimpliciter eſſe, non ſit ſecurum eſſe, nec bonum, ſicut patet in Lombardia, ubi certa dominia, & nativa, non habent, & ideo terra continuis vexatur bellis. Talis tamẽ crudelis domini dominium qui poſſet, fugere deberet: vnde Alfonſius in libro
Exemplum. ſuo refert, ꝙ quidam ſapiens docuit filium ſuum dicens, ne moreris in ciuitate regis, ubi diſpenſa fuerit maior, quàm redditus, & poſuit exemplum de duobus fratribus, quorum unus factus eſt magnus cum rege in extranea patria. Alteri uero fratri ad eum venienti, expoſitis diuitijs, & honoribus, quos à rege illo habuit, rogauit illum, ꝙ in terra illa, & ſub illo rege maneret, quia rex etiam illum ditaret, qui reſpondit, quantum habet rex in redditibus, qui ait, tantum, & quãtum (inquit) alius ex-
31 pendit. Tãtum (inquit) alius, & plus. Cui ait alius, ergo ſi ſurgat aduerſus nos bellum, ubi habebit rex expenſas, de hoc (inquit alius) habebit conſilium. Timeo, inquit alius, ne bona mea in conſilio veniant, & de terra illa ille receſſit, antequam ſecutus doctrinam, quia qui iuxta tales ſunt in uita, uel in morte, ab illo, uel hæredibus ſuis frequenter ſpoliantur, & malè tractantur. Qui etiam omnino ſine nativo dominio ſunt, ut prædictum eſt cõtinuis bellis inuaduntur & occiduntur. Ideo in prædicto libro Alfonſij dicitur, quòd eſt de rege, ſicut de igne, cui ſi nimis prope acceſſeris, cremaberis; ſi nimis remote, frigebis. Vos ergo, qui nec ſub duro dominio, nec omnino ſine dominio eſſe poteſtis, ſubditi eſtote in omni timore do-

minis, non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis, prima Pet. 2.

¶Nec ſuperbiant iſti domini diſcoli; Ar. 11.
quòd alijs dominantur, quòdque ab alijs timentur, quia hoc non permittit Deus propter eorum bonitatẽ, uel meritum, quod oſtẽdit Aug. de ci. Dei. li. 4. c. 5. Dicens, & ſcribens, quòd quidam 32
latrones factis ſibi ducibus alijs expulſis, regnauerunt. Si enim dominium concederet hominibus propter eorum bonitatem maxime hoc cõceſſiſſet matri eius; & diſcipulis, quos in hoc mundo dominari noluit, ſicut patet. Mar. 10. vbi ait diſcipulis ſuis, hij qui uidentur dominari gentibus dominantur eis, & poteſtatem habent, non eſt autem ita in uobis. Quia talis dominatio quandoque non eſt ab bonum dominantis, ſed vel, ut hic de bonis ſuis mercedem recipiant, (ſicut patet. G. 4. 19) vel propter ſubiectorum de merita, ſecundùm Aug. de ci. Dei. lib. 1. ca. 18. vt humilientur, & affligentur ab eis, quibus male placere nituntur, & optimo domino, & Deo grato ſeruire nolunt, qui bene eos remunerabit, tyrannis ſeruiant inuiti, qui male eos remunerabunt. Quod autem propter huiuſmodi Deus dominos crudeles, quaſi leones malos dominari permittit (patet. 4. Reg. 17.) ubi dicitur de populo, qui habitabat in regione Samariæ, quòd non timuerunt dominum, & immiſit ei dominus leones, qui interficiebant eos. Sic in propoſito, regnare facit hipocritam propter peccata populi. Iob 34. Vere ergo dicere poſſumus illud. Neæ. 9. Propter peccata enim corporibus noſtris dominantur, ſicut patet. R. 1. 37. Non ergo eis maledicant, nec odio habeant, quãdo eos affligunt, quia propria culpa erigit, ut tales ſint. Sed humiliter ſuſtineant cogitãtes eos eſſe virgam Dei (ſecundùm beatũ Greg. in Dialogo: de Lupo epiſcopo, &c.) quàm ſi patienter ſuſtineant, & ſe emendent, ipſi ſaluabuntur, & virga in ignem mitterur æternum, & non dominabuntur eis amplius. Hier. 30. No. de hoc D. 6. 31. Et. 8. 2. 54. Et P. 13. 58.

¶Iſtud

¶Iſtud etiam confirmatur per Aug. de ci. Dei. lib. 4. cap. 3. ubi dicit quòd ſi Deus bonis regnare concedat, hoc eſt, vt res humanæ dirigantur. Malis uero hoc hic permittit ad eorum perniciem. Pſal. 80. Dimiſi eos ſecundùm deſideria
33 cordis eorum, & ad ſuorum ſubditorum examen. Nam malus ſi regnet, ſeruus eſt, bonus, & ſi ſeruiet, liber eſt, ſicut patet, ſupra eod. cap. 15. Ibidem Auguſt. cap. 4. Amoue (inquit) iuſtitiam, quid ſunt magna regna, niſi magna latrocinia? Et adducit ad hoc exemplum de Alexandro, & piratis, de quibus dicetur infra. R. 1. 23.

Ar. 12. ¶Iſtis, qui ſic ad modum dominantur latronum, melius eſſet mediocrem ducere uitam, non ſolum ut pœnas futuras, ſed etiam ut præſens euadant periculum. Tales enim in maiori ſollicitudine, & timore ſunt, & periculo (ſicut patet. D. 11. 6.) Hoc etiam oſtendit Auguſt. de ci. Dei. lib. 4. cap. 3. Vbi reſpondit infidelibus improperantibus Chriſtianis, quòd fides noſtra ſuos cultores potius ad infœlicitatem, quàm ad fœlicitatem ducebat, quod oſtendere nitebantur per hoc, quòd Romani adorãtes Deos multos. De (quibus. 1. Cor. 8.) dij multi, & domini multi, totius mun-
34 di obtinuerunt monarchiam. Suſcipientes uero fidem unius Dei Chriſtianorũ, dominium paulatim perdiderunt. In qua improperatione innuere uidentur, & ꝙ fides noſtra mala ſit, quæ cultores ad infidelitatem adducit, & quòd etiam Deus noſter non ſit potens ſuorum cõſeruare dominium, quibus reſpondit Augu. proponens exemplum de duobus hominibus, uno diuite, & altero mediocre, per iſtum modum. Quorum (inquit) duorum hominum unũ mediocrem, alium diuitem, cogitemus, fœliciorem, diuitem, cupiditate flagrantẽ, timoribus anxium, nunquam ſecurum, ſemper inquietum, perpetuis inimicitiarum contentionibus anhelantem, curas amariſſimas aggregantem? Mediocrem illum re familiari parua ſibi ſufficientem, chariſſimis ſuis cognatis, atque uicinis, ſuauiſſima pace gaudentem, pietate religioſum, benignum mẽte, ſanum corpore, vita, parcum, moribus caſtum, conſcientia ſecurum, neſcio, utrum quiſquam ita deſipiat, vt audiat dubitare, quẽ præferat. Sic (inquit) in duabus familijs, ſic in duobus regnis, & populis. Quod ergo (inquit) Deus curam habens de ſuis fidelibus, eos ad mediocrem reduxit ſtatum, non ad infœlicitatem ſed ad fœlicitatem pertinet. Sicut patet. A. 25. 32. & M. 8. 30. cum ſequẽtibus. Sic in propoſito, quia magna ſequuntur pericula huius mundi, diuitias & dominia, Deus miſericorditer cum multis agit, quando eos à talibus præſeruat, uel quando eos à ſtatu illo ad ſtatum ducit paupertatis, complent uaticinium. Eſa. 10. dicentis. Mittet dominator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem. Et licet de hac amiſſione, ſeu Dei extenuitate multi modo murmurent, tamen in fine ei de hoc gratias agent ſicut patet per exemplum. B. 4. 17.

¶Et nõ ſolum ſibijpſis (vt dictum eſt) Ar. 13.
ſed etiam ſuis ſubditis, & uicinis, malorum poteſtas ad dominium eſt periculoſum, tam in periculis ſpiritualibus, quàm corporalibus. Quia ſic temperamentum, & bona planetarum, & corporum ſuperiorum diſpoſitio, maxime valet pro terra, terramque colentibus. Ita diſperamentum eorundem, & mala diſpoſitio eſt maxime nociua, quia terram ſterilem reddit. Cultoresque eius pauperes inani labore, & fame conſumit. Sic omnino eſt de planetis, & perſonis ſuperioribus tam in dominio eccleſiaſtico, quàm ſeculari, quando illi regulariter viuunt, & bene ſecundùm Deum, & uirtutes diſponuntur, ſubditi bene uiuunt. Quando uero ſunt in ſe 35
mali, ſubditi conditionem illorum faciliter ſequuntur, quia cuius caput infirmum, &c. ſicut patet de exercitu, & duce, ſicut patet de Iudæis, quorum populares Chriſtum proceſſione adorauerunt, qui eodem die uidentes uoluntatẽ dominantium inter eos, contra eum

clama-

Digitized by Google

cla mauerunt blaſphemantes, & dicentes, crucifige.

¶Si uero ſuperiores ſint contentioſi & pugnaces, & elati ad dominia anhelãtes, ſubditi non habebunt pacem, nec extrinſecam, nec intrinſecam, quia ſicut inordinatus appetitus dominandi
36 fecit prælium. (Apo. 12.) Factum eſt prælium mag. in ce. Ex quo etiam ſecuta ſunt omnia mala hic inferius in terra, ita inordinatus appetitus dominandi, eſt cauſa fere omnium rixarum & multorum malorum.

¶Si vero ſuperiores in dominio ſuo ſint negligentes, uel inſufficientes, non ualentes, uel non ſcientes inimicis reſiſtere, magnum etiam imminet ſubditis periculum, quia ſub tali domino ſpirituali dæmones animas captiuant. In dominio uero temporali, aduerſarij dominium illud in ſui, & ſuorum ſubditorum, & ſucceſſorum præiudicium, & damnum inuadunt, auferunt, uel diminuunt, & ſubditos in domini defectum
Exemplum. grauant, & ſpoliant. Vnde tales domini inſcij, & impotentes, vel inuoluntarij ſunt, ſicut ſtatuæ mortuæ. De quibus hiſtorię habent, & continent, quòd quadam ciuitate obſeſſa, bellatoribus, & fortibus militibus intus mortuis, qui in ciuitate præerant, poſuerunt ſtatuas mortuas ſuper muros loco militũ, & in forma militum armatas extrinſecè, ut illarum multitudine inimici terrerentur, hoſtes primo terrorem habentes, poſtmodum uero uidentes bubones de nocte ſuper eas quieſcere, quod etiam nõ erat in eis motus uitæ, uel ualida defenſio, ciuitatem ęperunt, & deſtruxerunt. Sic in ciuitate eccleſiæ, uel quocunque dominio, uel communitate (de qua. C. 4. 11.) ualentibus de quibus. Eſa. 62. Super muros tuos conſtitui cuſtodes tota die, & nocte, imperpetuum non tacebunt, dudum mortuis. Alij loco illorum ponuntur ſolum in forma intrinſeca eis ſimiles, quia nec in uita, & defenſione, uel ſpirituali, vel corporali ſunt eis ſimiles, nil ualentes, quia hoſtes inuadentes abſque timore, & miſericordia, utrunque dominium, tam animarum, quàm rerum occupant, & inuadunt.

¶Ex quo patet illud Boecij de conſo. quòd uidelicet plura mala eueniunt ex hoc, quòd mali dominantur, & dignitates aſſequuntur, quàm ex inundatione alicuius diluuij, cuius ratio patet ex prædictis, quia aliæ tempeſtates bona exteriora pauperum deſtruunt, dum in campis ſunt. Sed ex mala dominatione deſtruuntur bona ſpiritualia, & etiam corporalia, & auferuntur bona plus elaborata (uidelicet) quæ in crumena & in arca ſunt. Et ſic patet, quòd nec in bonis ſpiritualibus, nec corporalibus à planta pedis uſque ad uerticem capitis (ubi caput eſt languidum, & cor merẽs.) Eſa. 1. Non eſt in eo ſanitas, à minimo, uſque ad maximum in omni loco dominationis eiũs. In Pſalm. 102. Sicut patet. T. 5 3.

¶Prædictis uero malorum domino- Ar. 14.
rum, & miniſtrorum exceſſibus, duplex correſpondet pœna, una temporalis, alia æterna. Temporalis uero, alia debetur corporibus, alia rebus exterioribus.

¶Corporibus uero talis debetur pœ- 37
na, qualem alijs iniuſte ponunt. Iniuſte enim incarcerantes occidentes, iuſte eaſdem in ſe experientur pœnas ab illo iuſto iudice inflictas, qui loquitur. In Pſal. 11. dicens propter miſeriam inopũ & gemitum pauperum, nunc ex, &c. Ad quid exurgam, ad alligandos reges eos in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. (In Pſal. 149.) ſupple, ſicut ipſi iniuſte alios alligauerunt. Et oportet, quòd Deus hoc faciat, quia ipſe mẽtiri nõ poteſt, qui dicit, Exo. 22. Viduæ, & pupillo non nocebitis, ſi autẽ læſeritis eos, clamabunt ad me, & percutiam uos gladio, & erunt uxores ueſtræ uiduæ, & filij ueſtri pupilli. Cuius uindictæ cauſa, quantum ad uxores, & filios patet. I. 13. 37. Clamabunt (inquit) ad me ſicut iniuſte vexati, & qui iuſtitiã obtinere non poſſunt, in inferiori curia, clamant appellando ad ſuperiorem.

Sicut

Exemplum. Sicut clamauit quidam Abbas, de quo ſcribitur in lib. de apibus, ꝙ cum de iniuria ſibi quodam domino facta, in nulla curia iuſtitiã obtinere poſſet, ait domino, cõpareamus coram Deo, & circa triceſimum diem ſequentem Abbas infirmatus mortuus eſt. Dominus uero ille tunc in balneo exiſtens, audiensque campanas, & intelligens à miniſtris pulſationis cauſam eſſe, quia Abbas talis mortuus fuit. Dixit: veh mihi, quia ſtatim oportet me mori, vt reſpondeã ante tribunal Dei de cauſa, quę uertitur inter me, & Abbatem illum, quod & factum eſt, ut de eis uerificetur illud Eſa. 41. ſimul ad iudicium propinquemus.

¶Et certum eſt, ꝙ ibi iuſtũ obtinuit iudicium, ſicut & quicunque, qui hic contra mundi potẽtes iuſtitiã obtinere nõ poſſunt, ibi obtinebunt, quia hoc teſtificabitur. Pſal 145. dicẽs. Facit iudiciũ omnibus iniuriam pa. Et iudicium his male factum, ibi corrigit. Vnde Sapiẽ. 1. uocatur corripiẽs iudicium. No. I. 11. 8.

¶Hoc eſt autem apud Deum iudiciũ, corripere hic iniuſte, afflictos liberare, & affligentes ad eaſdem pœnas (ut dictũ eſt) condemnare, iuxta dictum ſuum proprium. Matth. 7. In quo, iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Quod pulchre in facto fuit oſtenſum. 1. Reg. 15. Vbi propheta Dei Samul, quando ad mortẽ iudicauit Agag regem Amalech. Ait regi, ſicut fecit ſine liberis mulieris gladius tuus. Ita abſque liberis erit inter mulieres mater tua. Et ſic in fruſtra concidit eum. Ecce eodem iudicio, quo alios iudicauit, iudicatur.

38 ¶Tales uero pœnas à Deo inflitas ſuſtinentes ſeipſos ad patientiam armẽt, cogitatione diuinam iuſtitiam, ad memoriam reducentes, qua hic iuſte patiuntur. Sicut ſecundùm fabulas quidã leœnam ad patientiam, & ad mitigandũ dolorem, quem de morte habuit leunculorum, hortabatur, dicens, quia multorum animalium fœtus rapuiſti, iuſte tui fœtus à te rapti ſunt, quare ergo doles, quod iuſte factũ eſt, quando aliorũ fœtus rapuiſti, cogitare debueras, qualẽ mater habet dolorẽ, quando filios amittit, quem dolorem ſi bene cogitaſſes, modo de amiſſione tuorũ non doleres. Sic Dei iuſtitiam ad memoriam reuocabant fratres Ioſeph. Gen. 42. dicentes, Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, uidentes angueſtias animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus, idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. Sic etiam latro à dextris Chriſti in Cruce, dicens. Nos quidem iuſte. Nam digna factis recipimus. Luc. 23. Sic etiã Adonibezech. Iudicũ 1. quando eiſdẽ pœnis, quibus alios prius torſerat, torquebatur (ſicut ibidem patet,) diuinam iuſticiam recognoſcens dixit, ſicut feci, ita reddidit domin⁹ mihi. Sic Antiochus, &c. Nota ad idem auctoritatem beati Grego. A. 18. 4.

Fabula.

¶Secundo ſunt puniendi à Deo in rebus exterioribus, videlicet, amiſſione dominij, & terrarum, & rerum male acquiſitarum, propter tales enim iniuſticias, & pauperũ clamantiũ ad Deum maledictiones non ſunt dominia durabilia, ſed cito ab illis hæredibus ſuis ad extraneos trãſferuntur, ꝙ patet primo per illud, quod ſcribit Ariſto Alexandro in ſecretis ſecretorum, propter hoc (inquit) fuit deſtructum regnum Chaldeorum, quia regum, & dominorum expenſæ redditus excedebant, & ipſis deficientibus redditibus proprijs, bona acceperunt ſubditorum, & ipſi clamauerunt ad Deum glorioſum, qui exaudiuit eos, & regnũ illorũ deſtruxit. ꝓ oĩa hæc dicta philoſophi, concordat ſacra Scriptura. Eccl. 10. dicens, regnum à gente in gentẽ transfertur, ꝓpter iniuſticias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos. No. multa exẽpla ad hoc. A 12. 13. 39

¶Sed quia in hoc ſęculo, multi illorum tales pœnas, dum uiuunt, euadunt. Ideo certius, & durius eam poſt mortem inuenient æternaliter, ſicut patet. C. 16. 16. & D 11. 31. Et licet hic euadant, quòd non conſimiliter torqueantur, ſicut alios torſerunt, ibi illud non euadent iudicium. Sicut enim ſancti poſt mortem præmia habebunt 40

conuenientia, ſm ea, quę uiuentes bene geſſerunt. Ita mali pęna cõueniẽtes experientur. Quod cõgrue oſtenſum fuit in accidenti circa res cuiuſdã dñi ſatis noti nuper defuncti. Habuit eñ dũ uixit unã malam conditionẽ, ꝙ uidelicet, quocunque titulo, uel colore potuit, libenter bona cõfiſcauit ſubditorum defunctorum, habuit & aliã conditionem bonã, ꝙ uidelicet pauperibus ſegetes, huiuſmodi libẽter mutuauit ĩ eorũ neceſſitatibus. Accidit in morte ſua, ꝙ oĩa bona inuenta in manu ſua, uel in horreis fuerunt regi cõfiſcata. Ita ꝙ de illis executores in nullo eum iuuare potuerunt. In quo ſatis oſtendit Deus, ꝙ ſicut alios ſpoliauit, & grauauit, ita & ipſe ſpoliaretur, bona uero, quę prius mutuauerat, quę in manibus fuerunt debitorum, executores poſtea collegerũt, & inde defunctum iuuerunt. Quaſi diceret, Deus, in facto & in conſuetudine, in qua male egiſti, punieris, in qua uero bene, remuneraberis.

Exemplum.

41 ¶Illi ergo, qui ſic ſubditos dure ſubijciunt ſeruituti, ibi ſeruituti ſubijciẽtur mille dęmoniorũ. Et ſic de alijs, ſicut patet. D. 1. 32. quibus loquitur Deus per ſacram Scripturam. Sapien. 6. dicẽs, diſcite iudices finium terræ, prębete aures ueſtras, cito apparebit iudicium duriſſimum, quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non recte iudicaſtis, neque cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſm Dei uoluntatẽ ambulaſtis, non ſubtrahet perſonam cuiuſcunque dñs omniũ, nec uerebitur magnitudinem, qm̃ puſillũ, & magnũ ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de oĩbus. Fortioribus autẽ fortior inſtat cruciatus. Hęc ibi. Fortioribus (inquit) fortior inſtat cruciatus. Sicut uidemus ꝙ rex captis proditoribus ſuis paupes ſtatim occidit, maiores uero tractu, ſuſpẽdio, exiteratiõe, & corporis diuiſione, & multis pęnis affligit. Sic in ꝓpoſito Rex regũ, & dñs dominantiũ. Apo. 19. ¶Itẽ qñ dñi ſunt infideles Deo, Deus permittit ſeruos eis eſſe infideles. Nã quia Salomon erat talis Deo ꝓmiſſus eſt Hieroboã ei inſidiari. 3. Reg. 11.

¶Ebrietatis. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Ebrietatis vicium deuitari ab omnibus debet, primo quia inſanire & fœtere facit.*

2 *Ebrietas eſt omni prædone ſenior, & immanior, & eſt omni peccato periculoſior.*

3 *Secundò ebrioſitatem fugiendam eſſe docemus, quia nos ad alia quamplura errata impellit, & trahit.*

4 *Omnes uino illaqueantur multifariam ad uaria peccata perpetranda: Quia ebrietas eſt fames, & nutrix omnium nitiorum.*

5 *Ebrioſus, & temulentus homo eius famam uehementer lædit.*

6 *Temulenti æternam pœnam accipient, & punientur æternaliter.*

7 *Nonnulli ebrij propter ebrietates in morte deſperantes decedunt, & damnantur.*

8 *Ebrioſi ſaltem timere debent opum, & & bonorum diminutionem; quia nonnunquam diſabuntur.*

9 *Ebrioſitatem & refrænare debent, quia ipſos multis afficiunt infirmitatibus.*

10 *Qui ſeipſos excuſant, cum de ebrietatis crimine carpuntur, dicentes amicorum ſocietate talia commiſiſſe; defectum proprium potius accuſare quàm excuſare certò præ ſe ferunt.*

11 *Quomodo ab eorum excuſatione fallantur temulenti illi, dicentes nemini nocere, nec damnum afferre, cum inebrientur.*

EBrietatis uitium fugiendũ eſt. Primo, propter dãnum, & periculum, quod affert ipſi animæ, ipſam infatuando, prodendo, & ſpoliando. Secundo, quia multa peccata ſecum ducit. Tertio,

tio, quia famam aufert. Quarto, quia pœnam promeretur temporaliter. Quinto, quia ad pœnam ducit æternam. Sexto, quia in rebus exterioribus depauperat. Septimo, quia corpus damnificat. Octauo, ponenda est ebriosorum excusatio cum reprobatione. Nono, contra omnia prædicta ostendere restat remediũ, quo ebriosi se refrenare poterunt, ne mala incurrant prædicta.

Ar. 1. 1 ¶Primo est fugiendum, quia insatuat. Si enim illos fatuos uocamus, qui à natiuitate sensu caruerunt, uel qui ex aliqua infirmitate sensus amiserunt, & in phrenesim inciderunt inuiti, multo rationabilius isti fatui uocantur, qui ex mera sua uoluntate sensus amittunt, & linguam, & pedes, & manus, quantum ad usum, quæ possidere possent, si uellent, quam illi, qui inuiti sensus amiserunt. Sed dicent isti, nariui tales multo stultiores sunt, quia semper sunt tales, ebrij non, nisi ad breue tps. Quibus respõdendum est, ꝙ non, quia isti frequẽter, & gratis sensus amittunt, illi semel, & inuiti.

¶Iterum, sicut ille sapiens uocatur, qui infirmitatem, uel damnum corpori, uel animæ, uel rebus imminere sentiens, remedium à sapientibus quærit, sicut qui contra infirmitates corporales peregrinatur, & quærit Deum, uel sanctos, vel sapiẽtem medicum, vt sensus, vel sanitatem recuperet. Ita congrue à contratio sensu, stultus uocatur, qui sensus, & sanitatem habens, salsa comedit, & bibendi appetitum prouocat, ad tabernam peregrinatur, & ibi offert, ut sensus & sanitatem habitam amittat, & cordis sapientia pro symbolo tollatur. Quia ebrietas pro symbolo suo aufert cor. Oseæ 4.

¶Sic uero infatuati castrum animæ perdunt, & Deũ, qui in eo habitat, perdunt, sicut ebrij custodes, castra vel ciuitates perdunt mundiales. Iuxta illud Aug. ad sacras virgines, quàm plurimæ (inquit) vrbes diu obsessæ, nec captæ, custodibus somno, vinoq; sepultis, ab hostibus patefactę igneq; crematæ sunt. Sic castrum spirituale animæ, custode eius, atque ductore suo ratione submerso potu, ab hostibus capitur, & in foueã peccati cęc⁹ cadit, ductore ei⁹ deficiẽte.

¶Si uero infatuatus, captus, & in puteum peccati proiectus, uirtutibus spoliatur. Quasi sicut vbi est frequẽs aquarum inundatio, semen submergitur, ita semina verbi Dei, & uirtutum, ubi frequens inundatio tabernæ, & ebrietatis. Psal 106. Moti sunt sicut ebrius, omnis sapientia eorum deuorata est. 2

¶Ex quo patet, ꝙ ebrietas, omni latrone crudelior. Primo, quia aufert bona meliora, scilicet spiritualia. Secũdo, quia eum, quem capit, periculosius tenet, quia sub alio latrone posset ad Deũ clamare. Et si statim esset occidendus, posset à Deo de peccatis suis ueniam postulare, quòd iste non permittit. In quo patet, ꝙ istud est omni peccato periculosius, pro tanto quia qui in quocunque esset peccato, sentiens mortem appropinquare, posset sacerdotem, & ueniam petere, ꝙ ebrietate sopitus facere non potest. Sic ergo anima talis, dum moritur, aufertur sine quocunque pœnitentiæ remedio, sicut caput Holofernis, qui & dormiebat nimia ebrietate sopitus, Iudith 13. Nota. G. 5. 6.

¶Secundo est fugiendũ quia ad multa alia ducit peccata. Sicut enim Auceps aues nititur ad unum congregare locũ, ut illuc illaqueantur, & capiantur. Sic diabolus multos ad tabernam congregat, ubi de uiginti uix euadit unus, uel duo, qui dicere possint, laqueus contritus est, & nos liberati sumus. (Psal 123.) Quia oẽs illaqueantur. Alij potus excessu. Alij turpibus uerbis, & cantilenis, & impudicis aspectibus, & illicitis iuramentis, & concupiscentijs, & luxuriosis, & uanis narrationibus. Alij luxuria, & incestu, quia ubi ebrietas ibi libido, & furor dñatur: di. 35. vẽter. Et sicut patet. Gẽ. 19. vbi dixerũt filię Loth, Inebriemꝰ eũ vino, &c. De quo dicit canon, quem Sodoma nõ vicit, vina vicerũt. di. 35. §. 1. Artic. 2. 3

¶Alij homicidio, sicut patet de illo in ui. pa. Cui diabolus dixit. Elige con-

ſentire vni de tribus peccatis,& nunquã tẽtabo te, qui elegit potius inebriari. Et poſtea ad vltimunque adulteriũ, videlicet, & homicidium faciẽdum adiecit uinum, quia uirum, cum cuius vxore ebrius peccauit,ſuperueniẽtẽ occidit.

4 ¶Alij tumultu, & litigio,& ſecretorũ reuelatione,quia prouerbium eſt,uinũ, & cõfeſſio oĩa reuellant. Et nullũ ſecretum, ubi regnat ebrietas.Prouer. 31.

¶Alij falſitate,facit eũ hominem falſum dupliciter. Primo,quia multipliciter falſitates,cõſpirationes,& cõfederationes de furtis, & falſis duodenis, & hmõi tractantur. Secundo, quia multa facit hominẽ promittere,dũ ebrius eſt, quę ſobrius reuocat.Ideo dicit canon,ꝙ pronũ facit hominẽ ad ꝓmittendum,& poſtea triſtẽ ad ſoluendũ,ſicut patet de Herode,& Ioanne Baptiſta.22.queſt.4. vnuſquiſque. Alij feſtiuis, & fatuis iudicijs,& ſententijs, & inordinatis cõſilijs. Sicut illi,qui colloquia, & cõſilia, & iudicia ſua tenent, poſtquã ſunt uino calefacti,quia uinũ in eis dominat, poſtq̃ ratio.De quibus.C.11.5.Et Eſa.28. præebrietate errauerunt, ignorauerunt iudiciũ,neſcierunt uidentẽ. A quibus appellare poſſet, ſicut appellauit mulier, de qua Senec. in decla. refert. Quod à Philippo rege temulento dãnata, appellauit.Ad quẽ,inquit rex, ad Philippum, inquit,ſed ſobriũ,qui crapulã excuſſit, & mulierem à ſententia abſoluit. Sed (heu) non ſic temulenti moderni, ſed ſi quid tunc ordinarũ fuerit in ſubditorũ depopulationem, minime reuocatur, quod vero in ſubditorum ordinatur ſolacium, negligitur. Alij iniuſticia,quia inęqualiter Dei bona diuidunt,dũ vnus fit,alius ebrius eſt.1.Cor.11.q̃ ſi æqualiter inter ſe diuiderent, neuter excederet, uel indigeret. Sic de pannis, ſic de pecunijs. Sic de omnibus alijs bonis. Et ſic patet, ꝙ ebrietas eſt fames, & nutrix omnium uitiorum,diſtin. 35. ante omnia.Et 15.q.1.ſane.Nec mirum,quia ſicut intrat potus,exit ſenſus.Et ſic paulatim omnis ſapientia eorum deuorata eſt.

Exemplum.

¶Et non ſolum peccata adducit, ſed etiam famam lædit, quia ſicut anhelitũ fętere facit in mane, ſic famam,& apud Deum, & apud bonos homines, quia omnis bonus homo minus tales diligit,minuſque illorum æſtimat miniſterium,& ſocietatem, & ab omnibus etiã deridentur,vnde Ambro.li. de pęnitentia. Ebrioſus(inquit) cum uinum abſorbet,à uino abſorbetur,& abominatur à Deo deſpicitur ab angelis, deridetur ab hominibus, conculcatur ab omnibus. Ideo Senec. Epiſt.74. dicit, ebrietatem voluntariã eſſe infamiã,nec mirũ,ꝙ ad multa uicia,& pericula ducit,quia ſicut nauis in mari cum gubernatore impotente ad multa pericula impellitur, ita homo,quando ratio,per quã gubernari deberet,fit impotens per ebrietatem,& hoc experiũtur multi,qui tunc loquuntur,& faciunt, de quibus poſtea multum erubeſcunt, & dolent, & quæ nunquam eſſent ſobrij facturi. Ar.3. 5

¶Viri uero eccleſiaſtici. De quibus. Eſa.28.ſacerdos,& ꝓpheta neſcierunt, præ ebrietate, abſorpti ſunt à uino, errauerunt in ebrietate, non ſolum infamia, ſicut alij, ſed etiã depoſitione puniendi ſunt, ſicut patet,di.35.epiſcopus,ubi ſic dicitur, præsbiter ebrioſus deponatur.Inferiores clerici cõmunione priuentur.Huic etiam concordat decretalis,li.3.tit.1.de vi.& ho.cleri.A crapula,ubi etiam prohibetur potatio Normannorum ad æquales potus. Ar.4.

¶Et non ſolum temporalem, ſed etiam æternam inducit pœnam. Quia ebrietas aſſuefacta, eſt mortale peccatum. Diſtin. 25.vnum.§. alias, in fine. Diabolus ſuos inebriando, aſſimilatur amico fraudulento, qui ſimplicem vicinum inebriat, ut de hæreditate ſua eum decipiat. Sic Diabolus mittens, ſcilicet, peccati fel, & inebrians. (Abacuch ſecundo) de quo ſelle. Auguſtin. in quodam ſermone. Ebrietas eſt dulce uenenum, quam qui habet, ſeipſum non habet. Sed ſicut ebrij, dum in tali ſunt ſtatu, non dolent de hæreditatis uenditione, uel alio dam- Ar.5.

nō, quod rebus, uel corpori inferunt. Sed expergefacti multum dolent. Ita amittentes q̄ modo hæreditatē cęlestem, ebrietate, uel quocunque alio peccato, dū in tali sunt errore, nō dolēt, quia cōscientiā excęcāt, & sepeliunt rationem.

6 15. q. 1. sane. Ideo ridēt, & peccatū, more phreneticorum, qui infirmitatē, ppriā ignorant, iactāt. De quibus. Esa. 3. Peccatū suū sicut Sodoma, prædicauerunt. Et reprehendentes deridēt, sicut phrenetici, nolentes iuuari. Figura de Esau. Gene. 25. Comedit, & bibit, & abijt parui pendens, q̄ primogenita sua uendidisset.

¶Sed extrema istius gaudij luctꝰ occupabit, quando de alio cipho bibent, quādo ignis, & sulphur erit pars calicis eorū, quando dicetur eis illud Hier. 48. Inebriate eum calice iræ Dei, ut sicut bibendo inordinate delectabatur. Ita bibendo puniatur; Sicut patet. D. 11. 32. Et D. 12. 37.

Exemplum. ¶Quod autē ebrij sic sint puniti, patet p̄ hoc, quod narrat Valerius de quodam ebrioso, cui Deus ostendit in quadā uisione diabolum unū ad pœnas ducentē, & magistro dæmoniorū quærenti, ubi eū inuenisset? Rūdit in ebrietate. Cui magister, portes ergo eū huc, ut bibat satis, & infundebāt in os eius picē, & sulphur (ut ei uidebatur) dicentes, sitisti, bibe. Huic ēt cōcordat Scriptura sancta. In Psal. 10. dicēs. Ignis sulphur, &c. Ille autem, cui hæc uisio ostendebatur, imposterum ab ebrietate se retraxit.

¶Sed cogitant forte aliqui, q̄ si similis uisio eis ostenderetur, se etiam corrigerent, quibus dicēdum est, q̄ sufficit, q̄ audiant quid alijs consimilibus accidit, quia de similibus simile est iudiciū.

7 ¶Et præterea aliquando multis ostēditur, q̄ propter tales ebrietates aliqui in morte desperant, & damātur. In villa eīm satis nota, cū quidā talis ad mortē infirmaretur, & a bono uicario, qui mihi hoc retulit, uisitaret, & ad confessionē, & cōionē admoneret, nullū aliud responsum habere potuit, q̄ istud, bona ceruisia, ceruisia bona, & si uerbū eum mutare contingeret, qñ de sacerdote ei mentionem fecerunt, dixit, portauit ne mihi sacerdos bonā ceruisiā, uel bonū potum. No. simile huic. D. 2. 9. Horum ergo exemplo expergiscimini ebrij, & flete, & ululate omnes, qui bibitis uinum in dulcedine. Iohel 1.

¶Et ponatur, q̄ aliqui ita sint illo peccato excęcati, q̄ infamiā, uel inferni pœnas nō timeāt, qa forte eas nō uidēt, uel nō credūt, saltē timeāt rerū, & bonorū diminutionē, quā ex ebrietate consequi optime uident. Ideo istā pœnā post præcedentes posui, quia plus apud mundiales timetur, cū ergo uideāt, & quotidie inter se loquuntur, q̄ ebriosi nunquā ditabuntur. Cui ēt dicto cōcordat sacra Scriptura, dicens. Eccl. 19. Seruus ebriosus, nō locupletabit, saltē illo timore digere paulisper uinū, quo mades. 1. Reg. 1. Ar. 6. 8

¶Iterum ponatur, q̄ ita stulti sint, q̄ pœnas non timeant æternas. Ita prodigit, q̄ rerum non timeant diminutionem, cum carnē nemo unquam odio habuerit, carnis saltem dilectio ebrietates refrenet, quæ multis eam afficiunt infirmitatibus, sicut paralisi, cęcitate, capitis dolore & multis inconuenientijs. De quibus. Inno. lib. de uilitate conditionis humanæ. Quid (inquit) turpius ebrioso, cui fętor in ore, tremor in corpore, prodit occulta. Cui mēs alienatur, facies trāsformatur, lingua agitatur, secundi calices, quē non fecere disertum. Ar. 7.

¶Quando uero de ebrietate reprehēdūtur, quidam illorum se excusant per societatem, & amicorum instantiā. Sed in hoc defectum proprium potius ostēdunt, quàm se excusent, minus scientes in hoc facto se ostendunt, quàm sint irrationabilia aīalia', q̄ ad nullius rogatū ultra potum necessarium sumunt. Vnde fertur, q̄ quidam paterfamilias habuit quendā ceruū domesticū in domo sua, qui ad prādium ceruisiam de ciphis solebat bibere, & quadā uice tantum bibit, q̄ inebriatus erat, & saliens in curia inter lignacrus suum grauiter læsit, nūquam postea ceruisiam, nec aliquid prę- terquam uoluit bibere. Ar. 8. 10 Exemplum.

¶Ad idem fertur, ꝙ illam insipientiam quidam cognouit. Cum ad aliorum instantiam plus solito biberat, inebriatus fuisset. Et cum ad plus bibendum nullis precibus, uel amicitijs inducere posset, ait, me sapientior es. Sic ergo ad potandum rogantibus, & dicentibus illud. Can. 5. Inebriamini charissimi, respondere deberent, sicut quidam tali respondisse fertur, dicens, multum indiges stulto, ꝙ de tam caro amico uis stultum tuū facere. Audiēdus est ergo, & præponendus melior amicus, qui dicit. Eph. 5. Nolite inebriari. Exemplum.

¶Alij se forte excusari credunt, quia potum emunt, & quod emunt, capere possunt, ne symbolum amittāt, sed male symbolum lucratur, quia animam mortaliter peccando perdit. Ei ergo, qui non plus soluit, quàm ipse, non inuideat, si frequentius, & plus bibat, cum secundùm sitim propriam, & non uoracitatem alienam sibi necessaria mensurare debeat.

¶Alij auidè, & excessiue sumūt, quia raro sumunt, & male, quia quid prodest illa nimietas contra sitim, quæ tanſijt, quando iam satis habet, nocet, quæ transijt, nec oportet, ꝙ excessus illam faciet, quam iam sufficientia satiauit. Nec ualet excessus cōtra sitim futuram, immo nocet, quia sitim in futuro pronocat, sicut patet D. 11. a 2. Alij se excusant, quia 11 nemini nocent, dicentes, non nimis bibit, qui neminem damnificat. Isti deficiunt, quia (sicut ex p̄cedentibus patet) sibijpsis nocent, tam animabus quàm corporibus, & contra Deum peccant. Sicut patet, supra eo. c. ar. 5. quia est peccatum mortale, & cōtra proximum indigentem, quem defraudant, sicut patet ex auctoritate Pauli, supra e. c. 4.

¶Quando uero de male factis, quæ inebrietate committunt, reprehenduntur, excusant se per hoc ebrietatem, dicentes, parce mihi domine, ebrietas me fecit hoc facere. Isti non se excusant, sed de duplici peccato se accusant. Si enim ista excusatio esset sufficiēs, Esaias propheta potius illos excusaret, de quibus dicit. 28. c. prę ebrietate errauerūt, &c. Sicut patet, supra c. c. 4.

¶Ratio ergo corpus à talibus excessibus refrenare debet freno abstinentiæ, quæ multa in sacra Scriptura commendatur, & persuadetur, sicut patet di. 35. sexto die. Et de consecr. dist. 5. non dico. Et A. 4. per totum. Hac ergo refrenari debet, quia sicut equus quādoque posta quàm satis biberis, nisi freno refrenetur, in aquam cadit, & infidētem in periculo ponit. Sic caro postquam satis biberit, animam submergit, nisi abstinētia refrenetur. Cuius freni, duas partes restringentes, quæ habenæ uocantur, refrænare debent breuitas, & pœnalitas. cogitatio de delectationis breuitate, qua statim transeunte omnia illa, quæ guttur delectabant, in lutum fœtidum ponuntur, & frequenter ad amaritudinem conuertuntur, retrahere deberet. Ex alia parte etiam omnes prædictæ pœnalitates, tam temporales, quàm æternæ uitam nostram refrænare deberent, ꝙ non ducatur in commessationibus, & ebrietatibus. Rom. 13. Nota contra illos, qui sitim prouocant, ut plus bibant. T. 4. 17. Ar. 9.

¶Electionis. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Electio duplex est; quædam respicit bonum priuatum; & quædam respicit bonum publicum.*

2 *Libera electio appellatur rationalis creaturæ priuilegium; quia brutis non conuenit.*

3 *Electionis ritus, & usus describitur, quantum ad tria.*

4 *Primum quantum ad electionis negotium, in electione debet esse maxima solicitudo cum pace, & concordia eligentium.*

5 *Secundum quantum ad electorum collegium, esse debet interna sinceritas eligentium.*

6 *Vbi, qui aliquem eligunt, uel quia consanguineus*

ſanguineus eſt; uel quia munera & lucra ingentia ſpondet, & præſtat; ante electionem ſpiritus ſancti auxilium, atque conſilium fruſtra inuocare demonſtrant.

7 *Tertium quantum ad electi laudem, & præconium eligendus habere debet conditiones, quas nobis patefacit, & natura, & ratio, & ars, & ſacra Scriptura.*

8 *Viri fortes, & perfecti aſſumendi ſunt, & diligenter examinati ad Eccleſiæ miniſteria.*

9 *Eligendi ſunt, qui honores fugiunt; & ad talia onera ſufferenda coguntur: & & cor habeant humile; ſicut qui onus ſubit, caput inclinat: nec ſe extollant.*

10 *Erroris occaſio eſſe uidetur nimia approximatio, ſeu uicinitas ſecundum carnalis affectum, & elongatio.*

11 *Electores homines indignos eligentes, & cooptantes multipliciter errant, & delinquunt: primo aduerſus Deum peccant.*

12 *Electores malorum miniſtrorum peccant; quia Dei ſponſam uenalem illis, quorum litterarum titulus uerior eſſet, gratia pecuniæ, quàm gratiæ Dei, exponunt, & obijciunt.*

13 *Quomodo è medio auferatur, & tollitur electorum indignos, & conſanguineos ad animarum curam deligentium excuſatio, dum dicunt, ille electus puer eſt, ac adoleſcentulus; poteſt etiam addiſcere & ire ad gymnaſium.*

14 *Electores à Deo punientur, quia eius Eccleſiam cadere, & corruere faciunt.*

15 *Promoti uiri ad ordines, uel ad beneficia, oratorum ſeu aduocatorum, & Pugilum uicem gerunt, eisque aſſimilantur.*

16 *Promoti immeritò ad beneficia, eorum Promotoribus, inutiles graues aduerſi, infeſti, & ingrati (Dei quidem iudicio) eſſe ſæpius incipiunt ut ab illis diuexentur, & excrucientur, quos inordinatè, & immerito promouerunt: qui nempè ſimiles ſiunt ſubtili præſtigiatoris Petaſo.*

17 *Deinde eorum electoribus crudeliter obſunt, imponendo eis onera importabilia: & ſubditis ſuæ nocent.*

18 *Eligentes inhabiles, & indignos ad imperandum, & regendum Dei præcepto non obtemperant, cuius uoluntas, & præceptum eſt, Regem alienigenam eligendum minime fore, neque Eunuchum ad Dei Eccleſiam moderandam.*

Electionis.

Primo, oſtendenda eſt diſcretio. Secundo, qualis eſſe debeat electio, quæ pertinet ad bonũ, & utilitatem priuatam. Tertio qualis eſſe debeat electio, quæ reſpicit utilitatem publicam, quantum ad electionis negocium. Cum thematibus ad propoſitum pertinentibus. Quarto, quantum ad electorum collegium. In quinto vero electi præconium i. conditiones perſonæ eligendæ deſcribendæ ſunt. Sexto, oſtendetur, q̃ inordinata intẽtione electionem procurantes, uel eligentes, uel preſentãtes, uel ordinãtes indignos, multiplici periculo, tam ſe quàm electos ſuos, & ſubditos exponunt.

¶Quantum ad primum. Electio quę- Ar. 1.
dam reſpicit bonum priuatum, ſicut, q̃ homo eligat bonam uitam, & humilem, quantum ad ſeipſum, dicens illud Pſalm. 83. Elegi abiectus eſſe in domo Dei. Quædam uero reſpicit bonum publicum; ſicut quando eliguntur homines ad bellum, vel ad præpoſituras, ſeu regales, uel imperiales præeminentias, vel ad eccleſiaſticas prælationes, & dignitates de utroque ſimul. 1. Pe. 1.

¶Certam enim uocationem, & elec- Ar. 2.
tionem faciatis, quaſi diceret, facite, q̃ illa uocatio, ſeu electio, qua Deus elegit nos ante conſtitutionem mundi, ut eſſemus ſancti. (Ephe. 1.) ſit certa, & expedita, eligendo illa media, per quæ Dei electio impletur, & dicendo illud Pſalm. 118. quoniam mandata tua elegi. Et iterum uiam veritatis elegi.

Digitized by Google

Quia nec aliter elegit, nec vocat, ut veniat, nisi per viam mãdatorum, ut sciat reprobare malum, & eligare bonum Esa. 7. vt, videlicet, sciat, & opere impleat, & eligat bonum in actu, quia aliter pœnam meretur, quia talis priuilegium meretur amittere (sicut patet. A. 6. 3.) id est liberam electionem, & in seruitutem æternam poni, libera enim electio est priuilegium rationalis creaturæ. Cui dicitur. 1. Paralip. 22. quodcũque volueris, elige. & Eccl. 15. Posuit ante eum. homiuem bonum & malum, &c. Et ideo priuilegium vocari potuit, quia brutis non conuenit, sicut patet per Sãctum Thomam 2. 2 q. 11. ar. 2. Et non est
2 priuilegium, quodcunque sit nobile. Ita fortiter etiam priuilegiatos protegens, q. si bene operantur, & (ut eis concessum est) illud custodiant, totus mundus, & infernus, simul confederati eos, nec superabit, nec eis nocebit, quo ad animam, nec ab eis illud tollet, vel franget, quia omnibus fortior est, per quam reliquiæ secundùm electionẽ gratiæ saluæ fient. Rom. 11. Nota. H. 1. 2.

¶Sed (heu) maior pars mundi fatuo assimilatur, qui potius baculum suum eligit, quàm cęlum. Et puero, qui potius pomum, quàm denarium. Et porco, qui potius putrida eligit, quàm aurum. Sic modo quasi omnes putrida eligunt peccata diuersa, secundùm q. in diuersis delectantur, potius, quàm cęlũ, potius eligunt trãsitoria, quàm æterna: Æternam paupertatẽ, quàm temporalẽ, æternam infirmitatẽ, quàm breuẽ dietam, æternam pœnam, quàm breuẽ corporis macerationem, æternam iram, & laborem, & pœnam, quàm remissionẽ, & pœnam temporalem. De quibus omnibus. Hiere. 8. Eligent magis mortem, quàm vitam omnes, qui reliqui fuerint de cognatione. hac pessima.

Ar. 3. ¶Si uero omnia bene ordinẽtur, quæ ad prædictam electionem pertinẽt priuatam Deo ordinante, quem in priuata electione elegerũt (iuxta illud Deut. 26.
3 Dominum elegistis hodie.) Secunda electio melius expedietur, quia sicut artifex sapiens in nemore inter multa, ligna eligit melius lignum pro ecclesiæ ędificatione, quàm stultus, iuxta illud Esa. 40. Forte lignum, & imputribile eligit artifex sapiens: Ita inter multos homines nunquàm bene eligit lignum pro ecclesiæ regimine, qui est stultus, quantum ad Deum, unus (uidelicet) peccator, & symoniacus reuolutor, muneribus, uel carnali affectione corruptus, & putridus, qui commodum attendit proprium. Tale enim lignum in se putridum lignum eligit putribile. Habentes vero Dei sapiẽtiam liguum eligunt imputribile, quibus congruunt Themata, quæ sequuntur. Quemcunque elegerit Deus, ipse erit sanctus. Num 16. Quẽ elegero, germinabit virga. Num. 17. Eum constitues, quem dominus Deus tuus elegerit. Deut. 17. Elegit Ioab ex electis Israel. 2. Regum 10. Elegit Salomon operarios 3. Regum 5. Eligite meliorem de filijs domini nostri, & ponite eum super solium patris sui. 4. Regum 10. Elegerunt sacerdotes sine macula, uoluntatem habentes in lege Dei. 1. Machab. 4. Elegerunt bonos. Matth. 13. Eligite ex uobis uirum. 1. Reg. 17. In quo ritus describitur electionis, quantum ad tria. Primo quantum ad electionis negocium, Eligite. Secundo, quantum ad electorum collegium. Ex uobis. Tertio quãtum ad electi præconium, Virum. Primo electionis negocium comitari debet matura velocitas cum concordia, ne uidelicet negligentia rixis uel discordijs nimis differatur, quia talis in electione mora trahit periculum, quia in tali mora non melior, sed maior prævaricator præficitur, quomodo vero & per quam uiam hoc fiat, tali ostenditur exemplo. Fabula. Fabulæ continẽt, q. aues quãdam inuenerunt rosam, & tractantes inter se, cui danda esset, cum ab omnibus possideri non posset. In hoc consenserunt, quòd pulchriori daretur aui. Ipsis vero discordantibus de pulchritudinis præeminentia, cui attribuenda esset, &
4 sententia vsque in crastinum differe-

tes,

tes, vt interim potius maiora offerētes, quàm sapientes consulerent; nocte vero illa ceteris dormientibus, venit auis illa, quæ de nocte melius se scit iuuare, Videlicet, Bubo, cuius tota potestas conscientia, & cautela de nocte ostenditur. Et rosam rapuit; propter quam falsitatē & rosæ malam adeptionem postmodū sententia lata fuit à rege auium, quòd nunquàm de die volaret.

¶ Rosa pulchra est beneficium seu dignitas ecclesiastica, vel secularis preminentia, ad quam electione media peruenitur. Circa quam si electores vel patroni discordent, vel per iurgia vel appellationes, & placita impediētur, & retardentur, vt interim consulant illos, quorum dextera repleta est muneribus, & communiter Bubo inferni scilicet, symoniacus, vel reuolutor, qui plus habet in anima de malicia, vel in marsupio de pecunia. Quorū potestas est circa tirarū, & cupiditatum tenebras, de q̄bus ait Saluator, Luc. 22. hęc est hora vestra, & potestas tenebrarum, Rosam asportat, & amphoram: Et hęc est causa quare plures sunt bubones in officijs, & dignitatibus, & curis cōstituti, quàm à laude; quia in quacunque causa, vt cō muniter q̄ vertitur inter fideles, & falsos, falsi videlicet propositum suum in nocte huius mundi obtinent; quia filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua: Lucæ 16. sicut bubones in tenebris, quàm aues lucis & diei; Sed à rege volucrum cęli sententia contra sic intrantes, & sic viuentes in morte habitur, quòd lumen cęli nūquàm videbunt; Sed introibunt vsque in profundum patrum suorum: &c. Et omnes volucres cęli super eos, sicut super bubones, clamant, dicentes. In terra sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam: Esa. 26. Nota simile huic. A. xv. 32. Contra omnia talia pericula cito & concorditer eligite, dicit dominus. Aggei. 2.

Ar. 4. ¶ Electorum vero collegium interna sinceritas comitari debet; quia in facto electionis assimilari debent perpetuæ virgini Marię. De qua legitur Lucę. 10. quòd optimam partē elegit, filium, videlicet, Dei: In qua electione omnibus electoribus formā tradidit eligendi, qā sicut ipsa Deum de spiritu suo, sine integritatis cōcepit, & peperit corruptione, ita ipsi eligendum concipere debent, sine carnalitatis, & cupiditatis intentione; Qui ideo eligunt, quia consanguineus, vel affinis est, de carne concipiunt, & de carne pariunt corruptorem: Qui vero, quia munera, vel lucra dat, vel promittit; de cupiditate concipit, & parit cupidum: Primi carni, & secundi diabolo, & non spiritui sancto, in dicium committunt electionis. 5

¶ Tales ante electionem frustra inuocant spiritum sancti auxilium, & consilium; Cuius consilio vti nolunt, qui totum negocium, antequam ipsum inuocarent, inter se fabricauerunt: In quo facto quibusdam voluntarijs assimilantur dominis, qui antequàm consiliarios suos consulant, apud seipsos quicquid agere volunt, immutabiliter, & obstinate determinant; & tunc ad factum suum inordinatum colorandū, consiliarios conuocant; sicut isti spiritum sanctum.

¶ Qui conuincuntur tam à scripturis, & factis paganorum, quàm Christianorum.

¶ Scribit enim Iustinus libr. 2. de quodam Alexandro, quòd amicis quęrentibus, quem imperij faceret hęredem, Respondit, dignissimum, non nominauit filium, herculem, non fratrem Arridiensis; quia nefas esset viro forti, alium, quàm virum succedere sortem. 6

¶ Huic concordat scriptum, & factum sacræ scripturæ, Numeri 27. Vbi Moyses a Deo de morte sua certificatus cum multos haberet consanguineos, & amicos, nullū de capite suo populo pręficere voluit, sed totum Deo cō misit, dicens, Prouideat dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire, & intrare ante eos, & educere eos,

vel

vel introducere, ne sit populus Dei, sicut oues absque pastore.

¶Super quo dicit Origines. Discant electorum principes, successores suos, non eius, qui consanguinee iuncti sunt eligere, neque hæreditarium tradere ecclesię principatum, sed referre ad iudicium Dei, & non eligere illū, quem humanus commendat affectus, sed totum committere Deo.

¶Exemplum etiam de Samuele, qui populo principem nō dedit, antequam Deus eius reuelaret auriculā, sicut patet. 1. Reg. 9 ubi Dei iudicio Saulē elegit. & 1. Reg. 16. ubi eiusdem iudicio Dauid unxit regem, sciens, quòd quęcunque dominus elegerit, ipse sanctus est. Numeri 16. quoniam ipse falli non pōt in electionibus suis. Nota. O. 6. 47.

Artic. 5. ¶ Quales uerò conditiones debet habere eligendus, ostendunt.

¶Primo, quæ à natura ordinantur, cerui enim uolentes flumen transire, uel se cōtra uenatores, uel canes defendere, fortiores anteponunt, & super se 7
custodes naturali instinctu constituūt. Aliter enim in hoc natura deficeret, ea debiles præpositi essent tam præponētibus, quam sibijpsis causa, & occasio ruinæ.

¶Secundo idem ostendunt ea, quæ à ratione ordinantur, sicut bella humana iusta, in quibus maior industria, sapientia, & fortitudo in duce exercitus requiritur de congruo, quàm in his, qui cum ad bellum sequuntur, quia ex uecordia sua sui totius exercitus imminet ruina, sicut patet. 8. 2. 14.

¶Tertio idē ostendunt ea, quæ quotidie agūtur. In omni enim arte & opere, ubi agitur de corporali, uel temporali emolumento, eligūtur fortiores, sapientiores, & meliores operarij. Elegit. Salomon operarios. (3. Reg. 5.) & non ociosos. Sic ubi de lucro animarū facere deberent.

¶Quarto idem ostendunt ea, quę in sacra scriptura inueniūtur. Primo Numeri 17. Vnde Aaron populo præferēdus, antequàm populo præficeretur, habuit uirgam germine, & gēmis, & floribus ornatam, & fructu fœcundam. In signum, quòd ille solus dignus est super populum uirgam accipere correctionis, uel præeminentiæ, solusq; ad hoc eligēdus, qui ueritate uitæ germinat, quantum ad se, floret opinione, & fama, & fructus doctrinæ, & operationis profert omnibus, quibus potest.

¶Secundo exēplū habetur ad hoc in sacra scriptura. Nehemiæ 8. Vbi habetur, quòd Esdras populum docturus, stetit super gradum altiorē, super populum ab humero, & sursum. Sic spiritualiter talis est eligēdus, ut populum regat, qui eminet in his, quæ supra humerum sunt, id est, circumspectione, discretione, sapiētia, & huiusmodi, quarum organa in capite maximè uigent. Nō autem debet alios excellere in his, quę sub humeris sunt, id est, delectationibus, quæ uentrē, & carnem sequūtur.

¶Quartum habetur. Numeri 4. Vbi 8
habetur, quòd à triginta annis usq; ad quinquagesimum eligebantur ad opera, quæ ad templi mysteria pertinebāt, in signum, quòd uiri fortes, & perfecti assumendi sunt ad ministeria ecclesiæ, & diligenter examinati, quia si ad officia secularia, & bella corporalia assumēdi, sunt diligenter examinandi. Multo fortius examinari debent, qui ad prælaturas assumūtur? dictum. 59. si officia, quia sicut in bello corporali periculū ex hoc imminet, quòd mali assumuntur. ita in spirituali. Sicut patet. B. 2. 19. Item nota. O. 6. 44.

¶Quintum exemplum ad hoc Ioā. 6. ubi habetur, quòd cum cognouisset Iesus, quia uenturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus. In signum, quòd honoras sunt fugiendi, & quòd tales eligendi sunt qui illos exemplo Gregorij fugiunt, qui, & si omnino ad talia onera supportando cogantur, cor habeant humile, sicut, qui onus subit, caput inclinat, non se extollant, sed ita in omni medio, sicut Sol in medio planetarum, ut prosit, & illuminet, non ut

præsit.

9 pſal. Et cor in medio corporis, ut nitatur membris omnibus influat. Sic rectorem poſuerũt te, noli extolli, ſed eſto in medio illorum rector in honore. Eccleſiaſtici 32. & Eccleſiaſtici 10. Duo dicit. Vnum, uidelicet, ex parte prælati, quòd uidelicet ſit in medio ſicut Sol, qui inter planetas medium obtinet, quia tres ſupra, & tres ſub ſe, eſt ſicut cor.

¶Aliud ex parte ſubditorum, uidelicet, quòd prælatum, uel quemcunque eis eminentem habeam in honore. Auguſtinus in Speculo ſuorum fratrum honore coram vobis prælatus ſit vobis.

¶Prædictas ergo habentes conditiones, eligendi ſunt. Vnde Origenes ſuper Leuiticum. Qui ex omni populo præſtantior eſt, qui doctior, & in omni virtute eminentior, ille ad ſacerdotiũ eligatur.

¶Ita nota plus exẽpla, quales Deus elegit, per hoc eligendi nobis formam dans. C. 18.

10 ¶Sed, heu, non ſic eliguntur omnes, ſed habentes conditiones poſitas, ſupra eo. c. 4. frequentius exaltantur. De quo cõqueritur ſacra ſcriptura. Eccleſiaſtes. 10. dicens. Eſt malum, quod uidi ſub Sole, quaſi per errorem egrediens, poſitum ſtultũ in dignitate ſublimi. Cuius erroris occaſio eſſe uidetur nimia ſecundùm carnalem affectum approximatio. Pro quo eſt ſciendum, quòd approximatio, & elongatio faciunt uiſum quandoque errare, ſicut patet de planetis, inter quos uiſus iudicat Lunã maiorẽ, quia ei plus appropinquat, & & ſaturnum minorem, quia plus ab eo elõgatur, qui uerò in cœlo ſunt, & omnia uident, uiſus, contrarium iudicãt. Sic boni, quorum conuerſatio in cœlis eſt, mali uerò quorum conuerſatio in terris, & affectio oſtrerrena, plus eis appropinquantes conſanguinitate, & affinitate, uel familiaritate, maiores iudicant, & meliores, & ideo mali exaltantur, & boni deprimuntur, ſecundùm ſcripturam. Eccleſiaſtes. 10. Vidi ſeruos in equis, & principes ambulantes, quaſi ſeruos ſup terrã, qa elegit Rex de amicis. 1. Macha. 7. Et quia elegit Bachides impios. 1. Mach. 9. Nota. l. 9. arti. 1.

¶Electores uerò tales eligentes, & patronitales præſentantes, ſiue ad ordines apponentes, & recipiẽtes, & aduocati, & fautores tales iuuãtes, ſicut multipliciter peccant, ſic multiplici tam ſe, quam electos, quàm etiam electorum ſubditos, periculo, & pœnæ exponunt. Antic. 6.

¶Primo, tales contra Deum peccãt, cuius mandatum tranſgredi faciunt. Exod. 20. Non aſcendens (inquit) per gradus, ſcilicet, per gradus conſanguinitatis uel affinitatis ad altare meum. 11.

¶Secundo cuius amorem, uel timorem poſtponunt.

¶Quia ſi Rex terrenus, uel dominus, uel magnus amicus eos rogaret, ꝙ ei pro aliqua arte, uel opere fidelẽ prouideret miniſtrum, unde apponeret diligentiam, quòd ſibi non mitteret, niſi diſcretum, ſic in artæ animæ bene conſiderare deberent, cui gregem domini cõmittunt cuſtodiẽdum, & ſi bene cõſiderant, cui nubere uolunt filias proprias, bene conſiderare deberent qui maritanda ſit ſponſa eccleſia, ſcilicet Chriſti.

¶Et ſi quis eos rogaret, quòd filiam ſuam indigno maritarent, ſufficientes inuenirent excuſationes. Sed, heu, quãdo preces ſunt ꝙ indigno ad Dei ſpõſam habendam, non ſe excuſant, ſed humanum timorem diuino timori præponunt.

¶Tertio, cuius ſponſam venalẽ exponunt illis, quorum litterarum titulus uerior eſſet pecuniæ quàm Dei gratia. 12.

¶Quarto, cuius exercitum, & caſtra in bello, & obſidione poſita, prodũt uecordes milites in eis ponendo, cuius oues lupis tradunt.

¶Quinto, cuius filios infirmos morti tradunt, dum malis medicis ſcienter exponunt.

¶Quis enim filium ſuum infirmũ traderet curiæ medici, quem ſciret medicinam

dicinam neſcire, cum expertum habere poſſet? talis videretur velle a filio ſuo liberari, quare ergo talibus tradunt dilectos Dei filios, pro quibus Chriſtus mortuus eſt? Sed dicunt, puer eſt, poteſt ire ad ſcholas, & addiſcere, ſed interim infirmi morientur, interim ſubditi peccant; & fornicantur; quod pul-
13 chrem oſtenſum eſt Gene. 38. vbi Iudas dixit ad Thamari, expecta, donec creſcat Sela filius meus; q̄ interim fornicata eſt: Sic ipſi dicunt eccleſię expectet. &c. quare non dicunt hoc de ouibus ſuis? dantes paſtori ſalarium, vt vadat, & artem paſcendi diſcat, dicentes, expectent oues, vt addiſcat &c. Quare non ſic loquuntur de filiis ſuis infirmis, dantes ſalarium medico, dicentes? Expecta quouſque medicus vadat Salernum, & addiſcat.

¶Sed dicunt, dimittunt vicarium, vel ſacerdotem loco ſuo: hæc reſponſio reprobata eſt, C. xviij. 8. Et præterea q tradit oues paſtori, ipſe uero tradit eas puero ſuo, nõne dominus ouium oues ſuas requiret de manu paſtoris potius, quàm pueri? Ipſe enim, cui eas dominus tradidit, de damno reſpondebit, & de ouibus compotum dabit: Sic Deus, qui ait Ezech. 3. Sanguinem de manu tua reqūã. Et Ezech. 33. Sanguinẽ de manu ſpeculatorũ requiram. Sic Chriſto Matth. 25. Rationẽ exegit ab his, quibus bona ſua tradidit, & nõ ab aliis, ſci licet a Vicariis, uel ſacerdotibus ſuis: Dicent, Deus ſatis illis inferioribus curã tradit, quia de licentia illorum, qui Dei locum tenent, eis traduntur, & cum de ſuperioribus, de non reſidentia diſpenſatur: quibus breuiter reſpondendum eſt, q̄ nec Deo placet, vt frequenter talis diſpenſatione à Deo approbatur. ſicut optime patet. F. iij. 34. quia per preces, & falſas allegationes, & precia illã obtinent, tam illorum diſpenſantium, quàm illorum, cum quibus diſpenſatur, tam etiam ſubditorum, graue animarum diſpẽdium, quia opus curæ paſtoralis conſiſtit non ſolum in ſacramẽtorum adminiſtratione, & horarum canonicarum dictione, & miſſarum celebratione, quas tamen operationes rare, vt conuenit, faciunt mercenarij, ſed in ueraci doctrina ueritatis, uitę i uitiorũ, cum neceſſe eſt, dura, & imperioſa correptione, & in rigida caſtigatione, qđ ſi forſitan ſciant (q̄ raro accidit) non tamen audent mercennarij; Conſiſtit etiã in paſtione & alimento eſurientium, in cooperatione nudorum, in ſuſceptione hoſpitum, in viſitatione infirmorum, & incarceratorum, & maxime proprior̃ parochianorum, quas operationes facere non eſt in huiuſmodi mediatorũ, & mercenariorum facultate; quia vix poſſunt propriam vitam ſuſtentare. Nota. F. iij. 30. cum ſequentibus. & P. xiij. 54. Qua ratione ergo contra iuſticiam diſpenſationem extorquent, eadem ratione iuſte punientur: Cui non videtur cõtra iuſticiam eſſe, q̄ emolumentum recipiat perſonale, & lac, & lanã pro ouibus cuſtodiendum; Et tamen laborem non apponit perſonalem? non eſt credendum, q̄ apud Deum tanta ſit iniuſticia, vel perſonarũ acceptio, quin ab eo, qui plus, accipit de ouibus, plus exigetur in computo? quando Deus dicet. Redde rationem villicationis tuæ; quia ab eo, cui plus committitur, plus exigetur: Cum ergo rector plus recipiat, non eſt dubium, quin reſpondebit pro rata ſua.

¶ Sexto, cuius eccleſiam maculant; quia porcos. ideſt vitam porcinam ducentes in ea ponũt. De quibus nota optime. B. ij. 46.

¶Septimo, quia eccleſiam Dei cade- 14
re faciunt; quia columnis marmoreis amotis, id eſt, antiquis bonis viris mortuis, vel ab ipſis refutatis, colũnas ſupponunt putridas: De quibus Hieronymus in quadam epiſtola. Et habetur in Decreto. 8. q. 1. Moyſes, quidam non q̄runt eos in eccleſia columnas erigere, quos plus cognoſcunt eccleſiæ poſſet prodeſſe; ſed quos, vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequijs deliniti; vel q̄ quibus maiorum quiſpiam roganerit, & (vt deteriora taceam) qui, vt clerici fierent,

rent, muneribus impetrauerũt. Qui ſic contra Deũ peccant, à Deo morte ęterna digne punientur, quod oſtenditur. 1. Paral. 13. Vbi Oza, qui archam ſuper boues poſuit laſciuientes, à Deo percuſſus legitur, & occiſus. Tũc verificatur de illis illud Eſa. 1. cum titulis, & precibus mittentes, & recipientes, non ſolum contra Deum (vt dictũ eſt) peccant, ſed etiam contra ſeipſos, quia ſeipſos in bonis ſpiritualibus defraudãt, & hæreditatem cœleſtem amittũt. Pro quo eſt ſciendũ, q̃ promoti ad ordines, uel beneficia, oratorum, & pugilũ locum tenent, qui ergo pro hæreditate cœleſti, quæ in rixa eſt, debile exponit pugilem, derelicto forti, quòd non faceret in cauſa hæreditatis terrenæ, nõne gratis terram illa amittit? Nota. M. 10. 4. Qui etiam in cauſa periculoſum aduocatum in ſufficientẽ exponit, bono derelicto nõne gratis cauſam amittit? Sic tales, qui orare tenentur, indigne exponunt, uel locum oratoris, uel orationis in eccleſia tenere permittũt. Quos reprehendit beatus Gregorius. Et habetur in canone. 1. q. 1. fertur, ubi reprehendit duorum Frãcorum reges, Theodoricum, & Theodebertum: eo quòd in finibus regni ſui ſimoniam, & ſimonicos uigere permittebãt, cum ſacerdotes eligendi ſint moribus, & ſciẽtia, & non pecunia. Et addit, quòd illud eſt damnum ipſorum regum, & regni, qui dum ſacerdotes intercedere debẽt pro regibus, & alijs in regno de gentibus. Ex quo pro pecunia, uel precibus indigni promouentur, & ordinantur, Deus eorum precibus non placatur, ſed potius ad iracundiam prouocatur, & eorum culpa totum regnum, & terra, ubi tales ſunt multotiens affligitur & grauatur, cum potius deberet eorum interceſſionibus adiuuari: Quis enim de illorum orationibus confidere poſſet, quos intus uulneratos eſſe cognoſcit? aut quis fructus poteſt ab eis produci, quorũ radix interius eſt infecta? hæc ibi.

¶Et non ſolum ſunt ſuis promotoribus in his, quibus deberẽt eſſe vtiles, inutiles (ut dictum eſt) ſed frequẽter fiunt eis inopinate graues, & ingrati, & contrarij, & infeſti Dei iudicio, ut per illos affligantur, quos inordinatæ promouerunt: Credunt enim eos eis futuros utiles, & ſocios, & habentes oculum ad utilitatem propriam eos promouẽt, qui aſſimilantur capello ſubtili præſtigiatoris. (De quo. A. 27. 61.) ſub quo, cum nihil creditur niſi palea, inuenitur, ut uidetur, ſerpens. Ita quos credũt molles, ut paleam, futuros, & ſocialẽs, quos etiam credunt ad libitum ſe poſſe ducere, quia ſub ouino capello ſerpentinam abſcondebant, cum exaltati fuerint, iuſte inuenient eos ſerpentinos, & nociuos, ut de eis uerificetur illud Iudicum. 9. de eligentibus ramnum, de quo ignis exiens electores ſuos conſũpſit, & ipſi, cum ſic tales frequẽter poſt modum mutuis iurgijs ſe confundunt, priuſquàm intelligerent, id eſt, quia intelligere noluerunt, ſpinæ ramnum, id eſt, ipſum eligendum ramnum eſſe. 16

¶Tertio etiam nocent, & peccãt cõtra ſic promotos crudeliter, onera importabilia eis imponendo: ſub quibus opprimuntur. Nocent etiam ſubditis. Quantum uerò tales ſubditis nocent, patet in parte. D. 12. ar. 13. 17

¶Quarto contra Dei præceptum faciunt, qui præcepit. Deutero. 17. quòd regem non faciant alienigenam. Sed talis eſt alienigena à Deo, & à tali ſtatu, de iure igitur, &c. Et Deutero. 23. Non intrabit eunuchus eccleſiam Dei, id eſt, impotens ad generandum filios ſpirituales, nec Admonites, quia non occurrunt populo Dei cum pane, & aqua, id eſt, alimentis corporalibus, & ſpiritualibus. Iſti ergo columnas erigunt ſub templo, quorum fragilitate, & defectu, tã ipſi, quàm columnæ, quàm ſubiecti opprimuntur, & damnum in ipſos promotores, & patronos primariæ redundant, quia qui dat occaſionẽ damni damnum dare uidetur. ff. ad l. Aquil. ſi obſtetrix, id eſt, in digeſto ueteri. libro 9. Nec mirum, quia peccarum 18

rum non eſt leue, qui in perſonarum acceptione, habent fidem domini noſtri Ieſu Chriſti. Iacobus 2. Super quo dicit Auguſti. Et eſt in gloſa ibidem. Quis, inquit ferat eligi diuitem ad ſedem honoris eccleſiæ, contempto paupere inſtructiore & ſanctiore? Nota. P. 3. 16.

¶Themata in electione. Numeri 20. Tolle virgam & congrega populũ &c.

¶Eleemoſynæ. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Eleemoſynarum tria genera ſunt; ſcilicet, dare egenti; dimittere lædenti, & corrigere delinquentem Iter quas eleemoſynæ ſpirituales potiores ſunt triplici ratione.*

2 *Quòd dare, & ſuccurrere indigenti pauperi ſit ſancta eleemoſyna, multis edocemur exemplis, primo naturæ ipſa, ſecundo lex naturæ, tertio communis vitæ humanæ viuendi modus, quarto exemplum præclarum à Diuo Patre Auguſtino allegatum, nos inſtruunt.*

3 *Quamplures filij carentes, filios ſibi eſſe apprime appetunt, & amicis, neceſſarijs ve affluentes, plures etiam ſæpe ſæpius habere peroptant.*

4 *Quàm longius errant, & falluntur illi, qui eleemoſynas ſub conſilio eſſe, & nõ ſub præcepto cadere falſo autumant.*

5 *Actus eleemoſynarum debitam exigit materiam, de qua, & in qua materia de qua eleemoſynarum duplex eſt.*

6 *Eleemoſyna illorum, qui habentes ſpoliant, & non habentibus parcunt, uel quid parum pro ſui patris anima dant non eſt ualida.*

7 *Materia in qua eleemoſyna fieri debet, ſunt pauperes, & inopes.*

8 *Eleemoſynarum actus requirit tres circũſtantias, vt ſcilicet fiant, primo uelociter, ſecundo latenter, tertio hilariter.*

9 *Facienti bonum eſt illud utilius, quod tempeſtiuè fit, & poſtſimum ante mortem.*

10 *Secundo modo eleemoſyna fieri debet latenter.*

11 *Tertio modo debet eſſe eleemoſyna hilariter elargita.*

12 *Eleemoſynarij eleemoſynam cum prædictis tribus circunſtantijs largientes egenis, tres obtinent utilitates, ſcilicet, ante mortem, in morte, & poſt mortem. Primo ante mortem multitudinem temporalium bonorum extra.*

13 *Eiuſdem eleemoſynæ utilitas ante mortem exemplis pluribus enucleatur.*

14 *Valet etiam ad conſequendam ſpiritualem conſcientiæ conſolationem intra.*

15 *Secũdo utilitas eleemoſynæ eſt in morte.*

16 *Largus eleemoſynarius, & miſer auarus, ambo ad Dei iudicium properant, unus præmittit, & alius dimittit, & ſeipſum, & ſua ipſamet amittit, quia ſaccului pecuniæ pauperibus donando, & impertiendo ſecum nentiquàm tulit, ſicut & liberalis ſemper ferre ſecum uoluit.*

17 *Ambo, & liberalis, & auarus, cum paupertate de uita decedunt, ſed non eandem mercedem adipiſcẽtur. Ille etenim paupertate cœli emit; iſte uero cum paupertate pœnas æternas acquirit.*

18 *Tertia eleemoſynæ utilitas poſt mortem ſole clarius coruſcabit.*

19 *Chriſti pauperes ſunt collybiſtæ, ſeu capſarij, quibus ſi panis buccella elargietur, irremuneratа minime fuerit, ſicut etiã aquæ frigidæ calix remunerabitur.*

20 *Eleemoſynas mendicis diſpergendo optimos mercatores ſectari debemus, qui cũ res, quos emere optant, uili uenundantur, comparant, & cum res, quas uenundare eniuntur, caro æſtimantur, eas uenundant Ita & nos.*

21 *Ante menſam diuitum latrat canis, & reſpicit, & ei panis porrigitur, ſtat tamẽ ante oſtium pauper, & clamat aſpiciens, immo Chriſtus in paupere clamãs mendicat, & nihil ei datur.*

22 *Stultos, & inſanos locupletes egenis eleemoſynas non elargientes non incompoſitè offenditur.*

23 *Stultiores & inſaniores fore diuites exſtylo cuiuſdam ſtulti appoſito modatur.*

24 *Stultiſſimi tandem ſunt diuites, qui cum opibus eorum ingentibus contraſe (cum diem ſuum obierint) conducent patronos,*

nos,& aduocatos, qui mehercle erunt, meretrices, lenones, Mimi, hiſtriones, & id genus, homines, quibus potiora expendunt, & donant, & clamat pauper, & nemo illi dat.

25 Magnam eſſe diuitum ingratitudinem, & rufficitatem Deo dantis centum, non exhibere unum in inopia ſuorum pauperum, facile dignoſcitur.

26 Prægrandis uidetur diuiſion ingratitudo, danti Deo meliora, tribuere peiora, & exhibenti multa, pauca præſtare.

27 Aulici & domicilli, & dominorum miniſtri, & filij dolentes, & murmurantes, ſi domini in pauperes expendunt, mendicantes libenter excipiendo, Indæ proditori aſſimilantur, qui dixit murmurãs, ut quid perditio hæc?

28 Summa hæc diuitum Chriſtianorum ingratitudo, ex aſſimilatione & comparatione fidelium, & infidelium operũ ubertas conſtat.

29 Saraceni, & infideles uidentes Dei miniſtros, & pauperes Chriſtianos ſuper terram, intra oſtium, & extra etiam, in frigore neſci, uehementer ſcandalizantur.

30 A Deo durè arguentur, & reprehendentur, qui ſe lautè paſcuntur de ſuis ſubſtantijs, & pauperi illas negauerunt, & illi, qui alienã furantur, & tollunt, quibus cum ſeipſos familiamque, & canem, atque equorum multitudinem paſcit, & ueſtiunt.

31 Plena ingratitudinis opulentorum hominum cauſa eſſe uidetur, fidei diminutio, quia oculo fidei, tria in eleemoſynarum petitione concurrentia, nunquam perpẽdunt, primum quis petit, ſecundũ quid petit, & tertium ad quid petit.

32 Exemplo ſatis bello regis exulis liquet, diuites à prima cõſideratione eleemoſynarum deficere, ſcilicet, quis petit, ſcilicet, Chriſtus.

33 Exemplo non inuerecũdo regis prædium concedentis alicui patet locupletes a ſecunda, & tertia eleemoſynarum, animaduerſione deficere, ſcilicet, quid petit, quã paruã, & ad quid petit, quia ad utilitatem illius, a quo petit.

34 Reſpondetur diligenter, & optimè generoſitati diuitum incredulæ, quærenti ſibi oſtendi euidens ſignum, qui Deus ſibimet fieri eleemoſynas arbitretur, quæ ſuis membris egenis fiunt, & quòd dantibus ille plurimum expediant.

35 Exemplo diui Apoſtoli Thomæ, & aliorum notificatur, eleemoſynam non parum eam facienti conducere, eique in cœlis palatium ædificare.

36 Eleemoſynam animæ proficere, & adeſſe a Deo per ſigna ſenſibilia & corporalia iam plures oſtenſum eſt.

37 Contra illos, qui pauperibus panem negant, & canibus tamen illum offerunt, & porrigunt, adducitur Iſaiæ uaticinium, Francæ excurienti panẽ tuũ &c.

38 Cunctorum diuitum nolentium eleemoſynas pauperibus erogare, multipliciter, & multis in locis patet periculum.

39 Diuitibus mendicis eleemoſynam denegantibus iſtuc etiam imminet periculum, quòd cum clamauerint, uel in morte, uel poſt mortem, alijs pro eis ad Deũ, non exaudientur.

40 Huiuſmodi etiam periculum illis intentatur, & pendet, qui eleemoſynam pauperibus impertiuiſſe mærentur, & dolent.

41 Diuitum excuſationes friuolæ, & exhiles hoc in loco adducuntur, cum eleemoſynas inuerecundè inopibus inficiantur, & etiam eneruantur, & proculcantur.

42 Nonnulli dicunt, excuſationis loco. Res uili ueneuntur: & ideo pauperes, non indigent, nec fame, nec neceſſitate opprimuntur: at quo modo talibus reſpõdendum occurrat, demonſtratur.

43 Apud Deum tantum collocabitur paruũ, quod à paupere pauperi erogatur, pro eius, uiribus, & ſubſtantia quantum ualebit multũ à diuite inopi impertito.

44 Alij ſe excuſatione hac muniunt, quòd opprimuntur, & cruciantur pauperũ multitudine, cui ſuccurrere penitus nequeunt.

45 Nonnulli ſeipſos excuſantes neceſſitate, & infirmitate ac debilitate impoſterũ ruina, ab eleemoſynis amouentur, quibus exemplo digno reſpondetur.

46 *Alij tenere dicunt, quare noſtra bona indigentibus largiri debemus? quibus faciũt ſatis Gregorij, & Baſilij & Hieronymi ſententiæ: & potiſſimum dicũt cum illi pauperes ſint mali, ocioſi, & fures.*

47 *Illi qui ob vnius religioſi culpã, & ſcandalum, omnibus cuius religionis pauperibus eleemoſynam diſtribuere penitus inficiãtur, clarius oſtendunt, quid Deus ipſis miniſtrare debuerit poſt mortem.*

48 *Exemplo quorundam non in eleganti ſatisfit illis, qui futuræ ſolum indigentiæ timore ab eleemoſynis retrahũtur.*

49 *Quid reſponderi debeat diuitibus pauperes inſectantibus propter eorum excuſationem & dicentibus, quòd pauperes ſunt, qui propter proprium lucrum eleemoſynas inopi erogandas eſſe ſemper clamitant, & prædicant.*

LEemoſynarũ. Primo, ponẽda eſt diſtinctio, & ad inuicem compa ratio: Secundo, exẽpla, ſeu documenta ad eleemoſynas faciendas inclinantia. Tertio, faciendi neceſſitas. Quarto, materia de qua facienda eſt. Quinto, modus faciendi. Sexto, operis vtilitas. Septi mo, non dantium fatuitas. Octauo, eorumdem ingratitudo. Nono, ingratitudinis cauſa. Decimo, periculum. Vndecimo, excuſatio cum reprobatione.

Artic. 1. ¶Quantum ad primum. Eleemoſynarũ tria ſunt gẽra, videlicet dare egẽti, dimittere lædenti, corrigere delinquentem, ſicut patet, in Decreto. diſtin. 45. tria. & cap. ſequenti. De ſecundo patet. D. 10. per totum. De tertio patet. C. 23. 6. per totum. Inter quas ſpirituales eleemoſynæ potiores ſunt: ſecundùm ſanctum Thomam. 2. 2. quæſt. 32. ar. 3. triplici ratione. Primo, quia illud, qđ exhibetur nobilius eſt. Secũdo, ratione eius, cui ſubuenitur, quia ſpiritus nobilior eſt. Tertio, quantum ad ipſos actus, quib⁹ ſubuenitur, quia ſpirituales ſunt de iſtis eleemoſynis ſpiritualibus. Nota. C. 1. 2.

¶Primum multis docetur exemplis. Artic. 1. C. 12. 6. quibus addere reſtat extra.

¶Primo in merè naturalibus. Sol eũ 2 & omnes planetæ, & omnia elementa, & piſces, & omnia animalia indigentibus ſe communicant. Nota. M. 9. 5.

¶Secundo hoc docet lex naturæ dicens, hoc facias alteri, quod tibi uis fieri, &c. Diuites ergo in menſa abundanti ſedentes, igne, & veſtibus calefacti, & cibarijs, & poculẽtis uarijs ſatiati. Audientes pauperes frigore, utpotè nudos & diſcalciatos, clamare. Cogitẽt, quid ipſi patiantur, & quid in conſimili caſu vellent eis fieri, & idem faciant illis. Tali cogitatione fuit motus, & informatus Ioannes eleemoſynarius (ut in geſtis eius fertur.) Qui cũ eſſet patriarcha Hieroſolomitanus, & omnia ſua pauperibus dediſſet, quidam charitatis intuitu, bonum coopertorium ei contulit prolecto ſuo, quo cũ coopertus eſſet, uix tota nocte dormire potuit, ſed ſeipſum redarguens, dixit. Tu miſer, bene nocte cenaſti, & modo hic calide iaces ſub coopertorio bono, de cuius precio triginta, uel plures pauperes, qui frigore & fame cruciantur, recreari poſſent, vel cooperiri. fratres videlicet, & filij Chriſti, qui iacent in ſimarijs vel tugurijs, nuꝯis, vel ſemicinctijs operti, peius, quàm canes. Et die facto illud vendidit, vt pauperibus illud daret: Ille vero, qui ei illud contulerat, illud emit, & ei illud iterum redonauit. Et ſic pluries illud vendidit, & alius redemit, & ei illud dedit. Et ille illud vẽdidit, & diſperſita dedit pauperibus. Iuſtitia eius manet. Exemplum.

¶Tertio idem docet humanæ vitæ 3 communis uiuendi modus. Sicut enim humana eſt conſuetudo in hoc mundo; ubi viget corpus, operarios conducere pro domo corporis ædificanda, quæ cito corruet, ſeruos, & ancillas pro corporis ſeruitio, quod cito putreſcet, bellatores etiam, & pugiles pro defenſione

Digitized by Google

sione terrenæ habitationis, ita videtur iustum, quod faciat pro anima, &c. sicut patet. A. 13. 14.

¶ Quarto, idem docet aperto exemplo Augustinus in quodam sermone.

¶ Pro quo est sciendum, quòd multi non habentes filios, filios habere desiderant, vel habẽtes amicos plures hre desiderant, maximè bonos. Tales ergo alloquitur, & informat, qũo Christum filium habere poterunt, faciendo voluntatem patris sui eleemosynas dando. Talium enim est filius (ipso teste) qui ait Matthæi 12. Quicũque facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Qui, sicut mater filium. Ita talis Christum in paupere nutrire necesse habet, ad hoc quòd uerè filius eius nominetur, uel nuncupetur. Sicut ergo habens tres uel quatuor filios de omnibus est sollicitus, & omnibus partes de bonis suis diuidit, omnesq; nutrit. Ita habens tres uel quatuor secundùm carnem, & vnum secundùm Deum, scilicet Christum de omnibus sit sollicitus, omnibusq; partem tribuat. Hæc est doctrina August. in sermone. 2. de uita clericorum. Sicut patet in canone. 13. quæst. 2. si quis irascitur: vnum (inquit) habet filium, Christum alterum putet, duos habet, putet Christum tertium. Decem habet. vndecimum Christum faciat. Et sic meliorem filium, id est, Christum in bonorum diuisione obliuioni non tradat, quin tantum ad minus ei tribuat in pauperibus suis, quantum vni filiorum secundùm carnem. Optimo experimento cognoscere potest se matrem, & non nouercam esse Christi. Causam, quare hoc facere debet. Nota. E. 8. Sic enim probabat se matrem esse secundum spiritum, quæ mater eius erat secundùm carnem. De qua legitur, quòd bona sua in tres diuidebat partes, vnã sibi, secundam ministris templi, tertiã pauperibus tribuens: horum ergo informatus exemplo, de substãtia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab illo paupere. Ita eum fiet, vt nec auertatur à te facies domini. De qua in Psal. 79. Ostende nobis faciem tuã, & salui erimus. Quomodo potueris, esto misericors, si multum tibi fuerit, abundanter tribue, more fontium, & planetarum, inter quos maiores maiorem aquæ & luminis effundunt abũdantiam, si exiguum fuerit, etiam idipsum libenter imparti studе. Tob. 4. Nota. M. 9. 3. Artic. 3.

¶ Quibus uerò videtur, q eleemosynas facere sub consilio cadat, & nõ sub præcepto, vel necessitate, errorem suũ videant. 2. 2. quæstio. 32. articu. 5 Vbi 4 sanctus Thomas dicit, quòd in aliquo casu cadunt sub præcepto, cuius ratio est, quia cum dilectio proximi sub præcepto cadat, necesse est omnia illa sub præcepto cadere, sine quibus dilectio proximi non conseruatur. Ad dilectionem autem proximi non solum pertinet, quòd ei uelimus bonum, sed etiam operemur, iuxta illud. 1. Ioã. 3. Non diligamus uerbo, neque lingua, sed opere, & veritate. Ad hoc autem, quòd uelimus, & operemur bonum alicui, requiritur, q eius necessitati subueniamus. Iuxta illud. 1. Ioan. 3. Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit, &c. In isto ergo casu cadit sub præcepto, huic etiam ad literã concordat illud Deutero. 15. Nõ deerunt (inquit) Deus, pauperes in terra habitationis tuæ. Idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum tuam egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra: huic etiam concordant verba Hieronymi, & habentur in decretis, distin. 42. in princip. §. ordinandus. Aliena (inquit) rapere conuincũtur, qui vltra sibi necessaria retinere probantur. Huic etiam concordat illud Matth. 25. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, vbi eleemosynas omittens, æternaliter punitur.

¶ Et quia debitus actus debitam requirit materiam; Actus eleemosynarum debitam requirit materiã de qua, & in qua. Artic. 4.

5 ¶ De qua eſt duplex, vna eſt materia congruitatis, uidelicet, quòd fiat de meliori, & pulchriori, ſicut patet. A. 13. 23. Si quidem granum melius ad ſeminandum eligitur.

¶ Alia eſt materia neceſſitatis, uidelicet, quòd fiat de proprio, & non de alieno. Iuxta illud Tobiæ 4. De tua ſubſtantia, fac eleemoſynam. Et illud Eſaiæ 58. Frange eſurienti panem tuũ, & non alienum. Sunt enim aliqui, qui malam uitam ducunt luxurijs, & iniuſtitijs rapinis pleni. Et ab omnibus his creduntur paruis eleemoſynis liberari, & ad cœlum uolare. Sed errant, quia quid ualet vnum oculum excæcare, vt alius uideat, ab vno auferre cibum, vt alius ſatietur. Petrum ſpoliare, & Paulo dare. A Petro, id eſt, à paupere ſubdito accipere meliora, ſicut pecuniam, & huiuſmodi, & Paulo dare peiora, ciborum, uidelicet reliquias, & putrida, quę ipſi comedere non poſſum, iuxta illud Philoſophi cuiuſdam. Pauperibus (inquit) dat panem rubigo, uinum tonitrua, veſtes tinea, bonam ſcutellam muſca.

¶ Tales aſſimilantur ſpoliatoribus aliquarum partium Italiæ, quibus riſoriè imponitur, quòd filios ſuos in uias, vt tranſeuntes ſpolient, mittant, dicentes. Aurum, uel argentum uel alia nobis utilia portantes, ſpolietis, nihil uerò habentes, uel quos uincere non poteſtis, pertranſire finatis, pro anima patris veſtri. Sic iſti habentes, ſpoliant, non habentibus uerò parcunt, uel parum dant pro anima patris ſui.

¶ Talis eleemoſyna non eſt facienti ualida.

6 ¶ Primo, quia forte ille, à quo aufertur, plus dolet, quàm ille, cui datur, gaudeat.

¶ Secundo, quia forſitan melius eſt cum Deo & citius auditur eius maledictio, ſeu potius ad Deum iuſtus clamor, quàm illius, cui datur benedictio.

¶ Tertio, qa plures ſunt forte, à quibus in domino ſuo, uel per patriam tranſeuntes auferunt cenſus eius ſoluentes, quàm ſint pauperes coram eis comedẽtes. Et ſic maior eſt lętania maledicentiũ, quàm benedicentium. De quibus Giraldus in itinerario ſuo. lib. 1. cap. 3. Quid (inquit) dicturi ſunt: q aliena rapiunt, & eleemoſynas fecerũt? O domine in nomine tuo miſericordias fecimus pauperes pauimus nudos induimus peregrinos hoſpitio recepimus, quibus dicturus eſt dñs. Quod dediſtis, dicitis quod feciſtis, ſcilicet rapinam, quare non dicitis? quos pauiſtis, memoramini, & quos necaſtis, nõ recordamini. Nota. F. 8. 15.

¶ Materia in qua eleemoſyna debet fieri, debent eſſe pauperes, quia pauperibus, & non diuitibus eſt danda. Heliſęus enim. 4. Regum 9. docuit mulierem ponere oleum infra uaſa uacua, quod enim in pleno ponitur perditur. Et Chriſtus. Lucę 14. dicens. Cum facis conuiuiũ, uoca pauperes, debiles, claudos, & cœcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in reſurrectione mortuorum: hoc etiã docet ratio, quòd terra arida aſpergatur, & non aquoſa, quòd non ſeminata ſeminetur, & non ſeminata. Sed, heu, mimis & diuitibus plura dãtur, & generaliter in beneficijs eccleſiaſticis, minus indigentibus plura, & libentius conferuntur. Vnde Petrus in quodam ſermone, diuitię accumulantur diuitibus, & non eſt, qui reſpiciat ſuper egenum & pauperem, ligna in ſiluas, & aquæ in maria deferuntur. Arenti uerò terræ, aqua ſubtrahitur. De quibus Iſidorus libro 3. de ſummo bono. Magnũ ſcelus eſt rem pauperum prędare diuitibus, & de ſumptibus inopum acquirere fauores potentum, arenti terræ aquam tollere, & flumina, quæ nõ indigent irrigare. Contra illud Eccleſiaſtici 4. Fili eleemoſynam pauperis non defraudes, ſcilicet, uel differendo, uel diminuendo, uel alijs quàm pauperibus dando, ſequitur. Nec auertas oculos tuos ab vllo paupere.

¶ Nec ſufficit materia debita, ſine modo, & ordine debito, qa ſicut actus Arti. 5.

virtutis

virtutis debitas requirit circumstantias,& modos,ut fiat, quando oportet. In quibus oportet,secundùm Philosophum in Ethicis. Sic eleemosynarum actus requirit,ut fiat uelociter, latenter,& hylariter.

8 ¶Primum ostenditur triplici ratione.Prima accipitur penes materiã rei dandæ,quæ si diutius custodiatur,corrumpitur,& meritum minuitur, & recipiens minus re gratias.Seneca. Quãtum morę addidisti,tãtum gratiæ subtraxisti,da ergo cito quia qui cito dat, bis dat. Exemplo Iob 31. Si negaui pauperibus,quod uolebant, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meam,solus,& non cõcedit pupilus ex ea,quia ab infantia,&c.

¶Secunda accipitur penes dantis liberalitatem. Curialis enim socius dat socio comedere, dum ipse comedit, & domino suo,antequàm comedat, cibũ ministrat. Non facias ergo Deum minoris ualoris,quàm dominum,uel saltem socium,sed prius & ministra. Exẽplo cuiusdam potentis domini dudum mortui in Christo, & cuiusdam nobilis dominæ quæ adhuc viuit, qui antequàm comedere solebant, pauperibus manibus proprijs quotidie seruierunt. Si autem horum exemplum sequi graue uidetur.Deo,ut domino te exhibere,saltem, ut socium eum habeas, ei dando, dum comedis,& dum teipsum uestis, ipsum etiam induas. Et sic de alijs. Qui.n.expectat usque ad mortẽ, & huiusmodi charitatis opera post mortem suam fieri præcepit inhumaniter se in Christum habet, quia postquàm ipse non potest plus comedere, & quæ etiam non potest sumere, nec induere, vult cum illis Christum pascere. Talis nec se habet ad Christum, vt ad dominum, vel socium.

Exemplum.

9 ¶Tertia ratio accipitur penes dãtis vtilitatem. Est enim vtilius facienti, qđ tẽpestiuę fiat,& spãliter ante mortẽ.

¶Primo, quia satis facit pro peccatis præteritis. Dan.4.peccata tua eleemosynis redime. Hæc autem facilius redimuntur cito,sicut vulnera recentia citius curantur,& cum minori dolore.

¶Secundo, quia resistit peccatis futuris, sicut aqua igni, ne comburendo procedat. Ecclesiastic.3.ignem ardentem extinguit aqua,& eleemosyna peccatis resistit. Facilius autem, & citius, & vtilius resistitur igni in principio, quàm in fine.

¶Tertio, quia impetrat notitiam rectæ vitę. Et disponit viam ad gloriam, sicut patet,de Cornelio.Actuum 10.cui dicitur orationes tuas, & eleemosynæ ascenderunt in memoriam,&c.

¶Quarto, quia meretur augmentum gratiæ.

¶Quinto, quia ignẽ purgatorij extinguit,& ab eo facientem liberat, antequàm illum intret. Si verò post mortem fiat, de omnibus istis vtilitatibus solam vnam habet,ꝙ videlicet à pœna liberat purgatorij, sed non antequàm illum intret,sed dũ ibi cruciatur paulatim purgatur.Vtilius est ergo eleemosynas facere,& per eas vitare, ne in foueam cadat,ne etiam in carcerem ligetur,& ne in ignem mittatur. In vigilia etiam prouidetur de festo, quàm prius cadere, & ligari,& tunc prouidere de festo,& ligari,& comburi,& improuisus sedere, dum remedia cõtra hæc tarda prępărẽtur,prius ergo date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Lucę 11.

¶Secundo, modo debet fieri latẽter, ne faciens ab alio videatur præmium expectare,quàm à Deo, pro quo illam facit.Matth.6.Cum facis eleemosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt,& cito post. Te autem facięte eleemosynam,nesciat sinistra tua,qđ faciat dextera tua. Sed sicut volens alicui tradere preciosum iocale ad portãdum,si in loco publico sit, vel inter insidiatores illud ei occulte tradit, manũ in sinu alterius mittendo,ne amittatur. Ita absconde eleemosynam in sinu pauperis,& hęc ꝓ te orabit. Ecclesiastici 29. 10

¶Tertio,debet fieri hilariter. Proue. 17.melior est buccella panis cum gaudio,

dio, quàm domus plena diuitijs cum iurgio. Hilaritas enim eſt falſa, quæ cõmendat totum feſtum. Qui ergo cum eleemoſynis ſuis Chriſtum, & membra
11 ſua feſtinant, & uerba amara, & improperia dicunt, totum feſtum perdũt, uel inſipidum faciunt pro defectu Moreti. Ad hoc quòd feſtum tuum tibi, & pauperi valeat, non exaſperas pauperem in inopia ſua, & non protrahas donũ anguſtiati. Eccleſiaſtici 4.

Artic. 6. ¶Habentes verò debitam eleemoſynarũ materiam cum tribus p̃dictis modis, & circũſtantijs, triplices conſequũtur vtilitates. Ante mortem, in morte,
12 & poſt mortem. Ita quod eleemoſynarij ſunt optimi mercatores, qui in omni loco, & in omni tempore lucrantur. Nec mirum, quia Chriſtũ, & eius mẽbra ipſis dormientibus, ſiue comedentibus, habent pro eis operantes, & mercantes. Vnde communiter reſpondit in

Exemplum. vi. pa. Abbas Lucius, ad quæſtionẽ, quomodo impleri poſſet verbũ Apoſtoli, admonentis, ſine intermiſſione orate. Ego (inquit) omni die de labore meo reſeruo duos denarios, & do pauperibus, qui pro me orant, dum comedo, & dormio. Et ſic ſine intermiſſione oro, quia quod quis per alium facit, per ſe ipſum facere uidetur. Tales per alium orant, qui melius ſcit illorum negocia expedire, & qui melius quid orandum, vel in quo exaudiendi ſunt, quàm ipſimet, id eſt, per Chriſtum, & ſuum ſanctum, qui interpellat pro nobis. Et ideo non eſt mirum, ſi ſemper proſperẽtur. Nota. O. 5. 21.

¶Primo ante mortem, non ſolum in bonis ſpiritualibus (ſicut prædictum eſt ſupra eo. c. 9.) Nec etiam in bellicis rebus (ſicut patet. B. 2. 42.) ſed etiã quandoque in multitudine bonorum temporalium extra, & in conſolatione ſpirituali intra.

Exemplum. ¶ Primum patet primo per illud, quod legitur in geſtis ſancti Germani, quòd extra Mediolanum veniens, & pro expenſis ſolum tres haberet florenos, pauperibus clamantibus, præcepit clerico, quòd totum illis daret, qui ſolum duos dedit. Accidit cito poſt, quòd quidam potens charitatis gratia ei ducentos contulit ſolidos Anglicanos. 13
Tunc ait clerico, ſi tres dediſſes florenos, trecentos habuiſſemus ſolidos.

¶Ad idem narrat Petrus Damianus de eunte cum vno denario ad emendũ neceſſaria, pauperi verò obuianti denarium illum dedit, & ſine cibo rediẽs obuium habuit quẽdam ignotum, qui ei viginti contulit ſolidos. Exemplum.

¶Idem patet per hoc, quod fertur in vi. pa. de duobus heremitis ſimul habitantibus, quorum vnus erat erga pauperes largus, alter verò tenax, hic ergo videns ſocium multa dare, paupertatem timens ab eo receſſit, & cito factus eſt egenus, cum alter abundaret, quod cum videret, compunctus ad ſocium redijt, rogans, vt cum eo, ſicut prius habitare poſſet. Exemplum.

¶Idem per illud, quod hiſtoric, narrant de quadam mulieri, quæ cum omnia dederat, venit ad hoſtium mulier puerum portans in brachijs, petens aliquid, qua reſpondente ſe nihil habere, ait, vade ad ciſtam, diligenter quære, qđ cum feciſſet, omnia promptuaria inuenit plena bonis, & ſtatim ad oſtiũ currens, pauperculam minimè reperit. Exemplum.

¶Ad idem per aliud de homine, qui denarium, quẽ ſolum habuit Deo obtulit, qui piſcem cępit, in quo margaritam inuenit magni precij. Patet ergo verum eſſe, quod dicit Auguſtinus de verbis domini, ſermone 25. ſecundus eſt ager pauperum, & cito reddit. Exemplum.

¶Idem patet per hoc, quod legitur in vita beatæ Mariæ Magdalenæ, de principe Marſiliæ, & vxore eius, qui ab ea informati eleemoſynas dare, prolem habere meruerunt.

¶Idem patet per hoc, quod in Tuſcię accidit de filio cuiuſdam, qui dolium vini pauperibus diuerſis vicibus dederat, pro quo cum à patre vituperaretur, oratione facta dolium plenũ inuẽtum eſt. In cuius miraculi ſignũ dolium ibidem cuſtoditur, & oſtenditur. Exemplum.

¶Totum

¶Totum confirmatur per illud, qđ narrat beatus Gregorius, 1. lib. Dialogorum. capitu. 9. De quodam Bonifacius nomine, qui omnia frumenta matris pauperibus dederat, & ab eadem vituperatus, oratione eidem omnia re-
14 stituit Deus. Isti diuidunt, & ditiores fiunt. Prouerb. 11. Nota. M. 9. 12. Et ratio. M. 9. 32.

¶Valet etiam ad consolationem intra, quia sicut ad opera mala sequitur conscientiæ punctura. Ita ad bona sequitur conscientiæ, delectatio, sed maximè ad opera misericordiæ, quæ per oleum signantur, quia sicut oleum lenit, ita illa remorsus conscientiæ mitigant, & conscientiam leniunt. Et sicut puer uel quiscunque clericus, quanto plus scit, tanto plus in addiscendo, delectatur, ita exercens opera misericordiæ. Quantum ergo potes, esto misericors. Thob. 4. Quia eleemosyna ab omni peccato, & morte liberat, & non patietur animas ire in tenebras. Thob. 12.

15 ¶In quo notatur vtilitas secunda, videlicet, in morte, in qua morientem specialius, inter alias uirtutes prius factas lætificat, & confortat, & à mortis periculo liberat, & lætum, & securum mori facit, & audacem, sicut dona iudici, & ianitoribus, & amitis iudicis, largè promissa, uel præmissa, faciunt & hominem ad curiam illã secure accedere.

¶Pro quo & secundum quod, qui ieiunat, vel uigilat, uel discalciatus ambulat, carnem affligit, & castigat. Qui verò eleemosynam dat, iudicẽ, & eius amicos muneribus placat.

¶Ad quod ipsemet iudex. (Luc. 16.) hortatur dicens, facite uobis amicos de mammona iniquitatis, & cum defeceritis, recipient vos in æterna tabernacula, & uos in uia illa associent, & hostes uobiscum expugnent, & uiam demonstrent, & ducatum præstent, & hostium cœli referent, & aduocati officium teneant, & stipendiariorum actus in bello illo exerceant. Sicut Iacob præmisit munera. (Gene. 32.) dicens placabo eum muneribus, quæ præcedunt, & postea uidebo eum, forsitam propiciabitur mihi. Ergo exemplo Christi, sequentes doctrinam, uenditæ quæ possidetis, & date eleemosynã, facite uobis sacculos. (Lucę 12.) sac culos plenos, & apertos, quia solum modo iuuant, & gratiã in omni curia, etiam Dei inuenire faciunt. Ecclesiastici. 17.

¶ Eleemosyna uiri, quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis, quasi pupillam conseruabit, & postea consurget, & retribuet ei retributionem, scilicet, in morte, quando clamabit, & dominus exaudiet, quia ipse Deũ clamantem in membris suis pauperibus prius audiuit. (Sicut patet. V. 7. 15.) Et quia prius ibant, & compatiendo flebant, mittentes semina sua in terra pauperum, tunc venientes cum exultatione metent. Et tunc erit, iocundus homo, qui nunc miseretur, & commodat.

¶Iuste quidem, quia prius Dei ministros iocundus fecit. Beatus ergo tunc, qui nunc intelligit super egenum, & pauperem (quia de hoc, quod modo seminat, tũc uiuet, & domum tenebit, atque familiam, quia sola misericordia comes est defunctorum, secundũ Ambrosium.) Sequitur, in die mala liberabit eum dominus. (Teste Ambrosio. lib. de offic. qui ait. Non memini me audisse, uel uidisse mala morte mortuum, qui opera misericordiæ libenter exercuit.) Sequitur, dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faciet eum, & non tradat eum, &c. Dominus opem ferat illi, super lectum doloris eius. Psalm. 40. Sicut patet de illo, de quo scribit beatus Grego. in li- Exem-
bro Dialogorum. plum.

¶Qui cum esset languidus diu, & infirmus, omnia tamen, quæ habere potuit, dispersit, dedit pauperibus, hic in fine Angelorum cãtilenas audiẽdo, cũ gaudio magno de corpore exiuit. Patet ergo, qđ i morte fiducia magna erit

coram ſummo Deo eleemoſyna, omnibus facientibus eam. Thob. 4. Nota: M. 9. 13. & 36.

16 ¶Quia ſacculum pecuniæ ſecum tulerunt, ſcientes, quoniam uacuis manibus tam ardua negocia expedire nō poſſunt. Qui uero illū ſacculum poſt ſe dimittit, ſtultus eſt, & cauſa ſua periclitabitur.

¶Proponantur ergo ante mētis oculos duo euntes ad curiam magnam in caſu periculoſo, tam uitæ, quàm bonorum. Vterq; ſcit, quod ante ſe præmittendo ſua, optimè euadet. Dimittendo verò ſua poſt ſe, tā ſeipſum, quàm ſua amittet, qui ergo ſua in hoc caſu poſt ſe dimittit, quis inſanum illum nō diceret? Sic in propoſito, largus eleemoſynarius, & miſer auarus. Omnes ad Dei iudicium properāt. Vnus præmittit, alius dimittit, & ſe, & ſua amittit. Sed dicet ſi mea darē, pauper morerer. Cui reſpondetur, quod licet omnia bona mūdi habeat, pauper morietur. Omnes ergo tam largus, quàm auarus, tam qui omnia ſua Deo dedit, tam etiam, qui omnia ſua inuitus in morte dimittit pauperes moriuntur, ſed non eundē conſequentur effectum, vel mercedem.

17 Quia vnus paupertate ſua emit regnū, id eſt, cœlum, & de breui paupertate uadit ad diuitias æternas. Alius cū paupertate uadit ad pœnas damnatorum, & de breuibus diuitijs ad paupertatem æternam. Ecce vterque æqualiter, quo ad mundum pauper uadit, ſed non æqualiter negocia in Dei curia expediunt.

¶Exemplum ad hoc uidemus in curijs mundi, vbi largus quando indiget, multos habet amicos, & cito expedietur. Auarus multa ibi expendet in ſimili cauſa, & non expedietur, licet plura expendat. Facite ergo uobis amicos de mammona, &c. Luc. 16. De iſtis mēdicantibus, quia (ſecundùm beatū Grego. in mora.) quos inopes nunc cernimus, abundantes quandoque videbimus. Et qui abundantes conſpicimur, ſi largiri negligimus, inopes erimus. Qui itaque temporale ſubſidium nūc pauperi tribuit, ab eo poſtmodum perpetua recepturus, quaſi ad frugē terram excolit, quę qđ acceperit vberius reddit. Agat ergo diues pauperi tribuēdo, ut ipſe in æternum pauper non ſit. Qui ergo in mortis tranſitu, à Deo iuuari deſiderat, ipſum modo in ſuis neceſſitatibus, prout poteſt, iuuet. Quia ſecundùm (Auguſt. in lib. de ſermone dñi in monte. lib. 1.) Iuſtū conſilium eſt, vt qui à potentiori vult iuuari, adiuuet, & inferiorem, in quo eſt ipſe potentior. Et ſemper ante mortē cogitet, qđ bonum hoīs ante mortē datum, in morte dilatat uiam eius. Prouerb. 18. Et illud ſe habere reputet, ſicut ille. A. 27. 57.

¶Tertio eleemoſynarū utilitas ap- 18
parebit poſt mortem. Ex quo. n. in Deo, cui eſt eleemoſyna datur, uicium ingratitudinis locum hīe non poteſt, non eſt dubium, quin recipiētes eum, eiq; dātes in hoc ſeculo, dum in ſuis peregrinatur, & penuriam patitur, ibi recipiet, & honorabit eum, & cum ſuis ſurgens miniſtrabit illis. vnde Chryſoſto. ſuper Ioan. Home. 65. uis gloria vera potiri, fac eleemoſynam, tunc Deus, & Angeli te laudabunt, theſaurus (inquit) infidelis eſt domus, theſaurus firmus, inopum eſt manus. Per manus ergo illorū theſaurizare vobis theſauros in cœlo, & ceis, tradētes hic, ut recipiatis in cœlo, quod hic traditis. Exemplum accipientes à tranſeuntibus de patria ad patriam, ubi eſſent ex theſauri pondere grauati, uel ubi ſpoliatores timēt, monetā ſuam alicui ſocietati tradunt, uel alicui de ſocietate, ab eo literas recipiētes, ut ab eadem ſocietate in patria, ad quam uadunt, recipiāt. Sic tranſeūtes de hoc mundo verſus patriam futuram, cum in medio certi ſunt ſpoliari, ſaltem in morte, quis non dicet eos inſaniſſimos, ſi non tradunt monetā vni de ſocietate pauperum? Chriſto uidelicet, qui pauperem ſocium ſe nominat, dicens. Io. 15. Vos amici mei eſtis, &c. Et quicquid alicui de ſocietate ſua tra-

ditur,

ditur, ei traditur. Quod (inquit) vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, ipſeq; illud recipit. Matth. 25. ſicut patet in uita ſancti Martini, ubi Chriſtus clamide indutus, oſtendit ſe in paupere clamidem recepiſſe. Ipſeq; omnes hortatur, quod ſic bona ſua hic tradent ei, dicens, date ſupple, hic, & dabitur uobis alibi. (Luc. 6.) non ſimplum, vt datis, ſed centuplum. Centuplū (inquit) accipietis, & uitam æternam poſſid. Matth. 19. Ecce literæ euangelij, Quas Chriſtus tradit, ut cētuplum pro ſimplo recipiatis in terra, ad quam itis. Date ergo ad modum tranſeuntium de regno ad regnum, qui monetas commutant, ſeu cambiunt, dimittentes in terra, de qua uadunt, monetam, quæ ibi valet, & accipientes pro illo monetam, quæ ualet in regno, ad quod regnū vadunt. Sic date hic pauperibus, Chriſti campſoribus, pecuniam, quę in alio ſeculo non ualet, quia totum aurum mūdi, ibi circa collum mortui, & ad terrā illam per mortis uitam tranſeuntis, nō ualeret ei obolum, ut ibi recipiatis denarium diurnum. De quo Matth. 20. id eſt, gloriam.

19 ¶Datę hic Chriſti campſoribus modicum panis, ut comedatis & bibatis in regno eius in æternum, bucella enim panis irremunerata non erit, ubi etiam aqua frigida remunerabitur. (Chriſto teſte.) Marc. 9. Si quis dederit calicē aquæ frigidæ in nomine meo. Amen dico uobis; non perdet mercedem ſuā. Quod figuratur Gene. 24. Vbi Rebecca dando ſeruo Abrahæ, & animalibus aquam, legitur copulata fuiſſe Iſaac. Et 29. Iacob adaquādo greges meruit introduci in domum Labam, & copulari Rachel. & Moyſes. Exo. 2 adaquando oues. Ietro ſacerdotis introduci in domum eius, atque eius copulari meruit filiæ. Sic dantes etiam minima pro nomine Chriſti, ſecundum poſſibilitatē ſuam introducentur in domum Dei atque eius copulabuntur gloriæ.

¶Cum ergo prouerbium ſit, bonum forum habet denarium de loculo, quis eſt ita ſtultus, qui non properat, & emat neceſſaria, ut cum Ioſeph in ſeptem annis fertilibus uitæ iſtius prouideat contra famem futuræ ſterilitatis, totius vitæ ſterilitatis, totius vitæ futuræ, ſicut prouideret contra famem corporalem?

¶Agamus ergo ſecundùm conſue- 20
tudinem mercatorum, qui quando res, quas emere deſiderāt, ſunt in bono foro eas emunt, & quando res, quas vendere uolunt, ſunt carę, eas uendunt. Sed modo res, quam ſumme cōſiderare deberemus, ſcilicet gloria cœleſtis, eſt in optimo foro (ut oſtenſum eſt) res uerò, quas poſſidemus, caræ ſunt, quia Deus pro eis nobis offert rem infiniti precij, gloriam æternam. Ergo uendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Luc. 12. Vnde Auguſtinus in quadam epiſtola. Si uis eſſe mercator optimus, fenerator egregius, da, quod non poteſt retineri, ut recipies, quòd non poteris amittere, da modicum, vt recipias, centuplum, da temporalem poſſeſſionem, ut recipias æternam hæreditatem. Quia teſte Chryſoſtomo. ſuper illud. Matth. 6. Nolite theſaurizare.

¶ Et quæ maior ſtultitia, quàm ibi omnia dimittere, à quo receſſurus es, ſcilicet inter inimicos, & illuc nihil mittere, quo iturus es? Illuc ergo ſubſtantiam tuam colloca, ubi patriam habes, & fac ergo quod docetur, ſupra eo. 11. & 35. & L. 1. 11.

¶Sed, heu, non obſtante iſto bono 21
cœli foro, ſtat, & reſpicit ante menſam canis, & datur ei panis, clamat porcus, & datur ei cibus, ſtat in oſtio, & clamat pauper immo Chriſtus in paupere, & nihil, uel tarde ei datur. Et tamen maior ratio eſſet Chriſto dare, quia ipſe de ſuo petit, quod non facit canis, quia per prophetam dicit Aggei. 2. meum eſt argentum & meum eſt aurum, &c. Vnde Auguſtinus de uerbis domini ſermone 25. Dixit (inquit) tibi Chriſtus, da mihi ex eo, quod dedi tibi, de meo quæro, da, & reddo, habuiſti me

largitorem, fac me debitorem, habeam te veneratorem, temporalia mihi das, æterna tibi restituam. Ecce non obstante, quod sua sunt nō petit de dono, sed de mutuo, ad tale lucrum, quòd non est usurarius, ita cupidus, quin pro minori mutuaret.

Arti. 17 ¶ Magna est ergo non facientium stultitia, quia qui vicino mutuarēt sub bono pignore, uel fideli fideiussor, & obligatione pro aliqua saltem usura, non vult mutuare pauperi, sub pignore cœli, & fideiussione Christi, & obligatione scripta in euangelio, & à Christo dictata, pro usura omnium diuitiarum cœlestium.

22 ¶ Iterum stulti sunt, quia potius permittunt fruges à muribus consumi, quàm ea in cœli granario ponant, & uestes potius à tinea comedi, quàm eas super pulcherrimam diuitum perticam, id est, super dorsa pauperum, vt à tineis custodiantur, ponant.

¶ Et quis non diceret insanum, qui multas haberet uestes, omnes super vnum membrum poneret, & alia nuda dimitteret? Sic qui pro seipso superfluas retinet uestes, pauperes nudos dimixtens Contra illud Esa. 58. Cum videris nudum, operi eum: sicut Martinus, non dicit Mimum, uel ioculatorē: sed nudum pauperem.

¶ Sed, heu (quod peius est) nonnulli vt bene uestitos, induant, nudos spoliant, ab vno accipientes vnum solidū, ab alio dimidiam marcam, & sic de alijs; quibus preciosus ornamentis se induunt, sicut coruus. A. 12. 36 De quibus Mich. 3. Audite principes, qui violenter tollitis pelles eorum de super eos, &c. Si ergo illi, qui dominos tantum commendant de hoc, quod tot dant bona, tamque magnam habent retinentiam, si considerarent, quomodo pecuniam pro emptione illarum acquirunt, & quam male soluūt, & quàm durum iugum subditis suis imponunt.

¶ Et quomodo pauperes tondent, vt talem uanitatem nutriant, intelligent factum illud, & larga dona potiùs esse ad eorum vituperationem, quàm commendationem, quia in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum. Hieremi. 2. ut pluspuàm perticam in camera ostenderes, & mundi uanitatem acquireres. Nota de hac materia. T. 5. 16.

¶ Iterum stultiores sunt, quia ad ter- 23
ram longinquam ituri sunt, ad quàm nihil secum de suis exterioribus rebus ferre possunt, nec tamen eas præmittere volunt. Nota ad hoc hystoriam, quæ continet quasi per istum modum. De fatuo, cui dominus suus baculum dederat, dans simul, & licentiam, quòd eum stultiori, quem inuenire posset, daret. Accidit, quòd dominus ille ad mortem infirmatus, nihil pro anima dare voluit, dum uixit, sed omnia sua posuit in uoluntate executorum, & amicorum. famuli intrantes, & exeuntes inter se loquebantur, dicentes, quòd dominus illorum esset decessurus, stultus ergo audiens, cucurrit, ut uideret, si æqui, & huiusmodi solito parerentur, uel uictualia præmitterentur in curribus, & huiusmodi, & nihil tale uidens, uenit ad dominum suum, & aiebat, domine recedis tu? Ita (inquit) & quando redibis? nescio, ait dominus, cui ille, si post mēsem? non (inquit) si post duos, si post annum, finaliter dominus respondit, quòd nunquàm, ubi ergo baculum meum trado, quia non est aliquis dominus, qui debeat modicum esse extra, quia aliquid præmittatur ad parandum pro aduentu suo, hoc etiam tu obseruare solebas. Ego etiam exiturus cogito ubi recipi, & comedere potero: uel aliquid mecum accipio, tibi ergo, tanquàm omnibus: hominibus, & tibi etiam stultiori baculum meum, secundùm quod me licentiasti, do. Diues uerò illo uerbo tactus, multa pauperibus distribuit. Idem spiritus ex ore istius loqui potuit, qui loquitur. D. 1. 13.

¶ Iterum sunt stultissimi, nō solùm

quia

24 quiã nõn dant, uel non præmittunt, (ut prædictum eſt) ſed quia cum bonis ſuis aduocatos contra ſe(ſcilicet) meretrices, & hyſtriones,& malas perſonas, in quibus meliora expendunt, conducunt. In curia enim iſti erunt cõtra eos. Et tamen clamat pauperi immo Chriſtus,& petit exiliora,quia cupiunt ſaturari de micis,quæ cadunt de menſa dominorum, & nemo illi dabat.Clamant hyſtriones, adulatores, meretrices, & dant eis meliora. Ita ꝙ nec mala perſona, uel canis, uel aliud animal clamorem ſuum amittit.(Sicut patet ſupra. eo.c.11.)niſi ſolus Chriſtus in paupere. Et ideo ſatis congrue reſpondit quidam hyſtrio ad propoſitum iſtud.Cum enim ꝙ quidam magnus in aula diceret, ꝙ non potuerunt habere pacem propter unum clamorem, & uana uerba ſua, quia clamoſe ſe habuit mimus, ſtatim clamauit pacem fieri. Cum uero omnes tacerent, quaſi aliquod mirabile ab eo audituri. Auditus eſt in aula apud omnes clamor pauperũ in porta eleemoſinas petentium,quo audito,ait hyſtrio. Iſti inuanum clamant, quia parum lucrantur clamore ſuo, ego uero non loquor, nec clamo inuanum, quia uerbis me, & uxorẽ, & filios meos ſuſtineo.

Exemplum.

Ar.8. ¶In quo facto, non ſolum ſtultitia, ſed maxima notatur ingratitudo. Magna enim ingratitudo eſt, danti centum, non dare unum in inopia ſua, &

25 tergere nolle naſum de manica ꝓpria, & omnia danti,nihil dare. Quia ſtabit pauper, puer, & orphanus, & clamabit bis, uel ter, pro amore Dei, uel matris eius ſine capucio, & calciamentis, & reſpondebunt, Deus te adiuuet. Sed ipſe reſpondere poterit, ſicut reſpondit, quidam, qui per diuerſa hoſpitia eleemoſynam petens. Cum ſic ſemper reſponderent, finaliter fame deficiens, ait, male eſt ei, quem nullus iuuat, uenit ſiccatius uero ſuperbus cum cultello ex tranſuerſo, & capucio ſub mento, & ſalutabit quempiam ex diuitibus, & recipietur ad meliora domus. Qui ergo uenit ex parte mundi recipitur, qui uero uenit ex parte Dei, qui omnia dedit, repellitur. Et magna eſt non ſolum ingratitudo, ſed ruſticitas, ſemper habere manus apertas ad recipiendum à Deo, & clauſas ad dandum ei. Et apertas ad dandum eis, qui ei non tanta dederunt. Si ergo aliqua dant mundi diuitibus, & eorum miniſtris, ut amor in mundo nutriatur inter homines, quare non Deo, & ſuis miniſtris, ut amor inter Deum, & nutriatur?

¶Iterum magna ingratitudo eſt,dan- 26
ti meliora, dare peiora, & danti multa, dare pauca. Sed (heu) communiter ſic modo Deo ſeruitur, quia quando cibus eſt putridus, uel teneri, uel in uſus proprios expendi, non poteſt, dicunt, iſtud eſt bonum ad dandum pro Deo, quando etiam uires amiſit, illud, quod minus in eo ualet, ſcilicet ſenectutem, & cęcitatem, & tuſſientem, & immundam, & putridam ætatem, intendunt Deo dare. Reliquam uero præcedentem diabolo. Si etiam habeat filium, vel filiam gibboſam, uel corpore deformem, dicunt, 27
iſta debet poni in religione. Ita ꝙ tam in bonis fortunæ,quàm naturæ,peiora, tam etiam in operibus, & locutionibus, pauciora,quia uix & decimum illorum, verbum de Deo, uel utilitate animæ Deo offerunt, quia reputarent meliora perdita, ſi Deo darentur. Et ſic uidentur eſſe de profeſſione Iudæ proditoris, qui reputauit perditum unguentum in Chriſto expenſum. Marci 14. Vt quid (inquit) perditio hæc, unguenti facta eſt? De unguento, & alijs quæ Maria Magdalena prius in malis uſibus expenderat, non murmurabat, ſed de hoc ſolum, quod circa Chriſtum expendit, recte ſic nonnulli moderni temporis. Verbi gratia. Si cuiuſquam potentis filius religionem intraret, paupertatis omnes amici, & parentela iraſcuntur, & inſaniunt dicentes, eum eſſe perditum, nituntur etiam, 28

cum

eum extrahere allegante, quòd nõ poteſt illud ſuſtinere, nec ibi diu viuere, quia fuit delicate nutritus, cum tamen diutius, & ſanius & quo ad corpus, & quo ad animam ibi uiuet, quàm in ſęculo. Si uero idem filius ſe dederit omnibus mundi uanitatibus, & corporum probabilitatibus, ſicut haſtiludijs, & torneamentis, & huiuſmodi, in quibus grauia ſuſtinet uerbera, & labores, & quandoque membra frangit, uel occiditur, de iſto omnes amici gloriantur, reputantes ſe per illum nobilitatos. Et quòd circa talia expendunt, multo melius reputant expenſum, quàm ſi illud circa fabricam expenderent eccleſiæ, etiam ſi equos optimos ibi amittat, de hoc gloriantur. Si uero vnum illorum Deo daret, iraſcerentur. Ecce qui reputant eum perditum Deo datum, & inſufficientẽ, & nimis delicatum ad portandum iugũ domini leue, ſub quo diutius, & ſanius viuet, reputant eum lucratum, & datum mundo, & peccatis, & diabolo, & ſatis aptum ad portandum iugum mundi, & diaboli grauiſſimum, ſub quo neceſſario cadat.

27 ¶Idem apparet defectus in alijs factis mundialium. Verbi gratia Aulici, & dominorũ miniſtri, & filij, uix murmurant de hoc, q̃ dominus illorũ eſt largus in his, quæ pertinent ad mundi uanitatem, immo talem commendant, & libenter ſequuntur. Si uerò libenter expendat in pauperibus, pauperes mendicantes, libenter recipiendo. Ita grauantur, ubi tamen nihil expendunt de proprio, quod graue eſt eis uidere pauperes ad curias dominorum frequenter aduẽtantes, intantum quòd, quandoq̃; uerbis amaris eos exaſperant, minus enim grauarentur, quòd domini illorum uiginti libras expenderent in mundi vanitatem, quàm viginti ſolidos in animę vtilitate. Et cui in omnibus his aſſimilantur? niſi Iudæ, qui (ut prædictum eſt) dixit, ut quid perditio, &c. Nota de iſta materia. A. 10 9.

28 ¶Iterum hæc chriſtianorum ingratitudo apparet ex comparatione factorum fidelium, & infidelium: Infideles enim Iudæi, qui non receperunt tot dona à Deo, quot receperunt Chriſtiani innitentes doctrinæ Dei, Deuter. 15. dicentis. Omnino indigens, & mendicus non erit inter uos. Non patiuntur pauperes ſuos inter eos oſtiatim mendicare, ſed inter eos faciunt collectas, & taxationes pro pauperum ſuorũ ſuſtentatione, Chriſtiani uero nomine, potius quàm opere, collectas faciunt ad ſimplicium de pauperationem, & qui uiuere de ſuo poſſent, & uellent mendicare, ſuo duro dominio cogunt. Magna differentia eſt. Illi ſuos mendicare non permittunt. Iſti uero neceſſitant. Nota F. 3. 15.

¶Non ſolum uero Iudæi, ſed etiam Saraceni, plus pauperes ſuos honorant, & iuuant, quam Chriſtiani. Et de hoc, quos nos ita male habemus nos ad pauperes noſtros, mirantur, & ſcandalizantur. Quorum unus (ut fertur) Pariſius miſſus, cum multa Chriſtianorum facta, diligenter cum admiratione conſideraſſet, requiſitus, quod eſſet maius mirabile in oculis ſuis de omnibus, quę uidiſſet? Reſpondit, unum inter alia eſſe, quod melius ueſtiti, & qui minus indigent propinquius iuxta iguem ſedent, & nudi, & pauperes extra oſtium, vel intra oſtia in frigore comedunt. Exemplum.

¶Quod etiam de hoc ſcãdalizentur, patet ex geſtis Karoli magni, in quibus continetur, quòd cum circa expugnationem moraretur Saracenorum, quidam magnus princeps inter eos Goliãdus nomine, ad eum ſub inducia uenit de pace & Chriſtianitate, quam recipere intendebat, tractaturus. Iuxta regem ergo comedens, & comedẽtium, & miniſtrorum ordinem diligenter conſiderans, & ſingulorum conditionem ſtatum, & diuerſitatem, & officium inquirens, in fine quæſiuit, qui eſſent illi, qui in pauperrimo apparatu comederunt ſuper terram. Rex uero reſpondit, illos eſſe Dei noſtri ſeruos, quos pro eius amore paſcimus. Princeps vero regi dixit, Exemplum. 29

dixit, serui tui ita splendide uestiuntur, & laute comedunt, & bibunt, & serui Dei uestri, nudi, & famelici derelinquentur, parum uidentur dominum, & Deum suum deligere, qui ita parum seruos suos honorant, nec uolo de eorum esse societate, qui ita parum Deum suum diligunt, & cum indignatione recessit: Patet ergo, ꝙ tales immisericordes dupliciter peccant, primo, quia infideles (ut dictum est) scandalizant, & in spirituali morte detinent, secundo, quia illos, à quibus talia subtrahunt subsidia, corporaliter occidunt. Vnde Ambro. super Psal. 118. Beati immaculati, hoc (inquit) est hominem occidere uitæ ei subsidia denegare. Caue ergo, ne intra loculos tuos includas salutem inopum, id est, tanquam in tumulis sepelias uitam pauperum.

30 ¶Si ergo illi, qui uitam denegant dure, iudicabũtur (sicut patet. D. 9. 6.) quomodo iudicabuntur illi, supra e. c. 5. Et si ille, qui se laute pascit de suo, & pauperi negauit sua, sepelietur in inferno (sicut patet. Luc. 16.) de diuite Epulone, vbi sepelientur, qui laute se pascunt de alienis?

¶Et si primi à Deo reprehenduntur, sicut patet per hoc quod scribit beatus Gregorius. 1. li. Dialogorũ, quod Deus reprehendit quendam præsbyterum, qui sibi delicata parauerat, & seruus suus benedictus fame in deserto cruciabatur, quid eis dicet, uel quomodo in iudicio reprehendet, qui aliena tollunt, & inde non solum se, sed amplam familiam, & canum multitudinem & equorum pascunt, & perticam uestiunt? & quando Deus in laudem, & in commendationem illorum, qui dederunt bona data, ostendet in iudicio, sicut uestimentum datum ostenditur in aula coram toto mundo (dicens) nudus eram, &c. videbitur cuilibet, quod nimis parũ, si possibile esset, dedit, qui uero potuit, & nihil dedit, tanquam ingratus uidebit, & uerecundabitur, qui uero ea quæ Christi, uel suorum erant, abstulit, plus tristabitur. Nota. F. 8. 10. cum sequentibus.

¶Totius uero ingratitudinis causa Ar. 9.
uidetur esse defectus fidei. Et hoc, uide- 31
licet, quod oculo fidei non respiciunt tria, quæ in eleemosinarum petitione concurrunt. Non enim considerant, quis petit, scilicet Christus in paupere debitas expẽsas pro se, & pro suis, quas iuste petere potest. Sicut patet. A. 13. 12. sicut rex tributum, uel redditum per nũcium à se missum. Secundo, non considerant, quid petit, quia parua, & potius bona sua, quàm illius, à quo petit, quia domini est terra plenitudo eius. Et magna inciuilitas est comedere in mensa alicuius domini. Et dum secum est in mensa sua, & de bonis suis comedit, ipso petente, nihil ei dare. Sed sic est in proposito, quia mensa, in qua comedit Dei est, & bona etiam, quæ comedit. Tertio, nõ considerant, ad quid petit, quia ad ipsius, à quo petit, utilitatem, sicut ostensum est supra. D. 11. 35. qui enim eleemosynam petit, potius mutuum, quàm donum petit ad maximam mutuantis utilitatem, quia Deo mutuat, qui cum usuris illud reddet. Iuxta illud Prouer. 19. fœneratur domino, qui miseretur proximo.

¶Quod aũt in prima consideratione 32
deficiũt, patet, qa si rex terrenus ex aliqua fortuna fuisset exul factus, & indigens, & ueniret ad quemcunque nostrũ auxilium petens, si haberemus certam spem, uel scientiam, quòd ad statum suum esset in breui rediturus, & cum sciremus esse ualde gratum, ultimum posse nostrum faceremus ad eum iuuãdum. Ita in proposito, & patet.

¶Iterum idem patet, quòd si Rex nobis aliquem mitteret cum litteris sic loquentibus, quicquid feceritis portiori præsentium commodi, & honoris, reputabo mihi factum, si crederent uerũ esse, quod in literis illis cõtinetur, multi eum honorarent, & specialiter illi, qui haberent negocia in regis curia expedire in breui. Sic in proposito, Christus mittit pauperes, dicens. Ecce ego mitto uos, cum literis continentibus,

quòd

quòd reputat ei fieri, ꝙ pro pauperibus faciunt, dicens, qui uos recipit, me recipit. Et qui uos spernit, me spernit. Matth. 10. Et Lucæ 10. Et quàm diu fecistis uni de fratribus istis minimis, mihi fecistis. Matt. 25. Si ergo fidē haberemus in istis literis, multū pauperes honoraremus, & libēter reciperemus, quia oēs ardua habem⁹ negocia in Dei curia, in breui expedienda, quæ sine pauperū auxilio expediri utiliter non poterunt, quia iudiciū pauperibus tribuit. Iob 36.

¶Quod etiam in secunda consideratione deficiunt, patet, quia si Rex terrenus concessisset eis vnum prædium ad libitum suum, retinens apud eum prædij dominium, & essent certi, quod posset, & uellet illud ab eis tollere, quando ei placeret, si interim peteret ab eis aliquod subsidium de illo prædio libenter ei darent. Sic in proposito, & patet.

¶In tertia etiam deficiunt. Quia si Rex in aliquo infortunio constitutus, promitteret se daturum ciuitatem danti sibi denarium, seu regnum danti ei panem, qui fidem haberet in dictis suis, statim ei quod peteret, conferret, sic in proposito, qui uero ei in tali casu panē negaret, qua fronte, uel qua audacia, vel verecundia posset ab eo postmodum regnum petere? Ita qui ei modo panem negant, qua fronte possunt ante mortem, uel in morte regnum ab eo petere, dicentes. Adueniat (supple) nobis regnum tuum, qui vult ergo tunc ab eo habere, quod desiderat, det modo, quod amat. Aliter petet, & non accipiet Ia. 4. Quia prouerbium est, qui nō dat, quod amat, non accipit ille, quod optat, uel quod desiderat. Qui igitur panem petit ab eo, dicens. Panem nostrum quotidianum da nobis, panem ei det, & tūc quod petet, ei dabitur. Date (inquit) & dabitur uobis. Lucæ 6. Et da pauperibus, & habebis thesauros in cœlo. Matth. 19.

¶Sed adhuc generatio incredula signum quærit, cogitans in cordibus, quod signum apertum, & euidens ostēdis nobis, quod Deus reputat sibi fieri, quod suis fit membris, quod etiā eleemosyna tantum (vt dictum est) ad dantis valeat vtilitatem. Si ista nobis certitudinaliter constarent, libentius eleemosynas faceremus. Quibus dicendum, est, quod si nunquàm seminarent, antequam certitudinem haberent, quod semina bene crescerent, nunquam seminarent. Qui ergo maiorem habent certitudinem, ꝙ Christus illorum recipit eleemosynas, quàm ꝙ semen bene crescet, non plus dimittat eleemosynas facere, quàm seminare. Quod autem maiorem habet certitudinem, non solum ostenditur ex uerbis Christi prætactis, qui uos recipit, &c. quæ ad certitudinem Christianorum sufficere deberent. Sed ex multis signis & miraculis à Deo ostensis. Sicut patet per hoc primo, quod tota ecclesia tenet, & credit de Christo, qui vestem à Sancto Martino pauperi datam sibi reputauit datā, dicens, nocte sequenti, Martinus hac me uestе conterit.

¶Idem ostenditur per hoc, quod scribit beatus Gregorius (in Homel. Vidēs Iesus ciuitatem) de quodam monacho nomine Martinus, qui in ueniens in via leprosum fame, & miseria, ut ei uidebatur, deficientem, eum super humeros proprios ponens, uersus monasterium portauit, in portando uero mirabatur, ꝙ tam leuis erat. In porta vero monasterij monachum alloquebatur, dicens, non erubuisti me super terram, ego non erubescam te in cœlo, qui dicto disparuit. Ecce quod uidebatur pauperi fieri, Christo fiebat. Nota etiam de Sācto Christophoro, & Sācto Iuliano, & de Sancto Gregorio, & de diuersis Sanctis, &c.

Exemplum.

¶Signum etiam, quòd eleemosyna eam operanti thesaurum, & domum in cęlis ædificat, & multum ei ualeat, haberi potest per hoc, quod scribitur in uita Sancti Thomæ Apostoli (& ab ecclesia recipitur, & tenetur.) Huic enim Thomę (ut ibi continetur) Rex Indiæ magnum dedit thesaurum pro palatio ædificando, cum uero rex post reditum

Exemplum.

suum

sium deprehenderet, q̃ omnia pauperibus dedisset, eum in carcere posuit, fratri vero regis interim mortuo, magnum in cęlo palatium ostenditur, eiq; dictum fuit, quod pro fratre suo rege ædificatum fuit. Sed quia ipse se illo indignum reddiderat, dictū ei fuit, quod illud à rege emeret, ea, quę Thomas expenderat, ei reddendo, quarto igitur die resuscitatus, cum omnia regi narrasset, Thomam de carcere liberauit, mouens fratrem, q̃ simile ei palatium faceret, quia illud ei minime uenderet.

¶Idem ostenditur per hoc, quod scribit beatus Grego. (in 4. Dialogorum) de quodam, cui multa secreta alterius ęculi ostendebantur. Inter quæ uidit vnum ædificium magnum, quod solum in sabbato ædificabatur ab omni genere pauperum. Antiquis, iuuenibus, uiduis, leprosis, in tanta multitudine, quod stupuerat. Ipso vero quærenti, cuius esset? Respondit ei Angelus, qui eum duxit, illud esse cuiusdam sutoris, uel artificis uicini sui, qui quicquid ultra victum in hebdomada præseruare potuit, in sabbato pauperibus dedit.

Exemplum.

¶Quantum animæ proficiat eleemosyna, Deus quandoque ostendit per signa sensibilia circa corpus. Sicut patet per hoc, quod tangit Beda de gestis Anglorum. cap. 9. de Sancto Osuualdo rege, qui post multas eleemosynas datas, cuidam, cum in mensa sederet, petenti, scutelam dedit argenteam, quo facto
36 sanctus Aydanus episcopus iuxta eum sedens manum regis tenens, dixit, nunquam putrescat manus ista, quam etiam adhuc dicunt integram in signum eleemosynarum, & uirtutum reseruari, per hoc uolens Deus ostendere, quòd glorias illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Eccl. 31.

¶Sed modo raro inueniuntur manus diuitum integræ propter talia facta, nec mirum, quia libentius canibus eas porrigunt, quàm pauperibus, & abundantius, & delicatius intantum, quod, ubi pauperes intantū famescunt, quod auidè comederent panem fabarum, canes panem de simila fastidiunt, & eis oblatum refutant, & pedibus conculcant, quibus oportet quod caro delicatissima, & de omni ferculo primogenita, & præcipua offerantur, quàm satiati renuunt, quasi infirmi plāguntur, ab his, qui super afflictos pia gestant uiscera. Et quia delicatus catellus panem, uel carnem non recipit, nisi minutatim fractam, & manu porrectam, eodem ore non loto, quo posteriora socij, digitos tangit porrigentis, quos non lotos, ori proprio immediate dirigit, sciens, quia non lotis manibus manducare nō coinquinat hominem. Matth. 15. & Mar. 7. Sed (proh dolor) tarde ita delicate nutrirent, vel ita familiariter. (Exēplo Sancti Lodoruici) os tangerent leprosi, uel mendici. Canes. 37

¶Maioribus uero canibus post prandium panem integrum eis portatum frangunt, & manibus proprijs porrigunt, ubi pauperibus permittunt dari minutas reliquias, & hoc manib⁹ alienis, contra illud Prouerb. vlti. Manum suam aperuit inopi. Et illud Esa. 58. Frange esurienti panem, non dicit cani, sicut patet ex litera sequenti, sed pauperi.

¶Heu tñ, ubi canē delicate fouēt, car nē suam contēnunt. Hoc enim acta p̃bāt. Vbi enim multa hominum, partim uisa, partim audita sunt fame mortua. Quis (inq̃) aliquos vel pauciſſimos vidit canes fame mortuos? Sequitur; Egenos vagosq́; induc in domū tuā: nō dicit canes. Et tamē vbi pauperes ad aream, uel horreum non recipiuntur, domi canes recipiuntur ad cameram, & ad lectum. Nota de hoc. D. 9. 6. Sequitur cū uideris nudum, operi eum, non dicit simiam, & catulū, quos operiunt, & nudum dimittunt Dei filium, & quasi omniū prædictorū causam assignat, & motiuū ī hoc, quod sequitur. Carnem tuā non despexeris, q̃a omnis natura bene ordinata, & omnis ratio dictat, quod pl⁹ teneamur illis, qui eiusdē sunt nobiscum naturę, quos fortuna, & nō natura tā fecit deformes,

mes, macilentos, nudos, & decoloratos, præfame, & frigore, pro quibus ſuſtentandis, diuites diuitias ſuas à Deo acceperunt, ſicut nutrix cibum pro puero, qui ſi fuiſſent eiuſdem cum diuitibus fortunæ quo ad victum, & veſtitum, & huiuſmodi, eſſent illis pulchriores, quàm beſtiæ, quia carnem ſuam nemo vnquam naturaliter, & rationaliter vicus odio habuit. Ephe. 5.

¶Prædicti ergo non homines dicendi ſunt, ſed crudeles lamiæ, quę lactauerunt catulos ſuos. Tren. 4.

Ar. 10. ¶Horum autem & omnium ſimilium nolentium eleemoſynas facere, multipliciter, & in multis locis apparet periculum. 38

¶Primo, Marci 11. Vbi Chriſtus maledixit ficui, quæ ei cibum non dedit.

¶Secundo, Matth. 27. per comparationem ad Iudam, qui ſeipſum ſuſpendit, & quia Chriſtum uendidit, & quia ea, quæ Chriſto debebantur, in Chriſti uſu non expendit, ſed furabatur. Caueāt ergo illi, quibus omnia bona ideo data ſunt, ut in uſus Chriſti, & pauperum Chriſti expendant, ſicut fratres in hoſpitalibus infirmorum. Et quidam religioſi, & præpoſiti, & eleemoſynarij, & ſacriſtæ, & huiuſmodi, quibus certi deputantur redditus officij ſuſtentatione, ne in uſus proprios, uel prophanos, & auertentes inde fortunam hic, uel alibi ſequantur.

¶Et non ſolum in his, ſed in alijs periculum eſt Deo dare nolle. Et ſpecialiter in his, qui abundant, quia communiter plus peccant, quàm multi indigentes, & minus agunt de pœnitentia. Sicut patet de ieiunio, quo non tantum grauantur, quia tempeſtiue comedunt, quia tam diu dormiant, quia vix forte poſſunt audire vnam, vel duas miſſas, aliqui illorum antequam comedant, tunc uero lautius, & diutius comedunt, intantum, quòd plus grauaret eos cœnare, quàm abſtinere, minus etiā laborant, & minus uigilant circa licita, ſicut orationes, & huiuſmodi. Cum ergo in multis peccent, & pauuam, uel leuem pœnitentiam faciant, non uidētur, quomodo melius poterunt à periculo liberari, niſi conſiliū Danielis faciendo. Dan. 4. Peccata (inquit) tua eleemoſynis redime.

¶Niſi ſic fecerint, illorum periculum in morte apparebit, quando ipſis ab inimicis obſeſſis deficient ſtipendiarij, ſicut patet. A. 27. 22.

¶Iterum illorum periculum apparebit in iudicio, quando illis, qui ei hic dicunt, ite, dicet idem, ut eadem menſura qua menſi fuerunt, remetietur eis, tam temporaliter, quàm ęternaliter. Sicut patet. D. 3. 9. Et in canone 16. q. 2. reuertimini. Vbi continetur, ꝙ non ſolum in cęlo, ſed etiam in terra propter defectū miſericordiæ negatur miſericordia. Quia plerunque mundus fame, & penuria premitur, quia pauperibus eleemoſyna ſubtrahitur. Quando enim reges, & potentes bonam terram religionis, & paupertatis ſeminabant, ipſi, & mundus abundabant. Sed ex quo ſeminare ceſſauerunt, metere ceſſauerunt abundantiam in hoc ſęculo, & in futuro, tam temporaliter, quàm æternaliter, ſicut apparebit, quando hæreditatem amittent propter cauſam tactam. D. 11. 30. Quia (teſte Cæſario in admonitione) quanti pauperes in locis, vbi nos fuerimus, fame uel nuditate mortui fuerint, nouerim⁹ nos rationem de animabus illorum in die iudicij reddituros.

¶Iterum iſtud periculum apparebit, quandocunque ante mortem, uel poſt mortem ipſimet, uel alij pro ipſis ad Deum clamauerint, quia non exaudietur, quod oſtenditur per hoc, ꝙ quædā continent hiſtorię, de quodam qui meſſionem ſuam à porta elongauit, quia clamorem pauperum audire noluit. Accidit ergo poſt mortem eius, ꝙ cum Epiſcopus diceret miſſam in ſepultura eius, quoties uertit ſe ad populum, dicendo, dominus uobiſcum, uel ſecundùm conſuetudinem epiſcopalem, toties (ut ei uidebatur) crucifixus cum manibus ſuis aures ſuas obturauit. De 39 Exemplum.

quo

quo episcopus admirans, post missam, à uicinis defuncti eius diligenter inquisiuit, conditiones, cui bonum perhibuerunt testimonium, excepto quod pauperes nec libēter audiuit, nec iuuit. Tunc episcopus recordatus est Scripturæ dicentis, qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit ipse, & non exaudietur. Prouer. 21. Rabanus super illud Matth. 12. (Extende manum tuam) frustra pro peccatis rogaturus manus ad Deum expandit, qui has ad pauperes non extendit.

¶Et istud periculum non solum im-
40 minet illis, qui eleemosynas nō faciūt, sed illis etiam, qui dolēt se fecisse, sicut patet per hoc, quod scribitur in uita Exem- Ioannis eleemosynarij epi Alexandrini plum. de Troyla epo, qui ad instantiam prædicti Ioānis triginta libras pauperib⁹ dederat. De quo cum postmodum doleret, uidit nocte sequenti in cęlo palātium magnum, cuius titulus erat, manſio æterna Troylæ episcopo. Et statim venit unus alius, & dixit, dele hoc, & scribe, manſio, & requies æterna. Ioanni eleemosynario triginta libris empta, Troyla vero hoc uidens, pœnituit se pœnituisse, & imposterum factus est magnus eleemosynarius.

Exem- ¶Ad idem legitur de quodam, qui plum. grauiter infirmatus ad doctrinam sancti viri, multa dedit pauperibus, hic sanitate adepta, doluit se tantum dedisse, nec reputauit se propter eleemosynas suas mortem euasisse. Cui cum sanctus ille diceret, nisi dedisses, modo mortuus fuisses, non (inquit) sed ita sanus, sicut modo sum. Cui sanctus, Rogemus Deum, ut concedat mihi illarum eleemosynarum meritum, & tibi statum, quem habuisses, si ea nō dedisses, & ea reddam tibi, quod cum fecisset, statim mortuus est, qua morte manifeste ostendit Deus, q⁹ per eleemosynas prius mortem euaserat, & quoniam eleemosyna à morte liberat. Tob. 4.

¶Iterum non facientes eleemosynā hæreditate priuandi sunt cœlesti, sicut patet. F. 5. 5. Ad idem. G. 4. 21.

¶Sed quia multis friuolis excusatio- Ar. 21.
nibus se iustificāt. Congruum uidetur, eorum excusationes inserere cum earundem reprobatione. Quidam, & spe- 41
cialiter religiosi, & præpositi, quando in aliquo grauantur, vel spoliantur à tyrannis, uel malis hominibus, eleemosynas suas subtrahunt, dicentes, se non posse uiuere, &c. mirabile est. Diabolus eis nocet, & de Deo se uindicant, Deum de porta illorum expellentes. Similes sunt cuidam sacerdoti, qui cum propter alia infortunia uiuere nesciret, totum Deo imputauit, & imaginem eius de ecclesia sua eiecit, & in campo posuit, dicens. Qui non vult me pascere in ecclesia mea non stabit. Exemplum.

¶Isti, qui sic à Deo eleemosynas retrahentes, melius uiuere credunt, peius viuunt. Quod ostenditur historia de monasterio depopulato, in quo semel deuotus monachus in oratione constitutus, Deo cum quadam audacia loquebatur, dicens. Domine, tu dixisti. Primo quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Iam regnum tuum quæsiui, tibi seruiendo in matutinis, & horis, & missam dicendo, secundùm possibilitatem meam, & tamen alia non adijcientur mihi, quia non habemus, quid comedere. Et uox ad eum. In ista domo fuerunt duo fratres, unus uocabatur date, supple, non bona opera, sed eleemosynam, & opera charitatis. Alius uocabatur, dabitur, (supple) à Deo uobis. Et vnus sine alio in religione uestra manere noluit. Quandiu ergo unū retinuistis, & debitæ honoraſtis, scilicet date, tam diu uobiscum remansit, dabitur. Prouerb. 11. Sunt, qui diuidunt propria, & in abundantia sunt. Postquàm vero date expulsus fuit, dabitur recessit, & spoliator accessit, quia date, qui ianuam custodire solebat, recesserat, & portam non custoditam dimiserat. Et ideo ab eo, qui non habet, supple, date, & quod habet auferetur ab eo. Lucæ 19. Nota. H. 5. 11. Item. I. 7. 1. Porta patens, &c. Item. V. 8. 50. Exemplum.

¶Alij

42 ¶Alij dicunt, bonum forum eſt, pauperes non indigent, hoc nō ualet, quia ſi pauper ſatis poſſet habere ad uictū, & ueſtitum pro quadrante, & illo careret, quid ſibi ualeret bonum forum? Magis ergo ſe accuſant, quàm excuſant, quia cum minori eos iuuare poſſent.

¶Alij dicunt, ex quo Deus ſatis potēs eſt, ut omnibus prouideat, quare non prouidet ipſe pauperibus ſuis, quare vult nos grauare, & onerare de hoc, ꝙ ipſe ſine grauamine facere poteſt? huic multipliciter reſpondetur.

¶Primo, quòd de omnibus pauperibus ſufficienter prouidit in hoc, ꝙ ſufficienter dedit diuitibus pro ſe, & etiam pro pauperibus, quantum in eo eſt, ſatis dat pauperibus, eos puperum diſpenſatores ſtatuens, ſub diſtricto præcepto, eos ad fidelem diſpenſationem obligās. Sicut patet, ſupra eod. capit. 4. Sicut ergo mater ſatis prouidet infanti in hoc, quòd ſatis dat nutrici pro ſe, & puero, quæ eum nutrire tenetur. Ita in propoſito.

¶Secundo, ut diuitum probaret dilectionē. Sciebat enim, ꝙ amicus in neceſſitate probatur, & ideo uoluit indigens eſſe, & indigentia habere mēbra, ut probaret, qui eius eſſent amici, & qui non.

¶Tertio propter pauperum meritum augendum, quia patienter paupertatem ſuſtinendo, multum apud Deum merentur. Tob. 4. Pauperem quidem uitam gerimus, &c.

¶Quarto propter diuitum utilitatem, ſicut patet. D. 11. 35.

¶Ex quo patet, ꝙ ſicut cupidi gaudēt de caro tempore, quòd habentes multa uenalia, multa lucrari poſſunt. Ita diuites gaudere deberent de caritate, non quia alij fame affliguntur, ſed quia ipſi multa in cęlo gaudia lucrari poſſunt.

43 ¶Alij ſe excuſant paupertate. Sed ſicut homo vult emere hæreditatem, uel rem precioſam, quam multum deſiderat, parcit ori ſuo, & expenſis in alijs, ut quod deſiderat, obtineat. Et breuiter, nō eſt ita pauper, quin ſi poſſet tantum habere de panno, uel cibo, uel potu, uel ęt alijs deſideratis pro obolo, quam diues pro quadraginta ſolidis, quin aliquo modo de obolo ſibi prouideret. Sed tātum apud Deum allocabitur parum, quod pauper dat ſecundùm ſuam poſſibilitatem, quantum multum, quod diues dat, & plus pro ſuo paruo dono emit de regno cęlorum, quod ſatis oſtēditur. Marci 12. ubi ueritas uiduæ teſtimonium perhibet, dicens. Amen dico vobis, quoniam uidua hæc pauper plus omnibus miſit. Omnes enim ex eo, quod abundabant illis, miſerunt Hæc vero de penuria ſua omnia, quæ habuit, miſit, totum victum ſuum. Et ſi nihil dare poſſet, ſaltem loquatur, ut uerbo iuuet, qui opere non poteſt. Vnde beatus Gregorius in quadam Homel. habens (inquit) loquendi locum apud diuitem. Damnationem pro retento talēto timeat, ſi non apud eum, ſicut ualet pro pauperibus, intercedat.

¶Alij ſe excuſant per hoc, ꝙ alij pauperibus dant: ij aſſimilantur illis: R. 6. 12.

¶Alij ſe excuſant pauperum multitudine: oſtendentes, quòd tot ſunt, quòd 44
non poſſunt omnibus ſubuenire, ſed ſi quilibet illorum haberet hæreditatem bonam, quam pro uili, & paruo precio daret omnes inuenirent, qui eos inuitarent ad domum, & ad prandium, ut eos deciperent. Sed proculdubio omnes habent hæreditatem bonam. (Teſte Chriſto. Matth. 5.) Beati pauperes, (& Luc. 6.) Quoniam ipſorum eſt regnum cęlorum, &c.

¶Alij nimis differunt, uel uſque poſt mortem, ſemper tempus, quo faciant, expectantes, & nunquam tempus aptū inuenientes, & mirabile eſt, nulla ars tantum expectatur, quātum ars animæ. Et omnis ratio dictat, ꝙ melius eſſet in morte domum inuenire paratā, quàm in miſeria expectare uſque paretur, & quomodo tunc inuenit, quæ non præmiſit, uel tunc metet, quæ prius non ſeminauit, uel quis eum tunc diliget, qui de ſeipſo, quando potuit, non cogitauit?

tauit? Ergo secundùm consilium Apostoli. Dum tempus habemus, operemur bonum.

45 ¶Alij se excusant propria necessitate, & infirmitate, & debilitate in posterum imaginata, & tali cogitatione ab eleemosynis retrahuntur. Sicut heremita, seu hortulanus (in uitaspa) qui cum multas eleemosynas facere solebat, quas cum omnes tali cogitatione retraxisset, & multa simul congregasset, & in pede infirmo omnia postea expendisset, nec ei valuisset. Die assignata, qua chirurgus rediret, & pedem amputaret, ne per illum totum corpus amitteret, nocte præcedenti, Deum lachrymis orans, proprium recognouit defectum, cui angelus. Vbi est (inquit) pecunia, quam cõtra infirmitatem congregasti? Respondit, totum expendi, & nihil mihi prodest, finaliter cum tali cupiditate abrenunciasset, angelus eum sanauit, dicens, ꝙ deceptero omnem sollicitudinem in Deum proijceret.

Exemplum.

¶Alij dicunt quare nostra pauperibus dabimus? Quibus respondit beatus Gregorius. 3. lib. pasto. Cum necessaria indigentibus ministramus sua illis reddimus, non nostra largimur.

46 ¶Ad idem Basilius Homel. 1. Si fateris ea tibi diuinitus proueniſſe (supple) bona temporalia, an iniustus est Deus, res inæqualiter nobis diuidens. Cur tu abundas, & ille mendicat? nisi, ut tu bonæ dispensationis merita consequaris. Ille uero patientiæ brauijs decoretur. Panis est famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quam tu in conclaui conseruas, discalciati calcius, qui penes te marcescit. Indigentis argentum, quod possides, quo circa tot iniuriaris, quot subuenire posses, & non facis.

¶Alij dicunt, ignoti sunt, mali sunt, ociosi sunt, fures sunt, & huiusmodi. Et ponatur, ꝙ verum sit denuncio, & bellino regis tibi misso, ut regis debitũ congreget, uel alia de causa, merita nõ discutis, sed uel amore, uel timore eum recipis. Ita pauperes, quantumcunque in se ignoti sint habent tamen fidelem fideiussorem Deum, nec eis redditum Dei das, sed Deo per illos illud mittis. Sicut patet, supra eo. c 32. Sicut etiã patet, per illud quod scribitur (si bene occurrat) in uitaspa. De quodam, qui Christi amore cuidã uestem dederat, & postea intelligens eum malũ esse, doluit, cui Christus apparens, ait, non doleas quia non ei, sed mihi uestem dedisti. Ergo (secundùm Hieronymũ in quadã epistola) tribuamus, non quærentes cui, sed quare. Nota. H 5. 10.

¶Alij dicunt, se nõ habere ultra propriam necessitatem, quibus dicendum est, ꝙ necessitas propria in puncto necessitatis pauperum debet esse stricti iuris, ꝙ accipiat ita proprie, sicut potest non cogitans, nec reseruans, nec prouidens nimis in futurũ pro casibus imaginatis (ut prædictum est de hortulano.) Hoc autem satis patet per Ambro. 2. de officijs, ubi etiam pro pauperum necessitatibus docet calices, & ecclesiæ ornamenta esse uendenda. uide. P. 3. 40.

¶Alij propter unum malum omnes 47
de religione illa ab eleemosynis excludunt, quia unus eos offendit. Illi docẽt, qualiter Deus illis ministrabit. Ipsi enim, nec uiuere possunt, nec mori, sine malorum societate, quia nunquam morientur, quin plures mali illa die moriantur, & simul cũ eis ad tribunal etiã in iudicio rapientur, qui ergo omnes de parte sua excludunt, quia aliqui mali cum eis inuenti sunt, docent, ꝙ etiã Deus eos de parte sua expellet, quia mali cũ eis inuenti sunt, sicut patet. I. 10. 17. Sed dicent, nõ eis cõsentimus, nec boni illi de religione illi malo cõsenserunt.

¶Alij retrahuntur timore paupertatis in futuro: quibus, & si dicatur quòd Christus centuplum reddet, illam redditionẽ vellent hic potius videre, & habere, quàm in futuro, similes cuidam, qui ob talem prædicationẽ vaccam cuidam dederat (ut dicitur) sacerdoti, quæ uaccæ sacerdotis ligata, eam ad domum prædicti uiri duxit, qui neutram reddere uoluit, ne sacerdotis prædicationem

Exemplum. 48

dicationem falsificaret, qui sibi centum vaccas promiserat, in cuius solutionis partem unam interim se accepisse, & à Deo missam.

Exemplum. ¶Potius deberent istam solutionem à Deo in alio seculo expectare. Cum quodam, quem quidam episcopus inter saracenos prædicans, ad fidem (ut fertur) conuertit, ad cuius doctrinam omnia sua pauperibus erogauit, quo mortuo filij eius prædictum episcopum ad iudicia traxerunt, dicentes, q̃ patri illorum centuplum, & uitam æternam promisisset, quorum neutrum recepisset. Vnde cum conuenerunt de conuentione fracta. Episcopo vero asserente, quòd totum in alio seculo recepisset, cum aliter dictum suum probare non posset, eos ad patris tumulum ducens, ipsum adiurauit de ueritate dicenda super dicto negocio in nomine Christi. Si (uidelicet) bene solutum esset sibi, an non, qui omnibus audientibus, respondit. Centuplum accepi, & uitam æternam possideo, sed mirum mortuus hoc dicit, & creditur ei, & ueritas idem dicit, & non creditur ei.

49 ¶Alij dicunt pauperes sunt, qui eleemosynas dare prædicant, propter lucrum proprium, sed tamen quilibet bonus pauper, qui hoc prædicat, plus curæ habet animas dantium quàm corpora recipientium, & plus intendit salutem animarum, quàm corporum, quia fames pauperum, & corporum finem habet, & postea non nocet, quid nocet modo Lazaro. (Lucæ 16.) fames, quam tunc patiebatur? Aut quid prodest diuiti illa transacta satietas? Perditio uero animarum finem non habet. Pro illis ergo saluandis eleemosynam dare non despicias. Ecclesiastici 7. Nota. O. 5. 8. Item. P. 3. 33.

Nota pœnam non facientium eleemosynam. P. 3. 41.

¶ Æquitatis. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit nimius rigor, uel nimia remissio cordis, oris, & operis, uberius exprimitur: & quid sit æquitas.*

2 *Omnia Dei mandata sunt æquitas (quoad gentes omnes) vt habeant triplicem æquitatem, cordis, oris, & operis.*

3 *Corde recte credendo, turpia non cogitando, proximo non inuidendo. Ore, non iurando, non iniqua loquendo, uel mandando, & opere, reddendo quæ Dei sunt, Deo, & quæ sunt hominis, homini: recte puniendo, & regendo; exemplo citharedi, atque cantoris.*

4 *Æquitas est cathedra iudicum: sceptrum regum & dominorum, statera mercatorum: Virga Prælatorum. Regula Clericorum, & Promissor Religiosorum, quam tamen multi ex prædictis excludunt.*

Æquitas ex diuino mandato tria regulare debet. Corda, verba, & opera. His enim tribus dupliciter erratur, uel nimio rigore, uel remissione. Nimius enim rigor cordis, est in iniurijs proprijs excessiuas appetere uindictas. Nimia vero cordis remissio, est iniurijs Dei, nec iustas quidem appetere uindictas. Nimius uero oris rigor, est innocentes condemnare. Nimia vero remissio, est nocentes iustificare, uel nimius oris excessus, & inaniter, uel falso iurare, turpia loqui, & huiusmodi. Nimia vero remissio, vbi loqui deberet, peccatores docendo, & reprehendendo, tacere. In persona quorum loquitur. Esaiæ 6. Veh mihi, quia tacui. Nimius vero rigor in opere est

eſt ſe erudeliter uindicare, ſicut pro verbo offenſiuo, uel paruo delicto, verberare, mutilare, & huiuſmodi, vel pro delicto, vel furto facto ſex denariorum, facere, quòd perdat duodecim denarios, (de quo dicetur infra.) Nimia uero remiſſio eſt nocentes non punire, uel (quod peius eſt) ſupportare contra omnes iſtas in bello ſpirituali aduerſitates, miles Chriſti medium inter duo uitia per exceſſum, uidelicet, & defectum eligens. Sumet ſcutum inexpugnabile, æquitatem. (Sapien. 5.) tanquam veritatem, quæ inter omnia uitia mediat. Proprie tamen ſecundùm Hoſti. æquitas eſt media inter rigorem & diſpenſationem. C. de iudi. libr. 3. l. placuit. Hæc autem à Cypriano ſic deſcribitur, æquitas eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata. Et ad ſcutum illud ſumendum ex Dei mandato obligamur. Quia ſicut omnia mandata iuſti regis, uel domini, reſpectu omnium miniſtrorum ſuorum, in quibuſcunque officijs, ei ſeruientibus, ſunt æquitatis, & fidelitatis. Ita omnia mandata tua æquitas (in
2 Pſal. 118.) Quantum ad omnes gentes, ut prædictam triplicem habeant æquitatem.

¶Primo cordis, recte credendo, turpia non cogitando, proximo non inuidendo, tunc ſaluaberis propter iuſtitiam, & æquitatem cordis tui. Deutero. 9.

¶Secundo, ore non iurando, non iniqua loquendo, uel mandando. Exemplo Dei. Malach. 2. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt in labijs eius, in pace, & æquitate ami. meum.

3 ¶Tertio, in opere, reddendo, quæ ſunt Dei Deo, quia æquitatem uidit vultus eius (in Pſal. 10.) Et quę ſunt hominis, homini, recte puniendo, & regendo, ad modum citharedi, qui omnes chordas tam altas, quàm imas, tam magnas, quàm paruas tangit, quando tangendæ ſunt, ſicut patet. C. 4. 6. Et ſicut cantor debet uocem ſuam ducere ſecundùm exigentiam notarum, & omnes notas, ut tangendæ ſunt tangere, tam altas, quàm imas, quàm medias, ſiue in ſpacio ſint, ſiue in regula. Sic dominus iudicat orbem terræ in æquitate (in Pſal. 9.) ſine perſonarum acceptione, quia uirga æquitatis, uirga regni tui. in Pſal. 44.

¶Sicut enim lapis quadratus firmius iacet, & eccleſia fundata ſuper fundamentum quadrata, & æqualia habens latera, fortior eſt, & durabilior. Ita omne ſpirituale ædificium, & communitas fundata & regulata æquitate. De quo, in Pſal. 64. Sanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate.

¶Item ſicut uita, & ſanitas corporalis conſiſtit in debita humorum, & elementorum æqualitate, & proportione, in illa enim corpus viuificatur, ſicut in prædicta triplici æquitate anima viuificatur, quam uiuificationem quilibet iuſtus petit. in Pſal. 42. dicens. Viuificabis me in æquitate tua. Et iterum. In æquitate tua viuifica me. Pſal. 118. Sic 4
ergo rogatus, eam mittit, ut ſit cathedra iudicum, ſceptrum regum, & dominorum, ſtatera mercatorum, uirga prælatorum, regula clericorum, prouiſor religioſorum. Sed (heu) multi Dei mandata ſpernentes, & ſalutem propriam negligentes, eam non admittunt, ſed per ianitores, qui ſubſequuntur, quos in portis ſuis ponunt, eam excludunt. Apud domum iudicum, munera, amor, fauor, & odium. Apud dominos, cupiditas, propria voluntas, ſuperbi, & mali conſiliarij, apud mercatores, fratris dolus, uſura, & periurium. Apud prælatos, & clericos, ignorantia, negligentia, accidia, & luxuria eam excludunt.

¶Apud religioſos uero aliquos ſolummodo ad refectorium admittitur. Ab alijs uero officinis excluditur per nominis, vel ſtatus magnitudinem, per amicorum multitudinem, per expenſarum inæqualitatem, ergo non bene diligitur. Vbi tantum ad refectorium recipitur. Iſtæ enim & conſimiles for-

tunæ obſeruare faciunt regulam Auguſtini, qua dicitur, quòd æqualiter omnibus. Vnde cum quidam prælatus ſubditum ſuum (ut fertur) fratrem vocaret. Reſpondit. Quomodocunque ſit de fraternitate, unum ſcio, quòd tunica tua, & ſcutella tua, & mea, non ſunt ſorores, quaſi diceret. Licet æqualitatem, & æquitatem habemus in nomine fraternitatis, non tamen in uictu, & ueſtitu.

Exemplum. ¶Vnde ad idem fertur, ꝙ cum quidã prælatus religioſus laute, ac ſplendide comediſſet. Ait metrice. Nil proprium, procul hoc uitium, communia quæq;. Quod cum audiſſet quidam de fratribus refectorij. Reſpondit. Sic loquimur, ſed non facimus, non omnibus æque. De iſta æquitatis excluſione conqueritur Deus. Iſa. 59. dicens. Iuſtitia à longe ſtetit, corruit in platea ueritas, & æquitas non potuit ingredi. Nota iſtam autoritatem aliter expoſitam. A. 14. 37.

¶Erubeſcentię. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Erubeſcentiæ triplex eſt, ſalubris, mala, & pœnalis: exemplo Varonis ab Annibale Aphro victi edocemur, quid ſit laudabilis erubeſcentia.*

2 *Quid uero ſit mala, et uituperabilis Erubeſcentia, nonnullis concinnis exemplis recte admonemur.*

3 *Qui mala erubeſcentia erubeſcunt, Chriſti milites eſſe non ualent.*

4 *Iidem ſunt filij ingrati Chriſto patri.*

5 *Quid ſit pœnalis erubeſcentia, exemplo Corui ſatis conſtat.*

6 *Chriſti Religioni deſeruire, omnes ferè noſtra hac tempeſtate erubeſcunt.*

¶Rubeſcentia, eſt triplex. Laudabilis, uituperabilis, & pœnalis. Ar. 1.

¶Laudabilis, & ſalubris eſt, qua quis erubeſcit ſe peccaſſe, vel peccare, qua de præterito peccato erubeſcendo dolet, & à præſenti, & futuro ſe retrahit, & merito deberet Chriſtianus à tam turpi beſtia, ſcilicet, diabolo victus erubeſcere. Ex quo Varro Romanorum conſul (vt in hyſtorijs cõtinetur Romanorum) ab Hãnibale uictus, intantum in tota uita ſua erubuit, & ſe humiliauit, ꝙ omnem honorem refutauit ſibi fieri, intantum, ꝙ nec ſedens, comedere uoluit. Huius ergo exemplo Chriſtiani à diabolo victi, & ad infernum ducti erubeſcite ſuper uijs veſtris. Ezech. 36. 1 Exemplum.

¶Erubeſcentia uero mala, & uituperabilis eſt, qua quis erubeſcit opera, quæ ad Chriſti ſeruitium, & animæ ſalutem pertinent, ſicut confiteri, ſi tanta ſit, ꝙ à confeſſione retrahat. De qua nota. C. 6. 50. Sicut etiam detractorem, iuratorem, & huiuſmodi reprehendere, humilem habitum portare. Aliena uſque ad mendicitatem reſtituere, ſimiles uillico iniquitatis, qui ait. Lucę 16. Mendicare erubeſco. Ar. 2.

¶Iſti, & his ſimiles. Primo ſunt ſtulti, quis non diceret ſtultum, qui adeo corporis infirmi medicinam erubeſceret, ꝙ potius illud perire permitteret, quàm medicinam apponeret? Qui etiam manum erubeſceret lauare, qui erubeſcit eſſe rectus inter claudos, ſanus inter leproſos, & infirmos, ire via recta ad cęlum, ubi alij uadunt in infernum, qui potius erubeſcit paucis diſplicere hominibus, & coram eis inhoneſtus apparere, quàm coram curia cęleſti, quibus dicitur Hierem. 3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere, ſcilicet, ubi erubeſcere debuiſti. Quanto enim illi indecentias noſtras clarius uident. (Sicut patet. A. 25. 17.) tanto plus ante eorum conſpectus 2

conspectus erubescere deberemus. (Sicut patet. 2. 2. q. 144. artic. 3.) ergo erubescite patrem, & matrem, & à præsidente, & potente de mendacio, à principe, & iudice de delicto. Ecclesiastici 41.

3 - ¶Secundo tales non sunt Christi milites. Non enim congrue sub rege militat terreno, qui propter latratum canum facta domini sui dimittit, eiq; obedire contemnit: Ita nec sunt boni Christi milites, qui propter derisorum cachinnos, uel malorum improperia, & detractiones, erubescunt facere, quę ad Dei honorem, & suæ, & aliorum salutem pertinent. Qui enim ad regis curiam rediens, requisitus, quare ei in negocio, pro quo mittebatur, fideliter nō militasset, & se excusaret, dicendo. Non audebam, quia mali, & derisores me deridebant. Ideo potius uolui, illis assimilari derisoribus, quàm tuis militibus, potius socius illorum quàm tuus, & militum tuorum, nonne tota curia illi derideret? & deridendus est, qui quia à leprosis deridetur, vult potius leprosus fieri, quàm regis miles. Sic in proposito, qui habitat in cęlis, irridebit, in Psal. 2. Solus ergo ille, qui Christi militia aptus est, ab eoque honorandus, & coronandus, qui propter Christum malis displicere non timet, qui admonitionem tenet Senecæ. Lætior esto, quotiens malis displices, quia non est aliud laudari à turpibus, quàm si laueris ob turpia, qui dicere potest cum Paulo, non erubesco euangelium. Rom. 1. Non enim confundemini in laude eius. Eccl. 51.

4 ¶Tertio tales sunt Christo patri, scilicet, ingrati filij. Ingratus enim filius est, qui patrem ob paupertatem erubescit, & specialiter ubi pater ille, qui pauper reputatur, thesaurum habet absconditum. Vnde filio copiose prouidet. Talis enim meretur exhibitione patris priuari, sicut ille, de quo fertur, quòd patrem cum bona crumena ad se in scholis venientem, comedere coegit cum pueris, rogans, q̃ eum patrem suum non nominare, sed patris sui præpositum, & villicum, sicut honorem suum desideraret, post prandiū vero patrem ad camera uocans, quæsiuit, si ei pecuniam portasset? portaui, (inquit) seu tibi nec illa, nec alia pro me in æternum ualebit, negasti, & erubuisti me esse patrem tuum, ego negabo, & erubescā in posterum te esse filiū meum. Sic in proposito, qui erubescunt opera, & seruitium pauperis Christi, in effectu & opere eum patrem erubescentes, cui in operibus assimilari nolunt, à quo tantum sufficienter in bonis naturę, & fortunę eximebatur, & quib⁹ maiora promittūtur, quia licet pauper sit, in exteriori apparentia, est tamen diues in deitate. Psalm. 48. Simul in unum diues, & pauper, habens interius in domo cęli thesauros diuitiarū maximos, quia gloria, & diuitiæ in domo eius. In Psal. 111. Qui ergo patrem sic in opere erubescit, eius mandatis obedire contemnens, atque eum non solum inter famulos, uel pauperes pauperem in membris suis comedere facit, sed (quod peius est) eum tam de domo spirituali peccando, quàm de materiali pauperes contemnendo eijcit. De quibus Esa. 1. Filios enutriui, &c. Hos Christus filios suos erubescet, & negabit. Ipso teste, qui ait. Lucæ 9. Qui me erubuerit, & meos sermones, &c. Nota. A. 3.8. Et talis iuste, tam prius à patre datis, quàm promissis, priuabitur; & non solum bonis priuabuntur, sed pęnis pro ingratitudine punientur, & cruciantur, de quibus prædixit. Psal. 30. dicens. Erubescant impij, & deducantur in infernū.

Exemplum.

- ¶In quo notatur tertium, de erubescentia pœnali. Illa enim erubescentia erit eis pœnalis, quando omnibus bonis spoliatis, nudi coram omnibus, & turpes apparebunt, ad modum corui. de quo. A. 12. 36. quando enim aliquis cum diligentia nititur aliquid quærere, & tanquam optimum diligere, & eligere, & in fine malum, & ei nociuū inuenit, uel omnino non inuenit, cum cordis pœna erubescit. Ita qui eligunt,

Ar. 3.

gunt,& quærunt aurum, ſcilicet, & argentum campos, & hortos, tanquàm optima, quando uerificabitur de illis illud Pſal. 75. Nihil inuenerunt (ſupple) in morte, ſcilicet ad eorum ſolatium, ſed pœnam erubeſcunt cum cordis dolore. De quibus prophetauit. Eſa. 1. dicens. Erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis, quibus ad eorum pœnæ augmentum tunc improperari poteſt, tam in curia cœleſti, quàm infernali, illud Roma. 6. Quem fructum habuiſtis in illis, in quibus nunc erubeſcitis.

6 ¶Sed (heu) ad talem miſeriam Chriſtiana uenit Religio, quòd eius ſeruitium, cui ſeruire regnare eſt, quaſi omnes erubeſcunt. Ipſe enim dicit. Opera quæ ego facio, ſcilicet humilitatis, laboris, & bonitatis, ſeruoris, ipſe faciet. Ioan. 14. Sed tamen plus erubeſcunt boni uexillũ Chriſti, quàm mali uexillum diaboli, & plus ueritatem dicere, & uerba pertinentia ad honorem Dei, quàm ipſi falſitatem, & verba allectiua ad malum. Cuius cauſam aſſignat ueritas. Ioan. 12. Dilexerunt gloriam hominum magis, quàm Dei. Et non ſolum ſic ei ſeruire erubeſcunt, ſed (quod peius eſt) ſeruientes crudeliter perſequuntur, intantum, quòd qui non vult in conſpirationibus, duodenis, detractionibus, & periurijs eis conformari, ſicut vulpes uenantur. Et ſic qui receſſit à malo, præde patuit. Eſaiæ 59. eique inſidiatur. Ita quòd Chriſtianę uiuere opprobrium hominum eſt, & abiectio plebis. Sed opprobrium, & blaſphemias non metuatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis, &c. Eſaiæ 51. Ergo ſicut docet prima Pet. 4. Chriſtianus non erubeſcat.

¶ Euchariſtiæ. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Deus in iſto ſpirituali Euchariſtiæ Sacramento nos pauit mirabiliter.*

2 *Hoc Sacramentum infidelibus mirabile videtur, quod ſine ſui diminutione ab omnibus ſumi poteſt; & eorum error, & deceptio liquidò pateſit.*

3 *Admirantur infideles etiam, quomodo unum & idem Sacramentum eſſe poſſit in cunctis mundi ædibus, & aris, ſimul, & ſemel.*

Et idem poſſit eſſe, quod continuè ab eccleſiæ Chriſtianæ primordio uſque modo ſumitur; quorum nempe errorem, & infidelitatem exemplis, & ſcripturis è medio tollere exuitur.

4 *Inſuper admirantur Crucis hoſtes, & inimici fidei; quomodo Deus magnus contineri poſſit ſub parua panis quantitate, & portione.*

5 *Exinde admiratione ambigunt, quo modo poſt conuerſionem panis in Chriſti corpus, ibi permaneant panis ſapor, & color.*

6 *Admirantur identidem infideles, quomodo in hoc Sacramento; cum Deus, & homo glorioſus ſit, manibus collidatur, & frangatur; ac dentibus conficiatur atque mandatur.*

7 *Etiam admirantur, quare Deus ipſe cunctis potens in hoc Sacramento morando & cohabitando, quotidie ab eius cernicoſis hoſtibus ſumi permittit.*

8 *Admirabiliter prædicti infideles ſciſcitantur, cur Deus ſeipſum ob eorum emolumenta, damnificare, & coinquinare vult, & finit; quod ſtatim contingit, cum ab improbis ſumitur, & comeditur.*

9 *Mirantur tandem fidei, Crucisq; inimici, quomodo Sacramentum iſtud, in ſeipſo idem manens, in recipientibus tantam producat diuerſitatem; quòd alter vitam, & alter mortem inde acquirat.*

10 *Sacramentum Eucharistiæ potenter fideles depascere exemplo accommodo declaratur.*

11 *Sacramentum hoc in Pixide reseruatum ab Inquisitore, potenter eiecit Dæmonem, qui nube quadam igni appositæ callidè faciebat, ne hæreticus quidam igni adiudicatus triduo cremaretur.*

12 *Veraciter hoc Sacramentum nos pascere, quibusdam appositis exemplis exprimentibus illud prænalere contra falsas Dæmonum illusiones, facile demonstratur.*

13 *Exemplis longè pulchrioribus nos commonefacit Auctor, hoc Sacramentum fideles Reuerenter depascere, atque nutrire.*

14 *Exemplis pluribus indicatur, idem Sacramentum nos vtiliter alere, atque fouere.*

15 *Christi corpus acceptum à bellatoribus liberat eos ab inimicorum periculis; & à pœnis liberatos recreat, fouet, & roborat, vt fortius pugnare, & dimicare iustè possint, & conualescentes mirificè reficit.*

16 *Exemplis lectu non indignis, copiosè ostenditur, sacræ hostiæ immolationem, & oblationem corporis Christi, defunctorum animabus prodesse easque ab atrocibus Purgatorij pœnis sanè liberare.*

17 *Eucharistiæ Sacramentum ad gaudia æterna dignè suscipientes perducit.*

18 *Omnibus Christi fidelibus ei bene & fideliter seruientibus, datur sacra hostia veluti arra gloriæ, & custodia hæreditatis cœlestis.*

19 *Delectabiliter nos deposcit Eucharistia.*

20 *Triplici exemplo probari potest causa, quare nonnulli istam immensam Eucharistiæ dilectationem minimè percipiant.*

21 *Rationabiliter nos poscere Eucharistiam exemplis clarioribus patet.*

22 *Quare Deus seipsum præstare communicantibus potius voluerit, quàm aliquid aliud, duplex causa addnci potest: altera, ex parte Dei & altera ex parte nostri.*

23 *Causa ex parte nostri, est nostra ingens vtilitas.*

24 *Christus in hoc Sacramento Eucharistiæ, potius sub panis forma quàm hominis, vel carnis, nobiscum commorari, & manere sibi placuit; vt duplici nos vtilitate uinaret.*

Primò nostra Communione.

Secundo fidei nostræ augumento, & merito.

25 *Christum infidelibus sub pueruli, uel carnis forma sese aliquando ostendisse, quampluribus elegantibus exemplis nobis ob oculos ponitur.*

26 *Exemplum cuiusdam heremicolæ credentis ex simplicitate in sacra hostia adesse Christi corpus tantum in signo; cui de hoc cum socijs decertanti, & altercanti, Christus inter Sacerdotis manus sub carnis forma mirabiliter apparuit.*

27 *Dedecet profectò, quod conuersio, uel ostensio talis, quæ paucorum credere nolentium est priuilegium, euadat lex communis, sed solum propter communionem, & fidei meritum.*

Et Christus sub panis albi & rotundi forma duntaxat, non immerito quidem eum accipientibus se præbere voluit.

28 *Priusque hæc sacra Eucharistia sumatur, necessaria est primo fides.*

29 *Multi (proh dolor) assimilari enixè quærunt non Pitagoræ discipulis, vel viris Sanctis, sed proteruis Iudæis, qui videntes manna de Cœlo datum, dixerunt admirantes potius, quàm venerantes, Manhum; quod significat, quid est hoc?*

30 *Secundo ante susceptionem huius Sacramenti; Mundiciam morum; & vitæ sanctimoniam nobis magnopere expedire, vberius constat & figura illa Hebræorum de esu, è comæstione agni, & hominum moribus, & ratione.*

31 *Operandum prius est, & elaborandum*

circa animæ ſanctificationem ; quàm ad communionem accedamus , ſicut tunc docuit Deus ipſe , quando Adam in Paradiſo collocauit.

32 *In Curia Dei , & Eccleſiæ prius uocamur ad lauandum, & poſtea ad comedendum ; ſicut fieri ſolet etiam in omni bona Curia.*

33 *Nolentium ſe ante ſacri receptionem præparare , vel poſtea expellentium à corde Chriſtum , ſumma & immenſa eſt ingratitudo.*

34 *Expellentes, & fugantes Chriſtum à domo eorum animæ ſtatim die Lunæ poſt Paſca non ſolum ingratitudinem contra Deum ipſum. ſed etiam apud mundum inurbanitatem quandam omnibus præ ſe ferunt.*

35 *Qualis pœna, & quod periculum ingratis , & inhumanis , & indignis talibus immineat , exemplis inſignibus commoſtr. tur.*

36 *Exempla horribilia auditu contra homines ficlè reconciliatos & placatos , & tali diſcordia accenſos ad communionem aduentaſſe non ab re præponuntur.*

37 *Exempla vindictæ ſingularia quorundam , à Deo punitorum à ueteri teſtamento decerpta , & etiam noui , pro Chriſtianorum timore copioſius apponuntur.*

38 *Cunctí Chriſti fideles , tum ex Dei præcepto , tum etiam ex eccleſiæ ſtatuto ſaltim ſemel annuatim , & peccata ſua Sacerdoti pandere , & Euchariſtiam in Paſcatæ reuerenter ſuſcipere, expreſſe tenentur.*

39 *Pacta à nobis cum Deo ante eius receptionem ad altare facta fuerunt , id genus , vt nos ab omni delicto impollutos cuſtodiamus ; & mundi maneamus , & aliena proximis noſtris reddamus . Quæ quidem pacta obſeruare , & exequi teneamur pluribus egregijs exemplis approbatur.*

40 *Multis ſacræ Scripturæ inſignibus auctoritatibus , quæ ab Eccleſia allegantur , & in Paſcatis Vigilia , & in die Paſcatis ante , & poſt prandium , non ſit ; omnes Chriſtianos ab omni lapſu , & labe lethali expurgandos , & Chriſtum in communione ab eis ſuſcipiendum.*

Et quid ſit Euchariſtiæ Sacramentum , tandem edocemur.



Vchariſtiæ Sacramentum eſt Spirituale conuiuium , in quo datur omne bonum. De quo dicitur. Exodi 33. Oſtendam tibi omne bonum : Circa quod primo oſtendere reſtat , quomodo Deus in iſto ſpirituali conuiuio omni bono pauit nos , mirabiliter . Secundo , potenter . Tertio , veraciter . Quarto , reuerenter . Quinto utiliter . Sexto, delectabiliter. Septimo , rationaliter . Octauo, quòd digna præparatio huius ſuſceptionem præcedere debet . Nono , non ſe præparantium ingratitudo . Decimo, ruſticitas . Vndecimo , periculum . Duodecimo , periculum non ſuſcipientium ad minus infra annum. Tredecimo , quomodo ſuſceptus cuſtodiri debeat . Decimoquarto, themata inſerenda ſunt ad materiam , de qua agitur conuenientia.

¶ Primo enim patuit nos mirabili- Ar. 1.
ter , propter multa mirabilia , quæ circa hoc concurrunt Sacramentum , quæ tamen quantum ſunt extranea , incredibilia , uel mirabilia , non credentibus tantum ſunt congrua , & rationabilia recte credentibus , & Sacramenti rationem conſiderantibus . Primo enim infidelibus mirabile uidetur , quomodo natura panis , & uini poteſt conuerti in carnem , & ſanguinem Chriſti per uerba à ſacerdote dicta . Sed hoc eis mirabile eſſe non deberet , ſi alia non ſolum Dei , ſed etiam inferioris naturæ opera conſiderarent , virtute enim Solis , & planetarum , & elementorum , natura humorum ,

Digitized by Google

humorum, quæ eſt circa vinearum radices, conuertitur in vinum, & virtute naturæ humanæ panis, & potus conuertitur in naturam carnis, & ſanguinis humani: Qui ergo iſta uident, & concedunt, quare etiam à fortiori ratione non fatentur, quòd virtute potētiæ ipſius Dei infinitæ, natura panis, & vini cōuerti poſſit in naturam Chriſti? Ex quo enim uirtutem inferiorem, & finitam hanc mutationem facere poſſe concedunt, per potētiam naturalem, quam Deus eis dedit, neceſſario ſequi videtur, quod concedant, quòd Deus uirtute infinita, naturas mutare poſſit, qui non tantum alijs dedit potentiæ, quin plus ſibi reſeruauit. Illa ergo mutatio non fit uirtute ſacerdotis ſed uirtute uerborum Dei, qui teſte Pſal. 32. Dixit, & facta ſunt: Qui ergo uerbo ſuo omnia fecit de nihilo poteſt etiam uerbo ſuo vnam mutare naturam in aliam dicēdo, hoc eſt corpus meum. Matth. 26.

1 ¶Secundo mirabile videtur infidelibus quomodo hoc ſacramentum ab omnibus ſine ſui diminutione ſumi poteſt, & ex iſta rudi, & inepta conſideratione decepti, in tali etiam infideles, quòd blaſphemando dicunt, quòd ſi Deus Chriſtianorum fuiſſet, ita magnus, ſicut maximus mons diu totaliter eum comediſſent, ſed cæci ſunt ſuæ infidelitatis malitia execati, neſcientes, vel intelligere potius nolentes, quòd hoc ſacramentum Deus eſt. Et Deus ſpiritus eſt, & ſpiritus eſt Deus Ioan. 4. Spiritus autem, vel res ſpiritualis non eſt minor in ſe, nec in ſingulis participantibus, quòd à pluribus percipitur, ſicut patet de ſapientia, ſcientia, lectione, prædicatione, odore, voce, & huiuſmodi, quæ non ſunt in ſe peiores, nec minores, quòd à multis recipiuntur: hoc etiam patet in re magis corporali, ſicut de Sole, qui ſine ſui diminutione ab omnibus percipitur. Et de candela, cuius lumen non minuitur ex hoc, quòd multæ candelæ de illa lumen recipiunt, hoc etiam inuenimus in ueteri teſtamento, quòd ipſi Iudæi nobiſcum recipiunt, quod videlicet Helyas propheta, & uidua, & filius eius comederunt multis diebus de pugillo farinæ, & lechito olei ſine eorum diminutione. Sicut patet. 3. Regum. 17. Idem etiam legitur in nouo teſtamento. Matth. 14. & 15. & Marci. 6. & Lucæ. 9. & Ioan. 6. quòd videlicet circa quinque milia hominum comederunt de paucis panibus, & piſcibus, ſine illorum diminutione, quia plus fuit de reſiduo, quàm primo appoſitum: Inſani, nonne credunt Deum tantæ eſſe bonitatis, & uirtutis, & potentiæ modo, quantæ fuit tunc. Aut, q̄ Deus, qui cura habet de ſuorū fideliū ſalute, nolit tm̄ oſtēdere miraculū pro tota ſua eccleſia, eccleſieq̄, ſacramento, & vita ſpirituali omniū bonorū Chriſtianorum quantam oſtēdit pro vidua, & vita eius, & eius filio in pugillo farinæ: Qui ergo concedunt illos, illis, videlicet, pugillo, & oleo vſos fuiſſet illaq̄; in eorum mutaſſe naturam ſine illorum diminutione, concedant nobiſcum, quòd nos vti poſſumus Deo, qui eſt potentior, & copioſior illo pugillo, illum nō mutando in naturam noſtram, ſine ſui diminutione. Si em̄ cōcedunt, quòd illud conſumitur mutatur, & in aliud conuertitur ſine ſui diminutione, à fortiori ratione concedere deberent, quòd iſtud ſacramentum, quod nō conſumitur, nec in aliud mutatur, ipſo teſte Malach. 3. Ego (inqt) dominus, & non mutor: & Auguſtinus in lib. confeſſumentem corpus Chriſti in perſona Dei alloquitur, dicens. Non tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.

¶Tertio admirantur quomodo vnū 3
& idem ſacramentū eſſe poſſet in omnibus mundi eccleſijs, & altaribus ſimul & ſemel, quomodo etiam idem eſſe poſſet, q̄ à principio eccleſiæ Chriſtianorum vſq; ad diem iſtū continue ſumitur. Et ex iſta infideli cogitatione adeo errāt, quòd dicunt nos plures

adorare

adorare Deos, non reputãtes poſſibile, quòd idem totiens,& in tot locis recipi poſſit. Iſtorum verò infidelitas conuincitur tam exẽplis,quàm ſcripturis,quas ipſi nobiſcum recipiunt. Iſtud enim ſacramẽtum Deus eſt,Deus verò eſt,maioris potentiæ, & in pluribus locis, & tẽporibus idẽ, quàm quæcunque creatura. Si ergo vna & eadem creatura, videlicet,Sol vnus,& idem ſit modo, qui fuit à principio mundi, & ſimul, & ſemel per totum mundum in oculis receptus videntium, & ſemper ad noſtrã vtilitatem communicatus, & datus. Et vna poteſtas in duobus iudicibus. Et vna ſententia in duobus libris. Et vna vox præconis, vel prædicatoris in auribus plurium. Et vnus ſonus campanæ per totam ciuitatem ſub diuerſis tectis, & receptaculis. Quid mirum eſt, quòd Deus,cuius magnitudinis non eſt finis (in Pſal.144.) ſit, & fuerit ab eccleſiæ ſuæ exordio,verus Sol iuſtitiæ ad ſuorum illuminationem, idem ſub diuerſis hoſtijs,in pluribus locis,& temporibus,idem in cœlo,& in terra, in carnis ſpecie,quam de virgine ſumpſit, & in panis ſpecie, in qua ſe nobis contulit, vnus,& idẽ in hoſtia,& calice ſub ſpecie vini. Aliter tamen,quia in hoſtia eſt corpus Chriſti ſacramentaliter per cõuerſionem, ſanguis per cõcomitantiã, anima per cõiunctionem, & deitas per vnionem,tota trinitas per idemptitatẽ. Nota.M.3.14.

¶Sub ſpecie verò vini eſt ſanguis ſacramentaliter per conuerſionem, caro per cõcomitantiã,anima per coniunctionem,deitas per vnionem, tota trinitas per idemptitatem. Ratio prædictorum eſt, quia non poteſt eſſe caro viua ſine ſanguine,& anima, nec ſanguis viuus ſine carne,& anima. Deitas, verò carnẽ & ſanguinem, quæ ſimul aſſumpſit,nunquàm dimiſit.

¶Sicut ergo cognitio, & ſapiẽtia doctoris,mediãte voce ſenſibili,fit cognitio multorum auditorum, non minus tam apud magiſtrum, quàm apud diſcipulos manens. Ita patris ſapiẽtia increata, mediante carne ſenſibili, facta eſt ſapientia multorum, eadem manẽs apud patrem,& in carne ſenſibili,& in mentibus fidelium. Et ſicut verbũ mẽtale ſcripto, uel uoce ſenſibili, multis locis, & cordibus communicatur, cibusq; multarum efficitur animarũ, teſtimonio verbi incarnati. Matth.4.Nõ (inquit) in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo, &c. Sic verbum patris (de quo Ioan.1.In principio erat verbum) mediante carne ſenſibili, quando uerbum caro factum eſt. (Ioan.1.) Et mediãte pane uiſibili, ſub quo quotidie ſumitur,fit cibus multorum. Ipſo teſte Ioan.6. Caro mea verè eſt cibus totiq; mundo, quantum in eo eſt communicatur,& datur.

¶Et in omnibus eccleſijs idem eſt, qui colitur, adoratur, & ſumitur. Nec mirum,quòd in omnibus eſt eccleſijs, qui ubique eſt,ipſo teſte,qui ait. Hiere. 23.Cœlum, & terram ego impleo: & Eſa.vlti.Cœlum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedum meorũ. De quo etiã propheta dicit,in Pſal.138.Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero, ad infernum, ades. In infernum ergo viuentes deſcendant,qui Deum ibi eſſe concedunt, & in ſacramento eccleſiæ eum eſſe negant.

¶Quarto mirantur, quomodo ille, 4
de quo dicit.Pſal.144.quòd eſt magnus dominus, cuius magnitudinis non eſt finis, poteſt ſub parua panis contineri portione,quibus reſpondetur, quòd ille,qui ſub hoſtia continetur,quantum ad ſuam deitatem ſpiritus eſt, quãtum verò ad ſuam humanitatẽ, homo glorificatus eſt. In quantum verò ſpiritus eſt, vbi vult ſpirat. (Ioan.3.) ſiue in paruo ſiue,in magno loco. Inquantum verò glorioſus eſt,moratur,& eſt,& habitat,vbi vult,& ſicut ei placet, ſiue ſub maiore,ſiue minore panis ſpecie. Ille ergo,qui ſepulchro clauſo ſurrexit, & ianuis clauſis intrauit,non occupando locum,ſicut verbum exit, & intrat cor dicentis,& audientis, poteſt etiã pariter occupare hoſtiæ locum, quia in ſacramento

mento panis factus est locus eius. Illa ergo gloria in se infinita, nunc apparet in hostia Christianis, quæ aliquãdo apparuit in nube Iudæis. Apparuit gloria domini in nube. Exodi 16. Stulti enim sunt, qui æstimant eum habere in nube, vel in animabus suis immundis, & eundem habitare in hostijs mundis negant.

5 ¶Quinto mirantur, quomodo post conuersionem panis in corpus Christi, cum nõ remaneat ibi natura panis, sed Deus, quomodo remanent ibi sapor, & color panis. Ex his enim intantum decipiuntur, quòd nihil aliud credẽt ibi esse, nisi panem, quem color ille repræsentat. Quibus respondetur, quòd sicut color parietis remanet in veste, & odor pomi, & speciminum, in manu post pomi amotionem, & absque pariete. Ita in hoc sacramento remanet sapor, & color panis, absque natura panis. Et sicut anima pulchra quandoque sub turpi absconditur corpore. Et corpus pulchrum sub exili habitu, & potentia, & virtus lapidis precioſi quandoque sub simplici colore. Et aurũ, & lapides precioſi sub vili capsa, & sanctissimũ Dei tabernaculum sub sagis de pilis caprarum. Exod. 36. Sic in hoc sacramento Dei virtus, sapientia, & fortitudo absconditur sub specie paneitatis. Ibi em̃ abscondita est fortitudo eius. Abach. 3. quam absconsionem prophetauit, Esa. dicens, verè tu es Deus absconditus. Esa. 45. Qui ergo nobiscum concedũt, quòd in tot rebus prædictis nobilior sit natura, & uirtus contenta, quàm color continens p̃tendat, vbi nõ est maxima de absconsione vtilitas, quare idẽ nobiscum non concedunt, in hoc benedicto ac sancto ecclesiæ sacramento, vbi maxima est absc̃sionis utilitas (sicut patebit infra eod. c. artic. 7.) Et qui Deum in prophetis, & scripturis suis absconditum, prædicant nisi necessariorem, & utiliorem modum absc̃sionis allegare sciuerint, hunc absconsionis modum nobiscum concedant. Intelligentes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi, à seculis in Deo. Ephe. 3. Sed, heu, erat uerbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant. Lucæ 18.

¶Sexto mirantur, si verum sit, quòd 6
sit Deus, & homo gloriosus, qui sub panis specie continetur, quomodo frangitur cum manibus, masticatur cũ dẽtibus. Quibus respondetur, quòd sicut contentum sub panis specie, oculis corporeis minimè uidetur. Ita nec manibus, aut dentibus frangitur, uel lacerarur. Quia sicut uisus, & tactus Isaac defecerunt in cognitione Iacob. Gen. 27. nõ autem auditus: quod patet per hoc, quod ait vox quidem uox Iac. &c. Ita in isto venerabili sacramento, cæteris sensibus deficientibus, auditus nõ deficit. Ille, videlicet, de quo Roma. 10. Auditus autem per uerbum domini, fidelis em̃, & Christi cognitio ex tali auditu, causata ostẽdit, quòd sicut corpore humano minutim, in paruas minutias fracto, & à bestijs consumpto, & comesto, nõ partitur in Dusta anima i illo corpore contenta. Sed tota integra etiam post corporis consumptionem manet, ita confracta, & consumpta illa hostia. Deus manet integer, qui sub hostia cõtinebatur.

¶Et sicut fracto speculo ĩ plures partes nõ frangitur faciei similitudo, quæ in eo relucet, sed in qualibet particula integra ostenditur. Sic fracta hostia Dei filius patris sui similitudo non frangit, sed integer manet sub qualibet panis particula, vt sic de hac hostia verificetur, quòd de huius hostiæ figura præceptum fuit. Exo. 12. Nec os illius confringetis.

¶Septimo mirantur, cum si tam potens Deus, quòd possit se ab inimicis suis custodire, quare uoluit, quandoq; à Iuda, & à Iudæis capi, & occidi? quare vult etiam modo ab inimicis suis peccatoribus sumi? Et hoc errore decepti quidam blasphemantes, dixerunt, eum non esse Deum, quidam uerò eũ Deum fatentes, dixerunt, quòd statim quando labijs tangitur peccatoris, auo-

lat

lat Chriſtus, & remanet panis. Quibus reſpondetur, quòd ſicut ita uerus agnus eſt, qui deuoratur à lupo: ſicut qui comeditur à propheta. Et ita verum aurum, & argentum recipitur in loculo peſſimi vſuratij, uel furis ſicut boni Chriſtiani, hæc enim ſuas nõ mutant naturas propter recipientium malitias. Eſt tamen in ciſta mali ad ſuũ ſuſpendium, & damnationem, ſed in arca boni ad auxilium tempore neceſſitatis. Ita in propoſito, ita uerum ſacramentum recipit Iudas, ſicut Petrus, & recipit nunc peſſimus, ſicut optimus: licet ad alium, & alium effectum, (ſicut infra patebit.) Non enim propter malos ſuam mutat naturam, ille, apud quẽ non eſt tranſmutatio. Ia.1. Nec mirum debet eſſe, quod vult à malis Chriſtianis ſumi, qui voluit à perfidis Iudeis capi, & occidi, & crucifigi, ad crucifigẽtium vtilitatem quantum in eo fuit. Sic dum à malis ſumitur, vt eos ad bonum reuocet, ad eorum, quantum in eo eſt, ſumitur vtilitatem. Magna enim ratione deberent à Dei inimicitia ceſſare, quando cogitarent, quàm pius & benignus eſt, quòd non obſtante, quòd inimici eius ſint, ſe tamẽ eis offert. Si Rex offerret ſe inimico ſuo, apud quẽ nihil demeruit, ad faciendum de eo, qđ uellet, & ad obtinendum de eo, quod petere uellet, nihil aliud, quàm pacem, nimis eſſet inhumanus qui inimicari nõ ceſſaret. Sic in propoſito, illi, quibus ſeipſum offert, dicens. Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum. (Mat.26.) quaſi diceret, nõne uos creaui, redemi, hucuſque gubernaui, multa bona naturæ & fortunæ dando. Poſtremo etiã meipſum vobis do: quid amplius vobis facere debui? Et tamen cum multa ſint iſta, nihil aliud à vobis pro omnib⁹ iſtis requiro, niſi quòd me diligatis, & nõ peccetis, boni ciuus ad boni trahuntur augmentum, tali cogitatione amoris, quam timoris. Sed (heu) multi nec trahuntur amore munerũ, cum Chriſtianis, nec timore cũ Iudæis, ij, cum hominibus non flagellabũtur, in Pſal.72. Sed cũ dęmonibus in inferno.

¶Octauo mirantur qđ propter prædictas vtilitates vult ſeipſum damnificare: & inquinare, quod facit, cũ à malis recipitur. Sicut (inquiunt) liquor in uaſe immundo receptus ſordidatur, & damnificatur. Ita hoc ſacramentum. Quibus reſpondetur ꝙ ludus iſte ſic diuiſus eſt inter Chriſtum ſumptum, & peccatorem ſumentem, quòd etſi irreuerentia ſit Chriſto, manet tamen in faciente, ſicut honor in honorante, tota uerò ſordidatio, & damnum ſit ſumenti, & non Chriſto: Quia, ſicut Sole lucente cum calore ſuper ſimarium, ipſum ſimariũ plus fœtet, ſed ex hoc Sol non fœtet, nec remanet in eo damnum, aut fœditas aliqua: Infirmius etiã indiſcrete Solis calores recipiens, vnde mortem incurrere poteſt abſq; Solis damno. Ita iſte Sol iuſtitiæ, Chriſtus lucens ſacramentaliter, & receptus ſuper ſimarium diaboli, & inferni, id eſt, ſuper animam peccatoris, ipſum amplius fœtet, quia magnum addit peccatum, ſed in ſe maculam non trahit, qa dicit canon, ꝙ ſacramẽta, ſicut nec Sol à locis immundis, per quæ tranſit, inquinatur. Ita nec ipſa à ſumentibus inquinantur. Diſt.19. ſecundum.

¶Ipſe tamen infirmus indiſcrete huius Solis calores, & tam precioſum, & delicatum cibum contra infirmitatis ſuę ſtatum recipiẽs, ſeipſum interimit. Cuius periculum figuratiuè prædixit Chriſtus Mar.2. Nemo ſupple, ſapiens mittit vinũ nouũ ĩ vt res ueteres. i. ſacramẽta in aĩas vilitate peccati ueteres, quia vinum effunditur, quia ſacramẽta ad huiuſmodi ſalutem non remanebunt, & vtres peribunt, id eſt, male recipientes. Quod patet. 1.Cor.11. qui manducauerit panem, & biberit calicẽ domini indigne, reus erit corporis, & ſanguinis dñi. Gloſa, id eſt, ac ſi Chriſtum occiderit, punietur, nec mirum: quia magnum cõmittit delictũ. Quod quidem ſic plangit Bernard. heu (inquit) quàm temerarium, quamque nefarium eſt cruentatis manibus tra-

ctare

ctare virginis filium, quis auditus sustineret aurium? quis oculus non confunderetur ad intuitū, quæ mens non raperetur in excessum: ubi mundi precium mittitur in sterquilinium? nō est minus detestabile in os pollutū: quàm in lutum mittere virginis filium: Mūdamini ergo, q fertis vasa dñi. Esa. 53.

9 ¶Nono mirantur, quomodo hoc sacramentum, cum in se sit idem, in recipientibus tantam habeat diuersitatem, q aliqui inde uitam, aliqui mortē recipiunt? Quibus respondetur, quòd causa diuersitatis est ex parte recipiētium, quia sicut cibus corporalis in se fortis, & bonus à sanis sumptus, eos reddit fortiores. Idem uerò cibus ab infirmis sumptus eos occidit. Sic iste cibus (de quo Ioan. 6. Caro mea uerè est cibus) bonis sumitur ad gratiæ augmentum, & ad vitam. (Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet inæternum.) Malis uerò ad mortem, sicut patet, de Iuda, qui postquàm malè hoc sacramētum sumpsit, statim nouo peccato, & maiori quàm prius fecerat, Christū Iudæis tradendo, & seipsum suspendendo, peccauit. Quia sicut cibus fortis ab infirmis acceptus eos ad infirmitates grauiores, vel ad mortem ducit. Vnde Chrysosto. super Matth. Homil. 5. Sicut (inquit) corporalis cibus, cum ventrē inuenerit aduersis humoribus occupatum, magis nocet, & nullū præstat auxilium. Ita & iste spiritualis cibus, si aliquem repperit maligitate pollutum, magis eum perdet, non sua natura, sed accipiētis uicio: Sicut enim in Iuda diabolus post sacramēti susceptionem maiorem accepit potestatem. Ita & in istis, ut ad maiora peccata, & ad inopinatas ducat confusiones, patet ergo, quod licet ægris, & sanis sit sana refectio panis. Sed Christi panis, nō est sanus, nisi sanis. Probet ergo seipsum homo, supple an sanus sit, uel infirmus. Et sic de pane illo edat, & de calice bibet prima. Cor. decimoprimo. Nota. M. 11, 32.

Artic. 2. ¶Et non solum mirabiliter (vt dictum est) sed etiam potenter patit nos Deus, quia tanta est sacramenti istius sublimitas, q angeli boni ei seruiunt. Tantæ uerò potentiæ est, quòd angeli mali inuiti ei subijciantur. Quod ostēditur per hoc, quòd prædicante sancto Petro martyre in partibus Italiæ, contigit eum aliquando declinare ad domum domini cuiusdā villæ cuius subditi erant hæreticæ prauitate infecti, qui semel occulto sub sigillo secreti, domino suo aliam persuaserunt fidem, promittentes, quòd eum, sicut tenebantur, pro bono suo præmonerent. Qui respondit, quòd si aliam fidem meliorem sciret, libenter eum reciperet. Cui illi, nōne crederes beatę Mariæ dicenti tibi, quòd alia melior sit? imo (inquit.) Cui illi promiserūt, quòd die crastino ipsam super hoc audiret, habuerunt enim diabolum eis intantum familiarem, quòd in ipsius similitudinē transformatus, se eis ostendebat. Cum eis ergo ad ecclesiam illorum ueniens, & ipsum in forma prædicta uidens, quasi iratum contra eum, uix precibus illorum victus, eum recepit præcipiens, q doctrinæ illorum obediret. Ad quem sanctus Petrus postea veniens, & vultum eius mutatum uidens. Vix ab eo causam scire potuit. Cui finaliter totum aperuit, sperans sanctum Petrum etiam ad errorem illorū ducere, qui promisit, quòd si beata virgo Maria ei aliam ostendere vellet fidem, eam ex corde profiteretur, dominus uerò promisit, quod in crastino ipsam audiret. Qui mane surgens, duas consecrauit hostias, vnam secum, & in pixide honeste reseruās, cum qua cum alijs coram diabolo ueniens, ab eo prius dure reprehensus, quòd seruos suos persecutus fuisset: Et ideo, nisi esset mater misericordiæ, cum minimè ad misericordiam reciperet. Tunc beatus Petrus pixidem extraxit, dicens, si mater eius es, adora hic filium tuum, quia inquantum Deus est, maior te est, & eum adorare teneris, qui statim euanuit, fœtorem maximum post se dimittens.

Exemplum.

Et sic

Et ſic iſtius ſacramenti potentiam, diabolus eſt fugatus, & dominus prædictus ad veram fidem reuocatus.

Exemplum. ¶Idem oſtenditur per hoc, quòd hiſtoriæ, quædam cõtinent, quaſi de quodam hæretico igni iudicato, quẽ diabolus duobus diebus ab incendio liberauit quia, quando in igne ponebatur, nubem adduxit, & ignem extinxit, populus uerò eum ſanctum acclamauit, & inquiſitorem, qui eum condemnauit, combuſtione dignum: Inquiſitor uerò periculum uidens fidei, die tertio miſſam mane celebrans, vnam hoſtiã conſecratam in pixide reſeruauit, & inter diabolum cum nube ſua ſolito venientem, & ignem, pixidem tenuit. Diuertenti uerò, ut per aliam partem igni appropinquaret, occurrit, & pixidem interponit, uſque miſer ille eſſet combuſtus: Patet ergo, quòd ſacramentum hoc magnum eſt. Ephe. 5.

Artic. 3. ¶Tertio pauit nos ueraciter, quia cũ potentia ueritate nunquàm læſit, more potentium ſeculi, ſed aduerſarios, falſitates, & illuſiones denudauit. Valet eñ hoc ſacramentum veritatis contra omnes dæmonum falſas illuſiones, quod patet per hoc, quod quædam hiſtoriæ habent, ꝙ quidam hæreticus fecit diabolum venire in forma cuiuſdam ſancti, quem populus petere uellet, ad ſuæ erroneæ doctrinæ confirmationem, ſemel ergo ſacerdos quidẽ corpus Chriſti ſecum ad locũ, ubi errores ſuos docuit, portans, diabolum in forma beatæ Mariæ virginis apparente, fugauit.

Exemplum. ¶Idem patet per hoc, ꝙ fertur, quòd quidam ſacerdos quandam perſequẽs, pro ſua correctione ſortilega, vno die citatur à quodam ignoto ad reſpondẽdum de iuiuria tali facta mulieri, corã rege illorum, in nemore ibi iuxta. Ipſe verò corpore Chriſti accepto nemus intrauit, & pulcherrimã, vt videbatur, curiam inuenit, & regem cum familia ſua prandentem, à quo cũ dure increpareturꝫ pixidem extraxit, & tota illa ſocietas euanuit, & ſeipſum inter condenſas inuenit ſpinas.

¶Ad idem de quodam alio heremita, qui ad ſuæ doctrinę confirmationẽ, idem, vel aquam, vt fertur, intrare, & illæſus dęmonum auxilio exire ſolebat, ſacerdos igitur quidam corpus Chriſti ſecrete portans, rogauit, ut furnũ intraret ardentem, quòd cum feciſſet, ipſe cum pixide ante os furni poſuit ſe, & cum miſer flammas ſentiret, & adiutorem ſuum vocaret, vox ab omnibus audiebatur, non poſſum venire, quia fortior ante furnum me impedit, & miſer comburebatur, qui moriens dicere potuit. Vetè dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebã. Gen. 28. ſicut illi Magi, qui impediti ne amplius illuderẽt, dixerunt, digitus Dei eſt hic: Exod. 8. Exemplum.

¶Quarto nos pauit reuerenter, quia non minori cibo, quàm ſeipſo, cui maxima legitur reuerentia exhibita, non ſolum à ſanctis, ſed etiam à brutis: De ſancto enim Ludouico quondam rege Frãciæ legitur, quòd equitãdo per villas, & ciuitates iuxta eccleſias, capellã cũ caputio deponere ſolebat, & caput verſus eccleſiã humiliter inclinare, qđ cum ſemel obmitteret, quidam ſecretarius ſuus extra uillam quæſiuit, quare bonam conſuetudinem obmiſerat, quia (inquit) illud non eſt ibi, propter quod hoc facio, videlicet corpus Chriſti. Ille verò admirans, & rei ueritatem ſcire volens, ad eccleſiam redijt, & inuenit, ꝙ ſacerdos tot infirmos cõmunicauerat, ꝙ nullam hoſtiam cõſecratam in eccleſia dimiſerat. Arti. 4. 13 Exemplum.

¶Quidam etiam magnus archiepiſcopus narrauit ſe uidiſſe, & loco interfuiſſe, ubi quidam ſacerdos ad infirmum vocatus propter viam lutuoſam incaute cum corpore Chriſti, lignipedes aſcendit, qui in profundiori luto totius villę cecidit. Et eu chriſtia ex caſus impetu euolauit in lutum miſer ſurgẽs dolens, & eiulans, quæſiuit, & non inuenit, concurrunt multum, nec inuenerunt. poſtremo ſacerdos in lutum ſe proiecit, clamans protenſis manibus, & dicens. O bone Ieſu, propter tuam bonitatem dimitte mihi hanc iniquitatem, Exemplum.

tem,& hoc promitto, quod nunquàm de luto isto surgã,vsque te mihi ostenderis,& vsque te inuenero. Tãdem respiciunt herbam pulcherrimam de luto crescentem quandam grosliciem in summitate habentem ad modum floris pulcherrimi,& suauissimi, infra cuius folliculos corpus cernũt dominicum, mũdum,& integrum absque omni luti contagio,quo miraculo omnes in fide fuere,roborati: Sic ergo terra cognouit dominum suum. Et non solũ terra, sed etiam bruta.

Exemplum. ¶Vnde in libro de apibus cõtinetur, ꝙ quidam latrones pixidem eburneã furantes,corpus Christi,quod in ea cõtinebatur proiecerunt in quodam alueario apum,inter quas cum sacerdos, & populus postmodum pluries insolitam audirent melodiam scrutantes, qd nam esset,inuenerunt quod apes circa corpus Christi, de cera pulcherrimam fecerant cameram,circa quod cum mirabili assistebant reuerentia.

Exemplum. ¶Quædam etiam historiæ habẽt, ꝙ quidam hæreticus cũ sacerdote disputans,dixit,asinus meus Deum vestrum benè comederet. Altero verò contradicente,dies assignatur in quo indiscrete tamen probari debuit: hæreticus interim asinum suum ad esum assuefecit hostiarum. Die ergo statuto asinus corã corpore Christi ductus , genu flexit: Sic ergo cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe domini sui. Esa. 1. Populus autem meus me non cognouit.

Attic. ſ. 14

¶Quinto pauit nos utiliter,quia hoc sacramentum digne recipientes, & custodientes oẽm sequũtur vtilitatẽ corporis,& animętã in præsenti,q̃ in futuro.

¶Primo , quia à pœnis liberat præsentis seculi,quod patet per hoc, quòd scribit beatus Gregorius. 4. dialogorũ, de quodam capto , & apud hostes ligato,qui post ad vxorem rediens,inuenit ꝙ omni die, & hora,qua vxor sua pro eo missam celebrari fecit uincula eius soluebantur.

Exemplum.

Exemplum. ¶Ad idem ibidem de nauta episcopi Panormitani in Cicilia, hic episcopum versus Romam ducẽdo per mare, casu in mari cecidit, nihil prẽter lignum paruum in manibus habens , eps uerò tertia die ad terram ueniẽs pro nauta,quem mortuum putabat,missam dici fecit,& cito post,non sine magna admiratione in portu Romano nautã sibi obuiã habuit,quę ei,quomodo euasisset,enarrauit,dicens,ꝙ cũ diebus,ac noctibusmiserabiliter sup er lignũ,super illud maris, vndis , & uentis iactaret , & vires quasi penitus defecissent, fame simul,& labore , qdã apparuit,q̃ mihi panem ad refectionẽ detulit quẽ mox ut comedi,vires recepi, nec longe post nauis transiens affuit , quæ me ab illo vndarũ periculo suscepit. Episcopus verò diligẽter inquirens, illũ fuisse diem repperit, quo pro eo presbyter omnipotenti dño hostiam sactæ oblationis immolauit.

¶ Ad idẽ Petrus Cluniacẽsis,de quedam circa Grationopolim ciuitatẽ,qui fodiens sub terra in quadam minera, ora putei terra operta inclusus manebat,vxor verò eius eum mortuum æstimans fossores locum euacuare fecit, vt corpus inueniret ,& missam ꝓ eo quotidie celebrare fecit,panem, & uinum, & candelam iuxta patriæ consuetudinem offerens, exceptis duobus uel tribus diebus, quibus diabolus in forma pueri vxori ad ecclesiam eunti obuiauit,dicens,officium ecclesiæ finitũ, & sacerdotes de ecclesia recessisse,quæ vltimo die ei minimè credẽs, ad ecclesia & perrexit, ꝓ eo salito obtulit,non multum verò post fossores eum inuenerunt sanum,& mirantibus,respõdit, se benè uixisse,quia omni die,exceptis tribus habuit panem & uinum,& candelam,& inuenerunt,ꝙ hora qua missa pro eo celebratur,illa recepit, & tribus illis diebus, quibus diabolus uxorem impediuit,illis caruit.

Exemplum.

Exemplum. ¶Idem patet per illud , quòd multi libri habent de filio Iudæi innocente in transmarinis partibus,qui dum cum pueris Christianorum luderet,& in die paschæ Christianos videret ad cõmunionem

Digitized by Google

nionem accedere ex ſimplicitate quaſi panem cum alijs accepturus, inter multitudinem ignotus ſe poſuit, cum vero in reditu patri reſpondiſſet, q̃ panem cum alijs in Chriſtianorũ eccleſia recepiſſet, pater iratus eum in furnum ardentem proiecit, mater verò pueri clamauit Chriſtiani uerò currentes puerũ illeſum extrahentes, patrem intromiſerunt. Puer verò reſpondit, q̃ imago illa ſanctæ Mariæ ipſum clamide ab igne cuſtodiuit, vade oſtenderet, quantũ cuſtodiet digne recipiẽtes, & ut alios per hoc ad fidẽ traheret. Hęc hyſtoria ſcribuitur in legenda ſanctorum in feſto Aſſumptionis.

¶Homines ergo intraturi bella iuſta. Exemplo Caroli magni, qui ſemper bellum infraturus cõmunicaſſe prius legitur, uel etiam propter quęcũq; alia pericula, corpus Chriſti accipiant, vt more prędictorum liberentur: Illud verò accipientes, uel in infirmitate, vel in alio periculo, dicant illud. Pſal. 22. Non timebo mala quoniam tu mecum es domine. Et iterum Pſal. 137. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. Et iterum Pſal. 30. Eſto mihi in Deum protectorem, &c. Et illud numeri. 14. Dominus vobiſcũ eſt nolite timere: non timebo mala quoniam tu mecum, &c. Nec mirum, quia ſicut rege hoſpitato in domo alicuius, dũ ibi moratur milites ſui armati diligenter domum illam cuſtodiunt. Ita Angeli domum animę dum ibi Chriſtus hoſpitatur: Ipſo teſte: qui ait Matth. 24. Vbicũque (inquit) fuerit corpus, ſupple, digne receptum: ibi congregabuntur & Aquiliæ, id eſt, angeli, tãquàm milites fortiſſimi, locum regis cuſtodientes.

15 ¶Secundo, quia à penis liberatos recreat & munit contra alia pericula, & fortius pugnare facit. Primo recreat cõualeſcentes. Sicut enim poſt certationem datur, conualeſcentibus leuis cibus, & ſanus. Ita Chriſtus medicus noſter illis, qui in quadrageſima cõualuerint de infirmitati ſpirituali, dat cibum ſaniſſimum qui maximè uitam confert ſpiritualem, & confirmat, & fortificat. De quo in Pſal. 103. Panis cor hominis confirmat. Caſtrum etiã munit victualibus optimis contra obſidonem, de qua. B. 2. 9.

¶Tertio ne iterum capiantur, fortius pugnare facit, dum iſtud ſacramentum nobis dedit. In quo facto fecit dux Lacedemorum, de quo narrat Iulius. lib. 6. Quod ad bellum vadens, fecit exercitum iocalia ſua, & quæq; preciosa ſecum accipere, vt fortius pugnarent, ne illa amitterent. Ita in propoſito, & patet. Sed caueant, oẽs filij heli (1. Re. 4.) Cum mala vita, & indigni, arcam teſtamenti in qua erat manna, per qđ iſtud ſacramentum ſignatur, ſecum ſumentes in bello non ſaluabantur. Sic in propoſito Deus enim ſciuit bella duriora inſtare poſt receſſum à domo in carcere diaboli & ideo ducem dedit non minorem, quàm ſeipſum, qui ſemper protegit, ſi digne cuſtodiatur: Aliter non: Cuſtos enim domini ſui, ſupple, poſt bellum illud, glorificabitur. Prouerb. 27. Exemplum.

¶Quarto, quia à penis liberat alterius ſeculi, ſcilicet purgatorij, qđ oſtenditur primo per hoc, quod ſcribit beatus Gregorius. 4. Dialogorum, de quodam ſacerdote, qui aliquotiẽs uenit ad balnea calida ꝓpter infirmitates ſuas, circa quę inuenit pauperem ſibi humiliter ſeruientem, qui ei ſemel panẽ pro mercede oblatum refutauit aſſerens, ſe talem panem non comedere, rogans, quod panem in altari pro eo offerret: Aſſeruit etiam, quod illius loci aliquãdo dominus fuit, & quod ꝓ culpis ſuis ibi poſt mortem ſuam deputatus fuit. Addidit etiam, quod tunc eum exanditum cognoſceret, cum illuc ad lauandum venerit, & eum ibi minimè inueniret, in quibus uerbis diſparuit, & is, qui homo eſſe videbatur, euaneſcẽdo innotuit, quòd ſpiritus fuit: Presbyter hebdomada continua pro eo hoſtiam obtulit, quo facto, ibi eum minimè inuenit, qua ex re quàm tum prodeſt animabus immolatio ſacræ oblationis, oſtenditur, 16 Exemplum.

oſtenditur, quando hanc mortuorum ſpiritus à viuentibus petũt, & ſigna indicant, quibus per eam abſolui uideãt.

Exemplum. ¶Ad idẽ ibidẽ de quodam monacho monaſterij ſui, q̃ de medicina ſe intromiſit, inter cuius medicinas tres aureos inuenerũt, cũ morte appropinquaret, quẽ, licet ante mortem de hoc doleret, fecit poſt mortẽ ad viuorũ terrorẽ in ſterquilinio ſepeliri, ab oĩb⁹ monachis ſup eũ aureos iactãtib⁹, & clamãtibus. Pecunia tua tecum ſit ĩ perditionẽ. Ex quo viui territi, uilia, & quæ eos ſemper habere licuerat, in medium proiecerunt. Poſt triginta uero dies ordinauit beatus Gregorius vnum, qui per triginta dies continuos pro eo celebraret, quo facto fratri ſuo Germano apparuit, & de ſtatu ſuo requiſitus. Reſpõdit, huc vſque male, ſed modo benè, q̃a hodie communionem accepi, ex qua re aperte claruit, quòd frater, qui defunctus fuerat per ſalutarem hoſtiam ſupplicium euaſit: Quibuſdam vero interpoſitis. *Addit beatus Gregorius dicens. Inter hæc penſandum eſt, quòd tutior via ſit, ut bonum, q̃ quiſque poſt mortẽ ſuã ſperat agi p̃ alios ſatagat, dũ uiuit ipſe per ſe agere.* Beatus quippe eſt liberũ exire, q̃ poſt vincula libertatẽ q̃rere. Et cito poſt debemus itaq; quotidianas carnis, & ſanguinis eius hoſtias immolare: hęc nãque ſingulariter victima ab æterno ĩteritu aĩam ſaluat, q̃ illã nobis mortẽ vnigeniti p̃ myſteriũ repræſẽtat.

¶Quinto, quia ad gaudia perducit æterna, hoc enim ſacramentum digne
17 miniſtrantes, & recipientes in libro vitæ ſcripti ſunt, & poſt arram plenam in cœlo recipiant ſolutionem, & poſt uiã inueniant vitam, quod ſignificatũ fuit in uitaſpa. Vbi cuidam ſancto patri oſtenſum fuit, quòd male communicantes acceperunt, quaſi carbones, di-
Exemplum. gne uero accedentium vidit angelum nomina ſcribentem, vt qui modo illo reficiuntur per gratiam, illuc illo reficiantur per gloriam, quam refectionẽ p̃mittit. Apoca. 2. Vincenti dabo edere de ligno uitæ, q̃ eſt ĩ paradiſo Dei mei:

¶ Sicut ergo uolentes per mare ad terram ſanctam, uel ad patriam, propriam tranſire, ſecum panem bis coctũ vel nauticum pro uiatico accipiunt, quia illius auxilio melius in mari ſuſtentantur, & ad portum perducuntur, quia non cito putreſcit: Ita volẽtes per mare huius ſeculi ad patriam tranſire claritatis æternæ, ſecum iſtud uiaticũ accipiant, quod fuit bis coctum, id eſt, generatum, ſemel ab æterno à patre, & iterum ex tempore à matre, vt nos per hoc mare nutriret. Vnde communiter Dei uiaticum per uiam ducit' ad vitam: Quod pulcherrimè oſtenſum fuit in geſtis Hugonis de ſancto Victore, qui cum eſſet religioſus, & tali ĩ extremis langueret infirmitate, quòd propter vomitum communicare non potuit, & indiſcrete fratres ſui ſatisfacere volentes, ne eum porpus Chriſti anxie Exem-
petentem offenderent, bis hoſtiam por- plum.
tauerunt non conſecratam, quòd ipſe vtraque uice ſpiritu ſancti inſtinctione depræhendit, & uehementer redarguit, tertia uice uerum corpus Chriſti ei portauerunt, quòd ipſe quaſi ſic alloquebatur. Scio quòd non ſum dignus te recipere, ſed ita ueraciter, ſicut firmiter credo, quòd tu es filius Dei, rogo q̃ filius aſcendat ad patrem, & ſpiritus ad Deum qui fecit illum. Et hoſtia coram omnibus in altum aſcendit, ipſius animam ſecum ducendo. Et ſic ambulauit in fortitudine cibi illius bis cocti, ſcilicet, vſque ad montem Dei. 3. Reg. 19. Nota. infra eo. c. 30. Et facta eſt anima eius, quaſi nauis inſtitoris, de lõge portans panẽ ſuum: Prouerb. vltim.

¶Et cõiter benè prius viuẽtib⁹, & ad 18
patriã p̃ mortis paſsũ tranſeũtibus, talis datur ductor, q̃a ſicut quãdoq; videmus, q̃ dñi mũdi iſtius diu fideliter eis ſeruiẽtib⁹ dãt aliquã guardiam. i. hr̃dẽ, vel hr̃ditatis magnę cuſtodiã ſimul & hr̃dũ, per quã, ſi honorificè cuſtodit, p̃moueri põt. Sic congruum eſt, q̃ Deus ei fideliter ſeruiẽtibus det in paſcate & in mortis tranſitu hr̃dẽ regni cœleſtis. De quo Matth. 21. Hic eſt hęres, p quẽ

Digitized by Google

si digne recipiatur, & custodiatur, habetur hæreditas,& uita æterna:Ipso teste, Ioan.6. Qui (inquit) manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Nunc in spe,& post mortem corporis in re: Et hoc est quod sequitur. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et iterū ibidem. Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternum.

¶Patet ergo istius sacramenti singularis vtilitas, tam viuis quàm defunctis:Et quomodo dat, vt victualia obsessis,vt arra gloriæ,& custodia hæreditatis cœlestis, & à præsentibus liberat pœnis,& futuris,& ad uitam perducit æternam. Nec mirū debet esse, quòd tantæ sit virtutis, & quantum ad vivos,& mortuos, quia in alijs deuotionibus,& oblationibus alia. In isto uero sacrificio ipsemet Deus offertur,in quo qui se digne habent,omne bonum habent: Omnia (inquit) in te vno habentes. Tob.10.

Artic.6. ¶Sexto pauit nos delectabiliter. Nā quę posset esse maior delectatio,quàm illum habere,in quo est omnis prædicta utilitas: quàm illū habere, per quē firmam habemus spem ad cœlum veniendi,ubi habetur omnis delectatio? 19 Delectare ergo in domino,& dabit tibi petitionem tuam. In Psal.36. Exemplo cuiusdam mulieris, de qua scribit Cæsarius,quòd frequenter communicata Exemplum. nunquàm die communicationis præ magna delectatione aliquid aliud comedere potuit,uel bibere, nec tamen famem patiebatur,quòd sacerdos indiscrete experiri uolens. Vna uice ei hostiam dedit non consecratam,quæ cum postea famem sentiret,nec solitum inueniret in anima sua dulcedinem ad sacerdotem cum lachrymis uenit, clamās, quod aliquid apud Deum demeruisset, quòd eam delectatione solita priuasset,qui ei ueritatem aperuit, rogans, quòd in solita maneret deuotione:Sicut enim ista, ita boni digne ipsum recipientes,magnā in anima sentiunt lætitiam:De quibus 2.Mach.vlti. Dei præsentia magnifice delectati:Nec mirum,quis est minister, qui nō multum lętificatur, quando dominus suus dat sibi hæredē magnę hęreditatis,quis est multum famelicus,qui non delectatur in cibo precioso,in quo non est,nisi vnus modus delectationis, ergo spiritualiter istum cibum esuriens maionē inuenit delectationem in eo,in quo est omnis modus spiritualis delectationis:De quo sap.16. Paratum panem de cœlo præstitisti illis omne delectamētum in se habentem, & omnis saporis suauitatem: Vniusquiusque enim uoluntati ad qđ quis uolebat,vertebatur.

¶Ad literam ibi loquitur de manna, in quo secundùm istam literā uidetur, quòd quilibet inuenit in eo saporem, quem inuenire desiderabat: Sic in isto sacramento digne recipiens inuenit effectum,& auxilium,quod rationabiliter inuenire desiderat,siue alleuiationem à corporali infirmitate, siue quācunque vtilitatem in prædicto articulo quintò expressam iuxta authoritatem pręallegatā,delectare in domino. Quia i amicitia illius delectatio bona. Sap.8. Quia dabit tibi petitiones cordis tui. Nota de hoc. D.5.6.

¶Causa autem,quare aliqui istā non 20 sentiunt delectationem, triplici exemplo excogitari potest.

¶Primo per uitę absentiam. Si enim in os mortui mel infundas nullā sentit dulcedinem. Ita nec mortuus spiritualiter,sacramēto ore,uel uerbis Dei aure receptis,nullam sentit delectationē.

¶Secundo palati infectio, habens enim os & palatum ex malis humoribus infectum,sicut accidit in febricitāribus,in optimis esculentis non delectatur. Ita tu,qui habes cor per carnales affectiones, & terrenas cupiditates infectum, talibus utique holocaustis non delectaberis. in Psal.50.

¶Tertio alterius cibi,uel potus consuetudo,nutriti enim in vna terra,cōmuniter non delectantur in modo viuendi alterius terræ. Sicut nutriti i Italia,antequàm fint assueti, nō delectā-

tur

tur in potu anglicano, quantumcunq; sit in se bonus. Ita homines assueti, & nutriti in carnis desiderijs ad modum porcorum, maiorem inueniunt saporem in uilibus carnis desiderijs, quàm in optimis Dei uerbis, uel sacramẽtis, quia secundùm carnis desideria nutriti sunt. Et teste Apostolo Roma. 8. Qui secundùm carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt, qui uero secundùm spiritum, quæ spiritus sunt, sapiunt. Sic ergo homines extra cõsueta positi ad cõsueta, & solita redire desiderant: Ita tales extra solita in quadragesima, & pascate, uel forte quandoque, quãdo uerbum Dei audiunt, quodammodo extra solita positi, ut porci, ad solita redire festinant, & anxiè desiderant, more Iudæorũ, de quibus dicitur in Psal. 77. Pluit illis manna ad manducandum, panem cœli dedit eis, panem angelorũ manducauit homo, quo tamen cibo, quasi extra solita positi, & satiati, & murmurantes pertesi dixerunt, Aĩa nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Numeri 21. More rusticorum quorũdam quibus, ut fertur, ex præcepto cuiusdam boni domini, quia ei desideratum faciebant uinarium, *panis dabatur triticeus, ut melius laborarent*, qui postea uidens eos *segniter laborare*, & causam *scisciranti responderunt*, quia non habuerũt panem, & Architicino vocato, & acriter reprehenso. Finaliter dixerunt, illum panem non esse pro eis, quia non fuerunt tali consueti, detur inquiunt, nobis panis fabaceus, & fortiter laboremus, more omnino prædictorum Iudæorum dicentium. Numeri 11. Quis dabit, nobis carnes ad vescendũ? Recordamur piscibus, quos comedebamus in Ægypto. In mentem nobis ueniũt cepe, & porri, & allia, &c. Ecce (sicut prædictum est) Deus pauit eos pane cœli, omne delectamentum in se habentem, & tamẽ solita desiderabant: Et ideo cum solita inuenirent cibaria, merito eis manna, id est, panis cœli defecit Iosue. 5. Priusquàm (inquit) comederent de fructibus terræ, ultra cibo illo non sunt usi. Sic istis qui ad terrena redeunt desideria: sacramentum istud deficit, quia eos minimè iuuat.

Exemplum.

¶ Sed (heu) multi sunt qui more prædictorum rusticorum, & Iudæorũ, quia in istis spiritualibus saporem non inueniũt, ad solita uenire concupiscũt, & quia ad alia consueti sunt, in istis delectationem non inueniunt, quia qui diu secundùm carnem, & diabolũ, & mundum vixit, nunquàm poterit in omnipotente delectari. Iob 27. Soli ergo iusti epulentur, & exultent in cõspectu Dei, & delectentur in lætitia, Psal. 67. Nota. A. 26. 11.

¶ Septimo pauit nos rationabiliter, quia de omnibus, quæ istud sacramentum tangunt, conueniens ratio reddi potest, & sunt rationi consona. Artic. 7.

¶ Primo enim sicut pastor, stãte grege extra ponit se in tugurio iuxta ad gregis custodiam. Ita conueniens fuit, quod ille, qui dicit Ioan. 10. Ego sum pastor bonus, stante humano genere extra cœlum inter lupos infernales, qđ ad oues per natiuitatem ueniret, & in tugurio panneitatis iuxta oues, ad earum custodiam se poneret, dicens. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, Matth. 28. 21

¶ Obijcientibus uero, quòd alio modo potuit oues custodisse. Respondetur quòd non fuit ita congruus modus ouium saluti, quia oues, quæ in toto anno scabiem retinent peccati, qñ ad pastorem sacramẽtaliter in paschate sumendum uolũt accedere, se prius sanam, quod non facerent, nisi ad illũ accederent. Sic ergo misit uerbum suũ, & sanauit eos, in Psal. 106. Verbum uidelicet, illud de quo Ioan. 1. Verbum caro factum est, & habitabit in nobis.

¶ Sed iterũ obijciatur: ex quo Deus potuit ordinasse, quòd sic semel in anno fuissent confessi, & communicati aliquo modo minori quàm seipso, sicut pane benedicto, uel aliquo simili, quare uoluit seipsum ad hoc dare? Re- 22

ſpondetur quod huius facti duplex videtur eſſe cauſa. Vna eſt ex parte Dei. Alia ex parte noſtra.

¶ Prima uero huius facti cauſa eſt, Dei maxima bonitas, & charitas quàm ad nos habuit; ex qua oſtenditur, ꝙ nõ ſolũ decuit, ſed etiã ꝙ debuit ſeipſum in hoc ſacramento nobis dare: Ipſe enim, qui meatiri nõ poteſt, fatetur ſe maximam erga nos habere charitatẽ. Io. 15. Maiorem (inquit) dilectionem nemo habet, &c. Cũ uero probatio dilectionis (ſecundùm beatum Gregorium) ſit exhibitio operis maxima dilectio ſine maximi dum exhibitione oſtendi non potuit. Si ergo aliquid citra ipſum, uidelicet, creaturam, quantumcunque in memoriã ſuæ erga nos dilectionis dimiſiſſet, maximam ſe habuiſſe dilectionẽ nõ oſtẽdiſſet: Ad hoc ergo, ut ĩfinitã oſtẽderet dilectionẽ, ne ceſſariũ fuit ĩfinitũ. i. ſeipsũ dare domũ cũhoc facere potuit, ſine ſui detrimẽto.

¶ Qui enim infidelitate excęcati nõ intelligunt, ꝙ ſic in hoc ſacramento ſe dare debuit, non intelligunt, quod ſit maxima dilectio, uel talẽ eſſe in Deo negant: Et tales ex proprijs cogitationibus uincendi ſunt. Cogitent ipſi, & ſpecialiter illi, qui fatuè, & carnaliter amant, ſi ſine ſuorum corporum grauamine, uel morte, uel lęſione, uel dãno poſſent ſeipſos in forma panis illis fatuę amatis totaliter dare, ad comedẽdum nonne aliquotiens hoc facerent, & ſuum feruorem oſtenderent, & illorum prouocarent amorem. Si ergo ſeipſi hoc facturi in proprijs cogitationibus fateantur, apud quos oĩs amor eſt uilis, & imperfectus, ſi tamen hoc facere poſſent? Quare hoc non fatentur, Deum facere uelle, qui perfectam, & maximã hẽt charitatẽ: & qui hoc facere poteſt, & qui inde nullũ ſentit dãnum. Sicut patet ſupra c.c. 8. & P. 2. 12.

23 ¶ Secunda uero cauſa eſt noſtra utilitas, præuidit enim Deus, ꝙ nos nunc ad oculum uidemus, ꝙ tota parua ſanctitas, quæ nunc in eccleſia ſupereſt, fere eſt ex ſui corporis cõione: Quis, n. peccata confiteretur, niſi illa eſſet, pro qua etiã uix, & ita tarde, ſicut poſſunt, confitentur? Qui ergo uix, & tarde pro Deo ipſum ſuſcipiendo confitentur, & ſe ſanctificant, qñ ſi minus Deo daretur in cõione, ſeipſos mundarent, qñ ſe ſanctificarent acceſſuri ad panẽ benedictum, qui uix, & negligẽter ſe ſanctificant, qñ præcipitur ex ore Dei, dicentis per Moyſen. Exo. 19. Qui accedunt ad dominum, ſanctificentur, qui ergo amorẽ ſuũ maximum oſtendere, & noſtram ſalutẽ efficacius operari voluit, ſic ſeipſum dare decuit, & debuit, nec tamen ſuæ creaturæ, ſed ſuæ prouidentiæ debitor eſt dicendus.

¶ In forma uero panis potius, quàm 24
in forma hominis, uel carnis nobiſcũ morari uoluit, propter noſtrã duplicẽ utilitatem: Primo pp noſtram cõionẽ. Secũdo pp augumẽtũ, & meritũ fidei.

¶ Quantum ad primum præuidit. n. Deus, ꝙ ſi fuiſſet in alia forma nobiſcum, in qua à nobis uideri poſſit, ſed non ſumi, non accreſceret nobis tanta utilitas, ꝙ patet per hoc, quo omni die, qui Miſſam audiunt, eum uident, nec tamen tantum ualet eis illa uiſio, ſicut communio, quia propter uiſionem ſe non ſanctificant, nec peccata, & diabolum abijcient, quod faciunt, niſi inſani ſint, pro communione, ergo melius ſe dedit pro noſtra utilitate in illa forma, & materia, quæ communior & conueniẽtior eſt humanæ refectioni, & ſuſtẽtationi. In ſignũ ẽt, ꝙ ipſe eſt ſpũalis aĩę ſuſtẽtatio, quẽ petimus ad nr̃am ſuſtẽtationẽ nobis dari. Lucę. 11. dicẽtes. Panẽ nr̃m quotidianum da nobis hodie.

¶ Scđa cã eſt meritũ fidei, qđ. n. meritũ hr̃et fides nr̃a, credere, ꝙ eſſet hõ Chriſtus ĩ hoc ſacramẽto, ſi eũ ĩ forma videremus humana? Cũ (teſte B. Greg. in quadã Hom.) Fides nõ habeat meritũ, ubi rõ humana ꝑbet experimẽtũ? Sicut ergo aliqñ infidelibus in forma ſe oſtẽdit pueri, uel carnis, ut eos ad fidẽ attrahat. Ita congruum eſt, quòd fidelibus ſuis oſtendat in forma panis, ut fides illorum maioris ſit meriti.

¶ Primum

¶Primum uidelicet, quòd infidelibus ſe in tali oſtendat format, multis oſtenditur exemplis.

25 ¶Et primo de Iudæa, q̃ alijs Iudæis, vt fertur, de regno, in quo manebat, expulſis, ad aliam iuit illius terrę partem, vbi ignota fuit, & ſe finxit eſſe Chriſtianam. Finaliter ad mortem infirmata, ſacerdoti, ad eam cum corpore Chriſti venienti, aperuit, quod nunquàm fuit baptizata, nec diu ad hoc, quòd baptizaretur, eam inducere potuit. Tandem occurrit ei, quòd in primitiua eccleſia infirmi baptizati ſanabantur, ſicut patet de Conſtantino Imperatore, & alijs, & de Dei miſericordia confidens promiſit ei, ſi baptizari uellet, haberet etiã ſanitatem corporis, quo audito, baptizata, & ſanata eſt, quæ poſt paucos dies à ſacerdote de ſtatu ſuo requiſita, dixit ſe de baptiſmo ſuo dolere, quia prius in eccleſia inter ſacerdotis manus pulcherrimum uidere ſolebat puerum, de quo magnam habuit delectationem, qua uiſione modo ſum priuata, ſacerdote uero ipſam informante, quòd meritum fidei noſtrę non eſt in uidendo, ſed in credẽdo, ipſam in fide ſtabiliuit. Ecce ſicut ante ei oſtẽdebatur vna forma, ut eam ad fidei amorem potius alliceret. Ita poſtea oſtendit aliam, ut eius fides creſceret. Exemplum.

¶Idem patet per hoc quod ſcribitur in uita ſpatrum, quaſi per iſtum modũ de quodã hęremita, qui ex nimia ſimplicitate credidit, q̃ ibi non eſſet corpus Chriſti, niſi in ſigno, quòd cũ duobus ſocijs ſuis oſtenderet, ipſis contrarium aſſerentibus. In hoc conuenerũt, quòd ſimul in præſentia in oratione 26 perſiſterent uſque dum Deus oſtendere dignaretur, quorum dictum fuit uerum per aliquod miraculum, uel etiam ſpecialem oſtenſionem: Simul ergo ad eccleſiam uenientes, inter ſacerdotis manus Chriſtum uiderunt in forma carnis, in hora uero fractionis uiderũt eum patri ab angelis immolari, qua uiſione hęremita ab errore reuocatur. Exemplum.

¶Libri etiam quidam continẽt quãdam Iudęum in Francia, qui ad ſecreta noſtra ſcrutandum, in Miſſa inter Chriſtianos ſe poſuerat, & fatebatur ſe vidiſſe hoſtiã in forma pueri, q̃ in craſtino cũ tota domo ſua ſe baptizari fecit.

¶Item ad idem de quodam alio Iudęo, qui cuidam mulier totum debitũ remiſit ea conditione, quòd ei corpus Chriſti portaret, quod etiam fecit in ore ſuo, quando communicabatur reſeruans, hoſtia uero à Iudęo coram ea cultello perforata, ſanguinẽ, vt fertur, copioſè fudit, mulier timore percuſſa, ad iudicem cucurrit, qui cum ſacerdote uenientes, Iudęum uerſus quendam puteum ſanguinem abſcondere conãtem apprẽhenſum combuſſerunt, & cũ reuerentia hoſtiam cum ſanguine collegerunt. Exemplum.

¶Ad idem ex geſtis beati Gregorij à quo matrona quędam Romana communicata cum diceret, corpus, & ſanguis Chriſti cuſtodiat te riſit, reſpondens, quòd nõ credit ibi corpus Chriſti, quia ipſa in domo ſua parauerat, à qua beatus Gregorius hoſtiã retraxit, & poſt miſſam ipſo orante coram ea in carnem verſa eſt, & matrona ab errore reuocatur. Exemplum.

¶Sicut enim. 1. Mach. 6. Elephantibus oſtenderunt ſanguinẽ uuæ ad exacuendum eos, in bello, ne in eo deficerent, ſed fortiter agerent Et ſicut panis iuuenum canum intingitur in ſanguinem, vt dicitur, prędę, uel os illorum ſanguine eius tangitur, ut diſcat fortiter prędam quærere, quod & faciunt, & ad biuium uenientes fagaciter attendunt odore, per quam uiam pręda, uel beſtia iuit, & qui multum diſtant, fortius currentes ſẽpe cito appropinquãt: Ita omnibus prædictis oſtendit Deus carnem, & ſanguinẽ ad eos in fide exacuendum, & ut qui per infidelitatẽ ab eo multum diſtabant, per tales viſiones carnis, uel ſanguinis ei per fidẽ fortiter appropinquarent, ut de eis uerificetur, illud Ephe. 2. Qui longe eratis facti eſtis prope in ſanguine eius: & tamen non eſt congruum, q̃d talis conuerſio, 27

vel oſtenſio, quæ eſt paucorum priuilegium, trahatur ad legem communem? Sed propter duas cauſas prædictas videlicet propter communionem, & meritum fidei. Sacramentum regis ſcilicet, ſub panis ſimilitudine, abſcondere bonum eſt. Tob. 12.

¶Non cuiuſcunque panis, ſed albi, in quo deſignatur mundicia, tã in corpore Chriſti uero, quàm in myſtico, qđ ad eum accedit, & rotũdi, in quo ſignificatur eius infinitas, quòd uidelicet, magnitudinis eius non eſt finis, & gloria infinita, quam corpori ſuo myſtico digne eum ſumenti dabit.

¶Sanguis uero in calice ſub ſpecie vini, ſanguinẽ ſignificat in cruce effuſum circa quem populus informetur, ne calicẽ, ſed ſanguinem adorent, conſentum quod etiam ipſi, quando cõmunionem accipiunt, non ſanguinẽ, ſed vinum ad lotionem oris.

Artic. 8. ¶Omnes prædicti articuli inferunt octaui articuli rationem. Ex quo enim iſtud eſt ſacramentum tam vtile tã delectabile, &c Iuſtum eſt, ut digna præparatio huius ſacramẽti præcedat ſumptionem.

¶Primo quantum ad fidem. Secundo quãtum ad mundiciã, & ſanctitatẽ.

¶Primum patet, quia accedentẽ credere oportet. Hebr. 11. Exẽplo cuiuſdam ſancti, de quo ſcribitur, quòd tantæ fidei erat erga iſtud ſacramentum, quod dicere ſolebat, quod ſi ſciret, qđ Chriſtus in forma humana ĩ hora eleuationis corporis Chriſti tranſiret ante oſtium eccleſiæ, quod nõ iret ad oſtiũ, vt illum uideret, & oſtiæ uiſionem dimitteret. 28 Exemplum.

¶De ſancto etiã Eduardo rege Angliæ ſcribitur, quòd tãtæ fidei erat erga iſtud ſacramẽtũ, ꝙ cum eo quaſi cum Chriſto in humana forma loquebatur. Ideo miſſas multas intantum libenter audiuit, quòd regi Franciæ, qui libenter ſermones audiuit, quare non audiret ſermones, Reſpondit. Tu in ſermone audis de Deo, ego in miſſa loquor cum Deo: Cui ob fidei meritũ offendit Deus in eleuatione huius ſacramenti hoſtes contra eum venientes in mare ſubmerſos. Sic Deus operatur in uobis, quæ credidiſtis. 1. Theſſa. 2. Exemplum.

¶Poſt iſtos ergo & omnes alios ſanctos, qui in fide, & pro fide iſtius ſacramenti mortui ſunt, ſtultiſſimum eſt de fide huius dubitare. Niſi enim in bona fide mortui fuiſſent, Deus pro eis miracula minimẽ oſtendiſſet. Illi eñ, qui circa hoc dubij rationem omnium inquirunt, & ſcire volunt. Ita uellent totum ſcire, ꝙ nihil credere. Et ſic fidei meritum euacuarent. Vellent inſuper eſſe æquales Deo cũ Lucifero, quia dũ totum quicquid Deus circa ſacramenta, & alia eius opera facit intellectũ capere quærunt, vellent ita potentes eſſe in intelligendo, ſicut Deus in operando. Nota F. 4. 23. 24.

¶Quanti autem periculi ſit talis curioſitas, patet per illum, de quo fertur, ꝙ confeſſori ſuo poſt mortem apparẽs, dixit, ſe eſſe damnatum, quia nõ credidit, nec credere potuit, licet de hoc plures confeſſus fuiſſet, uerum Chriſtum in hoc contineri ſacramento. Et ſic qui non credidit, iam iudicatus eſt. Ioan. 3. Sic iudicentur omnes, qui non credũt ueritati. 2. Theſſa. 2. Exemplum.

¶Si ergo non eſſent alia huius fidei teſtimonia, niſi ꝙ Chriſtus dicit, hoc eſt corpus meum. (Matth. 26.) Et ego ſum panis vitæ. (Ioan. 6.) Credere deberemus. Exemplo auditorum Pictagoræ. De quo ſcribit Valerius maximus lib. 8. Quod tanta ei veneratio ab auditoribus tributa eſt, ut quæ De eo acceperant, in diſputationem deducere nefas putarent, quin etiam interpellati ad reddendam eauſam, hoc ſolum reſpõdebant, ipſum dixiſſe. Ergo à multo fortiori diſcipuli veritatis hoc rñderẽt. Exemplum.

¶Sed (heu) quidam potius affimilari volunt Iudæis, quàm ſanctis, uel diſcipulis proborum virorum, qui videntes manna de cœlo datum, in quo figura præceſſit huius ſacramẽti, admirantes potius, quàm veneratẽs, uel gratias agentes, dixerunt. Exo. 16. Manhõ, 29

quod

quod ſignificat, quid eſt hoc ignorabãt enim, quid eſſet, qui nec credũt, in quo & puniti ſunt. 1. Pe. 2.

¶Quibus reſponderi poteſt, ſicut reſpondit Moyſes ibidem Iudæis. Iſte eſt panis, quem dedit vobis dominus ad veſcendum.

¶Quantum ad ſecundum qualis, videlicet, ſanctitas, & mundicia in moribus uſum & ſumptionem iſtius ſacramenti præcedere debeat, patet, tam exẽplis ſacræ ſcripturæ, quàm in moribus hominum, & ratione. Exod. enim. 12. Accedẽtibus ad iſtud ſacramentũ figuratiuè præcipitur, quòd edant carnes iſtas aſſas igni, qa accedentes omni ira, & inuidia depoſita, inflammati debẽt, charitate, & cum azimo pane, non cum termento maliciæ, & nequiciæ, &c. Et eum lactucis agreſtibus, id eſt, cum intincto deuotionis, & amaritudine de peccatis prius cummiſſis. Sequitur, non comedetis de eo crudum quid, detractio prohibetur, quia detractor comedit corpus Chriſti myſticum crudum, nec coctum aqua. Inſtabilitas prohibetur abſtinendi impoſterum à peccatis, mollicies enim carnium coctarum inſtabilia in bono, ppoſito ſignificat corda. Tales non accedant Renes ueſtros accingetis In quo præcipitur caſtitas in accedente, & mundicia, Tenẽtes baculos in manibus, quaſi ad pugnã parati, id eſt, memoriã Chriſti crucis, qua contra inimicos infernales pugnabimus, & qua nos ab illis defendemus: ſicut patet. C. 17. 19. Cum ſequẽtibus. Sequitur. Et comedetis feſtinanter, more peregrinorum. In ſignum, quòd affectione debemus eſſe peregrini, qui feſtinant tranſire ad terram propriam de exilio. Ita nos de hoc exilio peregrinationis noſtræ, in quo nõ habemus manentem ciuitatem, debemus deſiderare trãſire ad patriam noſtram, qui quidem tranſitus fit cum digna iſtius agni vltima ſumptione: Et hoc eſt, quod ſequitur eſt, enim Phaſe. 1. tranſitus domini, quia ad dominum tranſire facit: Sicut patet ſupra eodem cap. 17. De Hugone de Sancto Victore.

¶Ioſias etiam Rex Iuda, (2. Para. 35.) Volens cum populo Phaſe celebrare, prius abſtulit cunctas abominationes de cunctis regionibus filiorum Iſrael, & fecit oẽs ſeruire Deo ſuo. (Sicut patet. 3. Paral. 34. in fine capituli.) Conſtituit etiam leuitas, ad quorum eruditionem omnis populus ſanctificatur domino Deo: Qui ergo circa cibũ corporalem magnam habetis ſollicitudinem, & quandoque magnam circa eũ partem expenditis diei, non ſitis peioris cõditionis prædictis Iudæis. Sed circa cibum iſtum ſumẽdum ſic habeatis diligentiam, ſic prius more illorum, voſmetipſos diligenter uideatis, & idola peccatorũ expellatis. Et ſic ſanctificati immolate. Pha. 2. Paral. 35.

¶Prius ergo operãdum eſt prædictorum exemplo, & laborandum circa tẽpli interioti s ſanctificationẽ, & poſtea accedendum eſt ad ſumptionem, & cõmunionem, quem quidem ordinẽ docuit. Gen. 2. Vbi prius poſuit Adam in Paradiſo, ut operaretur, & poſtea ait, ex omni ligno Paradiſi comede, quaſi diceret, prius laborat, & poſtea comede, iuxta illud Pſal. 127. Labores manuũ tuarum: quia, &c. Ille uero Adam cum vxore ſua prius manducare voluit, antequàm laborare legatur, & expulſus fuit de Paradiſo: huius forte Iob territus exemplo dixit, antequàm comedo, ſuſpiro. Iob 3. & Zacha. 13. Adã exẽplum meum ab adoleſcentia mea: horum etiam exemplo nos prius laboremus. Et ſi quis non vult operari diligẽter circa propriã mundiciam, nec mãducet. 2. Theſſa. 3. Quia aliter ei non prodeſt illa manducatio, quia ſicut Saphirus, ut dicitur uirtutem operandi amittit, quãdo in loco ponitur immũdo. Vnde uerſus. Hic, qui portat eum, caſtiſſimus eſſe iubetur. Ita Chriſtus, qui lapidi Saphiro comparatur Eze. 1. Quaſi aſpectus lapidis Saphiri, licet in ſe uirtutem non amittat, tamen quãdo in loco immundo recipitur, non operatur uirtuoſe quo ad ſumentem, ſed

Saphirus.

magis ad eius iudicium, & ad Paradisi expulsionem, quia sicut Adam, comedere uolunt, antequam propriam purgationē operentur: De quibus Osee 6. Sicut Adam ę trāsgressi sūt pactū meū.

32 ¶Et non solum Dei pactum, sed etiā omnē mūdi humanitatem tales trāsgrediuntur. In omni enim curia bona prius vocatur ad lauandum quàm ad mensam, & prius lauant, quàm comedant. Sic in curia ecclesię, vel Dei, prius vocat ad lauandum, per prophetam dicentem. Lauamini, mundi estote, &c. Esa. 1. Et postea per regem ad comedēdū. Venite (inqt) comedite panē meū, & bibite vinum meum. Prouerb. 9.

¶Christus etiam prius pedes discipulorum lauit, & postea corpus suum eis dedit. Quos ergo mundi curialitas retraheret, vel corporis nuditas, ne ad mensam regis accederent retrahat curialitas, & periculum, ne ad mensam quamcunque, uel quæcunque cibaria, sed ne ad Dei mensam, & ad ipsum dominum sumendum immundi, & spiritualiter audi accedant, quòd si tāquàm rusticissimæ, coram tota Dei curia sic indigni ad mensam istam accedant, à mensa gloriæ quàm mūdis promittit, dicēs. Lucę 12. Sedeatis super mensam meam in regno meo, tā quàm facie interiori, & manibus immundi & nudi, non habentes vestem nuptialē, expellendi sunt, & in tenebris exterioribus ponendi. Nec mirum, quia illum, qui est in se mundissimus, circa quem corporalia, calices, & omnia exteriora mūda debent esse. In signum, quàm accedentes sint mundi, propter cuius etiam mundiciam, & sanctitatem Ioānes Baptista in vtero matris sanctificatus non reputauit se dignum soluere calciamētorum corrigiam, nec audebat sanctū Dei tangere verticem, quem cum magno timore, dum baptizabat eum, vix tangere audebat, quē qui beatus Marcus non se dignum reputauit, ipsum in hoc sacramento more sacerdotum tangere, sibi pollicem amputasse legitur. Ipsi polluto ore, & toto corpore, & anima totum deuorant. De quibus cōquestitur in Psal. 26. dicens, Appropiant super me nocentes, ut edent carnes meas. Et Ge. 27. Bestia deuorauit Ioseph. Tales non solum sunt omnibus hominibus inhumanitates, sed etiā Iudæis peiores, de quibus prædictum est. De quibus etiam dicitur. 1. Esdrę 6. Quod purificati fuerunt sacerdotes, & Leuitæ, & omnes quasi vnus mundi ad immolādum pasca. Si isti sic se purificabāt propter vmbram, & figuram, quanto magis Christiani propter ueritatem, sanctificamini ergo, eras comedetis carnes Numeri 11. Præceptum præcipuæ puritatis, sanctificamini, priuilegium primariæ potestatis, eras: beneficiū immensę largitatis, carnes. Sanctificamini ergo sicut patet: A. 2. 1. & 4. & T. 6. 3. Quia ipse sanctus est, quē recipere debetis, sicut enim uas quod preciosum liquorem recipere debet, prius probatur, & mundatur. Ita probet seipsum homo. 1. Cor. 11. Et sic edat & bibat: Cibus enim complexione conuenies, sumenti prodest. Sed ipse est sanctus: ergo sancto prodest: Sancti ergo estote, quoniam ego sanctus sum. Leui. 19. Si aliter accesseris, nec tibi prodest, nec ei placet, sicut nec placeret regi, si immundas manus in scutellam eius poneres. Ita nec regi, qui ait, sāctificabor in his, qui appropinquant mihi.

¶Nota de ista præparationem. A. 13. 9. Nolentium vero se (vt dictum est) præparare, uel etiam post receptionem, & præparationem Christum expellentium, maxima est ingratitudo. Artic. 9.

¶Primū patet, quia cū ipse sit Rex, & dns, & ita diligēter sę præparauit, & ita rationabiliter ad usum & esum nostrum (vt ostensum est supra articulo 7.) Et vna ingratitudo altā requirat, patet quātū delinquat, & hoc ingratitudinis vitio erret, seruus se non præparans ad domini sui receptionem, quia ita diligenter se præparauit, ut reciperent, & finaliter vix per vnum diem hospitabitur, quo die pascet, & potabit ingratos, & adhuc amara audient. Eccleſia. 29. 33

¶Secundum

¶Secundùm patet, latro,& homicida emunitate intantum gaudet ecclesiastica,quòd expelli non debet inuitus, quæ maior iniquitas,quàm Christum,à quo omnis ecclesiæ libertas hoc priuari priuilegio,intantum, ꝙ ubi latro quadraginta permittitur diebus in ecclesia,ipso secũdo,uel tertio die paschæ magno, videlicet die lunę de templo animæ inuitus expellitur. Illo enim die diabolus nouam inuenit artem Christum de hospitio suo fugandi, dum enim suos homines, & mulieres de lectis suis trahere facit, qualiter Christum expellere debent informat, quia ibi leuitates, & malignitates,quandoque fiunt, & fieri incipiunt, per quas post expellitur, & diabolus introducitur.

¶Tales enim (more mimorum) uno die fauorem,uel bonũ gratiæ à Christo recipiunt,& in crastino eam uenditioni exponũt. Et more proditorũ castrũ bene munitũ, in quadragesima bonis operibus, & in paschate victualibus in primo insultu, & primo obsidionis die inimicis tradunt. Cuius iniquitatis & ingratitudinis magna causa est,præteritarum delectationum recordatio. Sicut enim filij Israel de Ægypto egressi, & cibo de cęlo accepto dixerũt. (Num.11.) Recordamur piscium, quos in Ægypto gratis comedebamus. In mentẽ nobis veniunt cucumeres,& pepones,porri,& cępe, & alia, anima nostra arida est, nihil respiciunt oculi nostri,nisi manna, &c. Ex tali enim recordatione intantũ non solum redire desiderabant,sed etiã ex Ægypto exisse displicuit,intantũ, ꝙ dixerunt(Exo.16.) Vtinam mortui essemus in Ægypto quando sedebamus ad ollas carnium. Ex consimili cogitatione nõnulli statim post Pascha, ad Ægyptum, & ad seruitutem redeunt diaboli, pro parua carnis delectatione cibum derelinquentes(more prædictorum Iudæorum) in quo est omnis delectatio. Et ex tali causa peccator ingratus derelinquit libertatem suam:Eccl.19. Consultius esset remedium apponere,quod notatur.C.6.63.

¶Et non solum ingratitudinem contra Deum sed etiam rusticitatem apud mundum, tales committere iudicarentur,& falsitatem, qui benignum dominum ex bona, & firma conuentione pro longo termino, & hospitio suo recepto contra pactum expellerent, vel perturbarent sedentes, & de bonis domini comedentes, nihil ei de suo dãtes. Sic in proposito. Qui ergo Deum receperunt,eum nec expellant,nec soliciteñ. Si uero contrarium fecerint Deo, improperari potest modo,quo ei quondam improperabat quidam litigãs cum quodam sacerdote, iurante per corpus Christi, quod illo die receperat, recepisti(inquit)eum hodie.Ita,inquit sacerdos. Ergo (inquit) alius non dixit pater noster Sancti Iuliani, quia male hospitatur. In seipso ergo pacifice hospitetur,qui dicturus est hospes erã.Mat.25. Et in suis membris largius hodie pascatur, quando ita large nos pauit. Tibi enim, qui hodie fuisti hospes in mensa domini,dicitur.Eccle.30. Trãsi hospes, & orna mensam,& quæ in manu habes, ciba cæteros. Art.10. 34 Exemplum.

¶Et quia talis ingratitudo,& iniquitas Deo facta, impunita transire nõ debet. Videre restat,quale talibus immineat periculum, & pœna.Vt autem hoc clarius uideant,multa eis in diuersis libris ostendnntur specula. Inter gesta enim beati Bern.Primo unũ eius ostenditur exemplum,vbi legitur, quasi sic, ꝙ cum quendam peccatorem secreto admonuisset, quò ad communionem in statu, in quo erat, accedere minime præsumeret, nec tamen obtemperare vellet, cum Sacramentum acceptum guttur tangeret, guttur ruptum est, & Sacramentum super altare exiliuit. Art.11. 35 Exemplum.

¶Secundo ad idem legitur de quodam, qui frequenter in uita sua corpus Christi male acceperat, & consecrauerat. Cui morienti dæmon cum multis hostijs in patena ardenti apparuit, dicens, quia frequenter male communicasti, hodie de manu mea communionem meam recipies. Exemplum.

Infirmo

Infirmo uero renitenti, unam de hoſtijs ſuper eius manum poſuit, quæ ſuo calore manum ſtatim perforauit. In ſignum, quòd qui comederunt corpus Chriſti, & biberint calicem indignem, ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum erit pars calicis eorum, non in Pſalmo, ſed in inferno. Dæmones enim de eis præceptum, & commiſſionem habent. Hierem. 48. Inebriate eum calice iræ Dei.

Exemplum. ¶Item de quodam alio legitur, quòd quodam die Paſchæ contra conſcientiam ad communionem acceſſit, ne apud alios eſſet notatus, & eadem nocte in camera priuata inuentus fuit ſubito mortuus.

¶Ad idem, nota. D. 1. 26. Nec mirum, quia hoc eſt iudicium à Deo datum. Leui. 7. Anima (inquit) polluta, quę ederit de carnibus hoſtiæ pacificorum, peribit de populis ſuis.

Exemplum. ¶Ad idem eſt factum, quòd ſatis tardè à fide dignis dicit' accidiſſe de quodam aulico, & præpoſito cuiuſdam domini. Inter quos fuit frequentet ira, & diſcordia, & malicioſa accuſatio. Et licet diuerſis uicibus eſſent concordati, ad priſtinam tamen redierunt diſcordiam, quodam ergo die Paſchę aulicus, qui fictam pacem cum alio fecerat, ad communionem acceſſit cum animo ſe vindicandi, uiſa opportunitate, & licet grauem inde haberet conſcientiam, & confiteri in craſtino cogitaret, diſſimulauit, & conſcientiam conſuetudine minus grauãte, uſque ad feſtum Aſcenſionis, quo tempore accidit eum in mane obuium in horto habere diabolum, in forma nigri pueri, qui eum, licet renitentem, ad luctam coegit, in qua eum dure ad terram proiecit, dicens, hoc habeas, quia ſic in Paſchate communicaſti. Ipſo uero ſurgente, & curiam intrante, dominus in oſtio ſtans, ſe ſignauit, dicens, miſer vnde venis? Tu turpior es omni leproſo, ac ſi de inferno uenires. Cui ille, Non (inquit) de inferno venio, ſed ſum ſicut homo, qui eſt iturus illuc. Ideo timeo, quòd ad infernum uadam, quia ſic egi. Et ſic mihi accidit, & expoſuit ſibi omnia, & vix ſermone completo, mortuus cecidit, facto oſtendens, q̃ ira non habet miſericordiam. Prouer. 27. Nec mirum, quia ſi uoce veritatis, qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio æternæ (ſcilicet) damnationis. (Matth. 5.) Quid mirum, ſi ſic iudicantur, qui iraſcuntur, & eam hoc excommunicantur?

¶De quodam etiam alio legitur, q̃ ſic fictam pacem cum vicino ſuo faciẽs, ad communionem in die Paſchæ acceſſit, & cito poſt diabolus maiorem poteſtatem in eo, ſicut in Iuda, accipiens, procurauit, q̃ uicinum illum occidit, ſuſpendebatur, oſtendens, quòd ſi ad tempus breue confuſionem euadat, ſic ad communionem accedens, non tamen diu. 36 Exemplum.

¶Ad idem legitur de duabus mulieribus, una diuite, & alia paupere, inter quas diu durauit diſcordia, diabolo diuitem agitante, quia pauperculą pacem affectabat. In die ergo Paſchæ, ſacerdos diuitem publicè à communione repellebat, quia diſcordia publica erat, confuſione ergo coacta, fictam fecit pacem. Poſt miſſam ergo pauper ei in oſtio eccleſiæ occurrens, ei gratabatur de pace facta. Cui illa ſuperbæ reſpondit, dicẽs. Credis tu, quòd te cum pacem habere vellim? mallem potius, quod eſſem ſuſpenſa, quæ ſtatim nigerrima mortua cecidit, & hoſtia gutture fracto exiuit; & remanſit in aere, uſque ſacerdos cum patena veniens, illam honorificę vt docuit, reciperet, miſeram vero illam in foueam, tãquam canem, vt debuerunt proiecerunt. Exemplum.

¶Nec debent iſta prædicta incredibilia eſſe ſacram Scripturam intelligenti, quia tam in ueteri teſtamento, quàm in nouo, conſimiles uindictę pro conſimilibus delictis, uel minoribus leguntur accidiſſe.

¶In ueteri enim teſtamento. (2. Regum 6.) Legimus, Ozam à Deo occiſum, quia arcam domini, in qua erat mãna (iſtius ſacramẽti vmbra, & figura), 37 Exemplum.

indignus,

indignus, ut pote qui ſecundùm Hebræos illa nocte cum uxore dormierat, tetigit. Quod igitur mirum eſt, ſi illi morte turpiſſima, & ſubita à Deo percutiantur, qui ad iſtud Sacramentũ, quod omni comparatione poſtpoſita, in infinitum melius eſt, accedunt, & nocte forte præcedẽti cum meretricibus domierunt, & in futuro dormire intendunt, vel in ira, & alijs ſunt irretici peccatis? Et ſi ille Nabal, legitur à Deo percuſſus, (primi Regum 25.) quia Dauid cibum negauit. Et ille Achitophel (2. Regum 17.) Laqueo ſuſpendit in uindictam, quia conſilium malum dedit cõtra Dauid, quod mirum eſt, ſi illi leguntur mala morte mori, qui maius committunt delictum contra Chriſtum, per Dauid in ſacra Scriptura figuratũ, ipſummet deuorantes, & dæmonibus, qui in eorum animabus ſunt tradentes? Et ſi Azotij. (1. Reg. 5.) A Deo mirabili plaga puniti leguntur, quia arcam domini, in qua erat manna, in templo poſuerunt dagon, quod mirabile, ſi illi à Deo puniti leguntur, qui ipſum arcæ dominum, Chriſtum in templo ponũt diaboli? id eſt in ſeipſis, ſicut enim viri Sancti Templum ſunt Spiritusſancti. (1. Cor. 3.) Templum domini ſanctum eſt, &c. Ita mali templum ſunt ſpiritus maligni.

¶Vt etiam melius totum dubietatis ſcrupulum, quantum ad prædictas hiſtorias, de cordibus ſuis auferant, uideãt ſpeculum illorum nouum & clarum in nouo teſtamẽto de Iuda, qui Chriſtum in cœna cum Diſcipulis male accepit, & cito poſt, eũ Iudæis tradidit, & ſeipſum ſuſpendit. Sed dicent forte, non tantum peccant Chriſtum indigne ſuſcipientes, quãtum peccauit Iudas, immo multis rationibus oſtendi poteſt, quòd peccatum iſtorum grauius eſt, quàm peccatum Iudæ, uel etiam crucifigentium Chriſtum. Primo, quia illi in parte eum Deum eſſe ignorabant. Secundo, illi iniuriam fecerunt Chriſto mortali. Iſti immortali. Illi tradiderunt eum Iudæis. Iſti dæmonibus. Illi permiſerũt eum poni in ſepulchro nouo, & mundo. Iſti eum ponunt in ſepulchro peccatis fœtidiſſimo, ubi dæmon eſt ſepultus, immo forte dæmoniorum legio. Illi permiſerunt eum ſepulchro uſque in diem tertiã requieſcere. Iſti eum expellunt. Secundo illi adhuc Chriſti morte redempti nõ erãt. Iſti ſunt. Illi ſemel male tractauerunt. Iſti frequenter. Iudas cito petiuit; & quod male acceperat reſtituit, dicens. Peccaui tradens ſanguinum innocentem. Iſti uero uix per totum annum pœnitent, quod uero male accipiũt, nunquàm reſtituunt. Illi poſuerunt eum ſupsr pulchram Crucem. Iſti eum poſuerunt in uiliſſimo ſterquilinio. Quis ergo excogitare poſſet pœnam eis dignam? Vnde Apoſtolus ad Hebr. 10. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione moritur, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamentum pollutum duxerit? in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit, ſcimus eum qui dixit mihi uindictam, & ego retribuam. Sequitur, horrendum eſt (ſupple) talibus, incidere in manus Dei uiuentis, nec mirum, ſi à Deo grauiter puniendi ſint, quia ſi illi peccauerunt. Iudæi ad agnum Paſchalem accedendo contra Dei præceptum. (Exod. 12.) Omnis alienigena non comedet ex eo. Et (Leti. 22.) Omnis alienigena nõ comedet de ſanctificatis, quãtomagis qui accedit ad agnum Dei, & ad Santa Sanctorum. No. F. 1. 82.

¶Hoc forte audientes, omnino ab Euchariſtiæ receptione ſe cogitant retrahere, ne in talia incidant pericula. Sed neutrum extremorum, ſed mediũ eligendum eſt. Iſtud enim eligentes, in magnum incidunt periculum ſicut patet Numeri 9. Vbi Deus præcepit dicens. Si quis autem eſt mundus, & in itinere non fuerit, & tamen non fecerit Phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis, ergo ſi mundi non ſumus, illo non obligamus præcepto. Arti. 12. 88

Quibus

Quibus reſpondetur, quòd obligantur Dei præcepto (eodem capitulo) ſe mundare, & poſtea illud accipere Sacramentum. Vnde talibus dicitur ibidem à Deo, faciunt phaſe menſe ſecundo.

¶Semel enim ad communionem accedere tenentur, non ſolum ex illo Dei præcepto, ſed ẽt ex eccleſiæ ſtatuto. Extra de pœni. & remiſ. c. omnis: ubi ſic dicitur. Omnis fidelis ſaltem ſemel in anno tenetur, poſtquàm ad annos diſcretionis venerit, confiteri omnia peccata ſua. Et ſuſcipere reuerenter ad minus in Paſcha euchariſtiæ Sacramentum, niſi forte de conſilio proprij ſacerdotis ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus, ab eius perceptione duxerit abſtinendum. Alioquin, & viuens ab ingreſſu eccleſiæ arceat, & moriẽs chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum debet frequenter in eccleſijs publicari, ne quiſquam ex ignorantiæ cæcitate uelamen excuſationis aſſumat; hæc ibi.

¶Nec eſt mirandum, ꝙ Deus, & eccleſia hoc præcipiunt, quia ſi ſemel, in die comedunt, ut uita teneatur corporis, quid mirabile eſt, ſi præcipiatur ꝙ ſemel in anno hunc ſumant cibum, ut vita teneatur animæ, & ſi mortuus diceretur corpore, qui ſemel in anno cibum non ſumpſit corporis, quid mirum, ſi mortuus iudicetur ab eccleſia, qui cibũ ſemel in anno non capitam neceſſariũ, ſine quo, nec creati ſumus, nec gubernari, uel uiuere poſſumus, qa teſte philoſopho. Eiſdem nutrimur, ut ſimus. Cũ ergo iſto creati ſimus in eſſe, neceſſe eſt iſto Sacramento in eſſe nutriri, & conſeruari. Nec mirum, ꝙ ab eccleſia excluduntur, qui Chriſtum excludunt, qui etiam de cœlo excludẽdi ſunt, quia Chriſtum excluſerunt. De quibus Io. 1. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Sed ſi (ipſo teſte. Matth. 10.) Tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomore in die iudicij, quàm illis, qui ſuos non recipiunt diſcipulos, quàm durum erit eis, qui ipſummet non recipiunt, ſaltem ſemel in anno. Si ipſi ita dure ad ignem iudicantur æternum. (Matt. 25.) Qui ſuos hoſpitio non receperunt, vbi putas ponẽdi ſunt, qui ipſum nõ recipiunt, uel receptum turpiter expellunt?

¶Eſt ergo cum digna præparatione recipiendus, receptus vero, eſt reuerenter cuſtodiendus, ut ſemper nobiſcum maneat, quod quidem facimus, ſi pacta, quæ cum eo ante receptionem fecimus, teneamus. Si fideles camerarij fuerimus, omnes portas ſenſuum diligenter cuſtodientes, ne aliquid, quod eum offendere poſſit, intret, per feneſtras enim reſpiciendo ad illa, quæ prius inordinate dileximus, vel talia loquendo, uel audiendo. Si enim pacta cum hominibus facta graue ſit frangere, & talis falſus reputetur, quanto magis pacta cũ Deo, quæ fuerunt ab omni abſtinere peccato, & aliena reſtituere? Et ſi ille proditor reputetur apud homines, qui cameram cuſtodire tenetur regis, & inimicos ſuos ſuper eum intrare permittit, quanto plus ille, qui dæmones intrare permittit ad cameram animæ ſuæ ſuper Chriſtum. Et parentes, qui filium proprium ab igne, & aqua, & huiuſmodi periculis non cuſtodiunt magna ab eccleſia puniuntur pœna, quanto magis à Deo puniendi ſunt, qui Dei filium ab igne non cuſtodiunt peccati, ſed eum igni exponunt infernali, gratis ad choreas, & ad illicita ducendo ſpectacula, & gula, & ebrietate quantum in eis eſt, ipſum ſumergunt. Et ſi Dauid prophetа illos dixit filios mortis. 1. Regum 26. Qui non cuſtodierunt dominum ſuũ regem Saulem, quanto magis iſti filij mortis dicendi ſunt. Ergo cuſtodi virum iſtum. 3. Reg. 20. Sicut caſtrum, quod cuſtodit cuſtodientem, & non cuſtodit non cuſtodientem. Sicut ergo ſtultus diceretur, qui caſtrum, uel lapidem ſeu anulum precioſum, uel cartam hæreditatis, uel literam ſecuritatis inter inimicos non cuſtoditet, ſed proijceret, multo ſtultiores ſunt, qui Chriſtum proijciunt, qui tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam. Ephe. 5. In quo habemus omnia, Arti. 13. 39

omnia, sicut patet, supra eo. cap. 18.

Art. 14. ¶Præter auctoritates in diuersis huius capituli locis prædictas, quæ loco thematum, quandoque sumi possunt. Aliæ addendæ sunt ad propositum illud pertinentes. In vigilia paschę est ad propositum. Num. 11. Sanctificamini, eras comedetis carnes. Et illud Iosue 3. Cras faciet dominus inter uos mirabilia.

40 ¶Die Paschæ ante prandium, date eis panis modicum, & pauxillum aquę, donec reuertar in pace. 2. Paral. 18. Illud etiam. Psal. 33. Accedite ad eum, sicut patet. A. 9. Et illud 3. Reg. 19. Surge, comede. Et illud Esa. 1. Bona terræ comedetis. Et illud Gen. 45. Dabo uobis omnia bona. Et illud Matth. 26. Manducate ex hoc omnes. Et illud Luc. 11. Panẽ nostrum quotidianum da nobis hodie. Et illud. Venite, prandete. Io. 21. Et illud Prou. 9. Venite, comedite panem meũ, & bibite vinum meum, qualiter uenien dum sit, sermo. 5. est.

¶Post prãdium, venit Deus in castra. 1. Reg. 4. Et illud Eccl. 15. Cibauit illũ pane uitę, & intellectus. Et illud Act. 10. Manducauimus, & bibimus cum illo, postquàm surrexit à mortuis. Et illud Psal. 77. Panem angelorum mãducauit homo. Et iterum. Pluit illis mãna ad manducandũ. Et illud. 2. Thim. 1. Depositum custodi per spiritum sanctum.

¶In die Sacramẽti illud Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem.

¶Si quæratur, quid sit illud Sacramẽtum? sicut Iudæi dicentes, manhu. Respondet Paulus. 1. Thim. 3. Magnum pietatis Sacramentum. Si quęratur, quare festum Sacramenti fuit institutum? Respondet idem ad Coll. 1. dicens. Notas facere diuitias Sacramenti huius. Iterum quærenti, quid sit hoc hoc Sacramẽtum? Respondetur. Leui. 7. Hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis. Acceptabis sacrificium iustitiæ. In Psalm. 30. (Hebr. 9.) Ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit

¶Exemplorum. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Tametsi omnibus necesse sit bona exempla præbere; Maximè tamen, & potissimum illi diuino mandato astringuntur, qui alijs quomodocunque præsunt, & præponuntur.*

2 *Subditis apprimè conducit, quòd Præsides eis bona exempla ostendant: non enim satis superque sunt sine exemplis verba bona, & ædificatoria.*

3 *Prædicatores & Sacerdotes habentes tãtum pœnitentiæ scientiam, & prædicationis verba in ore, non autem opera, & exempla bona Aui Bernac, & speculo ardenti, & ignito assimilantur.*

4 *Præbentes mala exempla similes fiunt oculis lippis: & appellantur Diaboli incendiarij, & omes.*

5 *Magistri negligentes facere, quod dicunt auditores suos opprimunt & secum ad ima Dæmonis tartara trahunt: & merito dici possunt, falcones, aues domesticæ, rati, & glutes Diaboli.*

6 *Plures animas Diabolus enecat bense, & mucrone nefarij exempli acutissimo quàm operis, & facti scelesti.*

7 *Exemplo scriptoris bonum & verum exemplar insuentis, & per bellæ mulieris clarum speculum inspicientis, intueri, & sequi debemus bona sanctorum virorum exempla.*

8 *Mala exempla cum pœna, & supplicio & fine sequenti sunt mente tractanda, & cogitanda, ut opere caueantur ac fugiantur.*

9 *Non parum expedit hominibus ludentibus aleis & taxillis, dum concio habetur, audire mala peccatorum exempla; finis etenim, & pœnæ improborum eos citius à peccatis remouerent, & euocarent; quàm sensus suimet; & ludi.*

10 *Mala*

10 *Mala dubia ſuſpicanda & cogitanda ſunt bona, vel bona intentione peracta; quatenus Deus talia uindicare nobis interdicito nolite iudicare.*

11 *Improbi potius malæ quàm bona exempla amplectuntur.*
Et bona, uel dubia exempla potius ad malam, quàm ad bonam partem exponunt, & indicant, propter duas potiſſimum cauſas: prima eſt propter ſimiles malorum conditione, & qualitates, & diſpoſitiones.

12 *Aliqui uidentes aliquando alios ad loca infera uelociter currentes propter eorum facinora, poſt eos fortiſſime, pro ſocietate currunt, ut tandem illunc ſecum quandoque perueniant.*

13 *Secunda cauſa eſſe uidetur; quia homines flagitioſi Brutis ipſis aſſimilantur.*

14 *Tertia cauſa, cur impij exempla bona ſeu ambigua potius malè, quàm æquè, bonique conſulant, ea eſt; quia qualem quislibet ſe eſſe cognoſcit, tales paulominus omnes alios fore ducit, & iudicat: & propter prædictas cauſas Dæmon peccatorem non ſtatim cum deliquerit, ſi poſſet, occidere vellet.*

15 *Multis ualde decoris exemplis indicatur, ſtultos perire; & inſanos eſſe, qui hominum mala exempla præbentium, ſimul & exempla & uias æmulantur, atque ſectantur.*

16 *Qui mala exempla obijciunt, & qui illis libentius morem gerunt, & indulgent, beluis rationis expertibus concinnè & iure comparari poſſunt, immo eos eſſe qua piam creatura ratione carente deterioris, conditionis audacter aſſerere non erubeſcimus adducti multis uenuſtioribus exemplis: Sunt etiam hi mali cunctis opificibus peioris conditionis.*

17 *Mala exempla præponentes, & capientes ſatius meherculè prædonibus & homicidis, quam alijs aſſimilari debent.*

18 *Cauſa, quare Chriſtiani à temporaliter carnificatis, uel ab æternaliter damnatis, & perditis exempla benefaciendi haud addiſcant, uel capiant; ea eſt; quia magis malorum proſperitatem, quàm finem conſpiciunt.*

19 *Qui uiuorum hominum male proſperantium exemplum duntaxat miratur, eosque ſequitur, neceſſario ruit, & labitur, & ſubmergitur, nec peroptatum portum unquam appellet.*

20 *Speculum noſtrum mortui eſſe debent.*

21 *Non licet uti nouis ueſtibus curioſis, nec alijs ridiculis ornamentis uel capitis, uel corporis, ad ſpirituale aliorum damnum.*

22 *Mala exempla retrahentes, & expellentes potius damna nocina ſuſtinere in corpore, & in rebus debemus; quàm illicita, & nefaria parantes, quemquam ſcandalo aſicere: ne ullo pacto excuſatione digni æſtimentur, qui mala aliorum exempla ſectantur.*



Xemplorum bonorum. Primo, oſtẽdenda eſt neceſſitas, & utilitas. Secundo, malorum periculum, & pęna. Tertio oſtenditur, quòd prima ſunt ſequenda. Quarto, quòd ſecunda ſunt fugienda. Quinto, quòd dubia ſunt in meliorem partem interpretanda Sexto, quare mali potius mala ſequuntur exempla, quàm bona. Septimo, ſic ſequentium ſtultitia, & periculum. Octauo, tam mala exempla dantium, quàm ſequentium excuſatio cum reprobatione.

¶Quantum ad primum, licet omnibus neceſſarium ſit bona præbere exẽpla. Quia ſicut bona conſcientia, & vita eſt neceſſaria propter ſalutem propriam. Ita exempla, & fama bona, neceſſaria ſunt propter ſalutem proximi. Quantum enim ad famam, & exempla mandauit Deus unicuique de proximo ſuo. Eccleſiaſtici 17. Maxime tamen, & principaliter illo aſtringuntur mandato, qui alijs in dominio, ſeu regione ſpiritualiter, uel corporaliter præponuntur. Quia (teſte beato Gregorio) non poteſt aliorum ſordes tergere, Ar. 1. I

Digitized by Google

re, qui lutum in manu tenet, lutum in manu eſt peccatum in opere, & exemplo. Sicut ergo neceſſe eſt manus habere mundas, qui aliorum tergere debet immundicias. Alias dum tergere nititur, plus maculat. Et ſicut neceſſe eſt ducem exercitus fortiter agere, ad hoc ꝙ exercitus fortitudinis accipiat exempla. Quia (teſte Seneca ſecundo rhetorice) quis exercitus bene pugnaret, vbi Imperator fuit de prælio? Ita neceſſe eſt, quòd qui debet alios corrigere, & mundare, ſit in ſe mundus, quia ab immundo quis mundabitur, & à mẽdace quid verũ dicetur, Eccl. 34. Immo plus maculat, quia dũ mala in alijs deſtruere nititur, quæ opere exercet, murmure, & detractione plus ſe maculat, quos mundare immundis manibus nititur. Nec videtur eis uerecundum uinci, uel fugere, uel agere, ubi uident præpoſitos ſuos à diabolo uictos, uel in bello ſpirituali fugientes, vel illicita agentes. In quorum perſona loquitur Ouidius lib. ſine titulo dicens. Quod decuit reges, cur mihi turpe putem? niſi ergo bona præbeant exẽpla, ſunt ſubditis in exem-
2 plum ſubuerſionis. Deut. 29. Et ſicut eſt eis neceſſarium. Ita ſubditis eſt vtile, ꝙ eis bona præbeant exempla, nec ſufficiunt uerba ædificatoria ſine exemplis, quia (teſte beato Grego.) Exempla plus mouent, quàm verba. Citius enim vitulus iugum portare diſcit à boue antiquo, qui ſecum idem iugum portat, & idem opus operatur. Pro quo addiſcendo vitulus ſecum copulatur, quàm quocunque clamore uerborum. Sic in propoſito diſſolutus, & malus citius iugum domini portare diſcit ab illo, quẽ opere uidet iugũ illud portare, & quẽ videt operari, quod docet. Exemplo magiſtri noſtri Chriſti, qui incepit prius facere, & docere, quàm quibuſcunque doctrinis verborum. Et cauſa patet. V. i. u.

Exemplum. Nota. M. 8. 41.

¶Hoc patuit in effectu per hoc, quòd refert Iacobus de Vitriaco, de quodam abbate, qui modo, qui ſequitur, peſſimum hominem ad bonam vitam duxit, rogauit eum, ꝙ aliquibus diebus in monaſterio lautam duceret vitam, qui petitioni, quia fauorabilis erat, annuit, miniſtrum vero ei deputauit fratrem unum, qui coram eo arctiſſimam duxit uitam in pane, & aqua, cęteriſque auſteritatibus, miſer vero ille tantam admirans auſteritatem, uno die ab eo quærere cępit, quid feciſſet, nunquid (inquit) patrem, aut matrem occidiſti? nunquid adulterium, vel furtũ, vel homicidium? Non, inquit. Et quare ergo ait, ita te torques? propter (inquit) alia peccata minora, ut per iſtas pœnas euadere poſſim æternas, & ſaluari, miſer ille cogitare cępit, ex quo iſte, qui parua fecit peccata, tot ſuſtinet pœnitentias, ut pœnas euadat æternas, multa me ſuſtinere oportebit, ſi illas æternas euadere debeam? Et ex tunc vitam in melius mutauit. Ecce à boue operante, & à iugum domini portante, vitulus ille iugum domini portare didicit. Sic 3
inquit Chriſtus. Matth. 5. Videant opera veſtra bona, & g. &c. Signanter dicit, opera, potius quàm verba, quia tales qui ſolum ſcientiam, vel verba habent pœnientiæ, & prædicationis, aſſimilatur aui, qui uocatur Bernac, quæ de ligno Bernac.
nutritur (ut dicunt) & naſcitur & in fine ſolo roſtro adhæret, qua à ligno amoto, aquis ſe immergit. Sic nonnuli in ligno ſcientiæ Gen. 2. Lignoque ſcientiæ nutriti, ſolo roſtro ligno adhęrent, quia quę didicerunt, ſolo uerbo diſputationis, & prædicationis uentilant, quo roſtro ab occupatione illa amato, aquis omnium uoluptatum ſe immergunt. Et quod in libris diſcunt, & ore prædicant. (Teſte beato Gregorio in paſtorali) moribus impugnant. Tales falſiſſimo aſſimilantur ſpeculo, & uocatur ſpeculum ardens. Et ſicut illud ſimilitudinẽ pulcherrimę faciei in ſe *recipiẽs, illam* intuentibus diſtortam, & *turpem redit.* Iſtud ſpeculum ardens igne infernali, quia in ſacra Scriptura, & in exemplis ſanctorum, & meditationibus, & ſtudijs pulcherrimas intellectu recipiunt ſimilitudines, & tamen in opere ab

extra

extra turpiſſimas oſtendunt intuentibus. Quorum factum ſatis pulchre deſcribitur Ezech. 34. Reliquias paſcuarum ueſtrarum conculcaſtis pedibus veſtris, & cum puriſſimam aquam biberitis, reliquam pedibus veſtris turbaſtis, & ſequitur, ſubditorum ex hoc periculum. Et oues meæ, in his quæ conculcata pedibus ueſtris fuerant, paſcebantur, & quæ pedes ueſtri turbauerant, hæc bibebant. Nota. R. 2. 3.

Ar. 2. ¶In qua auctoritate ſecundum patet principale, malorum (uidelicet) exemplorum periculum, & pœna ea dantibus debita. Sicut enim oculi prius ſani, ex oculorum lipporum diligenti & curioſa inſpectione, ægritudinem contrahunt conſimilem. Ita in propoſito, quia infirmus in moribus eſt moribus contagioſus, ad modum lepræ in hominibus. Et ad modum ſcabiei in ouibus. Vnde Grego. Nazianzenus in apologetico. Si quis in rectore uiciorum morbus cognoſcitur, facile in eos, qui ad obtemperãdum ei preſto ſunt, tranſfunditur, & facilius quod malum eſt, quàm virtutis. 4

¶Dantes ergo talia exempla, incendiarij ſunt diaboli. Quia ſicut habens bellum cum aliquo nititur ignem ponere in domo, uel caſtro ſuo ſuper ſuos miniſtros. Ita diabolus per malorum exemplorum oſtentatores, nititur ignẽ inferni ponere in caſtris Dei, id eſt, animabus chriſtianorum.

¶Sunt etiam oues diaboli, de quibus. In Pſal. 48. Sicut oues in inferno po. &c. Quia ſicut ouis una in aliquo paſſu ante alias ducitur, ut aliæ ſequantur, quod & faciunt. Ita diabolus tales ante alios ducit, & multi eos ſequuntur, quo per eos capit. Vnde Beñ. in epiſtola ad ducẽ Aquitaniæ. Si quis de populo deuiat, ſolus perit, ſed principis error multos inuoluit, & tantis obeſt, quantis præeſt, patet ergo quòd peior eſt in familia quantum ad periculum, quàm peccatum in ſe. Sicut patet de arbore cadente, quæ multas circunſtantes ſecum trahit, uel de domo, quæ multos opprimit. Maior eſt ruina de arboribus fructiferis ſimul proſtratis, & de hominibus ſub domino oppreſſis, quàm ſit domus in ſe, uel arboris cadentis.

¶Iterum, quando plures uni arbori, uel domus uni columnæ innituntur, ipſis cadentibus cadunt, ſic qui quantum ad exemplorum doctrinam alijs innituntur. Vnde Sene. lib. de beata uita in principio. Sicut (inquit) in populo, quando ſe premit cadens alterum attrahit, & primi exitio ſunt ſequentibus, ſic & in uita accidit, ſcilicet, quòd cadentes in prauis moribus, alios attrahunt, & cadere faciunt, ad quos mores corrigẽdos debent laborare rei publicæ rectores.

¶Idem patet in lib. de. 12. abuſionibus, qui & à quibuſdam dicitur Auguſtin. à quibuſdam Cypriani. Paxillus, niſi firmitatem habeat, omne quod in eo pendet, cito labitur cum oneribus ſibi hærentibus. Sic princeps, uel magnus, niſi Deo firmiter adhæreat, peribit, & ſibi ſuo exemplo adhærentes, ſimul cadent, cæcus enim cæcum ducit, & ambo in foueam cadunt. Iuſtum enim eſt, quòd ſicut hic maiores ſequuntur ad culpam. Iuxta illud Claudiani. Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus. Ita ibi eos ſequantur ad pœnam. 5

¶Qui ergo ſtans alios ſupportat, cadens eos opprimit, uel ſecum trahit. Sicut patet. 3. Re. 3. De muliere, quæ vigilando filium aluit, & nutriuit, dormiendo oppreſſit. Super quo beatus Gregorius dicit, quòd magiſtri auditores ſuos, quos per prædicationis uigilias nutriunt, dum quod dicunt, facere negligunt, per corporis ſomnum occidunt. Et ſic negligendo opprimunt, quos uigilando verborum lacte alere videbantur.

¶Sunt ergo, ſicut omnibus prædictis patet, aues domeſticæ diaboli, & eius falcones, per quos alios capit, uel eius rete, uel glutinum, quo alios illaqueat. De quibus. Oſeæ 5. Audite hoc ſacerdo-

ſacerdotes, & domus Iſrael, & domus regis auſcultate, quia vobiſcum iudicium eſt, quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi. Et ſicut rete expanſum ſuper Thabor, & victimas declinaſtis in profundum, id eſt, animas in profundum peccati, & inferni, per retia malorum exemplorum.

6 ¶Diabolus enim plures lucratur, & occidit gladio mali exempli, quam facti, quia in facto unum forte uel duos occidit, in exemplo forte mille, & quãto maior eſt, tanto plures. Peccatum ergo illorum eſt gladius diaboli acutiſſimus, qui tot ſimul occidit, tam reſpicientes, quàm facientes. Quia (ſecundùm Auguſt. li. de paſtoribus.) Omnis, qui male viuit in conſpectu illorum, quibus præpoſitus eſt, quantum in ipſo eſt, occidit, & forte qui imitatur, moritur, & qui non imitatur, uiuit, & tamen quantum in ipſo eſt, ambos occidit. Sicut cæra diſpoſita, ſic formã imprimit, propter hæc, & ſimilia pericula. Dicit Chryſoſto. ſuper epiſtolam ad Hebr. Homel. 34. Quod melius eſt ſine principe conuerſari, quàm à malo regi, quia principis, ſiue in principatu corporis, ſiue animæ peccatum multis inferioribus nocet, quod oſtenditur. 2. Mach. 9. Vbi dicitur, q̃ fętore Antiochi exercitus grauabatur. Et 2. Reg. 31. Vbi legitur, quòd armiger Saulis uidens, q̃ dominus irruit ſuper gladium ſuum. Irruit & etiam ipſe ſuper ſuum. Et quanto maior eſt (ut dictum eſt) tanto pluribus nocet, ſicut quanto maior eſt arboris umbra ſtantis in uinea, uel agro, tanto plura loca ſterilia reddit, & herbas creſcere impedit. Et ſicut pluribus nocet. Ita plus punietur, non ſolum pro peccatis proprijs, ſed etiam pro peccatis ſubditorum, quod oſtenſum fuit. Numeri 25. Vbi Deus præcepit dicens. Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende illos contra ſolem in patibulis, ſuper quo dicit Origenes, peccante populo, principes puniuntur, ut à populo ceſſet ira Dei. Hoc ſi homines cogitarent, nunquam populi, principatum ambirent. Nota legem. O. 6. 54. Item. P. 6. 6. Item. T. 1. 16. Nota legem, uel curam. Item nota de iſta materia in ſermonibus.

Exemplum.

¶Ex quo illa mala exempla ſunt, tã facientibus, quàm adhærentibus tam periculoſa, ideo, iſta ſcilicet bona ſunt ſequenda, & intuenda. Iuxta illud. Exod. 25. Et Hebre. 8. Cuncta facia ſecundùm exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Ar. 3.

7 Exemplum. Sicut enim ſcriptor libenter intuetur exemplar verum, & mulier curioſa ſpeculum clarum. Ita nos reſpicere debemus exemplum ſanctorum, quod in monte bonę vitæ, & altæ conuerſationis monſtratum eſt. Et de illis exemplaribus accipiendę ſunt uirtutes, & Scripturæ uirtutum, quæ in libris conſcientiarum veſtrarum ſcribendæ ſunt. Ibi enim exemplaria omnium uirtutum gratis offeruntur.

¶ Vita enim cuiuſcunque ſancti, quaſi exempla uitæ noſtræ oſtenditur. Ex quo ergo neceſſitas nobis incumbit ſcribendi in libris conſcientiarum noſtrarum mundiciam. Quia ſine illius Scripturę tenore, & pictura, & colore, & illius imaginis ſuperſcriptione gloriam illam, quam ſoli mundi obtinebunt. (Matth 5.) Obtinere non poſſumus. Quia non intrabit in illam aliquid coinquinatum. Apoca. 21. Recipiamus ergo exemplar virginum, & faciamus ſecundùm exẽplar illud. Sic in patiẽtia, in tribulatione. Sic de omni alia uirtute. Ipſe enim Deus, qui tot ſanctos nobis propoſuit, loquitur dicens. Ioan. 13. Exemplum enim dedi vobis. Nota. L. 4. 3. Quia in omni ætate, & in omni ſtatu, & in omni conditione ſeres, & iuuenes religioſos, & ſeculares diuites, & pauperes, fortes, & debiles, ſanctos propoſuit, ut poſteris daretur exemplum. Tob. 2. Et non ſolum ſanctorum nobis exẽplaria oſtendit, ſed ſeipſum etiam in exemplum nobis contulit, Chriſtus (inquit. 1. Petri 2.). Paſſus eſt pro nobis, uobis relin-

relinques exemplum, ut ſequamur veſtigia eius.

¶Tot ergo de omni ſtatu, & conditione exemplaria nobis propoſuit, ut dum in omni ſtatu, ætate, & ſexu & cõditione, uidemus aliquos ſanctã duxiſſe vitam, nullus cuiuſcunque ſtatus, vel cõditionis excuſationem habeat; quia bene uiuere poſſet, ſi uellet, ſiquidem per uiam illam, per quam illi tranſierunt, qui non fuerunt maioris fortitudinis, uel alterius conditionis, quàm nos ſumus, nos trãſire poſſumus, ſi volumus. Dum ergo tot exemplaria, & tot uiæ ductores, nobis proponuntur, conditionem conſequamur pictorum, qui pulchras imagines diligenter conſiderant, ut conſimiles faciant. Et unã excellentem pulchritudinem, uel tractum colligunt de una imagine, & aliã de alia, ut omnes illas excellentias in una imagine ponant, & pulcherrimam faciant. Sic nos ſi ab uno ſancto diſcamus excellentiam, quæ in eo fuit, videlicet, humilitatem. Ab alio eleemoſynam, & ſic de alijs, ut uitam noſtrã his pingamus coloribus, pulcherrimam eam faciemus, quàm ſponſus noſter Chriſtus intuendo, dicet. Tota pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te. (Canticorum 4.) Tota intentione omnium uirtutum ſimul aggregatione, & extenſiue in omni ſtatu, & ætatis ſucceſſione. Quia pro omni ætate exemplaria inuenit propria. Si iuuentutem docere deſiderat, ibi exemplaria habet iuuenum. Exemplum (inquit) forte adoleſcentibus relinquam. 2. Mach. 6. Et ſic de alijs, quorum quilibet dicere poteſt illud Iob 17. Poſuit me in exemplum coram eis. Ille eſt ergo nimis negligẽs ſcolaris, qui ad tot exemplaria ueræ librum conſcientiæ ſuæ non corrigit, nimis negligens de pulchritudine animę, qui ad tot ſpecula maculas non tergit peccatorum, nimis rudis pictor, qui ad tot imagines uiſas nihil diſcit, nimis maledicta apis, quæ de tot floribus mel colligere neſcit. Qui exemplari in vi-

dendo, & umbræ deſeruiunt in operando. Hebr. 8.

¶Cum enim affirmatio vnius, ſit negatio ſui contrarij, ex præcedenti articulo ſequitur, ꝙ mala exempla ſunt fugienda, & quia ea fortius fugere facit timor pœnæ, & periculi, ſicut uidens medicum ex aliqua potione mori, ſi ſanæ mentis ſit, conſimilem fugit potationem. Timor autem pœnæ, & periculi ſciri non poteſt ſine mentis cogitatione, &c. Mala ergo præcedentium exempla cum fine, & pœna ſequenti mente ſunt tractanda, & cogitanda, ut opere caueantur. Corde ergo meditandum eſt, quomodo lucifer cum ſocijs de cœlo cecidit propter ſuperbiam, ut ſit in maledictionem, & exemplum cunctorum in omni populo. (Num. 5.) vt ſuperbiam fugiant. Quomodo Adã edendo contra Dei præceptum de Paradiſo eiectus eſt, ut gula uitetur, Zach. 13. Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea. Quomodo peccata carnalia in diluuio, & in Sodomia punita ſunt, ſicut patet expreſsè p hoc, quod dicit Petrus in Canonica ſua. 2. Pet. 2. Ciuitates Sodomorum, & Gomorræ in cinerem redigens euerſione, damnauit: Exemplum illorum, qui impie acturi ſunt ponens. Quomodo Vaſthi Regina (Heſter. 1.) Propter inobedientiam de regno eſt iecta, ut ſit cæteris in exemplum contemptus & obedientiæ. Heſter. 1. Quomodo Aman propter inuidiam ſuſpenſus eſt. Et ſic cogitantes finem malorum, tam ex ſacra Scriptura, quàm ex alijs hyſtorijs, Exemplum accipite fratres mei exitus mali. Iaco. 5. Ar. 4.

¶Illis enim, qui ad ſcacos, uel taxillos, dum prædicatur, ludunt, dicentes. Ad quid ſermonem audiemus, quilibet habet quinque ſenſus, & ſcit, quando male fecit, & quando bene. Scit enim ꝙ quando fornicatur, uel furatur, uel inebriatur, quòd peccat, expediret forte talia audire exempla, quia terribilia exempla, finis, & pœnæ malorum, ciuitas eos à peccatis reuocarent, & ne imposterum 9

ſterum peccarent,& efficacius uiam ſalutis, & artem animæ informarent, quàm ſenſus ſui. Sapiens enim dicit Prouerb. 24. Exemplo didicit diſciplinam.

¶Via enim, & modus diſcendi per exempla breuior,& efficacior eſt. Multi enim talia audiendo ad bonum conuerſi ſunt,ſicut patet de beato Auguſtino. Et A.26.30.& 35. Et multis alijs locis, qui nunquam ſenſibus proprijs hoc feciſſent, nec mirum, ubi eſt aliquis artifex, uel aliquis, qui deſiderat artem addiſcere,qui dicit,ſenſus meos habeo, magiſtrum audire nolo, niſi in arte animæ, in qua non habet omnia exempla promptu. Ergo utile eſſet addiſcere. Cum enim vox plus ad doctrinam conferat, quàm ſenſus proprius. Iuxta illud Hieronymi in prologo totius ſacræ Scripturæ. Viua uox energiam quandam habet. Et exempla adhuc plus conferant, quàm uox. (Sicut patet ſupra.c.c.2.) Neceſſario concedere habēt, q exempla plus eis ad animę doctrinam,& efficacius ualerēt, quàm ſenſus propriꝰ. Illud enim, quod ipſi tanquam conueniens concedunt,Apoſtolus. Ro.10. pro inconueniēti habuit, dicens.Quomodo inuocabunt, in quē non crediderunt? Aut quomodo credent,quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante? Nota. A.26.26. Tales ergo quia aliorū præcedentium exempla audire nolunt, ut diſcant, & pericula fugiant. Ipſi tali fine, & morte morientur, q poſteri exemplum accipient ab eis. Vnde Ptolomeus in prologo Almageſti, qui (inquit) per alios non corrigitur, alij corrigentur per ipſum. Sic etiam loquitur, & minatur Deus illis Iudæis, qui exemplum accipere noluerunt ab illis,qui prius terram illam promiſſionis inhabitauerunt, quomodo propter peccata ſua fuerunt eiecti, & terra Iudæis data dicens. 3.Regū 9. Erit Iſrael in prouerbium, & in fabulam cunctis populis,& domus hęc erit in exemplū. Sic etiam loquitur cuicunque alij. Ezech.14.Faciam(inquit) eum in exemplum,& in prouerbium.

¶Dubia uero potius ſunt in meliorem partem interpretanda,vel totaliter diſſimulanda, quàm imitanda, uel fugienda,uel iudicāda,quia neſcitur,quo animo, uel intentione fiant. Si ergo mala dubia uideantur, bona ſuſpicentur,uel bona intentione facta. Inquantum ei Deus, talia iudicare prohibet, dicens. Nolite iudicare. Ioan.7. Tantum diabolus talia iudicia prouocat,& intantum in eis delectatur, ut diſcipulos audaciores, & promptiores faciat ad peccandum,q ſic in quibuſdam legitur hyſtorijs de factis græcorum, q ſe transfiguranit, & formam oſtendit cuiuſdam ſancti heremitæ de patria illa, in qua forma peccata uidebatur exercere horrenda circa luxuriam, & huiuſmodi,ſicut poſtmodum compertum eſt ad ſanctum uirum per ſuorum ora diffamandum, & ut alios ad peccandum eius exemplo prouocaret, & in peccato foueret. Facta ergo talia,vel quæ ſunt de ſe dubia, uel quæ forte à maligno ſpiritu ad aliorum fieri poſſunt deceptionem, nullus cui ex ſtatu minime incūbit, iudicet, ne in ipſum quis incidat incredulitatis exemplum. Heb.4. Nota.I.10.1. Ar.5. 10

¶Quod autem mali potius mala ſequuntur exempla, quàm bona, q etiā bona exempla,uel dubia potius in malam interpretantur partem, quàm bonam,non debet eſſe mirabile conditionem illorum conſideranti. Ipſi enim malas in ſe habent conditiones, & qualitates, & diſpoſitiones. Cum ergo (teſte philoſopho) in habentibus qualitates ſimilimas, facilior fiat tranſmutatio, ſicut patet de ligno ſicco, & calido, quod facilius ignem recipit, in quo ſimiles inueniuntur qualitates, propter quas citius, quàm viride, & humidum inflammatur. Sicut etiam patet de diſpoſitio ad lepram, qui facilius à leproſi ſocietate lepræ recipit contagium, eo quòd conſimilis in utroque inuenitur qualitas, ſeu diſpoſitio. Ar.6. 11

ſitio. Quid ergo mirabile uidetur, ꝙ illi, qui in ſeipſis habent malarum qualitatũ diſpoſitionem, uel complementum, facilius recipiunt malorum exemplorum conſimilem qualitatem, quam in alijs uident, quibus in mali augumentum citius inflammentur. In vtriſque enim conſimilis inuenitur qualitas, & conditio. Sed illa in exemplo viſa eſt, quaſi ignis ad ligna ſicca appoſitus, uel ſocietas leproſi ad diſpoſitum ad lepram copulatur, per quam ligna citius inflammantur, uel lepra oſtenditur, quia malum, ad quod vel forte prius erant multum diſpoſiti, citius in opere oſtendunt, uel quòd prius timidi exercuerunt, illis exemplis uiſis, audacter operantur, dicentes. Tales habent concubinas ſuas, uicini etiam noſtri. Et tales, qui magnum ſtatum tenent, ad uſuras mutuant, & ſic de alijs, quare ergo non poſſumus nos? immo, quia alios uidemus ſic facere, nos etiam conſimilia faciemus. Ecce quomodo lignum infernale ignibus æternis diſpoſitum, ab igne infernali, ſcilicet, peccato, quod in alijs videt, inflammatur, & quomodo per ſocietatem leproſi leproſus efficitur, & quomodo diabolus per unum falſum diſcipulum, uidelicet, luxurioſum, uel falſum doctorem, uel feſtorum fractorem, uel iuratorem, uel uſurarium, uel ſimoniacum, alium lucratur. Cui dicitur, in Pſal. 49. Si uidebas furem, curre-
12 bas eum eo. Nota F. 2. 7. Et quomodo, alijs ad infernum currentibus. Alij etiam hoc uidentes, poſt eos per ſocietatem ſortiſſimę currunt, intantum, quòd aliquando, etiam illuc perueniunt, cõtra Dei præceptum. Exo. 23. Non ſequeris turbam, ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ut à uero deuies. Cuius contrarium facit, qui in duodenis ſequitur undecim falſos, uel undecim unum, uel duos, uel breuiter quæcunque pars aliam, ad dicendũ falſum, ad inculpabilis liberationem, vel non culpabilis condemnationem. Contra Dei præceptum. Prouerb. 1. Fili mi, ne ambules cum eis, pedes enim illorum ad malum currunt, tam culpæ, ſcilicet, quàm pœnæ æternæ. Prohibe ergo pedem tuum à ſemita eorum. Nota. L. 7. 28.

¶Secunda cauſa, quare de prædicto 13
non debemus errore mirari, eſt, quia mali brutis comparantur, & aſſimilantur. Iuxta illud Pſalm. 48. Homo cum in honore eſſet. Inter bruta autem animalia, quædam illius inueniuntur conditionis, quòd bona exempla viſa Exem-
non ſequuntur, ſed mala. Sicut patet plum
de Symijs, quarum natura eſt, ꝙ licet Symię.
videant homines ieiunare, vel eleemoſynas dare, in talibus hominibus non aſſimilantur. Sed in cachinnis, & leuitatibus calceas etiam, & chirothecas curioſe, ſi talia attingere poſſunt ponendo, ueſtigia, & modum, quantum poſſunt ſequuntur. Sic in propoſito non in bonis operibus, ſed ſi ſit aliqua nouitas, uel curioſitas uiſa in alia gente, uel ciuitate, uel terra, in pannis, ſciſſuris, uel barbis prolixis, & correptis & ferè tonſis, uel iuramentis, & huiuſmodi. Domini etiam & miniſti eorum, ſi ſit aliqua conſuetudo mala, & grauis ſubditis, de talibus capiunt exemplum eorum, qui impie acturi ſunt. 2. Pet. 2.

¶Ex iſtis duabus cauſis patet tertia, quare, uidelicet, mali exempla bona, vel dubia in malam interpretantur partem potius, quàm in bonam, quia qualis quiſque in ſe eſt, tales communiter alios eſſe credit, & iudicat, quia ſicut moto in naui uidentur in terra ſtantes moueri. Ita illis, qui diuerſis motibus, & tẽtationibus à diabolo verſus infernũ mouentur per mare huius mundi, uidentur in bona, & ſolida vita ſtantes, ſimili motuꝫ moueri, quia luxurioſus uix aliquem credit caſtum, falſus uix aliquem credit ueracem. Vnde & dicunt, benedicti ſint omnes falſi, omnes tales ſumus, latro etiam oẽs homines latrones uocat. Erphreniticus omnes etiã ſanæ mẽtis amentes putat,

Sic

Sic ſpiritualiter malus, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat. Eccleſiaſtes 10. Propter has ergo prædictas cauſas, ſenſus & cogitatio humani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua.

14 ¶Propter prędictas etiam cauſas diabolus peccatorem non ſtatim, ſi poſſet, occideret. Sicut patet. C. 6. 61. Et non ſolum ei propter cauſas prætactas parcit, ſed more regis miniſtrorum, qui appellatorem, dum plures per eum lucrantur latrones, blandè fouent, & multa mendaciter promittunt, eum in ſuis prauis fouent deſiderijs, atque ad multorum exemplum eum temporaliter proſperari, & alte exaltari procurant, dicentes illud Eccleſ. 19. Extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius. Qui credit cito leuis corde eſt, & minorabitur, & qui delinquit in animam ſuam inſuper habebitur.

Ar. 7. ¶Ex hoc ultimo dicto patet ſequentium ſtultitia, quia ex quo mala exempla dantes ad ignem à diabolo nutriũtur, & ducuntur æternum, ſtulti ſunt, qui illorum ſimul exempla ſequuntur, & uiam. Et congre ſtulti uocantur, qui in his, quæ uitæ, uel commodo contrariantur corporis, nullius ſcienter ſequuntur exemplum, quia nec ſe in aqua ſubmergentem uel in igne ſe cõburentem ſequuntur, immo exemplo regis, uel domini, uel epiſcopi, uel ſacerdotis, uel minimum, quod ad mundi, uel corporis pertinet commodum, perdere nolunt. Et eorum exemplo animas, infinitos ualentes mundos, perdere uolunt. Et qui nullum illorum in foueam ſequeretur cadentem, de qua reſurgere poſſet, ipſos ſequi vult in infernum deſcendentes, de quo

15 nulla eſt redemptio. Et qui clauſulam in carta ſua non poneret, pro qua ſciuit alium in ſimili caſu hæreditatem amiſiſſe, peccatum in carta animæ ſuæ ponit, pro quo multos audiuit ex fide eccleſiæ hæreditatem perdidiſſe cœleſtem. Et cum librum, & ſpeculum uideant ex una parte pulchrum, ex alia deformem, quia tam bonorum operum uident exempla, quam malorum, potius fędam reſpiciunt partem, quàm pulchram. Cuius cauſa patet ſupra. c. 11.

¶Tales enim Iudæis aſſimilantur, qui potius ſequi voluerunt Ieroboam, qui peccauit, & ſuo exemplo peccare fecit Iſrael (ſicut ex multis tertij & quarti libri Regũ patet) quam Dauid, uel quemcunque prophetarum, uel bonorum uirorum, immo (& dictum turpius eſt) illi in dando, & ille in ſequendo beſtijs ratione carentibus aſſimilantur. In quibus uidemus, & canes, & lupi plures habent catulos, quàm oues, uel boues. Sic mala exempla dantes, plures habent ſuorum exẽplorum ſequentes, & hæredes, quàm fructifera dantes exempla.

¶Et non ſolum brutis aſſimilantur, 16 ſed omni irrationali creatura conditione efficiuntur peiores. In quibus videmus, & Apes potius ad flores uolant, quàm ad fętores. Perdices etiam ſemel rete euadentes, ubi aliæ capiuntur, nix vnquam decipiuntur poſtea, & ideo tali intendunt prædæ, uidentes, & non poſſunt eas ſimul capere, diſſimulant, & omnes alias permittunt, ne euadẽtes ſua fuga alias iterum puniãt. Canes etiam boni prædam uidentes, à prædę ſequela propter malos canes, q non ut deberent, ſequuntur, deſiſtunt, ſicut patet F. 4. 38. Neutra in malis hominibus inuenitur ſagacitas, quia oculo corporali videntes plures pro cupiditatibus, & alijs peccatis temporaliter mori, & oculo fidei vidẽtes eos damnari, rete nequaquã diaboli fugiunt, contra quos. Nota. M. 11. 112. de legante ſtultiori. Sed propter malos, qui Chriſtum prædam non ſequuntur, ſed aliquod tẽporale à vera prędа deſiſtũt. Et non ſolum quàm beſtię, ſed etiã quàm quicunq; artifices, uel operarij, peioris ſunt conditionis. Omnes enim homines potius bonam eligunt monetam, quàm malam. Et cibũ. & veſtes, & oſa, quę ad corpus pertinent, potius bona,

Apis, & gdicis.

quàm mala. Scriptor etiam, & corrector potius exemplar verum, quàm falsum, & breuiter omnes operarij, & laborantes de arte, uel labore suo viuere cupientes, potius respiciunt, & addiscunt à bonis operarijs, & bene laborantibus. Et quantum possunt, à discretionibus, quàm à pigris, & defectuosis. In omnique corporis, & mundi arte conantur melius operantes, quantum possunt, sequi, sola arte animæ excepta, in qua peius operantes sequi nituntur; quia si uident vnum festa timere ecclesiæ, uel castè viuere, & huiusmodi,
17 huic melius faciendo non inuident. Sed si vident aliquem male agentem, huic inuident, & eos ad infernum præcedere debeat.

¶Nescitur ergo, quibus isti melius assimilari debeant, quàm latronibus, & homicidijs, qui uidentes unum de socijs suspensum, uel mala morte occisum, dicunt, non fuit cautus, uel male se exposuit, non sequebatur societatem nostram, nos melius & cautius faciemus, fortunæ oportet nosmetipsos exponere, non moriemur, nisi semel. Ita peccato excæcati, audientes alios p cupiditatibus trahi, & suspēdi p crudelitatibus occidi, p falsitate res suas euanescere, p luxuria tpaliter infatuari, & ęternaliter condēnari, aliquo modo ultra illos seipsos in cogitationibus iustificāt. Et cū peiores sint se beatiores ęstimāt, dicentes cū publicano. (Lucæ 18.) Non sum, sicut cæteri, raptores, adulteri, &c. Et sic dum alijs melius se facere æstimant, ab illis exempla mortis accipere nolunt. Sed quia illius peius operantur, in fine sic ipsi decipientur, qua deceptione latronum mores, ut dictū est, se excusare non possunt, quia non solum una, sed duplici morte, uidelicet, temporali morientur, & æterna. Iere. 17. Duplici contritione contere eos domine Deus. Nota. G. 2. 41. cum sequentibus. Quia si latrones quandoque per cautelas, uel fortitudinem, vel falsam patriam mortem unam euadāt, videlicet, temporalem, ad breue tēpus, in qua euasione præsumentes. Exemplum ab alijs non accipiunt, sed patibulū uocant (espout cor uard.) Isti tamen sic præsumere non possunt, quia apud Deum, qui eos iudicabit, nec falsa patria eos iuuare poterit. Ergo & si illa exempla aliorum uidentes, non timeant, nec terreantur. Isti tamen timere deberent eum, qui potestatem habet mittere in gehennam. Luc. 12.

¶Sed causa, quare à temporaliter, vel æternaliter damnatis exempla non 18
capiunt, uidetur esse, quia plus malorum, & etiam suorum respiciunt prosperitatem, quàm finem. Vident enim, q uia impiorum prosperatur, & bene est omnibus, qui male agunt. Iere. 12. Et illeoculus sinister, quo ista uident, quæ placent, & desiderant, semper est apertus, alium vero claudunt, ne finē talium videant, & pœnam. In quo facto contra naturalem rationem facere videntur, quia naturalis ratio, & quotidianum dictat experimentum, q speculum de silice fiat, non dum virorē habet, sed postquam incineratur. Ita naturalis ratio dictare doceret, q exemplū nostrum nō acciperemus à viuis, quomodo in mundi prosperitate, & cupiditate, & superbia, & dominio crescūt, & eorum exemplo sic cum eis ascendere, sed à fine illorum, quomodo in diuersis officijs ad inferiores male se habentes, verberantur, occiduntur, & incinerantur, à vermibus, quo ad corpus, comeduntur, & à dæmonibus, quo ad animam, cruciantur. Nota optime. T. 5 42. Ad hoc enim speculum nobis faciendum Scriptura Sancta nos hortatur, dicens, Eccl. 17. Memento nouissimorum, & Ecclesiast. 8. Memorare nouissima. Et in illa memoria Exēplum accipite laboris, & exitus mali. Iaco. 5. Vt sic uere occasum uestrum respiciendo: dominium cęlestis ciuitatis consequi valeatis. Exemplo illius, de quo hystoriæ refesunt trogi Pompei. lib. 18. Quis cum unus esset illorum, inter Exem-
quos conflictum erat, q quī primus in plum.
aurora solis deprehenderet radios, dominium

minium ciuitatis,quam acceperat, obtineret: cæteris uersus orientem respicientibus,ipse solus uersus occidentem respiciebat,ubi erat mons magnus,super quem prius solis deprehendit radios, & dominium obtinuit ciuitatis. Applicando ad propositum, pro tanto valet exemplum, q̃ ille dominiũ obtinet cœli,qui sui, & aliorum præcedentium considerat occasum, (sicut patet. H.5.10.& M.11.115.) Nec aliter ad illud attingere potest, quia qui uiuorum male prosperantium exemplum tenet, eosque sequitur,necessario cadit,& submergitur,& ad debitum non pertinget portum,quia qui male prosperatur, similis est fluctui maris,qui a uẽto mouetur,& circumfertur.Iaco.1. Quia ad modum maris fluctuum nunc fortuna prospera exaltatur,nunc fortuna misera deprimitur & demergitur. Qui ergo talis exẽpla tenet, & sequitur, necessario talibus iactatur undis. Et dum sic iactatur, non potest perfecte statum suum speculari,quia sicut qui cõtinuo mouetur,cuius etiam speculum, uel liber continuo mouetur, non potest in illo speculo perfecte speculari, nec in illo libro aperte legere. Ita qui in se undis huius iactatur maris, qui etiam sic fluctuantes quasi speculum respicit, non potest statum suum perfecte cognoscere,nec in libro conscientiæ, ut deberet, legere. Comparabitur enim uiro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo(supple)non quieto, cõsiderauit enim se,& abijt circa alias solicitudines seculi occupatus. Et ideo
20 statim oblitus est,qualis fuit. Iaco.1. Sicut ergo qui vult statum suum speculari,respicit speculum,quod est in plumbo,uel ligno positum. Ita spiritualiter speculum nostrum debent esse mortui, qui in plumbo vel ligno (id est)in cista plumbea, uel ligna positi sub terra conduntur. Illud enim speculum modo super mare à ventis non fluctuatur, sed est in portu bono, uel malo, firmum,& in certo positum aptę speculationi dispositum.

¶Ille ergo, qui oculis corporeis uidet aliquod tale speculum male in hoc mundo finiri, vel oculis fidei in alio seculo damnari,põt dicere illud, quod secundum fabulas cuidam dicebatur cani. In fabulis enim continetur de duobus canibus ouium deuorationi assuetis,quorum unus Orri,& alter Alriche uocabatur. Accidit ergo Alriche capi,& excoriari. Alio vero die quidã Orri iuxta cadauer uersus prædam obuiam habuit: quem sic alloquebatur cum digito uersus cadauer, quod cum dentibus cachinabat extento Orri, ue yuar bi Alriche: hat uõ be alsuche,multis posset hoc dici: quorum aliqui in duodenis & diuersis officijs,& falsitatibus socios habuerunt,qui modo defuncti,& omnibus bonis priuati, & excoriati,& damnati sunt, nec ipsi tamen à præda, pro qua alij damnati sunt, & temporaliter, & æternaliter desistunt, quibus improperando dici potest. Alriche, &c. Et exemplum accipe exitus mali. Iaco. 5. Respiciendo speculum illa. Aa.12.15. Quia fœlix, quem faciunt aliena pericula cautum. Sed heu.N.3.17.

¶Mala uero exempla dantes in curiositatibus,& nouitatibus se excusant quandoque dicentes. Nonne possum de re mea facere,quod volo, & ea uti, ut volo? Quibus respondetur, q̃ non,quia sicut non licet uti ueneno,quod in domo sua habet in aliorum damnum,nec etiam igne suo ad aliorum combustionem. Ita nec uestibus, nec alijs capitis ornamentis licet uti,ad aliorum spiritualem intoxicationem, vel combustionem, quia sicut de corporali damno alijs illato, ad restitutionem, & pœnam obligatur, quod ostenditur in uita patrum quasi per istum modum. Recordatur liber ille, de quodã,q̃ mala alijs dederat exempla, qui in extremis languens, in uisione raptus, uidit pœnas singulis proprias iuxta peccata, quæ commiserant, milites, & huiusmodi raptores, & auaros uidit torqueri utensilibus argenteis, & alijs rapinis, & furtis suis, luxuriosos torqueri,

Ar.8.

21

Exemplum.

queri, uidit, in locis genitalibus, & sic de alijs. Postmodum uero gaudia ei etiã ostenderunt beatorum, inter quos cum remanere desideraret, quia fuit ei, ꝙ ei doctrinam, & exempla mala, quæ aliquando dederat, reuocare necesse erat, antequam illuc ueniret. Ad se ergo rediens, homines ab eo prius infectos ante se uocari fecit, & quantũ potuit, verba, & exempla prius male ostensa, per sequentia reuocauit. Huic etiam cõcordat sacra Scriptura. Exo. 22. Si egressus ignis inuenerit spicas, vel alia damna fecerit, (sicut ibi patet) reddet damnum, qui ignem succenderit, sic spiritualiter de igne malorum exẽplorum. Nota legem ad hoc. H. 2. 15. Item. T. 1. 16.

22 ¶Sicut ergo ab infirmis retrahuntur nociua. Ita retrahere debemus exempla nociua, & potius damna sustinere in corpore, uel in rebus, quàm in festis operando, uel alia illicita committendo, quemcunque scandalizare, cogitantes, ꝙ veh homini illi per quem scandalum venit, & melius ei esset cum mola asinaria in maris profundo. Margi. 9. Exẽplum ad hoc. 2. Macha. 6. De Eleazaro, qui cum potuisset quadam simulatione, & malum dando exemplum, mortem euasisset, elegit potius duram mortem sustinere, dicens. Exemplum forte adolescentibus relinquam. Sicut ergo iste Iudæis. Ita huius exemplo tu Christiane. Exẽplum esto fidelium. 1. Thim. 4. Mala etiam exempla sequẽtes non excusantur, quia qui eos non sequerentur in combustione domus suæ, uel in quocunque damno corporali non excusantur, eos, sequendo in damno spirituali. Sicut patet supra. e. c. 15. Et ꝙ talis excusatio eis nõ valebit, scient in fine, quando talis erit disceptatio, & disputatio inter alios ecclesiasticos, & alios magni status exempla mala dantes, & inter illorum sequaces, qualis est inter uidentem, & cæcum. C. 2. 9. Noli ergo malos sequi, exemplar accipiens à sacerdotibus. Deutero. no. 17.

¶Exequutorum. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Exequutorum, & administratorum defunctorum rerum munus est nobile, est utile; & est meticulosum, & formidabile.*

Primò munus istud est præclarum & nobile.

2 *Secundò exequutorum munus est fructuosum & conducibile.*

Et tertiò illorum officium formidolosum, & timorabile esse, clarè ostenditur quia egenorum dicerentur homicidæ.

3 *Fidelium exequutorum erga defunctos paucitas quotidiano experimento omnibus satis constat.*

4 *Quare fideles administratores defunctorum rerum pauciores sint, quam superfluum; uberius nos instituis.*

5 *Administratores malos moriensium bonorum, eos fallentes, Christumque defraudantes, ingratissimos duplicisque fore liquido declaratur exemplis sanè pulchris, & profiguis.*

6 *Trifariam mortuorũ hæredes & propinqui fideles bonorum administratores interpellare, ac morari maximè incumbunt, ut prorsus eos à solerti decedentium liberatione abripiant.*

Primò ratione propinquitatis, & consanguinitatis.

Secundò respectu pretij diffalcandi.

Tertiò ratione dilationis solutionum.

7 *Si filius à parentibus trahens corpus, & bona exteriora illorum animas de eorum bonis iuuare ac liberare differetur, & renuit, quomodo propriis eius facultatibus, & opibus idem libenter faceret?*

8 *Mortuorum bona, & uestilia præoccupantes, & sibi uendicantes latrones merito appellandos ducimus.*

9 *Malus Dives, & opulentus, cum è uita abit, quercui saxeæ non temere assimilari debet.*

10 Qui

10 *Qui audaciter debita defunctorum ſuffragia non reddunt, non ſolum fures, ac ſacrilegi, ſed peſſimi proditores iuxta periſo vocandi ſunt.*

11 *Tales ſimul atq; promittentes defunctorũ voluntatem exequi, truculentiſſimis, & ſæuiſſimis proditoribus aſſimilari ratione pulchra, & commoda ſillogiſtica nobis aperitur.*

12 *Maiori ardore in purgatorij flammis æſtuabunt, & aſperiori angore diſcruciabuntur defunctorum animæ, eorum amicorum, exequutorumq;, & neceſſariorum truculẽtiam ſentientes, & admirantes.*

13 *Cauſa, quare adminiſtratores defunctorum rerum eos defraudant & circumueniant, triplex inuenitur.*

14 *Prima cauſa eſt infidelitas, cupiditas, & ſuimet amor, quæ nonnullis nõ indignis exemplis nobis panditur.*

Secunda cauſa eſſe poteſt negligentia, & inertia exequutorum.

15 *Tertia cauſa ex parte defraudatorum, ac deceptorum morientium ſatis commodè elici poteſt, qui quidem, dum in hoc ſeculo degerent, tali pacto ab eorum cærioribus familiaribus falli atque ſeduci meruerunt.*

Primo quia fortè ipſi etiam uitam ducentes alijs verba dedere, ingratiuè extitere.

16 *Secundo, quia viuentes, vt ſibi melius poſt mortem ab alijs, fieret, minimè promeriti ſunt: quod exemplis quibuſdam nobis ante oculos ponitur.*

17 *Tertiò, quia acquirentes rixis, & virgijs & fraudibus opes, & bona crebrius poſt mortem eiſdem rixis, & litibus & impoſturis, ab exequutoribus uxore, filijs, & amicis factis, inutiliter amiſtunt.*

18 *Sicut peius, & truculentius æſtimatur defunctos quàm viuos exuere, & ſeducere. Sic equidem inumanius & peius eſt, ſeipſos vltra debitum terminum obligari, ad teſtamenti mortuorum exequutionem.*

19 *Nonnulli, qui fictè amicum animam efflantem viſitant; & manibus adimicem complexis, & concuſſis ſimulatur lacrimas ululantes effundunt, dum è vita illi emigrant; meritò muſcæ, corui, Miluo, cani, & incolis aſſimilari poſſunt.*

20 *Si cauſam fictè lacrimantium amici occumbentis interitum adamuſſim collere, & ſcire appetis; perſpicias attentè manus, non autem oculos, exemplo Alitis.*

21 *Variæ à verſutis, & cupidis exequutoribus excuſationes adducuntur, & promulgãtur; quando ab eis defunctorum debitum, vel legatum petitur, ac poſtulatur.*

22 *Exemplis plurimis perpulchris, pœna fraudantibus inter euntium bona debita, erudiè explanatur.*

23 *Exequutores teſtamenti fideicommiſſarij paſſim vocitantur ab erudita iuriſperitorum turba.*

24 *Exempla adhuc longè inſigniora iuſtè exarantur, vt exequutores morientium bonæ deprædari pro pœnarum formidine deſinant.*

25 *Eſſi quotidiano conſtet periculo cunctis idem cernentibus, qui obeuntium bona male expendunturs, & partiuntur: ſtulti tamen & fatui fortunati credere nolunt, ita eorum bona dilapidanda, & conterenda poſt mortẽ, fore, vt cæteris optimis diuitibus itidem euenit.*

26 *Sicut ſatius, ex conducibilius lumen ante ſe, quàm à tergo poſt ſe præferri videtur, ita profectò nobis viuentibus eleemoſynarum, cæterorũq;, id genus, operum lumen prælucere, atque præmitti potius fuerit.*



Xecutorũ, & generaliter omniũ poſt mortuos remanentium, ad quorũ manus adminiſtratio bonorum defuncti pertinet. Primo, oſtendendum eſt, quale, qualiſque meriti ſit officium, executione debita obſeruata. Secundo, oſtendetur talium paucitas,

Tertio,

Tertio, non debitè bona defunctorum administrantium ingratitudo. Quarto, latrocinium. Quinto, proditio. Sexto, crudelitas. Septimo, omnium prædictorum causa, & origo. Octauo, illorũ responsio cum reprobatione. Nono, pœna. Decimo, viuorum hæc omnia uidentium, & remedia non apponentium stultitia.

Artic. 1. ¶Ratione primi est sciendum, quòd prædictorum officium est nobile, vile, timorale.

1 ¶Primũ patet, quia si nobilitas magna est officium habere ad seruiendũ regis corpori immediatè, quanto nobilius videtur immediatè seruire ipsis animabus quæ nobilioris sunt naturæ corporibus principum quorũcunque? etiam immediatè post suam liberationem per nos factam ciues, immo reges erunt patriæ & curiæ cœlestis.

¶Iterum, si magnus sit honor pauperculę mulieri, in regis filio deputari nutricem, quanto magis honorantur, qui ad cœlestium spirituum deputantur nutritionem. Ipsæ enim defunctorum animæ, licet ad tempus in purgatorio retardentur cœlestis tamẽ patriæ spiritus, & hæredes esse negari nõ possunt, qui quidem quia ad modum infantium, & infirmorum, & famelicorum, debiles sunt, impotentes, & indigentes. Ideo ex Dei, & ecclesiæ ordinatione, quæ in necessarijs non deficiunt, prædicti viui ad eorum deputant auxilium. Quot enim psalmi, lectiones, vigiliæ, horæ canonicales, missæ, uel orationes, seu eleemosynarum largitiones ꝓ eis fiũt, tot nutritiões ĩfantibus, tot recreationis, & medicnæ infirmis, tot fercula fameficis apponuntur, non auro, uel argẽto, vel cibis preciosis, sed solistalibus pro statu indigentię, gaudent diuitijs, talibus delectatur nutrimentis, quod patet per illum de quo scribitur, qui cum ad festum quoddã, quasi extraneus veniſſet, in toto prandio vsque ad de profundis tristem ostẽdit vultum, requisitus verò de causa, quare tunc pulchrum ostendisset colorem, & vultum respondit, se esse spiritũ purgatorij ignibus deputatum, qui tunc primo gaudebat, quia tunc primo de cibo, qui ei proficere potuit, ser uiebatur. Exemplum. Ista hystoria, seu exemplum, nõ erit incredibilis, confideranti hystoriã beati Gregorij E. 6. 16.

¶ Secundum patet, quia si vile, & meritorium est largas facere eleemosynas, infirmorum hospitalibus, seu pontibus, uel ecclesijs, seu denote & humiliter leprosis seruire, & deformibus, maioris vilitatis videt illis eleemosynas dare in illo hospitali purgatorij, eisq; seruire, ubi plures sunt numero, plusquã indigentes, & afflicti in certiori via salutis, quàm illi de quocunque huius mundi hospitali, quodque eis fit, nullo modo amitti potest, & cũ in charitate sint, & citò de illo carcere ad regnum liberandi, in quo nec erunt immemores, nec ingrati, nec impotentes. Iuuandi sunt, vt iuuent, & liberandi sunt, vt cum ad locum, in quo ipsi iam sunt, veniamus nos liberent, facite ergo vobis amicos de mãmona iniquitatis, si non vultis de diuitijs propijs, saltem hoc facite de diuitijs, quas apud uos dereliquerũt, vt cũ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Lucę. 16. Tergatis nasum illorum cum propria manica, & adhuc impendent vobis grates: In hoc enim cõditiones sequũtur cuiusdã, Dñi, qui quando aulici, uel quicunque ministri sui sibi miserunt encęnium, dicere solebat, benedicatur, qui nobis benefecit de nostro, & non solum istius domini, sed, quod plus est, in hoc Dei sequũtur conditionem, qui beatum Martinum, & multos alios laudauit, quia sibi fecerunt de suo, sicut patet. E. 3. per totum. Sic etiam in proposito honorabit illos, qui mortuis de bonis proprijs fideles sunt dicens, illud Matth. 25. Euge serue bone, & fidelis. Exemplum.

¶ Tertium patet, quia cum timore magno illorum exequendum est officium: quia, ex quo sunt hæredum cœlestium nutricet, & in suis morbis medici, & egen-

& egentium diſpenſatores ſi non diligenter, vt deberent iſta ſequantur, ſed diſſimulant, retardant, uel (quòd peius eſt) bona ſubtrahũt defunctorum, ſunt egenorum homicidæ. 13. q. 2. clerici.

Artic. 2. ¶Sed (heu) fidelium erga mortuos paucitas non ſolũ ex dictis. (D. 9. 22.) Nec etiam ex dicendis infra eod. cap. Et multis alijs locis oſtenditur. Sed apertiſſimo, & dolendo quotidie patet experimẽto. Omnis enim, ut communiter, plus proprijs, quàm mortui quærunt lucrum. Viui uero aperte uidentes nunc vnum, nunc alium morte ſubtrahi, & illorum bona ab illis, in quibus confidebant, male tractari, ſibijpſis nõ cauent, ſed illorum planguntinfortuniũ, dicentes. Euge euge uiderunt oculi noſtri (Pſal. 34.) quo? Quod illi tã ſollicite, & diligenter, & auare collegerunt, & auare tenuerũt. Alij large mõ expẽdũt, & pro defunctorũ aĩabus de bonis illorum ebrioſam, & luxurioſam ducũt vitam, ei qui omnia acquiſierat, dantes partem quam minimã poſſunt.

Exemplum. ¶Quod factum oſtendit, & nõ multum à ueritate receſſit quidam truſator, de quo à fidedignis narrari ſolet, q cum quaſi ſortilegus coram iudicibus eſſet citatus eccleſiaſticis, eo quòd ſuper infirmos carmina quędam diceret, quibus plures ſanare uidebatur, à quibus cum eſſet de ueritate dicenda iuramẽto aſtrictus, quòd fideliter illa uerba carminis coram eis aperte pronunciaret. Reſpondit in iuramento præſtito, quòd nulla uerba dixit præter iſta. Ita ueraciter, ſicut uerum eſt, quòd non eſt aliquis fidelis executor in epiſcopatu iſto, rogo ueracem Deum, quòd te ſanat ab iſta febre, & forte ei uidebatur, quòd uerbo ante dicto ueritatis, infirmitas nulla reſiſtere poterit.

4 ¶Et cauſa, quare pauciores ſunt fideles adminiſtratores in bonis defunctorum, quam uiuorum, uidetur eſſe, eo quòd mali nõ timorem Dei, ſed hominum ante oculos habeant. Vbi ergo plus ceſſat timor hominum, quia qui viuis miniſtrant, eos timent, ne falſi ab eis inueniantur. Sed iſta mortuos non timent. Ideo falſitatem committere nõ metuunt. Si dicatur loco dominorum viuorum, qui bonis ſuis intendunt, vt fideliter miniſtrentur, bonis defunctorum intendunt loci ordinarij, & eorũ miniſtri, quos timere, ſicut dominos viuos deberent, quibus reſpõdetur dupliciter. Primo, uel ſi forte minus fideles ſint illi miniſtri eccleſiæ (quod abſit) tunc parte bonorum defuncti accepta, timor ab adminiſtratoribus fugatur falſitatis. Vel quia forte fideles ſunt, raro tamen inueniuntur, qui diligentes ſint, quòd aliena bona, ſicut ꝓpria, fideliter adminiſtrentur. Cum ergo ferè omnes ſint mortui ingrati, niſi Deus & ſancti (ſicut patet. A. 21. 5.) Ipſe Deus in teſtamẽto nullo modo obliuioni tradendus eſt. Sed iuxta ſententiam canonis, ſemper in teſtamẽto pro vno filiorum computandus. 13. q. 2. ſi quis itaſcitur: Nota qua cogitatione ad hoc faciendum animari poteſt. E. 3. 3.

Artic. 3. ¶Contrarium uero facientes, defunctum, uidelicet, & etiam Chriſtum defraudantes. Primo ſunt ingratiſſimi, qa contra duo bona in defuncto inuenta, duplicem committunt ingratitudinẽ. Defunctus enim, ut communiter multum eos dilexit, multumq; in eis confidit, cõtra quę duo, uidelicet, dilectionem, & ſpem, duplicem committũt ingratitudinem. Primo, quòd uel bona defuncto debita auferunt. Et ſic odium pro dilectione oſtendunt. Secundo, vel quia nimis amicum, qui in eis cõfidebat, liberare tardant, in qua re eum ſpe fruſtratum oſtendunt, dum eũ defraudant, liberationem eius retardãdo: Ratione primi mali commiſſi, conditionẽ habent latronum. (Sicut patebit infra artic. 4.) Rõne ſecũdi, ingrati nũcupãtur, ſi quis patrẽ, uel matrẽ, uel maritũ, uel uxorẽ, ſeu quemcunque amicum, qui in eo multum confidebat, uideret in igne ſedere de quo ſine adiutorio exire non poſſet, ſi non feſtinaret eum liberare, ſed ipſe ad eum pro adiutorio clamanti reſponderet. Expecta ibi poſt

annum,

Digitized by Google

annum, uel duos annos, quando tempus videbo, te iuuabo: quis talem non diceret ingratiſſimum, qui tantum tardat amicum iuuare de re propria? Et vbi ad hoc tenetur, & ſine damno hoc facere poteſt. Et ex promiſſo, & pacto ad hoc obligatur.

¶Sic in propoſito. Pauci enim morientium ita perfecti ſunt, quin in ignē cadāt, ſaltem purgatorij. Iuxta illud. 1. Cor. 3. Vniuſcuiuſque opus quale fuerit ignis probabit. In quo demerſi, per ſacram ſcripturam, & ſanctam eccleſiā, ad amicos ſuos, apud quos bona ſua dimiſerūt, clamāt, dicentes illud Iob 19. Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltē vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Illos ergo, qui ad hoc ex pacto, vel quacunque cauſa tenentur, ſi eos de bonis proprijs non feſtinant iuuare, vel ne iuuentur impediunt, quis non diceret ingratiſſimos.

¶Et tamen iſta ingratitudo in quotidiana habetur conſuetudine, quia cōmuniter viui quicunque plus reſpiciūt lucrum proprium, quàm mortuorum. Ex quo accidit, ꝙ bona illa retinent vſque ea vendere poterunt ad propriū lucrum. Ab, quomodo mortui interim in igne cruciantur, parum curant.

¶Si uerò aliquos, quibus illorū bonorum incumbit adminiſtratio, ita fideles eſſe contingat, quòd libenter ad defuncti feſtinarēt liberationem. Alij, ſicut hęredes, maritus, vel uxor, & propinqui, bona defuncti, uel occupant, vel occupare cupiunt, illos modo triplici impediunt.

¶Vel quia ratione propinquitatis videtur eis, ꝙ ad libitum bona illa occupare debeant. Sed mala propinquitas eſt, ſpoliare propinquum, uel quia precium defalcant, uerbi gratia. Accidit aliquotiēs, ꝙ moriens multa legat pijs locis, parentibus, amicis, & pauperibus: eſt etiam forſè debitis obligatus, quæ etiam leuare oportet de grano, & celatinaria, uel in terra ſeminata, uel de animalibus, & utenſilibus in domo, & huiuſmodi, poſt mortem, ſi uxor, vel amicus propinquus, uel hęres, vel dominus iſta (vt dictum eſt) totaliter occupare non poteſt, quod tamen libenter faceret, ſi poſſet, veniet ad executores rogans, ꝙ eſſe poſſit propinquior in rerum prædictarum emptione. ꝙ etiam ita bonum forū, uel melius habeat, quàm extraneus, quia his indiget pro domo ſua tenenda, & finaliter ſic negociabitur, ꝙ pro rebus, quas executores uendere poſſent pro uiginti ſolidos, & defuncti animam liberare, uix dabit decem. Pro re duodecim denariorum, non libenter dabit ſex, qui libenter nihil daret. Sunt enim de illis de quibus Eccleſiaſti. vigeſimonono. Solidi uix reddet dimidium. Et ſic totum lucrum reputat quicquid poteſt de patris diminuere portione, & ſibi acquirere, & tamen quilibet ſanæ mentis perpendere poteſt, ꝙ quicquid dat minus pro rebus illis, quæ totaliter, & integraliter pro defuncti anima ſolui deberent, quàm ualeant defuncto furatur, &c.

¶Tertio modo teſtamentum impediunt, & animæ liberationem retardāt, ſolutionis quærendo dilationes, uerbi gratia. Iſti prædicti, & ſi bona occupare nequeunt, ut uellent, ſed pro vili (vt dictum eſt) precio ea emunt, tot dilationes quærunt antequàm illud parū ſoluere uelint, allegantes, ꝙ nouiter venerunt ad terram ſuam, nihil habere ſe dicunt vſque poſt talem, vel talem terminum. Et ſic in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquetur uerba tedij, & murmurationū, & tempus cauſabitur. Eccleſiaſt 29.

¶Et ex tali ingratitudine frequēter 7
accidit, quòd filius, qui à patre, & matre habet corpus, & bona exteriora, ad valorem cētum librarum, uix pro animabus illorum in tota uita ſua faciet centum denariorum, quomodo enim de ſuo proprio faceret, qui de bonis illorum illos iuuare non permittit? Et qui, dum patres uel amici vixerunt, dixerunt cū Petro, ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo, poſt mortem qū

ab eis

ab eis habẽt quicquid habere possunt, ita nequiter eos negant, &c. Et ita ingrati eis existunt. De quibus Ecclesiastici 29. Donec accipiant, osculantur manus dãtis, & in promissionibus humiliant, uocem suam, scilicet, multum regratiantes, & gratitudinem perpetuã promittentes, sed Ecclesiastici eo.c. dicitur. Gratiam fideiussoris ne obliuiscatis, dedit enim pro te animam suam, quomodo tamen pactum teneant, patet per illud, quod sequitur post, fraudabit illũ pecunia sua, & conuicia, & maledicta reddet illi, & pro honore, & beneficio reddet ei contumeliam: De quibus patet, & mater conquerũtur. Esa. 1. Filios enutriui, & exaltaui. Ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus, &c. Et tanquàm filij alieni mentiti sũt mihi. (In Ps. 17.) Contra pactum, & omnem naturã bonam, & omnem gratitudinem, triplici modo prædicto, me defraudando. De quibus Esa. 57. Filij scelesti vos, semen mendax. Qui consolamini in dijs subter omne lignum frondosum immolantes paruulos, in torrentibus subter eminentes petras.

Art. 14. 18 ¶Sic uero defunctorum, in bona occupantes, non solum (vt dictum est) ingrati, sed (quod peius est) latrones nuncupandi sunt. Cum enim furtum fi tractatio, uel occupatio rei alienæ, inuito domino, quis eos fures negabit, qui bona occupant defunctorum, non solum contra eorum voluntatem, sed (quod peius est) in maximum illorum damnum. Et si omnes fures sint mali, qui bona furantur defunctorum pessimi, propter causas, quæ patebunt infra eo.c. artic. 6. Tale autem furtum pessimum committunt executores illi (uidelicet) qui inter se bona diuidunt defuncti, dicentes, illud est mihi vile, dicit vnus, & illud est mihi necessarium, dicit alius, More illorum triũ executorum, quorum duo (ut fertur) erant clerici, & tertius laicus. Clerici vero habentes bona defuncti, scilicet, pecuniam, & localia, & huiusmodi coram eis. Inter se illa diuidebant, dicentes, aliter ad alterum, recipere vis tu istud, aiebat vnum, quo respondente ita, & alius ei consimiliter respondit, laicus hæc audiens, manus extendendo, & quod potuit capiendo, dixit Anglice, and. y. ta. quod est dictum, & ego capio: Dum sic amicabiliter bona illa inter se diuidunt, lupis, seu luporum assimulantur societati. De quibus fabulæ narrant, quod inter se tractabant, quomodo oues captas deuorarent. Quorum vnum aiebat, ego volo eas assas. Alius uero dixit, quod voluit eas crudas. Ita quòd finaliter dum quilibet suo modo eas deuoraret, vero domino ouium nullam penitus ouem parauerunt, uel reliquerunt. Nec mirum, quia nescierunt, quomodo ipse eas diligeret præparatas, vel cum quo Morcto: Ita in proposito, dum quilibet accipit quod sibi uidetur utile, diuersis tamen modis, sicut lupi prædicti, quia vnus dicit, Ego hoc accipio de mutuo, usque dum reddere potero; Alius dicit, Ego custodiam, vsque dum melius vendi poterit, Et sic dum pulchris, & coloratis uerbis bona eis vtilia eligunt, nihil inter illa pro defuncto utile inueniunt, nisi minus, quod poterunt? Ad modum uenatorum, qui prædam laboriosè à canibus captam auferunt, minus quod poterunt, canibus dantes, videlicet, sanguinem, & huiusmodi. Sic in proposito, illis, qui totum laborauerunt, dant fortè debilius linteamen, in quo corpus inuoluitur. Et minus, quod possunt, pro seculi verecundia, & illud modicum adhuc potius faciunt pro mundi vanitate, quàm pro animæ vtilitate. Et quæ maior iniquitas, quàm illi, qui parum ante totum, habuit, & totum adhuc haberet, si viueret. Per quorum etiam mortem totum ad illos deuolutum est, partem negare?

Exemplum. Exemplum. Exemplum.

¶Patet ergo ex prędictis, ꝙ est de diuite majo, qñ moritur, sicut de quercu, quia sicut quercu prostrata quãdoque

partes

partes eius à diuersis querantur, plurimique inter se illas diuidunt, & diuersis deputant officijs, quia illi, qui corticibus indigent cortices quærunt. Illi qui focalibus indigent, ramos quærūt, dominus uerò arboris, qui eam pro domo sua ædificanda prostrauit, medullā occupat interiorem, & illam secūdùm aptitudinem in domo sua in vno, uel in alio ordinat loco. Ita ꝙ quilibet accipit, quod conditioni suæ magis congruere videtur: Sic in proposito, vermes corticem, id est, corpus. Executores, & superintēdētes, & amici, ramos, id est, bona exteriora. Dęmones medullam, id est, animam quærunt, tanquàm domini, quibus seruiuit, ut eam in domo sua inferni in loco inferiori, uel superiori, prout dum uixit, meruit, eum, tanquàm hęremium ponant. Et sic dum quilibet recipit illud, quod plus desiderat (sicut patet. A. 27. 38.) Mortuus nihil habet de residuo, nisi sicut nauis, uel crumena. De quibus. A. 27. 42. & 43. Sed omnia in contrarium mutantur, sicut patet. D. 11. § 2.

Exemplum.

¶Prædicta causa, quidam dives fortè trufator, motus, quòd uidelicet amicos, & dominos remanentes, more crucifigentium Christum (Matthæi. 27.) Vidit sortem mittere, quid quis tolleret. In morte executores facere noluit (ut fertur) nec aliquod testamentum facere, nisi tale. Animā meam (inquit) lego Deo, corpus cęmeterio, bona habeat, qui capere potest. Et de causa requisitus, respondit. Scio, ꝙ sic erit, quantūcunque aliter ordinarem, maioris peccati occasionem præberem, malo ergo, ꝙ de uolūtate mea bona illa occupēt, quàm contra uoluntatem, tanquàm fures, quia hoc certissimè in canone determinatum est, ꝙ debita mortuorum suffragia non reddentes, fures sunt, ac sacrilegi, & tanquàm tales excommunicandi. 13. q. 2. qui oblationes. 17. q. 4. sacrilegium.

Arti. 5.

¶Et non solum fures, sed (quod peius est) proditores uocandi sunt mortuorū pessimi, nullus enim ita pericu-

losè eos prodere potest. Quia nullus nec periculosius hominē prodere potest, quàm ille, in quo multum cōfidit, sed morientes communiter tales eligunt executores, quos plus diligunt, & quos credunt eos plus diligere, & in quibus plus confidunt. Ergo nullus potest eos melius prodere. 10

¶Quomodo autem istam compleāt proditionem, per exemplum videri potest de latronibus in nemore, qui socios habent in uilla, inter quos conspiratio facta est, ꝙ socij illi in uilla peregrinos associare debent, securum eis promittentes conductum, contra quos in nemore, quando ad passum ueniunt periculosum, ambo tā latrones, quàm socij in eos insurgunt. Rectè talis consideratio videtur esse inter dęmones, & falsos morientium, amicos, & executores, quia sicut latrones socios (ut dictum est) mittunt, informantes, quòd securum peregrinis conductum promittant. Ita dęmones ad tales morientes mittūt, docentes eos interius, quomodo fallaciter eis securum promittant conductum, dicentes, nos soluimus debita vestra fideliter post mortē, & eleemosynis, & pijs operibus uos pro posse iuuabimus, non oportet vos sollicitari, nec timere, uel ad minus, si ista non promittunt, moriens tamē de eis confidit, ꝙ ista facient, de quo etiā eos onerat: Sed dum sic in eis confidit, & per eorum societatem secure transire æstimat, per eos decipitur, quia cum ad mortis passum uenerit, ambo ad eū spoliandum surgunt: Quia dęmonibus insurgentibus cum fuscinis infernalibus ad extrahendum animam, & circa spoliatione interiorem intendentibus. Illi festinant cum vncinatis, & viscosis manibus bona extrahere de camera, & pecuniā de cista, & de Māsupio, & quātū illi circa interiorē, tm̄ isti circa exteriorē solicitant spoliationē. Talis ergo hominis ī nouissimo aggrauata est uita. (Esa. 9.) Qui sic se ex omni parte, tam interius, quàm exterius uidens obsessum, dicere posset illud Psal. 16. heu, inimici

inimici mei, animam meam circumdederunt, scilicet dæmones interius. Et amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, exterius, scilicet (Psal. 37.) Et retribuerunt mihi mala pro bonis. (Psal. 34.) & odium pro dilectione mea. 108. De ista materia Nota. A. 21. 9. & 20. & A. 25. 11. & M. 11. 29.

Arti. 6. ¶In omnibus enim istis latrocinijs, & proditionibus, non quibuscunque, crudelissimis assimilantur latronibus, & proditoribus, quod tali ostenditur ratione. Illi, qui magis indigentes, & qui minus se iuuare possunt, spoliant sunt crudelissimi. Sed mortui sunt magis indigētes, & minus se iuuare possunt, 11 ergo, &c. Maior patet: quia licet omnis latro sit malus, & crudelis, tamē ille crudelior est, qui spoliat eum, qui totus est pauper, totum victum suum, qui ei uenire debe ret, auferendo, & qui etiam noctu in lecto decumbēti, qui seipsum iuuare non potest Minor probatur quātum ad ambas partes, quas cōtinet.

¶Continet ergo primo: ꝙ sunt magis indigentes, quia si illum diceremus multum indigere, qui defectum patitur cibi, & potus, & operimenti, oportet concedere illos maximè indigere, qui omnis boni patiuntur defectum, & solas pœnas experiuntur, qui nihil de hoc seculo imposterum habere sperant, nisi illud modicum, quod hic dimiserunt pro eis faciendum, suffragijs exceptis generalibus, quo ablato, totus victus & sustentatio, quos in mundo isto habere sperabant, auferetur.

¶Continet secundo, quòd minus possunt se iuuare, ꝙ patet, quia viuus spoliatus, querimonia, uel artificio laborare, uel mercatione, uel alio quocūque modo, statum suum recuperare potest, & seipsum iuuare, immo etiam in ægritudine, & perpetua impotētia decumbens, sensu suo, & terris, & multis alijs modis se iuuare potest. Mortui uerò peioris incanto sunt conditionis, qa quantum ad personas proprias nihil operari, sed nonnummodo pati possunt, hic est tempus operandi, ibi patiendi: Ostenso ergo, quòd maximè indigētes & minus se iuuare potentes spoliare, maxima est crudelitas.

¶Quam etiam mortui maximè sunt indigentes, & ꝙ minus se iuuare possunt, sequitur conclusio. Quod eos spoliantes, uel bona illorum detinentes, & victum illorum auferentes, sunt crudelissimi. Et coram Deo tales iudicabuntur, quia rem scelleratissimā perpetrāt: Deut. 17. Et sic patet, ꝙ maximi inimici hominis sūt domestici eius. Mich. 7. Et quod melius esset, ꝙ essent inimici manifesti, quàm tales amici facti, qui more canum, qui percussum persequūtur, quem tu Deus, & tu mors percussisti, nam crudeliter persecuti sunt, in Psalm. 68.

¶O quantum grauabuntur in cal- 12 oribus purgatorij cruciati, uidentes ingratitudinem, immo crudelitatem suorum amicorum, & executorum, quos tantum dilexerunt, & filiorum, & filiarum, pro pro quibus ditandis tantum laborauerunt, tunc enim inuenient, ꝙ stulsus est, & turpissimè deceptus, atq; sicut prophēta dicit. Maledictus, qui confidit in homine: Hiere. 17. Et ponit carnem, id est carnales, & ingratos, & cupidos, brachium suum ad eius defensionem, in tali necessitate, in qua eū sic decipiunt, conquerendo enim dicere possunt cum propheta Helya. Nonne videtis, quomodo more Iudæ proditoris, homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem? Ita proditoriæ me de bonis meis supplantando. Et non solum contra illos grauabuntur, sed etiam contra seipsos, quos stultos reputabunt, quia tales tantum dilexerunt. Videntes amorem simul, & beneficia perdidisse, quàm modicum eis tenentur post suam de purgatorio liberationem. Et si ad uitam possent redire præsentem, quàm parum eos diligerēt, quos ante multum dilexerunt. Et qui ante in mensa in donarijs in amicitia fuerunt prope à longe starent.

¶Ita

Exemplum. ¶Ita enim facerent eis mortui, ſi redire poſſent, ſicut facerent domini miniſtris, & cuſtodibus bonorum ſuorũ, qui dum in extranea patria in carcere fuerunt, eis ingrati, & crudeles exſtiterunt, nolentes de bonis proprijs, eos iuuare, nec eis redemptionem mittere, ſed tanquàm domini bona illa occupabant. Redeũtes enim, ſi contra diſſipãtes bona ſua irati eſſent, & dicerent: nõ poteris amplius villicare. (Lucæ 16.) A multo fortiori contra bona illa occupantes, & ſe in neceſſitate iuuare, nolentes, iraſcerentur, & ponerẽt eos in carcere, donec redderent vltimum quadrantem. Et ſi ille in carcere mittitur. (Matth. 7. & 18.) Qui non voluit miſereri conſerui ſui. Ille à fortiori ratione in carcerem mittendus eſſet, qui non vult miſereri amici ſui, quis non diceret eum plus derelinquere, qui nõ vult amicum de bonis proprijs iuuare, quàm nolle conſerui debitum ad tempus differre? Et ſi ipſi ad vitam redeuntes, illos, ut meruerunt, punire non poterunt, Deus tamen non eſt mortuus, qui eos crudeliter iudicabit, quia crudeles ſunt, & immiſericordes. Hiere. l. Quia iudicium ſine miſericordia ei, qui non facit miſericordiam. Iacob. 2. Hoc enim iudicij ei ꝓmittit. Matth. 7. Qui mentiri non poteſt, dicit. Quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Not. F. 8. 2. & B. 12. 26.

Arti. 7. ¶Omnium prædictorum malorum poteſt cauſa inueniri, tam infraudantibus, quàm ĩ miniſtris eccleſiæ, fraudes non corrigentibus, quàm etiam ĩ ipſis defraudatis. Primo eñ in defraudantibus cauſa triplex inueſtigari, & inueniri poteſt. Infidelitas, cupiditas, & amor proprius. Primo enim, ſicut ex minore fide cõtingit, quod reputant quaſi perditum, quicquid circa corpus expendunt defuncti. Et ideo circa illud exiliora ponũt ad minus interius, vbi nõ videtur. Sicut patuit de vxore, quæ marito (ut fertur) mortem cum uita cõmutante cum ancilla tractauit, vbi pãnum haberent pro corpore inuoluendo, ancilla vero dicente, ꝙ ſatis eſſet in domo. Reſpondit domina, quòd ille pannus fuit nimis delicatus, pannum ergo in uilla, quæſitum de groſſa materia, ꝓcepit vxor ſtricte ſcindi, & arctũ facere, non credens maritum hoc audire. Cui ille gallice, dixit, Ita pro Deo facias illud veſtimentum curtum, ne in luto maculetur, quia grandis mihi reſtat uia. Ecce qualiter amabat eum.

Exemplum. ¶De alia etiam fertur, quòd uidens maritum ſuum morti propinquum, ad rapinam feſtinans, precioſum cooperto-rum, quod ſuper eum iacuit, abſtulit, & inutiliſſimum repoſuit, quod ipſe vidẽs ait, ponas ſimul & cornua, & tũc ero veruex. Ab ea ergo, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi. &c. Michææ 7. Sic etiã ex minori fide eis contingere uidetur, ꝙ quicquid ꝓ animabus faciunt, quaſi perditum reputant, ſicut patet de executoribus. De quibus ſcribitur, quòd inter ſe tractantes de bonis defuncti dixerunt, ꝙ mortuus ille, uel fuit in cœlo, & tunc bonis illis non indiget, vel in inferno, tunc ei non valerent, uel in purgatorio, & tunc ſine illis liberaretur finaliter. Ergo, inquiunt, inter nos illa diuidamus, quia talib⁹ indigemus. Tales eñ ſunt, ſicut illi, de quibus dicitur, ꝙ inter ſe conuenerunt, ꝙ dormirent, & qui pulchrius ſomniaret, panem totum comederet, vnde ergo ſomniante, ꝙ eſſet in cœlo, & alio, ꝙ eſſet in inferno, Tertius interim panem comedit. Et illi, qui dormierunt ſomnum ſuum, nihil inuenerunt. (Pſal. 75.) Sic iſti dicẽtes eum eſſe in cœlo, vel in inferno, bona interim deuorant. Nota. M. 12. 125. De neceſſitate enim oportet, ꝙ iſta defunctorum defraudatio, ex infidelitate contingat, quia ſi quis haberet amicum in carcere regis, & ſciret, vel fermiſſime crederet, ꝙ deberet à carcere liberari, & quòd etiam eſſet humanus, & gratus futurus eis, ꝙ prius eum inuerunt in miſeria ſua, omnibus iſtis ſuppoſitis quilibet noſtrum eum iuuaret de bonis proprijs, uerè ad ponendum ſeipſum in periculo propter-

Exemplum.

13

14

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

ſpem

ſpem adiutorij eius, & redditionis, & retributionis in poſterum. Sed certum eſt, ꝙ illi qui modo ſunt in carcere regis cœli, ſcilicet, in Purgatorio liberabuntur, & erunt magni in curia Dei, quia multi, qui mõ ſunt ſãcti, de qbus eccleſia feſtiuat, fuerunt aliquando in purgatorio. Beatus enim Gregorius in lib. 4. dyalogorum ſcribit de quodam, qui ante ſepulturam ſuam fecit miracula, & tamen fuit in purgatorio. Certũ eſt etiam, ꝙ erunt grati, ꝙ ergo eis grati non ſumus, & ꝙ eos de bonis illorũ in miſeria ſua non iuuamus, quæ poteſt eſſe uerior cauſa quàm, ꝙ omuia p̃dicta firmiter non credimus? Si enim tales in carcere terreno de bonis noſtris, in caſu p̃dicto iuuare vellemus. Multo magis iſtos de bonis illorum, quæ ſine noſtra damnatione retinere non poſſumus. Patet ergo ꝙ mortuos ſic defraudans e ſt generatio peruerſa, & infideles filij: Deutero. 32.

¶Ex iſta vero infidelitate, quod videlicet minus credunt ea, quæ de mortuis, uel pœnis, uel gaudijs alterius ſeculi dicuntur. Ex hoc etiam, ꝙ nõ credunt bona pro eis, uel alijs facta. Ita eis, uel alijs in alio ſeculo valitura, ſicut prædicatur, ſunt cupidi, & ſeipſos amãtes, quantum ad uitam preſentem: De quibus. 2. Timo. 3. Erũt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati blaſphemi, parentibus non obediẽtes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, timidi, cœci, no luptatũ amatores magis, quàm Dei, habentes quidem ſpeciem pietatis veritatem autem abnegantes. Nota. F. 4. 33.

¶ Secunda omnium prædictorum malorum cauſa poteſt, dici illorum quibus incumbit negligentia. Dicit enim lex eccleſiæ, quòd infra annum impleri debet teſtamenti executio. Alias per epiſcopũ fieri debet, quia pias defunctorum voluntates epiſcopali decet cum ſtudio adimpleri. Extra, lib. 3. de teſtamentis nos quidem. & cap. Iosannes. Cauſam uero falſitatis iſtorum nota ſupra eod. c. 4.

¶ Tertia uero cauſa venari poteſt ex parte defraudatorum, qui ſic dum vixerunt, defraudari meruerunt triplici modo. 15

¶Primo, quia ſic fortè dum vixerũt, alios defraudauerunt, alijsque ingrati extiterunt. Et ſic habent, quod eis Deus promittit, dicens. In qua menſura mẽſi fueritis, remetietur vobis, Marci. 4.

¶Secundo, quia dum vixerunt, quòd melius poſt mortem pro eis fieret, non meruerunt. Recto eum Dei iudicio videtur permitti, quòd qui ſeipſum non vult de bonis proprijs, dum uiuit, iuuare, nec debita ſoluere, uel aliena reſtituere, nec ignem, antequàm intret, extinguere, nec libertatem ante incarcerationem (ſecundùm doctrinam beati Gregorij. E. 6. 17.) quęrere, ſed totaliter in alijs de ſua acquietatione confidere, qui plus in alijs, quàm in ſeipſo confidit, qui credit, quòd alij plus animam ſuam diligent, quàm ipſe dilexerit, qui benè vellet, ꝙ benè eſſet, ita tamen, ꝙ ipſe hoc neſciret, nec videret, decipiatur, quia quis honorabit exhonorantẽ animã ſuam? Eccleſiaſtici. 10.

¶Ex quo ipſe tarde, uel nunquàm de anima propria cogitauit, cui immi- 16
net totum lucrum, ſi ſaluetur, & totum periculum, ſi damnetur, quod mirabile eſt, ſi alij de illa tarde, vel nunquàm cogitent: Sicut etiam loquuntur homines de tali homine, nõ dico benè, poſt mortem ſuam dicente, nunquàm voluit in uita ſua aliquid pro ſe facere, quis ergo pro eo nunc faciet. Sic etiam reſpondit filius cuiuſdam talis requiſitus (vt fertur) quare nihil faceret pro anima patris ſui, qui ei tot bona dimiſerat? quia (inquit) pater meus, dũ vixit, reputabatur de ſapiẽtioribus iſtius patrię, & nihil pro ſeipſo facere voluit, quare ergo facerẽ ego? Si ego plus pro eo facerem, quàm ipſe fecerit, ego facerem, quòd pater meus reputaretur fatuus, qđ abſit. Exemplum. Ex quo ipſe plus dilexit bona ſua quã alam ſuã, quare deberem

ego plus animam ſuam diligere, quàm eadem bona? Raro enim inuenitur filius, qui non plus à parentibus diligatur, quàm eos diligat.

Exemplum. ¶Quaſi conſimili modo reſpondit quidam de uxore ſua, Berta nomine, Berta totum habuit, (inquit, Gallicè, ſi aliqd dedit, illud habeat, ſi nihil fecit, nihil habeat. Sicut enim ꝓ illo, qui potuit confiteri peccata ſua, & noluit, dū vixit, neſcio quis confitebitur ꝓ eo poſt mortem, uel ſibi talis quid valeret cōfeſſio? Sic de reſtitutione, & de debitorum ſolutione, & huiuſmodi, ad quæ quis in uita ſua tenetur, & q̄perficere ptō: ſi vult. Nor. taliū periculū C. 5. 14.

¶Tertio, quia multi bona ſua perrixas & falſitates acquirunt. Et ideo frequenter circa rixas poſt mortem expēduntur. Frequenter eīm uidetur, quòd bona defuncti ſunt, ſicut os inter carnes famelicos proiectum. Et ſicut præda inter latrones diuidenda, quia ſicut iſti pro oſſe, & pro præda, quandoque pugnant, & prædones, & bellatores prædam ab alijs captam per illis auferunt, ſic quandoque de his, & pro his quę prędo defunctus malè acquiſiuit. Executores, vxor, filij, & amici litigant, rixantur, & pugnant. In qua pugna, qui prævalet, prædam à prędone defuncto, prædatam aſportat.

Exemplum.

¶Et non ſolum ſicut per lites illa acquiſierūt, ita illa amittunt. Sed etiam ſicut alios per fraudes circumuenerunt, & de bonis ſuis defraudauerunt. Ita de eiſdem poſt mortem per cautelas defraudantur. Sicut patet de illo, qui moriens, uxore executrice facta, bouē pro aīa ſua legauit (ut ſertur) uxor uero bouē, & gallum ſimul ad forum ducēs, vtrumque ſimul vendidit, hac conuentione, q̄ emptor pro gallo marcam Anglicanam, & pro boue obolum daret, quod cum factum fuiſſet, obolum pro anima dedit mariti. Sic ergo qui lites, & falſitates & cautelas bona acquirunt, eiſdem modis ea amittunt, ut finis cōueniens ſit principio. Et ſic ad locū, vnde flumina exeūt, reuertūtur. Eccleſ. 1.

Exemplum.

¶In effectu, & opere aperte monſtratur, quia. Non habet euentus ſordida prędа bonos, iuxta illud Prouerb. 12. Non inueniet fraudulentus lucrū, cui, ſcilicet, minatur Deus. Eſa. 33. Væ qui prędaris, nonne prædaueris? cum deſieris prædari, ſcilicet in morte prędaberis: Qui ſicut prius vulpes fuerunt, vulpinas fraudes & conditiones habētes, quæ, vt dicitur quando tempus habent, pinguiore eligunt gallinas. Sic eorum executores ab illis, qđ pingue, & bonū eſt, tollent, ſicut ipſi ab alijs, quorum fuerunt executores, tulerunt, & ſic qui in uita alijs vulpes fuerunt in morte partes vulpium erūt. in Pſ. 62.

Exemplum.

¶Iſtas inuentiones diuerſis excuſationibus diuerſi fortè euadere nitūtur. Arti. 8.

¶Aliqui dicere poterunt, quòd eos non multum grauant nec ſpoliant, licet ad tempus eis obligentur, quibus reſpondetur, quòd licet peius eſt eos ſpoliare, quàm viuos (ſicut oſtenſum eſt ſupra eod. capitu. 11.) Ita peius eſt vltra terminum debitum obligari. Si qui in carcere pro viginti ſolidis detentus, & amicus incarcerati eidem in viginti ſolidis obligaretur, nonne grauaret eum, ſi ſolutionem diu differret, & illum in duriſſimo carcere iacere permitteret? immo intantum grauaretur, quòd mallet alio tempore à tanto ſpoliari, talis enim dilatio in illo caſu plus eum grauaret, quàm in alio tempore de tanto ſpoliatio: Sic in propoſito, & patet. Ergo eis nimis diu obligati quo ad grauamen, quod eis afferunt, culpam ſpoliationis non euadūt, quia pro eorum defectu multis fortè annis in purgatorio iacent. Vbi per eos primo liberari poſſunt, mallēt ergo, quòd aliquando eos à uiginti libris ſpoliaſſent, quàm illis uiginti ſolidis eis debitos detinerent. Redde ergo tempeſtiuè quod debes. Matth. 18.

18

Exemplum.

¶Alij credunt fictam illorum amicitiam palliare, & excuſare, quia morientem frequenter viſitant, & mortuos, cōpleſis & colliſis manibus plangunt, dicentes veh veh. Sed tamen in rei ve-

19

ritate

ritate ad infirmum currunt, ſicut muſcæ ad lac, quando olla aperitur. De hoc nota. D. 9. 22. Et ſicut corui, & milui ad cadauer morituru, vt prædam capiant. Et ſicut canis ad macellum, vbi animal occiditur. Et ſicut incole ad naufragiũ, vt aliquid capiant. Sicut tamen ſpoliantes naufragos ſunt excommunicati (ſicut patet C. 8. 21.) Ita ſpoliantes iſtos quorum nauis frangitur corporis quo ad Deum, excommunicati ſunt, ſententia enim à Deo lata eſt contra tales. Deut. 27 Maledictus (inquit) qui errare facit cęcũ. Quod autem ad infirmum prædicta ueniuut intentione, patet, qui pauperem moriẽtem vix quis viſitat, & vix inueniri poſſunt q eius eſſe velint executores, quãtumcũque ſint propinquiores ſanguine, quàm diuites. Nota enim cauſam, quare mortuum plangunt. D. 9. 33. Nota aliam reſponſionem de expenſis circa exequias, cum reprobatione. D. 9. 24. Si ergo ſcire vis de illis, qui mortuũ plangunt, vide manus, & non oculos, ſicut auis, quæ reſpicit ad manus aucupis qui capita ſociorum fregit, & non ad oculos, qui ex frigore lachrymabant, & ſociũ, q ex pietate eũ lachrymari credidit, hæc conſiderare admoniũt ſaluato operibus (inquit) credite.

Exemplum.

Exemplum.

¶Alij dicunt, nihil inuenimus, nihil habuit, multis debitis fuit obligatus, & non obſtante quòd iurati ſint de fideli inuentario, & computo faciendo. Ita falſum faciunt inuentarium, quòd nihil in eo oſtendunt, quod abſcondi poterat, non aurum, non argentum, niſi fortè tres obolos, vbi inuenerunt centum marcas. Ex qua falſitate non ſolũ defunctum, ſed etiam legatarios decipiunt, atque creditores, quia propter inopiam, aut ſe nihil eis ſoluere poſſe dicunt, Aut intantum defalcationem quærunt, & legatorum, atque debitorum ſectionem, quòd ubi legauit, vel debuit decem marcas, lætus erit totum remittere pro quadraginta ſolidis ille, cui tantum ex debito debuit, vel legato. Et tamen de parte illorum nihil volunt defalcare, quin potius plus habebunt, quàm habere deberent.

¶Patet ergo, quòd quando dicunt, quòd nihil cum illo inuenerunt, verũ eſt, ſi intelligatur pro defuncto, vel legatarijs, vel creditoribus. Quando ergo dicunt, nihil inuenimus, morem ſequuntur quorundam, qui quando de aliqua re petita mentiuntur, dicentes, ſe illam non habere, addunt ſecretius apud ſe, ſubaudi, pro te. Ita quando dicunt, nihil inuenimus, ſubaudi, pro mortuo, vel creditorib⁹, uel legatarijs, & ambo mentiuntur. In hoc et morẽ ſequuntur agnorum. Agnus enim inter centum oues, matrem propriam, & nullius alterius agni matrem inuenire nouit. Sic iſti agni diaboli inter omnia defuncti bona, partem propriã, quam ipſi tollant, & nullius alterius inuenire ſciunt. Tales ad agnos non pertinẽt Dei, ſed ad oues illas deputabuntur. De quibus in Pſal. 48 Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mores depaſ. &c.

Exemplum.

¶Alij rñdent. (ſicut patet. A. 12. 53.) Alij, quando debitum uel legatũ ab eis petitur, dicunt, ſocius meus habet plus de bonis defuncti, eatis ad eum. Alius vero petitorem ad iſtum remittet. Ita quòd ſimul libenter inuenirit nolunt: Et dum vnus plus habet, ſine alio nũquàm ſoluere vult Ille etiam, qui minus ſe habere putat, nihil etiam ſoluere vult, uidetur ſibi, quòd ex hoc ſocius plus habet, quòd etiam minus latrocinium licitè committere poſſit, & quia ille inimicatur, & ad infernum vadit cum maiori ſarcina. Iſte vult etiam eũ aſſociare cum minori, dum cum perueſo peruertitur. 21

¶Alij bona defuncti occupantes, ſicut filij, vel propinqui, uel creditores, quando admonentur, quòd illa bona, quæ fortè clã, uel aperte detinent, executoribus reſtituant pro anima defuncti facienda, reſpondent, executores nihil faciunt pro anima, melius eſt, quòd nos iſta habeamus, hoc eſt tantum dictum, melius eſt, quòd non pro illis rebus damnemur, quàm exterio-

res,certũ eſt,ꝙtaliũ diſpẽſatio ad execu tores ptinet,ergo ſicut illi ꝓ falſa diſpẽ ſatione. Itaiſti ꝓ iniuſta dãnãdi ſunt detentione.In oĩbus iſtis factis videlicet,ꝙ vnus executor ũ nõ vult ſoluere de parte ſua,quàm occupauit, ꝙ alius nõ ſoluit, ꝙ etiã amici bona detinere volunt,ꝙa executores non faciũt pro anima, ſicut debent nihil aliud aptius oſtenditur, niſi ꝙ vno animæ inimicãte,alij etiam inimicari uolunt. Et ſic omnes amici eius ſpreuerunt eam inter anguſtias & facti ſunt ei inimici.

Arti. 9. Treñ. 1.

¶Et ſi Deus iuſtus iudex eos ęternaliter damnabit, quia ſua non dant, ſicut patet Luęꝛ 16.De diuite epulone, 22 ꝙ nihil de ſuo Lazaro dedit,& Mat.25. Eſuriui.&c.Iterum, ſiſic damnabit fures,qui bona furantur viuorum, ſicut patet.1.Cor.6.Neque fures,neque auari, &c.Regnum Dei poſſidebunt, vbi ponet,ꝙ ui bona furantur defunctorũ, de ꝙbus ſupra oſtẽſũ eſt,ꝙ sũtlatrones, & ꝓditores oĩbus alijs crudeliores, & peiores: Et ſi illi,ꝙ ĩ hac parte culpabiles ſunt, minus fortè culpã talẽ cõmittere timeãt:ꝙa quotidie uindictas talibus debitas Deũ,capere nõ uidẽt. Exẽpla tñ,& uindictæ quę in diuerſis legũtur ſcripturis,eis ſufficere deberent,ad Exemplum. eos à tali trahendum iniquitate.

¶De pœna enim talibus debita, legitur in geſtis Caroli magni de quodã milite prædicti regis, qui moriens armigero,dixit ꝙ equum ſuum pro anima ſua daret,quod cum facere differret poſt triginta dies mortuus eidem armigero apparuit, dicẽs ſe male habuiſſe vſque ad illud tempus. Sed tu (inqt) falſitate tua pœnas non euades: In craſtino vero dęmones viſibiliter eum in aere leuantes eum horribili morte necau erũt.In ſignum quòd,mortuos defraudantes dęmonibus tradentur, non ſolũ executores,ſed omnes illi: Eſa.1. Veh genti peccatrici,populo graui iniquitate,ſemini nequam,i.in gratis parentibus,filijs ſceleratis. Veh enim eis erit, quia hæreditate ęcleſti priuabuntur,quia hic bona, & partem male eligunt.Sicut patet.D.11.29.Nec mirum, quòd ęcleſti priuantur hæreditate,quia Cano. ſecundùm iura canonica ſucceſſor non ad implens, vel non ſeruans defuncti voluntatem, & teſtamentum debet exheredari 11.quæſt.1.Syluester.Et ſecũdùm leges ciuiles, omni ſucceſſione priuatur. C. lib.6.de fideicommiſſ.l.vltima. Executores enim in lege ciuili vocantur fideicommiſſarij, quia fidei illorum moriens committit omnia. Nota.D.A.11.6. Iterum de pœna talibus debita, habetur in quibuſdam hyſtorijs, quòd in monaſterio quodam 23 Exem- Abbas cum multis monachis vno anplum. no moriebatur. Et cum ſecundùm loci cõſuetudinem, quilibet deberet annonam ſuam habere, per annum pro aĩa ſua diſtribuendam, de conſilio celẽrij eleemoſyna illa reuocata fuit. Quadã ergo noctè celerarius ille ante capellã tranſiens,prædictum Abbatem cũ omnibus fratribus illo anno mortuis vidit (vt ſibi uidebatur) in capella collocatos: coram quibus inuitum adductum,& diſciplinatum.Abbas ſic eum alloquitur.Stultum eſt de alterius morte emolumentum quærere in eius dãnum cum ſors cuiuſquàm ſub eodem pendeat facto,prædixitq; illum citiſſime moriturum, ſed quicquid pro eo fieret,ad aliorum.à quibus ſubtraxerat, refundendum eſſe commodum,ꝙ etiã iret,& corrigeret exemplo,quos corruperat verbo,Abijt ille,& nihil uanũ ſe vidiſſe,tã rectibus plagis, quã ꝓximo ſuo obitu mõſtrauit. Quaĩ re penſandũ eſt,ꝙ illud,qđ ꝓ aĩabus fit illorum, qui mortuos,dũ uixerũt,defraudabãt, & ad defraudatorũ trãſibit vtilitatẽ, & ipſe nihilominus defraudãs ꝓ fraude ſua pœnis alijs vapulabit multis.

¶Ad idẽ eſt, ꝙ ſcribitur in geſtis B. Exem- Greg.de quodã ꝓpoſito monaſterij ſui, plum. ꝙ inopiã timẽs fratrũ,ſuſtẽtationẽ quadraginta pauperum retraxit, quæ annuatim vno die fieri ſolebat. Suſtentationem etiam duodecim pauperum quos in animaduerſario B. Gregorij,

in

in memoriam illorũ, quos beatus Gregorius paſcere ſolebat, inter quos fuit inuentus Angelus, in forma tertij decimi, retraxit. Cui apparens prædictus beatus Gregorius, ſibi cęlerem prædixit mortem, niſi ſe corrigeret, quod & rei poſtmodum probauit euentus. Qua in re penſandum, quantum mortuos offendant, qui debita eis ſuffragia ſubtrahunt, pro qua offenſa etiã ipſi mortui eos tam aſpere repręhendunt, tanque celerem eis prędicunt vindictam.

Exemplum. ¶Sicut patet de illo, de quo legitur quaſi ſic, ꝙ lectum pro anima ſua legauit, qui poſt executori apparens, qui lectum, vt debuit, non dedit. Reſpondit, ſibi benè eſſe, hoc tantum excepto, ꝙ lecto careret.

¶Prædicta exempla, & ſpecula, & p̃cipuè illud de geſtis Caroli, reſpicere deberent, qui bona occupãt defunctorum, cum quibus ducunt in bonis dies, ſuos, & in puncto, uſque ad inferna deſcendũt, quorum cuilibet defuncti dicere poſſunt illud. 2. Machab. 7. Tu quidem celeſtiſſime in preſenti uita nos perdis, ſupple, pro quanto ſalutem noſtram retardas, ſequitur, ſed patienter ſuſtine, & uidebis, quomodo ſemẽ tuũ torquebit. Qui vero iſtis exemplis auditis, ſe corrigere nolunt, vtinam cor-
24 rigerẽtur ſenſibili pœna, vt pœnas euaderent æternas.

Exemplum. ¶Sicut ille de quo legitur in libro de apibus. Qui fuit vnus de tribus, à quibus, amicus moriens, ad ſe uocatis, & executoribus ordinatis, quæſiuit, quam pœnam in uita iſta plus timerent, quorum vnus dixit, ſe plus lepram timere, Alius ignẽ Antonij, Tertius uero paupertatem ſe plus timere dixit. Quibus moriens ait, & ego rogo Deum, quòd iſta vobis contingant, niſi teſtamẽtum meum fideliter compleueritis, quod cum non facerent: primus lepra, ſecũdus illo igne, tertius cum magno timore, & lachrymis, omnia bona defuncti, ad quæ attingere potuit, pro anima ipſius erogauit. In ſignum, quòd illis, qui fideliter vltimam voluntatem defuncti complent, periculum euadentibus. Alij non ſolum lepram, uel ignẽ Antonij, ſed quod peius eſt, ignem patiẽtur, æternum, iuxta illud Eſaiæ. 2. Væ duplici corde, & labijs, cęleſtis, & manibus malefacientibus, & peccatori ingredienti, terram duabus vijs, dum enim terram, & diuitias, quas habent, quantum ad immobilia per falſas acquiſitiones, & mobilia per falſos intrãt executores, terram duabus ingrediuntur vijs.

¶Ad idem eſt hiſtoria cuiuſdam ſa- Exemplum.
pientis in libro ſuo de ſacerdote, cui veſtis legata erat, vt pro anima oraret defuncti, quod cum ſufficienter nõ faceret, poſtea in uiſione quadam ad infernum ductus, illam ueſtem ardẽtem à dęmonibus ei improperantibus ſuper ſe protectam ſuſtinuit, ſuper qua ad ſe redeunte, veſtigia manſerunt aduſtionis. Quo facto datur intelligi, quale periculum ſit, mortuos non ſolum de bonis, ſed etiã de debitis defraudare ſuffragijs: Si enim ſancta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare. Et per argumentum, à contrario ſenſu, iniquum, & profanum eſt defunctos negligere, & præcipuè ubi eis ſpeciali obligantur beneficio, uel ſtatuto. Caueant ergo eccleſiarum rectores, & alij qui ſpecialia, quibus ratione obligantur beneficij, uel ſtatuti, negligũt ſuffragia.

¶Ad idem eſt, quod ſcribit Beda de Exemgeſtis Anglorum lib. 3. de Furſeo viro plum.
nobili, qui à corpore exutus, & ab Angelis in altum leuatus Angelico præcepto ima intuens, uallem uidit tenebroſam, ignibus quatuor ſuccenſam, cui reſponſum fuit, quòd uallis mundus, ignes uero peccata fuerunt, qui ipſum conſumunt. Quorum primus eſt mendacij, quia non tenent homines, quod in baptiſmo promiſerunt. Secũdus eſt cupiditatis, quia mundi diuitias amori pręponunt cęleſtium. Tertius diſcordiæ, & diſſentionis, qui Dei domum dum comburit, ipſum lõgius fugat. Quartus impietatis, cũ infirmiore

ſpoliantur. Viditq; dęmones in igne voluntates, & bella contra ſanctos ſuſcitantes, Quorum vnus ſuper eum vnicam iactauit ignitam, quam de bonis mortui prius ſe accepiſſe cognouit: Cui clamanti ait Angelus, quod incendiſti, arſit in te: Anima uero ad corpus redeunte, ſignum incendij uiſibiliter pertulit in humero, & maxilla: Si iſte talem tanquàm horribilem uidit viſionem, totq; pœnarum accepit arras pro dono ſibi gratis dato, p quo, vt debuit, non ſatisfecit, quid ſuſtinebunt, qui rapiunt, uel iniuſtè aliena, & ſpecialiter mortuorum detinent? quibus exemplo veniet perditio. Prouerb. 6.

Arti. 10. ¶Articulus uero ultimus iſtius capituli, eſt omnibus præcedentibus mirabilior, ex hoc, quòd non ſolum ex ſcripturis, ſed occulta uidetur fidei, & quotidiano probatur experimento, quòd bona defunctorum malè expęduntur, quòd etiam ipſe, qui totum acquiſiuit, nihil, uel parum habet intãtum enim iſta mala omnibus nobis nota ſunt, q omnes in morte diuitum, quaſi ſic loquuntur, dicentes, heu heu quanto labore, & ſollicitudine, de die, & noctè, in terra, & mari, bona ſua acquiſiuit, quantis periculis non ſolum animæ (quia illud minus curatur) ſed etiam corporis ſe expoſuit, quod defraudauit, quot exhæredauit, ad quãtam ætatem uitam ſuam in diuitijs, & delitijs, & honoribus ducere cogitauit, & ſubito mortuus eſt, & totum amiſit, & alij de bonis ſuis terras emunt, domos ędificant & ditantur, ſicut patet. A. 12. 15. Comedunt, & bibunt, & ducunt in bonis dies ſuos, & pro anima illius nihil faciunt. Iſta non ſunt extranea, ſed omnibus nota, vtpotè qua quotidie accidunt, & tamen adeò infatuantur ſtulta multorum corda, quia nec ſcripturis, nec experimentis præmoneri uolunt, nec credere, quod ita erit de bonis illorum, ſicut uident de bonis aliorum. Nota. G. 2. 30. cum ſequentibus: Tales ſunt bruti ſtultiores. Inter quæ (ſecundàm fabulas) vulpes uidens, quòd leo lupo capitis abſtulit pellem, eo q prædam benè non diuiſit, melius eam diuiſit, totum dando leoni, Reſpondẽs, quòd hanc à ſacerdote cum rubea corona didicit orbanitatem, atque ſapiẽtiam. Videns enim alterius periculum, cautius facere didicit, ſiquidem uexatio dedit intellectum: Sed, heu, homo cum in honore eſſet, nõ potuit talibus comparari iumentis, quia in paucis tãta inuenitur induſtria: ſicut patet. E. 7. 17. Pauci enim inueniuntur, qui per exempla in alijs uiſa ſe cuſtodiunt: qui volunt, dum viuunt, de bonis ſuis benè ordinare, uel ea præmittere, non obſtãte quòd uident, vt communiter, quòd ea, quæ derelinquuntur, amittantur. Et ponamus, quòd nõ amittãtur, ſed poſt eos mittantur. Et ſi non eſſet ad hoc exemplum naturalis illorum ratio, viſus etiam corporis oſtendit, quòd melius eſſet lumen ante eos, quàm poſt eos portari. Siquidem & hoc ad oculũ videmus, quòd vnus puer debilis, qui de noctè obſcura in uia turpi, & ignota lumen habet ante eum uelocius, & ſecurius uadit, & melius ſe cuſtodit, ne in foueam, & in lutum cadat, quàm fortis homo, & diues, & potens in eadem uia, qui lumen habet à tergo, uel à longe, & non uider, ubi ponat pedes ſuos. Ita ſpiritualiter vnus pauper, uel debilis, uel infirmus, & miſer, quo ad mundum iſtum, qui lumen eleemoſynarum, & aliorum bonorum operum ante ſe præmittit, & ante ſe habet, quãdo moriendo per uiam tranſibit ignotam plenam tenebris, & periculis, uelocius, citius, & ſecurius pericula illa euadit, & melius ſe cuſtodit, ne in abyſſum cadat pœnarum, quàm Rex, uel quicunque diues, uel potens, cuius lumen, & reſtitutionem executores à lõge poſt, uel nunquàm portant. Not M. 11. 97. Talis enim, antequàm lumen veniat, in puteum profundum, & in foueam, & in lutum cadit pœnarum ubi miſer in triſtitia ſedens, & dolens, dicere poteſt illud Pſal. 68. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia,

25

26 Exemplũ luminis.

Exemplum. vulpis & leoni & lupi.

tia, ſupple, me liberans. Sed inaniter tunc plagit poſt caſum, tutius fuiſſet, & melius ſibi prouidiſſet, ita quòd ī morte ſecure oraſſe potuiſſet, dicens illud Pſal. 68. Modo non me demergat tempeſtas aquę, neque abſorbeat me profundum, neque urgeat ſuper me puteus os ſuū, quia lumen meum habeo ante me. Et tamen quia illud lumē ſine tuo adiutorio ò Deus, eſt inſufficiens, Libera me de luto, ut non infigar. (In Pſal. eo.) Tene manum meam, & trahe me poſt te.

Exemplum. ¶Hiſtoria, ſiue parabola huic hiſtoriæ habetur ſimilis, de duobus ſocijs, qui pacto ſe aſtrinxerunt (ut fertur) quòd quilibet eſſet in nuptijs alterius. Altero ergo mortuo, alter nupſit, & duxit uxorem nocte vero eadem mortuus ſocio apparens, dixit, veni ad pactum tenendum. Cui alius, ego non tantum oneraui te ad tenendum, quaſi diceret, non fuit intentionis meæ ad onerandum te, quòd poſt mortem venires, fortè non placuit ei pro tunc, & pro ſtatu turpi, ī quo vidit eum ſocietas ſua. Rogatus ergo, quòd diſcederet, noluit, niſi ſub conditione, quòd ſocius ſecum ad puteum lumen portaret, quod dum faceret. Aliquando mortuus lumen præceſſit. Aliquando ſequebatur: Quando vero præceſſit, aliquoties grauiter cadere videbatur, quando uero ſequebatur, rectè iuit, licentiam vero acceptur us, de cauſa huius facti requiſitus reſpondit. Sic eſt de illis, qui præmittūt bona opera, illi habentes lumen ante, rectè ambulant. Ego vero, qui in te, & in alijs fictis amicis confidebam, ſicut etiam mei ſimiles cecidi, ſi vero lumen ante me portaſſem, modo in tenebris non eſſem, ſed quia ſic non feci, ideo nunc in tenebris ſtraui lectulum meum. Iob. 17. Nota. R. 6. per totum, & ſpecialiter. 11. & 12.

¶ Excommunicationis. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Non ſine magna cauſa, nec ſine ſolerti & diligenti illius cauſæ agnitione, & inueſtigatione Prælatus procedere debet; antequam aliquis ſatanæ tradatur; & in animæ ſpiritualiter mortuus iudicetur, exemplo ſedulorum medicantium:*

2 *Exemplis non imperitè patefit, neceſſariam eſſe conſueram eccleſiaſticam, ſcilicet, ſententiam excommunicationis, Interdicti, & ſuſpenſionis: quæ iure dici poteſt Samaritani vinū infuſum vulneratæ, ſimul cum oleo.*

Samaritanus eſt Prælatus: vulneratus eſt inobediens peccator, cui Prælatus, cum Prudentiæ ſtatera vinum duræ ſententiæ, & oleum Indulgētiæ infundere debet interiorem.

3 *Cauſam (quæ nempè, eſt peccatum) cum ſententia exteriori excommunicationis pertimeſcere pretium operæ eſt.*

4 *Propter maximum & multiplex periculum in præſenti & futura vita ipſo excommunicato imminens excommunicationis ſententia pertimenda eſt.*

5 *Excommunicationis ſententia formidabilis eſt, ne ſpirituales deformitas in excommunicato appareat, coram Deo, & tota curia cœleſti.*

Et ne etiam ſit velut homo ab hoſtibus captus, victoriæ auxilio & ſubſidio deſtitutus, & pleriſq; vinculis alligatus.

Ne abſciſum membrum ſit, & dæmonibus proiectum.

Ne ſicut immundus canis, immo omni cane & omni ſaraceno ſit deterior.

Ne ipſe ſit fradinus ſathanæ, velut aliquid immundum, & inutile cani.

6 *Excommunicationis ſententia formidanda eſt, quia maximopere communicantes incommodat.*

7 *Participantes, & communicantes excommunicatis in cauſa certè ſunt, quòd tot reperiuntur excommunicati, quiuè minus excommunicari timeſcunt: periculum*

lum autem participantium, id eſt, quòd ſeparantur à ſacramẽtorum ſuſceptione, & à perceptione, vel ingreſſu cæli. & expelluntur in vita militante & poſt vitã à triumphante eccleſia: quod prorſus patet memorandis defunctorũ excommunicatorum exemplis.

8 *Excommunicationis, denique ſententia iuſtis metuenda videtur: quia toti terrarum orbi plurimum efficit: & idcirco abſolutionis ſi medium ocius quærendum eſt.*

EXcommunicationis cã, antequàm ſententia proferatur, eſt diligenter inueſtigãda. Secundo, oſtenditur, quòd poſt ſufficientem cauſæ cognitionem, eſt in caſu neceſſario proferenda. Tertio, quòd hæc ſententia eſt multũ timenda. Quarto, quòd abſolutio eſt cito petenda.

Arti. 1. ¶Primum patet, quia ſi homo non debeat leuiter ſine magna cauſa, ſine etiam diligenti cauſæ cognitione ad mortem iudicari corporalem, nec me-
1 ſi cut infirmum mortuum iudicat, ante-
Exem- quàm pulſum, & vrinam diligenter
plum. ſcrutatus fuerit à multo fortiori, bona diligentia præcedere debet, antequàm quis mortuus iudicetur ſpiritualiter in aĩa, & ſathanæ tradatur, in inferni patibulo ſuſpendẽdus. Nullus enim mẽbrũ de corpore præſcindit naturali, niſi cauſa ſit prius bene diſcuſſa, quia hoc nullus facit, vbi aliter ſanari poſſit. Sed ſi videt, ꝙ niſi præſcindatur periculũ infectionis toto imminet corpori, illud præſcindit, non ſine omniũ membrorum timore, & dolore: Ita in propoſito cum timore, & cordis compaſſione, membrum incorrigibile de corpore Chriſti, & eccleſiæ, mediante excommunicationis gladio præſcindendũ eſt, quia ſicut puer nimis frequenter, & ex leui cauſa uerberatus induratur, & de verberibus minus curat: Sic in propoſito ſententia excommunicationis nimis communiter lata non timetur. In iſto enim caſu, ſicut beneficium nimis communiter datũ minus pretio eſt. Ita ſuppliciũ minus timetur. In vno enim rarum eſt carum, in alio rarum eſt timendum, ablata enim raritate, oleum eccleſiæ, id eſt, indulgentia vileſcit, & vinum, ꝙ vulnera mordet, id eſt, excõmunicatio nõ timetur. Prælatus enim eſt ille ſamaritanus. (Lucę. 10.) qui cũ diſcretionis ſtatera, oleum indulgẽtiæ, & vinum durę ſententiæ vulnerato infundere debet.

¶Ex qua Chriſti doctrina, patet iſtius Arti. 2. in caſu ſententiæ neceſſitas, quia ſicut Exem- neceſſaria eſt plagis antiquis, quæ car- plum. nes habent putridas, medicina mor- 2 dax, & corroſiua, & cauterium, & nouacula carnes illas conſumens. Sic etiã neceſſaria eſt membri putridi amputatio, ubi alias periculum, & damnũ incipit corpori imminere. Sicut etiam. Exem- Rex neceſſario in caſu ſe defendit cõ- plum. tra terræ ſuæ inimicos gladio materiali, & paſtor ouem redu cit baculo. Sic in propoſito, eſt in caſu conſimili neceſſaria cenſura eccleſiaſtica, uidelicet, ſententia excommunicationis, & interdicti, & ſuſpenſionis, & huiuſmodi, quia iſta omnia non ordinantur ad ſeparãdum hominem à Deo, nec ad vulnerãdum, ſed ad ſanãdum, ſequitur ꝙ multi creduntur eſſe in eccleſia, qui ſunt extra, & econuerſo, quia, (ſm Senecã,) nõ ſnĩa, ſed cauſa facit hominẽ turpẽ.

¶Illa ergo cauſa. i. peccatum, quæ interius animã occidit, & à Deo ſeparat Artic. 3. cũ ſententia exteriori, q̃ & ab eccleſia ſeparat exterius eſt multum timẽda, qa ſi cauſa mortis tẽporalis, uidelicet, in- 3 firmitas interior, iudex etiam exterius, qui corpus morti adiudicando, illud à ſocietate ſeparat cęterorũ multũ timẽ- Exem- tur pp mortẽ quã inferũt momẽtaneã. plum. Multo magis timenda ſunt prædicta quę ad mortẽ nõ ſolũ corpus, ſed & aĩam, & corpus ducũt æternã: hoc pulcherrimè oſtẽditur ex doctrina Chriſti. (Lucæ 12.) Vbi poſtq̃ docuit mortem

corporis

corporis esse paruipendendam, dicens, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant, docuit eius, ecclesiæque suæ sententiæ, q̃ hominẽ tã ab ecclesię triumphantis, quàm militantis separat societate, ignibusque deputat æternis, multum esse timendam, dicens, ostendam uobis, quem timeatis, timete eum, Nota. qui postquàm occiderit, habet potestatem mittere in gehẽnam. Tria facit. Insinuat rei euidentiam, (ostendam, &c.) Præcipit Prelati prouidentiã, (timete) minatur duram sententiam (in gehennam.) Primum patet in bullæ, seu sententiæ scriptæ aperta prolatione. Secundum patebit in mandati executione. Tertium patebit in finali rebellione. Ista tria, scilicet, sententiæ prolatio, & rigoris contra excommunicatos executio, & pœnæ ęternę contra rebelles inflictio. Triplicem excommunicationis timorem incutere debent, propter triplex, quod excommunicationi imminet periculum, quorum primum imminet ipsi excommunicato, secundum communicantibus, ter-
4 tium toti mundo.

¶Primo enim hęc sententia est multum timenda propter periculum maximum, quod prouenit ex hac sententia ipsi excommunicato, tam in præsenti, quàm in futuro. In præsenti enim uita multiplex ei imminet periculum. Primo, quia ipsa à Deo animam derelictam, & separatam ostendit, & à societate omnium bonorum, tam in cęlo, quàm in terra. Ex quo sequitur, quòd libere à diabolo possidetur, & spoliatur, sicut illi, qui tempore belli regis non habent protectionem. Et sicut Exemplum. illi, qui per sententiam apostolicam publicantur, quo ad personas, & bona, propter ecclesiæ rebellionem. Tales enim sunt ad uoluntatem cupientium. Exemplum. Nota. T. 5. 45. Ex secundo patet, quòd à nullo iuuari põt, quia sicut mẽbrum à corpore abscisum, & canibus proiectũ, ab alimento ab alijs membris accepto non iuuatur, nec eorum communicat operibus. Ita tale membrum à cibo animæ, id est, à bonis operibus, tam illorũ, qui sunt in cęlo, quàm in terra, priuatur, quia est, sicut arbor de terra euulsa, quæ humorem de terra non trahit, quæ siccatur, & ad ignem disponitur æternum. De quibus Iudæ. 1. Arbores autumnales infructuosæ bis mortuæ, supple semel in causa, secundo in sententia eradicatæ, quibus procella tenebrarum conseruata est in æternum. Iam enim securis, id est, sententia ad radicem istius arboris posita est. Matth. 3. Exemplum.

¶Secundo hæc est timenda, propter spiritualem, quam ostendit, deformitatem. Est enim excommunicatus turpis coram Deo, & curia cęlesti, sicut carbo extinctus, & abominabilis, sicut candela extincta fumigans, teste quippe propheta. Denigrata est super carbones facies eorum. Treno. 4. Exemplum.

¶Tertio est, uelut homo ab inimicis captus, omnium auxilio, & succursu destitutus, multisque uinculis ligatus, qui quanto diutius sic infœliciter detinetur, tanto pluribus uinculis aligatur; Velut etiam miser Asinus in foueam cadens, importabili sub onere, cui ueh est, quia nec subleuantem inuenit. De quo Eccl. 4. Vnus (inquit) si ceciderit, non habet subleuantem se.

¶Quarto cũ membrũ abscisum sit, & dęmonibus proiectum, cum Christo ascendere non poterit, quod maximè est timendum. Vnde Augustinus, nihil timere deberet Christianus, sicut à Christi corpore separari.

¶Quinto, quia est, sicut canis immundus, immo omni cane, & omni saraceno peior. Sicut peior est, apostata à religione, quàm qui nunquàm religionẽ intrauit, & peior, qui baptismi & Sacramentorum amisit gratia, quàm qui nunquàm recepit. Et peior canibus, quia nec ecclesiam, pter demerita intrare permittitur, nec cum sanctis cõmunicare. Quia quæ communicatio sancti ad canẽ. (Eccl. 13.) vel quæ conuentio Christi ad Belial. 2. Cor. 6. Exemplum.

¶Sexto

¶Sexto quia ſicut immundum, & inutile cani; ita excommunicatus traditus eſt ſathanæ. 1. Cor. 5. Eo quòd iudicaui huiuſmodi tradere ſathanæ, qui libenter eum recipit, quia ſicut de macello proiectum, ita diabolus de eccleſia eiectum auide expectat deuorandum, qui circuit quærens, quem deuoret. 1. Pet. 5.

6 ¶Septimo quia eſt extra ciuitatem tempore obſidionis, ſicut patet. C. 4. 10.

Exemplum. ¶Secundo hæc ſententia eſt timenda, quia multum nocet communicantibus. Sicut enim candela extincta olfacientibus, & leproſus tangentibus, & ouis ſcabioſa ſimul paſcentibus. Ita excommunicatus nocet ſibi communicantibus. Ille enim excommunicatus intantum eſt alijs contagioſus. Aliorumque infectiuus, tantusque diaboli auceps, & glutinum, atque venator, quod uix per quemcunque peccatorem tot, ſicut per eum lucratur diabolus. Vnde dæmon (ut dicitur) ſemel in quodam dæmoniaco adiuratus, per quem modum plures in die lucrarentur? Reſpondit, per excommunicatum, quia aliquando per unũ talem centum, immo mille in die, qui uel mortaliter, ſicut qui in diuinis uel contemnendo, uel uenialiter, ſicut alio modo participant, peccant, lucratur. Optimus eſt ergo diaboli uenator ille excommunicatus, quia non eſt Rex, qui habeat uenatorem, qui tot ei in die capiat feras, quot iſte homines. Crudeliſſimus, eſt etiam ex Dei expugnator, qui ita potenter ab eius dominio ſubditos aufert, diaboliſque dominio ſubijcit.

Exemplum.

¶Quod autem taliter participantes Dei inimici, diaboliſque ſint amici, patet, tam per opera illorum, quàm per legem eccleſiæ. Per opera patet, quia ſicut recipiens, & receptans à rege relegatum, in opere, quo amicabiliter ſe ad talem habet, oſtendit, quod non eſt amicus regis, quia amici eadem diligunt, & eadem odio habent, ſecundùm philoſophum in ethicis. Sic in propoſito, qui amicabiliter ſe habet ad exulem à Deo, tam ab eccleſia triumphante, quàm militante expellendus eſt. Idem patet ex lege eccleſiæ in decretis, diſtinctio. 93. ſi inimicus. Vbi adducitur Petrus princeps Apoſtolorum populum docens in ordinatione Clementis, & informans excommunicatos fugere, quia (inquit) ſi quis amicus illorũ eſt, unus ex illis, qui eccleſiam exterminare nolunt. Et cum corpore vobiſcum eſſe uideatur, mente tamen, & anima, & opere contra nos, & eſt multo nequior hoſtis, quàm qui foris ſunt, & aperte inimicantur.

Petri Exemplum.

¶Cuius rei cauſa eſſe poteſt, quia participates ſunt cauſa, quare tot ſunt excommunicati, & quare minus excommunicari timent. Sicut ſupportantes, & latrones, & homicidas iuuantes, ſunt cauſa, quare tot ſunt latrones. Si enim nullus eis communicaret, quorum deſiderant communiones, ipſam amicorum fugam, ſuamque ex fuga confuſionem, plus timerent, quàm ipſam timeant ſententiam, uel confuſionem, quam habebunt, quando à Deo, & tota curia cęleſti ſeparabuntur.

Exemplum.

¶Hæc enim ratio in prędallegato allegatur decreto, dum enim omnium 7
cupit amicitias habere, qui eum propter peccatum fugiunt, citius reconciliari vult ei, qui omnibus præeſt. Ex dictis quoque patet, quantum ſit participantium periculum, quia ſi exulem regis receptans, uel latronem receptãs, vel fouens, ſuſpendio dignus ſit, quo ſuſpendio dignus iudicatur qui exulem ei recipit? Et ſi talis participatio ſeparat à perceptione Sacramentorũ, quomodo etiam non ſeparat à perceptione cęli? Et ſi excommunicati, tam in uita, quàm in morte ab eccleſia excludantur militante, tanquam indigni, quis eos dignos ſanctiore iudicaret loco, ſcilicet eccleſia triumphante?

Exemplum.

¶Quod autem ab eccleſia expellantur militante in uita, quotidiano patet experimento, quòd autem ab eadem expellãtur poſt mortem, patet primo,

per

Exemplum. per exemplum ex geſtis beati Auguſtini primi Anglorum archiepiſcopi. De quo fertur, quòd cum ex more miſſas celebraturus, præciperet, quod omnes excommunicati de eccleſia exirent, vidit vnum de terra, ubi quondam ſepultus fuerat, ſurgere, & de eccleſia exire, & ab eodem ſancto de cauſa requiſitus, reſpondit, ſe quondam propter decimas non ſolutas excommunicatum fuiſſe.

Exemplum. ¶Ad idem eſt, quod ſcribit beatus Gregorius ſecundo li. Dialogorum, de duabus ancillis Chriſti, quia frequenter linguas laxabant aduerſus quendam, qui eis in exterioribus ſeruiebat, contendentes à beato Benedicto tale habuerunt mandatum. Niſi correxeritis uos, ego uos excommunicabo, & poſt earum mortem frequenter viſæ ſunt tempore miſſæ de eccleſia exire. Illis ergo, qui huiuſmodi cenſuras modo parum timent, in fine (ſecundùm Auguſti.) grauius erit, quàm ſi gladio ferirentur, uel à feris deuorarentur, vel flammis exurerentur.

¶Tertio hæc ſententia eſt timenda, quia toti nocet mundo, quia ſi propter unum excommunicatum, uidelicet, Iudam, tota nauis, in qua erat ipſe cum Chriſti diſcipulis, iactabatur fluctibus, & quaſi periclitabatur. (Sicut patet. Matth. 8. Et Mar. 4.) Cuius cauſa fuit Iudas (ſecundùm verba Ambroſij, quæ habentur in decretis. 24. q. 1. non turbatur.) Ita propter excommunicatos, & peccatores totus mundus iactatur, & turbatur tempeſtatibus, & bellis, & peſtilentijs, ſicut ſatis oſtenditur. B. 2.

Ar. 4. ¶Ex quo tot pericula contingunt, tam excommunicatis, quàm communicantibus, in uita, pariter, & in morte, & etiam toti cõmunitati, patet, quòd abſolutionis remedium cito eſſet quærendum. Sed aliqui minus de ea curant

8 remedium quærere, quia forte reputãt ſe ſine cauſa eſſe excommunicatos, & iniuſte. Quod tamen ſemper timendum ſit, ſequenti oſtenditur exemplo.

Exemplum. Fertur, quod quidam à tali ſententia ligatus à Roberto Liconenſi epiſcopi, allegauit, quod excommunicari non meruerat. Cui epiſcopus, quid demeruit iſte panis nouus? nihil (inquit) cum epiſcopus eum excommunicauit, ſtatim factus eſt putridus: quod ad iſtius ſententiæ ſeueritatis oſtenſionẽ, & aliorum terrorem, factum fuiſſe intelligitur.

¶Alij uero tales cenſuras ideo minus timent, quia quotidie tales uindictas de excommunicatis capi non vident. In primitiua enim eccleſia dæmones publice (ut dicitur) vexabant excommunicatos communius, quàm modo, ſed quod tunc faciebant aperte, & manifeſtius, nunc faciunt occulte, & periculoſius, quia minus timentur, & diutius modo in ea iacent inuoluti, quod forte dæmonum eſt cauteſa. Sicut patet. C. 6. 61. Et C. 7. 11. cum tribus ſequentibus. Propter cauſas enim ibi, & hic etiam tactas, poſſunt dæmones dicere illud Apocal. ultimo; qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Nota quòd multi ſunt excommunicati. F. 1. 7. Nota. M. 1. per totum.

¶ Falſitatis, & veritatis, Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Falſitas, & veritas inter ſe comparari poſſunt Lupo, & Agno.*

2 *Ille citius auditur in curia à falſis aſſeſſoribus, qui cum nummis, & paucis verbis ad eos accedit; quàm ille, qui pro ueritatis ac Dei omniumque Sanctorum amorem, pluribus verbis indefinenter clamat, & perſtrepit.*

3 *Etſi veritas adeo ſtrenua & magna fortisque exiſtat, vt prævaleat, & ſuper omnia vincat: Falſitas tamen eam debellat, atque proſternit; quod vtique perpendenti eius modum, locumque, & prærogatiuas omnes penitus conflabit.*

Primum

Primum, quod bellatoribus pro assequenda victoria, præsto est, pugnæ locus esse videtur.

4 Secundum, quod concertantes in prælio ad victoriam obtinendam iuuat, generis, & prolis sublimitas, & præstantia est.

5 Tertium, quòd victurem hominem pugnantem reddit, est numerosa militum, & familiæ multitudo; quam sibi maximam habet falsitas.

6 Vix mensura frigum, vini, olei, vel panni venundatur, quin herba falsitatis mala in mensura crescat, & augescat: & falsis non vtantur mensuris.

7 Non est veritas in ore: Non est misericordia in opere.
Et non est scientia Dei in terra; sed maledictum, furtum, adulterium, & mendacium.

8 Crucis admirandæ signum aqua benedicta, & uita honesta, & religiosa Dæmonis versutias omnes atque malitias ab homine nullo labore depellere atque fugare possunt: uerum falsorum improbitatem, atque nequitias nunquam infringent.

9 Quantum, quod in Duello illo mirando falsis in veritatē auxilio est falsorum vnio, & collectio exiftis. Qui quidem falsi, & mendaces sex ob conditiones spinis infructuosis merito assimilantur.

10 Falsarij dominos, & mendaces alinuicem fœderati sunt falsitate & mendacio multis ex causis.

11 Secundò sub spinis, & vepribus animalia venenifera habitare constat.

12 Inter vepres bonum semen, & triticum concrescere nequit; at inter bonas spinas aliquando bona arbor excrescere solet.

13 Vepres tentosæ omes, agnosque inter eas pascentes, & commorantes, atque eas leuiter attingentes lædunt, ac pungunt, & ipsis lanceis exuuijs (quoad fieri potest) spoliant, & priuant.

14 Dumi, infructiferi solum suibus aptum factum producunt.

15 Sentes, & spinas pungentes in ignem ad vrendum, iniicere solemus.

16 Quintum, quod falsis in certamine illo plurimum succurris, & falsitatem veritatis expugnatricem ostendit, est procedendi modus, quod quidem Antichristi exemplo satis liquet.

17 Exemplo per eleganti, uel uenusta cuiusdam Molossi Fabella lupum occidentis, transacto necessitatis tempore, multos ingratos erga Deum post famis, ac valetudinis tempus sic præ se ferre commostrat.

18 Eo modo, quo canes contra lupos eiusdem coloris cum ipsis se gesserunt, nonnulli falsi aduersus alios falsos, & etiam fideles, ut plurimum utuntur.

19 Falsi, & mendaces Duci volenti aduersariorum exercitum vincere, & prosternere assimilantur, & etiam Colubro, & Buboni.

20 Falsorum hominum societatem & amicitiam ac seruitutem discriminosam, periculosamque fore euidenter dignoscitur.

21 Falsi & mendaces non solum Rotæ, sed etiam & libro errorum pleno, ac falsæ pecuniæ non abre comparandi sunt.

22 Falsi alios inficiunt, & deturpāt, uel uenenant, sicut leprosus, & ouis morbida.

23 Falsi duas ob causas hominibus infideles dicuntur, & falsus Deo, falsus hominibus etiam dicitur exemplo quodam Constantini.

24 Falsi sunt etiam sibiipsis falsi, & mendaces, atque infideles.

25 Falsi fatui sunt, qui prorsus cupiditati & falsitati deseruiunt, & rebus propriis, nempè animæ, & loquelæ non consulunt.

26 Falsi non parua labore, & opere emendari, immo nunquam corrigi possunt, ut exemplo insigni iam satis patet.

27 Fidelis homo melior est non homine, id est homine falso, qui non est homo, spiritualiter loquendo, nisi æquinocè.

28 Causa tantæ malorum, & falsorum hominum multitudini, & incorrigibilitatis, duplex est, scilicet, habendi cupiditas, & inertia.

29 Qui

29 *Qui veritatem operire, & falſitatem fucare, & colorare nefariè, & callidè callet, ab improbis commendatur, & gnarus, prudensque æſtimatur.*
Et his qui dominis ſuis male conſulit, eosque nequiter informat, & edoces; ſæpius à flagitioſis hominibus, prudens, ac perſpicax in præbendis conſilijs, vocitatur: & plures tandem falſi (vt paucis rem perſtringam) vitia virtutes, ſub quodam falſi coloris fuco, apparere conantur.

30 *Nonnulli, qui forte nunquam mali fuiſſent, dum improbos homines à talibus extolli, & honorari ſentiunt peccatis, & ſceleribus operam nauarem enituntur.*

31 *Diaboli miniſtri, uirtutes, & earundem virtutum amatores mendacijs, & fallacijs uituperare, & deturpare toto vixu contendunt.*

32 *Diabolus certò ſciens ſe in forma propria cunctis etiam infenſum & odioſum, per falſorum obloquentium ora affatur, & loquitur, & quamplures decipit, & ſeducit.*

33 *Exemplis quibuſdam non parui momenti conſpicue cognoſcimus, falſos, & fictos, mendacesque homines ei nobis expellendos, atque non leuiter fore plectendos.*

34 *Si quis falſus proditor eſt; aut eſt ſibi, amicisque eius; & ſic natura ipſa eum non honorandum eſſe docet: aut eſt falſus eiuſdem hoſtibus, & ſic exempla pluria nullo pacto eum honeſtandum, & uenerandum oſtendunt.*

35 *Tempore pacis, ſatis notum eſt, quamplures identidem perpetrare, quod & Iudas proditor perperam egit; quod ſcilicet multi falſi fideles, & veraces uiros odio habent, inſectantur & læduut, fures uero, & homicidas pro muneribus allatis abire impune permittũt.*

36 *A falſorum honore, & exaltatione multa damna, & pericula, tam animarum, & corporum, tum etiam prædiorum, & terræ, ac ciuitatis, emanant.*

37 *Domini, & Principes, ducti falſorum hominum conſilio multa furta colorata committunt circa res, in quibus dominium, & protectionem habent, ſed non proprietatem, & in quibus minimè habent, nec dominium, nec protectionem, nec proprietatem.*

38 *Nonnullæ Iuris ciuilis Regulæ ſpectantes ad alienarum rerum occupationem & acquiſitionem non vulgariter enucleantur.*

39 *Falſorum conſiliariorum abuſus contra iura omnia, & Dei, & naturæ, & canonis, & ciuilis exiſtit: exinde ignorantia non eſt in cauſa, quòd totum occupari ab alieno debeat.*

40 *Nunquid uerum ſit, q̃ non tãtum inſcitia, ſed probationis defectio afficis, ne bona naufragorum ad locorum dominos veniant.*

41 *A falſorum conſilijs, atque ſtatutis oritur non ſolum periculum animarum, & corporum, conſiliariorum, principumque, ſed etiam eorum corporum occiſio & terræ opprobrium, ac dedecus, & facinorum augumentatio, & bonorum exteriorum amiſſio.*

42 *Falſorum finis ſimiles proditoris Iudæ utique erit.*

43 *Exemplo quodam manifeſtatur, Deum meritò falſis Chriſticolis ſuccenſere; qui ut ueros, & bonos facilius decipiant, boni nonnunquam uideri enituntur.*



Alſitatis, & veritatis. Primo, faciẽda eſt adinuicem comparatio, quo ad potentiam, & uictoriam, oſtendendo, q̃ falſitas in hoc mũdo, ut cõiter, cõtra veritatẽ, pr̃ualet. Secũdo, oſtendetur, quod non eſt mirabile, q̃ prævalet contra ueritatem ꝓpter multas cauſas, q̃ eam vincere faciunt. Tertio, oſtẽditur. q̃ periculoſa eſt falſorũ ſeruitus, uel ſocietas, & amicitia. Quarto, falſorũ oſtenditur ſtultitia. Quinto, incorrigibilitas. Sexto, oſtẽditur, quæ ſit radix, & cauſa falſorum innumerabilis multitudinis. Septimo, oſtẽdere reſtat, q̃ mala ex falſitate cõtingunt. Octauo, quis ſit falſorum finis.

¶Ratione

Arti. 1. ¶Ratione primi eſt ſciendum, quòd talis eſt comparatio inter falſitatem, & ueritatem, ut frequenter, qualis eſt inter lupum, & agnum. De quibus habes. D. 11.12. quia ſicut in omni conflictu, & ludo, & facto, lupus contra agnum prævalet (ſicut etiam Pilatus contra Chriſtum in hoc mundo prevaluit) ſic in cauſis, & placitis falſus cõtra ueracem, & impius prævalet aduerſus iuſtum. Abac. 1. Et ſpecialiter, vbi verax eſt pauper, & falſus eſt nummoſus. In hoc caſu poteſt pauper clamare iuſtitiam ſuam (oſtendendo) ad iudices, dominos, & alios, qui ad faciendum iuſtitiam ordinantur, uſque ad raucedinem, poteſt etiam curias ſequi uſque ad laſſitudinem, & uſque tædium, & non exaudietur, & falſus ſine omni clamore, vel labore, tantummodo manus illorum cum nummis tangendo, exauditur, & expeditur. Mirabile uidetur, quod clamãs non exauditur, & mutus auditur, & cauſa eſt, quia unus uenit in nomine nummi, ad quem habent ſemper aures apertas. Alius in nomine Dei. Apud tales enim falſos aſſeſſores, & huiuſmodi, bene tractatur, & libentius recipitur, qui uenit in nomine nummi, quàm Dei. Nec mirum, quia quilibet libentius recipit, & cum meliori vultu illum, qui venit in nomine domini ſui, quem multum diligit, quàm illum, qui uenit in nomine domini, quem non diligit, quem non reputat dominum ſuum. Sed talium dominis maxime dilectus eſt nummus, quod innuit Chriſtus in euangelio, vbi docet quod nemo poteſt duobus dominis ſeruire, innuens, mammonam eſſe cupidorum dominum. Quod ergo mirum, ſi uenientem in nomine eius libenter recipiant?

Exemplum. 1

2 ¶Iterum citius auditur ille, qui venit in nomine domini ſui, quem diligit, & timet, quàm in nomine illius domini, quem nec timet, nec diligit. Ita iſti citius audiunt unum uenientem cum nummis, cum paucis uerbis, quàm vnum, qui clamat pro amore veritatis, & pro amore Dei, & omnium ſanctorum.

Exemplum. ¶Iterum, ſicut in omni bello, ubi Deus iuuat, pars aduerſa uincitur, ſicut patet. B. 2. articulo 8. Ita in placitis cauſis, & negocijs huiuſmodi, ubi eſt falſus Deus, ſcilicet, denarius iuuat, veritas vincitur, quia ita manus illorũ, in quorum manibus iniquitates ſunt, fortificat in tangendo, quod eos fortiter agere, & uincere facit. Et ſi non poſſunt manus omnium duodecim tangere abundanter, tangant ſaltem manus antiquioris, uel potentioris patriæ doctoris, & adhuc contra ueritatem prævalebit, quia ille unus, uel timore, uel amore, uel falſa informatione, qua fictum falſiſſimum, antiqua tempora antiquorum regum, & fidelitates quæ nunquam fuerunt in rerum natura, narrando colore veritatis colorabit, & aliquo prædictorum modorum alios poſt ſe ducet. Et ſic in mundo iſto falſitas prævalet. Sic dominus, & Deus in dominio, & regno ſuo. Et veritas in plano campo, ſeu platea. In iſta lucta, ſeu haſtiludio, uel bello, ubi falſi cum denarijs ſunt ex parte contraria, & etiam mediatores in negocio, ſicut in foris, & huiuſmodi, & proſternitur. Et ſic verificatur illud Eſaiæ 59. Corruit in platea veritas. Sicut patet. A. 14.38. &c.

Ar. 2. ¶Sed cum veritas ſit tam fortis, quod (teſte Scriptura. 2. Eſdr. 3.) Super omnia uincit veritas, & eodem libro. ca. 4. quod dixerunt omnes, magna eſt ueritas, & prævalet, mirabile uidetur dictum, quod falſitas ueritatem proſternit. Sed hoc non debet eſſe mirabile conſideranti locum, & modum, & omnes prærogatiuas, quas falſitas habet pro parte ſua in illo bello. 3

¶Habet enim ex parte ſua omnes prærogatiuas, quas bellantes victoribus facere conſueuerunt. Quorum primum ex loco eſt, in quo pugnant. B. namque. 2. 2. & A. 25. 6. dictum eſt, quod locus pro bello bene electus, 4

multum

multum pugnantes iuuat, quod etiam ſit in terra, & dominio proprio. Et habeat circa ſe homines. ſ. qui eum multum diligant, & aduerſarium odio habeant. Sed falſitas eligit ſibi locum aptiorem, uidelicet hunc mundum, inter ſuos, qui multum eam diligunt, & alteram partem magno odio habent, id eſt, ueritatem, in dominio, & regno proprio. Siquidem in hoc caſu, quod veritati negat, falſitati conceditur. Sed hic mundus, id eſt, congregatio falſorum, negatur eſſe regnum veritatis. Ipſa enim veritas dicit, regnum ſuum non eſſe de hoc mundo. De quo etiam intelligitur, Oſeæ 4. Non eſt veritas in terra, ergo regnum falſitatis eſſe oportet, iuxta ſententiam Auguſtini de ci. Dei. In ciuitate (inquit) Dei Rex eſt veritas, ſcilicet, in cęlo, & in congregatione fidelium, lex, charitas, dignitas, æquitas, pax, fœlicitas, uita, ęternitas. Sed in ciuitate diaboli, id eſt, in congregatione falſorum Rex eſt falſitas, lex cupiditas, dignitas, iniquitas, his, fęlicitas, uita, temporalitas. In hoc enim regno. i. congregatione falſorum, habet totam altam iuſtitiam, & ita potenter regnat, quod alijs dat terram hæreditatem, uitam, & membra qui his omnibus carere deberent. Quia fortior latro, uel homicida, qui ducitur ad caſtrum, uel ad alium carcerem, ſi ſit de magno genere, uel ſit alligatus alicui magno ductori, uel ipſe, uel amici eius habeant, unde conducere poſſint iudices, & aſſeſſores ad patriam, liberatur. Vnde nuper cuidam roganti pro amico, quem in carcere habuit. Reſpondiſſe fertur ille ductor, tace, ſi in manu duos coram iudice boues furatos haberet, ego facerem eum euadere. Licet quomodo uitam dat, cui non deberet.

Exemplum.

Exemplum.

¶Ex alia parte ſi fidelis homo habeat inimicos potentes, qui minis, uel muneribus patriam ducunt, indicitur incarceratur, & occiditur, quandoque pro terra, uel prędijs ſuis, quæ illi potentes deſiderant. Sicut Achab deſideranit vineam Naboth, pro qua habenda occiſus fuit (ſicut patet. 3. Reg. 21.) Aliquãdo pro odio, & alijs cauſis. Patet ergo quod tantam poteſtatem habet nunc falſitatis in ciuitate diaboli, quantam habuit olim Pilatus in ciuitate Hieruſalem. Quia ſicut ille Barrabam latronem liberauit, & Chriſtum occidit. Ita nunc falſitas, & falſi homines qui locum tenent Pilati, quia pugnant in propria patria, in qua ſunt audaciores, de qua etiam prouerbium eſt, quod in propria patria uacca fugat bouem, ſicut, &c. Sed ſecus erit in regno ueritatis, i. in alio ſęculo. Ibi enim ueritas vincit, & falſos ponet cum Pilato, cuius locum in terra tenuerunt.

¶Secundum, quod iuuat in bello ad uictoriã obtinẽdam, eſt generis ſublimitas. Talibus enim (ut communiter) plures fauent, & plures ſecum ducere poſſunt pluſque aduerſarij tales timẽt, taliumque libeantius in matrimonium ducuntur filiæ. Et ſpecialiter ubi generis ſublimitatem, committantur multæ diuitiæ, & largitas magna. Sed falſitas de magno genere, utpote, quæ diabolum habet patrem. Ipſe enim mendax eſt, & pater eius. Ioan. 8. Et cupiditatem matrem, quia communiter cupiditas parit falſitatem, quia propter illam ſunt falſa periuria mercatorum, falſa teſtimonia ueratorũ, & huiuſmodi. Hæc ergo multos habet filios, & filias, quibus dicit ueritas. Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis, & multos generos ſpecialiter, quia multæ falſitatem ſequentur diuitiæ, quia tales in hoc mundo cito ditantur. Quid mirum ergo eſt; quod hæc cum tot filijs, & filiabus, & generibus, tanta familia, & exercitu, ueritatem uincat, quæ in hoc mundo raro inuenitur? Quia diminutę ſunt veritates à filijs hominum. In Pſalm. 11. & teſte propheta, Oſeę 4. Non eſt veritas, non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra.

4

¶Tertium quod reddit hominem victorioſum, eſt familiæ, & exercitus numeroſa multitudo, ſed falſitas maximam habet familiæ multitudinem, quia

5

quia pauci ſunt, quin in aliquo puncto contra Deum, uel hominem falſitatem committant, contra Deum luxuriando, & diuerſis modis peccando. Et quis eſt, qui in huiuſmodi, quãdo tẽtatur, uel uana videt, non peccat? ſaltem uoluntate, & habendi deſiderio, & huiuſmodi factis, & ſpecialiter luxuriæ furtum leuiter accipiunt, & breuiter omnia, quæ ad finem noſtram, uel ad Dei honorem, uel animæ ſalutem pertinent ſub quadam tranſeunt negligentia, & leuitate. Et ſic contra Deum operando, ad familiam pertinent falſitatis, non quia Deum, ſed quia ſeipſos defraudant, quorum quilibet dicere poteſt illud Eccleſiaſt. 4. Fraudo animam in bonis.

¶Alij ad familiam eius pertinent, faciendo contra proximum, inſeruiendo, emendo, in uendendo, nocentes liberando, & innocẽtes condemnando, & damna eis inferendo, & huiuſmodi contractibus, & tale falſitatis uenenum (heu) cõmunius, & generalibus vbique, nec ſeminat, & creſcit, cũ mala herba, qa mala herba, ut urtica, in hortis, & agris, & extra domũ, hæc vero in domibus creſcit. De qua. Eſa. 34. Orientur in domibus vrticę, & ſpinę, quia in domibus, & uillis omne comittatur ſeruitiũ, & omnẽ vendicat actionem, intantum, quod, uix ſeruit quis, uel operatur artifex, ſine iſta mala herba falſitatis, uix fit emptio uel uenditio, quin cum ea creſcat in intentione, uel facto ementis, uel uendentis, uel utriuſque, quia
6 ſicut dicitur. Heſter 16. Callida fraude decipiunt, uel ad minus ſe decipere intendunt, intantum quod uix uenditur menſura frugum, uel potius, uel panni, quin iſta herba in menſura creſcat, quia in panno, & fruge pulchrum oſtẽdunt exterius, & abſcondunt peius interius, uel quod falſis utuntur menſuris, vel ponderibus, quando etiam potum malum, uel aquam uino miſcent, nonne falſitatem committunt? Vix ſine iſta põderantur ſpecimina, uel alia, quæ pondere uenduntur, quia ibi antiqua, & putrida nouis ad mixta, omnia pro bonis venduntur. Ibi enim hæc famulantur, vnam partem ſtateræ tenendo, uix ſine iſta ſoluitur pecunia, quia falſos denarios bonis admiſcet. Vix emitur equus uel bos, quin iſta pedem teneat, &c. Vix uenit aliquis ſimplex, uel fidelis de patria ad emendum aliquid in iſtis magnis uillis, quin obuiet iſti herbæ, antequàm redeat. Ita quòd inimicus, id eſt, diabolus ſuperſeminauit zizania. In numero, id eſt, in pecunia, quæ (ut prædictum eſt) numerat, pondere, & menſura (ut dictũ eſt) contra Dei præceptum. Leuit. 19. Non facies iniquum, &c. Nota. M. 6. 8. Et intantum habet in creſcendo efficaciam. Iuxta Prouerbium, mala herba cito creſcit, quod ſicut zizania quandoque bonum granum ad terram trahit, & illud, quaſi demolitur. Ita hæc intantum veritatem deiecit, quod modo verificatur illud, Oſeę 4. Non eſt veritas (ſupple) in ore, quia quis nunc ueritatem loquitur, cui poteſt modo credi? quia Pſal. 115. dicit, omnis homo mendax. Non eſt miſericordia (ſupple) in opere, quia quis nunc gratis mutuat indigenti, uel ſuperfluitatibus ſuis ſubtrahit, ut indigentis defectum ſuppleat? Non eſt ſcientia Dei in terra, ſed ſcientia terrena, & lucratiua. Sed maledictum, quia pauci uidentur euadere, & ſpecialiter de potentibus, quin cadant, & aliquem punctum maledictionis, ſeu excommunicationis, contentæ in iure, uel in ſententijs prouincialibus, & contentis in nota carta, quam tenent. Furtum, quia uix eſt, qui uiuat de proprio. Adulterium, quia plus alienas, quam proprias diligunt uxores. Mendacium, in omni arte tam ſpeculatiua, quæ videlicet eſt lucratiua, quàm in mechanica, (ut prædictum eſt) inundauerunt ſuper totam terram, quia omnes declinauerunt à ueritate, ſupple, ad falſitatem, per quos falſitatis familia multiplicatur, quod pro uno, quem habere ſolebat in Chriſtianæ

Exemplum.

ſtianæ religionis principio, nunc habet decem, quia in principio chriſtianitatis tanta erat falſorum paucitas, & admiratio, ꝙ quando homines uidebant unum de falſitate notatum per uicum tranſire, ſe Cruce ſignabant, digito eum, quaſi admirando, oſtendentes, & dicentes, ecce falſus homo. Sed nunc econuerſo tãta eſt falſorum multitudo, & uerorum paucitas, ꝙ ſi haberent viginti digitos, vix ſufficerent ad oſtendendum falſos, ſpecialiter, quando eſt comitatus, uel patriæ congregatio. Inter quos tamen vnus digitus ſufficit ad oſtendendum fideles. Et adhuc forte digitus illi officio deputatus, eſſet ocioſus, pro magna diei parte, ita quod ſicut quandoque ſolebat eſſe in admirationis oſtenſione, ſicut bubo de die. Ita nũc fidelis, adeo ꝙ quãdo loquela eſt inter aliquos de iſtis curialibus, uel hominibus magni ſtatus, & de iudicibus, & aduocatis, & huiuſmodi. Si forte à caſu ori loquentium aliquis occurrat fidelis, illum cũ quodam pondere & capitis agitatione, quaſi raritatem talium, & quàm carum talem inuenire exprimunt admirantes, triticum inter tot zizania, & auem pulchram inter tot bubones, & agnum inter lupos. Nec mirum eſt, ſi admirentur, quomodo fidelis tot falſorum euadit inſidias, quia facilius poſſet dæmonis effugere malicias per Crucem ſuam, & aquam benedictam, & bonã vitam, & huiuſmodi, (ſicut patet. C. 17. 38.) ſed per talia falſorum non fugat verſutias, quia bonis plus nocet, ſicut lupus plus nocet oui, quàm lupo, & in nocendo habet prudẽtiam propriam, & etiam dæmonis. Et ſic patet illud Eſa. 32. Fraudulenti vaſa peſſima ſunt. Quod ergo mirum, ſi falſitas, & falſi tanta armati multitudine ſimul, & aſtutia, ueros uincant, & ueritatem opprimant? Et quia parum contra ueritatem proficeret falſorum multitudo, niſi eſſent inter ſe uniti, & concordes ad nocendum ueracibus, ſicut facti fuerunt concordes, & ſimul amicitia colligati Herodes, & Pilatus ad perſequendum Chriſtum, ſicut nec prodeſt magnum habere exercitum, niſi concors, & unicus. Ideo quartum, quòd falſos in bello iuuat contra veritatem eſt falſorum ſimul colligatio. Quia (ſicut dicitur Naum. 1.) Sicut ſpinæ, ſe inuicem complectuntur. Tales enim ſpinis & tribulis congruè comparantur, propter ſex conditiones in ſpinis inuentas, communius, quàm in arboribus fructuoſis. Quarum prima eſt, ꝙ ſpina ſpinam, & ramus ramũ complectitur, & ſic mutuo ſe tenent, ꝙ ſi uelis ueprem, uel ſpinam ab alijs diuidere, ab eiſdem retineris, & non ſolum ſic ſpinam retinent, ſed extrahentem pungunt, & lacerant. Nota P. 4. 5. Sic falſorum ſocietas eſt ita confederata, & in conſpirationibus, & mutuis ſupportationibus, ſunt ita complexi, ꝙ vix aliquis fidelis, uel etiam ipſi maximi, & ueraces iuſticiarij, qui mittuntur, ut de talibus conſpiratoribus, & alijs iniurijs inquirant, poſſunt aciem illorum frangere, uel ad ueritatem deuenire, uel aliquam illorum corrigere. Et iſta alligatio exercitus diaboli, non ſolum eſt aſſeſſorũ, & falſorum, iuratorum inter ſe, ſed etiam inter iniuriosos heroas, & dominos patriæ. Illi enim duodenarij, duodecim, uidelicet, diaboli apoſtoli, cogitantes, uel quæ nonnullis nocuerunt, uel nocere intendant in futurum, quòd etiam illi potentes in multis caſibus eos iuuare poſſunt, nituntur eis alligari, eisque in omnibus malis acquiſitionibus, & iniuſticijs, quas per eos fieri deſiderãt, quantũ poſſunt placere, cogitãtes ſi eis placeãt, ꝙ nullus eis nocebit. Improuidè tamen cogitant, non quomodo à Deo, ſed quomodo ab homine protegantur, de quibus quãdo aperte iniuriãtur, & alij inter ſe altercantur, quomodo hoc facere audebant, uel incipere, ſatis congrue reſpondetur, ꝙ fuit alligatus falſo, & ꝙ hic eſt miniſter falſi. In aula inferni erit ſubditus diaboli. Illi uero mundi potentes uidentes, ꝙ in ma-

lis acquisitionibus, & exhaustationibus, & alijs minutis non poterunt tam cuius, & comitatibus, sine talibus falsis iuratoribus, & pacis ductoribus, propositum suum obtinere, nec sine falsis ministris multa colligere, eis dant res, & feudum, & amicitia eis colliguntur, eosque in malis factis suis supportant, & contra Deum, & rationem defendunt. Et ita patet, q talis est alligatio inter falsos de patria & dominos, qualis fuit inter Iudæos, & Pilatum in Christi crucifixione. Ipsi enim uolentes eum crucifigere, propositum obtinere non potuerunt, sine Pilati adiutorio, & potestate. Nec ipse illud facere potuit sine ipsorum falso testimonio. Illi ergo eos iuuat potestate, & ipsi eum falsitate. Sic in proposito, potentes falsos supportant potentia, & falsi potentium complent uoluntates suis falsitatibus, & ista de causa complectuntur, & mutuo se tenent spinę istę, & uepres, ut spinæ, significent altiores dominos, quæ communiter altius ascendunt, uepres uero inferiores falsos ministros, & amicos. De quibus. Esa. 32. Super humum populi mei spinæ, & uepres ascendent. Ipsi uero falsi inter se in falsitatibus suis confœderati sunt. Primo, ut mutuis adiutorijs lucrentur, & in comitatibus unus alium lucrati faciat in his, quę agenda sunt de fœneratione seu contractu suo, uel quantum ad innocentium suppressionem, uel quantum ad nocentium liberationem. Et alius idem ei faciat de contractu suo, sicut patet. A. 14. 34. & 35. Et A. 21. 26. Secundo, ut periculum eniteat, sciunt enim uel verisimiliter timent, q si unus illorum coram iustitiarijs, & huiusmodi, esset de conspiratione, uel falsitate conuictus, ne similiter ipsi patientur, uel ne ab illo, qui secreta illorum scit, qui in tali casu gauderet socios habere in pœnam, accusarentur. Et sic idem quòd latronibus, eis contingit, qui timent, ne socij capiantur, non quia eos diligant, sed ut ipsos in latrocinijs inuent, uel uocappellatores ipsorum fiant. Sicorgo cum malis, & etiam uepres & ipsæ istæ, quibus Esa. 7. Vepres, & spinæ erunt in uniuersa terra, sunt contra uerus & ueritatem, & quam contra correctionem propriam fortes. Vnde beatus Greg. in Moral. super illud Iob 41. (Vna uni cõiungitur, & nec spiraculum quidem incederet per eam.) Reproborum (inquit) unitas bonorũ vitam tanto durius præmit, quanto se ei per collectionem durius opponit. Et ibidem, qui diuisi corrigi potuerant, iniquitatum suorum pertinacia uniti perdurant, suntque audaciores ad resistendum, sicque peruersos vnitas reprobat, dum eos concordat, & non solum sic seipsos defendũt, & mutuo se iuuãt, sed etiam uolentem spinam, uel uepre extrahere à corrigere pungunt, sicut patet. C. 16. 44. Nota. V. 8. 42.

¶ Secunda conditio in spinis & tribulis inuenitur q serpentes & animalia uenenosa communiter sub eis habitant in sepibus enim talia communiter inueniunt. Ita sub alis, & protectione falsorum hominum, latrones, homicidę, pugnatores, & falsi flagitiosi quando puniri deberent, habent refugium. De quo in Psal. 103. dicitur, refugium herinacijs. Et non solum malos extraneos sic protegunt spinæ istæ, sed etiam communiter pessimam habent familiam, quia secundùm iudicem populi, & ministri eius. Ecclesiastici 10. Et princeps, qui libenter audit verba mendacij, id est, dominus falsus, omnes ministros habebit iniquos. Prouer. 29. Quia qualis dominus, tales diligit amicos, talem vult familiam, sicut ergo sæpes facta est habitatio serpentum, & spelunca animalium rapacium, sic domus illorum facta est spelunca latronum, quibus dicitur (Mar. 11. Et Lucæ 19.) Vos autem fecistis eam speluncam latronum, in qua diutius defendantur, quàm in ecclesia, & in habitaculum draconum, Hierem. 10. Ibi vulpes foueas habent. Matth. 8.

¶ Et

¶Et ſicut ſæpes talia animalia, quantum poſſunt, ſæpè defendũt, quia q̃ diſſipat ſæpem, mordebit eum coluber. Eccleſiaſtes 10. Et quis auderet ſępem inuadere, in qua eſſet draco magnus? ſic prædicti magni tales, tam extraneos, quàm proprios uenenoſos in tantum defendunt, q̃ ſi quis velit eos indicere, uel taxare, uel incarcerare, uel de peccatis ſuis eos corrigere, multiplices eis, ſi magni ſint, qui hoc attentant, fundunt, & fieri procurant preces, & literas. Si uero uicini ſint multiplices, contra eos excogitant malitias. Idem etiam uenenoſi ſpem ſuam intantum defendunt, intantumq̃ eius uoluntati ſunt parati, quòd canes ad uocem uenatoris non ſunt paratiores ad prædam, uel falco famelicus niſa aue, quàm ipſi ſint ad faciendum quicquid ille magnus defenſor eis dixerit, ſi uoluerit quempiam uerberare, uel prædam capere, uel ſpoliare, vel occidere, non reſtat, niſi quod dicat, ſicut dicitur canibus hoc, fac hoc, & facit, uel ſi ſtatim facere non poterunt, ſicut aucupes auibus. Ita illis inſidiantur, uſque illud, quod iuſſum eſt impleuerunt. De quibus Hiere. 5. Inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes, quaſi aucupes laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos uiros, ſicut decipula auibus, ſic domus eorum pleæ dolo.

Exemplum

Exemplum.

11 ¶Tertia conditio eſt q̃ ſemen bonũ inter ſpinas creſcere nõ poteſt, ita nec ſemen uerbi Dei inter tales (teſte Chriſto, qui dicit Luc. 8.) Quia exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud.

¶Sed tamen ſpinæ arborem bonam inter ſe creſcere permittunt, in qua permiſſione iſti ſpinis peioris eſſe cõditionis dignoſcuntur, quia iſti, quando aliquam tractare intendunt falſitatem, uel conſpirationem, ita compactè, & prouide ordinant exercitum ſuum, q̃ nullum fidelem inter eos admittunt libenter, uerbi gratia. Si quis indiget falſa duodena, nititur quantum poteſt multis prælocutionibus, & cogitationibus ita procedere, quod omnes ſint falſi, qui munere, uel amore, uel timore velint falſitati condeſcendere. Ecce quomodo ordinator exercitus diaboli aſtute ordinat aciem ſuam. Si uero propter exceptiones, quas pars facit aduerſa illi, quos ſic ad bellandum cõtra ueritatem cõgregauerunt, repellantur, uel aliquis illorum ab apoſtolatu illo, in quo omnes ſunt Iudas, & nullus Andreas excludatur, loco cui⁹ oportebit fidelem, & prius inexcogitatum habere hominem. Alij illum nituntur multis perſuaſionibus, promiſſis, & minis ad ſuas falſitates inclinare, ſicut illi falſi nitebantur, Michęam prophetam ad falſum inclinare. 3. Reg. 22. Dicentes ei, q̃ bona regi diceretur, ſicut alij falſi dixerunt. Ecce ſpinæ iſtæ non permittunt arborem bonam inter eas creſcere, quia ſi noluerit ſpinis inclinari (ſicut lepus) uenabitur, in omni curia cauſam amittet, ſtatimq̃ dicẽt illud, quod legũtur Iudęi dixiſſe de Chriſto. Sapien. 2. Circunueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius operibus noſtris. Et ſic talem habebunt perſecutionem à falſis uicinis ſuis, qualem habuit quondam populus Dei à Saracenis, qui ſicut dicitur. 1. Macha. 1. Apud quemcunque inuenie bantur libri teſtamenti domini. Et quicunque obſeruabat legem domini, ſecundum iuſſum regis trucidebatur. Sed beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, Matth. 5. Beatus, qui in omnibus talibus perſecutionibus pro ueritate reſpondit, ſicut reſpondit prædictus, Michęas. 3. Reg. 22. Viuit (inquit) dominus, quia quæcunque dixerit mihi dominus, hæc loquor.

¶Quarta conditio ueprium, & ſpinarum eſt, quòd ouem, & agnum inter eas paſcentem, uel commorantem, vel eas tangentem, lædunt, & pungũt, & lana ſpoliant, etiam ſi ſit tota nuda, quod non habeat, niſi unum manipulum, etiam illud auferunt, ſi poterunt. Sic prædicti falſi, fidelibus, & ſimplicibus inter eos habitantibus, multipli- 13

eiter nocent,& nocẽdi quęrunt occaſionem. Et ſi quam paruam lanam (id eſt)parua bona forte habuerint,illis eos ſpoliant, quia ſi non habuerint, niſi unum bonum uigerum terræ prope terram illorum, illam malo cambio, uel alio modo, (ſicut Achab vineam Naboth. 3.Reg.21.) acquirere nituntur,ſi non habuerint, niſi unum equũ, vel aliud animal,vel ſeruum,vel quodcunque, quod deſiderant, illos eo defraudare nituntur. Et ſi non habuerint,niſi unam uaccam, uel gallinam, quando per patriam tranſeunt, illam capiunt, & talliam ſoluunt,Nota.N.4.

1.Ecce quomodo ſpinæ iſtæ lanam auferunt cum bona pelle,Maledicti ouiũ tonſores. De quibus Micheæ.3. Qui violenter tolliris pellem illorum deſuper, & carnes,&c. Et ſic ab eo,qui non habet(ſupple) niſi modicum, & quod habet, aufertur ab eo.Mar.4.

14 ¶Quinta conditio veprium & ſpinarum eſt,quod fructum multum aptũ non portãt,niſi pro porcis. Ita nec iſti, quia per fructus in ſacra Scriptura opera intelliguntur. Iuxta illud Matth.7.A fructibus, (id eſt) operibus cognoſcetis eos. Cum ergo talium falſorũ mala ſint opera, & diabolo delectabilia,congrue dicere poteſt,ꝙ fructum portant porcis placẽtem infernalibus. Illi enim ficulnea ſunt maledicta. (Matth.21) in qua Chriſtus fructum non inuenit. Cum ergo(teſte Chriſto. Matth.7.) Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignem mittetur,ſequitur,&c.

¶Sexta veprium,& ſpinarum conditio, quæ ex quinta ſequitur, eſt, quòd videlicet in ignem æternum mittatur. 2.Reg.23. Prævaricatores, quaſi ſpinæ euellentur uniuerſi Eſa.33. Spinæ congregatæ igne comburentur,ut ſuccedatur fornax, & furnus inferni. De qua Eſa.9. Succenſa eſt,quaſi ignis impietas,ueprem, & ſpinam uorabit. Nota F.8.11.Sic ergo quartum, quod falſos contra ueritatem iuuat, eſt illorum colligatio.

¶Et parum eſſet ſimul tenere, niſi 15
etiam modus, & aſtutia, & cautela inueniret, quia talia frequenter plus in bello iuuãt,quàm fortitudo. Ideo quintum,ꝙ falſos iuuat,& falſitatem victorioſam facit,eſt modus illorum procedendi. Pro quo eſt ſciendum, quòd in modo ſuo decipiendi,ſimiles ſunt Antichriſto, quia de Antichriſto dicitur, Exemꝙ decipiet populum tribus modis, mi- plum
rabilibus,muneribus,& terroribus. Ita Antiiſti, ut de eis uerificetur illud.1.Ioan.2. chriſti.
Antichriſtus uenit, nam Antichriſti multi facti ſunt.

¶Qui primo populum Mirabilibus decipiunt,cautelis multiplicibus.

¶Prima ergo cautela utuntur diaboli,quia ſicut diabolus blande tentat, & delectabilia offert, ut miſeros decipiat. Ita iſti dant ſimplicibus uicinis aliqua parua delectabilia,faciuntque eis feſta, & pulchre loquuntur, quouſque quod cupiunt, habuerint. Eſt tamen in eis diſſimilitudo in duobus. Primo, quia iſti uidentur cautius procedere, quia utuntur ingenio proprio,& etiam diaboli. Scit enim dæmon, ꝙ in forma propria eſt odioſus, & ideo in ſuo propoſito non prævaleret, quia homines eum fugerent.Ideo iſtos tanquam ſuos mittit diſcipulos,in quibus loquitur.

¶Secundo, quia ille hæreditate cęleſti,iſti miſeros priuare nitũtur terrena.

¶Secunda cautela utuntur Iudæ proditoris, & Dalidæ Samſonis (Iudicum 16.) & Ioab, (2.Regum 20.) De quibus (in Pſal.27.) Loquuntur pacem cum proximo, quia nulli pulchrius loquuntur, quàm latrones,& falſi homines, mala autem in cordibus eorum.Hieremiæ 9. In ore ſuo loquitur pacem cum amico ſuo, & occulte ponit ei inſidias.

¶Et iſte modus falſitatis ſpecialiter 16
conuenit prophetis Baal,qui claudicãt in duas partes.3.Regum.18. Qui(videlicet) uolunt duobus dominis contrarijs ſeruire, & placere. Tales enim mediatoribus aſſimilantur inundinis equorum,qui equiſones uocantur,

quia

quia ipſi tam uendenti, quàm ementi pulchre loquuntur, & ab utraque parte, quandoque munera accipit ille, ſcilicet, proſeneta, & tamen uni parti inſidias ponit, quia unam decipit, & quãdoque ambas, quia ſibi, quem iuuat in facto uenditionis, iterum paratus erat in contractu emptionis, & ſemper tamen amicum ſe eſſe aſſerit maximis iuramentis. Si uero pars ſentiens ſe deceptam, illum de deceptione reprehendat, quibuſdam cautis uerbis ſe excuſat, dicens, quod ſignis, vel vultibus eum de defectu promonuit. Vnde de quodam tali fertur, quod modo uni partifaciem uertendo, ei annuere ſolebat oculo, & caput inclinare, quaſi diceret, ualet pro uobis. Alteri uero ſolebat idem facere. Quando vero vnus ſenſit ſe deceptum, malum ſuum ſecum plangere ſolebat, & dicere, nonne feci tibi ſignum, quod non fuit pro vobis? illud enim ſignum, quod feci tibi, fuit quod non ualuit pro uobis. Si vero vnus de mercatione ſua gaudebat, ſecum gaudere ſolebat, aſſerens ibi feciſſe ſignum, ut ſic faceret, &c. Omnino per modum iſtum procedunt falſi, qui inter duos inimicos faciunt ſe occultæ quaſi medium, quia maxime iuramentis affirmabit, ſe eſſe amicum, quando ei loquitur, & quod tantum faceret pro eo, ſicut pro patre ſuo, uel ſeipſo, & tantum poteſt de ſe confidere. Et idem dicit parti alteri. Et vtranque partem decipiet, quia quando eſt cum uno illorum, qui alteri inſidiatur, uel obloquitur, uel quærit, quomodo ei nocere poterit, ut iſti placeat, ne etiam iſte deprehendat, quod eſt alteri amicus, cum eo idem inſidiatur. Sicut patet. A. 15. 9. Et præmonuit eum de altero, eodem modo ſe habet ad illum, & ut iſti plus placeat in ſecretis ſub ſigillo confeſſionis, narrat ei, quæ ab altero audiuit. Finaliter quando unus inimicorum alteri damnum intulerit, cum læſo plangit aſſerens ſe eum præmonuiſſe, & cum gaudente gaudet. De quo Prouer. 26. Sicut noxius eſt, qui mittit lanceas, & ſagittas in mortem, ſic uir qui fraudulenter nocet amico ſuo.

Exemplum.

¶ Tertio tales cautelam, & modum, & conditionem habent cuiuſdam canis, taxu, nomine. De quo fertur, quod cum eſſet fortis, & à domino ſuo in quodam prædio ad cuſtodiam dimitteretur, ad tempus cuſtodiæ eius de eo minus curante, cum famem pateretur, ad nemus iuit, & lupo ſe aſſociauit, uel lupæ, cum qua prædam exercuit, circa cuius captionem mutuo ſe iuuabant, & ſocietatem magnam ſibi mutuo oſtendebant, domino uero redeunte, & quodam ſero iuxta nemus ambulante, canis cum lupo de nemore prędam quęrendo uenit, qui ſtatim, ut magiſtrum ſuum uidit, ſuper lupum ſe vertit ipſumque occidit. Talem amicitiam tempore infirmitatis, & famis, uel neceſſitatis faciunt multi cum Deo. Sicut patet. T. 5. 30. Sed de tribulatione, & miſeria liberati, cum domino ſuo diabolo, cui prius ſeruierunt, contra Deum ſe uertunt, &c. 17 Fabula.

¶ Iterum talem amicitiam faciunt nonnulli, cum terrarum dominis (ſicut dudum patuit in Anglia) qui, quando domini illorum incarcerabantur, vel exilium, uel fugam de terra patiebantur, inimicis ſuis ſe iunxerunt, & fidelitatem, & amicitiam firmiſſimam eis promiſerunt, quod neque mors, neque vita eos ſepararet, cum eisque prædam, & dominorum priorum ſpoliationem exercuerunt. Dominis uero prioribus ad propria, uel ad ſolita redeuntibus ſuper lupos, quibus interim aſſociebantur, ſe uerterunt, ipſosq; occiderunt, non habentes reſpectum ad iuramentum, quod fecerunt, uel ad fidem, vel aduersitatem. In opere ſequenti oſtendentes, quod in toto illo modo tempore, nulla fuit in eis fidelitas, ſed ſola expectatio, ut uiderent, quis uinceret. Sicut ille. T. 5. 72. Et ex qua parte magis, ſuperlucrari poſſent, & fugere damnum.

De quibus. 2. Thim. 3. Prophetauit Paulus, dicens. Erunt homines seipsos amantes proditores proterui, &c. Nota infra. eo. cap. 35. Et A. 21. 26. Talis est etiam amicitia falsorum hominum adinuicem, inter quos unus falsus propter prædam, uel lucrum ad aliquod lucrum lupo sociatus, si postea videt istum lupum potentem habere aduersarium, à quo potest maius habere lucrum, si non potest utrique amicitiam simulare, aperte contra lupum se uertit. De quibus omnibus dicit dominus. Hierem. 6. Quod sunt ambulantes fraudulenter, uniuersi corrupti.

18 Canes periculosissimi.

¶In isto uero facto non quibuscunque canibus, sed periculosissimis assimilantur, qui maturè incedunt, cauda deposita, quasi nihil male cogitarent, nec latrant, antequàm mordeant.

Exemplum Lupi & Canes.

¶Quarto tali utuntur falsi cautela quandoque contra fideles, uel etiam contra alios falsos, quali secundum fabulas utebantur lupi contra canes. Lupi enim (secundum fabulam illam) volentes canes expugnare, uidentes eorum paucitatem, respectu multitudinis aduersariorum, cogitauerunt, quod sine cautela uincere non poterunt. Consilium ergo diffinitum fuit, quod aliquos de canibus ad partem suam allicerent, per quorum auxilium reliquos uincerent, & finaliter etiam ipsos uincerent adiutores. De communi ergo consilio talem circa hoc exercuerunt cautelam, alloquebantur canes eiusdem cum ipsis coloris, dicentes, uos & nos eiusdem naturę sumus, hoc enim forma corporis, & pilorum ostendit color. Ex quo enim sumus eiusdem naturæ, licet forte ad tempus inter homines morati sitis, iuuate nos, & sitis de parte nostra in pugna contra canes istos, quibus uictis, in sempiternum una amicitia, & lucrum idem inter nos manebit. Talibus persuasionibus uicti canes, eiusdem cum lupis coloris, lupis auxilium præstiterunt, & cæteros canes occiderunt, quibus occisis, surrexerunt lupi contra canes illos eiusdem coloris, & illos etiam occiderunt. Tali cautela procedunt nonnulli contra latrones, uel sibi infestantes, uno enim capto, multa ei promittunt, ut alios ostendat, ubi etiam, & quomodo capi poterũt, quibus captis, ipsum cum eis suspendunt. Sic etiam procedit diabolus cum quibusdam peccatoribus, ipsis omnem ostendens amicitiam, eosque, quæ in eis agere uolunt, iuuans, quo usque per illos alios confundat. Sicut patet. C. 6. 61. Quibus peccato confusis, ipsos etiam confundentes, cum ipsis finaliter ad infernum trahendo confundit. Sic etiam procedunt iniusti domini, contra illos, quibus nocere, uel à quibus auferre volunt per suos iudices, & ministros, per quos cum quod desiderauerunt, compleuerint, alios spoliantes, finaliter ipsos etiam per quos hoc fecerunt, spoliant in uita, uel in morte.

Ianuæ Exemplum.

Idem etiam ad literam, accidit in Ianua, quadam Italiæ ciuitate, in contentione inter illos de Spinolis, & de Aurea, eadem adhuc utuntur cautela falsi homines, procurant enim frequenter multis promissis, & allegationibus, q̃ homines, quos in nullo diligunt, fint ex parte sua contra alios, quos persequi intendunt, quibus uictis, ipsos etiam in persecutione adiutores persequuntur. Et sic uerificatur in illis illud Prouerb. 26. Qui operit odium, scilicet, quantum ad illum, cum quo contra tertium amicabiliter loquitur, fraudem loquetur, scilicet, contra utrunque.

19 Exemplum.

¶Quinto tali utuntur falsi cautela, quali utuntur, qui uolunt aduersariorum uincere exercitum. Nituntur enim discordias facere illi, inter homines exercitus, & principes, uel saltem inter inferiores homines exercitus, sicut patet. B. 2. 3. Ita isti uidentes partem aduersam esse fortem, nituntur inter eos discordias seminare, & unum ab alijs separare. Verbi gratia, unus talis uidens aliquem contrarium esse

cum

cum domino terræ bene, vel alio magno, cogitat quomodo per accusationes, uel quæcunque malicias illam diuidere poterit amicitiam, ut facilius aduersarium uincat, & eo citius tales proponunt rixas & accusationes, quo amplius æstimant dominis illis placere, qui ex talibus accusationibus, & uirgijs temporaliter multa lucrantur. Et sic mutuis rixis seipsos confundunt, & dominos ditant, seipsos dico, quia, sicut unus nunc alium accusat, quando ipse accusans regnat. Ita alius illum accusabit, quando tempus mutabitur, neuter vero aliquid lucrabitur, sed animas suas perdent, & dominus lucrum habebit terrenum, ut de utroque illorum uerificetur illud Prouer. 12. Fraudulentus vero inuenit lucrum.

¶Iterum tales falsi reuolutores assimilantur buboni, sicut patet. E. 24.

¶Iterum, assimilantur diaboli focarijs, sicut patet. A. 14. 36.

¶Iterum, assimilantur eo'ubro, sicut patet. A. 25. 31. Quod ergo mirum, si falsitas cum omnibus his, quandoque lucris, & cum alijs hic quoctatis, & cũ tota familia sua, ueritatem cum sua parua familia vincat? Qui tamen magis se a falsitate cum suis ministris custodiet, si fecerint, quod hortatur Deus. (Hiere. 9.) unusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo nõ habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit. Et omnis amicus fraudulenter incedet.

Ar. 3. ¶Ex quæ auctoritate patet etiam ratio, & causas, & ueritas tertij articuli, quòd, uidelicet, falsorum periculosa sit societas, amicitia, seruitus, & dominium.

20 Exemplum. ¶Primo, quia decipiunt. Pro quo est sciendum, quòd in istis, sicut in alijs quibuscunque contractibus, confidens in eis, est sicut qui pedem ponit super rotam, quæ ita situatur, ꝙ cito mouetur ad leuem tactum. In illa enim qui credit stare decipitur. Et quanto fortius eam pedibus præmit, tanto uelocius, & durius cadit. Sic in proposito, qui pedem confidentiæ in quocunque negocio figit in falsos. (De quibus in Psal. 82. Pones eos; ut rotam) decipietur, & quanto plus & familiarius in eis confidit, tanto turpius decipietur, quia non est peior hostis, quàm domesticus inimicus, quia ipse melius decipere potest. Confidenter ergo se super illos in quacunque re adhærens, est, sicut qui se nititur, super baculum arundineum. Sicut ergo confidenti dicitur. 4. Reg. 18. Speras in baculo arundineo, atque confracto Ægypti, super quem si incubuerit homo, comminutus ingreditur manum, & perforabit eam.

¶Et licet ad tempus falsitatem suam dissimulent, in fine tamen eam ostendent more ferocium animalium, sicut leonum, & huiusmodi, quæ aliquotiẽs in fine magistrum suum occidunt, qui eis multis annis seruiunt. Sic isti, qui sunt feris peiores, quia ferę solum seuiendo nocent. Isti nec tam seuiendo, quàm blandiendo, excepto ꝙ peius nocet blandiendo, & famulando, quia sub isto colore simplices in eis confidunt, sub qua confidentia, tempore, uiso oportuno, exhæredant, furantur, occidunt, & produnt, quibus dicere cõgruit illud Iudæ. Quemcumque osculatus fuero, ipse est tenete eum. Pro illis ergo uerificatur illud Eccl. 7. Melior est ira risu. Exemplum

¶Iterum non solum decipiunt ad modum rotæ, sed etiam ad modum falsi libri, in quo bonus clericus subito legens decipitur. Et ad modum falsę monetæ de nocte. Sicut enim tempore obscuro non bene discernitur falsa moneta, quæ similitudinem bonæ habet à bona, quę tamen claro die à bona discernitur, & à fideli uiro pforatur, uel in ignẽ mittitur. Ita falsi in nocte huius uitæ. De qua infra. M. 11. 52. Quia etiam uelamen corporis habent super faciẽ, quia etiã sub ueritatis similitudine, in uerbis, & cõuersatione ficta falsitatẽ suam ostendunt, mẽtientes se veros esse Christianos. More quorũdã, 21 Exemplum.

qui fingunt ſe eſſe magnorũ nuncios, ut lucrentur,& honorentur. Sic iſti fingunt ſe bonos eſſe. Et ideo ſicut falſa moneta ſimilitudinem bonæ habens, non autem ualorem (ut dictum eſt) ab alia faciliter non diſcernitur. Ita nec falſi hominꝫ. (De quibus Hiere. 6. Argentum reprobum uocate eos) ab alijs faciliter diſcerni non poſſunt propter prædicta impedimenta, & cauſas. Sed etiam in morte, & in die alterius ſeculi omnibus prædictis uelaminibus malitiæ ſublatis, quãdo manifeſta erũt abſcondita cordium omnibus hominibus,& ſpiritibus, tunc aperte apparebit,qualis,quàm falſaque ſit moneta illa in fine quippe hominis denudatio operum illius. Eccl. 11. Tunc ſciet quilibet reſpõdere ad quæſtionẽ, qua quęritur. Matth. 22. quæ nunc eſt ſatis obſcura. Cuius uidelicet eſt imago hæc, & ſuperſcriptio, quæ uidelicet in animabus depingitur falſorum? Sicut etiã falſa moneta in igne conflatur, quia fidelis homo in theſauro ſuo eam non ponit. Ita illi tunc in ignem mittentur inextinguibilem. Matth. 25. Et tũc apparebit,quod falſum eſt,q conflauit. Hiere. 10. Secundo,quia inficiunt,ſicut leproſus,uel ouis morbida. De quibus. E. 7. 11. Quod patet, quod fertur de duob⁹ talibus falſis in una patria, quorum uno mortuo filius ei ſuccedens ad quandam talium iuit congregationem, ſicut ad comitatum, & huiuſmodi, quem alius falſus ratione amicitiæ paternæ ad partem ducens, ipſum informauit de quodam falſo iuramento, quod iuraret illo die, & lucraretur dimidiam marcam Anglicanam. Iuuenis uero adhuc teneriorꝫ conſcientiæ, reſpondit ſe hoc facere non audere, propter Dei offenſam, & animę ſuæ periculum. Cui inueteratus dierũ malorum tali(inquit)modo pater tuus lucratus eſt multa, ſic etiam ego, ſic nos omnes Et ſic oportet te lucrari,& ſic facere,ſi uis in patria iſta uiuere. Ecce nõ ſufficit falſo falſitas ſua,niſi etiã alios tales faciat, ſic ſæpius peruerſus, alios peruertere nititur. Et ſic prophetæ, & prædicatores diaboli, alios cum eis prophetare faciunt. Et nox nocti indicat ſcientiam, in Pſalm. 18. De quibus Hierem. 14. Falſum prophetæ uaticinantur.

Exemplum.

22

Exemplum.

¶Nec eſt mirum, quòd falſi ſunt hominibus infideles, propter duo, in quibus illorum maxima oſtenditur ſtultitia. Ar. 4.

¶Primo,quia ſunt Deo infideles. Secundo,quia ſunt ſibijpſis infideles. Et q ſici nequàm eſt,cui alij vnquam bonus eſt? Eccl. 14. Quod enim mirabile,quòd ſint infideles homini, qui ſunt infideles Deo, qui tanta fecit pro eis. Sicut patet. A. 27. Antiqui enim ſapientes hoc habuerunt, tanquàm principium, & infallibilem ueritatem,q uidelicet falſus Deo, eſſet falſus homini. Sicut patet de Conſtantino Imperatore. D. 12. 5. Sicut etiam patet per hoc,q Alexander reſpondit Samaritanis derelictis,ex decem tribubus,cum eius peterent dominium,& protectionem,& promitterent ei fidelitatem Quomodo(inquit) mihi fideles eſſe poſſetis, qui Deo, qui maiora pro uobis fecit,quàm ego facere poſſem, ſemper infideles fuiſtis? Si mandata Dei non cuſtodierunt, quomodo mandata hominis cuſtodirent? Et tamen in falſitate contra Deum maximam oſtendit ſtultitiam, quia faciendo contra hominem, illius aliquo modo uindictam, & aſpectum, & notitiam, & falſitatis cognitionem ſubterfugere poterunt, faciendo vero falſitatem contra Deum peccando, ipſius cognitionem, & uiſum, & ultionem nullo modo ſubterfugere poterunt. Sicut ergo quilibet dicere illum ſtultum, qui furtum committeret in præſentia iuſti iudicis terreni. Ita ſtultum dicere poteſt, qui falſitatem committit in præſentia iuſti iudicis cęleſtis,qui contemplatur bonos,& malos. Prouerb 15. 23

Exemplum.

Exemplum.

¶Secundo illorum oſtenditur ſtultitia in hoc, quòd ſunt ſibijpſis falſi, ſeipſos decipientes apud mundum enim 24

Exemplum. enim diceretur ſtultus mercator, qui pro re uili,& incerta, & parui ualoris, plus daret,& laboraret,& ſuſtineret, & expẽderet, quàm pro re ſibi magis neceſſaria,& utiliori, & præciſiori, uerbi gratia,qui plus daret pro panno peſſimo,& qui nõ duraret per annũ, quàm pro optimo, qui duraret per totam uitam. Iterum qui plus daret pro vno ani mali,uel pro re mobili, quàm pro regno, uel ſi pro vili ueſte, uel animali, vellet tam precioſum veſtem, & regnũ perdere. Sed falſi ſunt huiuſmodi,quia frequenter à rebus quas à dominis accipiunt,falſitatem committunt, & etiã veſtem gratiæ. Iterum plura ſuſtinent, & dant,& carius tã expendendo, quàm ſuſtinendo emunt paruam mundi cupiditatem,de qua ad diem non habent certitudinem, quàm regnum cęleſte, quia frequenter auditum eſt,ꝙ pro falſitate,quam fecerunt,& pro cupida ſua acquiſitione,uerbera,& etiam mortem ſuſtinuerunt,& uitam propriam dederunt,ubi nunquàm ictum pro ueritate ſuſtinuerunt, vel vnum membrum dederunt.

¶ Plures enim martyres habet falſitas,quàm ueritas : Sicut patebit.L.1. 11.M.11.105.

25 ¶Iterum apud mundum ſtultus diceretur,qui totaliter intenderet alienis negocijs,& rebus. Et res ſuas omnino negligeret. De tali enim uicini dicerent fatuus eſt, quia citò de officio illo expelletur, & ad ꝓpria redire cogetur, ubi nihil boni inueniet:Ita poteſt dici iſtis,qui totaliter cupiditati deſeruiunt, & falſitati,& circa illa ſollicitantur, & de rebus ꝓprijs,id eſt, de anima, & loquela,& huiuſmodi,non cogitant, uel curant,quàm falſę & malę ſint,qui etiã hęreditatem ſuam in alio ſeculo bonis operibus inſtaurare nolunt.

Exemplum.

¶Quod autem tales ſunt falſi tali oſtenditur ratione. Ille dicitur falſus, cuius verbo credi non põt.Sed iſti ſunt huiuſmodi,ergo,&c.Probatio minoris, ſi quæratur ab eis,an diligant aliquam rem tetrenam, pluſquàm ſeipſos ? dicent,ꝙ non,& tamen iſti dicto credi nõ poteſt,quia in opere illud oſtẽdunt eſſe falſum,quia i opere videmus, ꝙ oẽs denarios uolunt habere veros, & omnes res exteriores bonas : Et ſi inuenirent vnum denarium falſum diſpliceret eis,ſeipſos uero volunt habere falſos,& malos,nec eis hoc diſplicet, ſed bene placet : Opus ergo oſtẽdit,ꝙ plus diligunt Deum ſuum,ſcilicet denariũ, & alias ſuas res, quàm ſeipſos, quia illud, cui bona plura uolunt plus diligunt.

¶Sed alijs rebus plura bona volunt, igitur plus eas diligunt:Maiorem mecum cõcedent:Minor patet,quia pecuniæ uolunt fidelitatem, quam noluns ſibijpſis:Animalibus uerò ſuis uolunt vitam fortitudinem, & huiuſmodi, ſibijpſis hic mortẽ culpę, & poſtea mortem æternę pœnæ. Opera.n.illorũ hoc uoluat. Ipſi nolũt, ꝙ animal illorũ in foueã cadat.Et ipſi ĩ foueã cadere volũt inferni,nemo ergo eis credat,qñicunt, ꝙ plus ſeipſos rebus ſuis diligunt, qa alia multa magni faciũt, ſeipſos negligunt:Et ſic uerificatur de illis Prouerb. 10.Cor impiorum pro nihilo.

Arti. 5. 26

¶Sed ſi hęc malorum falſitas corrigi poſſet, ſpes eſſet de eorum ſalute: Sed antiqua tam falſitatem, & conſuetudinarios falſos durum eſt corrigere, & raro corriguntur : Ergo raro, uel nunquam ſaluantur, quòd autem cum difficultate, uel nunquàm emendantur, patet tam ex dictis C.8.11.quàm ex dicendis,liber, qui eſt totus falſus, cum difficultate, immo nunquàm corrigi poteſt, niſi tota litera in eo ſcripta radarur,& noua ſcribatur, & melius eſſet, quòd nulla litteta in eo ſcripta eſſet.Citharędus etiam ſenex,qui à principio malę, vtputa à malo informatore citharizare didicit, & diu, & quaſi per totam uitam notas illas malefacere conſueuit, cum difficultate corrigitur, ſi nullam notam ſciret: Ita iſti, qui ſemper quando lucrari poterunt,uel oportunitatem viderũt in iuramẽtis,in factis, in comitatibus,

Exemplum.

& huiuſ-

& huiuſmodi, falsè citharizabāt, & malè, quorum liber animarū, & conſcientiarum eſt totus, vel maior pars falſus. De illis enim verificatur illud Eccleſiaſtes 1. Peruerſi difficile corriguntur.

Exemplum. Quia ſicut in plaga malè ſanata licet ad tempus malum non videatur, tamē cito ſe oſtendit. Et ſicut gutta fluens, & riuulus fluens ad tempus obturari poteſt, non tamen diu, quin ſolitam, & aliam inueniet uiam. Ita licet illorum falſitas aliquando timore, vel amore, vel oportunitatis defectu, ad tēpus diſſimuletur, ne in opere illam oſtendāt: diu tamen latere nō ualet: vnde Chryſoſto. ſuper Matt. Home. 37. Omnis malitia confunditur quidem aliquoties ratione ueritatis, corrigitur autem nūquàm, maximè eorum, qui propoſito malo, & non ignorantia peccant. Quēadmodum ſi aliquis claudere uoluerit aquæ currentis meatum: ſi hæc excluſa fuerit vno in loco per aliquam uiolentiam aliunde ſibi ſemitam rumpit. Sic & eorum malignitas ex vna parte confuſa, alium ſibi aditum adinuenit. Sicut ergo melius eſſet nudum habere pergamentum: quàm librum totaliter falſum. Ita melius eſſet eis, quòd nullam haberēt ſcientiam, vel ſapientiam, quàm quòd omnem talem haberent ſcientiam. De qua Hiere. 4. Sapientes ſunt, ut faciant malum, iuxta illud Eccleſiaſti. 19. Melior eſt homo, qui minuitur ſapientia, & deficiens ſenſu in timore Dei, quàm qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem altiſſimi.

Exemplum. Exemplum. Exemplum. Exemplum.

27 ¶Et benè dicit, melior eſt, &c. Sicut melior eſt vnus denarius uerus, quàm centum falſi: Et quòd mirum, quòd homo fidelis melior eſt non homine, id eſt, homine falſo, qui non eſt homo (ſpiritualiter loquendo) niſi æquiuocet, ſicut homo pictus, quia ſolum ſimilitudinem habet hominis. Et tamen intrinſecus diabolus eſt. Teſte Chriſto, Ioan. 6. Vbi de talibus loquēs ait Vnus ex vobis diabolus eſt. Quia ſicut denarius plumbeus non eſt denarius, ſed plumbum: Ita homo diabolicus, & falſus: diabolus dicitur: Et non ſolum ſpiritualiter, ſed etiam rationabiliter loquendo talis dici poteſt non homo, qa differentia quantumcunq; ſpeciem cōſtituat, quod caret differentia, caret ſpecie. Differentia autem hominis eſt ratio, ſiue rationabilitas, quia in uiuendo caret, ergo pro tanto humanitate caret. Sicut em̄ bonus homo melior eſt multis rebus inanimatis: Ita in propoſito melior eſt falſis, qui peius ualent brutis, & rebus inanimatis, quia bos, uel aliud animal tam viuum quàm mortuum occiſum, multos ualet ſolidos, falſus uero nec mortuus nec viuus valet obulū, quia corpus nihil ualet, niſi vermibus. Anima nihil uale, niſi dęmonibus, ergo per domini ſentētiam. Matth. 5. Ad nihilum ualet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, & tradatur uermibus, & tortoribus.

¶Cauſa autem tātæ malorum, & falſorum multitudinis, & incorrigibilitatis eſt duplex. Vna habendi cupiditas. Secunda eſt negligentia, Prima attenditur penes propriam malitiam, Secūda penes aliorum pigritiam. Arti. 6.

¶Quomodo autē cupiditas eſt mater omnium falſitatum, patet ex hoc, ꝙ quilibet uellet plus habere, quàm habet, & quàm iuſtè habere deberet: Et ſic ſequūtur in mercationibus tot vſuræ, & periuria. In perquiſitionibus tot deceptiones, & eſt mirabile, quòd malunt ponere in uſura duodecim denarios, uel habere in campis duodecim iugera cum falſitate, & cū maledictione Dei, & Matris eius, & omnium ſanctorum, & bonorum uirorum, & propriam damnationē, quàm habere medietatem cum fidelitate benè lucrat. & in tempore laborat cum benedictione, &c. ut ſupra, &c. Et tamen honeſtius eſſet ei in uita, quòd eſſet fidelis, & utilius in morte. Primum patet, quia honeſtius, & pulchrius eſſet, quòd digno eum oſtenderet, dicentes. Ecce fideles homo & pauper, quàm quòd diceret. Ecce falſus homo, & diues. Vtilius 28

lius etiam eſſet in morte cum pauperta te ad regnum,quàm cum diuitijs tranſire ad infernum.

¶Secũda cauſa attẽditur penes alios? qui non ſolum malos, & falſos fugiũt, vel corrigunt;ſed tanquàm diaboli nutrices, eos in peccatis ſuis nutriũt, & peccatores commendant, & honorant, & ſub commendationis pallio vitia occultãt:Et ſicut falſus monetarius, quod non eſt argentum, vel aurum argetum apparere facit ſub quodam falſo colore.Ita iſti vitia virtutes apparere faciũt ſub quodam falſi coloris pallio. Exemplum.

29 ¶Sub quo diaboli filias,id eſt,peccata multis maritant & nubũt verbi gratia, A mundialibus, quiſcit veritatem peruertere,& colorare falſitatem, ita quòd veritas appareat:commendatur,& prudẽs reputatur. Qui vero ſcit multas inuenire malicioſas cautelas, & conſilia mala dare,& dominum ſuum informare, quomodo multa male acquireret,& nihil reddat, quod anteceſſores ſui male acquiſierunt;quòd etiam ſpoliat naufragos,accipiendo vuerck; & omnia talia faciat,in quibus videtur aliquem ini quarum legum habere colorẽ.(De quibus Eſaiæ 10.Væ qui condunt leges iniquas) vocatur ſapiens in conſilijs dandis. Et ſecundum Hieronymum lib. 1. contra Pelagianos, qui ſcit alium decipere, dicitur aſtutus, vindicatiuus homo,qui pro vno verbo diſplicentiæ ſibi dicto, vel p verbo,quod nũquàm fuit, vel pro facto,quod nũquàm fuit, quod tamẽ ei ab aliquo diaboli membro narratur,facit alium verberari,& incarcerari, & huiuſmodi, qui etiam pro paruo facinore altam vult habere emendationem reputatur potẽs, & magnanimus. Vnde in eius cõmendationem, dicunt, potens eſt, & nullam iniuriam vult pati:Et tamen melius eſſet iniuriam pati, quàm facere. Sic enim ſe uindicando, docent,qualiter Deus ſe de eis uindicabit, quia potentes potenter tormenta patiuntur. Superbia uero circa lectum, & apparatum curioſum,circa cameram lectum corporis,& equitatura & huiuſmodi uocatur mundicia, & honeſtas; Luxurioſi, & guloſi,qui malas diligunt ſocietates,& tabernas, quorũ pedes nocte,et die ad malũ currũt,uel currere parati ſũt,uocant boni ſocij. Qui uero de vſuris,& falſitatibus cito ditat,uocatur fœlix,uel fortunatus homo, quia fortunate bona accidunt : Et ſecundum beatum Gregorium qui. 32.Moral.tractat,quomodo uitia uirtutes ſe eſſe ſimulant. Diſſoluta (inquit) remiſſio quaſi manſuetudo, & pietas habetur effuſio miſericordia creditur, & malorum pertinacia conſtantia dicitur, & timor incompetens, humilitas creditur,& uocis ſuperbia uiri libertas eſtimatur,& pigritia aliquando quaſi continentia attenditur. Et inquietudo,vigilans ſollicitudo nominatur:Et ſic de alijs ibidem enumeratis.

¶Iterum auaritia prouidentia dicitur,& ſortilega mulier ſapiens dicitur. Iſto ergo modo diabolus ſub chlamide falſitatis omnes filias ſuas nuptui tradidit:Et intantum eas talibus veſtibus decorat, quòd multi eas deſiderãt: Nonnulli enim, qui nunquàm aliqualiter fuiſſent mali, uidentes peccatores ſic uocari,& honorari, peccatores fiũt. Tales ſub illa chlamide diaboli filiam accipiunt. Vnde eſt de diabolo in iſto caſu ſicut de quodam homine, de quo habetur quaſi ſic, quòd filiam ſuam nullus accipere uoluit in matrimoniũ: quia nomen turpe habebat, & malè veſtita erat,quibus mutatis multi eam petebat:Ita in propoſito, multi filias diaboli, quando nominibus turpibus, & proprijs nominarunt,ſicut gula, homicidium,furtum,& huiuſmodi eas intantum abhorrent, quòd ſe cruce ſignant. Sed mutatis(ut dictum eſt) nominibus & falſitate veſtitas, eas non abhorrent, quia nec turpes eas credunt, uel fatentur,uel pulchras eas eſſe defendunt: Et ſi quis eas uituperauerit, uel deformes dixerit, iraſcuntur tam ipſi qui eas habent quàm illorum amici,uerbi gratia. Quantumcunque ſit malus tyrannus: miles,& iniurioſus dominus, uel ſimoniacus, 30 Exemplum.

niatus,& lubricus rectus, ſi bonam mẽ ſam tencat, & magnam familiam habeat,& multos armigeros ueſtiat,& donaria libenter det,tota turpitudo filiarũ diaboli ſubchlamide abſconditur liberalitatis, quia tales liberales uocantur. Et ſi quis cõtra eos loquitur ſtatim alij chlamidem illam extendunt,& turpitudinem abſcondunt,dicentes,benignus homo eſt, iuſtum eſſet, quòd haberet, plura,quàm habet:Sic etiam uſuras, & eius turpitudinem abſcõdunt ſub chlamide utilitatis,dicentes, quòd utile, & placens eſt vtrique parti, luxuriæ turpitudinem, ſub habitu naturalis inclinationis,& fraudem ſub ſpecie emptionis & venditionis,dicentes, quòd poſſunt vendere ita care ſicut poſſunt. Superbũ habitum, & apparatum tã in vanis hominibus,& mulieribus ſub chlamide conſuetudinis, dicentes quòd oportet, quòd conformẽtur alijs de patria. Operationem in feſtis ſub colore obedientiæ vel victus neceſſitate, dicentes, vel quòd oportet eos magiſtris ſuis obedire,quibus ſeruiunt, vel quòd ſic oportet facere,quia aliter viuere nõ poſſunt hipocriſim ſub pictura ſanctitatis, loquacitatem,& cachinnationem, & deriſionem ſub nomine iocunditatis, & ſocietatis. Nota. V. 8. 41.

13 ¶Et recte,ſicut diabolus, & eius miniſtri nituntur filias ſuas, id eſt, peccata (vt dictũ eſt)decorare,ut a multis amẽtur. Ita nituntur filias Dei id eſt, uirtutes,& eius miniſtros,fallaciter uituperare & mendacijs ſuis deturpare: Sicut patet per omnes virtutes prædictis uitijs contrarias: Verax conſiliarius reputatur iuſtior. Vnde, quando de tali fit mentio diaboli miniſtri cum ſcapularum motu,dicunt,bonus fidelis homo eſt volẽtes annuere,quod nihil boni ſcit. Ita ab eiſdem domini,qui volunt de ſuo uiuere,nec volunt ultra uires expendere in rebus,& feſtis, & huiuſmodi quantumcunque ſint eleemoſynarij reputantur miſeri. Qui nõ uult ſe uindicare,ſed ex humilitate remittere, dicitur a b eis nõ homo,uel formidoloſus. Non curioſum uocat inſipientem, quia humiliter viuit ideo inſipiẽs uocatur; Nolens malorum ſequi uoluntates in omnibus ſocietatibus illicitis, tanquàm ſingularis ferus,ab omnibus fugatur: Qui contra Dei iniurias iraſcitur contemnitur ab eis & melancolicus uocatur, & multis cachinis deridetur. Sanctus ab eis hypocrita, & hypocrita ab eis ſanctus uocatur: Sunt enim in talibus iudicijs ita laici ſicut qui nunquam viderunt aurũ, vel auricalcum,uel ſicut fatui,qui inter aurum & cuprum diſcernere neſciunt, Vnum aliud credentes, & econuerſo. Ita iſti eis placentes ſanctos, & diſplicẽtes, hypocritas uocant. Volentes circa ea quæ ad Dei honorem, & animarum ſalutem pertinent,feruenter agere,preſumptuoſos uocant omnes,qui feruentius agere uolunt,quàm ipſi agere conſueuerunt,qui nunquam feruẽter egerunt,non quia opus,quod agunt, de ſe malum ſit, ſed quia eis inſolitum eſt, ab eisque conſultum non eſt, qui in p iudicium illorum totum fieri reputant, quantumcunque bene fiat,omne quod circa eos ſine eorum conſilio fit, & aſſenſu,qui uidelicet dixerunt populum, cui hæc ſunt,ideſt, larga dona,illosque vſque ad magnum exaltant ſtatum,quorum dextera repleta eſt muneribus,nõ dantibus uero ponderoſum oſtendunt uultum. Et quod peius eſt(teſte Deo Micheæ. 3. Sanctificant ſuper eum prælium,uel oblocutionis,uel alterius perſecutionis,hoc enim quandoque experientia docet.

¶Patet ergo ex prædictis quomodo 32
diabolus cum miniſtris ſuis nititur filias proprias decorare, & ornare, & Dei filias deturpare. Et ſic aſſimilantur Exemplum.
in hoc facto cuidam ciuitatis præpoſito,& caſtri cuſtodi qui in quadam ciuitate ſatis nota,nuper multos habens in carcere,cõuictus fuit,quòd veſtem, ſeu tunicam cuiuſdam fidelis hominis,quẽ in carcere habuit, poſuit ſuper latronẽ, qui in eodem detinebatur carcere, nomenque fidelis hominis ei imponens pro muneribus ſibi datis, ueſtem uero,

& no-

& nomẽ latronis poſuit ſuper fidelem hominem. Et ſic latronem in habitu fidelis iuſtificauit, & liberauit, & fidelẽ in habitu latronis condemnauit. Sic omnino in toto prædicto proceſſu faciunt illi. De quibus dicitur Eſa. 5. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Væ eis, qui organa ſpiritus maligni ſunt, per quorum linguas ad multorum loquuntur deceptionem. Ille enim ſciens, ſe in forma propria odioſum, per diſcipulos loquitur, & multos ſeduci, dum laudatur peccator in deſiderijs animę ſuæ, & iniquus benedicitur, multi decipiuntur per illos. De qbus Eſa. 3. Populę meus, qui beatum te dicunt, ipſi te decipiũt, & viam greſſuum tuorum diſſipant, qa ſi omnes tales fugarent, ſicut aues fugant bubonem de die, non eſſent tot mali, & falſi.

Exemplum. ¶Exemplum enim tales fugandi: & non ſolum fugandi, ſed etiam illi, qui in poteſtate conſtituti ſunt, exemplum habent tales puniẽdi. Primo in Alexãdro Magno. Ex cuius geſtis habetur, ꝙ ipſo proſequẽte Darium Regem Perſarum fugientem, duo de ſeruis ſuis volentes Alexandro placere, promotionẽ magnam ab eo ſperantes, ipſum dominum ſuum occiderunt, ſed tamen ad tempus occultauerunt, expectantes qd Alexander de hoc diceret, vtrum, videlicet, de facto illo, & factoribus grauaretur, uel contentaretur. Qui illorum excogitans cautelam fecit clamare, ꝙ ſi tales, q inimicũ ſuum occiderant, ad eũ venire uellent, faceret eos altiores homines de tota patria, uel parentela ſua, quo audito, ad eum ueniẽtes in altiſſimis patibulis ſuſpendit tam ſeruis, & ſubditis proprijs, quàm alienis, dans exemplum ne quis audeat dominum ſuum perdere.

33 Exemplum. ¶Secundum exemplum ad idem patuit nuper in facto cuiuſdam comitis Imperij, qui bellum habuit cõtra quãdam uillam, quam per proditionem vnius ciuis eiuſdem uillæ accepit, ipſum uero ciuem, non ſolum de villa illa, ſed etiam de toto dominio ſuo fugauit. Aſſerens ipſum nunquàm fidelẽ ei fore poſſe, quin etiam ipſum prodereret, quando tẽpus uideret, qui tã falſus extitit cõtra uicinos, & amicos ſuos, &c.

¶Tertium exemplũ habetur ad hoc ex geſtis Romanorum. In quibus habetur, quod inter Fabricium, & Pirrum erat bellum, medicus uero, Pirri venit ad Fabricium, promittens ſe uelle pro muneribus dominium ſuum uenena necare, quem Fabricius Pirro uinctum remiſit, ſignificans quid ei obtuliſſet. Exemplum.

¶ Quartum exemplum ad idem in ſacra ſcriptura de Dauid. 2. Regum. 1. Qui occidit illum, qui occidit dominum ſuum Saul, qui tamen æſtimauit ſe in hoc multum Dauid placuiſſet. Ad idem fecit de illis qui occiderunt dominum ſuum Iboſeth. In hoc credentes eidem placere. 1. Regum 4. Sic ergo hos proditores interfecit. 2. Macha. 10. Quod uerbum licet ſic ad Dauid appli cetur, tamen ad literam de Iuda dicitur Machabeo, qui illos occidit, qui fratres ſuos pro muneribus aduerſarij tradiderunt: Et aduerſarios in quadam turri obſeſſos fugere permiſerunt. Quod eſt contra illos. A. 27. 58. Exemplum.

¶Horum ergo exẽplo, nullus debe- 34
ret falſum, uel proditorem honorare, ſed ſi hoc ei incũbit, punire, uel agere ad hoc ꝙ puniãtur, quia ſi ſit falſus ſibi, uel amicis ſuis natura rei docet, ꝙ eũ non honoret. Si uero ſit falſus inimicis ſuis, omnia prædicta exempla docent, ꝙ non honoretur, quæ quidẽ maguam includunt rationem, uiderunt illi antiqui ſapientes, & Dei prophetæ, ꝙ ſi ipſi honorent, & promouerent proditores inimicorũ ſuorum, duo ſequerẽtur pericula, vnum uidelicet, ꝙ uidebatur eis, ꝙ ueriſimiliter cogitare potuerunt, ꝙ nũquàm erunt eis fideles, nec poſſent in eis confidere, qui tam falſi, primis dominis ſuis extiterunt, quia dicit Regula iuris in ſexto. Semel malus, ſemper præſumitur malus, &c.

Aliud

Aliud cogitare,& timere potuerunt,ne ſerui illorum uidentes dominos falſos,& proditores dominorum ſuorum aduerſariorum ſuorum honorare, magnaq; eis dare, irent ad aduerſarios illos,vt ab eis magna dona reciperēt pro proditione illorum,hoc enim ueriſimiliter timere potuerunt , quòd cupidi hoc facerent,uidētes ſe poſſe plus habere dominos prodendo,quàm eiſdē ſeruiendo : Si domini moderni eaſdem cauſas cogitarent, & eadem iudicia de proditoribus facerent pauciores eſſent tam tempore pacis,quàm belli, qui huiuſmodi facerēt falſitates:Et reuera materiam habent, & cauſam eaſdem exercendi uindictas, quia eadem facta, & falſitates modernis fiunt temporibus. Satis tempore pacis oſtenditur,ꝙ multi ſunt, qui faciunt quod egerunt illi quos Iudas (ut prædictum eſt) occidit, qui uidelicet fideles perſequuntur, & offendunt,& multis modis dānificant, & fures,& homicidas pro muneribus abire permittunt:Tempore etiam belli imminente inter magnos de terra nonnulli inter partes claudicant neutri parti fideles, qui Saulæ , & Isboſeth regnantibus cum ipſis regnare volebant:Ipſis uero deficientibus,cum Dauid contra eos inſurgunt:Et cum Abimelech contra Gaal, ſicut ille falſus Zebul. (Iudicū 9.) Et de talibus forſitan modernis temporibus auditū eſt. De quibus nota ſupra eod.c.17.Tales habere merentur, quod habuit Menelaus (2.Machab.5.) De quo dicit ibidem,ꝙ cum occiderunt, quia legum, & patriæ proditor fuit.Legum (vt prędictum eſt) tempore pacis,falſi proditores ſunt patrię uero tēpore belli, qui pœnam in hoc ſeculo non ſemper euadunt in alio uero nunquàm : Ex dictis ergo patet,ꝙ falſos ſibi,uel amicis,nullus honorare debet, ſed potius punire, quia inimici ſunt, nec falſos aduerſarios, quia ei impoſterum falſi inimici erunt, & ſui etiam illorum exemplo. Sed,heu,nunc falſi,& inimici tam animarum,quàm corporum,& bonorum, & ſubditorum,& aduerſariorum , non ſolum non puniuntur , ſed à principibus , & potentibus diuitijs, & honoribus exaltantur, de quibus in Pſal.36. Vidi impios ſuperexaltatos , & eleuatos, ſicut cedrus.

¶Ex quorum exaltatione multa ſequuntur mala & pericula tam animarum quæ perduntur,quàm corporum, quæ occiduntur,& poſſeſſionū,quæ auferuntur,& amittuntur, terræ etiā,quæ diffamatur,& turbatur, ut de eis uerificetur illud Prouerb.30 Per tria mouetur terra , & quartum non poteſt ſuſtinere,per ſeruū cum regnauerit, ut per ſeruum iſtum intelligatur ſeruus peccati,iuxta illud Ioan.8.& ad Rom.6.Qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati , talis ſeruus peccati , & falſitatis quando regnat,uel quando eos,qui regnant , vel dominantur,ducit,omnia prædicta mala perpetrat. Quorum primum eſt, ꝙ eorum ducti conſilio,multa agunt furta colorata,& alia mala facta,in animarum ſuarum perditionem.Et(vt huius dicti veritas clarius videatur ponatur exemplum)primo in his rebus,in quibus domini habent protectionem , & dominium,ſed non proprietatem,ſicut in bonis ſubditorum Secundo in his, in quibus nec habent dominium , nec proprietatem. Exemplum.

¶Ratione primi eſt ſciendum,ꝙ lex ciuilis.C.de quadrien.præſcrip.lib.7.l. bene à Zenone, dicit,ꝙ omnia principis eſſe intelliguntur , ſuper qua dicit, gloſa , quo ad proprietatem (ut dixit Azo) ſed vulgarus contra , niſi quo ad protectionem.Moderni vero falſi conſiliarij uidentes,ꝙ ſequaces Azonis honorantur, & ditantur , & ſequaces vulgari vilipenduntur, & nihil lucrantur, ſicut patet.A.15.3.Azonem ſequūtur, facientes dominos uti rebus ſubditorum , vt proprijs, ſicut patet. D.12.24. De talium enim conſilio non ſolū ſunt fures mobilium, ſed (quod peius eſt) raptores immobilium,ſicut ibidem patet:Secundo in his rebus,in quibus nō habēt dominium,ſunt fures falſi principes, Acti. 7. 36

cipes,& terrarum domini, cum conſi-
37 liarijs ſuis, ſicut patet de occupantibus bona naufragiorum,iniuſtè occupãdo, furtum committitur, & furti pœna indicantur.C.de furtis,in authentica nauigia.lib.6.titu.2.ubi habetur de verbo ad verbum quod ſequitur. Nauigia ſi quocunq; loco peruenerint,à quo caſu contingente rupta fuerint,vel aliter ad terram venerint;tã nauigia, quàm bona nauigantium, ipſis integre ſeruentur, ad quos ſpectant; antequàm nauigij periculum incurriſſent, ſublata penitus locorum conſuetudine, qui huic aduerſa eſt ſanctioni.Trãſgreſſores huius noſtræ conſtitutionis bonorum publicatione mulctentur. Et ſi res exegerit,iuxta mandatum noſtrum omnibus bonis confiſcantur,qui nec propter leges diuinas, & canonicas, quæ huiuſmodi dominorum damnant abuſionẽ (ſicut patet.C.8.28.) nec propter leges Imperiales,vel iſtam iuſtinianam, illã peſſimam dimittunt conſuetudinem, ſub nulla uiuere uolunt lege,& ideo ſine lege peribunt,ibidem etiã.C.de furtis l.in eum, tales infra annum tenentur reſtituere in quadruplum, poſt annum uero in ſimplum,propter actoris negligentiam,qui tantum de repetendo diſtulit, & negligens fuit.C.lib.11. titu.de naufragijs.l.j.dicitur ſic. Si quãdo naufragio nauis expulſa fuerit ad litus, & infra fiſcus ſe non interponat, quod enim ius habet fiſcus in aliena calamitate,vt de re tam luctuoſa compendium ſectetur? hæc ibi.

¶Sed dicunt falſi, quando neſcitur, cuius ſunt bona illa, iuſte domino terræ confiſcantur,ergo per ſolam ignorãtiam rerum dominium acquirunt.

¶Quod eſt falſum: quia ſic res inuẽta eſſet inuentoris, & licitum mihi eſſet occupare omnem rem,cuius dominum ignorarem. Et contra legẽ, & rationem.C.vnde vi.l.cum quærebatur. lib.8.titu.4.ubi expreſſe lex reprobat talem bonorum occupationem. Sancimus (inquit) talem poſſeſſorem prædonem intelligi: Ridiculum etenim eſt dicere,vel audire, ꝙ per ignorantiã alienam rem aliquis, quaſi propriam occupauit: Omnis autem ſcire debeat, ꝙ non ſuum eſt,hoc ad alios pertinere. Sequitur cito poſt.Si quis alienam rem aduerſus domini voluntatem attigerit, furti actio tenetur.Gloſa dicit ignorãtia non excuſat, qua ignorabat, cuius eſſet,quia hoc non tenebatur ſcire,ſed ſciebat, non eſſe ſuum.

¶Iterum dicunt,res derelicta occu- 38
panti conceditur iuxta regulam iuris, quæ dicit,quod nullius in bonis eſt,occupanti conceditur.

¶Iſtud eſt verum: quãdo eſt certum, ꝙ eſt derelicta, & ꝙ dominus inde nullam vtilitatem quærat.Sic in propoſito, ſiue dominus ſit viuus, ſiue mortuus de rebus illis, ex naufragio proiectis, vtilitatẽ habere deſiderat, nec vnquàm eas derelinquere intendebat.Ex his patet,ꝙ talis acquiſitio per ignorantiam, cuius ſunt, per leges reprobantur.

¶Sed fortè dicent,ignorãtia ſola nõ acquiritur per dominium, quia aliæ cauſæ concurrunt,vna, ꝙ ſuper terram domini talis proijciuntur, & ipſi eas ab alijs defendunt raptoribus.

¶Sic dicentes,ſunt de opinione illorum,quorum ſententiam recitat in ſimili Pomponius,&c.ff.de rerum dominio acquirendo.l.Pomponius, tractat in digeſto nouo, lib.3.titu.1.Caſus legis,Proceſſus meus à lupo raptus, à vicino de ore lupi eripitur, qui porcum dicit eſſe ſuum conſiliarij ſui cum eo concordant, dicentes,quod in ore lupi eſt,deſinit eſſe meum,ſicut auis, quando de manu mea volat, & piſcis quando de naſſa mea ad aquam fugit,& alia beſtia, quando ad ſiluam euadit, ſicut etiã deſinit eſſe meum, ꝙ auis de area, vel miluus de alio loco, quod meum prius fuerat,portat: Volunt ergo iſti dicere,ꝙ ſicut piſcis,vel auis volans,non mea,ſed capientis ſunt. Ita porcus in caſu poſito.Sic conſimiliter dicunt iſti de bonis, quæ ante naufragium mea erant,in naufragio auolauerũt, & mea eſſe deſierunt.Pomponius vero legiſla-

tor

tor illis dupliciter obuiare videtur. Primo, licet verum sit in illis, quæ sunt ferę naturæ, sicut in auibus, & huiusmodi, non tamen in porcis, quę sunt naturę domesticę. Secūdo, quia auis auolās mea fit, si à me capi, postquā auolauit, possit, ita de porco, ita etiam dic de bonis naufragorum, in quibus dominiū in naufragio non amittebatur, per naufragium enim, vel quemcunque talem casum fortuitum res mea non desinit esse mea, & hoc ibidem sequitur diffinitiuè in textu: Si (inquit) naufragiū, quod amissum sit, non statim nostrum esse desinit: Assumit, hoc tanquàm per se verum, ad probandum intentum de bestia in ore lupi. Et est iste exempli in tellectus, sicut rerum dominium per naufragium non amittitur, quin verus dominus iustè eas, mortuus, vel viuus, habere debet, si tamen de ore luporum eripi possunt de facto, quia de iure eripi deberent. Ita dominus porci eius dominium iustè vendicat si de ore lupi eripi possit. Et quia aliqui fortè exemplum suum negarent. Ideo probat illud, dicēs, deniq; quadruplo eum tenere: qui rapuerit bona, scilicet, naufragorum Sequitur conclusio ibidem. Si igitur manet nostrū ergo arbitror, & furti competere actionem (supple) contra illum, qui porcum sic liberatum, vel bona sic proiecta detinet, sicut patet supra eodem cap. 37.

39 ¶Nec valent, ꝙ instant dicentes, talia bona mortuis restitui non debere, sicut dictum est. C. 8. 30. quia nec exempla illorum sunt, ad propositum de dānatis, & intestatis, & nothis quorum bonis secundùm iura ciuilia domini succedunt. Nec tamē aliquid de his pro mortuis facere tenentur. Quia sicut primi ratione criminis vita. Ita alijs bonis exterioribus iustè priuari possunt. Alij vero in detestationem paterni criminis his priuātur, rationaliter quidē: vt alij talibus, territi exemplis, consimilia fugiant crimina. Patet ergo ex prædictis, ꝙ iste falsorum abusus est contra Iura diuina, Naturalia, Canonica, & Ciuilia antiqua. ſ. Digestorū, & Noua, scilicet Codicis, & Nouissima, scilicet, Authēticarum. Patet etiam, ꝙ cum causa, quam assumunt cum ignorātia, nulla est, ꝙ totum occupare debeant. Illi tamen, quorum bona sic conseruātur, seruantibus tenentur ad antidotū. Iterum videtur, ꝙ declinare non poterunt, quin sola ignorantia illorum causa sit, quare bona sic occupant naufragorum.

¶ Quia ipsi concedent, ꝙ si scirent verum dominum, eam ei restituerent, ergo si scientia domini est causa restitutionis, ignorantia est causa non restitutionis. Sed hęc sit causa talis effectus per se, scilicet, caloris, cōtraria causa est causa cōtrarij effectus, scilicet, frigoris. Sic in proposito, si oppositum de opposito, propositum de proposito. Si vero hoc concedunt, inci dūt in legem, quę habetur supra eod. c. 37. C. vnde vi. Iterum dicunt, ꝙ non sola ignorantia, sed defectus probationis causa est, quare talia dominis confiscantur. Sed sicut in re inuenta, ꝙ dominus eam esse suam probet, sufficit dicēdo certa signa, quę in libro, vel alia re continentur, sicut ēt in animalibus amissis, & ad domum alicuius venientibus, si infra annum, & diem probet esse suum, qui amisit, illa recuperat, ita sufficere deberet, ꝙ per certa signa, quę dicit esse in arca sua, quæ ad terram proijcitur, de diebus seu alijs rebus per certa etiam signa, quæ in dolijs sculpsit, & per homines vicinos iuratos ostendere bona esse sua. In casu enim posset nauis in exitu de portu, domino nauis, cum omnibus vicinis aspicientibus, cum omnibus rebus in ea contentis periclitari. Item casu contingere posset, ꝙ nauis omnibus vicinis nota ad terram veniret omnibus, qui in ea fuerunt, submersis, quia tempestate imminente se inbarca ponētes vt ad terram fugerent submergebātur, ex quo in omnibus talibus casibus certissime ꝓbare posset certius, quàm de animali: ꝙ suum (vt dictum est) infra annum & diem probare nō videtur,

40

statuti,

ſtatuti, vel conſuetudinis ratio, quę continet, ubi nullum animal viuum euadit, bona domino terræ confiſcantur.

¶Eſt ergo potius abuſus,& cõtra omnem legẽ (ut oſtenſum eſt) & rationẽ: Et totum iſtud malum accidit per falſos ſapientes, per quos talia fiunt ſtatuta,de quibus Eſa.10Veh qui condunt leges iniquas,& ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt,ſcilicet,in ſtatutis, & ordinationibus ſuis,vt ipſi ex illorum, qui in maxima ſunt miſeria, ſicut in naufragio bonis ditentur,& illi miſeri omnia ſua amittent,uel medietatem dent, vt aliquid recuperẽt: Sequitur,vt oppri merent in iudicio pauperes, & uim facerent cauſæ humilium populi mei,vt eſſent uiduæ quarum mariti ſubmerſi ſunt,præda eorum, nuper enim talis vidua bona,quæ in ciſta mariti ſui ſubmerſi erant,per quas multas marcas marito ſuo debitas recuperaſſet à confiſcatore,cui nunquàm res valuerunt, petiuit,nec obtinere potuit,ſequitur. Et pupillos ſuos,ſcilicet,filios ſubmerſorum diriperent, bonis paternis eos priuando:Ecce qualis, ex tam iniquo ſtatuto ſequitur effectus.

¶Sed quid faciẽt illi,qui talia ſtatuta condunt, vel tenent contra naufragos, quando ipſi in morte naufragium patientur corporis.Iſtã q̃ſtionem q̃rit ab eis propheta in verbis immediate in authoritate ſequentibus,qd (inqt) facietis in die uiſitationis,& calamitatis:quãdo illa putrida nauis corporis veſtri ad mortis ſcopulum confringetur,ad cuius tũc confugietis auxilium nunquid tunc uobis valebit,inanis ſtatuti,vel cõſuetudinis allegatio: ubi derelinquetis gloriam veſtram,uel quibus certè alijs confiſcationibus? vt ſicut uos bona cõfiſcatis naufragorum:ita uobis mortis patientibus naufragium bona veſtra confiſcentur,corpus,ſcilicet,vermibus anima dęmonibus, bona inimicis, ut ſic Chriſti promiſſum in eis verificetur:dicentis,Matth.7.

41 ¶In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini.

¶Et non ſolum de falſorum ducatur ſequitur periculum animarum tam ipſorum quàm dominorum, qui eorum vtuntur conſilio,& ſtatutis (vt dictum eſt) ſed etiam corporum occiſio, quia tam domini, qui talia cupidorum ſequuntur conſilia, quàm ipſi conſiliarij aliqñ occidunt,& terræ diffamatio.

¶ Terra enim propter falſos etiam apud exteras diffamatur nationes, & maleficiorum multiplicatio,propter tales enim falſos, & periuros, & malorũ ſupportatores mali multiplicantur, & mala audaćter perpetrant ſpoliando, mutilãdo,occidendo,tibias, & brachia frangendo,& crudeliter uerberando,& totum in audacia falſorum hominum, vel qui eos in malis ſuis ita potẽter defendunt,quod nullus eos indicere audet,vel incarcerare.

¶Illi ſupportatores ſtatim eis minãtur,dicentes. Si indiceretis homines talis domini, uel aliquem rigorem exercueritis,melius eſſet vobis dormire. Et (quod crudelius eſt) ipſos etiam per illos malefactores læſos, ita minis terrent totam culpam eis imponentes, q̃ nõ audent de eis querelari,uel iuſtitiã petere, ſed læti ſunt cum toto damno, quod habent pacem,& concordiam petere,uel quia ſperant,quod ſi deprehẽdantur,ratione munerum uel parentelę, & huius falſi ſuo periurio liberabuntur,propter hoc enim abſque timore mala perpetrant.

¶Sequitur etiam bonorum exteriorum amiſſio,quia ſicut tam ipſis,quàm dominis per falſitates veniunt, ita recedent,quia dicitur in prouerbio gallicano,quod vnus denarius male lucratus,omnes alios deuorat.

¶Ex quo tot mala falſorum ſequuntur ducatum, patet, quod falſi dominos ducentes,uel regentes, uel etiam veraces decipientes, ſunt, ſicut planca, quæ lupum, in puteum cadere facit.Volentes lupum capere aliquãdo plancam deceptoriæ ſuper puteum ponunt,& abſcõdunt, ponentes prædã Exemplum.

aliquam ibi, tali modo, quòd eam tangere non posſit, niſi ſuper plancam pedem ponat. Sic domini, qui mechante planca falſorum prædam acquirunt, ſuper eorum conſilium ſe fundantes, ſic in puncto ad inferna deſcẽdũt. Iob. 21. Quia pedem affectionis, & confidentię ſuper falſam plancam, & putridam poſuerunt.

Arti. 8 ¶Finis autem falſorum ſimilis erit fini Iudæ proditoris, ſicut & ſimiles ſunt ei ĩ uita, vnde gloſa ſup illud Matthe. 26. Exinde quærebat oportunitatẽ, ut eum traderet. Multi (inquit) ſunt, qui factum inde execrantur, & idem faciunt, quod ipſe fecit. Nam ipſe Chriſtum vendidit, & qui pro munere falſum teſtimonium dicunt Deum, qui veritas eſt, vendunt. Et non ſolum illud faciunt, quod Iudas, ſed grauius delinquunt (ſicut multis rationibus oſtenſum eſt. Et 6. ĵ 7.) Et ideo iuſte turpiorem finem habebunt, illius animã diabolus rapuit. Iſtorum uero quandoque & corpus ſimul, & animam rapuit ita quod neutrum in terra dimittit: Sicut nuper patuit de quodam tali, de quo quidam fide dignus, cuius dictis fidem adhibent, qui eius uitam nouerũt, narrare conſueuit, quòd cum falſitate multa acqirens de mammona iniquitatis, dies effectus fuit, finis, uero diuitiarũ. & uitæ ſuæ talis fuit. Vno die eo in cãpo exiſtente puer rufus, & ignotus ad vxorem, uenit in domo quærens, ubi maritus eſſe, ipſa vero reſpondente, quod eſſet in campis, adiecit ille diabolus in forma pueri, dicas ei in reditu ſuo, quòd reddat mihi debitum meum nocte iſta: Cui illa neſcio, quòd alicui obligetur in quocunque. Ille uero aſperius, & amarius uerbum recitans ait. Omnino nocte iſta debitum meum ab eo habere volo. Cum uero vxor omnia iſta marito narraſſet, ipſe dixit, iuſte petit. Nocte uero illa lectum ſuũ parari præcepit in quadam domo forinſeca; in qua nunquàm antea dormire, conſueuerat, nec aliquem ibi ſecũ habere voluit, ipſo vero domũ illam intrante, & cum lumine remanente omnibus ejectis: illi de domo curioſius per rimas introſpiciẽtes quid faceret, viderunt illum in forma pueri cum homine illo fortiſſime computantem, pluresque pecuniæ ſacculos, ut eis videbatur inter ſe habuerunt, mirabantur, qa non intrauit per oſtiũ, ſed aſcẽdit aliũde, dum uero illi exterius expectarent, vt uiderent finem, circa computum diſcordare cęperunt, & infeſta uerba inter ſe habere, famuli vero hoc videntes oſtium fregerunt, vt intrantes magiſtrũ ſuum iuuarent, oſtio vero fracto lumẽ extinctum fuit, ſed cum aliud lumen portarent, nec magiſtrum ſuum, nec rufum illum inuenerunt: qua in re qd aliud penſari poteſt? niſi quòd diabolus multa ei mutuauerat ĩ malis lucris, diabolus tales iuuat talibusq; vel mutuat, vel in aliquo modo tradit ad mercandum, vel dat ad expendendum.

42 ¶Iuxta illud Matth. 4. Omnia (inquit) hæc tibi dabo, de quibus quia neſciuit computum reddere: accepit eum ſecum ad ponendum in carcere inferni vſque reddat vltimum quadrantem, quod nunquàm erit falſi ergo lucratores de ipſo ſpeculum ſuum faciant, ne & ipſi ĩmilia patiantur, & in eodẽ carcere profundiſſimo ponantur Ideo dico profundiſſimo, quia ſub ſaracenis, & infidelibus erunt, ſicut patet. D. 1. 18.

Exemplum. ¶ Quia ſicut homo plus iraſcitur contra denarium falſum, qui apparet bonus, quia citius per eum decipitur, quàm contra manifeſtè plũbeum, per quem non faciliter decipitur. 43

Exemplum. ¶Ita Deus contra falſos Chriſtianos, qui, vt bonos decipiant, nituntur boni apparere, tales in collatione priuata ſolent ſanctiſſimè loqui, vt ſeipſos intantum iuſtificant, quod pro toto mundo, vt dicunt, vnam non falſitatem, nec aliquem de ſuis facere permitterent.

¶ Et ſi ſermo fiat de falſis hominibus, ipſos deteſtantur, & ſtatum illorũ cum ſuſpiriis plangunt. Sed ita ſicut bonam, & ueram faciunt partem ſuam in verbis. Ita falſam eam faciunt in opere,

opere,de quibus.Geñ.27. Vox quidem vox Iacob, ſed manus ſunt Eſau.Et in Pſa.11.Corde,& corde locuti ſunt,quia fideli corde,& ore loqui videntur,quãdo non habent occaſionem falſum cõmittendi. Sed alio corde,& ore, quando prædam uident, & opportunitas oc currit falſitatem committendi.

¶Pro talibus tota orat eccleſia dicẽs, diſperdat dominus vniuerſa labia dolo ſa.In Pſal.11. Non ſolum illorum qui faciunt, ſed per quos hæc faciunt, qui ſunt quaſi manus illius capitis. Sed caueant, quia ſicut homine delictum committente, pro quo manum mittere debet, ſi vnam manum habeat aridam illam amputari debet. Ita in ꝓpoſito,oculus nequàm erui debet, ſicut patet.C.11.4. Et manus arida amputari,& in ignem mitti.

Exemplum.

Exemplum.

¶ Quando dominus quicunque de aliquo confidit, quòd in agendis ſuis, ſiue quæ animam tangunt,ſiue corpus, fideliter aget, quaſi pro manu illũ habet.Si autem illum decipiat,& quod ei commiſſum eſt,fideliter nõ faciat, manus arida eſt,& abſcindetur, & in ignẽ mittetur,quia contra dominum eſt manus eorum Micheæ,2.

¶Famæ bonæ. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Boni virtutum ſectatores famam ac vitam,cui eorum fama & gloria inuititur,habent, quorum quidem fama omni tẽpore perſidet, ac permanet,innixa Deo optimo vita quæ proba, tanquàm ſolido ſtabiliuè fundamẽto improbi vero & mali,qui recta vita,cui eorum fama velut fundamento adhæret,& innititur,carẽt, non habent eam ſtatam, atque ſtabilem in æuum: quia nomen impiorum delebitur.*

2 *Fama bona,& nomen bonum nobismetipſis, & cæteris mirũ in modũ cõducit.*

3 *Bona grauium virorum fama non ſolum pro ſeipſis,ſed etiam pro alijs neceßaria exiſtit:& eodem loco illos commune facit auctor, qui à perſonarum infamiũ. vel crebris mulierum colloquijs ſeſe auertere negligunt.*

4 *Pro alijs etiam,ad eorum ſaluti,& ædificationi conſulendum bona fama neceſſaria eſt.*

5 *Quid ad agendum,vel loquendum pretium operæ eſt, cum forte proximi adeò improbi,& peruerſi ſint, vt omnia bona,in malum peruertant, & de bonis penitus ſcandalizari vellint, breui ſermone inſtituit.*

6 *Mala fama nullo tempore minimè timẽda eſt, quæ in eodem diſcrimine, ipſe, & cæteri proximi verſantur.*

7 *Ex mala fama alij etiam in eadem nauẽ ſunt, & periclitantur.*

8 *Non ſolum ab illicitis,ſed etiam quandoque à licitis nos ipſos reprimere debemus,vt pericula, & ſcandala deuitemus.*

9 *Quomodo à lege ciuili ius canonicum & Apoſtolicum diſcrepare nõ videtur,eruditè declarat.*

10 *Quando quis inſcienter agens eius opere nonnullos offendi,ſeu ſcandalizari dignoſcit, ab incæpto deſiſtere debet.*

11 *Tumidi,& auari homines ſæpe ſæpius ex alienis bonis nomen, & famam ſibi noſciſcuntur.*

12 *Superbi (iuxta Apoſtoli ſententiam) in veſtibus,quibus adeo ipſi afferũtur,& tumeſcunt,ouium titulos imponere, & aſcribere deberent,& ſic in ſingulis rebus alijs quorum victu,& opere nimiũ ſibi placent,inſcriptionem animalium, & hominum,idem etiam efficiant auari fœneratores: quia titulum fortaſſis proprium nullum inuenirent.*

¶Famæ bonæ cũ bona vita.Primo,oſtenditur decentia, ſeu pulchritudo. Secundo, utilitas. Tertio,neceſſitas. Quarto,malæ famæ periculum.

¶Primum patet, quia ſicut flores ſua pulchritudine,& odore hortum ornãt, & arbores, ita fama vitam bonam. Sed aduertendum eſt, quòd ſicut aliqui in-

Artic. 1. Exemplum. 1

Digitized by Google

ueniuntur flores, qui fructū significāt, & ex quibus fructus sequitur, sicut qñ videmus arborem bene floridam, speramus eam fructum producturam. Aliqui uero sunt flores, qui licet decorem ostendant exterius, nullum tamen fructum utilem, vel producunt, uel significant, sicut flores quarundam herbarū nociuarum, quæ inter frumenta crescunt. Ita spiritualiter aliqui habent & famam, & uitam, super quā fama fundatur, & illa pulchritudo est durabilis, quia bonum, & solidum fundamentū habet, scilicet Deum, & bonam vitam, sic fuit fundata fama Salomonis. 2. Paral. 9 Cui dixit Regina Sabba: uicisti famam virtutibus.

Exemplum. ¶Et sicut ędificium, quod habet bonum fundamentum, in altum ędificari potest, & arbor bonas & sanas habens radices altius crescit, & minus ventorū timet impulsus.

¶Sic fama virtuosi minus tribulationis timet impulsus, & vsque ad eū crescit, de quo dici potest, illud Hester 9. Fama nominis eius crescebit.

¶ Et semper durat, Ecclesiastici 41. Bonum nomen permanebit in æuum: Mali uero, qui sine vita bona famam habēt (sicut illi, de quibus dicitur Gen. 6. Potentes à seculo viri famosi. Et Ezechiel 23. Factę sunt famosæ mulieres.) Tamen, quia sine fundamento est, & radicibus, nec in altum ad Deum in bonum crescere potest, nec est diu durabilis. Hoc ipsimet recognoscunt Sapien. 2. dicentes, transiet vita nostra, tāquàm uestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis, & nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum, quia nomen impiorum delebitur: Ecclesiastici 41. de talibus dicitur. 1. Reg. 2. Non est bona fama, quam audiui de uobis.

Artic. 2. ¶Nec tantum est hæc bona fama solum ad pulchritudinem, sed etiam ad utilitatem suijpsius, & etiam aliorum. Primum patet, quia in casu fortuito custodit hominem à falsitatis, seu proditionis suspitione, Sicut patet per legem ciuilem. ff. de re militari. l. non omnes in digesto nouo. lib. 11. §. à barbaris. Casus legis sic concipitur.

¶Exercitu Imperatoris parato in bello contra exercitum barbarorum, miles quidam Christianus, quasi uolens nobiliter agere exijt, inimicis ad pugnā se exponens, in qua capitur, postmodū vero apud Imperatorem accusatus est, quod propter vecordiam, vel affectionem, vel cōfederationem, quā in barbaris habuit, se capi permisit, Imperatoris sententia finalis est, quod si semper ante se bene habuit, nec aliqua falsitas, uel proditio prius in eo inuenta est, quòd præsumendum est, quòd captus fuit, sicut probus miles.

¶Si uerò antea inuentus fuerit in aliqua simili falsitate, oportet, quòd probet se fuisse captum inuite: Sic ergo fama bona impinguat, & fortificat ossa. Prouerb. 15. Quod non præsumuntur capi, nisi magna uis eis inferant. Et sic est ad utilitatem propriam, quia sicut nec in isto casu, ita nec in quocunque alio boni viri, & graues faciliter malum credunt de homine bonæ famæ ab antiquo.

¶ Intantum enim eis valet famæ protectio, ꝙ si malum de eis narretur, fama quasi auctoritas narratori obuiat à dicentibus, sicut de talibus dici consueuit, quod non est verisimile, vel credibile, ꝙ homo qui semper bonę existit famę talia dicere, vel agere vellet. Respondent. n. boni talia de hoībus bonę famę audiētes, dicētes nō credimus, qa audiuimus famā eius. Iob 18 Quod etiā sit ad vtilitatem aliorū patet. B. 4. 4.

¶Et non solum est utilis, sed est etiā necessaria bona fama tam propter seipsum quàm propter alios. Primum patet, quia sicut cortex est necessaria pomo, uel arbori Arbor enim de corticata amplius non crescit, sed marcessit, sicut patet. C. 13. 16. Ita est fama necessaria arbori nostrę, aliter enim arbor hęc spiritualiter perditur, si possibile sit famam emēdare, pp quā conseruandam ab omni

Arti. 3. 3

Exemplum.

ab omni ſpecie mala abſtinendum eſt: Errant ergo qui nimis loquuntur cum mulieribus,uel alijs perſonis minus ſecutis,uel de quibus ſuſpitio oriri poſſit ſiniſtra. Et quando repręhēduntur: Reſpondent,non eſt uis, nec curandum, quid homines loquantur,quia non eſt peccatum inter nos,ſufficit nobis bona conſcientia, & uita. Iſti tantum dicunt ac ſi dicerent, arbori ſufficere lignū ſine cortice. Aduertant tales, quod ſicut Ioſeph cameram mulieris ſolus intrans. (Gen.39.) cum qua nec peccauit, nec peccare cogitauit. Chlamidem tamen in camera amiſit, & in carcerem mittebatur, ita ipſi,licet non peccent, chlamidem tamen, & corticem bonæ famæ amittere poſſunt,& carcerem tędij incurrere. Curam ergo habe de bono nomine (Eccleſiaſtici. 41.) Quia melius eſt nomē bonum, quàm diuitiæ multæ,Prouerb. 22. Quia talem incurrere poteſt infamiam, & ſpirituale plagam,quàm cum multis diuitijs, vel vnguentis curare non poteſt. Sicut ergo melior eſt ſanitas ſine vnguentis, quàm infirmitas,pro qua vnguenta, & medicinam quęrere oportet,ita melius eſt nomen bonum,quàm vnguenta p̄cioſa.Eccleſiaſtes.7.Multum em̄ amittit,& multum ſeipſum damnificat, qui nomen bonū amittit, & ubi gratis hoc facit,credens ſibi uitam ſufficere,quàm bonam credit,mala eſt,quia teſte Aug. in lib.de communi ſermone clericorum,qui famam ſuam negligit, de cōſcientia ſua confidens, crudelis eſt. Et habetur hæc auctoritas in decreto.12. q.1.nolo.Nota.P.1.8.

Exemplum.

Exemplum

4 ¶ Secundum etiam patet, uidelicet quod bona fama neceſſaria eſt, etiā ꝓpter alios, quia ex quo per præceptum obligatur diuinum, diligere proximū, ſicut ſeipſum,neceſſario ſequi videtur, quod ſicut bona uita,& etiam fama eſt neceſſaria ſibijpſi (ut dictum eſt) ad hoc,vt ſeipſum ſaluet.Ita neceſſaria eſt bona fama propter proximum, vt ipſum ędificet, & ſalutem eius procuret: vnde Chryſoſto.ſuper Matth.

¶Qui bene viuit,ſe ſolū ſoluat, qui bonam habet opinionem, multos ędificat:Quid autem prodeſt, ſi bonam vitam agendo te ſaluas, & malam famā habendo plurimos ſcandalizes?

¶ Tales repręhendit decretum. 11. quæſt.3. non ſunt audiendi, ibi arguūtur illi, qui contenti de conſcientia ſua non curant,quid de eis ęſtiment homines: Cum tamen famam contemnētes, occidant animas multorū blaſphemantium uiam domini.Contra domini doctrinam,qui,ut in hoc nobis exemplū daret,dixit Petro,Matth.17.

¶Ne fortè ſcandalizemus eos, uade ad mare, &c.Et contra doctrinam Apoſtoli,Roma.12. Si (inquit) fieri poteſt, quod ex uobis eſt,cum omnibus hominibus pacem habentes. Teſte ergo Auguſti.in lib.de communi ſermone clericorum,duo tibi neceſſaria ſunt, conſcientia propter te,& fama propter proximum:Iſtæ ſunt binæ ſtolæ quas Chriſtus ſignificatus per Ioſeph, qui binas ſtolas dedit fratribus ſuis. (Gen. 45.) Dat diſcipulus,& fratribus ſuis, ꝓpter quas diuulgabatur fama de eis,Luc.4. 5

Si autem proximi ita peruerſi ſint, quòd ſicut aranea,omnia bona in malum peruertant, & omnino etiam de bonis ſcandalizari uolunt, ſicut Iudæi de ſermonibus, & factis Chriſti, nec eos ab hoc reuocare poſſit, niſi in malis eis conformetur, exemplum ſequatur Chriſti,& dicat, quod ipſe reſpondit diſcipulis ſuis. (Matth.15.) dicentibus.

¶Scis,quia phariſei audito hoc uerbo ſcandalizati ſunt, ſinite (inquit) eos abire, quia cęci ſunt, & duces cæcorum.

¶ Tale ſcandalum uocatur puſillorum,quod eſt acceptum ex malitia ſcādalizati,& non datum.

¶In talibus,ſicut dicit decretum. 11. quæſtio.3.inter uerba ſufficit conſciētia bona, non obſtante talium oblocutione,& ſcandalo in bono opere, in laboribus,in vigilijs,in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia,in charitate nō ficta,

Digitized by Google

in verbo veritatis in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per infamiam, & bonam famam perseverandum est. 2. Cor. 6. per infamiā, quātū ad illos, qui ex talibus operibus scādalizantur, & bonam famam quantum ad illos qui ex talibus ædificantur.

Artic. 4. Exemplum.

¶Semper tamen mala fama timenda est quæ sibi ipsi, & alijs periculosa est.

Primum patet, quia sicut bona fama præseruat hominem à mala suspitione, etiam si verum sit quod de eo dicitur (sicut dictum est supra eo. 1.) Ita mala fama reddit hominem suspectum, frequēter, ubi nihil mali agit, vel mala intentione, deibi gratia. Notarius, vel diffamatus de furto, luxuria, & huiusmodi, vix potest solus ire inter thesauros, vel mulieres, quantumcunque hoc bona faciat intentione, sine suspitione, vel malum de eo in hoc casu suspicetur, vel minus ei credunt, & citius obloquuntur. Tali ergo ad miranti, quare in suspitione, & oblocutione habeatur, cum nihil mali agat. Respondeti potest, sicut secundum fabulas, lupus respondit socio suo.

6

Exemplum.

¶Cum enim viderent ouem agnum suum lambere nullo modo de hoc pastore clamante, vel obloquente, dixit lupus socio suo, si nos illud faceremus, quantumcunque bona intentione, & pia faceremus, omnes pastores super nos clamarent. Cui alius respōdit, hoc est propter famam, ex qua crederent, quod eos labentes mordere vellemus. Et quia semel ouibus illorum nocuimus, præsumerent, quod iterum noceremus, si tamē appropinquaremus imitentes legi, quæ dicit, quod si miles male se habet semel in militia, non est amplius ei credendum, quia non est verisimile, quod bene se habebit in futuro. ff. de re militari. l. non omnes. §. à barbaris, in digesto nouo, lib. 11. Item, qui calumniatus est in accusatione prima, calumniari præsumitur in secunda. ff. de accusa. l. si cui. §. ijsdem in digesto nouo libro 10. Ijs etiam concordat regula iuris in sexto dicens, quod semel malus, semper præsumitur malus.

Exemplum.

¶Secundum etiam patet, quod alijs etiam fama mala est periculosa, quia sicut fœtor corporalis corporibus nocet. Ita spiritualis nocet spiritibus, qd pulchre figuratur. 2. Mach. 9. vbi dicitur, quod fœtore Antiochi exercitus grauabatur. Nota, quod dicit exercitus, pluribus nocet fœtor cadaueris interioris, id est, animæ mortuæ, quam fœtor cadaueris exterioris, scilicet corporis, qa fœtor cadaueris exterioris solum propinquas inficit partes, fœtor vero infamiæ homines ad plures dietas distantes infitit, quia velociter portatur.

7

Exemplum.

¶Vnde versus, Fama bona lente volat inuidia retrahente, Fama plena malis adium deportatur alijs. De hac ergo fama potest dici illud Matt. 9. Exijt fama hæc in vniuersam terram. Et illud Ruth. 1. Velox apud cunctos fama pertrebruit, patet ergo, qd mala fama peior est, & plus nocet quam mala vita, vel peccatum in se, quod est origo malæ famæ, quia peccatum vnum occidit, vel duos fama multos: sicut eo. cap. 11. & C. 5. 19.

Versus.

¶Propter talia ergo pericula vitanda, semper ab illicitis, & aliquando à licitis abstinendum est, ne etiam opus, quod mihi licitum est, in alterius fiat præiudicium, & scandalum, quia dicit lex, q si priuilegium à principe alicui concessum est q possit ædificare in loco publico, hoc tamen facere non debet in alterius præiuditium, quia non debet præsumi, q princeps sic priuilegium concessit. ff. ne quid in loco publico, vel itinere fiat. l. prætor ait. §. merito. & §. si quis à principe, in digesto nouo. libro 5.

8

¶Huic etiam concordat lex Apica. Certum est enim, quod Paulo priuilegium concessum erat à summo principe, q carnes comedere posuit, hoc priuilegium omnibus indultū fuit apostolis. Lucæ 10. Vbi apostolis ait, Edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt, nec tamen isto priuilegio vti voluit in aliorum præiudicium, vel scandalum, sicut

9

expresse

expreſſe patet ex uerbis ſuis. 1. Cor. 8. Si (inquit) eſca ſcandalizat fratrem meum, non mãducabo carnes in ęternũ. Nor. H. 4. 17. & nota ad hoc aliã legẽ. l. 6. 2 1. & 27. Itẽ. l. 10. 21. Itẽ §. 14. 16.

10 ¶Si autem qui huiuſmodi opera facit, ab initio ignorauit alios de his ſcãdalizari, quando eas ſcandalizari perci pit ceſſare debet ab inceptis: hoc in lege prallegata § idem ait, ubi habetur, ꝙ ſi ędificium meum alteri obſtet, ꝙ in loco publico eſt ędificatum, ceſſandum eſt. Et ſic in propoſito, vel ſi omnino ceſſare nõ poteſt, ſaltem ſe excuſare debet, & cauſam exponere, quare ieiuniũ frangit, uel aliud, quod fortè illicitum alijs uidetur facit, vtputa propter infirmitatem, uel debilitatem, ut huiuſmodi, quia (teſte Paulo 1. Timo. 3.) Oportet teſtimonium bonum habere ab his quę foris ſunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Quęcũque ergo bonę famę ſunt, ſi qua uirtus, ſi qua ſatis diſcipline hæc cogitate. Philippen. 4. Nota, ꝙ apoſtolus inter famam, & laudem mediam ponit uirtutem, quia famam, & laudes, uel deſiderare, vel acquirere nullus deberet, niſi medijs virtuoſis, & modis bonis, vtpote de operibus proprijs, & de laudabili-
11 bus expenſis propriorum bonorum, & non alienorum: Quod eſt contra nõnullos, qui de bonis alienis nomen, & famam eis acquirunt, cuiuſmodi ſunt ſuperbi & auari: Quorum primi nituntur per ueſtes curioſas, quantum ad ſeipſos, & multa res datas, & ſuperba familia, quantum ad alios, & per larga cõuiuia de bonis alienis famam acquirere: Alij uero per magnam diuitiarum congregationem, & dum in officijs sũt diuerſis per multas terrarũ emptiones, & poſſeſſionem ędificationes, & curioſa opera bonis alienis, & alienis operibus famam inquirunt. Contra legem mundi, & contra legem eccleſię, & cõtra ſacram ſcripturam. Primum patet ff. de operibus publicis. l. pecuniam. §. ſi quis in digeſto nouo. libro 12. In illa enim lege ſenatus cenſuit, quòd nullus de alieno opere nomen, uel famam ſibi aſcribat, uerbi gratia. Aliquis opus ab alio factum adornat, uel aliqua de ſuo addit, feneſtram fortè, uel uitrum, uel aliquid tale, ad laudem, & memoriam nominis ſui, vult nomen ſuum in opere illo imprimere, dicit lex, quòd in titulo illo inſcriptionis ſolum inſcribere debent quantam ſummam ipſi expendiderunt de ſuo, & quantum ipſi fecerunt, & non totum opus ei aſcribere, nec de alieno opere famam, & gloriam acquirere, huic optimè concordat ſacra ſcriptura. Gal. 6. dicens. Opus ſuũ probet vnuſquiſque, ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non altero. Si 12
prædicti ſuperbi lege prædicta intantũ vterentur, quòd titulos inſcriptionis in rebus imponerent, in quibus gloriantur, illorum, à quibus producuntur, vel operantur, in ueſtibus titulos aſcribere eos oporteret ouiũ, & ſic in omnibus, quorum uictu ſuperbiunt, titulos aliorum animalium, uel hominum ponere oporteret, titulum vero proprium nullum fortè inuenirent, nec opus, in quo eum ponerent, ſi opus ſuum diligenter probarẽt ſecundum dictũ apoſtoli, niſi fortè in turpiſſimis corporis exitibus, & purgamentis, quæ ſunt opera propria. Si eodem modo agerent prędicti acquiſitores, qui de alienis ditantur, contra regulam iuris in ſexto. cap. locupletari, quæ dicti, quòd nullus debet cum aliena iactura locupletari uix inuenirent in operibus, & ędificijs ſuis ſpacium, in quo nomen proprium inſculperent, ſed ſatis larga inuenirent ſpacia, in quibus nomina pauperum, & ſimplicium, & etiam dominorum, quibus ſeruiunt, quos defraudauerunt, inſcriberent: Sicut ergo in die iudicij, opus cuiuſcunque frontis oſtendet ſuperſcripto, ita vtinam nunc quælibet in opere illorum particula illius oſtenderet ſuperſcriptionem, & titulum, cuius expenſis factum fuit, ut de ſingulis partibus reſponderi poſſet ad quæſtionem. Matth. 22. Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio, &c.

Exemplum.

Digitized by Google

¶ Festorum solennium. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Festorum quæ à iure feriæ vocitantur, quædã tẽporalia sũt, & quædã æterna. Festorum verò temporalium, quoddam est extrinsecum quando ab operibus extrinsecis manus desinere debet: quæ autem sunt huiusmodi festa in Concilio Lugdunensi determinata, non obscure addiscitur.*

2 *Festum intrinsecum continuum, & prorsus obseruatum, ac continuè celebrazum esse debet: & istud est, quando animæ facinoribus peccatorum seruilibus non exagitatur, neque vexatur.*

3 *Illos Christianos, qui ad æterna cœlestia peruenire post huius vitæ curriculum peroptant, per vigilias scilicet, pœnitentiæ diuersas, ad instar sanctorum omnium, proficisci opus est.*

4 *Qui Martires imitari per Martirij vigiliam, ac viam nequeunt, via tamen mundiciæ, virtutumq; (modo velint) eos sequi peroptimè possunt.*

5 *Plures esse sanctorum, ac bonorum operum laudatores, & commendatores, quàm imitatores.*

6 *Festinantium, seu inhibentium festis diebus tria sunt genera: Nã quidam Deo indulgent, quidam ventri, ac voluptati: & quidam diabolo vocant.*

7 *Dum à nobis ventri, & voluptati, atque ludo festis diebus indulgẽtibus sanctorum festa, & Dei sic obseruantur, nec Deus in illis nos exaudit: nec sancti ipsi, quorum ferias sic colimus, nobis benigni, amiciq; erant.*

8 *Modus verus quo festi sanctorum Deique dies celebrandi sunt, addiscitur, & clarius sumitur, tũ à modo obseruãdi ecclesiæ seculire festa: tũ etiã ab operibus ab ipso Christo festiuis diebus peractis.*

9 *Ad sacrosanctam festorum dierum obseruationem nos plures rationes vehementem obstringunt: quarum prima à Dei voluntate emanat: & secunda ratio à cõi ratione, & iustitia trahitur.*

10 *Diebus festis pauci sunt ab operibus corporeis cessantes.*

11 *Qui festis diebus, nec sanctum, nec profanum efficiunt, contra festorum celebritatẽ, omissionis delictum cõmittunt.*

12 *Tertia rõ à nra vtilitate nõ abre elicit.*

13 *Ad festos dies obseruandos, non solum nostram vtilitas, sed etiam minarum Dei necessitas nos cogere merito debet.*

14 *Non venerantes festos dies, Deo ingrati, & inobedientes esse videnr, eius pcepto refragantes, atq; aduersantes.*

15 *Principes, & populi omnes Christiani Deo magis ingrati Iudæis ipsis pluribus in rebus, existunt.*

16 *Deus ab ingratis festorum contemptoribus cuncta non iniquè eripit, vt eisdẽ vebus, quibus abusi volunt, merito pœnam, persoluant.*

17 *Festiuorum dierũ contemptores non modo in Deum, sed etiam in proximum eundem offendentes, seu scandalizantes, delinquunt.*

18 *Duplicẽ pœnã, atq; vindictã debitã, Deus à dominis, & iudicibus ac Prælatis, qui pœnæ formidine, & minis, eorum subditos, seruosq; ad festa colenda nõ impellunt, & trahunt, sicut etiam ab ipsis subditis ea contemnentibus exiget, & accipies, altera temporalis est.*

19 *Altera pœna æterna est, qua meritò festorũ cõceptores, et consentientes afficient.*

20 *Si serui, & subditi, sciente domino, & nũ contradicente, in Deũ delinquũt, festos eius dies cõtẽnẽdo, & indebrio dãdo, dominus illorũ æternũ supplicium luet.*

21 *Quare hi seruos ac subditos à festorum irreuerentia non cohibeant, & astringant, & illos ea frangere, & inhonestare non pudeat, triplex causa, in præsentiarum adduci potest.*

Prima est dæmonis solertia ac diligẽtia.

Secunda est subditorum inertia, atque socordia.

22 *Tertia cã est dominorũ, & quorũcũque superiorũ ignauia, & segnities, quã potissimã, et principaliorẽ huiusmodi festorũ dierũ irreuerẽtiæ eẽ certè cõsemus.*

23 *Subditorũ seruorũq; domini, & heri sibi tria oportet semper esse curanda, & incumbant, quorum primum propriis eo-*

rum personis, secundũ subditorum, ac famulorum, & tertium exteriorũ bonorum solicitudinem, & curæ admodũ consulit, atq; fauet.

24 Illi, qui seruos, & subditos, ut Deo uno die festo famulari, & uacare debeant, sicut eis sex diebus deseruiunt diligenter non erudiunt, & cohortantur; seipsos domino Deo in suo dominio præponunt.

25 Serui, et operarij tribus modis seipsos excusant de parua festorum uenerasione. Primò enim paupertatem eorum insanam, causantur.

26 Secundò mercedis, & frequentiæ amissionem pro excusatione allegant. Tertiò tandem coactiones, & obsequij necessitatem, causantur.

27 Refellitur, ac confutatur illorum excusatio, dicentium, damnum, & periculum esse dominorum, qui in festis diebus eos ad laborandum compellunt.

28 Temporarij domini, & Christianorum principes, & magnates secundo loco, multa pro sui defensione causantur. Se non teneri, vel astringi ad hoc; ut mandata Dei, quoad Dei eius dies festos, & id genus adamussim uenerentur, atque colantur, hoc enim Prælatorum interesse potissimum asserunt: quæ quidem futilis, & exilis excusatio quamplurib⁹ tum sacræ paginæ exemplis, tum etiam decretorum, patrumque sententijs penitus enerua-tur, sine reprobatur.

29 Domini omnes enixè curare debent, ut Dei mandatis cuncti obsequi, & parere uelint; non solum quia se Christi morte ab inferorum incendijs (modo soluerint) liberatos conspicuè uident, sed etiam quia longè efficacius Prælatis cernicosam & obduratam plebem Sacerdotum contemptricem, à multis erratis, & peccatis arcere, & amouere valent.

30 Tertiò prælati in scientiam pro eorum tutela causantur, quorum utique excusatio biffariam è medio tollitur, & abdicatur.

31 Adhuc etiam absentiam, & extra eorum curam residentiam pro munimine Prælati adducunt: quorum excusationi refragatur, vel aduersatur ciuilis lex; immo ipsemet Christus.

32 Etsi ille in Prælati locum suffectus, ac substitutus, quicquid prælatus principalis facere posset, deberetur, perinde ac præsens esset, efficiat; tria tamen ex hoc egrediuntur inconuenientia.

Horum primum est, quòd maior prælatus, quoad curam, supereſt; & sibi curæ nomen temerè ascribit, & uendicat.

Secundum vero est, quòd omissionis delictum perpetrat.

Tertium exinde indecens huiusmodi est, quòd omni iustitiæ prorsus iniurius & auersus existit.

33 Non modo Prælati, sed etiam quicunque maiores, & domini temporales, qui improbos, & imperitos circa animarum regimen ministros, & iniurios, famulos in familia sub se fouent, & alunt, de damnis ab illis coram Deo illatis, & inflictis, ad unguem satisfacere cogentur.

34 Allegationi illi, vbi Prælati licentiam absentiæ, & non residentiæ sibi adesse, & alios in eorum locum sufficiendi Sacerdotes audacter affruunt, leges ciuiles, & ecclesiasticæ, & diuinæ meritò reclamitant. Occurrunt atque obsistunt.

35 Quarto in loco consiliarij, & commensales dominorum, & Prælatorum causam afferunt, eorum minime referre, vt Prælatis, & dominis suppeditent, atque suggerant, quòd supplicium pro criminibus in Deum commissis flagitiosos persoluere curent ac faciant: sed quantum toto cœlo tales errare arbitramur, & credimus, exemplis, & legibus facilè patebit.

36 Quinto, & nouissimo loco, nundinatores, seu mercatores, nundinis ipsis, & mercimonijs festiuis diebus venditis sibi uitam supereſſe causantur: Quibus etiam breuiore sermone respondere in promptu est.

Feriarum,

FEriarum, ſeu feſtorum ſolennium, ponenda eſt primo diſtinctio. Secundo, modus, quo debent obſeruari. Tertio, obſeruationis ratio. Quarto obſeruandi neceſſitas. Quinto non obſeruantium periculum, & pœna. Sexto pœna, & periculū non facientiū obſeruari. Septimo, cauſa inueſtigabit, ex parte amborum tam ſcilicet frangētium, &c. Octauo tam non obſeruantium, quàm non facientium obſeruari, excuſatio cum reprobatione.

Ar. 1. ¶Ratione primi eſt ſciendum, quòd circa feſta, quæ in iure Feriæ uocantur (ſicut patet. C. 1. 3. de ferijs, & extra eo. titu.) duplex danda eſt diſtinctio, una ex parte feſtorum, alia ex parte feſtinantium. Ex parte feſtorum diſtinguitur, quia quædam ſunt temporalia, quædam æterna. Temporalium vero quoddam eſt extrinſecum, quando, videlicet, manus ceſſare debet ab operibus, & laboribus extrinſecis, & iſtud non eſt continuum, ſed ſunt determinati dies in hoc ordinati in concilio Lugdunenſi (ſicut patet de conſe. diſ. 3. pronunciandum, & extra de ferijs. li. 2. conqueſtus.) Natiuitas domini, Stephani, Ioannis, Innocentum, Silueſtri, octaua Domini, Epiphania Domini, Purificatio Sanctæ Mariæ, Sanctum Paſcha cum tota hebdomada, rogationes (quæ tamen ſecundùm gloſam nunc non obſeruantur,) Aſcenſio Domini, dies Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus per decretalē prælegatam, Ioan. Baptiſtæ, duodecim Apoſtolorum, Sancti Laurētij, Aſſumptio Mariæ, Natiuitatis eiuſdem, Michaelis, Dedicatio eccleſiæ, omniū Sanctorum, Sancti Martini, Feſta Sanctæ Crucis. Et illæ feſtiuitates, quas epiſcopi cum populo in ſuis epiſcopatibus ordinauerunt, hoc intelligendū eſt (ſecundùm Hoſt.) de feſtis Sanctorum, qui ſunt canonizati auctoritate eccleſiæ Romanæ, hæc ſunt feriæ domini, quas uocabitis ſanctas. (Leui. 23.) in diebus iſtis non debent fieri nundinæ, nec placitum nec homo ad pœnam, uel mortem iudicari. Exod. 22. Omne opus non facietis in eis.

¶Quoddam intrinſecum, quod tenemus, quando anima non uexatur operibus ſeruilibus peccatorum. Et iſtud debet eſſe continuum, & diſtrictiſſimè obſeruatum, quia iſtud feſtum intrinſecum continue obſeruatum eſt uia, & uigilia, per quas ad feſtum peruenitur æternum, per illas enim omnes ſancti peruenerunt ad æternum feſtum, tamē per diuerſa ſemitas. Alij, uidelicet, per ſemitam mundiciæ, ſicut uirgines. Alij per ſemitam pœnitentiæ, ſicut cōfeſſores. Alij per ſemitam duræ paſſionis, ſicut martyres. Alij per ſemitam paupertatis, ſicut apoſtoli. Alij p ſemitā iuſtitiæ, ſicut prophetæ. Alij per ſemitam hoſpitalitatis, & eleemoſynarū, ſicut patriarchę. Omnes iſti (ſicut dicitur. Eſa. 66.) Fecerunt ſabbatum de ſabbato. Quia de ſabbato intrinſeco uenerunt ad æternum. Ipſi mundē, & digne tenendo uigiliam, meruerunt uenire ad feſtum (ſicut patet. G. 2. 8.) Oſtendentes, quòd idem alijs neceſſarium eſt, qui feſtum attingere cogitāt, non enim niſi per uias, & uigilias tales ad illud peruenire poſſunt conuiuium. Nec eſſe rationabile, quòd per alium modum illud attingere poſſent. Quis rationabiliter à Deo petere, poſſet, uel præ uerecundia auderet, quòd meliori precio daret ei cælum, quàm dedit maximis amicis ſuis. Ex quo illi illud in care emerunt, unus capite, alius pelle, alius diuerſis tormentis. Omnes autem munda, & iuſta uita. Nec eſſet nobis rationabile aliter illud petere, nec iuſtum Deo aliter illud dare. Si uis ergo ad ſanctos peruenire, modo, quo ſancti celebrauerunt feſtiuitates, tam extrinſecas, quàm intrinſecas, Celebra Iuda feſtiuitates tuas. Naum. 1.

¶Sed forte cogitabunt, quod per uiam

uiam martyrij Martyres ſequi nõ poſſunt, quia perſecutores non ſunt, qui eos martyres faciant. Si uero eſſent, qui eos pro Chriſto occiderent, patienter illud ſuſtinerent. Sed utrũm iſtud uerum ſit, uel non acta probant, in minori tedio, & perſecutione oſtendunt, quid facerẽt in maiori, quia qui in minori infidelis eſt, utique & in maiori eſſet, ſed in minoribus ſunt infideles, quia quaſi omnes pro modica iniuria, uerbo, uel maledictione, uel percuſſione maledicunt, repercutiunt, & graues quærunt uindictas, pro paruo lucro Chriſtum, qui eſt ueritas deſerunt, propter parnas potentium minas, non audent ueritatem dicere, uel iurare. Quando ego in Aduẽtu Antichriſti, uel alterius, perſecutionis uerbera ſuſtinerent, & occiſionẽ, qui nunc, uerba non ſuſtinent, & paruam perſecutionem, quando tunc pro maximis donis & muneribus Chriſtum non negaret, qui modo pro paruis negat. Antichriſtus uero magna dona dabit, ut populus eum ſequatur, quãdo tunc contra eius maximam ſtarent potentiam cũ ueritate, qui modo non audent contra paruam. Qui ergo tunc faceretis modernis credite operibus?

4 Iterum ſit ita, quòd per uiam martyrij ſequi nõ poſſunt, quia perſecutor abeſt, per uiam tamen mundiciæ, & iuſtitiæ eos ſequi poterunt, ſi uelint. Sed ſunt nonnulli, qui libenter haberent feſtum, quod ipſi habent, ſed nolũt facere uigiliam, nec ire per uiam uirtutũ, ſicut ipſi iuerunt. Nota. F. 4.37. & 38. Sed cum tales morti appropinquantes, ad Deum clamare ceperint, dicentes, domine domine da nobis gaudium tecum, & cum ſanctis tuis, poterit eis reſpondere, ſicut reſpondit quidam ſocio ſuo, de quibus in parabolis continetur, quod pacto confœderati erant ſimul in quodam bello parati, & æqualiter lucrati, quorum unus in periculo fugiẽs, ab altero poſt uictoriam partem prædę petijt. Cui alius reſpondit, Non eſt iuſtum, quòd mecum habeas partem lucri, qui mecum partem haberẽ noluiſti paſſionis. Sic in propoſito, Chriſtus, & ſancti reſpondere poterunt, non ambulaſti per uiam duram, Dei præcepta nobiſcum tenendo, nec nobiſcum ſuſtinuiſti, nec per uiam uirtutis ambulaſti, ideo nec partem nobiſcum habebis. Patet ergo, q̃ damnoſum eſt apud Deum, & periculoſum apud animam Chriſti, & ſanctorum fugere ſocietatem in tribulationibus. Et non ſolum apud eos eſt periculoſum, ſed etiam apud mundũ eſt uerecundum armigero, uel militi fugere, ubi dominus eius, & omnes ualentes de exercitu expectant. Talis inter bonos, & probos nunquam honorabitur. Sic in propoſito. Si ergo bellum uideatur durum, ubi certi ſunt de uictoria, ſi uoluerint, non fugiunt, ſed cogitent, quãm iocundum eſt militi inter amicos oſtendere, quæ ſuſtinuit pericula. Sic cogitent, quãm iocundũ erit coram tota curia cęleſti oſtendere, quas perſecutionum, & tribulationum paupertatis, & pœnitentiæ ſuſtinuit plagas pro Chriſto, & dicere illud Pſal. 68. Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

¶Sed heu plures ſunt ſanctorum, & bonorum operum laudatores, quàm imitatores, qui ad modum heraldorũ, ſeu minorum ore, & ad modum aliquorum, qui Rithmos legendo, probos laudant milites factaque commendant armorum, quæ minime aſſequuntur. Iſti in curia Dei reprobabuntur propter defectum operis, & non uocis. Quia ſicut in curia Papæ non ſufficit promouendo per gratiam, quòd bene legat, & cantet, ſed etiam, quòd bene conſtruat, de his tribus examinabitur, ita in propoſito, non ſufficit, quòd bene legat, & cantet, niſi bene componat in opere, quæ legit, & cantat. Quia ſi in curia Dei ab examinatoribus Angelis præſentetur, qui bene cantat, & legit, ſed male conſtruit, id eſt, operatur, non promouebitur, licet ergo ſanctorum uita, & uia dura ſit ad ſequendũ, cogitatio

cogitatio tamen finis, multum nos iuuare deberet ad ſequendum, cogitãdo, (uidelicet) quàm doloroſum erit ibi in illa examinatione reprobari, cogitando etiam, quàm breuis eſt labor, & longum præmium, ubi etiam ſint mali, quantumcunque potentes, dum vixerunt, fuerunt, qui in mortali mortui ſunt peccato. de quibus non eſt dubiũ, quin ſint in inferno, ubi etiã ſunt ſancti, & boni uiri, qui in domino mortui ſunt. Hæc cogitantes, inueniemus, quod mali per breues delectationes ad pœnas, & de diuitijs, ad paupertates uenerunt æternas. Sancti uero econuerſo per breuem uigiliam uenerunt ad diẽ feſtum, qui eſt dies victoriæ huius feſtiuitatis, Iudith 16.

6 ¶Ex parte uero feſtiuantium alia datur diſtinctio, quia quidam feſta agunt Deo, quidam uentri, quidam diabolo: Deo, qui illis diebus orationibus, & ſanctis uacant operibus, quia ſabbata Deo ſanctificare eſt ſancta opera in ſabbato facere. Ventri, qui illis diebus ebrietatibus uacant, & commeſſationib⁹, quod plus fit à multis illis diebus, quàm alijs ab illis, quorum Deus uenter eſt. Phil. 3. Huiuſmodi in feſtis ſuis Deo non ſeruiunt, ſed uẽtri. Ro. 16. Nota. M. 2. 12. Diabolo uero peregrinationes, & feſta faciunt. Et qui huiuſmodi deſiderant, ut liberius peccent, qui peregrinantur propter inordinatum, & fatuum amorem, uel, ut deſideria ſua mala in uita illa, uel nocte in loco ad quem uadunt, compleant, qui in uia, in nociuis, & detractorijs occupantur narrationibus, tales dicere poſſunt illud. 2. Corin. 5. peregrinamur à domino. Tales diabolo peregrinantur, eiq́ue feſta celebrant, qui illos dies in choreis, & ſpectaculis, & pugnis, & alijs illicitis expendunt, qui illis diebus curioſe ſe ornant, ut uideant uane, & uanius uideantur, ut concupiſcant, & concupiſcantur, (cum teſte Auguſtino in ſpeculo clericorum) appetere, uel ab ipſis appeti uelle crimonioſum ſit, &c.

¶Ex operibus ergo oſtenditur, cui feſta celebrant, ex quibus diligenter patet intuenti, quod pauci feſta Deo, vel ſanctis celebrant, uel animæ ſuæ illis diebus ſeruiunt, niſi ſicut magiſter, uel ductor urſi ſeruit urſo, qui in diebus ſolẽnibus urſum ſuum, quibus canibus exponit lacerandum, in quod quanto melior dies, tanto urſo peior, quia à pluribus laceratur canibus. Ita nonnulli animæ ſuę ſeruiunt in die feſto, pluribus eam exponentes dæmonibus, & malis operibus plus Deum offendũt illo die, quàm in tota præcedenti ſeptimana, in qua propter alias occupationes, & labores, & ſollicitudines, non uacat eis multis intendere peccatis, quibus in die feſto intendunt diligenter, ſic illo die, quem ſollicite, & præcipue expendere deberent in opere Dei, quia teſte decreto die dominico nil eſt agendum, niſi Deo vacandum, de conſec. diſt. 3. Ieiunia. expendunt in opere peccati & diaboli. Et illo, quo ueniam à Deo petere deberent, & ſe purgare de ſordibus totius ſeptimanę, quia (teſte beato Gregorio in regiſtro dominico) die à labore terreno ceſſandũ eſt, atque omnimodò orationi uacandum, vt ſi quid negligentiæ per ſex dies agatur, per diem reſurrectionis dominicę expietur, plus Deum & ſanctos offendunt, & ſeipſos maculant addentes ſordes ſordibus, quia qui ebrij ſunt illo die, communiter ebrij ſunt illis etiam diebus, & ſero, ĩ uniuerſitatibus, & uillis communiter plura inueniũtur homicidia, & pugnę, ita quod melius eſſet pro ſalute talium, quod nullum feſtum eſſet. Propter hæc enim mala, quæ in feſtiuitatibus noſtris fiunt. Et quia eas diabolo dedicamus, Deus de illis non contentatur, ſed potius ipſis, & etiam nobis iraſcitur, ipſoque teſte, qui ait Amos. 5. Odi, & proieci feſtiuitates ueſtras. Et nonne eſt omni cogitatione dolendum negocium, quòd dies, Deo & ſanctis, & animæ ſaluti ſpecialiter ordinatus, debet contra Deum, & ſalutem animæ ſpecialiſſime,

me,& ſollicitè expendi? Ad hoc igitur,
7 ꝙ feſta noſtra Deo,& ſanctis placeant, oportet, quòd alio modo teneantur; quia dum prædicto modo obſeruátur, nec ipſe Deus nos in illis exaudiet; nec ipſi ſancti, quorũ feſta ſic agimus, nobis amici erunt; nec nos in neceſſitatibus noſtris ad eos clamantes exaudiẽt, vel liberabunt, quod oſtenſum eſt per hoc, quod legitur de quodam ſancto, quaſi ſic qui diu vocatus affuit,quærẽs, quid tantũ ad eum clamaret. Cui alius inter omnes sãctos poſt Deum, & matrẽ eius,tu es ſpecialior amicus meus, & in te plus confido, ideo ad te in neceſſitate mea clamo; Cui ſanctus,quomodo amicus ero inimico dñi mei? Si vis, ꝙ ſim amicus tuus, vel ꝙ te audiã, fac prius, ꝙ tu ſis amicus Dei: Quis enim apud mũdum iſtũ auderet amicitias oſtendere inimico, & proditori regis?Ad hoc ergo,vt in diebus feſtiuis Deus, & ſancti tibi propiciẽtur,memẽto,vt diẽ Sabbati ſanctifices. (Exo.20.) i. ſic teipſum diſpone, vt tu ſanctus ſis in Sabbato i.in feſto & ẽt ſancta facias.

Exẽplũ.

Ar.2. ¶ Ex iſta autem auctoritate ſecũdus
8 elicitur articulus, modus ſcilicet, quo feſta ſunt tenenda,quia non ſufficit, ꝙ teneantur, niſi modus in tenendo habeat,ita videlicet,ꝙ ſanctitatis diſpoſitio præcedat ad hoc, ꝙ digne teneatur feſtum. Ad hoc enim exemplum, tã in modo tenẽdi feſta eccleſiæ, quàm etiã in operibus Chriſti. Tenentes feſta ſeculi,antequàm illud teneãt, ſi bene tenere debeant, neceſſaria pro feſto ,puident,hoc etiam Chriſtus obſeruare uoluit,ſm diſcipulorũ opinionẽ,credentium. (Ioan.13.) Quòd dixiſſet, eme, quæ opus nobis ſunt ad diem feſtum?

Exẽplũ.

Exẽplũ. Veniẽtes etiam ad huiuſmodi feſta, ſe ornant, & præparant, & ueſtiunt,in ſignum ꝙ ſicut corpus ornant exterius, ita ornare debent animã interius, aliter corpori, & nõ animæ feſta faciunt, hoc etiam oſtendit modus tenendi feſta eccleſiæ, quia uigilia feſtum præcedit,in ſignum ꝙ homines per ieiunia, & cõfeſſiones,& pœnitentias,pro feſto ſanctorum ſe dignos facere debent, ſicut ſancti per huiuſmodi opera ſe dignos Deo fecerunt pro feſto ęterno. Et ſpes boni feſti in craſtino, facit homines Hylarius ieiunare uigiliã. Sic ſpes æterni conuiuij deberet nos hilariter facere ieiunare, & laborare in breui huius mundi vigilia.

¶Quia rectè, ſicut pomũ puero oſtẽ- *Exẽplũ.*
ſum facit eum venire ridentem.

¶Et ſicut præda canibus oſtenſa,facit, ꝙ nec propter ſpinas, nec tribulos, vel duram viam ſequi dimittunt.

¶Sicut etiam lucrum facit mercatores omnia tam terrę,quàm maris pericula cõtemnere. Ita in propoſito Exemplũ etiã ad hoc in opere eſt Chriſti, de quo ſcribitur. (Ioan.5.) Quòd erat dies feſtus Iudæorum,& aſcẽdit Ieſus Hieroſolymam,ſcilicet, ad feſtum, in ſignũ, quod volentes feſtum facere, aſcẽdere debent,per viã virtutum, de virtute in virtute,hoc etiam ore docuit. Io.7. Vbi ait, vos aſcendite ad diem feſtũ, & poſſet eſſe thema in Aduentu, & Quadrageſima, & in omni feſto anni. Tali ergo diſpoſitione cõtritionis, & cõfeſſionis, & aliarum virtutum præcedẽti dignè Dei,& ſanctorum feſta coluntur.

¶ Ad q̃ dignè tenẽda multiplex,nos Ar.3.
obligat ratio. Quarum prima ex parte 9
accipitur diuinæ voluntatis, qua ſicut Deꝰ voluit tẽpla, eccleſias,& decimas, & huiuſmodi,ſibi dedicari, & in eis, & ab eis honorari,& laudari. Ita voluit ſibi, & ſuis ſanctis aliqua tpa, & dies dedicare,vt in eis laudaret,& honoraret. Sicut ergo fur eſt,qui decimas furat,& ſacrilegus,qui eccleſiã frãgit, & viliſſimus,qui in eccleſia cõmittit turpia. Ita fur vẽ,qui Dei furat dies,& ſacrilegus, & viliſſimus qui Dei feſta frãgit, vel in eis turpitudinem operat peccatorũ. De talibus cõqueritur. Iſa.1.dicẽs. Et feſtiuitates aliàs nõ feram. Secunda ratio à cõmuni ducitur iuſtitia. Rationabile, & iuſtũ eſt,ꝙ homo, qui ex duabus cõponit naturis,vtrique naturę debitã,p uideat ſuſtẽtationẽ, quod fieri nõ põt, niſi certa pro illa ,puiſione faciẽda,ordinen-

dinentur tempora. Sicut ergo ſunt certi dies labori deputati, in quibus mane ſurgunt ipſi, & ſerui illorum, & ancillæ, & iumenta, & diligenter totum expendunt diem in his, quæ ad corporis pertinent ſuſtentationem, ita iuſtũ eſt, quòd certi ſint dies, in quibus tam ipſi, quàm ſerui, & ancillæ à labore ceſſantes corporali, ſollicite prouideãt, quæ ad animarum pertinent gubernationem. Et eo tempeſtiuius illis diebus ſurgere deberent, & diligentius animarum ſpiritualem prouidere cibum, quo Deus, & anima, quibus illis ſeruiunt diebus, meliores ſunt corpore, cui alijs ſeruiunt diebus. Si ita diligenter alijs diebus operantur cibũ, qui perit corpori mortali, à multo fortiori ratione, diligentius operari debẽt diebus feſtiuis cibum, qui non perit, animę immortali. Ad quod omnes hortatur Saluator. Ioã. 6. dicens, operamini non cibum, qui perit (ſupple) ita ſollicite, ſicut illum, qui permanet in uitam æternam, per quẽ immortales erimus.

Exemplum.

¶Sed (heu) quia contrario modo res agitur, quia de omnibus illis, qui alijs diebus parati ſunt, & fortes, & ſolliciti ad corporales labores, pauci ſunt, qui diebus feſtiuis ab operibus ceſſant corporalibus, quia aut fruges colligunt, aut cumulant, aut ducunt de campis, vel alijs carrucas, & carrus illis diebus mutuant, quibus Deo, & non uicinis intendere deberent. Et ſi forte pauci inueniantur, qui ab huiuſmodi operibus magnis ceſſant, adhuc pauciores inueniuntur, qui illis diebus ad mercatus, & nundinas non uadant, & qui ſeruos, & iumenta onuſta illic non mittãt. Ex quorum frequentia, tam uendentiũ, quàm ementium, iam (quod dolẽdum eſt) noleuit, ꝙ uix eſt magnus dies in anno, quin in aliquo loco nundinæ inueniantur, quod etiam in multis locis per totum annum die dominico mercatus tenẽtur, in quo multo maior cõcurrit multitudo, quàm ſi alio teneretur die, intantum, ꝙ uadens per uiã tali die pluribus obuiabit ſarcinis. Cuius cauſa duplex eſt, una, quia credunt, ꝙ bene diem feſtum teneãt, ſi illo die ab opere uacent caruce, uel huiuſmodi. Ideo credunt, ꝙ licitum ſit ad mercatũ illo die currere, quando ad eccleſiam ire deberẽt. Alia cauſa eſt, quia uidetur eis totum clarum lucrum, illo die in foro negocia ſua expedire, ne alijs diebus negocia illa ab alijs operibus impediantur. Iſtis de cauſis multi concurrunt, qui nec illis diebus Miſſam audiunt, uel Dei præcepta, propter quorũ etiam frequentiam illi de uilla, in qua mercatus tenetur, à ſeruitio intantum impediuntur, ꝙ uix forte priuatam audiunt Miſſam.

¶Iterum pauciſſimi ſunt, qui licet forte prædicta illis diebus non faciant, qui feſta (ut deberent) ſanctis operibus uacando, tenent, quia ponamus, ꝙ neutrum de prædictis faciant, nec aliquid illis diebus operẽtur, nec ſanctum, nec profanum, adhuc contra feſtorum tenorem peccatum cõmittunt omiſſionis, quia tenẽtur ſancta illis diebus facere. Sed (heu) pauciſſimi ſunt, qui ſancta (ut dignum eſſet) illis diebus operãtur, quia communiter tardius ſurgunt, & tarde ad eccleſiam ueniunt. Et breuiter ibi eſſe uellent, intantũ, ꝙ aliquãdo ſacerdoti dicunt, cito expedias nos, qa ſocius quidam conuiuatur, & oportet nos illuc feſtinare. Si uero ſermo de ſalute animæ fieri debeat, ipſum uel impedire uarijs excuſationibus nituntur dicentes, dies trãſijt, & huiuſmodi, uel ſaltim grauantur. Si uero omnino fugere non poſſunt, quin breui hora in eccleſia ſint, adhuc illud breue tempus expendunt in uanis narrationibus, & in inutilibus garrulationibus, non attendentes, ꝙ Domus Dei, Domus orationis eſt. Poſtea aunt ad prandium, & tabernam, & ibi non ſic feſtinant, ſed aliqui illorum totum reſiduum diem, uſque ad magnam deducunt noctem comedentes, & bibentes, & quaſi feſtũ celebrãtes. 1. Reg. 30.

¶Tertia ratio penes noſtrã accipitur utilitatem, ut (uidelicet) in diebus ſanctorum

ctorum ipſorum uitam audiētes, ipſos, tanquam exemplaria uitæ noſtræ reſpiciamus, tanquam per duces & per eos ad cęleſtia ducamur, ut etiã, qui magna, & periculoſa negocia in Dei curia expedire habemus, ad ſanctum, cuius diē celebramus, tanquam ad regis ſecretarium curram, hortante nos ad hoc ſacra Scriptura, quæ dicit Iob 5. Ad aliquem ſanctorum conuertere, feſtum eius tenendo, uitamque ſequendo, & ſuffragia petendo.

Ar. 4. 13 Exemplum. ¶Quos uero rationes iſtæ ad tenendum ſanctorum feſta non mouent, neceſſitas compellere deberet, qui enim tenētur ad ſeruitium certis diebus dominis terrenis, uel ad curiæ illorum ſequelam, neceſſarium eſt eis, q̄ ſeruitiū & ſequelam faciant, qui quando fideliter, & uoluntariè faciunt, non obſtante, quod ad hoc neceſſitate obligātur, à grato domino grates, & remunerationem, & contra immicos ſuam protectionem reportant. Non faciens uero multis modis damnificatur, ſic in propoſito, q̄ pulchre oſtēſum eſt prædicatione Hieremiæ. Hiere. 17. Cui locutus eſt dominus. In hæc uerba, uade, & ſta in porta filiorū populi mei, per quã egrediuntur reges Iuda, & ingrediuntur, & in cunctis portis Hieruſalem, & dices ad eos, audite verbum domini reges Iudæ, & Iudæa. Cunctique habitatores Hieruſalē. hæc dicit dominus, cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die ſabbbati, nec inferatis per portas Hieruſalem, & nolite ejicere onera de domo ueſtra in die ſabbatī, & omne opus non facietis, ſanctificate diem ſabbati, ſicut præcepi patribus veſtris. Si audieritis me dicit dominus, ut non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die ſabbati. Et ſi ſanctificatis diem ſabbati, ut faciatis in eo omne opus. Sic multa bona eis promittit, ſicut ibi patet; Sequitur. Si autē nō audieritis me, ut ſanctificetis diem ſabbatum, ſuccendam in portis eius ignem, & deuorabit domos Hieruſalē, & non extinguetur, quādo in iſtis magnis villis ignis multa deſtruit ędificia, timendum eſt, ne prædicta de cauſa dictum de eis propheticum uerificetur.

Ar. 5. 14 ¶In quo, & dicto prophetico, & Dei minis in parte quintus includitur articulus, magnum (uidelicet) feſta non tenentium periculum. Pro quo eſt ſciendum, quod tales ſpecialiter peccant cōtra Deum, cui ingrati, & inobedientes ſunt cōtra præceptū eius. (Exo. 20.) Faciendo, quod etiam Deo ingrati sūt, patet tam exēplo quod habetur. D. 3. 5. quàm exemplo ſequenti. Si amicus, quiſcunque ſolum ſeptē haberet denarios, uel vlnas panni, & tibi ſex daret, & vnum ſibi retineret, nonne ingratiſſimus latro eſſes, uel hoſtis, ſi unū illud furtiue, uel aliter ſurriperes? In tali enim caſu dator donum ſibi reuocare poſſet, quia per ingratitudinem donationes reuocantur, ſicut patet. C. de reuocan. dona. lib. 8. l. generaliter. Ita in propoſito, ex quo Deus dedit nobis ſex dies ad operandum, & ad utendum eis, quaſi noſtris ad noſtram utilitatem, uel ad minus maiorem partem dierum, ſic nobis contulit. Et ſeptimum, uel ſaltē minorem partē ſibi reſeruauit Si ergo iſtos dies à Deo ſubtrahim⁹, iuſte alios nobis datos reuocat, talia immitendo in eis impedimenta intemperiei, uel infirmitatis hominū, uel mortalitatis animalium, q̄ in eis laborare non poſſumus. Sic qui vnum ſubtrahimus, multos amittimus, & melius eſſet ſibi tenere paucos, & operari in noſtris multis cum licentia, & ſine peccato, quàm operari in ſuis paucis cū peccato, & ceſſare in noſtris inuite. Nota. G. 3. 11. Tales enim non ſolum in iſto ſunt non minus Deo ingrati, quàm Iudæi, qui melius feſta ſua tenent, ſed etiam in multis alijs, tam principes, quàm populi Chriſtianorum ſunt magis Deo ingrati, quàm Iudæi. Quod autem in iſto facto ſunt Iudæis magis ingrati, patet, nō ſolum, quia Iudæi opera ſeruilia iſtis diebus facere nolunt, q̄ iſti faciunt, ſed etiam, quia Chriſtum crucifigere illo die noluerunt, dicentes, (Matth. 26.) 15

Exemplum.

Non

Non in die feſto, quod tamen Chriſtũ faciunt peccando, de quibus Hebr. 6. Iterum crucifigentes filium Dei in vobis. Quod etiam in alijs ſint magis ingrati, patet, quia ipſi inter ſe collectam faciunt pro pauperibus, & miſeris paſcendis. Nec inter eos publicè mendicare oſtiatim quemcũque permittunt. Quod autem pro talibus collectam faciunt, tam ad occultum inter eos conuerſantibus patet, ꝙ etiã ex ſacra oſtenditur Scriptura. 2. Mach. 3. Vbi ſummus ſacerdos heliodoro q̃renti, qui & cuius eſſent theſauri in tẽplo oſtẽdit depoſita eſſe hæc ad uictualia uiduarum, & pupillorum. Illum etiam modum principes Apoſtolorũ diligenter obſeruabãt (ſicut patet. Actuũ 11. & 1. ad Cor. 16.) Vbi faciebãt collectam, ut daret vnuſquiſque pro modulo ſuæ facultatis, & mitterent pauperibus, qui erat in Hieruſalem, ut præmunirent eos contra famem, quam collectam miſerunt per manus Barnabæ, & Saulis, ꝙ uero inter Chriſtianos tales fierẽt collectæ, adhuc auditum non eſt, cum tamen neceſſarium fuiſſet, audite magnã differentiã. Illi oſtiatim mẽdicare nõ ꝑmittũt ſuos (ſicut patet. E. 3. 28.) Et Chriſtiani ſuos mori fame permittunt, illorum principes à diuitibus colligunt, diuitesque taxant, ut pauperes nutriant, Chriſtianorum uero principes eõuerſo collectas, & taxas faciunt à pauperibus, ut diuitum nutriant ſuperbiam. Inter Chriſtianos nunquàm fere auditũ eſt, ꝙ eccleſiæ, decimæ, uel populi taxatio pro pauperibus famæ morientibus peteretur, uel colligeretur, quod uero pro diuitibus (id eſt) pro principibus tam eccleſiæ, quàm populi, talis fiat taxatio, frequenter auditum eſt. Iſti ingrati in feſtis ſuis periculoſe epulantur, pauperibus fame morientibus contra Dei præceptum. (Deuter. 16.) Epulaberis in feſtiuitate tua tu, & filius tuus, & ſeruus tuus, & ancilla tua, leuites quoque, & aduena, & pupillus, ac vidua, qui intra portas tuas ſunt. Nota. F. 4. 10. & M. 9. 28.

¶Et quia ab ingratis (ſicut patet per legem præallegatam) omnia iuſte auferuntur. Iſte Deus ab illis omnia aufert, ut quibus abutuntur, in illis puniantur, uerbi gratia, uos ſubtrahitis à Deo dies ſuos, & occupatis ſeruos, & animalia prohibitis, & Deus ſubtrahit a vobis diẽs ueſtros per pluuia, & huiuſmodi, & ſeruos per infirmitatem, & animalia per mortalitatem, diuitibus vero, qui de huiuſmodi ſubtractione non grauantur, uel per huiuſmodi non impediuntur, uel qui huiuſmodi nõ poſſunt amittere, ſubtrahit adminus in morte omnes diuitias, & corpora, & ipſos incarcerat in inferno, ſicut patet de illo, de quo narratur, ꝙ poſt mortem magiſtro ſuo damnatus apparuit cum cappa de ſchedulis ponderoſa nimis, quia fuit occupatus in illis ſchedulis ſcribendo, diebus feſtiuis. Nec mirari debet quis de hac ſententia. Cum numeri 15. legatur. Homo ex Dei ſententia lapidatus, quia in feſto Iudæorum ligna collegit, ergo mortaliter peccauit, pro peccato uero mortali quis damnatur igitur non debet eſſe mirum, ꝙ qui peiora, uel maiora faciat in feſto, damnetur: Deus hoc faciendo modum tenet domini terreni, qui pro inobedientia aliquorum, importat animalia, aliquorum incarcerat corpora. Sic in propoſito, quia inobedientes ſumus Deo, nos in noſtris bonis, quandoque affligit (ut dictum eſt) quandoque incorporibus, & animalibus. Et ſi neſciamus, ex qua cauſa tales accipiat uindictas, tamen optimè ſcire poſſumus, ꝙ ſine cauſa eas non accepit. 16

Exemplum.

Exemplum.

¶Quod uero fractio feſtorum magna ſit cauſa tribulationum, modus oſtendit uindictarum, Deus in punien do legem tenet, quàm dedit. Sed legem dedit. (Deutero. 25.) dicens, ſecundùm menſuram peccati, erit & plagarum modus. Ex effectu ergo, & modo, quo nos plagat (ut prædictum eſt) poſſumus ſcire, ꝙ in his peccatũ commiſimus. Cum ergo pro uno die uel ſeruitio, quod ei ſubtrahimus, ſubtrahit

quinque.

quinque. Et pro uno modio segetum, vel uno denario, quem credunt saluari die tali operando, ex alia, parte decem amittunt. Patet ergo, q̃ in festis operantes, faciliter lucrum suum computare
Exemplum. possunt, ita faciliter sicut ille, qui fregit tibiam, & inuenit acum, dicens. Ecce quid inueni? Sic dicunt isti, frangunt Dei præceptum, & perdunt animam, festum male tenendo, uel periuria, & falsitates committẽdo, & multa etiam alia perdunt, & modicum lucrantur, vel saluant, dicentes. Ecce quid lucratus sum.

17 ¶Secundo, peccant contra proximũ, quem scandalizant, dant enim occasionem ruinæ tam fidelibus, qui uidentes uicinos suos in festis operari, consimilia faciunt, dicentes. Omnes uicini mei, & etiam uiri ecclesiastici, & serui monachorum operantur, quare non possum ego consimiliter operari? Et cũ peruersis peruertuntur. Infideles etiã videntes nos aperte contra legem nostram facere, à lege nostra suscipienda retrahuntur, & ipsam nullam, uel nos pessimos reputant, quia si bona sit quis malum non dicat, qui præcepta bonæ legis frangit? si nulla sit, ergo sine lege viuimus, si bona, ergo contra legem viuimus. Quid ergo mirum, si festa nostra derideant, & talium fugiant so-
Iudæi. cietatem? Audiui Iudæum consimilia
Exemplum. verba nobis improperantem, uos dicitis uos festa habere in lege uestra, sed quomodo ea tenetis, non uideo? Quia ito cum muniter uideo currus, & equos cum sarcinis ire ad nemora, & mercatus, & huiusmodi in illis diebus, quos sanctos uocatis, sicut in alijs. Patet ergo, quòd propter mala opera nostra verificatur de solennitate nostra, illud, Tren. 1. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius (sicut patet. F. 4. 39. & M. 2. 6.) propter hæc duo mala, quæ committunt contra Deum, & proximum, duas incurrunt pœnas, unam in præsenti (sicut prædictum est.) Aliam in futuro, quando sentiẽt pœnam fractoribus mandatorum Dei debitam;

utranque. Deus eis promittit. Amos 8. In die (inquit) illa occidet sol in meridie, & tenebris reficiam terram in die luminis. Ecce prima pœna, intemperies (uidelicet) orta ex obscuris nebulis, & tempestatibus in aere. (Sequitur) & conuertam festiuitates uestras in luctum, & omnia cantica uestra in luctũ, super quo beatus Gregorius. Tunc festiuitates in luctum conuertuntur, cum pro peccatis, quæ in ipsis committuntur, æternaliter puniuntur.

¶Cum uero digni sint morte, non Ar. 6.
solum qui talia agunt, sed qui consentiunt facientibus, (secundum Apostolum. Ro. 1.) In hoc articulo sexto in- 18
uestigare oportet, qualis pœna debita sit hominibus in potestate positis, & constitutis, qui festa à subditis melius obseruari nõ faciunt per pœnas, & coactiones. Isti ergo, quia propter sua negocia subditos suos duplicem pœnam, (de quibus prædictum est) incurrere permittunt, cum eis etiam easdem incurrunt, & merẽtur pœnas. Primo tẽporalẽ, quod ostẽditur exẽplo, quod scribit Gerardus in Itinerario suo per Galliam, de Rege Henrico secundo, q̃ uidelicet cum de Ibernia rediens, in castro esset de kaerdif, quodã mane post Exem-
Missam cum equum ascenderet, affuit plum.
quidam macilẽtus cum tonsura rotunda, dicẽs, salutat uos Christus, & pia mater eius. Ioannes quoque Baptista, & Apostolus Petrus, mandantes uobis, quatenus per totas dominij uestri terras, ne mercatus dominicis diebus fiant, firmiter inhiberi faciatis, & quod in illis nihil operis fiat, nisi diuinum officium, præter cibaria solum, quæ ad usum diurnum præparentur, quod si feceritis, nihil unquam inchoabitis, quod sine bono non compleatur, uitamq̃ feliciter consummabitis. Rex autem militi, cui nomen erat Philippus, qui frenum equi tenebat, dixit lingua gallica, quære à rustico, utrum hæc somniauit? qui respondit. Vtrum hæc somniauerim, uel non, nisi hoc feceris, uitamq̃ emendaueris, infra

annum tales rumores, & tribulationes de re, quàm plus diligit audies, quę etiam uſque ad uitæ exitum non deficient, & hoc dicto diſparuit. Rex autem planxit, q̃ ei plus locutus nõ fuit. Quod autem regi promiſit, infra annũ accidit. Filij nanque eius tres, Henricus eius primęuus, & alij duo, contra ipſum ad regem Francorum Ludouicũ diſceſſerunt, vnde tanta ei mota eſt perturbatio, quantam nunquam antea habuerat, & uſque ad extremum uitę ferè per aliquem filiorum perdurauit, hæc ille. Nec mirum uideatur cuicunque, q̃ Deus permittit filios, & ſubditos eſſe patribus, & dominis nociuos, & inobedientes, poſtquàm ipſi patres, & domini ipſos permittunt eſſe Deo inobediẽtes, & nociuos, hoc enim conſonum eſt tam legi mundi (in digeſto ueteri. li. 2. ti. Quod quiſquis iuris in alterum ſtatuit, ipſe eodem iure utatur) quàm legi Dei, (Matth. 7. & Luc. 6.) Eadem quippe menſura, qua, &c. Secundo æternã, hoc patet, tam conſuetudine rationali apud dominos uſitata, quàm etiam legis auctoritate, ipſi enim domini de conſuetudine ualorem rei, quam alteri tradunt cuſtodiendam, ſi cuſtodis perdatur negligentia, reputatur, & eum de damno compellunt, & quãdo exceſſus hoc requirit eum incarcerant uſque reddant ultimum quadrantem, eodem iure Deus uti vult cõtra eos, poſtquàm enim tradidit cuſtodiendos eis homines, qui eorum defectu ſunt ęternaliter damnati, iuſte eos ponet in carcere, vſque eos reddãt, quod quia nunquàm facere poterunt, quia eos de inferno educere non poſſunt, ſemper cum eis in inferni carcere eſſe oportebit, teſte ſacra Scriptura, quæ hanc dat ſententiam. 3. Regum 20. Cuſtodi uirum iſtũ, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Nec eſt hæc ſententia iniuſta, quòd videlicet eodem iure, quo ipſi utuntur contra ſubditos ſuos, Deus utatur contra eos, qui conſimilem committunt cuſtodiæ defectum. Nouel. 9. 36.

Exemplum.

19

¶ Cum ergo lex præcipiat cuſtodiendum. C. de pœnis lib. 9. l. ſi iudicari, dicens. Reos ſanè accipiat, muniat, & cuſtodiat, & exeubijs ſolertibus uigilanter obſeruet, multo diſtrictius hoc præcepto obligantur, qui reos Dei cuſtodire debent, cum maior ſit reatus contra Deum, quàm contra homines commiſſus, præterea, ſi ſeruus, ſciente domino, damnum, alicui fecerit, dominus ad pœnam, ſecundùm legem ſcriptam in digeſto ueteri. lib. 9. titulo de noxalibus actionibus. l. ſecunda, quæ ſic dicit, ſi ſeruus ſciente domino occiderit, inſolidum dominum obligat: ipſe enim dominus uidetur occidiſſe, hæc ibi, hoc conſuetudo obtinet, quòd ſi ſubditi domino ſciente, & non contradicente, cum prohibere poterit, delinquant, dominus puniendus eſt temporaliter. Ergo à fortiori ratione, ſi ſerui, uel ſubditi, domino ſciente, contra Deum faciant errorem, eius feſta, uel alia mandata frangendo, uel luxurijs uitam fędam ducendo, dominus ille puniendus eſt æternaliter. Sed quia duo forte aduerſarij negarent ueritatem, primum uidelicet, quòd dominus ſuus à malis cohibere, & alienos à malis defendere non tenetur, ſecundum, q̃ licet ad hoc forte teneatur, non tamen omittendo, pœnam incurrit æternam, utrunque probare oportet, licet enim primum ſufficienter probatum ſit in lege prælegata, ex abundanti tamen ad hoc probandum decretalis adducitur, in qua probantur tam primum, quàm ſecundum, in quinto decretalium, titulo, de ſententia excommunicationis, capitulo non dubium, in qua, excommunicantes injicientes manus uiolentas in clericos, & etiam conſentientes condemnat, ſub his uerbis. Ne autem ſolos violentiæ huiuſmodi auctores aliquorum præſumptio æſtimet puniendos, facientes, & conſentientes pari pœna plectendos catholica condemnat auctoritas, eos fauere delinquentibus interpretans, qui cum poſſint, manifeſto facinori

10

20

facinori deſinunt obuiare, ſuper qua auctoritate omnes concordant, ꝙ quicunque poteſt clericum defendere, & non facit, peccat, ꝙ etiam prælati, iudices, & homines in poteſtate conſtituti, niſi defendant, excõicantur. Patet ergo primum, ꝙ uidelicet, tenentur ſubditis cohibere, ne malum inferant, & defendere clericos, ne malum ſuſtineant. Secundum etiam patet, ꝙ ſi excommunicantur, niſi clericum defendant, nõ defendendo, peccant mortaliter, quia excommunicatio inferri nõ debet, niſi ꝓ mortali, ſed pro mortali peccato pœnã merentur ęternã, igitur, &c. Nota. I. 13. 37. Et ſi tam diſtricte per leges obligatur, quis clericorũ ꝓpulſare iniuriã, & ſuos uel ſub poteſtate ſua cohibere, ne eis iniuriã inferant. A fortiori ratione, uidentur oẽs obligari, illius ſummi ſacerdotis Chriſti (de quo in Pſal. 109. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech.) Propulſare iniuriam, & uolentes contra præcepta facere, uerbis admonere. Ad hoc obligatur ſocius ſocio (ſicut patet in decretis, di. 83. Error) vel factis cohibere, & coercere, ad quod obligatur in poteſtate conſtitutus, illi, pluſquam cuicunque clerico omnes obligantur, & ratione creationis, redemptionis, & gubernationis. Et ratione mandati, quo præcipit, ꝙ unuſquiſque alium à malo præſeruet (teſte ſacra Scripturâ) quæ dicit, unicuiq; mãdauit de proximo. Eccl. 17. & maxime in poteſtate conſtitutis.

Ar. 7. 21 ¶Sed ex quo nõ eſt uerifimile, quòd nec ſubditi mandata Dei frangendo, uel ſuperiores eos non corrigendo, tot pericula, & pœnas ſine magnis cauſis incurrerent. In hoc articulo ſeptimo inueſtigare oportet cauſas, tam ex parte frangentium, quàm ex parte non cohibentium. Huius autem erroris triplex ad præſens occurit cauſa, diaboli diligentia, ſubditi accidia, & domini negligentia. Pro quo eſt parabola cuiuſdam (gratia exempli) confitentis de quodam, in eccleſia in oratione pernoctante, cui plures apparuit dæmones, quorum quilibet de lucro ſuo illius diei ſe iactauit. Inter quos tres uidebantur ſe iactare, quòd feſtum illius diei impediuiſſent. Vnus (videlicet) faciendo clerum in choro male officiũ dicere diſcurrendo. Alius, faciendo populum in eccleſia garrire. Tertius, faciendo alios extra laborare, de duobus primis nomina audiens, ſequentes compoſuit verſus. Fragmina pſalmorum, titiuillus colligit horum. Griſillus orantes laycos facit altitonantes. Ij omnes cum complicibus ſuis ad hoc cõfœderati uidentur, ut Dei feſta modis omnibus impediant, dicentes illud Pſal. 73. Quieſcere faciamus omnes die feſtos Dei à terra. Secunda cauſa eſt ſubditorum accidia, qui pigri ſunt in his, quæ ad Deum pertinent, qui libentius obolum laborando, quàm cęlum feſtiuando lucrantur, qui de lucro totius ſeptimanæ in feſto inebriantur. Multum enim feſtum regis ebrietate, & turpibus exceſſibus deturparet. Rex enim nobilis de tali feſto recederet iratus. Sic rex regum, qui propter huiuſmodi dicit Pſal. 8. Solennitates odiuit anima mea: Tertia cauſa eſt dominorum, tam eccleſiaſticorum, quàm ſęcularium, tam eorundem conſiliariorum, quàm curatorum, & ſacerdotum, & quorumcunque ſuperiorum negligentia, & hanc reputo cauſam præcipuã, principaliorem. Quia ſi domini ſubditorum, & magiſtri ſeruorum tria cordi haberent, quę non habent, cum tamen de ratione habere deberent, feſta, & alia Dei mandata optime cuſtoditẽtur. Quorum primum reſpicit perſonas proprias ſecundum perſonas ſubditorum. Tertium curas bonorum exteriorum.

Verſus

Exemplum.

22

¶Ex primo cogitare deberent, *quòd ſicut inferiores ſunt eis ſubditi. Ita* ſunt ipſi Deo, & *maiori ratione*, tam ex parte Dei, q̃ eſt excellentior, plus in natura, & ſtatu conditionẽ illorum excedens, quàm ipſi conditionem excedant ſubditorum, quàm ex parte illorũ, quia plura Deo receperunt, ra-

Digitized by Google

tione quorum plus Deo tenẽtur, quàm ſubditi teneantur eis. Ex iſta conſideratione nunquàm inferiores à Dei ſeruitio retrahere deberent, nec in alijs interim occupare, dum Deo vacare deberent, quia ſicut ipſi grauarentur, ſi vnus de ſubditis illorum alium ſubditum a beorum retraheret ſeruitio, dum intendere deberet, ita cogitare deberẽt, quòd Deus offenditur, quando ipſi Dei ſubditi alium à Dei ſubtrahunt ſeruitio; & ad mercatum, uel alia mittunt negocia.

¶Ex ſecundo puncto cõſiderare deberent, quòd perſonę ſubditorum plus Deo tenentur, quàm eis, & ita obligantur pro diebus Dei ad Dei ſeruitium. Ratio ergo dictat, quòd qui tenentur in aliqua ſeruitute duobus dominis ℘ diuerſis diebus, ℘ unus illorum dominorum non habet ſeruum illum à ſeruitute alterius domini pro die ſibi debito retrahere, nec ſeruus tenetur ei obedire. Et maxime, ubi qui reuocat, non poteſt ſeruum defendere, quin ab alio domino puniatur, niſi ei ſeruiat. In hoc caſu nõ ſolum ratio eum retrahere debet, ſed etiam periculum, ne ſeruitutem retrahat.

23 ¶Tertius punctus eſt, ℘ ſi eſſent ſollicitu, ℘ ipſi, & ſubditi ſui tantum curarẽt de lucro bonorum ſpiritualium, ſicut faciunt de lucro bonorum corporalium, & temporalium, nec ipſi in diebus feſtiuis à lucro ſpirituali acquirendo ceſſarent, nec ſubditos ceſſare permitterent, ſicut nec alijs diebus ceſſant à lucro exteriori gratis, immo circa lucrãda ipſi ſollicitatur, & ipſi ſollicite ſeruos informãt circa quæ ſollicitari debẽt. Et dñi, uel eccleſiaſtici, uel tẽporales, quãdo audiũt aliqua iura eis debita olim neglecta, uel conſuetudines malas in præiudicium dominij illorũ introductas, uel aliqua temporalia ab eis ſubtracta, huiuſmodi cum magnis nituntur laboribus, & expenſis, curias petendo, & poſtulando recuperare, & defectus uindicare, & ſapientes conſulere, qui circa talia conſilianda multos uertunt libros, & leges diligenter ſcrutantur, allegantes, ℘ omnia iſta faciũt, ne iura eccleſiæ uel hæreditatis tempore ſuo minorentur, & non ꝓpter quodcunque temporale luctum, ſed utrum hoc ſit uerum, opera requirantur, certum eſt, ℘ iura eccleſiæ plus conſiſtere deberent circa lucrum animarũ, quàm bonorum exteriorum, ponamus ergo ex una parte defectum in ſubdito, qui quidem defectus redundat in ſuperiorẽ, quia aliqua temporalia ſubtrahit, & ex alia parte defectum qui temporalia non ſubtrahit, ſicut ℘ nundinæ in feſtis teneantur, ubi domini plura lucrantur tẽporalia, quia forte plures ueniũt, & theloneum augetur, uel forte ſubditorum fornicatio. Circa primum defectum corrigendum multum ſollicitantur, & ſatagunt, ſecundum uero diſſimulant, quia raro viſum eſt, ℘ circa Dei iura neglecta, uel conſuetudines contra Dei honorem introductas, ſicut ℘ nundinæ teneantur in feſtis ſanctorum, ſicut ubique tenentur in tantum, quòd multi mercatores rariſſimè in talibus interſunt diuinis officijs, aliqui laborarent, uel expenderent, ut defectus corrigeretur. Et tamen certum eſt, ℘ domini eccleſiaſtici, & temporales ſimul confederati, illas conſuetudines deſtruere poſſent, ſi uellent, & ad hoc obligantur. Et eccleſiaſtici præcipue, qui illas ſine dominis terrenis inhibere poſſent, & deberẽt, ubi uiſum eſt, ℘ circa 24
talia uel curias peterẽt, uel litigarẽt, uel ſapiẽtes libros verterẽt, ubi uiſum eſt, ℘ qui ſeruis p̃ſunt ita diligẽtes ſint filios & ſeruos informare quomodo Deo ſeruire debent in feſtis. Et ℘ ita fideles ſint Deo tunc, ſicut eis in alijs diebus, & tamen hoc rationale eſſet, ℘ Deum uobis præponeretis, & quòd qui ſeruiunt uobis ſex diebus, ſeruirent maiori domino uno die, quod non facientes, ſeipſos Deo in dominio ſuo præponũt, quia nec Deo eos ſeruire, & ad eccleſiã ire cõpellũt, nec abſentes in reditu informãt de his, quę ibi dicebantur, nec cõtra abſentantes ſe à Dei ſeruitio

nitio iraſcuntur, ſic faciunt contra abſentantes à ſeruitio illorum: Ex iſtis ergo patet, ꝙ domini tam in ſeipſis, quã in ſubditis plus lucrum attendunt temporale, quam ſpirituale, & Dei honorẽ vbi lucrum habere poſſunt temporale non negligunt, & circa ea, quę ſua ſunt diligentes, circa ea, quæ Chriſti ſunt, negligentes ſunt: Iſte ergo tres prædictæ cauſę verificari faciunt de Eccleſia, & Chriſtianis, quod aliquando dicebatur de ſynagoga, & iudæis. 2. Macha. 6. Neque dies ſolennes ſeruabantur, nec ſimpliciter ſe quiſquam iudæum eſſe confitebatur.

Ar. 8. ¶Sed quia articulus pręcedens multos accuſat, quos ſine reſponſione iura
25 vetat cõdemnare: In hoc articulo octauo, locus pro reſponſione, & inſtitutione eis dandus eſt, in quibus ſi defecerint, contra eos ſententiabitur, primo accuſentur ſubditi, ſcilicet ſerui, & operarij, qui ſe tripliciter excuſant, dicentes. Primò, quòd pauperes ſunt, & ideo paupertas & neceſſitas eos ad laborandum compellit. Addunt etiam dicentes. Iſti diuites, qui ſatis habent, quibus Deus multa dedit, feſtiuare poſſunt, nobis vero pauca dedit, & ideo oportet, quòd cum labore victum acquiramus. Sed quòd iſta excuſatio non valet, patet tam ratione, quam ſacra ſcriptura. Primo quantum ad hoc, quòd dicunt, quòd paupertas eos compellit, non valet, quia pauperiores erant, quam illi, qui feſta tenent, ſicut patet. Act. 12. 20. Quantum ad aliud, quòd diuites ad hoc tenentur (ut dicunt) non autem ipſi, quibus Deus pauca dedit, non valet, quia oculum, vel manum, vel aliud membrum
Exemplum. eis a Deo datum nõ darent pro regno, ergo non parum uobis dedit, qui talia dedit. Quantum ad aliud, quòd dicunt, ꝙ oportet eos labore victum acquirere, concedendũ eſt tempore ſtatuto, tunc enim ſatis haberent, quia domi nus terrenus non eſt ita crudelis, ꝙ fame perire permittat ſeruum ſibi fideliter ſeruientem, inobedientem vero ne permittit, ita in propoſito, quis inſanus diceret, ꝙ Deus ſeruo diaboli potius bona exhiberet, quàm ſuo? Ex quo ergo Deus non vult, nec in diabolo cõfidere licitum eſt, melius eſſet, ꝙ talis eſſet, quòd in Deo confidere poſſet, & ꝙ ei exhiberet, & melius eſſet quieſcere, & ſatis habere, quã laborare, & indigere. Et mirabile eſt, ꝙ ponus vult laborando indigere, & in infernum ire, quã quieſcendo abundare, & ad cœlũ ueni re. Iſtorum etiam excuſatio reprobatur in facto ſimili, (Numeri. 15.) vbi pauper ligna colligens lapidatur. Item omne malũ contingit hæbreis propter fractionẽ ſabbati (ut patet Neemiæ 13.) Secundo, ſe excuſant operarij, & ſerui, 26
dicentes, ſi ego non operor, ad alium ibunt, qui faciet, ſic ergo frequentiã, & ſalariũ amittam, ſit ita. Sed nõ diſpliceat eis, ꝙ alij operantur tẽpore interdicto, qũ ipſi nolunt, ſicut non diſplicebit eis, ꝙ ipſi recipiantur in cęlo, quãdo alij expellentur. Tertio ſe excuſant neceſſitate coactionis, & obedientiæ, dicentes ſe obedire oportere, aliter verberabuntur, vel de officio expelſentur, addentes quòd in hoc caſu dominorum, quorũ eſt emolumentũ, erit periculũ, hoc vero dictum, tã exemplis quã legibus, apoſtolorum q; reprobabi tur auctoritate. Exemplũ ad hoc eſt de factis illorum in aliis negociis, in quibus videmus, quòd ſi corã iudice alle- Exem-
garẽt, quòd ad pręceptum dominorum plum.
ſuorũ occidiſſent hominem, iudex eos excuſatos non haberet, ita nec Deus. Præterea rege vnum præcipiente, & Exemlicitum, & pro præcepti impletio- plum.
ne abundanter remunerare volente, inferiori in illicitis, & qui male remunerate vellet, non obedirent. Ita nec in propoſito, plus tenentur Lex ci-
Deo, quam homini obedire, quod *niſi ſimilis.*
fecerit, puniendus eſt (ſicut patet *in Digeſto nouo* li. 12. tit 1 id Municipales. I. Lucius titius) Illa lex punit filium familias qui patre inuito nõ vult magiſtratibus obedire ciuitatis, ipſi patre cõtradicente voluerunt eum inuito patre

in officio ponere: qui tamen potius patri quàm eis obediuit: legi consultus eũ ad satisfactionem de toto damno, quod accidit, ex hoc quod officium suscipere noluit, eum condemnat (nota infra. eo. 6.34.) si debeat potius præsidi obedire, quàm patri, à fortiori ratione Deo potius obedire debet, nec patri, vel cuicunque domino obedire in his, quæ contra Deum sunt, quod si non fecerit, ad pœnam, vt Deo inobediens, obligatur, & vero dicunt, & tunc verberaretur, vel de officio expellendi essent, vel salariũ amitterent, potius timere deberent, ne de cœlo expellerentur, & præterea bonus homo plus eos diligeret, malum vero sic ad bonum conuerterent, & ponatur, & ita esset, felix diceretur, qui primus in toto orbe pro illa causa verberaretur, vel de seruitio expelleretur, multos audimus propter diaboli seruitium verberatos, & de seruitio expulsos, vpote quia fures mẽdaces, & falsi sunt, propter Dei seruitium adhuc de nullo auditum est. Secundum ergo opinionem Apostolorũ (Act 5.) oportet magis Deo obedire, quàm hominib⁹. (Nota ad hoc legẽ. I. 9. §. 3. Iẽ C. 6. 32. Item M. 8. 25.)

27 Quod vero adduat dicentes, habeant ipsi periculum, qui hoc nos facere compellunt, vel faciunt, non potest ita esse: sed oportet, & periculum diuidant, hoc ostenditur tam exemplo, quàm legis auctoritate. Primo exemplo, quia mandans hominem occidi, & mandato obediens, non obstante tali excusatione, vterque coram iusto iudice suspẽditur, quod dicit lex in Digesto nouo li. 9. tit. de iniurijs, & famosis libellis. l. non solum. § si mandato, tam eum, qui mandauit iniuriam fieri, quàm eum qui mandatum suscipit iniuriarũ teneri. Secundo excusant se domini temporales multipliciter. Primo, & non teneatur curare, & Dei mandata, quantum ad festa, & huiusmodi teneantur, hoc enim dicunt ad prælatorum pertinere officium, quòd etiam prælati grauarentur, si illi de illorum se intromitterent officijs. Ita & videtur eis quòd sufficiat quòd mandata propria tenere faciant, & de Dei mandatis, quomodo à subditis teneantur nihil curant. Sed istud illorum dictum tam exẽplis, quàm multis sacræ Scripturæ, & decretorum reprobatur testimonijs. Fidelis seruus tenetur curare, & præcepta domini sui teneantur, & homines domino suo non rebellent, & specialiter, vbi hoc habet in mandatis, sed omnes de iure deberem⁹ esse serui Dei, ergo, curare, quòd omnes eius obedirent mandatis, quòd etiam hoc habemus in mandatis Ecclesiastici 17. vbi vnicuique mandauit de proximo suo &c. Exemplum.

28 ¶Multa testimonia, & exempla sunt ad hoc in sacra scriptura. Primo de Iosaphat rege iuda qui nõ obstante, quòd fuerunt Episcopi, & Pontifices ordinati pro populi spirituali regimine diligenter curauit, quòd subditi legem Dei, ac mandata tenerent, intantum, quòd tertio anno sui regni (sicut hystoria tertij libri regum capitulo 22. continet) præcepit principibus, & sacerdotibus vt peragrantes per cunctas ciuitates docerent populum legem Moysi. Idem etiam legitur de Iosia rege (4. Re. 23.) partim in textu, partim in historia scolastica, nam ipse populum reuocauit ab idolatria, & operibus prauis, & omnem ciuitatem à cultura idolorum purgauit, scrutabatur etiam dominos, ne quid latenter remaneret suspectum, misit etiam in omnem prouinciam, & congregauit omnem populum in Hierusalẽ, & stans super gradum legit ipsemet. Rex legem Dei, & omnia verba Deuteronomij cunctis audientibus, & percussit fedus coram domino, & compulit omnes sacramenta præstare, vt legem Moysi custodirent. Idem etiam patet de Neemia, qui erat dux secularis, qui inuenit populum calcantem torcularia in sabbato. & inferentes vinum, & vuas & ficus, & oẽ onus, Gentes quoque inferebant pisces, & venalia; & vendebant in sabbatis, & obiurgauit optimates (sicut patet Nee. 13.) dicens, cur profanastis diem sabbati, & inducitis iram Dei super Israel, & super ciuitatem istam? & adiurauit eos de custo-

dia

dia ſabbati. Et præcepit claudi portas in ſabbato, ne intrarent negociatores, ſed quia extra portas mãſerunt, teſtatus eſt eis, ꝙ ſi deinceps venirẽt, mitteret manum in eos. Vtinã principes Chriſtianorum medietatẽ haberent ſeruorum pro lege Dei, quã habuit iſte princeps iudæorum, qui cum frangentibus, cum aliter caſtigare non potuit, pugnare paratus erat, prædictis etiam ſententia concordat decretorum, quæ accipitur ex verbis Auguſtini, & Iſidori, qui dicunt, quòd ad reges & principes præcipue pertinet Deum blaſphemantes, vel contra doctrinam Eccleſiæ facientes punire, vbi ſacerdotes eos corrigere non poſſunt, ſicut ponitur exem-
Exem- plum de Nabuchodonoſor, quomo-
plum. do propter liberationem trium puerorum de camino ignis (ſicut patet Dan. 3.) præcepit, quòd quicunq; blaſphemaret Deum Sidrach, & ſociorum eius, in interitum iret, & domus eius in diſperſionem, probantur hæc. 23. quæſt. 4. c. quando vult Deus &c. & c. Non inuenitur, & quæſt. 5. principes, vbi habentur verba, quæ ſequuntur, principes ſeculi nonnunquam intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem poteſtatem diſciplinam Eccleſiaſticam muniant, cæterum intra Eccleſiam poteſtates neceſſarij non eſſent, niſi vt quòd non præualent ſacerdotes efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hæc imperet per diſciplinæ terrorem, &c. Si Nabuchodonoſor hoc præcepit, quia uidit tres pueros de incendio liberatos, quãtomagis principes Chriſtiano-
29 rum, qui uident ſe de incendio inferni, ſi uoluerint, per Chriſti mortem liberatos, pro quibus etiam Chriſtus multa operatus eſt, & frequenter de periculis liberauit. Et non ſolum ratione beneficiorum, & terrarum ad hoc tenentur, ſed etiam quia multo efficacius populum à multis erroribus reuocare poſſent, quàm prælati, quia ipſi uenientes ad mercatus, & nundinas in uillis ſuis mulctare poſſent, & pecuniaria pœna, quam multum timent cohibere: Nunc reges ergo intelligit erudimini, qui iudicatis terram, ſeruite dominis in timore. Et reuera ſi per fractionem mandatorum Dei aliquid decreſceret eis in temporalibus, facerẽt omni excuſatione poſtpoſita, quod prædictũ eſt, ſciant quantum decreſcit eis proſperitas temporalis illa de cauſa, licet hoc ignorent, ſicut patet. B. 2. articulo 8. & 9. per totum.

¶Tertio excuſant ſe prælati, quando dicitur eis, qualiter populus peccat, ꝙ neſciunt hoc. Iſtud uero dictum illorũ, poteſt habere duas cauſas ueritatis, quarum neutra eos excuſat. Primo, aut 30 præſentes ſunt cũ grege, ſed morbum non ſcrutantur, & tales nõ excuſantur, Exem-
quia ſicut paſtor ſcabiem in oue inue- plum.
ſtigat, ita iſti tenentur diligenter mores, tam ſubditorum, quàm familiæ inueſtigare. Exemplo Ioſię, (de quo prędictum eſt,) quòd ſcrutabatur domos, ſupra eo. c. 28.

¶Quo contra, ſicut Epiſcopi, & Archiepiſcopi ſtare uolunt in uno prędio credentes ſufficere, ꝙ ſatisfaciant uenientibus, & querelantibus apud eos, quod eſt tam contra exempla præmiſſa, quam etiam contra legem mundi. li. 3. Inforciati, ti. 1. de tutelis. l. non eſt. Non eſt (inquit) exigendum à pupillo, ut ſibi tutorem petat, aut ut pupillus ad tutorem profiteſcatur (Gloſa) quia inuito datur. Patet ergo, quòd tutor debet ire ad eum, & inuitum regere, ſic in propoſito, extat etiam contra Dei præceptum qui in perſona talium Ezechielis præcepit. (Ezechielis. 8.) dicens, fili hominis fode parietem, & ingredere, & uide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt. Ecce, quòd dicit, ingredere ſcilicet, uiſitando, quærendo, & non ſtando in prędio, & tunc uidebis abominationes, quas in uno loco ſtando nõ uides, quã etiã contra Dei exemplum, quod in opere ſe promittit factu-
rum, talibus dãs exemplum, ſcrutabor (inquit) Hieruſalem in lucernis, niſi ſi-
tabo fugitiuos deſixos in ſecibus ſuis.

Digitized by Google

31 Aut abſentes,& extra curam ſuam reſidentes ſunt, nec iſta cauſa apud Deum eos excuſabit, quia etiam contra iſtos ſunt omnia, quæ de abſentibus prædicta ſunt. Contra eos etiam ſunt leges mundi, per quas non iudicatur eſſe idoneus tutor,ſurdus, aut mutus, immo tales prohibentur tutores eſſe(ſicut patet.li.2.Inforciati ti.1.de tutelis.li.1. §.ſurdum.) Quia ſurdus pupillum audire non poteſt,nec mutus informare, licet iſti curati,qui uicem gerunt tutorum,in ſe ſurdi,& muti non ſint,tamẽ ratio legis eos ligat,quia dum abſentes ſunt, quantum ad ſubditos, quos nec audire poſſunt,nec eis loqui,ſurdi ſũt, & muti, & immunes à lege & regula veri paſtoris,qui dicit Io.10.Oues meæ uocem meam audiunt.

¶Sed dicũt, alium dimittimus in loco noſtro,quem audire poſſunt. Et licet hoc dictum reprobatum ſit.E.2.13. Tamen adhuc ſemel tãgam illud, quia aut ille ſubſtitutus facit, quicquid ille prĩcipalis facere poſſet,& deberet,ſi eſſet pſens,& vitã perfectã ducit,aut nõ.

¶Si primum ponatur, tanquam falſum poſſibile, quia nunquam in opere cõtingit,(ſicut patet.F.2.13.)Adhuc tria ſequuntur inconuenientia, quorum primum eſt,ꝙ ipſe,quantum ad curam illam,ſuperfluit,& contra rationẽ curę nomen ei uſurpat, quia quod poteſt ſufficienter per unum fieri, ratio uetat fieri per plures.

¶Secũdum eſt, quòd peccat peccato omiſſionis,quia non facit perſonaliter ad quod ratione ſtipendij perſonalis perſonaliter tenetur.

32 ¶Tertium eſt,ꝙ peccat contra omnẽ iuſticiam,iniuſtum uidetur,quòd vnus accipiens quinque marcas, portet totã curam, & laborem, & alius recipiens in duplo,uel in centuplo plus,nullum onus portet,bona hæc non eſſent iuſtè diuiſa cũ cura, ꝙ vnus haberet maius emolumentum,& minus de onere,hoc reprobatur tam in lege mundi (ſicut patet Inſtituta lib 1.tit. de legitima patronorum tutela § unico) in quo continetur,ꝙ ubi eſt emolumentum,ibi,& tutelæ onus eſſe debet, quàm à Deo in generali computo,quia iniuſtus nõ eſt, quòd tantum computum exigere de quinque marcis, quantum de quadraginta.

¶Si vero detur ſm, ꝙ videlicet ſubſtitutus ſit imperfectus & inſufficiens, tunc inſtituẽs corã Deo reſpõdebit de omnibus damnis, quæ per eius cõmiſſionẽ,uel omiſſionem acciderunt, hoc oſtenditur tam ratione, quæ dictat, ꝙ ille,qui oues Dei de manu epiſcopi ſuſcipitur cuſtodiendas, ſi per inſufficientem perſonam,cui ille eas tradidit,perdantur,ꝙ ipſe pro eis reſpondeat, qui eas ſuſcepit,quàm etiam legibus ciuilibus primo.C.li.9.ti. de cuſtodia reorũ. Lad cõmentarienſes. Illa enim lex cõtinet, ꝙ ad commentarienſem (id eſt) ad cuſtodem carceris, qui habet alios ſub ſe (ſecundùm gloſam) receptarum perſonarum, cuius tota pertinet, nec putet (ſupple) ille cuſtos hominẽ abiectum, atque uilem obijciendum eſſe iudici, ſi reus modo aliquo fuerit elapſus.Nam ipſum uolumus huiuſmodi pœna conſumi, qua obnoxius ducebatur fuiſſe,qui fugit, hæc ſunt verba legis.Caſus eſt iſte,ponamus,tali cuſtodi carceris traditi ſunt latrones, uel homicide,ille tradit eos puero,ſub quo euadunt. Cuſtos ſuper hoc ad iudiciũ tractus, puerum ſuum obijcit, aſſerens ipſum illorum ab eo recepiſſe cuſtodiã, petens, ꝙ ipſe de damno reſpondeat. Sed hanc exceptionem, & accuſationẽ repellit lex,dicens:ipſum volumus,&c. quæ quidem lex legi conſonat diuinę. (Ezech.3 .& 33.) Sanguinem eorum de manu tua requiram. Idem etiam probatur per legẽ in Digeſto ue. li.9.tit.ad legem aquiliam.l. ſi ſeruus ſeruũ alienum.§.ſi fornicarius.Lex illa cõtinet,ꝙ ſi ille,quo fornacẽ meã calefecit,obdormiendo villã incẽdit,ego de iniuria teneor,ſi negligẽs in eligendo miniſtros fui. Ergo à multo fortiori, qui eſt negligens, quales miniſtros habeat circa regimen animarũ, uel in familia ſua, 33

qui

qui multas iniurias committunt, tam contra animas, quàm etiam contra ipſum Deũ, de damnis p̃ eos illatis corã Deo reſpõdebit, & p̃ eis cõdẽnabitur.

¶Ad hoc uero lex non ſolum ligat prælatos, ſed etiam quoſcunque dominos, qui malos ſub eis habẽt miniſtros vel famulos, huic autẽ cõcordat lex in Digeſto nouõ. li. 12. tit. de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentiũ l. filiusfa. vult lex illa, q̃ ſi filiusfa. volẽte patre magiſtratum geſſerit, pater de damno, quod per eum accidit, tenebitur hæc lex non ſolum contra habentes miniſtros, vel famulos, uel ſubſtitutos indignos, ſed etiam contra rogantes pro talibus, q̃ in officijs in eccleſia, vel in ſeculo conantur. In omnibus ijs apparet, q̃ ſicut tutor reſpondebit de damno illato per ſeruum, quam res pupillares diſponendas exponit: ita in p̃poſito. Huic etiam concordat lex in Digeſto nouo. li. 10. ti. de cuſtodia, & exhibitione reorum. l. non eſt facilè. q̃ dicit, q̃ cuſtodia reorũ, nõ eſt tradenda tyroni, id eſt, nouo militi, ſecundùm gloſam, quia errat, qui cuſtodiam eis tradit, nec tamen putent ipſi etiam, cui cuſtodia traditur, immunes eſſe à periculo, quia hæc lex, & alia eodẽ titulo, quæ incipit, milites, etiam ip̃os ad pœnam delicto obligat condignam.

34 ¶ Dicet ſicut dixerunt. (E. 2. 13.) Quod licentiam habent abſentandi, & non reſidentiæ, & ſubſtituendi tales in loco ſuo, ſed hæc allegatio coram ſummo præſide eis non valebit, hoc oſtenditur per legem Codicis lib. 5. titu. ſi ex falſis allegationibus excuſatus. l. 1. Caſus legis eſt iſte, tutores pupillorũ, uel curatores impotentium dati ſunt à p̃ſide, qui poſtea per falſas allegationes liberati ſunt ab onere tutelæ: interim pupillo damna ſunt illata: tutores corã præſide de falſis allegationibus conuicti, condemnantur ad omnia adminiſtrationis pericula à tempore, quo dati fuerunt tutores: Nota aliam legem. O 5. 14. Sic in propoſito, qui multas allegant excuſationes, non reſidentiæ in viris eccleſiaſticis allegantes, quòd ita mali ſunt, quòd inter eos habitare non poſsũt, ſed hoc eſt mirabile, quia quãto peiores ſunt, tanto plus medico indigent, quia non egent ſani medico, ſed qui male habẽt. Et maximè ex quo curam illorum ſuſcipit, uel quia ad ſcolas ire uolunt potius ut ſumptibus parcant, quàm ſcientijs, & moribus addãt, vel quia beneficium exile eſt, quòd ibi viuere non poſſunt, quare hoc non allegauerunt, quando curam ſuſceperũt? Exemplum. Medicus enim corporis ſalarium ſibi oblatum vel renuit, tanquàm nimis modicum, uel ſuſcipit, & curam agere p̃mittit. Et uel q̃ magnis dominis eos intendere oportet, qui potius maximo domino Deo intendere deberent, tam iſtis, quàm religioſis, qui officium ex obedientia eis iniunctum falſis allegationibus excutiunt, quàm etiam quibuſcunque ſimilibus patebit in fine, ſummo præſide contra eos ſententiãte, quòd reſpondebunt de toto damno, quod per eorum accidit abſentiam, qa excuſauerunt excuſationes in peccatis. Eſt ad hoc lex ſupra eod. c. 26. & O. 4. 17. cum præcedentibus.

¶Quartò excuſant ſe conſiliarij aſſiſtentes, & commenſales dominorum, & prælatorum, quòd non pertinet ad eos dominum inſtigare, uel cõmemorare, quòd defectus contra Deum commiſſos corrigant, ſed ſi illis præcipiat, quod ipſorum officio incumbit, libenter exequentur. 35

¶Sed quòd iſti hæc dicentes errant, patet tam exemplo, quàm legibus. Exemplum eſt ad hoc, de delictis contra eos commiſſis, in quibus dominũ cum effectu commemorarent, ut illa corrigeret, ergo idem facere deberent de delictis contra Deũ commiſſis. Eos etiam lex conuincit. Codice lib. 5. titu. de periculo tutorum, uel curatorum. libro 1. Caſus legis eſt iſte, pater in teſtamento duos uiros prudentes, & locupletes filijs contutores dedit. Exemplum.

¶Et quia ipſi non nouerunt facultates eius adiunxit eis quaſi duos coadiutores,

iutores,uel ſuperintendentes,nõ ideo, vt adminiſtrent, ſed ut alios in miniſtratione inſtruerent,& quod ab eis gereretur,inſpicerent, poſt modum tutela neglecta,uel fraudulenter adminiſtrata,tenent iſti,ſicut & illi: ſi diſſimulauerunt,ſiue fraudē adhibuerint,uel cũ illis participauerint,licet enim non adminiſtrent:tamen debent inſpicere, qualiter alij miniſtrent. Applicatio patet,quia frequenter contingit,quòd domini,& prælati ſunt iuris in multis caſibus ignari,nec ſciunt,quod eſt negligentiæ periculum:Niſi ergo aſſeſſores, confeſſores,& commenſales, eos excitauerint,& torporem, & negligentiam diligenter excuſſerint,iſti maiori ſubiacebunt pœna:Ad teſtimonium innoco legem eorum in Digeſto veteri lib. 2.titu. quòd quiſquis iuris, &c.l. hæc edicto.Non oportet caſum legis ponere,quia verba plana ſunt, quæ ſequũtur.Si (inquit) aſſeſſoris imprudentia aliter dictum ſit,quàm oportuerit,non debet hoc magiſtratui obijcere,ſed ipſi aſſeſſori,quia ipſe tenetur legem ſcire, & teſtimonium Lucę.12.Seruus, qui ſcit uoluntatem domini, & non facit, plagis vapulabit multis.

36 ¶Quintò excuſant ſe mercatores de nũdiuis, & huiuſmodi diebus feſtiuis dicentes,ꝙ de arte illa viuunt.Quibus dicitur,quòd quicũque operarij de arte ſua viuunt,nec tamẽ temporibus ꝓhibitis operari licet. Audiant ergo reſponſionem, quæ habetur in ſumma confeſſorum (lib.1.tit.12. de ferijs.q. 12.) Vbi habetur,quòd qui de conſuetudine,uel ex improba cupiditate,diebus feſtiuis ad forum uadunt,vel tenẽt, ſicut aliqui mercatores,qui propter frequentandum mercata, uel nundinas, vix vnquàm eccleſias ſuas intrant,mortaliter peccant: Nec etiam excuſantur inferiores ſacerdotes,qui talia errata ſuperioribus diligenter, & ex corde non nunciant,nec vt feruenter correctionẽ proſequantur,ſicut cauſas proprias proſequerentur:Omnes iſti ſic ſe excuſantes,ſimiles ſunt iuuitis ad cœnam magnam. (Lucę.14.) Quia ſicut ibi vnus dixit,quòd oportuit eum ire in villam. Alius ad uidẽdum boues ſuos, alius ad negotiationem ſuam, ita quòd nullus venire potuit ad cœnam,ad quam inuitatus fuit:ita in propoſito, omnes ſic ſe excuſant,quòd pauci feſta tenent, uel ad eccleſiam,ut deberent,conueniunt, vel Dei obediũt mandatis, contra prædictorum excuſationes. M.8.articu.7. per totum.

¶ Fidei Chriſtianæ. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Fides eſt res occulta,& latens quaſi ſubſtantia ſub accidentibus, quæ oculis corporeis nuſquàm apparet.*
Cuius fidei bonitatem miraculorum,& operum oſtenſione rimari & inueſtigare pretium iure, & opere eſt exemplo quodam pulcherrimo anuli cum petra pretioſa infirmitates ſanante.

2 *Probatione,& examine, atque exemplo ſimili anuli fidei in quo erat petra pretioſa Chriſtus,clarius oſtenſum eſt,quis de tribus Dei filijs per creationem,videlicet,Saracenis,Iudæis, & Chriſticolis,veram haberet fidem.*

3 *Petrus Archiapoſtolus, & Paulus eius ſocius,cæteriq; coapoſtoli martires omnes,& alij ſancti,ac ſanctæ virtute huius anuli fidei,quàm plures à languoribus,liberabant,& multas animam afflantes ad vitam ſuſcitabant.*

4 *Iudæi,& Saraceni in cauſa ſunt, quòd anulum fidei, à Chriſtianis occupatũ non habent, qui omnes ſi vellent baptizari & fidei anulum accipere ponens, & ſic ab illis, eque ac à chriſticolis,ꝛc cupari anulus ille fidei poſſet.*

5 *Reſpondetur etiam curioſè poſtulationi, quæ eſt,ſi omnes, & Mauri & Iſraelitæ ad Chriſti fidem accederent,qui eorum viuiores filij Dei vocarentur, atque eſſent.*

6 *Fidei nostræ virtus, & salus exemplis, & miraculis quibusdam nuper actis, declaratur.*

Satisfit vlterius non quidem inerudite positioni, in qua merito rogatur, & petitur, cur dæmon malignus, & ne quam illos infideles nũ vexas, sed solum fideles adeò sæuiter angit, & excruciat.

6 *Exẽplo, & miraculoso opere, Iuliani Apostatæ Imperatoris ac tiranni tempestate facto, pulchrè indicatur, solam fidem Christi esse veram & bonam, & vnã illam tirannos Imperatores atquè hæreticos & imperia prosternere, & debellare, atque solo æquare.*

7 *Sine forma fidei, quæ nẽpè charitas est, fides ipsa esse videtur, perinde ac corpus absque anima, & materia sine debita forma: illi tantum fidem ad salutem habens, qui charitate, & gratia minimè carent.*

8 *Homines gratiæ lumine carentes, & id tantum credentes quod sensu, & ratione naturali cernitur, atq; agnoscitur, puero in carcere nato, & alito meritò comparantur.*

9 *Et ratione, & prophetijs pulchrè ostenditur Iudæorum infidelitas, & eorum in fide error, quã de Christo, Messia habere adeò iactant, & gloriãtur ratio nãque ex Iudæorum captiuitate sumitũ.*

10 *Iudæorum captiuitas ex eorum operibus emanare, & oriri nequiuit, quæ ab ipsis frequentius, ac crebrius, quã à Christigenis exerceri, & effici solent: sed potius ex eorum infidelitate: quod exemplo pulcherrimo cuiusdam Iudæi enodatur.*

11 *Tametsi plurimi ex Christianorum turba deteriora Iudæis, facinora perpetrantes cãstra fidem præ se ferant, non nulli tamen inueniuntur inter Christigenos adeò probi, & recti, Deumq; timentes, quibus fides vna cum operibus ineſt. Inter vero Iudæos nullus est fidẽ habens: de inde Saracenos, & Iudæos simul infideles esse ipsorum verò infidelitatem grauiorem, & diformiorẽ inueniri verissimè exprimit, & enodatur.*

12 *Iudæorum captiuitatem ex fidei errore & nõ ex operibus trahi à sæuissimis pœnis, quas aliquando iuxta terrarum cõsuetudinem iustissimorum conspicuè erudimur.*

13 *Causam Iudæorum captiuitatem perpetuam, Christi occisionem, & eius fidei & adventus negationẽ fuisse, pulcherrima Danielis prophetia indicatur atque exponitur.*

14 *Ratione, identidẽ & auctoritatibus ac propheciis diuersis eadem hebræorum infidelitatem in captiuitate eadem eos occludere, non inuenuste expromitur.*

15 *Dupliciter expromitur, & deletur illa hebræorum, trita fabella, dum affantur, & narrant eorum sceptrum, & imperiũ inter Caspios montes ad oriẽtis regionem inuenisi, & ibi residuos ex decem tribubus Iudæos latè longeq; dominari.*

16 *Hebræi dominare volentes Christum iam venisse; negare enixe conenduntur, prophetas prædixisse, cum videlicet nascisturum de virgine Deumq; simul & hominem fore, & cunctis genti populoque omni à vita sæuiter habiturum.*

17 *Iudæi proterue asserentes, Messiam in lege et prophetis promissũ non esse Deũ, sed hominem purum addeunt quodda haereticorum sumemia, quòd scilicet omnes animæ ab æterno creatæ fuere, & quòd egressus Messiæ à diebus æternitatis, cùm possit de diuina promissione, quod penitus enellitur ac destruitur, tanquàm erroneum & hæreticum.*

18 *In Saracenorũ, & Turcharũ Alchorano conceditur, Christum bonum prophetam non autem Deum fuisse: qua infidelium sententia, Iudæorum proteruia conuinci potest arguendo, quòd fuit etiam Deus.*

19 *Messiam, Christum à fœmina virgine nasci debere, & posse copiosioribus prophetarum dictis liquidò constat.*

20 *Christum Messiam venundatum tri atque passurum conspicuè elucidatur.*

21 *Dei iustitia nos compellit vt animas, nõ bonorum, quàm malorum ex huius corporis ergastulo solutas viuere semper credamus.*

22 *Qui*

22 *Qui animas vnà cum corpore interire perperam arbitrantur, quid eas viuere minimè cernunt; dicunt animas mori, aut quæ ſuæ ſunt, aut quæ aliorũ malorum ſunt, aut quæ bonorum ſunt. Hoc autem nec primo, nec ſecundo, nec tertio modo ſimpliciter verum eſſe clarè exponitur.*

23 *Iſidem ad credendum defunctorum animas continuam vitam tranſigere, poſt corporis ſolutionem, & obitum, quotidianus hominum vſus optimè edocet, & allicit.*

24 *Ipſemet, qui de cæli via, & de bonorum gaudijs, & de malorum ſupplicijs, & de aliquo fidei articulo ambigit, & non credit; eò quòd cauſam, & rationem nuſquam videre poteſt; errorem ſuum exẽplo naturali quotidiè cernere valet.*

25 *Maximam eſſe fidei virtutem, & poteſtatem Chriſtus non ſolum verbis, ſed etiam quàm pluribus inſignibus miraculis patefecit, atque exemplis.*

26 *Ad hoc, vt fides robuſta & valida, ac potens ſit, opus eſt, vt ea, quæ in fidei ſuſceptione, dum baptiſmate initiamur promittimus, firmiter exequamur, & impleamur.*

27 *Sal ſapientiam indicat, quæ de cælo eſt, & ad cælum perducit: & non ſignificat ſapientiam terrenam, animalem, & diabolicam.*

28 *A ſapientia terrena, et diabolica quamplures tum ſubditos tum etiam prædiuites, ac potentes, decepti ac impoſiti qui in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur, & in virtute eorum mirũ in modum confidunt turpiſſimè corruerunt, atque ceciderunt. Quibus alij ſuccedẽtes ſapientius, ac ſolertius agere arbitrãtur opulentis opibus; vnde magnos ſumptus faciunt, magnamq; Aulicorum cateruam ſecũ ducunt, & tandem hi etiam pereunt; perinde ac primi, quia in vera ſapientia, quæ Deus eſt, nequaquam confidunt.*

29 *Quid præ demonſtrent, & indicent illa opera, ſeu ſigna myſtica, quæ ad fontem Baptiſmatis circa baptizandum à ſacerdote fiunt, graphicè exprimitur.*

Primò namque oleo in pectore inũgitur, ſeu linitur.

Deinde baptizato candela accenſa eius manibus tenenda traditur.

Tertiò Baptizati caput cum veſte candida ligatur.

Inter ſcapulas demũ baptizãdus inungitur.

30 *Fides omnium bonorum operum, & totius ſpiritualis ſtructuræ fundamentũ, cauſam, & principium eſſe conſtat; atque malorum omniũ, tàm culpæ, quàm pœnæ protectionem, ac defenſionem.*

31 *Fides ſcutum, ſeu clypeus eſt; cuius tria ſunt cornua: quorũ aliud potentia Patris, aliudq; ſapientia Filij, & tertium bonitas Spiritus ſancti exiſtit.*

32 *Hoſtis noctem antiquus Diabolus furibus, cornis, & athletis comparatur, qui quidẽ extrinſecos laicorũ oculos eruere nititur, qui ſunt clerici, & etiam intrinſecos oculos, qui quidem ſunt fides.*

33 *Defectum fidei omne malorũ genus adducere, & afferre, exemplis perdignis elegantem demonſtratur.*

34 *Rationibus plurium patrũ, & pulcherrimis exemplis ſatis enucleatur Eccleſiam ad præſens miraculorum, ſignorumque oſtenſione pro maiori noſtræ fidei fulcimine, & robore meritò non indigere.*

35 *De his quæ ad fidẽ ſpectãt licèt obſcurè, & tetra ſint, non eſt mirãdum; ſed potiùs æternitatis diem, vbi omnia clariſſimè videbantur; ardenti deſiderio expectare, ac præſtolari debemus.*

36 *Exemplis in fidelium inſignibus, nos fideles Chriſtiani ad fidem Deo, ac proximo caſtè obſeruandam coguntur, & mouemur.*

37 *Plura eſſe ſigna, quibus vera hominum erga Deum, proximumque fidelitas ob oculos ponit.*

Primum eſt terrenorum bonorum contemptus.

Secundum eſt laborioſa corporis occupatio vſque ad mortem.

Tertium eſt tribulationis, et perſecutionis tolerantia.

Et quartum eſt perſeuerantia.

38 *Pœna feminibus fidem Deo, & proximo violantibus, nec obſeruantibus debita clarè demonſtratur?*

39 *In damnationis loco, Chriſtiani milites Deo fidem frangẽtes, ſæuius, et diutius ipſis Saracenis punientur propter plures cauſas.*

40 *Malis Chriſtianis flagitioſis eorum actibus aliorum fidem ſubuertentibus qui illa Chriſti auctoritate freti (qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit) ſe ſaluandos eſſe aſſeuerat, reſpõdetur, & peritè quidem, quòd ſententia illa, pro illis Chriſtianis, qui fidem in bonis operibus conſpicuè præ ſe ferunt, ſi ad talem ætatem peruenerint, quòd ſint doli, & frandis capaces dumtaxat verificatur, atque intelligitur, quòd ratione, & exemplo ſic intelligi, oſtenditur.*

41 *Ille fidem, quam ſpoponderunt, & receperunt, inficientes, & negantes, duobus improbis impoſtoribus iure aſſimilatur.*

42 *Fides tua, quàm ſcilicet in tuo corde, & opere habes, te ſaluum faciet. Nõ autem fides illa quàm in aliorum cuſtodia tradis ſeruandam, te ſaluabit.*

43 *Quomodo reſponderi debeat infidelibus Saracenis, noſtram fidem, & noſtrã miracula, quibus nos eandem fidem noſtrã extollimus, vitio dantibus, manifeſtè inſtituimur.*

44 *Quo modo etiam reſponderi poſſit Saracenis, adhuc contra noſtram fidem obijcientibus, pulchrè edocemur.*

FIdem Chriſtianorum ſolam eſſe bonã. Primo operibus oſtẽditur, & miraculis. Secũdo oſtẽditur, ꝙ hæc fides formata ſine lumine gratiæ, & charitatis habere non poſſit. Tertio oſtenditur euidẽtiſſimis rationibus, ꝙ omniũ aliarum gentiũ ritus, non fides, ſed infidelitas peſſima ſit. Quarto, ꝙ fides recta cõſiſtit in credẽdo, quòd non vr, in qua oſtenditur, ꝙ naturalis ratio compellit credere, quæ nõ videntur. Quinto oſtenditur, ꝙ virtus fidei formatæ maxima eſt. Sexto quas cõditiones ſecum habere debeat ad hos, qđ tam fortis, & vtilis ſit. Septimo, ꝙ iſta habens cõditiones, eſt principiũ, & cauſa omnium bonorũ, tã gratiæ, quàm gloriæ, & defenſio cõtra omnia mala tam culpę, quàm pœnę. Octauo, ꝙ Diabolus vidẽs huiuſmodi fidei efficaciã, multum eã nititur extinguere. Nono ꝙ ea extincta omnia mala tã culpæ, quàm pœnæ ſequũtur. Decimo, quare Deus voluit ea, quæ ad fidẽ pertinent Chriſtianam, eſſe tam obſcura intellectui. Et quare cõtinuus miraculis eam nõ oſtendit, ut in primitiua Eccleſia oſtendere conſueuit? Vndecimo oſtenditur, ꝙ fideles eſſe deberemus, & de pœna fidem non tenentium, & quo ſigno cognoſcere poterimus, quis fidelis ſit Deo, uel hominibus. Duodecimo, quod fides ſine operibus, nec Deo ualet, nec proximo, nec etiã ipſi cauſa habenti, quia ei plus obeſt, quàm pro ſit. Tredecimo oſtenditur, tam infidelium, quàm malorum fidelium reſpõſio, cum reprobatione.

Ratione primi eſt ſciendũ, quòd ad Arti. 1.
ꝛguotorũ cognitionem per notiora deuenire oportet. Si quidẽ per cognitio- 1
nẽ exteriorũ, uidelicet, coloris, pulſus Exẽplũ.
& urinæ, uidem⁹ medicos deuenire ad cognitionẽ naturæ interioris. Et p cognitionẽ accidentiũ deuenimus in cognitionẽ ſubſtantiæ quia (ſm Philoſophũ primo de anima.) Accidentia magnã partẽ conferunt ad cognoſcẽdum quidditatẽ rei. Cũ ergo fides ſit res occulta, & abſcõdita, quaſi ſubſtantia ſub ſibi accidentibus; quæ oculis nõ appareat corporalibus. (Teſte Apoſtolo Hebræ. 11.) Eſt fides rerum ſperandarum ſubſtantia. Ecce, ꝙ dicit eã eſſe ſubſtãtiã, & per conſequens accidentibus abſcõditam. Et hoc eſt, quòd ſequitur, argumentũ nõ apparẽtiũ. Sicut per acta, & exteriora inquirimus cognitionem interioris naturæ, & ſubſtantiæ, ita per miraculorum oſtenſiones inueſtigare oportet bonitatem fidei noſtræ. In qua Exẽplũ
quidẽ inueſtigatione, modũ obſeruare pulcher
oportet, quẽ tenuerunt quidã inuę- rimum.

ſtigatione

ſtigatione facta inter filios cuiuſdam potentis, de quo extra fingunt, & continent, quòd ſecundùm conſuetudinẽ patris illius, hæreditatem ſuam legauit vni filiorum per hunc modum, lego hæreditatem meã ei, qui habet anulum meum pulchrum, in quo eſt petra precioſiſſima contenta, quæ magnã habet virtutem diuerſas ſanandi infirmitates, quo dicto, diſceſſit, anulum illum in domo illa ſua derelinquens. Iunior uero filius alijs ſapientior, & diligentior, tantum fecit, quòd anulum uerſus ſe habuit, duo uero filij ſeniores uolentes patris occupare hæreditatem duos alios anulos eis fabricauerũt, ita ꝙ omnes tres hæreditatem coram iudicibus petebãt, quorum quilibet pro parte ſua allegabat, ꝙ anulum haberet: Iudices vero dixerunt, ꝙ non potuerunt omnes uerum & uirtuoſum habere anulum, quia vnum tãtum talem habebat. Addiderunt etiam, ꝙ quis illum haberet, melius operibus illum, quàm verbis oſtendere potuit. Ad probationem ergo per opera proceſſum eſt. In qua probatione anuli duorum ſeniorum ſuper mortuos, vel infirmos poſiti nullũ curabant, uel ibi ſuſcitabãt. Tertius vero anulus per uirtutem petræ contentę multos ſanabat, quo facto aperte oſtenſum fuit, quis verum haberet anulum, & cui paterna debebatur hæreditas. Nullus miretur de iſta probationis ſimilitudine, quia conſimili probatione inuentum fuit, quæ fuit vera crux, ſuper quam Chriſtus pependit, ſicut patet in hiſtoria inuentionis eiuſdem.

¶ Conſimili etiam examine olim manifeſte oſtenſum eſt, quis de tribus populis videlicet, ſaracenorum, Iudęorum, & Chriſtianorum uerã habuit fidem. Omnes iſti tres filij fuerunt Dei per creationem. (Deut. 32.) Nunquid ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit: fecit, & creauit te. Iſte vero pater anulũ uerę fidei dimiſit in domo eccleſię cum matre & diſcipulis ſuis, & ordinauit, ꝙ quicunque de tribus prędictis verum quæreret anulum, id eſt, fidem quæ ad modum anuli circulariter à Deo incipit, & in ipſo terminatur, in quo petra continetur Chriſtus (1.Cor.10.) Petra autẽ erat Chriſtus, ſi qui ſanat omnes infirmitates. (In Pſal.102.) Dei patris haberet benedictionẽ, quia qui ex fide ſunt benedicentur: Gal.3. Et cœli hæreditatẽ hæres quidem Dei (Rom.8.) cohæredes autem Chriſti. Iunior uero filius, id eſt populus Chriſtianus anulum iſtum occupauit. Et duo ſeniores fictos anulos eis fabricauerunt. Saraceni uidelicet falſam legẽ, & fidem per Machometũ, inueniendo. Et Iudæi legem per Chriſtum finitam tenendo, quilibet tamen aſſerit ſe habere bonam, & veram fidẽ, & ſibi hæreditatem deberi cœleſtem. Et de hoc uerbis frequenter diſputauerũt. Sed cum ad miraculorum & ſanationũ opera proceſſum eſt, duo ſeniores ſemper defecerunt, quia petra Chriſtus. ſ. anulo illorum defuit. Tertius uero petram illam precioſam in anulo ſuo habẽs, multos à morbis curauit, & a mortuis reſuſcitauit. Petrus, mediante hoc anulo, tot ſanauit, ꝙ (ſicut legit in Actibus apoſtolorum) vmbra eius infirmos curauit: Hoc etiam anulo Paulus (in Actibus apoſtolorũ) illuminauit cęcũ, hoc etiã anulo alij apoſtoli martyres, & alij ſancti multos ſanabant & reſuſcitabant per uirtutem uidelicet iſtius anuli i. fidei, qđ pulchrę ſignificatum eſt in diuerſis locis euangelij ubi Chriſtus ad diuerſos ab eo ſanatos legit dixiſſe. Fides tua te ſaluũ fecit (ſicut patet & Mat. 9. Mar. 5. & Lucę 7. & 18.) Ecce quo per anulũ illum oẽs ſaluati ſunt, & curati: non ſine iſto anulo curari potuit quis uel curare. In ſignum cuius, Chriſtus. Mat.9.) Cęcis uenientibus ad eũ dixit, creditis, qđ hoc poſsũ facere uobis? qua ſi diceret, ſi habetis anulũ fidei, poteſtis curari, aliter nõ? Et hoc eſt qđ ſequitur, & tetigit oculos eorum, dicens, ſecundùm fidem veſtram fiat vobis.

¶ Si obijcias, ꝙ per iſtud exẽplum ſaraceni, & Iudæi nõ peccauerunt fide carentes, qa anulũ Chriſtianis occupatũ habere non potuerunt, quia vnus anulus

lus à pluribus occupari nō potuit? Reſpondetur, ꝙ ipſi in culpa ſunt, qa oēs baptizari poſſēt; & fidē accipe, qa ſi oēs baptizati eſſent, anulus ille ab oībus occupari poſſet, omnesq; ſanare poſſet, qa uirtus Dei eſt in ſalutē omni credēti. (Rom. 1.) Iudęo primū, & gręco, ſi voluerunt, qđ ſi noluerint male & contra iuſtiriā hr̄ditatem cęleſtem, uel ſperant, uel petunt, quia non uerum anulum, ſed fabricatum habent.

¶Si ultra quæratur, iſto caſu poſito, q eſſent ſeniores filij ſi oēs Chriſtiani fierent. Rn̄detur, ꝙ ſaraceni, & Iudæi, qui Chriſti mortem præceſſerunt, nō obſtāte, ꝙ oēs fidem poſtmodum recepiſſēt, tn̄ triplex populus, quaſi tres filij fuerunt in mundo, qn̄ in cęna diſpoſuit teſtamentum electis ſuis, & in cruce ſanguine ſuo illud confirmauit, ut ꝑmiſſio ex fide daretur credentibus. Gal. 3.

¶Vel ꝑdicti tres anuli poūſt ſignifica re vnā pœnitentiam ueram, & duplicē falsā, vnā, qn̄ cōfitetur cū uolūtate peccandi, ſed peccata ſua ſaltē circa illud tēpus dimittit. Aliā qn̄ confitetur, uel pœnitentiā agit, nec tn̄ peccata dimittit, ſed die ieiunat, uel peregrinat uel orat, vel eleemoſinā facit, & nocte cū mala muliere dormit, uel furatur, uel ī ebriatur, & huiuſmodi committit nequitias.

¶Ad fidelium uero conſolationē, & infideliū reuocationem, Deus fidei noſtrę uirtutē non ſolum antiquis uerū etiā nouis declarat operibus, nup nāq; in ciuitate Remenſi, cū diabolus à puero, quem uexabat nullo modo poſſet expelli officio cuiuſdam ſapientis, qui inſtinctu ſpiritusſancti, hoc ꝓp defectū baptiſmi eum pati intellexit, cū cōditionaliter eſſet baptizatus, malignus ſpiritus uim baptiſmalis ſacramēti ferre non ualens diſceſſit. 5 Exemplum.

¶Alia etiā perſona, nec confeſſione, nec cōione, nec quocunq; remedio, à tentatione ꝓpriæ ſubmerſionis, uel occiſionis liberari potuit, niſi ſolo baptiſmo. Sed informata, ꝙ ex quo nullum aliud ſacramentū ei prodeſſe potuit, ꝙ fuit defectus ianuę, & fundamēti. i. baptiſmi, & credēs, baptizata fuit, & à tēta tione liberata, ut ueritas Chriſti cōprobetur, dicētis. (Mat. 16.) Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, q uero nō crediderit, condēnabitur. Sed q̄ri poteſt, quare diabōlus nō uexat infideles, qui nunquàm baptizātur, ſicut puerum illum inter Chriſtianos nō baptizatū. Rn̄ deri pōt, ꝙ pueri Chriſtianorū ſolo errore, & ignorantia, uel miniſtrorū ebrietate, non baptizantur, & Deus vult, ꝙ per talem vexationem error ille tollatur, & fides exaltet: Sed īfideles, parentū volūtate p̄cedēte, & ꝓpria uolūtate cōſequēte, & approbāte, nō baptizātur, vnde licet vſq; ad mortē uexarētur, nec baptizarētur, nec fidē nr̄am ſuſciperēt, ſic ꝑ cōſequēs inanis eſſet uexatio, q̄ nō daret intellectū, ꝑ quā nec error tolleretur, nec fides extolleret, qa neq; audient, neq; credent. (Exod. 4.) Quod uidelicet, ſola Chriſtianorū vna ſit fides vnum baptiſma. (Epheſios 4.) 6

Ad pręſens etiā propoſitum probandū eſt hiſtoria ſatis authentica, q̄ ex decimo lib. Eccleſiaſticę hiſtorię accipitur, quaſi ꝑ iſtū modum. Iulianus apoſtata factus Imperator ſciens, ꝙ fides noſtra mul'ū innitit, & roboratur. Et prophetia Danielis nono ī fine capituli ī quo cōtinetur, ꝙ per breue tēpus poſt mortē Chriſti per ducē Rom. 1. Veſpaſianū deſtrueret Hieruſalē, & ꝙ deficeret hoſtia, & ſacrificium, & in tēplo eſſet deſolatio in ſempiternū, tāquàm Chriſto, & Chriſtianę fidei inimicus, ꝓphetiam illā modo, qui ſequitur, deſtruere nitebatur. Vocauit ad ſe maiores Iudęorū, & quæſiuit ab eis, quare antiquū non obſeruabant modū, quantū ad ſacrificia, & oblationes, & holocuſta, & immolationes phaſæ, & vnctiones pōtificum, & huiuſmodi, quę in lege p̄cepta erāt? qui rn̄derunt, ꝙ huiuſmodi facere non potuerūt, niſi ī Hieruſalē, cuius dn̄ium nō habuerunt, & in tēplo, qđ deſtructū erat: Quibus ille p̄cepit tēplū ędificare, & oēs antiquas inchoare ſolennitates, ad oſtēdendum, ꝙ corde cōtra Dei ueritatē cōceperat, ꝙ uidelicet nondū venerat Exemplum.

Digitized by Google

rat Christus, post cuius aductum oēs in tēplo solennitates cessarent. Iudei uero de tali gaudentes mandato, de diuersis mūdi partibus magnis cū diuitijs ad lo cū illū ꝓ solennitate incipiēda conflue bant, nō sine copioso lignorū, & lapidū artificū apparatu, ꝓ quos cum oīa mate rialia essent disposita, & dies esset assignata, ꝓ tēpli fundamento ponēdo No cte die illum ꝓcedente, terremotu ma ximo facto, fundaměti foueæ replebā tur, lapides mirabiliter frangebātur, & ligna cōburebantur. Iudei illuc cōgre gati plures occidebantur, & in crastino ignis uisibiliter ꝑ plateas apparēs, quos Iudeorū reperit, incēdit: Et ne vindicta hæc, seu tēpestas putaretur à casu, uel cā accidisse naturali, in uestibus Iudeo rū, qui euaserūt, signū crucis apparuit, ꝙ nulla lotione ꝑ plures dies deleri po tuit, ostendens, ꝙ ille, q̄ in cruce ꝓphe tias impleuit, cōtra quē pugnabāt, uin dictā illā exercuit: Sic opera ostēdunt, ꝙ fides illorū, qui iā Christū receperūt, est sola bona, & tyrannos uincit, & hrti cos, & Imperatores. Hæc est (inqt) vi ctoria, q̄ uincit mundum, fides nostra: Quis est aūt qui uincit mundū, nisi qui credit, qm̄ Iesus est filius Dei. 1. Ioā. 6.

Arti. 2. ¶Hæc autē fides eo mō, quo haberi
7 debet, & ab oībus nō habetur, quia nō oīum fides est, fidelis autē Deus est, qui cōpletam cōfirmabit uos, & custodiet à malo. (2. Thess. 3.) Sed illorū tm̄ est fi des ad salutē, & ueritatis consequēdā cognitionē formā q̄ habēt fidei. s. chari tatē, sine qua fides est, sicut corpus sine aīa, materia sine debita forma. Et oīa, q̄ sine fide illa in aīa recipiunt, & itelli gūtur, sūt, sicut cib⁹ receptus in corpo
Exem- re, ubi nō est calor naturalis digerens,
plum. quia sicut talis cibus nō ꝓdest, ita si ha buero oēm fidē ita vt mōtes transierā, charitatem autē nō habuero, nihil mi hi prodest. Charitas patiēs est, benigna est, nō ęmulatur, nō agit perperā, non
Exem- inflatur, nō est ambitiosa, nō quęrit, &c.
plum. Cor. 13. Not. C. 1. per totū. Secūdo etiā requiritur, ꝙ lumē habeāt gratię, quia sicut non videtur corpora cęlestia sine lumine exteriori, & mundali, & oculo corporali, cęcus. n. uel lumine carēs, il la non videt, ita non videtur spūalia, & credibilia, & articuli fidei, nisi mediāte lumine spūali. s. gratię, q̄ est lux vera, & visu fidei, qui est uisus, quo intellectus videt. (Heb. 11.) Fide intelligimus, nō quacunq; fide, sed illa, q̄ illustratur lu mine gratiæ, quia sicut corpora cœle stia nō ostendūtur quocunq; lumine, Exem-
sed solū lumine illo, qui de illis corpo plum. ribus descēdit: Oēs. n. ignes, uel cande læ mundi simul accensę illa nō ostende rēt, lumine ꝓprio subtracto, sed ma gis uisum illorū impediunt, sicut patet de nocte, ubi lumē aliorū luminū im pedit, ne stellę clare uideātur, qñ inter nos, & illas interponitur, ita nec Deus, & sancti, & articuli fidei, quocunq; ma nifestantur intellectu, uel argumētatio ne, uel lumine intellectus agentis, uel possibilis, sed solum lumine grāe, qđ de Deo, quē uidere uolumus, descēdit, sed magis illis impeditur, sicut aspect⁹ stel larū per aliud lumē interpositum, quia frequenter qui talibus inniituntur argu mētationibus, & curiosis inuestigatio nibus, quātum ad ea, q̄ Dei sunt, minus habēt de fide, pp quā causam tales ī fi ne dolent, ꝙ vnquàm plura sciuerunt, quàm mater illorū: Ideo Ambrosius. lib. 1. de trinitate oēs hortatur dicens. Aufer argumenta, ubi fides quæritur, iā dialetica taceat, piscatoribus credi tur, nō dialeticis: Beatus uerò Greg. 4. Dialogorum. c. 1. Tales lumine gratiæ carentes, nihilq̄; credentes, nisi qđ sen- 8
sibili uidēt experimento, uel qđ, natura li deprehendunt rōne cōparet puero in carcere nato, & nutrito, cui forte ma Exem-
ter, q̄ eū genuit, Solē Lunā, stellas, mō- plum.
tes, & campos, uolantes aues, currentes equos nominet, ille, qui est in carcere natus, & nutritus, qui solū illa sciti, q̄ in carcere vidit, licet hæc esse audiat, dis fidit, quia nō uidit, ita tales, qui lumen gratiæ, & spiritūsanctū non habent, in carcere huius mundi nati, licet summa quædam gaudia esse audiant bonis, or dinata. Angelorū etiam, & animarum

ibi esse

ibi esse multitudine, pœnas etiam æternas malis præparatas, quia tamen ista non uiderunt, ea esse non credunt, uel saltem dubitant, cum tamen illorũ irrationalis sit dubitatio, quia (teste beato Gregorio vbi prius) sicut puer stultus est, si matrem æstimat de luce mentiri, quia ipse nihil aliud, quam tenebras carceris agnouit, quia licet ipse alia nõ viderit, deberet tamen matri credere, quæ alia uidit, ita in proposito stultus, immo hæreticus est, qui æstimat Christum mentiri de gaudiis bonorum, & pœnis malorum, qui illa vidit, & ad hoc in mundum uenit, ut nos in hoc carcere de illis informaret, de quibus etiam in Euangelio frequenter nos docuit, & sollicitæ, & Spiritum sanctum ad hoc misit, quoquot ergo gratiam, & Spiritum sanctum, hæreditatis nostrę pignus, accepimus, de uita inuisibiliũ non dubitemus, sed diligenter ad illã per fidem ambulemus (.2.Cor. 5. sicut pater infra.eo.c.31.) Et si quando visus iste, quo ambulamus puluere peccatorum impediatur, vel fumo alicuius leuis cogitationis, infidelitatis puluerís confessione purgetur. Et visus interius cito ab illo fumo auertatur, & in eo totaliter figatur, credendo, quòd ita est, sicut Deus dicit, & Ecclesia docet: & nõ inuestigãdo, quomodo hoc esse potest, quia sic illam sanctam Trinitatem, & alia ad fidem pertinentia non attinget. Quia (teste Augustino primo de Trinitate) mentis humanæ acies inualida, in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei mundetur. Sicut etiam res perdita melius inueniri non potest, quam in lumine. Ita nec anima perdita peccato. Attende ergo lucernam fidei, videndo finem bonorum, & malorum, ut anima peccato perditam inuenias, nec particeps sis finis malorum, reportantes finem fidei nostræ, salutem animarum uestrarum. 1.Pe. 1.

Exemplum.

Exemplum.

Ar.3. 9 ¶Ex quo fine forma charitatis, & lumine gratiæ fides haberi non potest, patet, quòd ritus, seu secta quęcunque infidelium, quia charitatem & gratiam non habent, non fides, sed infidelitas dicenda est, & ad hoc probandum, & ostendendum rationes necessariæ & prophetarũ testimonia adducẽda sunt. Circa cuius probationem sic procedit. Primo ostendetur specialiter, quòd iudæi in fide, quam de Messia, id est, Christo habent errãt, quantum ad hoc qnòd dicunt eum nondum uenisse. Secundo, posito quòd uenerit, uel uenturus sit, adhuc ostẽdetur, quòd male intelligunt prophetarum scripturas. quæ de ipso sunt. Et tertio ex his duobus cõcluditur intentum Primum probatur, tam ratione sumpto a signo, uel effectu, in qua uidelicet per effectum inue stigabitur causa, quam etiam per propheriam. In prima ratione iudæorum infidelitas, ex illorum ostendetur captiuitate, nunquam captiuabantur, nisi quia errauerunt in fide, uel in opere, quia sub conditione fidei, & custodia mandatorum Dei promisit eis Moyses (Deut.26.) dicẽs, Faciet te excellentiorem cunctis gentibus, quas creauit. Si ergo unquam ab hac Dei promissio ne defecerũt, hoc fuit, quia in aliquo duorum prædictorum defecerunt, hoc patet à principio totius sacræ scripturæ usque ad finem, quòd uidelicet quando deum dereliquerunt, dereliquit eos, & quando recta fide, & mandatorum custodia eum quęsierunt, liberauit eos, ita quòd illa regula semper fuit eis generalis, quam dedit eis Deus per Asariam uirum Dei (.2.Parali. 15.) Si quæsieritis, eũ inuenietis. Si dereliquerint eum dereliquet eos. Cum ergo nunquã ita diu deos dereliquerit Deus in captiuitate, & miseria, sicut in captiuitate facta per Romanorum principes. Titum, & Vespesianum, quia nulla alia captiuitas facta, siue per philisteos, siue per quoscunque alios, durauit usque ad centum annos, loquendo de illis de tribu iuda; diuturnior enim illorum captiuitas, quæ facta fuit a Nabuchodonosor rege babiloniorum (4.Re.24.) non duranit, nisi septuaginta annis, hæc uero a Romanis facta durat us-

que in hodiernum diem. Ergo oportet, quòd in aliquo prædictorum, uidelicet fide, uel operibus grauius sit illorum, nunc delictum, quam vnquam antea fuerit, pro quo diutius captiuãtur. Sed illorũ delicti grauitas, in operibus illorum inueniri non potest. Ergo oportet, quòd in fide illorum inuestigetur causa captiuitatis illorũ, Minor patet, & quantum ad opera, quæ faciunt, & quantum ad pœnas, quas frequenter sustinent. Faciunt enim opera pietatis, & mutuæ supportationis, multo meliora, quam Christiani (sicut patet. F. 3. 15.) Ibi ostensum est, quòd iuuãt cadentes, & deficientes, sed Christiani non solũ non iuuant cadentes, & deficientes, sed (quod prius est) uolentes inter eos crescere per inuidiam, & mendacia, & accusationes, & falsitates, & persecutiones nituntur deprimere. Et non solũ hoc, sed quando deficere, uel cadere incipiunt, plus cadere faciunt, uerbi gratia si per propriam fatuitatem, uel per illorum deceptionem sit in tali necessitate positus, ꝙ oporteat eũ vnũ iugerum terræ suæ uendere, eum sic circumuenire nituntur, quòd unum uendet post alidum, usque nec habeat terram, uel domum, dando minus, quod poterunt. Cum uero ad mendicitatem uenerit, eum potius detident, quam ali quid aliud pro eo faciant. Si ergo captiuitas esset pro defectu operum, potius deberent Christiani captiuari, quam iudei. (Nota simile argumentum. N. 1. 18.)

Exemplum.

Exemplum.

Quasi ex consimili cogitatione legitur, quendam iudæum fidem recepisse Christianorum, quo baptizato quæsitũ fuit ab eo, postquã ita magnus fuit inter suos, quid eum mouit ad susceptionem fidei nostræ? Qui respondit, causam conuersionis esse, uirtutem fidei nostræ quærentibus uero, quomodo ip se sciret uirtutem? ipsemet respondit, quasi sic, quia, inquit, gens Christiana uirtute operum tantum durare non posset, quia opera pessima sunt. Ergo oportet, quòd sit uirtute fidei, rationabiliter fuit motus, quia uidit, quòd iudæorum opera fuerunt bona, quia strictissime mandata Dei obseruant. Nunquam strictius sub Salomone uel Dauid, uel quocunque rege melius Dei mandata obseruabãt, quam nunc, quia tunc quasi semper dicitur, quòd immolabant in excelsis, semper etiam tunc proni fuerunt ad idolatriam, & huiusmodi. Nunc uero nec immolant in excelsis, nec adorant idola, nec fratribus suis, id est, iudæis mutuant ad usuram, uel sabbata frangunt. (Nota. P. 8. 11.) & tamen in miseria sunt. Inter nos uero uidit totum contrarium, quòd uidelicet Dei mandata pessime custodimus, & tamen gens nostra stat, & regnat. Ex qua diuersa fortuna motus fuit arguere, quòd casus illorum, & miseria non fuit defectus operum, sed fidei, & status noster non fuit propter opera, sed propter fidem illorum, qui opera bona non habent, quia talis fides sine operibus mortua est. Ia. 2. Sed propter fidem & opera aliquorum bonorũ inter nos. 11

Obiectio.

¶Idem obiicitur, quia per ista uidetur, quòd Christiani deberent potius captiuari, quam iudæi, quia peiora faciunt. Iterum per iam dicta non uidetur, quod delictum infidelitatis sit causa captiuitatis iudæorum, quia sic Saraceni essent captiui, quia fidem non habent. Respondetur, quòd licet Christiani multi peiora faciant iudæis, & sic contra fidem illorum operentur, tamẽ inter eos sunt aliqui boni, qui fidem habent & opera, qui Christianitatem sustinent, & supportant, sicut medulla arborem, quòd totaliter non siccetur, licet aliqui rami sint aridi. Inter iudæos uero nullus est, qui fidẽ habeat. Et ideo ubi nullus est humor in arbore, tota arida est, & casui, & igni disposita.

Responsio.

Exemplum.

¶Ad secundum respondetur, quòd Saraceni nunquam legem bonam, aut fidem Dei receperunt. Nec prophetas de populo suo, sicut iudæi, qui legem bonam, Deo cum eis loquente, receperunt, & qui se ei seruituros fideliter promiserunt, dicentes (Exo. 24.) Omnia, quæ locutus est dominus, nobis faciemus

ciemus, ſed poſtmodum circa fidem naufragauerunt. (1. Timo. 1.) negantes illum, qui in lege, quam dedit, promiſſus erat, & peius eſt promittere, & non tenere ꝓmiſsū, quā nō ꝓmittere, & nō tenere, quia quando primus facit contra promiſſum committit, & inobedientiam, & mendacium, ſecundus uerò inobedientiam ſolam, primus grauius, ſecundus minus delinquit, ideo primus maiorem meretur captiuitatē, & miſeriam: Sic in ꝓpoſito de Iudæis, & ſaracenis. (Not. L. 17. 34. & M. 2. 3.) Patet ergo, ꝙ licet ſaraceni ſint fideles ſint, ſicut, & Iudæi. Iudæorum tamen infidelitas grauior eſt, & pluribus pœnis digna. Quod etiā cauſa iſtius pœnalitatis & captiuitatis potius in fidei, quàm in operum defectu quęrenda eſt, hoc oſtēſum eſt, in operibus, quæ faciunt. Idē oſtenditur in pœnis, quas patiūtur, certum eſt, ꝙ multi Iudęorum frequēter duriſſimas pœnas, & finaliter viliſſimā mortem ſuſtinuerunt pro fide illorū, multo, uidelicet, grauiores, quàm multi martyres, pro fide Chriſtianorum, qa frequenter auditum eſt, ꝙ pro zelo, & furore, quem habent in fide illa, & deteſtatione legis noſtrę blaſphemauerūt ſacramenta legis noſtræ, ſuper quibus coniuncti, traditi fuerūt ignibus, quos euadere poterant, ſi fidem illorum negare, & noſtram accipere voluiſſent, in multis terris, ubi Iudæi habitant, ſi fecerint aliquod factum, pro quo debēt, ſecundùm terrarum conſuetudinem, per pedes inter duos canes ſuſpendi, ſicut ipſi inter duos latrones ſuſpenderunt Chriſtum, uel pro quo debeant comburi, ſi ante ſententiam datam fidem noſtram, & baptiſmum ſuſcipere vellent, vita eis datur, præeligunt tamē potius illas ſuſtinere pœnas, & mortem, quàm fidem ſuam negare, nec tamē vnquàm auditum eſt, ꝙ Deus ꝓ ſic mortuis talia oſtenderit miracula, qualia pro ſanctis oſtendit occiſis in fide Chriſtianorum. Iſti enim idola deteſtando infidelium, & caput potius ponendo, qđ breui hora amputat, antequàm fidē Chriſti negarēt, ſicut patet de legione Thebeorum, & ſocietate Mauricij, & ſociorum eius, & multorum aliorum multis miraculis, quibus mundum repleuerunt, poſt corporis mortem, cum Chriſto uiuere oſtenſi ſunt. Illi verò ſacramenta deteſtando Chriſtianorum, quæ quidem deteſtatio eis laudabilis eſſet, ſi fides noſtra mala eſſet, ſicut & laudā tur Chriſtiani martyres, qui modū deteſtabātur infidelium in ſacrificijs, & huiuſmodi. (Sicut patet de Catherina) & in fide moriendo illorum, nūquàm viuere poſtm ortem, miraculis oſtendi tur, nec tortores illorū à dæmonio vexantur, uel occiduntur, ſicut tortores martyrū, vbi vnā auditū eſt, ꝙ ad ſepulchrū talis, uel ad ſepulchrū apoſtatæ in fide noſtra, uel ad ſepulchrum crudelis tyranni, uel cupidi, uel alterius mali Chriſtiani, qui multa ſuſtinuit, & mortem paſſus eſt duriorem in mala uita ſua, & plures habuit tribulationes, quā multi martyres, cęcus ſit illuminatus, uel infirmus ſanatus, uel mortuus reſuſcitatus, quòd licet mirabile non ſit in malis Chriſtianis, qui uitam non habent bonam, nec martyrij cauſam, qui pro peccatis, & in peccatis ſuis moriūtur, eſſet tamē mirabile in Iudæis, ſi fides illorum eſſet bona, qui pro feruore legis illorum, & in fide ſua moriuntur. Patet ergo, quòd fides illorum valida nō ſit, pro qua mortui, & de terris multis exules, & incarcerarij, & multipliciter afflicti, miracula nulla faciunt, quia cum captiuitatis effectus, uel miraculorum defectus in uita, uel moribus, & operibus, quæ faciunt, uel pœnis, quas ſuſtinent, inueniri non poſſit, oportet, quòd tota cauſa (ſicut iam oſtenſum eſt) ſit ex parte illorum infidelitatis. Et non ex hoc, quòd aliqua adorant, quæ adorare non deberent, quia hoc nō faciunt, quia ſolum Deum cœli quem magnum uocant, adorāt, ſed ex hoc, ꝙ non adorant, ſed potius negant Chriſtum, quē adorare deberent, de quo in Pſal. 71. Et adorabunt eū oēs reges, &c.

Exemplum.

12

¶ Quod enim hæc cauſa ſit captiuitatis 13

tatis eorum, quia uidelicet Christũ negant, pulcherrime patet, Dan. 9. ubi sic prophetarum fuit. Occidetur (inquit) Christus, & non erit eius populus, qui eũ negaturus est. Si populus Iudaicus qui Christum occidit, & negauit, propter cuius occisionem, & negationem captiuati fuerunt à Romanis, sicut patet ex uerbis, quæ immediatę sequuntur in hunc modum. Et ciuitatem suã Hierusalem, & sanctuarium, scilicet, tẽpli dissipabit populus (scilicet) Romanus, cum duce uenturo, scilicet, Vespasiano, &c. Et ꝙ captiuitas ista semper durabit, quandiu durat eorum infidelitas, patet per hoc, ꝙ sequitur. Et finis eius vastitas, deficiet hostia, & sacrificiũ, & in tẽplo erit abominatio desolationis, & usque ad consummationẽ, & finem perseuerabit desolatio. Patet ergo tam ratione sumpta à captiuitate illorum, quàm prophetico testimonio,
14 quòd Iudæi non credentes Christum uenisse, circa fidem errant.

¶Idem ostenditur ratione, & auctoritate, sũptis primo. Deut. 30. Vbi Deus promittit eis per Moysen, ꝙ postquàm penituerint, & obedierint Deo, reducet eos dominus de vniuersis terris, in quibus dispersi sunt, & de captiuitate sua atque introducet in terram, quam possederunt patres eorum, & maioris numeri ipsum faciet, quàm fuerũt patres sui. Sed certum est, ꝙ nunc melius Deo obediant, quàm fecerunt patres eorũ. (Sicut patet supra eo. c. 10.) Quod ergo non sunt reducti, non est nisi quia non pœnitent de sua infidelitate.

¶Secundò, sumptis ex ablatione sceptri illorum. (Gen. 49.) Quod Iacob filijs suis spiritu prophetico uentura pnuncians, dixit, non auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittẽdus est, & ipse erit expectatio gentium, id est, donec veniet Christus, cui sceptrũ debetur regium, quia ipse est Rex regum, quo veniente, sceptrum illorum, id est, potestas regia, & dominandi, ablata fuit ab eis: quia postquàm uerum regem, scilicet, Christum ante Pilatum negauerunt, nunquàm regem de propria gente habuerunt: Ex quo ergo Iacob prædixit in aduentu Christi ipsos sceptrũ amissuros, quod innuitur in hoc, qđ dicit, donec, quod etiam rei probauit euentus, nam licet sub diuersis capitibus propter peccata sua, aliquotiẽs ad tempus regibus proprię gentis caruerunt, nunquàm tamen illis finaliter priuati fuerunt ante aduentum Christi, nam etiam illo tempore Hęrodem regem habuerunt, qui licet gentis non esset Iudæorum origine, fuit tamen ritu. Quia (secũdùm Iosephum Iudęorum Hystoriographum) circunciſus fuit. Mirum est, ꝙ uidentes signum, quod prædixerat, impletũ non credunt, aut sceptrum illorum ostendant, aut Christum nobiscum adorent.

¶Sed hic respondere solent, ꝙ sceptrum illorum est in partibus orientis 15
inter mõtes Caspios, ubi sũt residui de decem tribubus inclusi tpe Alexandri.

¶Sed hoc stare non potest propter duo. Primo quia illa promissio de sceptro facta fuit tribui Iuda. Illa autem tribus infra montes illos inclusa non fuit (sicut patet per hystoriam huius lib. 2.) Secundò, quia hoc esset contra illud, quod prædixit Deus. (Osęæ. 3.) dicens. Dies multos sedebũt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacerdotio, & sine altari, & sine epho, & sine seraphin: Et contra illud Aazarias, facto in se spiritu Dei (2. Paral. 15.) Trã sibũt dies multi in Israel absq; Deo vero, & absque sacerdote, & absque doctore, & absq; lege. Istas prophetias oportet tempore post mortem Christi impleri. Si uelit dicere, ꝙ ante Rege caruerunt, & templo, & sacrificio, & huiusmodi, hoc est contra hoc, quod prædixerunt, quòd videlicet semper regem habuerunt, infra montes Caspios.

¶Et præterea, qualiter sit de alijs conditionibus in auctoritate inclusis, lege nunquàm caruerunt, nisi postquã lex per Christum finita fuit. Patet ergo, ꝙ errant, quantum ad hoc, quòd dicunt Christum adhuc non uenisse.

In

In ſecundo etiam erãt, malę videlicet, intelligentes ſcripturas, quę de Chriſto prædictæ ſunt, cuius erroris vna cã eſt, vt fugiant Chriſtianorum argumenta, qui p ſcripturas illum oſtendunt eſſe Chriſtum in lege ꝓmiſſum, quem ipſi receperunt, & hoc per teſtimonia prophetarum, quæ in ipſo impleta ſunt: Iudęi eĩ uidẽtes, ꝙ Chriſtiani ſic arguũt cõtra eos, ꝓphetę talia de Chriſto ꝓdixerũt, videlicet, ꝙ debuit naſci de Virgine, ꝙ debuit eſſe Deus, & hõ, ꝙ debuit mori ꝓ populo, & hũdi, q̃ oĩa in Chriſto nr̃o impleta sũt, ergo ipſe iã venit, & nos bene eũ recepimus, uolentes 16
cõcluſionem vitare, negãt primum, ꝙ vide licet prophetæ talia non prædixerunt de Chriſto teſtimonia.

¶ Contra quos oſtendere oportet, ꝙ male negant. Et primo, quãtum ad hoc, ꝙ ipſi dicunt, & in tabulis illorũ ſcribitur, ꝙ Meſſias in lege, & ꝓphetas promiſſus, nõerit Deus, ſed purus hõ, ꝙ patet eſſe cõtra illud, qđ dixit Iſaias 9.

¶ Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & uocabitur nomen eius ad mirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis, &c. In iſta auctoritate expreſſe exprimitur, tam meſſiæ humanitatis, quàm deitas.

¶ Idem patet. Dan. 7. Aſpiciebam (inquit) in viſione noctis, & ecce cũ nubibus cœli, quaſi filius hominis, ueniebat, & uſque ad antiquum dierum peruenit. Et cito poſt poteſtas eius poteſtas æterna: quæ non auferetur, & regnum eius non corrumpetur.

¶ Idem patet. Mich. 5. Et tu Bethleem effrata paruulus es, id eſt, uinculus: glo ſa, ĩ milibus Iuda. Ex te egredietur, qui ſit dominator ĩ Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis: In qua auctoritate, & locus, & deitas exprimitur naſcentis, quia nihil fuit ab initio à diebus æternitatis, niſi Deus. (Nota. M. 3. 17.) Sed dicunt, quòd omnes animę ſunt ab æterno creatæ, ꝙ etiã ille egreſſus poteſt intelligi de proniſione, diuina, in qua fuit ab æterno prouiſus ille egreſſus: Quorum primum eſt hæreticum, & utrumque contra mẽtem prophetæ.

¶ Si nanque omnes animæ ſint ab æterno (ſicut ipſi dicunt) Et ſi omnes homines ab æterno in Dei ſint prouidentia ſecundùm ueritatem, quare ſingulariter dixit propheta de vno, ꝙ fuit omnibus commune? & quare vnũ extollit per hoc, quod eſt omnibus generale? ſophiſticus modus, loquendi eſſet, quaſi aliquo magno dicto uellet populum in admiratione ponere, & dicere egreſſus eius, &c. cum mirum non eſſet. 17

¶ Ad idem. Iſa 11. Egredietur uirga de radice eſſe, & infra. Non ſecundùm viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundùm auditum aurium redarguet. Ergo oportet, quòd ſit Deus, q̃ videat corda, quia nullus purus homo corda intuetur. Qui uerò corda non uidet, oportet, quòd iudicet ſecundùm viſa, vel audita: Ad idem, & de aduentu eius etiam in die palmarum in Hieruſalẽ. Zacha. 9. Exulta ſatis filia Syon, iubila filia Hieruſalẽ. Ecce Rex tuus uenit tibi iuſtus, & ſaluator ipſe paup, & aſcẽdens ſuper aſinam, & infra, loquetur pacem in gentibus, & poteſtas eius à mari uſque ad mare, quam materiam exultationis haberet filia Syon de Rege paupere ſuper aſinam, uel quomodo poſſet talis ſaluare, niſi eſſet deitas infra humanitatem, per quam & ſaluator ſit, & amari vſque ad mare dominum obtineat, & ꝙ oportet, quod eius dominium, & regnum ad Deitatem referatur, patet expreſſe in Pſal. 71. Qui quaſi eadem uerba de eo dicit, dominabatur à mari uſque ad mare, & adorabunt eũ omnes reges, omnes gentes ſeruient ei: Cũ uero ſolus Deus ſit adorandus adoratione latriæ, oportet, quod hoc intelligatur de Deo, & hoc eſt, quod ibidem ſequitur, Ante Solem permanet nomen eius.

¶ Idem probatur per conceſſa ab ipſis infidelibus: ipſi enim cõcedũt Chriſtum 18

ſtum bonum fuiſſe prophetam, ſed nō Deū, ſicut patet in Alchorano, lege, videlicet, Saracenorum. Sed concedentes primū, uidelicet, ꝙ fuit bonus homo, vel propheta, concedere habent, ꝙ fuit Deus probatio, quia ipſemet dicit, ſe eſſe Deum. Io. 8. ego principium, qui & loquor uobis, & antequàm Abraam eſſet, ego ſum. Quod autem dixit ſe eſſe Deum, ipſimet concedunt dicentes. Io. 10. Non de bono opere lapidamus te, ſed de blaſphemia, quia tu homo cum ſis, teipſum Deum facis, & ꝓpter hanc cauſam ipſum occidūt Io. 19. Nos (inquiunt) legem habemus, & ſecundùm legem noſtram debet mori, quia filium Dei ſe fecit: Idē patet. Mat. 14. ubi ſummo ſacerdoti quærenti, ſi eſſet Chriſtus filius Dei benedicti. Reſpondit ego ſum, propter quam cauſam adiudicatus fuit morti, & non propter alias accuſationes, quia & de illis ibidem dicitur, quòd non erant conuenientia illorum teſtimonia.

¶Ex iſtis arguitur, ſic dicendo, vt dixit uerum, aut dixit mendacium. Si primum detur, habeo propoſitum, ꝙ fuit Deus. Si ſecundū concedatur, ergo nec fuit bonus homo, nec propheta verax, quia non eſt boni viri, ſed peſſimi, tam grande dicere mendacium, quo quantum in eo fuit, populū induxit ad idolatriam, faciendo ipſum: tanquam Deū adorare, qui Deus non erat. Et præterea hoc conceſſo, concedere habent, ꝙ nūquàm fecit miracula, quia per mendaces, & ſuperbos talia non operaſ Deus, qui ergo cōcedunt, uel ꝙ fuerit bonus homo, uel ꝙ fecerit miracula, neceſſe habent concedere, ꝙ fuit Deus. Satis ergo probatū uidetur, ꝙ Meſſias i. Chriſtus, à prophetis prædictus ſit Deus & homo, venturus adhuc quantum ad Iudęorum falſam opinionem. Et ꝙ ille ſit Chriſtus à nobis acceptus: Nota ad idem. A. 13. 5.

19 ¶Secundò oſtendere reſtat, quòd ille Meſſias de Virgine naſci voluit. Iſa. 7. vbi propheta, ꝓ magno ſigno liberationis populi dixit ad Achaz regem, & ad domum Dauid. Ecce uirgo cōcipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel. (No. M. 3. 19. & T. 4. 11.) notate uerba, quæ dicunt. Ecce uirgo cōcipiet, hoc intelligi non poteſt de vxore Achaz, uel Iſaiæ, quia Virgines non erant. Et ſi Virgines pro tunc erant, tamen uirgines non parturiebāt. Et propterea, ſi propheta prius diceret pete tibi ſignum, & poſtmodum ſignum daret, ꝙ non uirgo poſtea corrupta conciperet, & pareret, ſicut cætere faciūt mulieres, deriſorium ſignum eſſet, ſicut fabulæ habent de quodam, qui minabatur ſe montem, uel leonem productūrum, & producit murē. Dicere enim, ꝙ Meſſias de Virgine non naſceretur, vnū de duobus oportet itelligere, uel ꝙ nō deceat eum ſic naſci, uel ꝙ non poſſit. Primum dari non poteſt, quia decētius eſt, de Virgine naſci, quam de corrupta, & ſpecialiter apud eū, qui ſolus & ſingulariter uenit, vt ſingulariter, & excellentiori modo populum ſuum liberet, quàm quicunque alius, qui ante eū natus fuit uel poſtea naſciturus ſit, decēs, & cōgruum fuit, ut ſpeciali fulgeat Cōceptionis natiuitatis mō, & priuilegio. Fabula.

¶Nec modus ille erat illi impoſſibilis, quia oſtenſum eſt, ꝙ Deus erat: Qui ergo concedunt, ꝙ fuit poſſibile apud Deum, mundum de nihilo creare, Mare rubriū, & Iordanem in tranſitu illorum, diuidere, uirgam aridā facere florere, de cœlo popolum ſuum māna cibare: Rubum ardentem incorruptum conſeruare. Quare inſenſati miſeri nō concedunt, ꝙ de Virgine naſci potuit, quem ſic naſciturum propheta genus illius prædixit, dicens. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, &c. nouo modo, cui nouitati. c. Hiere. (31.) Teſtimonium perhibet dicens. Creauit dominus Deus nouum ſuper terram: fœmina circundabit uirum. Si Iudæus dicat, circundabit uirum maritali affectu in brachijs ſuis, uel naturali modo concipiendo: hoc nō eſt nouū, oportet ergo, ꝙ ītelligatur de ſupernaturali circūdatione vteri, facta ī cōceptu uirginali.

¶Tertiò

¶Tertiò oſtendere reſtat quò ꝓphetatum fuit, ꝙ uenderetur. Zacha. 11. Et appenderunt (inquit) mercedem meã trigintà argenteis de genere etiam paſſionis. Iſa. 53. Nam quaſi totum capitulum illud ita fuit de paſſione Chriſti ꝑdictum, & præſcriptum, ac ſi propheta non futura, ſed præterita, & niſa præſcripſiſſet: ibi aperte oſtenditur, ꝙ propter peccata noſtra paſſus eſt, ꝙ etiam gratis, quia ipſe noluit, ut noſtrũ amorem arctius ad ſe inclinaret (ut patet. E. 6. 22.) Et in Pſal. 21. qui ait, oderunt manus meas, & pedes meos, ut dederunt in eſcam meam, fœli, & potauerunt me aceto.

¶De negatione uero quomodo Iudæi negauerunt, Hiere. 5. Negauerunt dominum, & dixerunt non eſt ipſe: Quomodo autẽ morte ſua uiuos ſanaret. Iſa. 53. Cuius liuore ſanati ſumus. Quomodo poſtremo de limbo mortuos educeret. Zacha. 9. Tu quoque in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu, ĩ quo non erat aqua. Ergo quãtũ ad hoc, ꝙ dicũt Chriſtum nondũ veniſſe, & quantum ad ſcripturas, quas de eo male intelligunt, patet, ꝙ ſunt reprobi circa fidem. 2. Thimo. 3.

Arti. 4. ¶Qui ergo circa fidem modo prędictorum infideliũ, errare noluerint, ſcriptũras ſanè intelligant: quibus inniten-
21 tes, neceſſe eſt credere, quæ non uidentur. Et hæc eſt rationalis neceſſitas, quæ nos compellere deberet, vt nõ niſa crederemus, quæ prouenit tam ex diuina iuſtitia, quàm ex humana conſuetudine. Diuina enim iuſtitia ad hoc nos cõpellit, vt animas tàm bonorum, quàm malorum uiuere credamus poſt mortẽ corporis, quia multi peccatores, & abũdantes in ſeculo, totam uitam ſuã quã peſſimã habent, in delitijs ducunt inordinatis. Multi uero boni econuerſo ſe habent, negare ergo iſtos poſt hoc ſeculũ pœnas recipere, uel gaudia, milliq; prædictorum retributionem concedere eſt, Deum iniuſtum dicere, & omnẽ diuinam circa nos negare ꝓuidẽtiam, hoc uero dicere, eſſet Deũ negare qui enim dicit, ipſum nõ eſſe iuſtum, nec bonum, dicit enim non eſſe: Sic enim dicit inſipiẽs in corde ſuo, nõ eſt Deus, in Pſal. 8. Cum ergo Deus iniuſtus eſſe non poſſit, oportet, ꝙ retribuat vnicuique ſm opera ſua: Quis equum iudicẽ, uel dñm terrenũ iuſtum, uel bonũ, uel ſapientem diceret, qui ſuis nec ꝓuideret, nec ipſos remuneraret, nec ipſos afligẽtes puniret? Ex tali argumẽto probat Damaſcenus, lib. 3. mortuorum reſurrectionem, ex Dei, uidelicet, bonitate, & iuſtitia: Si (inquit) reſurrectio nõ eſt, neq; Deus eſt, neque prouidẽtia eſt, ſed oĩa caſu feruntur, & aguntur, uidimus enim plurimos iuſtos eſurientes, & iniuriam patiẽtes, peccatores aũt iniuſtos diuitias, & voluptatẽ habẽtes: Si qs hoc iniquũ iuſti iudicij, uel ſapiẽtis prouidentiæ opus ſuſpicabitur: erit ergo reſurrectio: Iuſtus eñ Deus his, qui cõfidunt in eũ, eſt mercedis retributor. Exemplum. 22

¶Quærẽdum eſt ergo ab eis, qui aĩas cum corpore mori putant, quia eas uiuere non uident, vtrum hæc dicant de aĩabus proprijs, uel aliorum malorum eis ſimilium, aut de aĩabus bonorũ? Si primum, uel ſm dicetur, ſic intelligatur, ꝙ moriũtur morte peſſima, id eſt, pœna ęterna, in quã sẽper viuent, iuxta illud Pſal. 48. Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finẽ, bene dicunt, & eſt cõcedendum. Si autem ſic intelligitur, ꝙ ſimpliciter moriantur, ita ꝙ poſtmodum nec ſint, nec ſentiant: hæreſis eſt, & contra diuinam iuſtitiam (ut oſtenſum eſt) habebunt ergo vitam illam, de qua D. 1. 8. Tertium uero dicere eſt contra diuinam bonitatem & etiam iuſtitiam. Patet ergo, ꝙ ratio credere neceſſitat, & deitatem eſſe, & aĩas uiuere poſt mortem, quæ tamen oculis corporalibus non videntur, & ſi nulla ad hoc probandum propheta, uel cuiuſcũque doctoris eſſet auctoritas. A fortiori ergo rõne oĩa alia credenda ſunt, vbi ratio, & auctoritas Chriſti, uel prophetarũ, uel apoſtolorũ, uel aliorũ doctorũ ſimul cõcurrunt, ſicut accidit Heb. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo,

Credere.n.oportet accidẽtẽ ad Deum, quia eſt ecce auctoritas, ꝙ neceſſe eſt credere rõ uero iſtius neceſſitatis ĩ reſidua ſequitur auctoritatis parte, vt inquirentibus remunerator exiſtat.

Exemplum. ¶Secundò ad idem neceſſitamur ex quotidiana hominũ cõſuetudine, ĩ qua videmus, ꝙ cęcus de uia, & Sole, & Luna, & alijs, q̃ non videt, ductori credit

23 videẽti, patri etiã, & matri, uel ipſis mortuis alijs narrantibus, quis noſter fuerit pater, uel mater credimus, narrãti, etiã de antiquis regibus, uel legentibus cronicas, uel rithmos, ſeu geſta de Carolo, & Rolando, & huiuſmodi credimus, q̃ tñ nunquàm vidimus. Ergo à fortiori rõne, nro ductori Chriſto clare uidenti, & ſacris ſcripturis, & legentibus, & p̃dicantibus de Deo, & ſalutẽ animarũ credere deberemus. Qui ergo de via cœli, & gaudijs bonorũ, & pœnis malorũ non credit, ſtultior eſt quocũq; cœco, ꝙ puero credit. Et ꝙ nõ credit, q̃ in ſcripturis leguntur, quia ea non vidit, ſtultior eſt omni ocioſo auditori prædictorũ geſtorũ: Sicut ergo in alijs credimus, quæ audimus, ita rõnale eſt, & neceſſarium, ꝙ idem faciamus in his, quæ ad fidem pertinent, quia ſpecialiter conſiſtunt in credendo audita, quia fides ex auditu. (Rom. 10.) Auditus autem per uerbũ Chriſti. In qua auctoritate p̃dictus modus includitur arguendi: quia ſi auditum præſtamus, & credimus, ubi non auditur uerbum Chriſti (ſicut prædictum eſt) ergo à fortiori ratione, ubi fidem habere. Et ſi illa nec uidemus, auditus eſt per verbũ Chriſti, debemus, nec oĩa ratione compręhẽdimus: Talis qui non credit, niſi quæ videt, & ratione compręhendit, contra Deum peccat, cui adęquari vult in ſciẽtia, cũ primis parentibus, uolẽtibus ſcire bonũ, & malũ, ſicut patet. E. 6. 28.

¶Qui etiam in aliquo de articulis fidei dubitat, quia rõnem eius, uel cãm nõ cõpręhendit, oẽs ſanctos quantum in eo eſt, infatua, & paſſiones illorum euacuat: ſicut patet. E. 11. 28. Talis in-

24 per errorem ſuum quotidie uidere põt in his, q̃ naturaliter contingũt circa cũ, quorũ cãm, & rõnẽ perfectè cõpręhendere nõ põt, & tñ credit, ꝙ cãm habeat, & rõnẽ (uerbi gratia.) Si à tali quæratur, q̃ ſit cã terremotus, uel rotunditatis grandinis? forte reſpondebit ſe neſcire. Si vltra quæratur, ſi credat, ꝙ cãm habeat? dicet, ꝙ ſic, ergo, aliquid credit, cuius cauſam nõ cõpręhendit, nec rationem, quare ergo eandẽ nõ accommodat credulitatem in articulis fidei? vbi maior eſt credendi vtilitas? vt (uerbi gratia.) Si quæratur ab eo, ſi bona ſit fides eccleſiæ credẽdo, ꝙ baptiſmus deleat peccata. Quod etiam Chriſtus in ſacramento panis ſeipſum dare debuit? Reſpondebit infidelis, ꝙ non. Si vltra q̃ratur, quare? dicet, ꝙ nõ eſt cõueniẽs, nec rationabile: ſi quæratur, quare non eſt rationabile? reſpondit, quia nullus intellectus compręhendere poteſt talium factorum rationem, uel cauſam: Et ſi negauerit, ꝙ hæc nõ eſt cã, quare non eſt rationabile? qa intellectus hoc nõ cõpręhendit, probatio ꝙ oportet eũ hoc cõcedere: Et arguo ſic, ſi ratio ſua, vel intellectus rõnẽ, uel cauſam cõpręhenderet oĩum p̃dictorum, ille, q̃ hoc intelligeret, cõcederet, ꝙ oĩa eſſent rationabilia. Si ergo cõpręhenſio ſit cã, quare concedit oĩa eſſe rõnabilia, non cõpręhenſio eſt cauſa, quare negat illa ſacramenta, & articulos fidei eſſe rationabiles, per argumẽtum à cõtrario ſenſu, ſic talis in talẽ incidit incõueniens: vt concedat, & credat multa, quæ rõne cõpręhendere nõ põt circa iſta naturalia, & exteriora negocia, & non credat ea, q̃ ad fidẽ pertinent, quia ea rõne cõpręhendere non põt. Conſultius ẽm eſſet, ꝙ ſicut in alijs rñdet, ꝙ credit ea cãm, & rationẽ habere licet illam neſciat. Ita etiã rñderet circa articulos fidei, & diceret cum illo Matth. 9. Credo dñe, adiuua in credulitatem meã, & cũ diſcipulis, Lucæ 17. Adauge nobis fidẽ. Arti. 5.

¶Et hoc eſt multum petendum propter magnam vtilitatem, quæ ex fide 25
ꝓuenit. Quia (teſte Chriſto. Marci. 9. Omnia poſſibilia ſunt credenti. In qua

au-

auctoritate ostenditur, quòd maxima sit uirtus fidei, & potestas, quam quidē
Exemplum. potestatem Christus non solum uerbis ueritatis, sed etiam multis claris patefecit miraculis. Sicut patet primo per hoc, quod fidedigni narrari solet, de quinque Christianis in carcere cuiusdā magni saraceni detentis, qui nec minis, uel blandicijs à fide uelli poterāt. A quibus saracenus ille illo die quæsiuit, quid eos tam stabiles in proposito suo faceret? Ad illi responderunt, ꝙ tanta fuit uirtus fidei, & potentia, quòd sicut magister Christus testatur, si quis illam haberet, vt habere deberet, montes per illam moueret. Quibus ille, est vnus mons hic iuxta mihi tędiosus, quem si de loco illo transferre poteritis, dabo uobis omnibus ad terras uestras redeundi libertatem. De quo negocio pro fidei uirtute ostendenda, se in Dei adiutorio, & misericordia posuerunt, breuiter dies assignabatur, ut rei exitus probaretur, ipsi uero interim peccata sua confitentes orationibus insistebant, die uero assignata ipsis eductis, & orantibus, multitudine saracenorum super montem illum derisorie posita, dicente. Equitabimus super montem istum, quando in altum portabitur, finaliter mons in mare portabatur, omnibus illis derisoribus submersis. Nec debet hoc esse incredibile, quod omnino consonum est sacræ Scripturæ (teste Christo. Matth. 17.) Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic monti, transi hinc, & tran
Exemplum. sibit, & nihil impossibile erit uobis. Huic etiam concordat, quod scribit beatus Gregorius. 1. lib. Dialogorum de Nonnoso uiro Dei, quomodo saxum coram se nociuum amouit. Et non solum montes, sed etiam bruta fidei obediunt uirtuti, sicut patet ibidem de quodam hortulano, qui serpenti præcepit, ut ipsum sequeretur, & cum fecisset, præcepit in nomine Christi, ꝙ aditum, per quem fur intrare solebat, & olera sua auferre, custodiret, protinus serpens se totum in itinere in tran-

situm tetendit. Ad cellam Monachus rediit. Cumque meridiano tēpore cuncti fratres quiescerent, more solito fur aduenit, ascenditque sępem, & dum in hortum gedem deponerent, uidit subito, quia tensus serpens clausisset uiam, & tremefactus, post semetipsum concidit, eiusque pes per calciamentum in sude sępis inhæsit. Sicque dum hortulanus rediret, deorsum capito pependit. Et quod mirum, si per fidē vincant bestias, q p fidē vicerunt regna. Heb. 11.

¶Sed ad hoc, ꝙ fides si tam ualida, tamque possessori suo utilis requiritur, Ar. 6.
ꝙ promissa teneātur, quæ in fidei susceptione ī baptismo, scilicet, ꝓmissimus, ita uidelicet, ꝙ significata per opera, quæ circa baptizandum fiunt, implean
tur. Inungitur oleo ī pectore, in signū, 16
ꝙ fidelis misericordiam, & amorem legis diuinę in corde seruabit, & firmiter Deo acquiescet. Sap. 3. Fideles in dilectione acquiescent ei. Sed (heu) multis potest dici illud Ps. 77. Cor autē eorū nō erat rectū cū eo, nec fideles habiti sunt in testō eius. Vt ergo scias, utrum cor tuū sit plenū fide, aut nō uideas opera tua, q a si fons sit, riuulus ostēdit, ita Exēplū.
si in corde sit fons fidei, oporter, quòd riuulus currat, sic uidelicet, quòd fides & amor in ore ostendantur, iuxta illud Psal. 105. Credidi propter quod locutus. Ecce quomodo riuulus locutionis de cordis gradietur credulitate. 2. Corinth. 4. Credimus propter quod, & loquamus, prædicando, arguendo, docendo, sapientiam diuinam ostendendo. In signum cuius os baptizati sale linitur, quod quidem sal sapientiam significat, non terrenam animalem diabolicam, sed illam, quæ de cęlo est, & ad cęlum perducit, prima sedu
cit (sicut patet in omnibus, q cōfidunt in sensu, & sapiētia sua.) Aliqñ nāq; vi- 17
sum est, ꝙ illi, qui apud mundū sapientissimi reputātur, turpissime decipiunt, & illorū sapiētia in magnā eis stultitiā
vertitur. Ita ꝙ talium sapientia nō solū apud Deum, sed etiā apud mundū stultitia esse ostēditur. Verbi gratia, tam de

medio-

mediocribus,quàm de ualde, potentibus. Mediocres quandoque diuitias falſitatibus, uel ponamus fideliter cum magna parcitate, quia parce uiuendo congregant diuitias, ut proſperam ducant uitam. Cõfiduntque in eis, ut per eas aſcendant ad magnum ſtatum, uel ſaltem ut ab infortunijs per illas præſeruentur. Et ſubito propter illas omnibus bonis ſpoliantur, & uita quandoque priuantur, de ualde etiam potentibus uiſum eſt,quòd multas acquiſiuerunt terras,& dominia,fortia ędificauerunt caſtra,in quibus magnum congregauerunt theſaurum, in quibus intantum confidunt, quòd non curant magnam habere retinentiam, uel magna roborari largitate, quia æſtimant ſe in ſuis neceſſitatibus inſurgentibus, in ſuis caſtris,in theſauris,magnam habere ſecuritatem,ad conducendum tot ſtipendiarios, quòd nullus eis audeat rebellare. Vnde alicui tali nuper imponebatur,quòd dixit ſe milites copioſos in ſuis habere ſerinijs. Et tamen uiſum eſt,quòd tam primi,quàm ſecundi,qui confidunt in uirtute ſua,& in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. (In Pſal.48.)Turpiſſimè ceciderunt, & illis,quibus aſcendere plus crediderũt, plus deprimebãtur, quia inimicos per talium acquiſitionem contra eos exaſperant,ut de illis verificetur illud Prouerb.11.Qui cõfidit in diuitijs ſuis corruent, ſicut patet. D.11.7.Nota. M.13. 20.& P.1.22. 28

¶Illis uero mortuis, & in ſapientia ſua deficientibus. Alij in locum illorũ ſuccedentes,uidentesque, quòd illi in uno puncto defecerunt, in hoc (uidelicet) quòd fuerunt nimis cupidi in acquirendo,& in tenendo nimis tenaces, cogitant, quòd ſapientius agere uolũt, & quòd contra defectum illum largitatis opponant remedium, unde multa expendunt, magnamque ducunt familiam,in quibus non confidunt, minus alios offendere timent, peſſimamque ducunt uitam, & ideo finaliter cadunt, ſicut & primi. Cauſa autem ruinę omnium prædictorum eſt,quia non confidunt in domino,nec in bona uita,nec in ſapientia uera, ſed in ſapientia propria,cui innitentes decipiuntur per falſitatem,& failaciam cauſæ, ut non cauſæ, quia ſecundi reputant cauſam ruinæ primorum eſſe nimiam parcitatẽ. Primi uero æſtimant ſecundos, cum ad neceſſitatem uenerint, cum inimici contra illos inſurgere cęperint, infęlices,quia theſaurum nõ habebunt, unde & dicunt,quomodo ſe tunc iuuabit, qui theſaurum non habebit? Sed utenque in iudicio de alieno defectu deficit, & ideo in ſeipſo medicinam ad plagam non apponit, & per conſequens non ſanantur,ſed moriuntur. Si primi cogitarent, ꝙ defectus in ſecundis eſt, quia Deum derelinquunt, & peccatis ſeruiunt. Et ita econuerſo ſecundi cogitarent de primis, & omnes alij tam de primis, quàm ſecundis, ut per eos eſſent præmuniti, & contra illos defectus remedia excogitarent, & ad illas plagas medicinas apponerent, ut fides ueſtra non ſit in ſapientia humana. (1.Cor.2.)Sed in domino confiderent, dominium illorum,& poteſtas eſſet durabilis,quia qui confidunt in domino, ſicut mons Syon, non commouebitur, quia ſunt (ſicut dicitur Hebr.12.) Aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum.

¶Iterum, quia parum eſt, fidem habere in corde,& ore, niſi etiam oſtendatur opere. Tertio neceſſe eſt,ꝙ fons fidei ad manus etiam diruetur,in cuius ſignum baptizato candela accenſa in manibus traditur, quia (ſicut dicitur Eccleſiaſt.32.)Qui credunt Deo,attendunt mandatis eius, ut, ſcilicet, opere compleantur, quia. (Iaco.2. dicitur,) ꝙ fides ſi nõ habeat opera,mortua eſt. 29

¶Iterum, caput baptizato cum ueſte candida ligatur. In ſignum,quòd per ſacramenti ſuſceptionem, & per promiſſionem de fide,corde,& ore,& opere, tenenda eſt ad priſtinam, quam in primo perdidit parente, reſtituitur innocentiã,fide purificans corda, ſiquidẽ

per

per miſericordiam & fidem purgantur peccata, Prouerb. 15. Inungitur etiam inter ſcapulas, in ſignum humilis ſubiectionis iugo fidei, & fortis, uſque dū fidei ſuccedat beata uiſio in patria, in cuius perſeuerantiæ ſignum, quando panniculus ille albus capiti applicatur, dicitur. Accipe ueſtem candidam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia fidem, & innocētiam, quam ibi recipit, tenetur uſque ad mortem ſeruare, uel ſaltem amiſſam recuperare, ſi vult ſaluari, etiam ſi duriſſimam propter illā, eum ſuſtinere oporteat paſſionem, quia (teſte Apoſtolo Philippen. 1.) Vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum ut in eo credatis, ſed etiam vt patiamini pro illo. Ad hoc etiam nos hortatur, Eccleſiaſtici 22. In tempore (inquit) tribulationis permane illi fidelis, vt in hæreditate illius cohæres ſis. Exemplo Abrahæ. (1. Machab.) Qui in tentatione inuentus eſt fidelis, ſic non deficiat fides tua Lucæ 22. Noli eſſe de numero illorum, qui in fidei ſuſceptione abrenunciauerunt diabolo, & omnibus pōpis eius. Et dum paruuli ſunt, ad tempus credunt, & tempore tentationis recedunt. (Lucę 8.) Qui (ſicut dicitur. 1. Thimo. 5.) Primam fidem irritam fecerunt, ſicut patet I. 9. 38. Sed de illorum quibus corde, & ore, & opere, & perſeuerantia una eſt fides, unum baptiſma. Ephe 4.

Arti. 7. ¶Quæ cum prædictis conditionibus fundamentum cauſa, & principium eſt omnium bonorum operum, & totius ſpiritualis ſtructuræ, & omnium malo-
30 rum tam culpæ, quàm pœnæ defenſio. Primum patet per Auguſtinum de verbis domini. Fides (inquit) cæcos illuminat infirmos curat, fideles iuſtificat, pœnitentes reparat, iuſtos augmentat, martyres coronati virgines viduas, & coniugales caſto pudore conſeruat, clericos ordinat, ſacerdotes conſecrat. Idē ſuper Ioannem, ſicut in radice arboris nulla prorſus ſpparet pulchritudinis ſpecies. Et tamen quicquid eſt in arbore pulchritudinis, uel decoris, ex illa procedit. Sic ex fidei humilitate, quicquid meriti, quicquid beatitudinis, anima ſuſceptura eſt, ex fidei fundamento procedit.

¶Secundum quoque, quomodo (videlicet) eſt protectio contra omnia mala, patet ex tribus. Primo, quia in pugna nos animat, & hoſtes terret, ſicut confidentia in probitate ducis exercitus. (1. Pet. 5.) Aduerſarius ueſter diabolus, tanquàm leo rugiens quærit quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Sic reſiſtite diabolo, & fugiet à uobis, quia hęc eſt uictoria, quæ uincit mundum, fides ueſtra 1. Ioan. 6. Secundo, quia ab ictibus, & plagis ſpiritualibus nos cuſtodit ſicut ſcutum militē in bello corporali. Sicut ergo bello imminente milites ſcuta accipiunt, ita ſimus nos in omnibus ſumentes ſcutum fidei. (Ephe. 6.) In Deum fortiter credendo.

¶In quo, ſcuto unum cornu eſt potentia, quæ appropriatur patri, quo noſtra infirmitas, ſeu fragilitas roboratur, verbi gratia. Si dicatur alicui, abſtine à delectationibus illicitis, uel ieiuna, & huiuſmodi, reſpondebit forſitan, ita fragilis, & debilis ſum, quòd non audeo iſta promittere, ſed ſi radix inueſti
getur iſtius fictæ fragilitatis inueniet- 31
tur, quòd ſit defectus fidei, quia ſi haberet rectam, & firmam fidem in Dei potentia, quòd ſi corpus in abſtinentia, & laboribus ſpiritualibus conſumptum in melius reformaret, minus timeret illud in Dei ſeruitio amittere. Sicut armiger minus timet equum perdere in ſeruitio domini ſui, qui equum ſibi dabit meliorem.

¶Secundum cornu, ſeu angulus eſt Exem-
ſapientia, quę appropriatur filio, quo plum.
noſtra ignorantia illuſtratur, ante aduentum namque, & illuſtrationem filij Dei, mundus ſedebat in tenebris ignorantiæ, hic ergo uenit illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent (ſicut patet. A. 13. 11.) Ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis, partim amore, gaudia oſtendendo bonorum,

Exemplum. rum, ut amor illorum nos attraheret, sicut amor lucri laborantem, partim timore, ostendendo pœnas malorum, quę uidentes mala committere, timeamus,

Exemplum. sicut tentatus de furto, uidens patibulum. Sic ergo hæc sapientia uenit illustrare lumen fidei nostram ignorantiã (sicut patet supra. e. c. 8.) In quo lumine uidere possumus ortum, & occidentem (id est) de quo sumus tam boni, quàm mali, & ad quod tendimus, ne per ignorantiam excusationem quæramus. Credentibus ergo est nubes lucida, per hoc mundi desertum nos ducens. Non credentibus vero Ægyptijs est nubes tenebrosa, & lapis offensionis.

¶Tertium cornu, seu angulus, est clementia, seu bonitas, quæ appropriatur Spiritui sancto, quo nostra malitia refrænatur, habentes enim Spiritum sanctum, crudeles non sunt, nec malitiosi, hoc ergo experimento cognoscere potest quis, si Spiritum sanctum habeat, aut non. Sic ergo tripliciter scuto, scilicet, fidei, circundabit te, ueritas eius (in Psalm. 90.) Roborando, illustrando, refrænando, (Sequitur.) Non timebis istud (scilicet) scutum firmiter tenens, illoque custoditus. Nota. A. 24. 5.

Exemplum. ¶Tertio, quia posito, quòd in aliquo erratum sit, fides iuuat ad reconciliationem, sicut dominus uidens fidelitatem serui sui, facilius culpam remittit. Matth. 9. Cum uidisset Iesus fidem illorum, ait paralitico. Remittuntur tibi peccata, prædicta ergo pericula per fidem euadentibus dici potest illud. Ephe. 2. Gratia saluati estis per fidem.

Ar. 8. ¶Hostis uero antiquus, modum habens latronum, hanc uidens fidei efficaciam, eam multum extinguere nititur (sicut patet. A. 26. 10.) In hoc etiam

Exemplum. coruus ille inferni modum habet coruorum, qui alis morituram inuadentes, primo oculos eruunt. Modum etiã

Exemplum. in hoc sequitur pugilis, qui socium sub se habens, oculos eius eruere nititur, quo facto, licet statim non occidatur, sed forte surgat, & se defendere nitatur, inanis erit defensio. Sic diabolus nititur extinguere oculos laicorum extrinsecos, scilicet, clericos, (sicut patet. O. 6. 64. Cum sequenti.) Et oculos omnium intrinsecos, id est fidem, quibus extinctis absque timore peccant filij hominum, & uelatis oculis (more illorum, qui suspenduntur) ad patibulum ducuntur inferni. Tales ad modum ęci æqui, qui in omni puteo cadit, & ad omnem lapidem cespitat, in omne cadunt peccatum, donec finaliter in puteum cadant inferni. Et licet istam fidem semper multum extinguere nitatur. Ad hoc tamen in mortis articulo maxime anhelat, ne prædam tũc pro semper amittat, in illo vero tentationis impulsu, qui est, sicut arbor non bene radicata, quæ ad ualidum uentorum impulsum prosternitur, cadet, quia non est firmus in radice fidei, & bonorum operum, in quo uero fuerit fides, quæ per charitatem operatur. (Gal. 5. de pœni. distin. 2. §. hæc est fides) stabit pro radicibus firmissimis habens fidem, & conscientiam bonam. 1. Timo. Sicut patet. D. 2. 15. Tali enim dicitur. Rom. 11. Tu autem fide stas.

Exemplum. Exemplum. Exemplum. Exemplum.

¶Hoste uero contra hominem in hoc casu prævalente, omnia mala sequuntur, tã culpæ quàm pœnæ sibi ipsi, in quo extinguitur, & periculi etiam, respectu aliorum (sicut patet. E. 8. 14.) Primum patet tam per dicta. (A. 19. 8. & A. 14. 6.) quàm etiam per dicenda. Quis enim pecatum mortale committeret, si certus esset, quòd statim post caput suũ amitteret, uel manum? Quis unquam mortaliter peccaret si esset certus in fide, quòd peccando animam amitteret, & Deo, & gaudijs priuaretur æternis? ergo defectus fidei est occasio omnium peccatorum. Iterum sicut ille, qui medico credit in his, quæ ei dicit pro sanitate recuperanda, uel tenenda, à multis abstinet eius doctrina, qui uero ei non credit, non abstinet. Ratione cuius excessus, qui ex tali incredulitate contingit,

Artic. 9. 33

tingit, infirmitates, & mors sequuntur, sic in proposito. Ergo summo medico, qui deficere non potest credendum est. Vnde Chrysost. super Matth. Hom. 53. Si (inquit) dixero tibi abstine te ab hoc, vel ab illo, obaudis, quia credis te saluandum, si seruaueris. Et frequenter, quod amplius amas manducare, vexaris, & uincis desiderium uentris propter desiderium sanitatis, multomagis ieiunare poteris, si credideris iocunditatem illam venturam, pro qua tibi dieta indicitur à medico, qui deficere non potest, si credideris. Patet ergo, quòd sicut omnis fructus ex radice, & omne accidens fulcitur in substantia, ita omne bonum in fide, quæ est substantia rerum sperandarum, quia si radix sancta, & rami, ita omnis defectus in fructu, & ramis, & omnium accidentium destructio ex destructione sequitur radicis, & substantiæ fidei.

Exemplum.

¶Quia sicut omne, quod est in arbore non habete radicem, aridum est, ita omne, quod non est ex fide peccatum est. (Rom. 14.) Et ad pœnam in casu ducit æternam, sicut patet. E. 6. 28.

¶Cum uero fidei extinctio sit tam periculosa, *mirabile uidetur*, quare Deus apertius, & *manifestius*, & frequentius miracula non ostendit, ut fortior fit, & faciliter extingui non possit. Sed huic propter causas tactas. (A. 5. 1. cum sequentibus) respondetur dupliciter.

Act. 10.

¶Primo, quia ecclesia rationabiliter miraculorum, nunc ostensione non indiget pro fide ostendenda, potest enim dici de comparatione status ecclesiæ primitiuæ, & modernæ, quod dicit beatus Gregorius in 1. Dialogorum, de comparatione sanctorum, ibi vult, quòd ita sancti sunt, qui non faciunt miracula, sicut illi qui faciunt. Et ponit exemplũ de Petro, quem aqua portauit. In qua Paulus naufragium patiebatur. Ita in proposito, natura, & conditio fidei in se, ita bona est nunc, sicut fuit in primitiua ecclesia, quãdo Deus pluribus miraculis fidem ostendit, quando plus indigebat, sicut herbę seminatæ in principio, quando teneræ sunt frequenti indigent irrigatione, & plantulæ supportatione, quæ in natura sua roboratæ talibus non indigent, ita nec fides iam multiplicata. Huic concordat, & hoc confirmat illud, quod dicit beatus Gregorius. 27. moral. super illud Iob. Subter omnes cęlos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ. Tunc (inquit) sancta ecclesia miraculorum adiutorio indiguit, cum ea tribulatio persecutionis pressit. *Nam postquàm superbiam infidelitatis edomuitur, nõ iam uirtutum signa, sed sola merita operum requirit.* Et ponit exemplum ibidem de Paulo veniente in insulam plenam infidelibus, quæ Mitylene dicitur. (Actuum 27.) In ipsa patrem Publij dissenteria, & febribus uexatum, orando sanauit, ubi uero talis causa nõ subfuit Timotheo discipulo suo ęgrotanti præcepit, dicẽs, modico uino utere propter stomachum. Circa primum, necesse fuit ostendere miraculum, ut crederet. Circa secundum non, quia totus intus uiuebat.

Exemplum.

Exẽplũ.

¶Secundo, quia statui incarceratorũ non conuenit, omnia clare uidere, minus enim desiderarent à carcere liberari. Congruum ergo uidetur, & de communi habetur consuetudine, ꝙ sicut locus carceris obscurior est, quàm aula. Et sic de nocte ita clare nõ videtur omnia, sicut de die. Ita in loco isto carceris, & noctis obscura quodammodo sunt, quæ ad fidem pertinent, quæ in aula cęli, & in die æternitatis erunt clarissima, sicut etiã non est mirandum de hoc, ꝙ quædam res corporales de nocte minus clare uideantur. Et à nonnullis cum desiderio expectantur. Ita illa, quæ ad fidem pertinent, licet obscura sint, non sunt mirãda. Sed potius est dies æternitatis cum desiderio expectandus, in quo omnia videbuntur clare. Ad istum propositum pertinet, quod legitur de gestis beati Bernardi, quasi sic de quodam nouicio, quem in monasterio suo dæmones de die, & nocte intantum uexabant, quòd ei requiem

35

Exemplum.

Exemplum. Bernar.

non

non dabant. Sanctus uero Bernardus hoc uidens, uno die eum de fide examinabat, quærens, si recte sentiret de his, quæ ad fidem nostram pertinent? qui respondit, se in uno dubitare, quomodo videlicet vna res in se simplicissima, potuit esse tres, videlicet pater, & filius, & spiritussanctus. Cui Bern. Quando audisti primo philosophiam, nonne fuerunt omnia argumenta, etiam minima, tibi difficilia, & dubia, & tibi concludenda, quæ nunc tibi sunt clara & facilia? immo inquit. Cui Bernar. Ergo hoc non fuit, quia in se fuerunt dubia, uel etiam scienti, uel intelligenti, sed propter statum tuum, qui adhuc fuit minus sciolus, de quo statum humiliter studendo ad clariorem scientiam peruenisti. Sic illa, quæ ad fidem pertinent, quę nunc videntur difficilia, sicut ꝙ unus Deus in natura, sit trinus in personis, & huiusmodi, quantum ad respiciētes in illo libro vitæ clara sunt, in quo uidentes de nullo dubitabimus. Quod uero nunc dubia uidentur, non est defectus articulorū fidei, qui in se clari sunt, sed defectus est ex parte intellectus nostri, qui (secundùm Philosophum in 2. Metaphificæ) se habet ad maxime intelligibilia, sicut oculus nocturæ ad lumen solis. Sicut non est ex parte solis, quin clare uideatur, sed hoc ex hebetudine uisus accidit. Sic in proposito. Et quia hoc statui carceris nostri congruit, de quo bene operando, & credendo ad claram ueniemus omniū credibilium, & dubiorum scientiam, in uisione enim illa, quæ (teste Christo. Ioan. 11.) fidei succedit. Si (inquit) credideris, uidebis gloriam Dei.

Exemplum.

Ar. 11. ¶In qua auctoritate magna ratio innuitur, quare in Deum fideliter credere deberemus. Circa cuius declarationem 36 tria per ordinem ostendentur. Primo, exempla mouentia nos ad fidelitatem tam Deo, quàm proximo obseruandam, ponentur. Secundo, signa, per quæ cognoscitur uera fidelitas. Tertio, plena debita non obseruantium fidelitatem ostendetur. Primum patet primo per exemplum quod scribit Augustinus de ciuita. Dei. li. 3. c. 20. Quod (uidelicet) Saguntia ab Hannibale obsessa, per fidelitatem, quam Romanis obseruabant, intantum inimicis seruire contra fidem timuerunt, quòd uidētes, ꝙ ciuitas capi debuit, se & sua ineederunt. Ad idem narrat Vegetius lib. 4. de Hannibale Carthaginensium duce, quòd ita dure Casilinum obsidebat, ꝙ unus uendidit murem pro centum denarijs, & uenditor fame perijt, & emptor vixit, nec tamen Romanis fidem debitam frangere uolebant. Si sic seruabant fidē dominis infidelibus, quanto magis nos Deo, & dominis fidelibus, & omnibus christianis fidelitatem obseruare deberemus? Talibus enim exemplis fides nostra semper crescat. (2. Thess.1.) Siquidem in omni arte uidentes alios bene operari, ab eis addiscunt, qui artem illam addiscere indigēt, & artis perfectio in eis crescit, quia quanto plura uident exempla, & quanto diutius artem exercent, ut communiter tanto perfectiores in arte sunt, ita deberet fides crescere in christianis. Et ad hoc eos hortatur Apostolus, quando ait. Fides nostra crescat. Sed (heu) fides, & christianitas, & amor, & charitas crescunt, sicut Luna plena, & sicut equus cęcus. In quorum confusionem potest dici illud Bernar Magna confusio est, ꝙ mali uelocius currunt ad infernum, & ad mortem, quàm nos ad cęlum, & ad uitam, hoc dicit pro illis, qui à christiano feruore, & simplicitate fidei exciderunt. 2. Corinth. 11.

Exemplum. Exemplum. Exemplum.

¶Signa uero quòd homo sit Deo fi- 37
deli, sunt plura. Primo, contemptus terrenorum, qui enim, propter amicum, uel dominum bona sua exteriora negligit, uel expendit, ut dominus suus inde honoretur, uel lucretur, signum est primo, quòd est ei fidelis. Secundo, quòd fidem habet in eo, quòd videlicet sit gratus, & potens ei tantum, uel plus refundere. Ita in proposito signum est quòd tales fidem habent in uerbis eius, qui talibus loquitur. (Lucæ 19. & Matth.

Matth.25.) Euge ſerue bone,& fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis,ſuper te multa conſtituã,&c.Secundo,uexatio,& laborioſa corporis occupatio uſque ad mortem, qui enim firmiter credit de nocte bene recipi & ualere, fortius de die laborat. Sic in propoſito,qui ab illo recipi credunt,qui ait. (Apocal.2.)Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam uitę. Tertio tolerantia perſecutionis, ſeu tribulationis pro Deo,vel amico quocunque.Eccleſiaſt.22.In tẽpore tribulationis permane ei fidelis, ut in hæreditate illius cohæres ſis, hoc etiam iuſtitia requirit, ſicut patet. A.20.7.

38 Exemplum. ¶Quarto in tribus prędictis requiritur perſeuerantia falcones enim & canes prædam uidentes,ipſam fortiſſime ſequuntur, intantum, quòd canes nec ſpinis,nec uepribus, nec dura uia impediuntur, ubi alij, qui ipſam non uident, licet alios ad tempus ſequantur, non tamen ita fortiter nec ita diu, ſed quando parum laſſantur, ſtant, & faciliter impediuntur. Signum ergo,quòd prædam uident, eſt curſus perſeuerantia. Ita in propoſito illi,qui Deum bona fide uident, ſemper ipſum ſequuntur,cum illo,qui ſic eum uidit,& dixit. (Matth.8.) Magiſter ſequar te, quocunque ieris. Perſeuerantia ergo in bonis operibus & laboribus, eſt ſignum ſtabilis fidei. Sic ergo per exteriora uidere poſſumus, ſi permanemus fundati in fide.Col.1.Nota.E.7.16.

¶Sine tali exteriori probatione, & oſtenſione neſcitur,quis Deo, uel homini fidelis.Sicut patet per exemplum Chryſoſtomi ſuper Matth.imperfecto. Homel.56. Sicut (inquit) omnis mulier,quamdiu nõ admonet,à malis hominibus,non bene cognoſcitur,utrum caſta ſit. Si uero admonita conſcientiam uiro ſeruauerit, tunc merito caſta laudatur. Sic eccleſiæ fides non bene cognoſcitur, niſi Antichriſti uenerint ad eam, unde per hanc probationem quærit dominus moraliter cum Salomone, Mulierẽ fortem quis inueniet? Prouerb.31.Sed quòd pauci in tali caſu fideles ſunt,in parte oſtenſum eſt.(F.3.2.& 3.& 7.) de quibus Chryſoſto.Homel.53.Qui(inquit) ante tentationem fidem Deo nõ ſeruat,quomodo in ipſa tentatione erit fidelis.

¶Pęna uero non ſeruantibus fidem Deo, uel hominibus debita, patet per hoc,quod dicitur.ff.de re militari.l. deſertorem.§.ulti.id eſt in Digeſto nouo. lib.11. Qui (inquit) præpoſitum ſuum protegere noluerit,uel deſeruerit,occiſo eo,(id eſt)præpoſito,capite punietur delinquens. Si tanta fidelitas in milite requirebatur mundi, & ſi tanta punitione dignus ſit, non ſeruans fidelitatem Imperatori Saraceno, uel alteri præpoſito,quãto plus iſta cum augmento obſeruanda ſunt in milite Chriſti, erga Chriſtum, & Chriſtianos, qui in fide & patientia hæreditabit promiſſiones. Hebr.6. In illis fides requiritur, qui per dilectionem operantur. de pœni.diſt.2.§.cum ergo, uerſi hęc eſt fides.

¶Aliter fides ei nocebit,quia in damnatione peioris erũt cõditionis, quàm prædicti ſaraceni. Primò, quia plus Deum offendunt (ſicut patet.D.1.18.) Plus offenditur contra ſeruum, uel amicum proprium, qui ei non credit, vel per opera ſe credere non oſtendit, quàm contra alienum. Secundo,quia durius cadunt, & profundius in inferno erunt, quia de altiori cadunt loco, & ſtatu. Tertio, quia plus proximum ſcandalizant. Candela enim prius accenſa, & poſtmodum extincta, fumo ſuo plus nocet, quàm illa q̃ nunquàm fuit extincta. Et arbor *in horto* plantata,ut fructum faciat, *quem ſi non* fecerit, & poſſeſſori nocet, cuius aream inutiliter occupat, & herbis iuxta creſcentibus, quas impedit, à debita maturitate, & pulchritudine, melius ergo eſſet, quòd talis arbor non eſſet. Sic in propoſito (ſicut patet. C.13.11.) Non ſolum, quia ipſe eſt in ſe malus, ſed quia multis ſuo nocet exemplo (ſicut patet. D.1.20.) Idem etiam hiſtoria

Arti.12. 39 Exemplum. Exemplum.

ria oſtenditur, qua fertur de quodam
Exem- infideli fidem ſuſcipiente Chriſtianorum, quòd cum uideret Chriſtianorũ,
plum. ad quos venerat, falſitatem, cogitaret etiam ſuorum, à quibus venit, fidelitatem, obſtupuit, ac doluit. Et cuidam quærenti, quare omnes baptizari nolunt infideles? Reſpondit quòd unum punctum impedit, quod (videlicet) facta veſtra cum lege, & uerbis veſtris non concordant. Audiunt uerba ueſtra ſancta, quibus dicitis uos bonam habere legem, & fidem, quòd & Chriſtus pro vobis natus ſit, & paſſus, & ſola fides ueſtra ſit bona, quòd etiam uos ſoli ſaluamini, ſed uident facta ueſtra plena falſitate, & luxuria, & quòd nec fidem, nec legem tenetis (ſicut patet. F. 3. 17.) Ex quo accidit, ꝙ uerbis ueſtris nõ credunt, quia opera contradicunt, ſed potius verba cum lege deridentur. Sic ergo, qui fidem ſuſceperunt, & non ſecundùm fidem operantur, per opera mala ſubuerterunt quorundam fidem. 2. Timot. 2.

Ar. 13. ¶Quibus fides propria non ualebit, quia alienam ſubuerterunt, quando pę nam ſimul patientur, prius tamen audiendi ſunt tam ſubuertentes, quam
40 ſubuerſi, dicunt enim ipſi ſubuertẽtes, id eſt, mali Chriſtiani, nos ſaluabimur, quia baptizati ſumus, & (teſte Chriſto, Matth. 16.) Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. Quibus primo reſpondetur, ꝙ illud dictum intelligitur, & uerificatur pro his, qui fidem in bonis operibus oſtendunt, ſi ad talem peruenerint, ætatem, ꝙ ſint dolicapaces. Et probatio ꝙ oportet, ꝙ de illis tantum intelligatur, quia ſi de omnibus intelligi debeat, qui ſine operibus credunt, ergo dæmones ſaluabuntur, quia dæmones credunt. Iaco. 2.

Exem- ¶Et propterea ſi auctoritas deeſſet,
plum. ratio cogit, ꝙ ſi cintelligatur, & rationalis conſuetudo, qua uidemus, ꝙ dominus quicunque terrenus, uel etiam populares quicunque, plus reſpiciunt, & ponderant opera, quàm verba, & plus ſecundùm ea iudicant, verbi gratia. Si rex vel alius dominus ſeruum haberet, qui uero eius recognoſcit dominium, & promittit ſe ſemper ei fideliter ſeruiturum, in opere tamen falſe & proditorie ſe habet, nonne uindicat, & iudicat eum ſecundùm opera? Et nõ obſtante ꝙ fidem cogitauit, & etiam promiſit ei ſeruare, quia tantum opera ſunt incontrarium, eum iuſte punit. Sic de illis, qui dicunt ſe noſſe Deum, factis autẽ negant. (Titum primo.) Tales ergo, illud, quod ad eorum maiorem eſt damnationem, dicunt, ad eorum eſſe ſalutem, quia ratione nominis, vel habitus, uel patriæ, quæ frequenter communia cum ſaracenis habent, maiorẽ, quam illi, non patientur damnationẽ. Sed ratione baptiſmi, & Chriſtianitatis, & quia fratres Chriſti facti ſunt, per quę gloriantur, reſpondent ſe à ſaracenis diſtingui, & nobilitari. Sed quia, quod ibi receperunt, & promiſerunt, nõ tenent, maius habebunt tormentum, quanto enim plura promiſit, quæ non tenet, & quãto ſuperiorem tenet dignitatem malus, tanto profundiorem locũ tenebit in pęnis, quia quam promiſerunt, & receperunt fidem, negant. (1. Tim. 5.) Patet ergo, ꝙ tales duobus aſſimilantur trufatoribus, quorum primus cum fidem, quã alteri pro re accõmodata tradiderat, ut ei ad certum reddereret diem, quod ei accomodauerat, in
41 quo die, creditore aſſerente, ſe fidẽ eius habere, requiſitus, reſpondit, habes fidẽ meam hic? habeo, inquit. Cui ille, gaudeo, quia eam tradidi tibi, quia ſi mecũ illam retinuiſſem, illam olim perdidiſſem, nolo ergo eam habere, & liberare, & mihi reducere, ne perdam eam, ſed rogo diu eam cuſtodias tecum. Alius Exem- in conſimili caſu cuidam ſibi dicenti, plum. ꝙ fidem eius haberet. Reſpondit, lętus ſum, quod ſcio, ubi eſt, & quòd in cuſtodia boni uiri habetur, quia prius neſciui, cuſtodias ergo eam bene. Ita illi, quorum fides, & ſpes in alieno opere. i. in paſſione Chriſti, eſt, qui non dolent, quòd in corde ſuo, & opere fidem non habent, neç oſtendunt.

Exem- plum.

Sed

42 Sed gaudent, ꝙ eã in aliena.i. Christi habent custodia, qui uolunt ꝙ Christus fidem illorum custodiat. Sed caueant, quia Christus vbique in euangelio dixit fides tua (.s. quam in tuo corde & opere habes) te saluum fecit, & nõ fides, quã in aliena habes custodia. Patet ergo, ꝙ credere in Deum ad salutem, est, amando in ipsum tendere, de pẽ.di.2. §. ex premissis. ver. in Christum quippe. Secundo tales dicunt, si ex mortuis, &c. sicut patet. A. 26. 25.

43 ¶Secundo respõderunt forte infideles, qui fidem nunquàm receperunt. Primo, ꝙ nos multa indigna, & ignobilia in fide nostra sentimus, sicut quòd Deus fuit natus, & mortuus (sed ad hoc respondebitur in capitulis de natiuitate, & passione Christi.) Quod etiam in cẽna, & in ecclesia in forma panis se dedit. Quibus respondetur. (E. 6. arti. 7. per totum. Nota. A. 12. 16.) Secundo ꝙ illa, quę nos dicimus miracula, per quę fidem nostram bonã esse ostendimus, ipsi forte illusionem dicent esse dæmonum, ad multorum factã deceptionẽ, quam quidem illusionem in lege eorũ exercere nõ possunt, Deo prohibente, quia bona est. A quibus quærendum est, cum omnes infideles de una lege non sint, quare tales non faciunt illusiones in alijs legibus malis, cum solũ una fides, & lex bona sit? quia de uno Deo tantum vna habetur bona, iuxta illud. Ephe. 4. una fides unũ baptisma. Et propterea, si ad Christianorũ deceptionem dæmon talia ostendere potuit mirabilia, quare ad illorum deceptionem, qui per talia ad fidem Christianorum conuertebantur, talia permissus est facere mirabilia? Si enim talia permissus est facere ad Christianorum, quos dicunt malos, subuersionem, talia facere permitti non debuit ad ipsorum, tam legis, quàm gentis destructionem, uel si lex illorum bona est (ut dicunt) quare non ostendit Deus tot miracula infra populum illorum ad illorum sollicitationem, ficut fieri permisit, exempla mirabilia ad ipsorum deceptionem, uel quare non uindicat Deum mortem illorum, tradendo dæmonis, & huiusmodi illos, qui multos illorum uilissima morte occiderunt? Sicut patet supra eo. cap. 22. Sic vindicauit mortem martyrum, principes, & tortores ipsos occidentes, tradendo dæmonijs, & insaniam conuertendo, & morte subita, & turpi occidendo (sicut patet de Egea torquente beatum Andream) & de multis alijs. Si enim dæmon talia ostendit pro martyribus nostris occisis ad illorum illusionem, quare occisores torsit, & occidit? potius enim impugnantes illorum cultum torquere debuisset, si potuisset, quàm defendentes.

Exemplum.

¶Tertio obijcere possunt saraceni, ꝙ persuasiones superius factæ, ꝙ uidelicet, fides aliarum gentium non ostenditur esse bona ex miraculis, quia Deus non ostendit aliqua miracula pro illis, qui sustinẽt uilissima pro legibus suis, non sunt contra illos, sed cõtra Iudęos. Contra quos exempla ponuntur, supra eo. ca. 12. Si namque ipsi talia passi fuissent, Deus pro eis operatus fuisset. Ad hoc sufficit responsio Sancti Augu. de ci. Dei. lib. 1. cap. 15. vbi ponit exemplum cuiusdam, qui durissimam mortem sustinuit pro fidelitate. Ille (inquit) Marcus Regulus à carcere Carthaginensium Romam remissus, sub iuramento per Deos pręstito pro commutatione captiuorum in senatu contraria persuasit, quoniam non arbitrabatur vtile esse Romanæ Republicæ mutare captiuos, propter iuramentum tamen ad carcerem sponte redijt, quem horrendis cruciatibus necarunt. Nec tamen Dij sui, pro quorum fide sic mortuus fuit, ꝓ illo miracula operati sunt, nec tortores occiderunt, ostendentes, ꝙ tã ipse quàm alij ei similes (sicut dicitur. 1. Timo. 1.) Circa fidem naufragauerunt.

44 Exemplum.

¶Filiatio. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 Homines Christigenæ magis esse ex maximo, ac præclarissimo Dei genere, quàm mundi expetere, & optare sanè deberent.

2 Signa, quibus legitimi Dei filij ab illegitimis se cerni & discerni possunt, duplicia sunt.

Quædam enim ad Deum ipsum tantum spectant; quæ quidem bina sunt; cibaria, & correctiones.

3 Quædam vero ad ipsos filios dum taxat pertinent; quæ scilicet septem sunt.

Primum est expressa in filijs patris similitudo.

Secundum est morum patris æmulatio.

Tertium est hostium patris debellatio.

Quartum est societatis intolerandi patris toleratio.

4 Quintum deinde est eleemosynarum largitio, & pecuniarum, ac rerum mutatio.

Sextum est conuitiorum, & iniuriarum, odijque dimissio.

Septimum est, seruitij, & mercedis modus.

5 Merces filij fidelis, & grati, (quæ uera est hæreditas) gnatis infidis, sauis, atque ingratis nunquam præstabitur: plurimæ enim sunt causæ, quibus fit, ut ingratos & rebelles filios parentes abdicare, seu exhæredare quæunt iuxta iura tum cæsarea, tum pontificia.

6 Filij, qui (ut leges ferunt) parentibus in captiuitate mancipatis opitulari, ac subuenire non festinauerint à parentum suorum (si forte ibi è uita decesserint) bonis prorsus amoueantur, & abdicentur: & ex cimiterium ecclesijs, ubi eorum traxerunt, applicentur, atq; ascribantur.

7 Ad hoc, ut quis dignus Dei filius æstimetur, ipsum prius à parentibus instrui, & erudiri in bonis operibus & spiritualibus, & corporeis precium operæ est.

8 Filios contumaces execrationibus, & maledictis parentes nunquam quocunque auerso casu, sectari vel insequi debent; Verum si ipsi eorum uerbis obsequi noluerint, verberibus utique coercendi sunt, nullo tamen tempore furiosè, & iratè maledicendi.

9 Parentes hodie à priscis natorum patribus non parum distant.

10 Exemplo quodã patefit, parentes solum corporum, & non animarum, multum sollicitari, & angi cum æterna eorum, & filiorum damnatione, ut filij præ cæteris post mortem plurimum distetur.

11 Parentes uehementius delinquere, qui maiori amore prolis corpus, quàm animam prosequuntur, uberius exponitur.

12 Parentes magis Natorum corpus quàm animã adamantes, tum sanctorum exẽplis, & propriæ uoluptatis ac lætitiæ, tũ etiã legibus, & decretis ciuilibus, atque diuinis penitus aduersantur.

13 Filios etiã in ægestatis casu parentes alere, ac cibare, eorumue curam gerere, & salusi atque ualetudini, tàm spirituali, quàm corporali consulere, quadruplici iure deuinci, atq; teneri nõ inconcinnè commostratur.

Primò enim claro Christi Dei filij exẽplo.

Secundò plurimorum erga filios collatorum beneficiorum ratione.

Tertiò iuris ciuilis præcepto. (to.

Quarto legis diuinæ, ipsiusq; Dei mãda-

14 Filij parentibus egenis non solum uita superstite, sed eo magis è uita excessis, opem ferre obstringuntur.

15 Exemplo ramorum, qui arboris radices, & stipitem è terra euellunt; conspicuo panditur, filios plures sæuiter, & truculenter persequi parentes, non solum carnales, ob nimiam hæreditatis auiditatẽ eorum interitum citius expetẽdo, sed etiam spirituales, ecclesiæ scilicet Prælatos, Prædicatores, & Cõfessarios.

16 Exemplo Decij filij Imperatoris, imperiũ, patre superstite, reuẽtis, ingratorum, & scelestorum filiorum, atque grauium conditiones innotescunt.

17 Filios inobsequentes & ingratos Deũ, ac parentes uenerazione, benenolentiaque (ut ueros filios decet) nõ prosequentes, sed

ſed ipſos, ad inſtar Dæmonum, atque ferarum inſectantes, & perſequentes, non legitimos Dei, omniumq; filios, ſed Dæmonum ſpurios, (quorum mores æmulantur) appellandos eſſe trifariam oſtenditur.

18 *Primò namque patet experimento, & exemplo trium filiorum, quorum onus tantus legitimè natus erat.*

19 *Exemplo Brutorum, & potiſſimum Catulorum edocemur filios, dum paruuli, & impuberes ſunt, inter ſe magnam contrahere ſocietatem, ingentemuè parentibus honorem exhibere; cum autem adoleſcunt, & ex ephæbis excedunt cõſanguinitatem, et ſocietatem confratrũ contemnere, Deum non timere, & parentes non uenerari; ſed inter ſeipſos rixis valde deſſidere, atque altercari.*

20 *Ad indicandum filium ingratum non eſſe uerum Dei, nec parentum filium, ſed Diaboli; allegatur pulcherrima Patris Rauẽnatis ſentẽtia, exẽplis referta.*

21 *Exemplo Ioãnis Hircani Iudæi Chriſtiani filij parentibus cedere, (dum in ipſos ob bonorum uel dotium diuiſionem iuſtam cauſam habent) ne eis obſint quidẽ tempore deberens.*

22 *Nati omnes (inopiæ caſu, & tempore neceſſitatis opportuno) parentes eorum pauperes diſtituentes, ac negligentes, duplicem animaduerſionem pati merentur, quarum altera temporalis, & altera æterna exiſtit.*

Primò animaduertendum eſt in filios nocentes, & ſæuos quadruplici temporali animaduerſione.

Primò, pœna conſimili.

Secundò, Re pro qua, uel in qua ſunt parentibus ingrati.

23 *Tertio licet à parentibus manumiſſi eſſent; ad priorem tamen obedientialis ſeruitutis ſtatum redigi debent.*

Quartò animaduerſio temporalis eſſe debet in uita.

24 *Vna æterna pœna nefarij filij afficiẽtur Quia idem eis eueniet, quod fruticibus circa arborem creſcentibus, & arbori officientibus, humoremque ad ſe trahentibus.*

FIliatio eſt, Dei, hominis, & dæmonis. Circa quas nouem oſtendẽdi ſunt articuli, tres (uidelicet) circa filiationem Dei, & tres circa filiationẽ hominum, & tres circa filiationẽ dæmonum. Primo oſtenditur, ꝙ quilibet põt eſſe filius Dei, ſi uoluerit. Secundo, quæ ſunt ſigna, per quæ cognoſcitur, quis ſit filius Dei. Tertio, qs ſit effectus filiationis Dei. Quarto, ꝙ filij hominũ ſunt à parentibus diligenter uerbis informandi. Quinto, ꝙ quando ſunt uerberibus caſtigãdi. Sexto, ꝙ in utroque eſt parentibus humiliter obediendũ, & in eis neceſſarijs ſubueniendũ. Septimo, q̃ ſunt conditiones filiorũ diaboli. Octauo, quomõ ſe excuſãt. Nono, pœna eis debita eſt infligẽda.

¶Pro primo eſt ſciendum, ꝙ ſicut Deus vult homines ſaluos fieri, ſi ipſimet hoc uoluerint, ita dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. (Ioã. 1.) his, qui credũt in noĩe eius, cũ dilectione (uidelicet) & cęteris cõditionibus (in cap. immediate pcedẽte) poſitis, ſicut ergo nõnulli multũ affectãt eſſe de magno gñe, & ſi ipſi ad hoc attingere nõ pñt, ſaltẽ volunt, ꝙ filij filiorũ, & filiarũ, de magnis pcreati nobiles reputentur, & tales nobilitates terrenas magnis frequenter emunt expenſis, ita à fortiori ratione plus affectare deberent, ꝙ ipſimet eſſent de genere Dei. Si enim tantum affectãt illã, quã magnam reputant. Ergo maxime deberent affectare maximã nobilitatẽ. Et ſi tantum affectant nobilitatem pro nepotibus, & ſequacib⁹ ſuis, & magnis, illam comparant expenſis, quam forte nunquã uidebunt, quia ante forte morientur, quàm illi de nobilitate gaudeant, uel forte ingrati erunt. A fortiori ratione affectare deberent ſummam nobilitatem, de qua, & in qua ſemper gaudere poterunt, & ſine expenſis cum fide (ut prædictũ eſt) acquiritur. Omnes (inquit apoſtolus. Gal. 3) filij Dei eſtis per fidem. Nota per quæ opera ad hoc attingere poſſunt. N. 1. 23. Arti. 1. Exemplum. 1

Ar.2. ¶Sed quia omnes, quantumcunqſte peccatores, qui non ſunt filij Dei legitimi, ſed purij requiſiti, an filij eſſent? filios ſe eſſe Dei ſperare reſponderent. Ideo præcedenti articulo congruũ vi-
2 detur adiungere ſigna per quæ agnoſci poterũt, qui ſunt legitimi Dei filij. Inter hæc uero ſigna eſt diſtinctio, quędã ſe tenent ex parte Dei, quædam ex parte ipſorum filiorum. Ex parte Dei ſunt duo, cibatio, & correctio, ſicut enim pater filium, ita nos Deus alit, & ſicut filij ad patrem in fame clamant, ita nos ad Deum, dicentes pater noſter, & infra panẽ noſtrum, &c. Sic oculi omniũ in te ſperant domine, & tu das eſcã illorum (in Pſal. 144) Das (inquit) eſcam (ſupple) multis ingratis, ſicut auis parua dat cuculo, qui educatus, & ſatiatus contra matrem ſurgit, ita iſti ſatiati de donis Dei, ipſum intus in camera, luxuria, & extra crudelitatib⁹, impugnãt, more peſſimorũ Iudæorum, qui ſederunt manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. Exod. 32. de quibus. Iſa. 1. Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerũt me. Nota de talibus. T. 5. 30.

Exemplum. Secundo correctio, quia ſicut pater videns plures ad ludum inordinatñ ludere, filium ſuum reprehendit, facto oſtendens illum ſibi pertinere, quem corrigit. Sic in propoſito. Prouerb. 3. Quem diligit Deus corriperit, & quaſi pater in filio complacet ſibi.

3 ¶Ex parte vero ipſorum filiorum multa ſunt ſigna, quorum primum, eſt naturalis in filio ſimilitudo, propter quam filius dicitur, q̃ ſit, ut ille, quãdo enim filius patri aſſimilatur, vulgariter dicitur, ipſe filius patris ſui, uel q̃ pater ſuus eum negare non poteſt, quia genuit filium ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. Gen. 5. De iſta ſimilitudine. Nota. A. 20. 2.

¶Secundo, morũ imitatio, quia ſſequenter accidit, q̃ ſicut filius arma patris portat, ita mores imitatur patris, & filia mores matris, unde vulgariter qualis mater, talis filia eſt, fatua mater, fatua filia. Ezech. 16. Sicut mater, ita filia eius, filia matris tuæ tu es, quæ proiecit virum ſuum & filios ſuos, ſicut ergo de filijs, & filiabus frequẽter contingit, q̃ parentes in malis moribus, & fatuis ſequuntur amoribus. Ita filij Dei in bonis moribus, & amoribus. (Ephe. 5.) Imitatores mei eſtote, ſicut filij chariſſimi. Et ambulate in dilectione, ſicut Chriſtus dilexit uos. Nota. M. 9. 13.

¶Tertio, inimicorum, & repugnantiũ expugnatio, filius iuſtus expugnare ſolet illos, qui iniurias patri faciunt, ſal tem uerbis, vel factis, & nõ habere pacẽ cum illis. Ita in ꝓpoſito, filius Dei uerus ſine fictione inimicos Dei expugnat, & iniurias Dei uindicat. (1. Ioã. 3.) In hoc apparuit filius Dei, (id eſt) hoc ſigno oſtẽdit ſe filium Dei, & diſſoluat opera diaboli. Sed (heu) multi nolunt peccatores expugnare, ne eos offendãt.

¶Quarto, ſocietatis, & paſſionis tolerãtia. Talia Chriſtus pacificè tolerauit. (Matth. 5.) Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur.

¶Quinto eleemoſynarum largitio. i. 4
mutuatio, Chriſtus enim largior fuit Alexandro, qui nõ ſolũ oĩa ſua, ſed etiã ſeipſum dedit, ſic vos benefacite, & mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces ueſtra multa, & eritis filij altiſſimi Luc. 6.

¶Sexto iniuriarum, & odij dimiſſio. Matth. 5. Diligite inimicos ueſtros, ut ſitis filij patris ueſtri.

¶Septimo, modus ſeruitij, & mercedis. Exemplum. Serui enim (ut frequenter) non ſeruiunt gratis dominis, ſed uel timore, vel lucri amore, & pacto cõducti, filius vero bonus gratuito amore, & ſine pacto patri ſeruit Ideo ſeruo excluſo, filio remanet hæreditas. Ita in ꝓpoſito, illis excluſis à cęli hęreditate, qui ſibi quaſi ſerui, ſeruiunt, qa ꝓ mercede, & cõmodo tẽporali, ſicut canonici ſęculares, q Exemplum.
tm̃ ad horas veniunt, qũ diſtributio eſt dãda, ſicut ẽt illi, q ad ſacras veniũt obſeruãtias, ſeu ordines, & ordinantur pp beneficia eccleſiaſtica, vel religionẽ intrãt, vt paſcant, illis, q gratis hoc faciũt, vel ſaltẽ tẽporalia nõ requirũt, nec intendunt

tendũt principaliter, ſed ut ſine quibus eſſe non poſſunt, dabitur hæreditas (teſte Chriſto. Io. 8.) Seruus (inquit) non manet in domo in æternum, filius autẽ manet in æternum.

Art. 3. Exemplum. 5 ¶In quo notatur diuinæ filiationis effectus, quia tanquàm hæres manet in æternum. Largus dominus multos paſcit, ſed filij in hereditate alijs excluſis ſuccedunt. Sic in propoſito, illi de quo. Gal. 4. Quia ſi filius & hęres (& Rom. 8.) Si autem filij, & hæredes, habebunt mortem, & hæreditatis ſeyſinã, quaſi ſomnum. (Iuxta illud. Pſal. 126.) Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas domini, filij merces. Iſta hæreditas, quę eſt merces fidelis filij, & grati, non dabitur peccantibus, & ingratis filijs, & non dilectis. Quia ſecundũ iura ciuilia (quæ colliguntur in autentica, ut cum de appellatione cognoſcitur. §. cauſas. Col. 8. Et habentur etiam in gloſa in decretalibus. li. 2. titu. 24. de iureiuran. cap. quintauallis.) In multis caſibus filij propter ingratitudinẽ hæreditate priuantur paterna. Sunt autem verba legis hæc, cauſas iuſtas ingratitudinis has eſſe decernimus. Si quis parentibus ſuis manus iniecerit, ſi graue, & inhoneſtam eis iniuriam ingeſſerit, ſi eos in criminalibus cauſis accuſauerit, quę non ſunt aduerſus principem, vel rempublicam, ſi cum maleficis cõuerſatur, ſi maleficus efficiatur, uel uite parentum ſuorum per uenenum, aut alio modo inſidiari tentauerit, ſi nouercæ ſuæ, aut concubinæ patris filius ſeſe miſcuerit, ſi delator contra parentes filius extiterit, & per ſuam delationem grauia eos diſpendia ſuſtinere fecerit, ſi pro perſona eius, uel delicto, inquantum poteſt, fideiubere noluerit, ſi eos teſtamentum facere prohibuerit, ſi contra parentum uoluntatem inter arenarios, & minos perſeuerauerit, niſi forte parentes illius fuiſſent profeſſionis, ſi filia luxurioſam uitam elegerit, cum parentes eam pro poſſe dotare, & maritare uellent, ſi parentibus furioſis debitam curam & ſumptus non præbuerit, & extraneus, qui impendit, hæres ſit, ſi parẽtem in captiuitate detentum non feſtinauerit redimere. Nota. M. 9. 27.

¶In iſto ultimo caſu addit lex, 6 quòd nullus ex his, qui neglexerit (ſupple.) parentibus ſubuenire, ſi parentes ibi defuncti fuerint, ad hæreditatem perueniat, ſubſtantiæ uero talium perſonarum ſic ſine hærede defunctarum, eccleſijs ciuitatum, in quibus orti ſunt, applicentur, & nullis alijs cauſis, quàm in captiuorum redemptione expendantur, ut unde illi à ſuis non ſunt redempti, aliorum redẽptio procuretur, & ipſorum quoque animæ ex hac cauſa pijſſima ſubleuentur, hęc ibi. Hæc lex uidetur expreſſe eſſe contra dominos confiſcantes bona inteſtatorum, & naufragorum (de quibus dictum eſt. C. 8. 28. cum ſequentibus. Et F. 1. 37. cum ſequentibus) quia hæc lex manifeſte vult, quod illa bona pro animabus fiant ſic defunctorum.

¶Si in prædictis ingratitudinis caſibus filij ſic contra parentes delinquentes carnales hęreditate priuantur terrena. A ſimili, uel fortiori ratione, qui conſimilia, uel maiora contra Deum patrem committunt, hæreditate priuandi ſunt cęleſti, ſed talia frequenter à nonnullis cõmittuntur contra Chriſtum in ſuis membris, ſcilicet; qui manus in ſuis inijciunt, dum grauiora contra ipſum committunt, qui grauẽ ei iniuriam iurando ingerunt, qui in neceſſitate non ſubueniunt, dum ſuis non ſubueniunt, ſicut enim concedit ſibi fieri, quod nũmis fit, uel datur, ſic à cõtrario cõcedit ſibi negari, quod ſuis negatur. Qui uero ſic Deo negat, & ingratus exiſtit, & ruſticitatẽ contra eum exercet, de filiorũ hæreditate eſt excludendus à Deo, (dicente illud Gen. 21.) Eijce ancillam & filiũ eius, quia (teſte Paulo. Gal. 4.) Nõ erit hęres filius ancillæ i. carnis, & ingratitudinis, cũ filio libere, qui ſcilicet liberas in Deo dando, & ſeruiendo habet conditiones.

Ar. 4. 7 ¶Sed quia in minore addiſcere oportet, quomodo faciendum eſt in maiori, ad hoc, quod quis Dei dignus habeatur filius, prius oportet, quòd à parentibus informetur in bonis operibus, & per eos aſſueſcat, quia ſicut tota arbor, & fructus, & bonitas, & malitia, & defectus, ex trunco, & radice ſurgit, & ſuſtentatur, & ipſis deficientibus omnia deficiunt. Ita in propoſito, qui vult in filijs, & filiabus fructum habere bonum, & bona opera, faciat, ꝙ aſcendat bonus humor, id eſt, informatio bona ad ramos illos, utranque naturam rigando, & regendo more radicum, quę totam arborem ſuſtentant, & nutriunt, ſcilicet, ſpiritualem nutriendo in ſpiritualibus, ſpiritualia præcepta filijs, & familiæ imprimendo (more auium, quæ grana meliora, pullis ſuis portãt) per quæ ſpiritualiter uiuere poterunt. Et corporalibus etiam operibus eos aſſuefaciendo, ut ocium, quod eſt omniũ vitiorum nutrix, & uitia fugiant, & ut in neceſſitate de labore ſuo ſe iuuare ſciant. Exemplo Auguſti Cæſaris (de quo ſcribit Suetonius. li. 2. de 12. Cæſaribus) quòd filiam, & nepotes ita inſtituit, & etiam lanificio aſſuefaceret. Ac nec loqui, uel agere quicquam, niſi palam, non obſtante, quod eos terris ditare potuit, tamen ſic eos informari uoluit, ut ſi ad extremam deuenirent inopiam, arte ſe iuuarent. Sic ergo ſi filij tibi ſunt, erudi eos. Eccleſiaſtici 7. (Nota ad hoc. A. 3. per totum) ſequitur in auctoritate, & curua eos à pueritia eorum.

Exemplum. Exemplum. Exemplum.

Artic. 5. 8 ¶In quo notatur quintus articulus: Ex quo primo dicit (erudi) & poſtmodum addit (& curua) uidetur tantum dicere, & ſi verbis non obtemperent, ſunt verberibus coercendi, nullo tamẽ modo maledicendi. Et ratio hoc dictat, quia per maledictiones non citius corriguntur, ſed potius deteriorantur, quis dicere poſſet, quin puer à parentibus maledicentibus traditus diabolo, peior, quàm parentes, fiet, ad hoc ipſe, cui traditur, cum concitabit, maledicendo ergo ipſos, quia eis nõ obediũt, magis inobedientes faciunt, & peiores. Et corporalibus ipſos exponunt periculis, ſicut patet per hoc, quod ſcribit Aug. li. 22. de ci. Dei. Et legitur in uita Sancti Stephani, de matre maledicente filijs, ex qua furioſi effecti ſunt. Ad idẽ de quodam fertur, ut dicebatur, de mane à parentibus ex iracundiam maledictus, qui exiens domum in quoddam horrẽdum facinus cecidit, quod homines non latebat, qui ſtatim captus, poſtea uerecundiſſima morte perijt. Sunt ergo talia adhibenda remedia, per quæ citius corrigant, & à peccatis & periculis retrahantur, exemplo Iob. 1. qui pro filijs holocauſta obtulit dicens, ne forte peccauerint filij, &c.

Exemplum.

¶In quo facto magna inuenitur differentia inter iſtum Iob, & modernos parentes. Iſte enim cogitatiuus fuit, & diligentiam adhibuit magnam, quomodo filios Deo nutriret, & à peccato retraheret, & diuites in ſpiritualibus faceret. Modernorum vero parentum (ut communiter) contraria eſt diligentia, qui eos mundo nutriunt, & vt ſint in mundo glorioſi, probi, & diuites, multum ſollicitantur. Vnde Chryſoſto. Homel. 17. ſuper illo uerbo. Matth. 20. (Acceſſit ad eũ mater filiorũ Zebedęi.) Matres, quæ corpus natorum amant, animas contemnunt, deſiderantes, eos bene ualere in hoc ſęculo non curantes, quid paſſi fuerit in alio, aliæ malitias ſuis filijs prouident, aliæ honores, nemo filijs ſuis prouidet Deum, perditionem illorum cum magno pretio cõparant, & ſalutem illis nec dono accipere uolunt, ſi uiderint illos pauperes, triſtantur, & ſuſpirant, ſi autem uiderint illos peccantes, nemo triſtatur, ut oſtendant, quando corporum ſunt parentes, & nõ animarum. (Nota. V. 5. 8.) Inſuper, & hoc magis uidetur mirabile, quod hoc non ſolum faciunt ad ſuã magnam ſollicitudinem, & laborẽ, ſed etiam ad ſuam, & filiarũ damnationẽ (ſicut patet. A. 12. 54.) Tales ergo qui ipſos perdunt, vt filios, aut vxores, aut nepotes

9

10

Exemplum.

nepotes ditent, aut nobilitent, ſimiles ſunt cuidam indiſcreto, de quo fertur, ꝙ cum quodam loco poſuiſſet unum dolium uini, quod poſt caput ſuũ amputatum curreret ad ſpatium magnũ, quantum forte arcus iacere poteſt. Et alio quærenti, quid cum uino faceret? poſito, ꝙ illud lucraretur, cum bibere nõ poſſet, & ad quid tam carè emeret, quod ei non ualeret? Reſpondit, vt vxor mea, & filij, & amici illud bibant poſt mortem meam. Sic omnino eſt in propoſito, quia ſicut iſte caput amittere uoluit, & uitam, ut illi cum executoribus biberent poſt mortẽ ſuam. Ita iſti amittunt animam, & uitam æternam. Nota
II A. 27. 52. Iterum hæc ipſorum perditio in ſequentium uertetur ſolatium, finaliter adhuc uideret minus mirabile, ſed non ſolum ſibi ipſis, & etiam proli perditionem acquirunt, ipſos onere ſpirituali, uel temporali ultra uires onerando, uel inordinate diligendo, ſicut faciunt parentes illi, qui in iuuẽtute ꝓlẽ ad artes ponunt, & ad curias nobilium pro educatione addiſcenda mittunt, quomodo uero artem animæ, uel educationẽ, quæ eam ornet, addiſcant, non curant, ſed (quod peius eſt) eos à tali ꝓpoſito reuocant pro poſſe, gaudentes, dũ uident eos cum iuramẽtis, & curioſitatibus, & malis moribus, & diſſolum ſocietate ad patibulum duci inferni, & dolentes, & flentes dum uident eos artem addiſcere bonæ uitæ, quomodo (uidelicet) mundum fugiant, & cum uita ſancta, & religioſa ad cęli palatium perueniant, de quibus Chryſoſto. ſuper illo. Luc. 11. (Si uos cum ſitis finali noſtis bona data date filijs uoſtris.) Si pater (inquit) iniuriam patiatur à filio, iraſcitur, minatur, & caſtigat, forſitã nõ quia ille filius peccauit corã Deo, alioquin ſemper ſic iraſceretur ipſis peccãtibus. Sed quãdo aliter peccãt in Deũ, non curant. Maiorem ergo reuerentiã uolunt ſibi ipſis à filijs exhiberi, quàm Deo. (Contra quos, nota. A. 13. 18.) Errant ergo, q plus ꝓlis diligunt corpus, quàm aĩam, & qui plus uolunt, qđ ſint diuites, & mali, quàm pauꝑes, & boni, qui eos ab igne, & periculo cuſtodiunt tẽporalibus, & ignibus exponunt ęternis, uel curioſe eos ornãdo, uel ad ſpectacula ducẽdo, uel male acquiſitis onerãdo, uel iugo dñi, ordinib⁹ (uidelicet) & beneficijs eos indigne exponẽdo, vel non corrigendo. Et faciunt tam contra ſanctorũ exempla, quàm etiã cõtra ꝓpriũ ſolatiũ, & cõtra iura tã mundi, quàm Dei. Primũ patet in ſancto ſanctorũ Deo, qui de filio ſuo teſtificatur. (Matth. 3.) dicens. Hic eſt filius meus dilectus. Et tñ (teſte Paulo. Rom. 8.) Proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed ꝓ nobis tradidit illum. Exẽplum dans, ꝙ quicunque diligantur, ſunt ſpiritualibus laboribus & exercitijs exponendi, exẽplo matris Dei, quę filium ſuum in tẽplo obtulit. (Luc. 2.) nec legit eum à morte Crucis reuocaſſe, uel uerbis, uel factis pro poſſe impediuiſſe. De ſancto etiã Ludouico legitur, ꝙ cũ filij eius ſatis pulchri corã eo ſemel ſtarent, dixit. Qui iſtos corã me occideret, multũ me offenderet, & tñ ſi quis eos ad mortaliter peccandum induceret, multo plus me offenderet. In libro etiã de apibus legitur, quẽdã cõmitẽ filiũ ſuũ primogenitũ ꝓpter ſtuprum occidiſſe, dicẽs, nõ dimittã poſt me hęredẽ lurconẽ. In iudicio eñ coram Deo, iſti prędiri, qui filios ſuos coxerũt ꝓ Deo caſtigationibus diuerſis, cõtra illos q à talib⁹ laboribus filios ſuos retraxerunt, conqueri poſſunt, ſicut mulier illa. (4. Reg. 6.) cõqueſta fuit corã Ioră, coximus (inquit) filium meum hæc autẽ filium ſuũ abſcõdit. Sed dum hæc faciunt, ut ſolatiũ de filijs ſuis habeant terrenum, uel adiutorium temporale, amittunt æternũ, plus deſiderare deberent eos ſemper ſecum in gaudio habere, quàm hic de eis paruo tempore gaudere. Contra rationem inſuper eſt, quòd plus doleant parentes mortem corporis, uel amiſſionem corporalis oculi, quàm mortẽ animæ, uel amiſſionem oculi cordis. Et ſi parens dicitur homicida corporis filij, qui alimenta negat filio (ſicut

Exemplum. 12

Exemplum.

Exemplum.

patet lib. 2. Infortiati, tit. de agnoſcendis, vel alendis liberis, uel parentibus, uel patronis, lege necare, in qua dicit, ℔ qui alimẽta negat.) Ergo à conſimili ratione, qui alimẽta negatur aĩæ, ipſam necat, quod tanto peius uidetur homicidiũ, quanto aĩa melior eſt corpore, & tanto efficacius tenetur prolẽ uerbo, & exẽplo, à uitijs ad uirtutum ſtudia reuocare, ſicut patet in decreto diſt. 47. cap. ſicut ij. §. neceſſe. Ad hoc etiã Dei, & legis diuinæ præcepto obligãtur. Deutero. 21. Si genuerit homo filium cõtumacem, & proteruum, qui non audiat patris, aut matris imperiũ, & coercitus obedire cõtempſit, apprehendent eum, & adducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portã iudicij, dicentes ad eos. Filius noſter iſte contumax, & proteruus eſt monita noſtra audire cõtempſit, comeſſationibus uacat, atque luxuriæ, & conuiuijs, & lapidibus eum opprimet populus ciuitatis, & morietur.

Ar. 6. ¶Ex hoc, ℔ tam neceſſariũ eſt patri, vel parentibus filium informare, & caſtigare, rationabiliter ſequi uidetur, ℔ 13 filij parentibus in talibus ſint obedientes, eoſque habeant in reuerentia, ſine quibus correctio in eis effectum non capit. Ex dictis etiam ſequi uidetur, ex lege naturę, & mutuæ viciſſitudinis obtentu, & naturalis ſupportationis, quòd ſicut parentes tenentur curam habere prolis. Ita etiam proles in caſu tenetur parentũ curã gerere, tam in ſpiritualibus, quàm corporalibus. Ad hoc enim obligantur, primo exẽplo Chriſti, de quo Chryſoſto. ſuper Ioan. Homel. 85. Moriens (inquit) commendauit matrẽ diſcipulo, erudiens nos uſque ad mortem diligẽtiam eorum habere, qui genuerunt nos. Secundo ratione beneficiorum ſuorum, pro creationis, educationis, nutritionis, & eruditionis. In quibus magnam circa nos diligentiam habuerunt, & laborẽ, & ſine quibus nec fuiſſemus, & pro quibus multum eis tenemur, propter quæ ſacra Scriptura. (Eccl. 7.) nos hortatur, dicens. Honora patrẽ tuum, & gemitus matris ne obliuiſcaris, memento, ℔ niſi per illos non fuiſſes, retribue illis, ſicut & ipſi tibi. Magnam cauſam innuit, quare cura eſt habenda parentum, in hoc quòd dicit (memento.) Si enim ex Dei præcepto quilibet proximo tenetur in neceſſitate ſubuenire, ſine quo homo fuiſſet, multomagis proximiori, uel propinquiſſimis, quibus fortiori uinculo naturæ obligatur, ſine quibus nec fuiſſet in rerum natura. Et illi multum tenemur ex lege gratitudinis, qui nobis membrum, daret, cum illud non haberem, uel reſtitueret amiſſum, quilibet enim recipiẽs beneficiũ diceret ſe ſibi, & omnibus ſuis ſemper obligatum, & ℔ nunquàm cõtra ſe, uel ſuos aliquid in poſtetum attẽtaret, multomagis parentibus obligamur, per quos omnia membra habemus, & omnibus ſuis, id eſt, cognatis, & conſanguineis, ratione patris, & matris, quia illi ſunt rami illarum arborum, ut illis benefaciamus. Exemplum.

¶Tertio ad hoc obligamur præcepto legis ciuilis, quæ vult, quòd in alendo uterque alter tenetur, & pater proli, & proles in caſu patri, ſicut patet lib. 2. infortiati. tit. de agnoſcendis, uel alendis liberis. l. ſi quis. §. ſi uel parens, quòd etiam filius patri tenetur, adhuc ibi lex. §. ſi impubes, in hæc uerba. Si impubes ſit emancipatus, patrem inopem alere cogetur, iniquiſſimum quis merito nõ dixerit, patrem egere, cum filius ſit in facultatibus?

¶Quarto præcepto Dei, & legis diuinæ. Exod. 20. Honora patrẽ tuũ, & matrẽ tuam duplici honore, reuerentiam (uidelicet) exhibendo, & neceſſaria miniſtrãdo ſm magiſtrum in hiſtorijs. Sic ergo filij obedite, & ſubuenite parentibus. (Ephe. 6.) Et ſi iſta præcepta, & exẽpla prolem ligent, uel obligent ad pa- 14 rentes uiuos, quãdo in neceſſitate ſunt, multo magis uidetur eos obligare ad mortuos, qa in maiori ſũt neceſſitate. Sed (heu) multi neutrum faciunt, & illud ad quod plus obligantur, minus faciunt, & pauciores illud implent præceptum, quia licet, quantum ad

ad uiuos, parentes pauperes, aliqui gra ti inueniantur pauci tamen ad mortuos vero pauciſſimi, & incole eius (ſicut patet. E. 8. 6.) ipſi bona conſcientia dicere poſſunt, & altiſſime cantare illud. Pſ. 30. obliuioni datus ſum, tanquã mortuus à corde, non dicit ſolum à manu, quæ pro illis nihil facit; ſed quòd maioris eſt ingratitudinis à corde, ℭ nec de illis ad bonum effectum cogitant. Tales nõ rationales, & gratæ naturæ, ſed herbarum, & arborum ſequũtur cõditionem: de quibus Chryſoſt. ſuper illo. (Matth 19. relinquet homo patrem & matrem &c.) humor de radicibus aſcendit in herbam, de herba autẽ non reuertitur ad radices, ſed ſurſum tranſmittit in ſemen. Sic & amor de parentibus aſcendit in filios, de filiis autẽ non reuertitur ad parentes: Ideo parentes quidem filios diligunt, ſed non ſic diliguntur à filiis, quia non ad parentes, ſed ad procreandos filios tranſmittunt affectũ. Sed non ſolũ iſtis ramis ſimiles ſunt, quia humorẽ, more illorũ, ad radices remittunt. Sed quia etiã, more ramorum radices ſuas de terra eneruant, rami quidẽ iuuenes ſunt, & teneri à radicibus, & trunco educuntur, & nutriuntur, facti magni & ponderoſi truncum ſuum, & radices de terra eradicãt. Sic in propoſito faciunt multi parentibus ſpiritualibus. (i.) Eccleſiæ, & prælatis, & confeſſoribus ſuis ipſos perſequendo. Alij idem faciunt parentibus carnalibus propter terram, & hæreditatem cupiditatem, illorum mortem deſiderando (quantũ in eis eſt) dum illorũ mortem affectant, eos de terra viuentium eradicant, quorum cuilibet dicitur in Pſ. 51. Et radicem tuam de terra viuentium ſupple euellas, & illas radices in terra mortuorum .i. in cœmeterio profundius plantant, ne iterũ cadant, ℭ ſi adeo cito, ſicut vellent, non eradicentur. Interim eos circa diuiſionem terrarũ, & dotiũ, placitis, & rixis, & tẽdijs & amaris verbis affligũt. Maledicti rami infernales: omnibus ramis naturalibus peiores: quia contra radices pugnant. Et tamen cum mortui fuerint quaſi eos dilexerunt, plangunt, & occiſos vindicant, de quibus Gerardus Cambrenſin itinerario ſuo per Vualliam li. 2. Parẽtes (inquit) viuos maxime propter ambitionem vſque ad mortem perſequuntur, mortuos autem ab ipſis interemptos totis viribus vlciſcuntur, plus ad propriam oſtentationem, quam defuncti vtilitatem, & fictè plangentes plus gaudent, quam doleãt, plus dolerent ſi ſcirent eos ad uitam redituros, quam de hoc ℭ tranſierunt quia ex quo ipſi in immobilibus intrauerunt, & mobilia ſpoliauerunt, pauci ſunt, qui vellent, quòd defuncti parentes redirent, immo ſi redirent, niſi portarent diploma Regis, melius pro eis loquens, eos ad priſtina non admitterent, nec aliquo modo eis omnia reſtituerent, imponerent enim eis, quòd ipſi non eſſent, & potius corpora illorum membratim partirent ſi ſcirent eos ad uitam redituros, & bona illorũ vendicaturos, ſicut fecit ille Euilmoradac (de quo recitat magiſter in hiſtoriis ſcolaſticis ſuper Dan. in tertia viſione,) ℭ cum regnare cepiſſet poſt mortẽ patris ſui Nabuchodonoſor timẽs, ne reſurgeret pater ſuus, qui de beſtia redierat in hominem. Cadauer patris effoſſum, diuiſit in trecentas partes, & dedit eas trecẽtis vulturibus. Et ait ad eũ Ioachim ſocius ſuus. Nõ reſurget pater tuus, niſi redeant vultures in vnũ. Nota te verba (cũ regnare cepiſſet, &c.) noluit enim tũc patrẽ redire, ne regnare ceſſaret, plus voluit regnũ, ℭ patris vitã. Sic in propoſito illi qui parentes mortuos mendaciter plangũt. (De quibus. Pſ. 61. filij hominũ:) mendaces vani quantum ad deſideriũ ℭ habẽt dominãdi, & de bonis paternis occupãdis, & mẽdaces ĩ planctu, quẽ pro eis defunctis faciũt, de quibus. Sapien. 3. nequiſſimi filij eorũ.

Exemplum.

Exemplum.

Gerardus.

15

Exemplum.

¶ Parentes verò defuncti hanc ſuorũ ingratitudinem experientes dolentes dicere poſſunt illud (Tren. ulti.) hęreditas noſtra uerſa eſt ad alienos, domus noſtra ad extraneos. i. ingratos. 16

¶ Multum

¶Multum diſcrepant iſti filij prædicti à conditione bonorum filiorum, de quorum numero ille erat (de quo Exemplum. ſcribit Valerius maximus lib.7.) Cum (inquit) Decius Imperator Decium filium ſuum Imperiali diademate proponeret inſignire, renuit filius, dicens, uereor, ne factus Imperator, deſiſtam eſſe filius. Malo non eſſe Imperator, & humilis filius, quàm Imperator, & filius indeuotus: imperes pater meo imperio, donec humiliter parere ſciam Imperatori.

¶ Nam parentum effectum exuit, qui mole ſuper poſita filium extinguit, prius enim alendi ſunt pueri, & cum præceſſerint, quos præcedere debent, inuite aſcendant. Iſte noluit dominiũ cum vita patris, ne patri fieret aut reputaretur ingratus. Iſti tantum affectant dominium, quod cum illud viuente patre habere non poſſunt, mortem illorũ volunt, de ingratitudine nihil cogitantes, quia tamen, ut communiter, omnes filij, dum iuuenes ſunt, parẽtibus ſunt obedientes, eisq; multum promittunt gratitudinem, quando nullam oſtendere poſſunt in opere. A qua quidem, cum illam oſtendere deberent, mendaciter alienantur, cõgruè poſſunt de eis parentes dicere illud. Pſal. 16. filij alieni mentiti ſunt mihi. Alienos eſſe uocari poſſunt, quia licet ſui ſint natura, alienos tamen ſe oſtendunt in opere, & non ſuos, ſed diaboli. De quibus. Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis.

Arti. 7. 17 ¶ In quo ſeptimus notat articulus. Tales, qui honorem, & amorem Deo, & parentibus in affectu non demonſtrant, nec ipſos, ut deberent, bonis operibus obſequũtur, ſed potius more peſſimorum animalium, & dęmonũ perſequuntur eisq; ingrati fiunt, non Dei, uel hominum, ſed potius dęmonum (quorum mores imitantur) filij dicẽdi ſunt: Sed multi ſunt tales ergo, &c. Maior probatur tripliciter. Experimẽto, & lege ciuili, & lege Dei.

¶Antequàm ad experimentũ procedatur, oportet vnum ſupponere, & prę-

mittere, quod, uidelicet, inter parentes, & prolem, eſt quædam uis naturalis, ſuper naturæ vnitatem, & cõmunicationem fundata, quæ eos plus adinuicem ligat, & vnit in naturali affectu, quàm remotos ſanguine, & natura.

¶Hac vi, & affectione mater filij viui. (3. Reg. 3.) potius petiuit, qđ filius Exemplum. alteri daretur quàm occideretur, hac vi agnus inter mille oues matrem ſuã eligit, & cognoſcit, pluſquàm ei, quàm alijs afficitur, & citius ei occurrit, hoc Exemplum. ſuppoſito. Arguitur ſic, ſi filij ſint iſtorum, ergo naturaliter eis afficiuntur, ergo (à deſtructione conſequentis) vbi non naturaliter eis afficiuntur, non ſunt filij illorum, quorum creduntur, ſed ſpurij ab alijs generati. Tali experimento ſinuenti fuerunt (ut quædam hiſtoriæ habent) duo nõ eſſe filij eius, cuius putabantur. Mater tres habẽs filios marito ſuo dixit, de tribus filijs no Exemſtris, ſolus vnus eſt tuus. Noluit enim plum. falſum facere hæredem, ſed antequàm filiũ uerum nominaret, mortua eſt, cito poſt pater moriens, amicos admonuit, quod caute agerent ad cognoſcẽdum, quis uerus eſſet filius, & ut ei totam darent hæreditatem, & patris bona, iudex uerò diſcretus corpus patris defuncti erexit, dicens illis tribus filijs, quod qui melius, & propinquus ad cor patris ſagittaret haberet hæreditatem. Primus prope. Secundus propinquius, & profundius illud tetigit, Tertius uerò dixit, quòd potius totam dimittere hæreditatem, quàm ad patris 18 corpus ſagittaret. Illi ergo adiudicata fuit hæreditas, quia naturalis horror, & timor corpus patris ſagittandi eum oſtendit, illius uerum eſſe filium. Et horror, qui in alijs non fuit, oſtendit ipſos non eſſe filios iſtius. Sic in propoſito loquendo de illis, qui putantur, & dicuntur filij eſſe ſummi patris Dei. Si eum ligatum ad crucem iuramentis ſagittent, ſicut faciũt quotidie aliqui, per caput, oculos, & pedes iurãdo. Alij plus ad cor appropinquantes, immo cor pęcutientes, per precioſum cor Dei iurã-

tes.

tes. In hoc facto oſtendunt ſe non eſſe filios Dei, quia nõ abhorrent eum ſic detur pare, nec iſtis debetur cęleſtis hæreditas, ſed illis, qui huiuſmodi abhorrent. Idem etiam patet de filijs, qui putantur eſſe aliquorum patrum carnalium, ex hoc, quod ingrati & tędioſi eis ſunt, oſtendunt, ſe ad illos non pertinere, quantum ad naturam: hæc eſt legis præſumptio. C. de poſtliminio, & redemptis ab hoſtibus, lib. 8. vnuſquiſq; nec enim (inquit) ſuum dicere poterit, quem pereuntem contempſerit. Totus uerò iſte argumentandi modus confirmatur per legem Dei. (Ioan. 8.) ubi Chriſtus ſic contra Iudæos arguit, ipſi dixerunt ſe eſſe filios Abrahę, Chriſtus uerò contrarium oſtendit, per hoc, qđ opera Abrahę non fecerunt (q.d.) ex quo affectu, & effectu Abraham nõ ſequimini, ſed diabolum, non eſtis Abrahę filij, ſed diaboli, filij Belial abſq; iu-
19 go. (Iudi. 19.) ſic uidetur oſtenſa maior. Nota. M. 9. 41. Minorem quotidiana oſtendunt experimenta, bruta enim
Exemplum. dum à parentibus lac, & alimentum accipiunt, eos cognoſcunt, quo ceſſante eos contemnunt, & cum eis pugnant.
Catuli. Catuli etiam in iuuentute inter ſe, & cum parentibus ludunt, magni uerò effecti, ac roborati pro eſſe cum parentibus inter ſe pugnant. Sic, phdolor, filij tam nobilium quàm pauperum, parui ſimul nutriti in curijs principum, uel parentum, inter ſe magnam habent familiaritatem, & ſocietatem, & parentibus magnamq; exhibent reuerẽtiam, ſed magni facti, ita cupiditate, & ſuperbia excęcantur, ꝙ nec ſocietatẽ, nec cõſanguinitatem agnoſcunt. Sed aliquo concupiſcibili inter eos oſtenſo, nec Deum timent, nec parentem reuerentur, nec inter ſe pacem habent. Et non ſolum pro magnis, ſed etiam pro paruis, ſicut filij pauperum, contra Deum, & parentes, & inter ſeipſos rixas habẽt & contentiones. Quanti uero hoc ſit
Exemplum. periculi oſtendit miraculum, quod ſcribitur li. 7. hiſtoriæ eccleſiaſticæ de duobus fratribus adinuicẽ litigãtibus, pro piſcatione cuiuſdam ſtagni, ad quos ueniens Gregorius Cęſarienſis, cum eos reprehendiſſet, quod animas pro piſcibus perderent, rogauit Deum, ꝙ in illo loco nunquàm piſcis, uel aliqua aqua appareret, quod & factum fuit, vnde in eodem loco eſt campus frugum ferax, vbi antea fuit ſtagnum nauium fœrax, non ſimus ergo de illis. (Can. 1.) filij matris meæ pugnauerunt contra me.

¶Iterum tales uiperis aſſimilantur, 20
qui dum pariunt, occidũtur partu ſuo, Exem-
& ſerpentibus (ſicut patebit infra. c. de plum.
ingratitudine.) Sequitur ergo concluſio, quod tales non Dei, uel hominum, ſed diaboli filij ſunt, qui in Cœlo creatus contra Deum patrem ſuum, & contra fratres ſuos (id eſt) bonos Angelos ꝑliabatur (ſicut patet. A. 22. 2.) hãc autem cõcluſionem confirmat exemplis Petrus Rauennas in quodam ſermone. Auellos (inquit) radium à Exem-
Sole, & radius non lucet, riuulũ à fonte, plum.
& areſcet, ramum ab arbore, & excicatur, membrum à corpore, & putreſcit, ſepara filium à deuotione paterna, & iam non eſt filius, ſed eſt collega illorum (de quibus Ioan. 8.) vos ex patre diabolo eſtis, & illius filias eis copulauerunt ſicut patet. F. 1. 30.

¶Ex tota iſta deductione patet, quod filij parentibus ingrati matres ſuas, & etiam ſtatum propriũ male diffamant, quia in hoc uidentur oſtendere, quòd non ſunt filij eorum, quorum eſſe putantur, de quibus congruè ad propoſitũ dicitur. (Eccleſiaſtici. 3.) quàm malæ famæ eſt, qui relinquit patrem illũ, ſcilicet, putatiuũ, & maledictus à Deo, qui exaſperat matrem. Tu ergo fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & ne contriſtes illum in uita illius: Et ſi defecerit ſenſu uęniam da illi, & ne ſpernas eum in tua uirtute. Eccleſiaſtici 3.

¶Ab iſta parentum turbatione non- Arti. 8.
nulli ſe excuſant dicentes, ſe in cauſis, 21
quæ inter ipſos, & parentes aguntur eis caterras, & doces, & huiuſmodi, iuſtitiã habere, parentes uerò iniuſtitiam. Et ponatur, quòd ita ſit, tamen deberent potius

potius ad tẽpus,iuti ſuo cedere , quam illos grauiter offendere:exemplo Ioannis Hircani (de quo verba recitantur Ioſephi in fine hiſtoriæ. 1. Macha. 1.)ꝙ Ptolomæum , qui patrem eius Simonem occiderat,& matrem eius, & duos fratres tenebat in vinculis in quodã caſtro,obſedit cui cum fortiter appropinquaret, matrem eius , & fratres ſuper muros vſque ad ſanguinis effuſionem cedebat , fractus uero pietate . Ioannes ab impugnatione ſe temperabat:matre tamen reclamãte, ne pro ſe fineret ſceleſus Ptolomæi inultum.Ecce iudæus ille,quod iuſte inceperat, & iuſte exequi potuiſſet , ne tamen mater grauaretur, & fratres dimiſit . Quanto magis Chriſtiani , ne peioris conditionis ſint iudæis inſtabiles cor excæcatũ auaritia habentes,maledictionis filij.Pe.2.

Exemplum.

Artic.9. 22 ¶In quo talium innuitur pœna,quia deſpicientes parentes,maxime neceſſitatis tempore, duplicem merentur maledictionem, & pœnam ſcilicet temporalem,& æternam(ſicut patet in decreto.86.di.c.in ſingulis.§.cæterum,in fine.) Et non ſolum parentes carnales : ſed etiam ſpirituales , ibidẽ 2.q.7.qualis . Quantum vero ad pœnam temporalem dupliciter puniendi ſunt. Primo in pœna conſimili,quia ſicut ipſi parentes exaſperant,& grauantur , ita ipſorũ proles miniſtrabit illis(ſicut patet A.3. 18.) Et iuſte quidem,ut de eis verificetur illud in Digeſto veteri.li.2.ꝙ quicquid iuris in alterũ ſtatuit eo ipſe vtatur . Secundo in re pro qua,vel in qua, eſt parentibus ingratus pro qua, ſicut ſi ingratus ſit eis , & durus ut filios proprios,quos inordinate diligit,ditet,vix de illis gaudebit , quia amaritudinem de eis ſentiet . Et iuſte quidem,vtpote q eos non correxit,nec bonis ditauit moribus , ſed diuitiis,&c.quomodo bonos mores in eis meteret, quos non ſeminauit?quomodo ſemen de ſacco extraheret,quod ibi non poſuit?Talem ergo fructum oportet eos in eis colligere,& ab eis recipere , qualem in eis ſeminauerunt,& plantauerũt. Eccleſiaſtici 30. Lacta filium tuum, & pauentem te faciet.Ne ergo iocunderis in filiis impiis ſi multiplicentur , nec oblecteris ſuper eos.Melior eſt vnus timens Deũ,quam mille filij impij. Et vtile mori ſine filiis , quam relinquere filios impios in qua ſicut patet de illo , de quo fertur, quod patre ad oſtium pulſante, filio cũ vxore in menſa exiſtente , qui gallinã ante eos habebant, & filius in ciſta abſcondit , antequam pater famelicus intraret, poſt cuius receſſum cum filius ad ciſtam ipſam recepturus rediret, in ſcutella ſerpentem inuenit,qui collum eius cingens illi multis diebus adhæſit , manifeſtam Dei oſtendẽs vindictã in filios diffidentiæ.Ephe. 5.Tertio ta- 23
les à parentibus manumiſſi,vel à patria poteſtate exempti : iterum ad priorem ſtatum redigendi ſunt . Codice li.8.ti. de ingratis liberis.l.unica . Quarto in uita, quia tales rationabiliter breui uiuent tempore,ſi illi,qui parentes in affectu & effectu honorãt longam habebunt.(Iuxta illud.Exo.20.)Honora patrem tuum & matrem tuam, ut &c.Ergo à contrario ſenſu, non honorantes, non erunt longæui ſuper terram:Et iuſte quidem,quia ſicut propter ingratitudinem alio bona fortunę reuocãtur, vel illis priuantur (ſicut patet.F.3.14. & 15.& E.5.4.& ſupra.e.c.5.Et ſicut patebit infra. G.4.21.& P.2.articulo 8.) Ita bonis naturæ & uita iuſte priuari poteſt,quia Deo & parẽtibus , à quibus accepit hæc , ingratus exiſtit, propter hoc uiri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos : in Pſ.54.Quantũ 24
vero ad pœnam æternam,vna eis ſufficiet : quando fiet de eis ſicut fit de fructibus , qui circa arborem creſcunt , & humorem ad ſe trahunt , & arbori nocent,ipſumque fructum impediunt,vſque dum ab hortulano in ignem mittantur . Ita filij ingrati circa parentes creſcentes, qui bona illorum furantur, & ad ſe quicquid poſſunt trahunt,eisq; multipliciter nocent , eosq; depauperant , malas ſocietates ſectando , & comeſſationibus uacando , quos hortola-

Exemplum.

nus

nus noſter Chriſtus abſciſos in ignem mittet. (Matth. 25.) quia Deo, & parentibus ingrati exiterũt, propter hoc venit ira Dei ſuper filios diſſidentiæ. Col. 3. de quibus Amos. 7. Filij tui, & filiæ gladio cadent.

¶Fortitudinis. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Fortitudo duplex eſt, ſpiritualis, ſcilicet, & corporea, quæ duplici hominum naturæ non inconcinne correſpondet: ſpiritualis vero fortitudo ſatior & melior exiſtit.*

2 *Fides in ſpirituali ædificio fortitudinis fundamentum eſt: ſpes ædificium erigit, & allicit homines ad fortiter operandum, charitas illud amplificat dilatas, & durabile reddit.*

Iuſtitia verò in recto ſtatu præſeruat.

Aſtius ædificij ſpiritualis erecti & dilatati muri fortiſſimi ſunt abſtinentia & caſtitas.

Perſeuerantia demum præfata omnia conſeruans ad bonum finem perducit.

3 *Duo potiſſimum cenſentur eſſe, quæ ad hanc ſpiritualem fortitudinem accingendam vel induendam nos inducunt.*



Ortitudinis. Primo, oſtendenda eſt diſtinctio. Et adnuicẽ comparatio. Secundo, quomodo fortitudo ſpiritualis, ſpirituali uirtutum officio comparatur, & quomodo illud roborat. Tertio, quòd duo ſpiritualem ſuadẽt fortitudinem.

Artic. 1. 1 ¶Quantum ad primum eſt, ſciendum, quòd duplici hominis naturæ cõgruè duplex correſpondet fortitudo, per quam ſuum finem conſequi, & aduerſa propellere poſſit. Sed ſpiritualis potior eſt, quia naturæ meliori congruit, ſed ambæ ſimul prævalent, vna verò ſcilicet corporalis, ſine alia obeſt poſſeſſori ſuo, & potius infirmitas eſt dicẽda, de qua beatus Gregorius (li. 7. moral.) reproborũ fortitudo eſt tranſitoria, ſine ceſſatione diligere, contra flagella conditoris inſenſibiliter perdurare, ab amore rerum temporalium, nec ex aduerſitate quieſcere, ad inanẽ gloriam etiam cum uitæ detrimento peruenire, maliciæ augmenta exquirere, bonorum uitam non ſolum uerbis, & moribus, ſed etiam gradijs impugnare, in ſemetipſis ſpem ponere, iniquitatem quotidie ſine ullo deſiderij defectu perpetrare.

¶Quis non diceret illum debilem, & infirmum, qui omnium uentorum impulſu caderet? multo infirmior eſt, & debilior, qui, vt prædictum eſt, omni tentationis tactu de uita recta propellitur, & omni uento portatur, ad modum fauillæ. Iſa. 1. Fortitudo noſtra, tanquàm fauilla, ponamus ante mentis oculos duo, quorum vnus eſt fortis ſpiritu: alius uero dicitur fortis corpore, primus cum illa fortitudine operari poteſt, quę habent cauſam effectiuam, quæ ſcilicet, de ſe bona ſunt, ſicut ieiunare, orare, & eleemoſynas facere, & huiuſmodi. Exemplum.

¶ Et alia multofortius aggreditur, quàm illi, qui ſunt corpore fortiſſimi, quia illi non ſunt potentes, niſi in his, quæ habent cauſam defectiuam, ſcilicet in uicijs, ut patet per uerba prædicta beati Gregorij.

¶Hoc etiam quotidiana docet experientia, qua uidemus quod fortitudo ſpiritualis facit vnam uetulam corpore debilem, promptiorẽ eſſe, & fortiorem ad opera ſpiritualia, quàm ſit fortior homo patriæ, qui eſt corpore fortis, & ſpiritu debilis, quia tales ut communiter in aggreſſu bonorum operũ ſunt timidi. Exemplum.

¶Tum ergo fortitudo potius dicenda ſit in his, quę habent cauſam effectiuam: quàm in his, quæ habent cauſam defectiuam, cũ etiam fortis potius dici ualeat, qui aduerſarium ſuum uincit, quàm qui ab eo vincitur patet, qđ debilior homo patriæ ſi ſit fortis contra diabolum, fortior reputat incuria Dei, q̃ fortior Giga regni, in fine nulla erit

Digitized by Google

la erit inter eas comparatio, quia fortitudo eorum dissimilis; Hiere. 23. Nota M. 11. 44.

Ar. 2. ¶In ædificio vero spirituali, fortitudo fidei fundamentum est, quia totum ædificium fundat, & portat, & fortificat contra tentationes, sicut bonum fundamentum, domum contra ventum. Hebre. 11. Fortes facti sunt in fide fundamentum aliud nemo potest ponere. 1. Cor. 3. quia sine fide impossibile est placere Deo. Ad Hebre. 11. Spes ædificiū erigit, Isa. 40. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, quia de fortitudine ista inferiori, & temporali ascendent ad æternam. Spes etiam fortiter facit operari: sicut spes magni lucri terreni. Charitas vero, quia omnes recipit, ædificium illud largum facit, & durabile, quia fortis, vt mors, Dilectio. Can. 8. Iustitia illud iam erectum & dilatatum in recto statu conseruat, sicut rectitudo columnarum domū supportat, & à casu præseruat. Prouerb. 15. domus iusti plurima fortitudo. Abstinentia, & castitas in isto ædificio fortissimi ianitores vel fortissimi muri sunt, quia omnia immunda, & omnes immundos à corde, & corpore excludunt. Prouerb. ulti: Accinxit fortitudine lumbos suos. Perseuerantiæ fortitudo omnia prædicta conseruat, & ad bonum finē perducit, quia illa est leo, de quo Prouer. 30. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. Illam verò fortitudinem spiritualem, seu illud ædificium spirituale, tam fortiter ædificatum, in quo omnes prædictæ includuntur fortitudines, describit beatus Grego. 7. moral. Iustorum (inquit) fortitudo est, carnem uincere, propriis uoluntatibus contraire, delectationem uitæ præsentis extinguere, huius mundi aspera pro æternis præmiis amare, prosperitatis blanditmenta contenere, aduersitatis metum corde superare.

Exemplum.

Gregorius.

Ar. 3. ¶Hanc autem fortitudinē duo suadent. Nobilitas prolis, quia sicut ex corporali fortitudine nascuntur superbæ pugnæ, homicidia, & huiusmodi sic proles nobilissima, ab ipso generata, qui dabit uirtutem & fortitudinē plebi suæ. In Psal. 67. Secundo, fœcunditas mercedis, si milites mundi multa fortiter aggrediuntur, spe uanæ gloriæ uel mercedis, temporalis. A fortiori ratione milites Dei deberent fortiter aggredi dignos fructus pœnitentię in seipsis, & proximorum cooperari saluti: spe ueræ gloriæ, & mercedis æternæ, in qua pro fortitudine hic cito exacta, semper erit fortitudo & decor indumentum eius. Prouer. 31. illa, scilicet, de quo (in Psal. 17.) Dominus fortitudo plebis.

¶Fraternitatis. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Fraternitas gemina est nempe carnalis & spiritualis: Tribus verò ex causis spiritualis carnali melior fortior, & purior esse ducitur.*

Primo quia in meliori charitate fundamento innitisur.

Secundo quia, malo & vitio non admiscetur, ne vllum malum vnquam secum patitur.

Tertio, quia actum insigniorem, ac præclariorem possidet.

2 *In spirituali præcipuè fraternitate frater erga fratrem tria cōferre beneficia & officia & gratitudines, quæ tribus ingratitudinis generibus in carnali fraternitate crebriùs permanentibus obijciuntur penitus est deuinctus. Prima gratitudo est in opere, secunda in ore, & tertia in corde.*

3 *In ficta fraternitate, & amicitia carnali quantum ad opus tria sunt mala.*

Primum est, quod non est pax cum fratre, cum quo alter cum altero in iudicio contendit.

Secundum est malum, quòd unus alij non succurrit, sed tantum amici diuitem, uel fratrem, & parentē opulentum uenerabitur.

Tertium malum est quòd consolationis socij libenter esse nolunt, sed nec tribulationis,

lationis, & arumnarum.

Tria etiam sunt, quæ ueram fraternitatem, firmamque benevolentiam præ se ferūt, scilicet, Dare, facere, & sustinere.

4 *Quoad actum oris: fraternitas uera tria bona exigit, quæ tria mala deijciunt in ficta amicitia posita.*

5 *Quantum ad cordis actum, vera fraternitas tria itidem bona requirit, quæ tribus pariter malis in ficta amicitia collocatis opponuntur.*

6 *Religiosi amicos ad eorum fraternitatem recipientes, ut uerā actu fraternitatem ostendant, fictā excludentes, sic eos suscipiunt: ut omnia bona opera Religionis inuita, & in morte percipere ualeant.*

Secundò oris fictam fraternitatem deijciunt, eorum amicos recipientes ad omnia bona, quæ ab ipsis ore fiunt.

Tertiò, ut ueram quoque cordis fraternitatem commostrēt, participationem potissimam omnium Meditationum, & bonorum studiorum eis pœnitus donant.

7 *Veræ fraternitatis receptores, & amatores magnum emolumentum, & fructū inde afferunt.*

8 *Qui uera amicitia, ac fraternitate bonorum utitur, ingentem capere utilitatem ex uera talium societate, exemplis quorundam elegantibus elucidatur.*

FRaternitatis. Primo, ostendenda est distinctio, & adinuicem comparatio. Secundò quæ ad ueram fraternitatem requiruntur. Tertiò, quis uere fraternitatis effectus.

Arti. 1. ¶Ratione primi est sciendum, ꝙ fraternitas duplex est: Carnalis videlicet,
1 inter illos, qui eiusdem sunt originis, & naturæ, sicut illi (Gen. 42.) Fratres sumus uno patre geniti. Alia spiritualis, quæ est inter illos, qui spiritualiter se diligunt, & mutuo se iuuant, quomodo Christus discipulos suos fratres vocauit. Ioā. 20. vade ad fratres meos, &c. Secunda est melior & fortior & purior propter tria. Primo, quia fundatur super fortiori, & meliori fundamento, scilicet, super charitate, de qua Ro. 12. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, quanto charitas melior, & pręciosior est, quam caro, tanto melior est fraternitas charitatis, quam carnis. Secundo purior, & melior est, quia nullum malum secum patitur, nec malo admiscetur. Carnalis enim fraternitas quandoque lites, & contentiones secū patitur, quia quandoque fratres carnales talia inter se mala habent; sicut patuit de primis fratribus, Abel, videlicet, & Cayn. de quibus Sapien. 10. per iram homicidij fraternitas deperiit. In spirituali uero nihil tale inueniunt: nisi solum in amore fraternitatis charitatem. 2. Pet. 1. Tertio, quia actum habet nobiliorem. Actus fraternitatis carnalis, vt communiter, est plus diligere carnem, & minus spiritum (sicut patet. F. 5. 9.) In fraternitate vero spirituali, ęconuerso est: præcipue competit illud, prima Pe. 2. fraternitatem diligite.

¶Et licet in utraque, in secunda tamen præcipue frater fratri ad tria obligatur, & tenetur beneficia contra tres ingratitudines, quæ frequenter in carnali inueniuntur: Inter fratres nanque carnales & inter illos, qui de iure amici esse deberent, quandoque triplex mala inuenitur conditio, & ingratitudo. Prima est mala, quando non vult bonum pro bono in opere reddere, nec benefacere suo benefactori. Arti. 2. 2

¶Secunda est peior: quando nō uult benefacere, nec bene loqui de illo.

¶Tertia est pessima, quando nec opinatur nec loquitur, nec bene de illo cogitat, sed vel totaliter eum obliuioni tradit, vel malum de illo cogitat, de tali fraternitate (Mic. 7.) vir fratrem suū venatur ad mortem. Et Hiere. 9. vir fratrem suum deridebit, & ueritatem non loquetur. Ideo in omni fratre suo non habeat fiduciam. Contra has vero tres ingratitudines in fraternitate ingrata, In fraternitate spirituali tres inueniuntur gratitudines, una in opere contra primam.

primam. Secunda in ore. Tertia in corde, contra ſecundam, & tertiam. Quãtum uerò ad actum, uel opus, uera fraternitas tria requirit contra tria mala, quæ inueniũtur in anima, in opere non oſtenditur pax: quia (teſte paulo. 1. Cor. 6.) frater cum fratre in iudicio contendit, in iſta uerò vnus cũ altero pacifice uiuit, ſicut membrum cũ membro, ſicut ergo Medicus, qui vult, quòd patiẽs diu viuat, nititur, inter humores pacem facere, & ædificator, qui vult q̃ domus debita compoſitione p̃ſeruetur à ruina, ligna, & lapides artificialiter concordare conatur: ita quilibet in fraternitate ſpirituali, dicens illud (Gen. 13.) Me quæſo iurgium ſit inter te, & me fratres ſumus.

Exemplum.

¶In ficta uerò fraternitate ſecundũ malum eſt, q̃ vnus alteri nõ ſubuenit, ſed diuitem fratrem, uel parentem honorat, & de eo glorianter loquitur, & audit, ſicut Mula, quæ computando, & narrando de parẽtela ſua ſemp dextrarium patrem, & nunquàm Aſinam matrem nominauit, ſed potius contẽpſit, ita in propoſito auunculum, uel parentem potentem nominant, pauperẽ verò patrem, uel fratrem erubeſcunt, & contemnunt. Prouerb. 19. fratres hominis pauperis oderunt eum econtra boni fratres mutuo ſe iuuant in ijs, in q̃bus poſſunt (ſicut patet. C. 12. 9.) de q̃bus ſigillatim uerificatur illud. 1. Machab. 3. Et adiurabunt eum omnes fratres eius.

Exemplum.

3 ¶Tertium uerò malum eſt in ficta, & falſa amicitia, ſeu fraternitate, quòd vnus pro alio tribulationem gratis nõ ſuffert, ſed ſocij conſolationis libenter eſſe volunt, ſed non tribulationis, uellent libenter eſſe fratres Chriſti ex parte deitatis, qua ſemp fruebatur, & gaudebat, ſed non ex parte matris, id eſt, carnis, ſeu naturæ terrenæ, in qua dura ſuſtinuit, & patiebatur (ſicut patet de fratribus Ioſeph) ſed non ſic in vera fraternitate, in qua vnus pro alio dura ſuſtinet uerba, & duriora quandoq; verbera, nec tamen cedit, ſed defenditur, uerba defenſiua cõtra detractatoria opponens, & vim ui repellens. Hęc enim tria ueram oſtendunt fraternitatem, dare, ſcilicet, & facere, & pati, ſicut patet. A. 20. 7. In ſignum cuius, quando quis cuiuſcũque fratris, uel amici, aliorum cordibus memoriam vult firmã infigere, hæc tria recitat, quomodo, ſcilicet, multa dedit, non ſpe retributionis terrenæ, quia talibus dedit, qui terrena retribuere non poſſunt, ſed ſpe retributionis æternæ, quomodo etiam multa fecit negocia expediẽdo, bona procurando, quomodo etiã multa ſuſtinuit obloquia, & improperia: quæ omnia quadam affectionis cõſtãtia, quam à iuuẽtute à progenitoribus traxit, vicit: Et in his perſeuerando verum oſtendit fraternitatis affectũ, quia frater in anguſtijs probatur. Prouer. 17.

¶Secundò quantum ad actum oris, vera fraternitas tria bona requirit contra mala, quæ ſunt in ficta fraternitate, in qua vnus alteri defectum non oſtendit, econtra in uera fraternitate: ſapiẽs docet ignorantem, ſicut Sol Lunam illuminat, & uigil excitat dormientem, & torpentem. Et nomẽ Dei narrat neſcienti (dicens illud (Pſal. 21.) Narrabo nomen tuum fratribus meis. Secundò in falſa, vnus alium minus ſciolum vel ſapientem, uel diuitem deſpicit, de quo Deus eos repręhẽdit. (Malach. 2.) dicens. Nunquid non vnus Deus creauit uos, quare ergo deſpicit vnuſquiſque fratrem ſuum? ſed in vera fraternitate econuerſo illud implent Chriſti pręceptum Lucę 21. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos: Tertio, in falſa fraternitate, plures alios ex odio, quàm ex charitate corripiũt, paruum in eis defectum multum ponderantes, trabem uerò odij in corde proprio non uidẽtes, de quibus. (Lucę 6.) Quid uides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? econtra vera fraternitas dominicum implet præceptum. (Leui. 19.) Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicæ argue eum, ſupple, ſine

4 Exemplum.

odio

odio, ſicut manus pedem lauat, & ſine odio tergit, ſic ſi peccauerit te frater tuus, & corrige eum Matth. 18.

¶Tertio quantum ad actum cordis, vera fraternitas tria requirit, cõtra tria mala in falſa amicitia, ſeu ficta fraternitate inuenta, in qua vnus alteri iniuriam non remittit, nec ſocietatem eius diligit, uel proſpera ei non appetit, uel de proſperitate eius non gaudet, ſed dolet (ſicut patet de fratribus Ioſeph. Gen. 37.) Inuidebant ei fratres eius, & Gen. 27. Oderat ſemp Eſau Iacob. Ezechiel. 37. Gladius vniuſcuiuſque in fratrem ſuum dirigetur: econtra in uera fraternitate, læſus primo iniuriã remittit (ſicut Stephanus lapidantibus) dominicũ implẽs præceptum. (Mat. 5.) Si offers munus tuũ ante altare, & ibi recordatus fueris, ꝙ frater tuus aliqd habet, &c. Et hoc quidem faciendũ eſt non ſolum ſemel, ſed totiens, quotiẽs Matth 18. Domine quotiens peccabit in me frater meus, &c. Secundo non ſolum remittit, ſed diligit, dilectionem in opere oſtendendo, quin aliter non diligit. (1. Io. 4.) Si quis dixerit, qa diligo Deũ, & fratrẽ ſuũ odit, mẽdax eſt.

¶ Tertio de alterna gaudent fœlicitatem ſigillatim, dicentes illud. (Eccle. 25.) In tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrũ, amor proximorum, & uir, & mulier ſibi conſentientes.

¶De ijs tribus verę fraternitatis actibus, ſcilicet, operis, oris, & cordis ſimul. Rabanus, ſuper vltimum capitulum. Matth. uera (inquit) fraternitas, fratrem veneratur, deuotum corripit, diſſoluto præſenti obſequitur, abſcentem nõ rodit, ſano applaudit, infirmũ non deſerit, placatũ non prouocat, iratum, ut maiorem metuit. Illa uerò fraternitas, in quibus hæc tria inueniuntur, eſt ciuitas firma (de qua Prou. 18) frater, qui iuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. (Nota. C. 12. 8.) in cuius ueritatis oſtenſionem, & firmitatis ſignũ Religioſi ad fraternitatem, ſuam amicos recipientes, vt fictionem prædictã excludant operis, & fraternitatem in actu oſtendant.

¶Sic eos recipiunt, ut omnia bona opera, ſicut prędicationũ vigiliarum, laborum, ſuffragiorum, cæterorum q; bonorum, ſicut frater, percipient, in vita pariter & in morte. Secundo fictionem excludunt oris: eos ad omnia, quę per os fiunt, beneficia, orando, cantando, miſſas celebrando recipiendo. Tertio, contra fictionem cordis, ut de corde etiam veram oſtendant fraternitatem, eis ſpecialem cõcedunt participationem omnium meditationum, & bonorum ſtudiorum, frater, qui ſic iuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. Talibus namque dicitur Ephe. 6. pax fratribus, & charitas cum fide. 6

¶Talis uerò fraternitatis magna eſt vtilitas, & effectus bonus, tam ex parte recipientium, quàm receptorum. Artic. 3.

¶Primum patet, quia ſicut totum genus humanum honoratum, & ditatum fuit ex hoc, quòd Deus fraternitatem noſtram accepit, primogenitus in multis fratribus (Rom. 8.) Sicut etiam domus Zachariæ, & Elizabeth honorata fuit ex hoc, ꝙ Maria illam intrauit, ita quodammodo ex paterna & fraterna affectione, quam nobiles oſtendere ſolebant religioſis, monaſteria illorum ditabantur, & ex illorum aduentu ad eos, & ex bonarum perſonarum fraternitate ſolebant honorari, dicentes Caro noſtra, & frater noſter eſt. Gen. 37. & illud Deutro. 32. Ipſe eſt pater tuus, & illud (3. Reg. 3.) hæc eſt mater eius, & (illud Matth. 40.) acceſſit mater filiorum & (illud Luc. 1.) vnde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? de qua ſpirituali paternitate, uel maternitate poſſunt dici, quæ prædicta ſunt de fraternitate. 7 Exemplum.

¶Secundum etiam patet, quia ſicut domus, quæ fortè in ſe eſt debilis, per alias quibus copulatur, ſupportat (ſicut patet. C. 4. 8.) & arbor paxillis fulcitur, ita qui bonis fraternitate & amicitia copulatur, ſi quis potentẽ offenderit, 8 Exemplum.

derit, uel arduam cauſam coram iudice expedire haberet, tales quæreret ſecum adducere, per quos citius reconciliari, & expediri poſſet, talium ſocietas eſſet ei utilis, ſicut etiam homini uolenti in extranea patria ad domum ignotã declinare, utiliter bene notum in curia illa ſecum ducit, ita in nocte mortis ad domũ Dei dicẽtis illud (Gen. 43.) Non uidebitis faciem meam, niſi fratrẽ neſtrum minimum duxeritis uobiſcũ, ſicut etiam utile eſt in cauſa contentioſa ſapientibus, & inſtante bello militibus bonis confederari, ita in propoſito, exẽplo illorum, qui dicunt. (1. Machab. 12.) maluimus mittere ad uos renouare fraternitatem. Nota. A. 21. 14.

Exemplum.

Exemplum.

¶Furti. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit furtum; & quòd diuites rem alienam, & inuito domino, poſſidentes, & uſurpantes, grauius, & periculoſius furtum committunt, quàm pauperes furantes, et clarius exponitur.*

2 *Non ſolum ſuſpendi, ac ſæuius plecti debent illi qui ſuperſtitum bona, ſed etiã defunctorum res, & ueſtes inuolant, & ſubtrahunt, atque furantur.*

3 *Diuites & dominos à furtis ſuis minime excuſari, etſi ſubditorum ſuorum bona deprehendantur, & non alienorũ res ſubripiant, perpulchrè demoſtratur.*

4 *Domini, ac potentes, qui ſubditorum ſuorum bona arripiunt eos pro quocunque negocio taxantes, eoſque cenſum ſibi ſoluere impellentes, coram Deo latrones, & homicidæ cenſentur.*

5 *Subditi, & ſerui eorum dominorum res inuolantes, nimiam dominorum prædia mala fide poſſeſſa: immanitatem, mercedem ab eis ſibi male ſolutam & ingentes eorum diuitias ſæpe ſæpius cauſantur.*

6 *Diuites tribus conditionibus non carent, quibus eorum furtum grauatur, & dearius ſit.*

7 *Diuites, ac domini ſemper à ſubditis maiora, & meliora ſurripiunt.*

8 *In pauperibus, & ſubditis tres etiam conditiones, quibus eorum fur augmentatur, iisdem reperiuntur.*

9 *Mundus, & Diabolus, ambo ſimul hominibus in principio, ut parua furta faciunt ſuadent, quò exinde ad maiora eorum anſa, & occaſione facienda inducantur.*

10 *Illius pugnæ ordinem qua in extremo Iudicij die electi omnes ordinati in acie aduerſus inſenſatos delinquentes dimicabunt, eleganter oſtendit.*

11 *Hac in uita mortali boni omnes non audent in malos cauſas habere uel dicere: At in futuro ſeculo à Deo iuſtitiam petere de malis conquerentes audaciter malebunt.*

12 *Flebiles, et triſtæ querimoniarum in alia uita coram iuſto Iudice Deo, à bonis aduerſus improbos dictarũ cauſæ uberius exprimuntur.*

13 *Iudicium, quod tunc utriſque æquus Iudex feceris, huiuſmodi erit; quod comedones. Qui hoc in ſeculo lautius ederũt, acebiberunt, & Chriſti pauperes mendicates à domo crapulantes eiecerunt, illosq; contempſerunt, neceſſe eſt in altera uita inceſſanter, & ſemper exurire, atque ſitire, & à ſanctis omnibus negligi, & floccipendi.*

14 *Improbi diuites etiã tunc (quoad melius poterunt) multifariam ſeipſos tueri, ac iuſtificari enitentur: qui etiã multiplicentur refelluntur. Nam primo ſeipſos defendent ratione ſtatus, & nobilitatis.*

15 *Secundo, quia magnis ſumptibus, et pompis ſibi amicos compararunt. Tertio, quia eleemoſynas erogarunt, & multas Miſſas audierunt.*

16 *Quarto uero, et demũ tunc ſe iuſtificare, & ſaluare cogitabile, quia eadẽ uerba, quæ à probis coram Deo dicẽtur, ipſi etiã facient, dicentes, exuriui & ſitiui, &c. Quæ omnia ſibi minime prodarunt.*

17 *Illi prædiuites, neque tunc hæc ſequẽtia miſericordiæ uerba cauſari, atque poterunt, ſcilicet, nudus fui, & fiue domo, & in carcere fui, infirmus iacui.*

Furti,

IVrti, diuitis, & pauperis. Primo, facienda eſt adinuicem comparatio. Secundo, falſa excuſatio, Tertio, periculum oſtẽditur utriuſque.

Artic. 1. ¶Quantum ad primum, cum furtũ ſit alienæ rei illicita contrectatio, uel uſurpatio, ſicut patet in decreto. 32. q. 4. meretrices §. omnis: & ff. de furtis l. 1. patet infra in digeſto nõ lib. 9. quòd tam diuites, quàm pauperes rem alienam, ſeu uſum rei habentes, inuito domino, furtum committunt, diuites tamen grauius, quia rapina peior eſt furto (ſicut patebit infra c. de rapina.) Et periculoſius, quia hic minus puniuntur, pauperes timide furtum committunt, in quo ſi capiantur, incarcerãtur, & puniunt, diuites uerò aliena aperte expendunt, nihil pro eis ſoluentes, & tamen multe in hac uita tranſeunt, & tamẽ melius eſſet, quòd in manus hominũ caderent, quàm in manus Dei, & ꝙ temporalem ſuſtinerent uerecundiam, & pœnam, quàm æternam, niſi hoc melius eſſet, ſanctus Patricius nõ rogaſſet Deum, ꝙ ouis furata in uẽtre eius balatum faceret, qui illam à quodam ſubdito ſuo furtiue accepit, cum ouem ad inſtantiam illius, qui eam perdiderat, q̃reret (ut de eo ſcribitur) & nullus reſponderet, oratione facta, ouis de uentre furis clamauit. Si nunc oues, & boues, & gallinę, & capones, & omnia animalia, quę diuites comedunt, & nõ ſoluunt (de quibus dictum eſt. B. 2. 14. & E. 3. 22. & T. 5. 17.) in uentribus eorum ſic clamarent, maior fortè clamor eſſet in uentribus eorum, quam in Arca Noe, ubi oĩa animalia ſimul fuerunt. Sed licet hanc in hoc mundo confuſionem euadunt, alibi tamẽ maiorem euadere non poterunt, utile ergo eis eſſet, quando contra eccleſię iura, uel in prę̃iudicium, & damnum uirorum eccleſiaſticorum, aliena cõtrectãt, uel loca illorũ ſine licẽtia aliqua occupaturi, uel ablaturi intrant, quod eis contingeret, quod contigit illis, qui uoluerunt eccleſiam frangere ſancti Eadmundi regis, qui ſic cum omnibus inſtrumentis in manibus ſuis uſq; in craſtinum immobiles ſteterũt uſq; dum eſſent capti, & ſuſpenſi. Si omnia ſic ablata in manibus tenerent, uel in collo portarent, non eſſet policarius in terra melius onuſtus, quàm illi, & quid prodeſt eis, ꝙ hic tale onus non portant, cum certum ſit, ꝙ in die iudicij coram toto mundo onus illud portabunt. Quia (teſte Paulo, ad Gal. 6.) Vnuſquiſque onus ſuum portabit, qui nunc nobiliſſimi reputantur, tunc uiliſſimi policarij uidebuntur, habentes in collo oues, & boues vniuerſos, & pecora campi. Tunc ſuper furem confuſio Eccle. 5. quia (teſte Ioan. Apoca. 9.) neque egerunt, dum hic uiuerent, pœnitentiam ab homicidijs ſuis, neque à fornicatione, neque à furtis ſuis, ideo regnum Dei non poſſidebunt. (1. Cor. 6.) Nec mirum, quia in uita iſta, fideles latronum diligunt ſocietatem, nec ij tantum tali cõfuſione digni ſũt, qui bona auferunt uiuorum, ſiue ſecularium, ſiue eccleſiaſticorum (ut prędictum eſt.) Sed etiam illi, qui bona auferunt, uel detinent defunctorum, hoc enim patet, tam ex natura furti, quod eſt crudeliſſimum (ſicut patet. E. 8. arti. 6. per totum) quàm etiam ex uindicta, quę aliquando contra tales, legitur fuiſſe offenſa, quaſi per iſtum modum, de quodam nolente defunctũ quendam, & precioſis ornamentis, & panis (ſicut modus eſt ĩ aliquibus partibus) ſepultum ſpoliare, quem defunctus uſque in craſtinum tenuit, nec abire permiſit, antequàm mortuorũ fur omnibus notus eſſet. Si Deus nũc contra fures mortuorum, qui bona illorũ ipſis inuitis, detinẽt, tales oſtẽderet uindictas, talemq; mortuis daret poteſtatẽ, ꝙ qñ ad loca, ubi ſepeliuntur, declinãt, eos detinere poſſent, pauci ſunt, q̃ de eccleſijs ad prandiũ ſuũ redirẽt. Sed licet mortui hic eos nõ accuſent, uel non oſtẽdant, ſeu teneãt, dure tñ eos

Exemplum. Exemplum. Exemplum.

Digitized by Google

accuſabunt ante Chriſti tribunal, tunc confundentur, ſicut fur confunditur: qñ in furto ſuo deprehenditur. Hic. 2.

Artic. 2. ¶Sed tã diuites, quam pauperes de furtis ſuis ſe excuſant, diuites eñ bona ſubditorum, duro dominio, & malis miniſtris mediantibus auferendo, credũt excuſari, quia à ſuis, & nõ alienis ſubditis rapiunt. 3 Sed hoc uidetur peccatum illorũ aggrauare, quia plus tenentur ſubditis proprijs, eis eñ deputantur cuſtodes, ſicut tutor pupillo, & quia de labore eorũ uiuunt. Et quia pro illorum cuſtodia habenda, ſtipendium à Deo accipiunt, uillas, terras, & redditus, rõne quorum, ſicut ſubditi tenentur illis fidelitatẽ ſeruare, laborãdo, & ſeruiẽdo & ea, ad quæ ex pacto, vel rõnabili conſuetudine obligantur, reddendo, ita ipſi teneantur ſubditis, & miniſtris in fideli gubernatione, & ſalarij ſolutione. Exemplum. Sicut igit' dñi ſuos eis infideles, qui uel bona illorum auferunt, uel ad quæ tenentur, nõ faciunt, fures iudicant, & ꝓditores. Ita ecõuerſo iſti dñi corã Deo iudicabũtur. Exemplum. Quis illorum malum furẽ non iudicaret paſtorem ſuũ, cui ſufficiens ſtipendium, & mercedẽ pro ouibus cuſtodiẽdis dediſſet, ſi ultra hoc de ouibus lanam, & lac ſine dñi ſui licẽtia acciperet, uel ſi filium ſuum alicui tradidiſſet ad ducẽdũ, uel cuſtodiendum, tradidiſſetque ei gladium, quo filium ſuum defenderet, & ſufficientem mercedem, ſi filiũ illiũ in uia ſpoliaret, & gladio illo cõtra illũ uſus fuerit ad occidendum, vel ad uerberandum, nonne furem illum iudicaret, ita in propoſito, dominus tradidit ſubditos, domiuis ſecularibus, & eccleſiaſticis, dans eis poteſtatem, qua illos defenderent, & ſufficiens ſtipendium pro defenſione, & deſiderans, ꝙ vltra non capiant. Lucę. 3. Milites (inquit) cõtẽti eſtote ſtipẽdijs ueſtris, &c.

4 ¶Si ergo plebem Dei ad uoluntatẽ deuorent, & ſint de illis, de quibus (in Pſal. 13.) Deuorauerunt plebem meã, ſicut eſcam panis, qui, ſcilicet, illos pro omni negocio taxant, & præmũt, ſicut cũ omni cibo panẽ ſumunt, non faciẽtes differentiã aliquam: Nonne coram Deo latrones iudicabuntur, & homici dę? teſte ſacra ſcriptura. (Eccle. 34.) panis egentium uita pauperis, qui defraudat eũ, uir ſanguinis eſt, qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit ꝓximum ſuum (ſupple) gladio, id eſt, poteſtate, quam accepit ad eius defenſionem. Tales pupillum eis traditum perſequuntur, vnde & in literis ſecularibus fertur dixiſſe. Plato (ſicut recitatur in policratico: lib. 5. tit. 6.) ꝙ cum in ſubditos poteſtas ſentit, idem eſt, ac ſi tutor pupillum perſequatur, uel eum ſuo mucrone iugulet, ob cuius defenſionem ab eodem traditũ ſibi gladiũ accepit, rem namque publicam, id eſt, rem populi frui iure pupilli percelebre eſt. Si ergo inter magnos, non obſtante excuſatione falſa, homicidium, furtum, adulterium fundauerũt ſuper terram, Oſeæ. 4. Subditi uerò, & miniſtri ſe excuſant, aſſerentes dominos ſuos eis duros, ꝙ etiam de officio ſuo viuere non poſſiunt, ꝙ inſuper ſtipendiũ eis male ſoluit', & ꝙ domini illorũ ſunt diuites, & ideo non eſt (vt dicunt) peccatũ ab eis accipere. In quo facto cuidam aſſimilantur latroni, qui eccleſiam ſpoliando uelum, quo imago beatæ Mariæ tecta fuit alijs ſpolijs accepit, & ſocio ſuo de hoc eum reprehendenti reſpondit, filius ſuus eſt ſatis dives ad dandum ſibi notũ. Nota contra tales. A. 12. 55. & F. 1. 36. cum ſequẽtibus. Exemplum. Excuſant ſe iterũ diuites, & pauperes ſimul à rebus mala fide poſſeſſis, vtpotè quas emunt ab illis, qui eas tempore belli, vel paris rapuerunt, vel quia uas à fatuis poſſeſſoribus circa iuſtum precium emunt, uel res inuenerunt perditas, dicentes, ꝙ niſi ipſi eas emiſſent, uel accepiſſent, uel inueniſſent, alij hoc feciſſent, quaſi dicerẽt, alij uoluiſſent pro nobis iuiſſe ad infernũ, ſed nos potius illuc ire prælegimus, de quorum quolibet uerificatur illud (Pſal. 49.) Si uidebas furẽ, currebas cũ eo, ut ſcilicet, res illas occupares, oĩbus iſtis

6 iſtis dies Dñi, ſicut fur, ita veniet. 1 Pe. 3. In quo nullus illorũ excuſabitur, quia de omnibus iſtis malis denarijs (ideſt) de iſtis latronibus, diuitibus, & pauperibus, difficile eſſet meliorem inuenire, quia ſicut in diuitibus inueniuntur conditiones, quę furtum ab eis factum aggrauant. Primo, quia ipſi ſunt caput aliorum, dedecus autem, aut infirmitas, aut dolor in capite, intolerabilior eſt, vnde in Pollicratico lib. 6. Cum (inquit) in ſubditos magiſtratus deſcẽdit, eſt, ac ſi caput corporis intumeſcat, ita ut à membris omnino, aut ſine moleſtia fieri non poſſit, hanc paſſionem ſine grauiſſimo dolore membrorum tolerare, vel curari eſt impoſſibile. Si uero fuerit paſſio incurabilis, ſic viuere, quàm mori miſerius eſt: miſeris nihil utilius eſt, quàm utcunque, finire miſeriam, monſtruoſa res eſt caput inflatum, & nimis groſſum, & membra debilia & parua. Secundo, quia iſti nunquam dormiunt, aut ceſſant, quia ſicut de leonibus dicitur, quod dormientes apertos habent oculos. Ita iſtis dormientibus, & laſciuientibus, oculi eorum, quos dæmon in fine eruet (ideſt) mali miniſtri, ad *prædam vigilant*. Et *licet ipſi ibi non ſit, cauda illorum* eſt *ibi, ſicut diabolo ſuper terram exiſtente, cauda in mari naues ſubmerſit*. Tertio, quia *maiora*, & meliora a ſubditis accipiunt, q̃ econuerſo, quia animalia & hmõi. Quia etiã latronibus ſuſpẽſis, patria pacificat, quia non ſtatim ueniũt alij; ſed dominis malis mortuis, peiores eis ſuccedunt. Ideo congrue legitur rñdiſſe quædam uidua, quare tantum oraret pro longa uita cuiuſdam mali domini, quem habuit, quia (inquit) pater ſuus abſtulit a me omnia, quæ habui, præter duas uaccas, quas iſte abſtulit; timeo, ne filius ſuus cum uenerit, & quid auferat non inueniat, oculos eruat. Propter has dominorum malorum crudeles conditiones, quæ oſtendunt ipſos furibus eſſe peiores, congrue dicitur (Abdię. j.) Si fures introiſſent ad te, nonne furati eſſent in ſufficientia, domini uero non ad ſufficientiam, ſed ad uoluptatem omnia auferunt (ſicut patet. F. j. 36. cum ſequẽti.) Ita in pauperibus, & ſubditis tres inueniuntur conditiones, quæ malum illorum, & furtum aggrauant. Quorum primum eſt, quod non ſolum furtum, ſed etiam iuramenti, uel fidei committunt fractionem, ipſi enim fide, uel iuramento dominis, quibus ſeruiunt, obligantur, quod dominis ſuis damnum non facient, nec uoluntarie fieri permittent. Secundo, quia non ſolum bona exteriora, ſed (quod peius eſt) famam eis furantur, communiter eis detrahendo. Tertio, quia licet minora de facto à dominis capiant, uel furentur, tamen uoluntate æqualia, uel maiora ab eis furantur. Et non ſolum ſunt fures, quia furantur; ſed qui furari uellent, propter timorem tamen humanum hoc dimittunt (ſicut patet in decreto. de pẽni. diſt. j.) ſi propterea quia non furtum, ſed mens furantis attenditur, ſicut patet ibi. 14. q. 6. c. vultis. Et ponatur, quòd parua ſint furta in principio, quæ diabolus ſuadet, ad maiora in poſterum per illa inducere intendit. Sicut patet de illo, de quo fabulæ habent, quòd fecit pactum, & ſocietatem cum diabolo; ita q̃ eum in furtis ſuis iuuaret, & a morte pręſeruaret, & animam non caperet; qui hoc promiſit, quamdiu gallinas & huiuſmodi furaretur, furatus fuit gallinas quas portare non potuit uno die; propter quas portandas, cum equum furaretur, capitur, & ad patibulum ducitur. Cui dæmon pro auxilio habendo inuitatus adfuit. Quod tamen promiſit, aſſeruit ſe non debere tenere, equum per os tenens, & dicens, bene per roſtrum uidere potuiſti, quòd non fuit anſer. Sic iſti pulchre promiſit, & minora furta, primo ſuaſit, poſtea uero maiora, ut eum confunderet, quia ſuggeſtione ſua equum illum proculdubio furabatur. Ita alijs minora furta prius ſuadet adhuc, & poſtea maiora, & homicidia, & hmõi;

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

8

7

pet quæ ad magnas ducit confusiones, tam temporales, quàm æternas. Et ad istum finem cum fure in eodem propositu currit, iuxta illud Psal. 49. Si uidebas furem &c.

9 ¶Et sunt mundus, & dæmon, in hoc casu eiusdem conditionis quia eodem, modo paulatim hominem ad se attrahit, quòd ex modo illorum loquendi, qui à mundo incipiunt decipi, patet. Dicunt enim, quando mundi falsitas eis ostenditur, quòd ad breue tempus oportebit eos adhuc in curijs, uel officijs mundo militare, non pro se, sed pro suis. Et post annum, uel breue tẽpus promittunt se uelle à mundo recedere. Sed unus annus alium ad se trahit, & cui uidebatur mundus tædiosus in principio, & postea ad propria, ut ad carcerem, redit, & sic Mundus, qui ei in principio licentiam promisit, quòd cito rediret, usque ad mortem per minora mala ad maiora trahit, & semper eum sub colore boni retinet (sub colore dico, quia in ueritate fur ille non uenit, nisi ut furetur, mactet, & perdat. Ioan. 10. (Nota de hoc. C. 10. 21.) Et ideo omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur. Zach. 5.

Arti. 3. ¶Prædictorum vero periculum in die iudicij patebit, quia quando Christus alijs crudelibus, & tenacibus dicet
10 illa verba. Matth. 25. Esuriui, &c. prædictis peius dicere potest. Esuriui, & abstuliſtis à me cibum meum. Et non solum Christus tunc contra fures illos partem se faciet, sed & omnes, electi cum eo: sacra Scriptura teste. (Sapiẽ. 5.) ubi de iudicio illo loquens dicit, orbis terrarum pugnabit cum illo contra insensatos. Et (ut modus pugne clarius uideatur) exemplificare oportet, quomodo acies in illa pugna ordinabuntur. Stabunt omnes acies electorum à dextris, (sicut patet, Matthæi 25.) Acies uero luporum & latronum à sinistris, qui ideo acies in plurali dicuntur, quia sicut pluribus modis hic bonos impugnant. Ita ibi pro similitudine culpæ in quia hic conuenerunt ad penam, simul stabunt, sicut duri domini, qui gravibus emendis & censis, & exactionibus populum Dei spoliauerunt per se in una acie, mali ecclesiastici, qui pauperes de bonis Christi, & pauperum non nutrierunt, ut debuerunt, in acie per se usurarij, & falsi mercatores, & falsi operarij, qui Christi membra deceperunt per se, fures per se, & sic de alijs. Omnes isti (licet diuersis modis) furtum committãt, quia domini auferendo, prælati detinendo, usurarij, & mercatores, & alij falsi decipiendo, fures occulte accipiendo, omnes tamen sub modo in hoc uno conueniunt, quòd fures sunt, & latrones. Ioan. 10. Quod sic ibi simul congregabuntur, & alligabuntur, ex Dei ostenditur uerbis, quibus ait. (Matth. 13.) In tempore messis, dicam messoribus, colligite primum zizania, & alligate ea in falsciculos ad comburendum. (Glosa) luxuriosos in vnum fasciculum, auaros in alium, & sic de alijs. Cui concordat illud Esaię 24. in illa die uisitabit dominus super maliciam cęli in excelso, & super reges terræ, qui sunt super terram, & congregabuntur in congregatione unius falcis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Contra istos uero à dextris, stabunt acies bonorum simul ordinatæ secundum similitudinem uitæ, quam exercuerunt, inter quos multi erunt, qui hic à prædictis malis afflicti, & spoliati, & uicti fuerunt, dum hic uiuerent, quia in hac uita boni timidi sunt causas quascunque contra malos aggredi, quia à malis frequenter uincuntur (sicut patet. F. 1. articulo 1. per totum.) Et ab eis spoliantur, sicut ouis à spinis (sicut patet. F. 1. 13.) Ibi uero (teste Scriptura. Sapiẽ. 5.) Econuerso stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiarunt, & abstulerunt labores illorum. Et audacter querimoniam suam coram Deo deponere poterunt, & iusticiam petere, dicentes cum iudice Christo, singuli nocumentum recitantes, in quo ei specialiter nocuerunt. Quorum aliqui Exemplum. 11

aliqui dicere poſſunt, ſicut ſubditi malorum dominorum. Eſuriuimus, ſed domini noſtri illi ibi ſtantes hoc fecerunt, quia labores noſtros & bona noſtra abſtulerunt. Alij, eſuriuimus & fame mortui ſumus, & illi bona nobis debita detinuerunt. Alij, ſitiuimus, & nudi fuimus, quia illi ibi ſtantes ex aduerſo quilibet modo ſuo ita nos excruciauerunt, quòd potum, uel ueſtes emere non potuimus. Alij, infirmi fuimus, illi hoc fecerunt, qui nos uerberauerunt, & plagis affecerunt. Alij, ſine hoſpitio eramus, ſed illi hoc fecerunt, de domo, & terra noſtra nos expellendo, diues uix dimittit ſine cupiditate terrã pauperis iuxta ſuã poſitã, ut ſuam ampliet, uel quia nos nõ receperunt in hoſpitijs ſuis (ſicut patet. D. 9. 6.) Alij, in carcere eramus, ſed illi hoc fecerunt per falſas cauſas nos indictando, & in compedibus ponendo. Alij, corpora noſtra in terra benedicta ſepulta non fuerunt, illi hoc fecerunt pluribus modis, & uarijs locis nos occidendo, uindica domine ſanguinem noſtrum, qui effuſus eſt.

¶Quid aliud homines poterunt ſimul clamare melius, quam ſimul dicere. Iuſte iudex fac nobis iuſtitiam de illis, quia omnia prædicta mala nobis intulerunt, & labores noſtros, & bona modis ſuis abſtulerunt, & cupiditatem ſuam ſatiarent, nos fame, & laboribus affecerunt, ut ipſi delicate de laboribus noſtris, & bonis uiuerent. Nos laborauimus, & duram uitam duximus, in tantum quod in dimidio anno uix bonam habuimus ſatietatem, niſi uix panem, & pulmentum, & aquam, immo (quod peius eſt) fame mortui ſumus. Et illis de bonis noſtris, quæ ſcilicet à nobis in modo ſuo acceperunt, uel quæ nobis in neceſſitate noſtra negauerunt, de tribus uel quatuor ferculis miniſtratum fuit. Eſuriuimus, & ſitiuimus, & frigore, & nuditate afflicti fuimus. Et illi latrones bona noſtra nobis indigentibus non dederunt, nec illis nos pauerunt, uel ueſtierunt, ſed canes ſuos, & equos, & ſimias, & diuites, & potentes, & abundantes, & guloſos, & ebrioſos, & meretrices ſuas illi pauerunt, & ueſtierunt, & nos defectu deficere permiſerunt (ſicut patet. E. 3. 22) Iuſte Deus, iudex fortis, iudex non fuit bene partitus inter illos, & nos. Illorum ſatietas, noſtra fames fuit; illorum lætitia, noſtra miſeria, illorũ haſtiludia, & torneamẽta noſtra fuerunt tormenta, quia noſtris auenis, & expenſis illa fecerunt, illorum copiæ noſtræ fuerunt inopiæ, illorum feſta, delectationes, pompæ, uanitates, & exceſſus, & ſuperfluitates, nobis fuerunt ieiunia, pœnalitates, defectus, calamitates, & ſpoliationes, illorum tripudium, cantilenæ, & riſus, nobis fuit ludibrium, gemitus, & ploratus, ipſi cantabant, modo bene, & nos gemuimus dicentes, veh, vobis, veh, vobis. Sic ergo dum ſuperbit impius, incenditur pauper. Pſalm. 9. Iuſte domine, hiſtriones, & turpes perſonæ, & diuites cibũ, & res ab eis accipientes, clamauerunt ad largitatem, ad largitatem, & nos pauperes, & ſubditi, & creditores clamauimus, ad fugam, ad fugam, &c. quia tales libenter (ut frequenter) accommodanti, id eſt mutuanti, ſed inuite reddunt. 12

¶Iſtis ex una parte clamantibus, & ſuam innocentiam, & aliorum iniuſtitiam allegantibus, non eſt dubium, quin iuſtus iudex faciet iuſtitiam: hoc promittit. (Exod. 22.) Si (inquit) læſeritis eos, clamabunt ad me, ſicut illi, qui appellant ſe à falſo iudicio inferiorum iudicum, quibus pro tunc facit iudicũ omnibus (ſcilicet) iniuriam patientibus, in Pſal. 102. (ſicut patet D. 12. 37.) Quale autem erit illud iudicium, patet ex condirione uitæ partis utriuſque. Illi à dextris hic fecerunt uigiliam, ergo rationabile eſt, quod ibi faciant feſtum, illi uero qui tunc à ſiniſtris erunt, hic fecerunt feſtum, quia duxerunt in bonis dies ſuos. Iob. 21. Ergo 13

rationabile videtur, quòd tunc faciant vigiliam, vt ſicut ipſi ordinem peruerterunt, & bonam conſuetudinem, ita eis peruertatur, hoc enim ordo requirit naturę, quòd motus à contrario fiat in contrarium. Qui ergo (vt dictũ eſt) hic comederunt, & biberunt, & vane ſe geſtierunt, & Chriſti membra in omnibus prætermiſerunt, rationabile eſt, vt ibi ordo fiat cõtrarius, ita (videlicet) quòd eſurientes hic, impleantur bonis ibi, & econuerſo. Et qui hic Chriſtum cum membris ſuis expellunt, uel excludunt, ibi a domo Dei excludantur, & domum nõ habebunt, niſi infernũ, quia fures domum Dei non poſſidebunt. Et qui hic incarcerauerunt, & vulnerauerunt, illuc imperpetuum incarcerabuntur, & ſic de alijs, teſte Chriſto, qui dicit Matth. 7. quo iudicio iudicaueritis, &c. Et imperpetuum famem patientur, & ſitim (dicente Eſa. 24.) Cc ſiabit gaudium cum gaudio, &c. non bibent vinum &c. Sed nituntur ſe iuſtificare, & partem ſuam bonã dicere multipliciter. Vno modo per conditionem ſtatus, quem tenent, vel ſanguinis, de quo ſunt oriundi, verbi gratia. Si aliqui eorum interrogentur, quare plus expendunt in equis, & cibis, & veſtibus & pompis ſeculi, quàm terrę, uel redditus illorum valeant? Reſpondebunt, quòd pro honore ſæculi, & parentelæ ſuę, & ſanguinis ſui, & ſtatus proprij, oportet, quòd talia faciant, dicũt, quòd oportet eos liberalitatem oſtendere, quacunque uia ad illam peruenerint, ſiue mutuando, ſiue dure dominando, vel quouiſmodo per furtum, vel rapinam per fas vel nefas, per infamiam & bonam famam, a dextris, & a ſiniſtris. Quibus reſpondetur dupliciter. Primo, quòd melius eſſet hic, & ſanius, perdere prædictum honorem, quam iniuſte uiuendo, & de alieno hic magnum habere honorem coram paucis, & in iudicio amittere honorem coram toto mundo. Secundo reſpondetur, quòd tales expenſæ non oſtendũt eos eſſe liberales, vel nobiles, ſed magis viliſſimos peccati, & diaboli ſeruos: quia dicit decretum: diſt. 86. c. fratrem noſtrum. c. nõ ſatis: &. c. dominus cum ſequen. quod pulchra liberalitas eſt, quæ indigentibus temperatæ, & non ſuperflue impenditur. Sed certè dare hiſtrionibus, & phibitis venatoribus, & perſonis turpibus, non eſt largitas, ſed vicium, ſicut patet ibidem. c. donare: &. c. ſequenti. Secundo iuſtificant factum ſuum dicentes, quòd oportet, quòd per talia dona, & veſtes & largam menſam, amicos eis acquirant, qui eos ab infortunijs cuſtodiant, & ne etiam ipſimet eis noceant. Quibus reſpondet Seneca de beneficijs lib. 4. Cum (inquit) dando egere cęperint, alienis bonis manus inferre coguntur, maioraq; odia ſequũtur eorum, quibus adimũt, quam fauores eorum, quibus dederũt. Tertio factum ſuum iuſtificare eſtimãt per eleemoſynas, quas dant, & multas Miſſas, quas audiunt, & lętanias multas, & libellos, quos in capellis ſuis habent (quibus in parte reſponſum ſit. E. 3. 5. & 6.) poteſt tamen dici, quod tales ſunt, ſicut illi qui ore ſuo Deum benedicebant, & in cruce ei capita ſua inclinabant, ſed manibus ei alapas dabant. Vna enim manu pectus ſuum percutiunt, dicentes, Deus propitius eſto mihi peccatori, & alia manu crumenam Dei (id eſt) pauperum ſcindunt, ſicut ille qui genuflectendo, & confitendo (vt fertur) loculum ſcindebat ſacerdotis. Quarto cogitant forſitan quod tũc ſe iuſtificare poterunt, eadem dicendo verba, quæ electi dicent. (Eſuriuimus & ſitiuimus, &c) quia multi, qui tunc a ſiniſtris ſtabunt, eaſdem, dum hic vixerunt, ſuſtinuerunt paſſiones, quibus reſpondetur, quod licet aliqui illorum eaſdem ſuſtinuerunt paſſiones, quas ſuſtinuerunt illi, qui à dextris erunt, non tamen cum eiſdem circunſtantijs, & modis, quia electi illas, uel ſponte pro Chriſto ſuſtinuerunt, vel patienter pro Chriſto iniuriam remittentes.

14

15

16

sentes. Reprobi uero uel eas non sustinent, uel & si sustinent, hoc non pro Christo, uel cum patientia, sed pro malefactis suis, & inuiti patiuntur; verbi gratia. Primo de his, qui talia minime patiuntur. Nunquid poterunt nonnulli uoluptuosè uiuentes, & carnis desideria sequentes, dicere. Esuriuimus, & sitiuimus, &c. Certe verius dicere poterunt. Alios esurire fecimus, & fame mori permisimus, ut nostra uoluptas pluribus ferculis, & diuersis cibarijs, & potibus ingurgitaretur, uel si quandoque esuriem, & sitim patiantur, non hoc pro Dei amore, sed quia quod habere vellent, non habent patiuntur, raro pro amore Dei diu huiusmodi patiuntur, qui ad libitum mane, & tarde carnis desideria sequuntur, quia raro ieiunant, qui ante prandium, dum deberent esse in Missa, sunt in foro, & dum deberent esse in uesperis, sunt in taberna, uel in alijs illicitis spectaculis.

17 Nec poterunt dicere, nudus fuit (sicut patet. E. 3. 22.) nec sine domo, nec in carcere pro Deo, sed pro culpis suis, nec infirmi propter Deum, sed propter culpam, & superfluitatem. Propter talia medicus ad eos frequēter uocatur, si de nocte nimis cenent, & stomachus in crastino, uelut saccus plenus, nouas superfluitates recipere nequeat, oportet quòd medicus medicinam det euacuatiuam: sed sufficit eis, quod Medicus animæ euacuationem peccati faciat semel in anno, quòd peccatum non tantum grauat conscientiam, quantum cibus stomachum, stomachus illorum uidetur teneriorconscientia. Nec dicere possunt in carcere fuimus, nisi pro delictis suis, non pro Deo inter Saracenos, nisi forte carcerem dicere uelint, illum diaboli carcerem (id est) obscuram cameram suā, in qua in lectis suis seipsos includunt usque ad tertiam, uel nonam, talia ibidem operantes, de quibus diabolus totum, uel magnam uendicat partem, nec pro amore Dei pauperibus sepeliendum operam dant, sed potius plures insepultos relinquunt, uel quia eos occultè occidunt, sicut fures, & huiusmodi, qui in memoribus transeuntes pugilant, ibi enim fures effodiunt, & furantur. (Matth. 6.) uel quia prece, uel precio huiusmodi malefactores iuuant, uel non puniunt, socij furum. Esa. 1. Ideo talibus congrue debetur mors socij illorum proditoris talis (de quo Ioan. 12.) fur erat Iudas, & sepultura, quo ad corpus Ioachim, de quo Hiere. 22. Sepultura asini sepelietur, dominus eius habet pellem, ita mundus iste exteriora bona, &c. Quo ad animam vero sepultura illius diuitis. (Luc. 16.) Qui non legitur aliam habuisse domum, uel sepulturam, quàm infernum. Sic iudicabuntur tam fures, quàm supportatores, quàm etiam fautores (ut prædicto scripto declaratum est.) Quia teste Deo. Zach. 5. Omnis fur, sicut scriptum est, iudicabitur. Nec uana spe decipiantur, quia statim Deus eos non punit, dicentes, misericordia Dei magna est, quia pro certo ipse finaliter ueniet ad domum furis. (Zach. 5.) Et hoc occulee, & quando minus credunt, quia dies domini, sicut fur. 1. Thess. 5. Sicut occulte alijs ueniunt, & furtiue alios damnant, & furtiue quasi ueniūt, ita per boni iudicij equitatem dies domini, ut fur ita aduenient eis. 2. Pet. 3.

Exemplum.

¶Gaudium. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Exemplo satis accommodo, & apto gaudij temporalis brevitas, & fuga atque celeritas pulchrius patet.*

2 *Gaudium mondū habitū per optandū nō est; gaudium etiam habitum peramari non debet, quam plures ob rationes.*

Nam gaudium huius mundi riuulus esse dicitur; cœli autē gaudiū fonti cōparatī.

Primò huius seculi gaudium diligendum non est; quia nos explens & satiat.

Secundò,

Secundò, quia mundi gaudium brevitate fugaci nos merore afficit.

3 *Tertiò, quia gaudentes hoc mundo magno in damnationis æternæ diſcrimine verſantur.*

Quartò, propter ſtatus præſentis incertitudinem ac inſcitiam.

4 *Quintò, propter lethalem, & luctuoſum gaudentium finẽ mundi gaudium floccipendendum eſt.*

5 *Septem loculentis, & ornatis exemplis, inſanos, & deliros homines, hac mundi lætitia exultantes, vberius, & conſpicue pandet.*

6 *Lætitia, & gaudium illorum, qui tenentes timpanum, & citharam gaudent ad ſonitum organi, & ducunt in bonis lætabundi dies ſuos; dolor, ac mors eſt.*

7 *Gaudij cœleſtis pulchritudo, & magnitudo æternitatis vè atque fœlicitas rationibus & exemplis euidentibus enodatur.*

Prima ratio patet, ex conceſſis à mundi ſapiẽtibus circa exteriorem domus Dei pulchritudinem.

8 *Secunda ratio inde elicitur, quòd Deus, tanquam mercatur cariori pretio illud cœli gaudium ſuis amicis mercandas; quod & ipſi carè ab ipſo mercati ſunt.*

Tertia ratio hinc ſumitur, ex intenta illius gaudij immenſitate, & excellentia.

9 *Quarta ratio trahitur ex excellẽti gaudiorum multitudine, quibus vnuſquiſque in vniuerſum in cœlo afficiendus eſt.*

Quinta ratio hinc patet; quia in Patria in cœleſti gaudio ſinguli beati in charitate exiſtites ob alioru gaudium maldè gaudebunt, vbi nulla erit inuidia, ſed ſummum gaudium.

10 *Vniuſcuiuſque beati gaudium augeſcit ex gaudijs aliorum in cœlo habitantium omnium. Vt puta, Angelorum, & Sanctorum, ac quorumcumque electorum: adeo quod quiſlibet ſingulariter tot gaudia ſentiet, quot omnes Angeli & electi in cœlo ſimul capient.*

11 *Quot bona tum in terra, tum in cœlo ſunt, & quot etiam inſtitiæ Dei, ac ſupplicia apud inferos ſentiuntur. Tot gaudia quilibet in cœlo exiſtens habet, & capit.*

Ob ſupplicia etenim improborum damnatorum exiſtentes in cœlo beatos lætari nemo eſt, qui ignoret.

12 *In cœlo, vbi eſt charitas ordinata, beati meliora plus diligent, ac plus ordinatim eis gaudebunt. Vnde Deo ſuper omnia quislibet beatus gaudebit & meliore ſeipſo plus gaudebit, & equali æqualiter, & minori minus: & obiectioni de intenſo gaudio Sanctorum inculenter ſatisfacis dupliciter.*

13 *Minimus inhabitans cœlo beatus ob hoc quòd videt Maximum Sanctum de intenſa Dei viſione maximopere gaudere; & ipſe gaudet; non tamen eo intenſe, perinde ac ille Sanctus, gaudet: quia non adeo clarè Deum videt, nec æqualiter eo fruitur, & hoc nos exemplo memorabili edocet.*

14 *Maximus Sanctus, qui Deo propinquius adhæret. Intenſiùs plus alio gaudet, qui Deo non adeo appropinquat. Quia ille de duobus gaudet; primo quòd Dei viſioni tantum accedit: deinde quia bonorum operum numerum, de quibus gaudet non ignorat.*

Iſte verò, qui non tantum Deo accedit, extenſiue gaudet: æque ac ille intenſiue lætatur.

Quia iſte etiam de duobus gaudet.

Primò, quia ipſum operum bonorum nu merus non fugit.

Deinde, quia nulla illius Maximi Sancti gaudia ipſum lædunt.

Verumtamen ob hoc nullus conqueri poteſt; cum ibi in cœlo quiſpiam, quicquid cupis, & vuls, habeat; & eius portione acquieſcat.

15 *Exemplum pulcherrimum memoriæ proditum, quo cœli gaudium delectatio, & pulchritudo cunctis innoteſcit.*

16 *Erẽplis quinque, & cerui, & falconis, & carceris, ſeu peregrinationis, & ſpinarũ, et ſeruitutis, nos infortunijs, ſeu malis, quæ hoc in ſeculo patimur, excitandos & inflammandos eſſe ad Deo ſeruiendum,*

dum, ut tanto gaudio tandem gaudere poſſimus.

17 Diuitiæ miſerias ſecum habent, ſcilicet, dolere, timorem, & breuitatem, dum acquiruntur, dum poſſidentur, & dum amittuntur.

18 Secum opes ærumnas in acquirendo efferunt; quia cum periculo tam corporis, quàm animæ frequenter comparantur. In poſſidendo, & diuitiæ miſerias reddunt. Quia poſſeſſor, aut auarus, aut prodigus eſt.

Si poſſidens eſt auarus, quam plures miſerias ſuſtinet.

Si uero poſſeſſor eſt largus, alias itidem ærumnas ſuſtinet.

19 Sicut Auari expenſas dolor, & gemitus præcedit, concomitatur, & ſequitur; ita etiam idem dolor Prodigi ſumptus largiores præcedit, concomitatur, ac ſequitur.

20 Nulla eſt dilectatio, corporeis ſenſibus capta, quæ infortunijs, & ærumnis careat.

Delectationem eſculentorum, & potuũ, miſeria uel in re, uel in appetitu præcedit, concomitatur, & ſubſequitur.

Ludos inſuper, tum taxillorum, & alearum, tum etiam belli ſimulacrorum, & ſimilium id genus prohibitorum, præcedit timor verecundiæ, uel amiſſionis, ac concomitatur dolor amiſsĕtis, atque ſequitur utrinſque pœnam, & amittentis, & lucrantis.

21 Bonorum etiam uirorum gaudium huiuſmodi calamitates non deſiderat: quia unus quo de honorante lætatur; eo mœret, & triſtatur de inhonorante, & magis etiam, ut Aman exemplo luculenter liquet.

22 Quam plures incipiunt exaltari, & in officijs conſtitui, & ab aliquibus extolli, & venerari; Si quis uero eis obſeruantiam, haud quaquàm præſtiterit, ſiue non iis morem geſſerit, ut ipſi uellent, mox triſtantur mœrent, & dolent, de ipſisquè cum amicis, perinde ac alter Aman, expoſtulant, & lamentantur: & ad inhonorantis uindictam ſæpius accedunt, & ſæpius forenſes.

23 Deus pius, & miſericors (more dulcioris parentis, & dilecti uiri) nos omnes prædedit, à nobis expenſas, & ſolacia, ac delitias aufferendo; ne ludis interdictis quod cupimus, & enixè contendimus, exequamur.

24 Omnes Chriſtigeni expetere & quærere pro uiribus deberent terram illam cæleſtem: in qua rerum cunctorum affluentia atque copia potiuntur; & in qua, non incertè, & inconſtanter, & mixtè, uelut hac in mundo; nec annonno, uel duobus, uel mille annis, ſed ſine fine gaudebit cor omnium, & illorum gaudium nemo toccet ab eis.

25 Gaudio illo ſicuro, ac certo cœlorum lætantes. In huius mundani gaudij breuitatem, timoremque, atque dolorem, læta fronte tutoque animo affari poſſunt dicentes.

In ciuitate ſanctificata requieui, & in Hieruſalem poteſtas mea.

26 Delectatio, & gaudium, quod hoc in ſeculo Chriſtiani, diuitijs & deliſijs, atq; honoribus utentes, capiunt, eos extollere deberent ad gaudia illa cœli, quæ æterna ſunt.

27 Deſiderium hominum commemorantium in huius mundi cauea & carcere, & ibidem utentium opibus, uoluptatibus, ac dignitatibus ex his multum accendi, & inflammari debet, ut ipſi, more Auis, & incarcerati (quibus perpulcherè aſſimilantur) caput cum mente ad cœlum erigant, ubi cuncta pleniora hauriuntur, & dicant una cum Diuo Apoſtolo Paulo. Cupio diſſolui. &c.

28 Opere precium eſt, nos, unam cum Ioſue ad terram illam promiſſionis cœleſtem mittere exploratores fidei, atquè ſpei; & eleemoſynarum, orationumque nuncios, ut fortiter, ac ſtrenuè pro illa aſſequenda decertare incumbamus, & conemur, ipſum ex toto animi ardore peroptemus.

Et ut etiam mortem ipſam ſuſtineamus, ut illuc perueniamus.

29 Quam plures eſſe, qui oculo fidei carentes ea, quæ oculis & ſenſibus exterioribus

Digitized by Google

bus patent, ſolum amant, atque deſiderant, & cœleſtis gaudij pulchritudinem ac magnitudinem non credunt, neque ſperant.

30 *Mundi dilectores, cum hanc patriam ſolum experti ſint, ideo illam cœleſtem deſpiciunt: & cum huius mundi honores tantum aſſequuti fuerint, illos cœli ob id parui faciunt.*

Et cum etiam duntaxat huius præſentis vitæ diuitias, atque delitias poſſederint, illas autem cœli neutiquam; idcirco iſtis tantum ſatiari, & non illis cœli opibus explori nituntur.

31 *Illud cœli gaudium infinitum pluribus modis adipiſci poſſimus.*

Primò, bonis operibus à nobis peractis.

Secundò, afflictionibus diris, & paſſionibus pro Chriſto acceptis.

Tertiò, prouidentia, à ſemetipſo facta in poſterum.

Quartò, cœlum parari poteſt fidelitatis virtute, quam quis ergam Deum, ac proximum exercet.

32 *Voluntarius hominis motus neceſſario eſt à contrario in contrarium; ut ab abſtinentia in ſacietatem, à paſſionum tolerantia in impaſſibilitatem: ab humilitate ad honores, à paupertate ad diuitias: & ab exilio ad patriam; & econuerſo etiam.*

33 *Per quam maximam ſeſe hominum Chriſtianorum vitam uirtuoſam, & rectam non agentium, nec ad cœli gaudia uenientium inſaniam, atque dementiam tribus exemplis luculentis oſtenditur.*

Primò, exemplo hominum ad Regis conuiuium uocatorum.

Secundò, exemplo hominum peccatorum feſtinanter euntium ad Diaboli gaudia.

Tertiò, exemplo brutorum gaudia ſibi propria cupientium.

Quartò tandem tales inſanos fore conſtat ſupplicio, & pœna illorum qui ad Regum conuiuia uenire neglexerunt, uel ſerò venere.

34 *Cauſa duplex eſt, quare hi homines ſceleſti ad æternorum præmiorum gaudia haud quaquam accedere feſtinant.*

Prima eſt; quia iſtæc bona præſentia nimis diligunt, nimisque iſtis ſeipſos explenti & in eis ſupernacaneè fidunt.

Secunda uero cauſa eſt, quia in futuris bonis gaudijs neutiquam ſperant; neque ea, ut profecto deberent, diligere uolunt.

35 *Improbi homines qui opibus in hoc ſeculo pollentes, æternas diuitias non magnificiunt, ingratis operarijs meritò comparantur.*

GAudium eſt duplex, unum temporale, aliud æternũ. Circa quæ ſex ſunt attendenda, duo (uidelicet) circa primum: & quatuor circa ſecundum. Primo ergo oſtenditur gaudij temporalis, ſiue in diuitijs, ſiue in delicijs, ſiue in honoribus, ſiue in quibuſcunque quæratur, paruitas, & breuitas. Secundo, quòd maxima amentia eſt illud, uel multum deſiderare, vel multum deliberare. Tertiò, oſtenditur multis euidentijs, cęleſtis, & æterni gaudij magnitudo. Quarto, quòd de iuris æquitate tantum gaudium magnum requirit præcedens deſiderium. Quinto, per quæ media illud gaudium adipiſci, & illud præcedens deſiderium impleri poterit. Sexto, non feruenter deſiderantium, & non feſtinantium ad illud pertingere oſtenditur ſtultitia.

¶Primum patet exemplo, & confirmatur auctoritate, conuenienti enim exemplo, huius mundi oſtenditur gaudium, in guſtu habito de cipho clamatoris, in aliquibus enim terris, volens uinum uenale in aliqua taberna uenditionis de nouo expoſitum proclamare, uaſculum uini cum cipho in manu per ciuitatem portans, & ualorem eius, & locum in quo inuenitur, clamans, occurrentibus, & naturam & bonitatem uini ſcire uolẽtibus, guſtandum

Ar. 1.

1 Exemplum.

Digitized by Google

dum præbet, ut per illud guſtatum ſciatur, quale ſit in taberna, & ut eius ſuauitate guſtata in quantitate parua, copia eius feruentius deſideretur, datur ergo aliquid, ut per illud reſiduum concupiſcatur, & datur parum, ne capientis appetitus, ut ſitis, ſatietur in uia. Et ſic a taberna deſiderium retrahatur, quia ita modice datur, quòd nec eum ſatiat, uel feſtinat, ſed potius inflammat, & prouocat, unde talis potio breuis, & parua, & momẽtanea eſt: ſicut gaudium hypocritæ, ad inſtar puncti: Iob 20. hoc in fine approbabit, ſicut patet ex verbis Gregorij. D. 5.4.

Artic. 2. ¶Ex quo ſequi uidetur, ꝙ illud gaudium non habitum, non eſt multum deſiderandum, nec habitum, multum amandũ, nec eſt in eo ſiſtendum, quia non ſatiat, ſicut nec prædicta guſtatio, 2 (ſicut patet. A. 27. 5.) ſed per iſtam gaudij præguſtationem, non deberet amplius inflammari in appetitu cõſilium temporalium, per quæ non ſatiatur, ſed in appetendo cęleſtia, quæ ſatiãt, iuxta illud, ſatiabor cùm apparuerit gloria tua (in Pſal. 16) Ad hoc à Deo præguſtanda oſtenduntur (ut prædictũ eſt de prædicto clamatore) ipſo teſte. Ioan. 15. & gaudium meum in uobis ſit, & gaudium ueſtrum impleatur, in cęlo (ſcilicet) vbi eſt fons gaudij: Ad hoc hic riuulus aliqualis gaudij defunditur, ut fons q̃ratur (ſicut patet. D. 5.2.) Exemplum. Qui enim in riuulo ſiſtit, & gaudet, ſtultus eſt, primo propter cauſam ibi tactam, ſecundo, quia in natura ſua non includit materiam gaudij, ſed doloris, propter eius breuitatem, filio Exemplum. reginato, qui eodem die moritur, plus merori patri accreſcit, quàm gaudij. Sic in propoſito naſcitur mundi gaudium in merorem. (Iob 4.) ſuorum: quia breui uiuit tempore ſuijpſius, quia repletur multis miſerijs.

¶Sed nonnulli iſtius uitæ, & gaudij breuitatis, ſimulque æternitatis obliti, hic ſe diu victuros ſperant, & ideo vitam inæternum duraturam minus curant, ſimiles cuidam mulieri, de qua narrator ait, quòd cùm huinſmodi uitę breuitatem, & alterius audiret æternitatem, dixit quaſi, quo ſequitur modo, bene mihi eſt hic, ibi uero neſcio, quomodo eſt, adhuc nollem ibi eſſe, eademque in craſtino mortua fuit. In qua morte breuitatẽ uitæ, quam prius non credidit, inuenit, & gaudia, quæ deſiderauit, amiſit, cum incertitudine illorum, quæ non deſideranit. Simile legitur iudicium. (Lucæ 12.) Stulte hac nocte, &c. dicat ergo quilibet illud Thobiæ 5. quale gaudium mihi eſt, propter gaudij breuitatem, ſicut dictum eſt. Exemplum.

¶Tertio, propter gaudij, & gaudentium periculum. Sicut enim fatuus eſſet, qui gaudens uidet nauem, in qua eſſet in periculo ſubmerſionis, uel etiã multas naues, & ſocios iuxta eum ſubmergi. Ita ſtultus eſt, qui in hoc mundo in ſtatu incerto eſt, in quo facile dãnari poteſt, qui etiam multos in mortis naui, ſcilicet, Angelos malos, & Iudam in profundum inferni demergi videt, & gaudet: Tales reprehendit Deus (Hiere. 45.) dicens. Quos plantauit, ego euello, & uniuerſam terrã hãc, (ſicut patet in diluuio.) Et tu quęris tibi gaudia grandia, noli quęrere: quia ecce ego adducam malum ſuper omnem carnem (ſupple) ſic gaudentem. 3 Exẽplũ.

¶Quarto, propter ſtatus ignorantiã, ſicut cecitas cauſa eſt triſtitiæ, dicitur enim, ꝙ cæcus naturaliter eſt triſtis. Et ſicut peregrino uiæ incertitudo, & ſicut citato in cauſa mortis, cauſę incertitudo, cauſæ ſunt triſticiæ, & non gaudij. Ita in propoſito, quia nemo ſcit, utrum odio uel amore dignus ſit. (Eccle. 9.) Et hoc aggrauare deberet iſtius ignorantiæ periculum, quòd certi ſunt, uel eſſe deberent, quòd multi damnantur, & pauci ſaluantur. (Matth. 20.) Multi ſunt uocati, pauci uero electi. Si multi ſaluarẽtur, magis opinabile eſſet, quòd poſſet eſſe de numero multorum, quàm paucorum, paucitas ſaluandorum, magnam requirit ſollicitudinem in uolentibus ſaluari, nec mirum, Exemplum.

quia

quia multi pro patruo gaudio transitorio multũ laborant. Ergo à multo fortiori, vt gaudium sit plenum. 1. Ioan. 1.

4. ¶Quinto, propter huiusmodi gaudij, & sic gaudentium finẽ, finis enim illorum erit dolor, quia sicut illi, qui totum gaudium suum in Deo, uel in ordinatis ad Deũ habent, licet frequẽter exterius tribulentur, tamẽ ĩ fine à Deo cognoscẽtur, & mutatione facta, tristitia illorum uertetur in gaudium,

Exemplum. Ioã. 16. Ita illi, qui in rebus gaudẽt deordinatis, proprium periculum ignorantes, sicut gaudent phrenitici, & insani, uidentes uincula, nescientes causam, licet ad tempus gaudeant. Extrema tamẽ gaudij illius, luctus occupat, Prouerb. 14. Ridẽt in mane, sed flebũt in sero, ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia (in Psal. 29.) scilicet mortis, quãdo Deus cantabit eis canticum fatuarum uirginum, nescio uos. Talibus enim dicere potest in morte, sicut (secundũ narrationem) dixit quidam cuidam

Exemplum. personæ, quam multum dilexit, dum ei soli amorem suum seruauerit. Intantum enim pro tũc illam (ponatur gratia exempli) uxorem suam dilexit, q̃ eam uocauit, gaudium suum, hic uero de peregrinatione redeundo certificatus, q̃ medio tempore aliud gaudium quæsiuisset, ad ipsam, cum ei occurreret, quasi ad omnino ignotã se habuit, cui cum ipsa admirans, diceret, nõ nostis gaudium uestrum? Respondit ille, dum fuit meum, noui, postquàm uerò fuit uestrum, non noui.

¶Quid aliud dicturus est Deus tibi, p̃ eo, quòd non seruieris domino Deo tuo in gaudio, cordisque lætitia. Deut. 28. sed in alio gaudiũ quæsieris, ideo nomen tuum de libro uitæ, & de scientia Dei approbata, delebitur, iuxta illud Ecclesiastes. 19. Qui gaudet in iniquitate, denotabitur, id est, de nota libri uitę delebitur.

5 ¶Patet ergo quòd illi, qui lætantur, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis de quibus Prouerb. 15. quòd gaudium est stulto facere stultitiã, nec considerant gaudij breuitatẽ, nec breuitatis periculum, uel finem sunt, sicut illi, qui gaudẽtes uadunt ad patibulũ, & sicut illi, qui gaudẽt de igne, quo cõburendi sunt, & sicut illi, qui gaudẽtes funes faciunt, quibus ad furcas trahuntur, & sicut pisces, qui cũ gaudio hamũ capit, & sicut mulier, quæ in præsentia mariti in his, quæ contra voluntatem ipsius sunt gaudet, & sicut fur, qui cum gaudio furatur in præsentia iustissimi iudicis: quis non diceret istos esse insanos, & stultissimos, & male deceptos? ita in proposito, tales sunt turpissimi, quia uoluntarię decepti, quis aliquem de prędictis ridentem uidens, non diceret stultum esse? Sic in proposito, risum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Ecclesiastes. 2. Et bene dicit (deciperis) quia credis illud gaudium esse, quod in rei veritate est dolor. Exemplum. Exemplum.

¶Quia sicut in naturalib⁹ dicimus, 6
quod motus speciem & nomen sortitur à fine. Sicut etiã in narrationibus dicimus, quod finis facit narrationem, ita etiam in actibus humanis necesse est dicere, quod illi actus sũt bo⁹, uel mali, qui ad bonum, uel malum ducũt finem, & ille interiores affectiones sint bonæ uel malę, quę ad tales ducũt metas: Cum ergo gaudium in peccato, uel de peccato sit interior affectio, & motus, quandoque mentis, & corporis cuius finis est mors, & dolor) quia finis peccati mors (oportet, quod motus ille, & gaudium illorum. Exemplum.

¶De quibus. (Rom. 6.) Finis illorum mors, & (Philip. 3.) quorum finis interitus, qui tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in pũcto ad inferna descendunt. (Ioan. 21.) dolor & mors sit. Si ergo cognouisses, & tu. (Lucæ 19.) Non gauderes, sed fleres, omnibus prædictis consideratis, patet quòd inuenis ille bene respondit. D. 12. 14.

¶Ostensa terreni gaudij breuitate Artic. 3.

& gau-

& gaudentium fatuitate oſtendere reſtat gaudij confeſſis æternitatem, & gaudij magnitudinem, atque gaudentium fœlicitatem, vt contraria, & diſſimilia iuxta ſe poſita, clarius appareant: huius autem magnitudo, & fœlicitas multis euidentijs oſtēdi poteſt, quia multa nos inducunt ad credendum eius magnitudinem, exēpla, mul tæque inexitabiles rationes.

¶ Quarum prima accipitur ex mūdialium conceſſione, ipſi enim quando in aliqua re multum delectantur, concipiunt, & concedunt magnum eſſe gaudium, illa re ad libitum frui, & intantum delectantur, quòd omnis ferè delectationis alterius obliuiſcūtur (ſicut patet. B. 1. 7.) Ex qua conceſſione neceſſe habebunt concedere, quod maius erit gaudium in aula ſibi, & amicis, quàm extra portā inimicis, quòd maiorem dabit delectationem in aula, & longiorem, quàm in carcere. Si etiam gaudent de pulchritudine quacunq; neceſſe habent concedere, ibi maiorē eſſe pulchritudinem, quia ex quo non facit domum ſuam ſophiſticam, apparentem extra, & non exiſtētem intra, neceſſario ſequi uidetur, quod maior ſit pulchritudo intra, quàm extra. Ex tali conſideratione veraciter reſpondiſſe uidetur quidam ſapiens, de pulchritudine domus Dei requiſitus, eleuans enim oculos cœlumq; ſtellatum reſpiciēs, dixit pulchra eſt pars dextra, parsq; interior, quæ pulchrior p rationem eſſe debet. Ex quo tam pulchra eſt pars ſiniſtra, & exterior: Quod cū pulchrior ſit domus Dei interius ratiocinari poteſt tam ex Dei ſapientia, qua vult, ſicut quicunque ſapiēs quod maior ſit interior, quàm exterior pulchritudo, extra ex interioribus ornamentis, pulchriora enim ſunt interius ornamenta & picturæ, & imagines: Interius ornata eſt domus illa Deo, & Angelis, & omnibus ſāctis, & illuſtrata lumine gloriæ.

Exemplum.

Exemplum.

¶ Exterius verò ornata eſt planetis, & ſtellis, & lumine Solis illuſtrata, quanto ergo Deus, & angeli, & animæ ſanctorum pulchriores ſunt ſtellis, & quanto lumen gloriæ maius eſt lumine naturæ tanto maiorem concedere oportet in cœlo eſſe pulchritudinem, quia (ſicut dicitur Sapien. 7.) ſpecioſior eſt Sole. Et Sapien. 13. quanto ijs dominator eorum ſpecioſior eſt: Si ergo Magi gauiſi ſunt in uidendo Stellam, ſicut patet Matth. 2. quāto magis gaudium erit beatis, uidere illum in gloria ſua? de quo dicitur Ioan. 20. Gauiſi ſunt diſcipuli uiſo domino.

¶ Secunda accipitur, ex Dei, ex vna parte uenditione, & ſanctorum ex alia parte emptione, Deus care amicis ſuis illud gaudium vendidit, & ipſi illud care emerunt: ſicut patet. F. 3. 2. Ergo oportet concedere, uel quod Deus in iuſtus mercator ſit in uendendo rem ultra uerum ualorem, & quod ipſi fatui fuerunt in emendo, uel quod gaudium illud magni ſit ualoris, ſed primum non eſt dare, ergo cōcedere oportet, quod factum eſt gaudium magnū in illa ciuitate. Actum. 8.

8 Exemplum.

¶ Tertia accipitur ex gaudij intentione, ſeu intimietate: illud enim gaudium ita intenſum, itaque excellens eſt, quòd ſancti martyres propter modicum guſtum reliquiarum eius, omnia tormenta, uel quaſi nihil ſenſerūt, uel patienter ſuſtinuerunt: intantum quòd ſuper carbones ambulātes ignitos ſuper roſas ambulare uidebantur ſolū propter ſpē illius gaudij habēdi.

¶ Multum ergo delectabit in re, qđ tantum delectabat in ſpe. Si tantum delectat arra, tantumq; gaudēt, quòd arram receperunt gratiæ, quòd teſte ſacra ſcriptura. (Eccleſiaſtici. 30.) quæ de talibus loquens, ait, Non eſt oble ctamentum ſuper cordis gaudium. Quanto magis delectabit quantoque plus de plena gaudebunt ſolutione, dicentes illud. Ioan. 17. Gaudium meum impletum eſt.

¶ Quarta accipit ex gaudij multiplicitate, ſeu gaudiorū, multitudine, quæ in ſeipſo quilibet inueniet, tanta enim

erit

erit gaudij generalitas, quòd nihil erit in corpore, uel in anima, quin gaudio ſibi conuenienti replebitur. Et non ſolum appetitus beatorum ſatiabitur, quantum ad gaudium, quod appetunt ſibijpſis & ſingulis eorum partibus, ſed etiam quantum ad gaudium, quod amici ſuis deſiderauerant, illis ergo quibus eſt modo ſenectus debilitas, & defectus multiplex, tã in corpore, quàm in anima, quàm in amicis, ſi perſeuerauerint boni ſint, habebunt ibi, ijs euacuatis imperfectionibus, omnem perfectionem, ſicut iuuentutem, fortitudinem ſine ſenectute, uel debilitate, ſatietatem ſine faſtidio, libertatem ſine ſeruitute, pulchritudinem ſine deformitate, impaſſibilitatem ſine pœnalitate, pacẽ ſine omni perturbatione, abũdantiam ſine omni indigentia, ſecuritatem ſine omni timore, cogitationem ſine omni ignorantia, uiſionem omnium ſine omni impedimento (ſicut patet A.25.17.) Sic ergo in ſeipſis gaudium, & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor ab eis, Iſa.35. Nota. R.7. artic.6.

¶Quinta accipitur ex amicorum, & omnium beatorum exaltatione, & glorificatione, & ex bonis, & gaudijs, quem in alijs uidebit. Si enim gaudium multorum magnum eſſet, hic uidendo patres, uel filios, uel amicos maximos, in reges, uel epiſcopos exaltatos. Multo magis erit ibi, ubi talem dignitatem amittere non poterunt, ibi ſinguli de aliorum gaudio guaudebunt, dicentes, illud (Phil.4.) Fratres mei dilectiſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & cõrona mea, ſi illud Pauli adhuc uiatoris tantum charitate præditi gaudiũ, erat fratrum gaudium. Si etiam omnes in charitate exiſtentes, de bono aliorum gaudent, ſi pro quia: quia omnes facere neceſſe eſt, gaudiumque illorum ſpirituale, & ſpiritualis profectus, & gloria, omnium aliorum eſt lætitia, multo fortiori ratione hoc verum erit in patria, ubi nulla erit de aliorum gaudio inuidia, ſe gaudium, intantum enim neceſſe erit gaudere cum gaudẽtibus. (Rom.12.) quòd gaudium omnium erit gaudium ſingulorum: ponamus enim ante mentis oculos unum beatum, quemcunque uolueris, iſtius gaudium non ſolum accumulatur, & augmentatur, ex conſideratione euaſionis præcedentium periculorum, nec ex meritis præcedentibus, uel ex operibus, uel exemplis in ſcripturis, in quibus alij poſt mortem eius proficiunt, uel ante, nec etiam in omnibus dotibus corporis, & animæ, vel alijs quibuſcunque bonis in ſeipſo inuentis (de quibus prædictum eſt:) ſed etiam ex gaudijs omnium aliorum, ſcilicet, angelorum, & ſanctorum, & quorumcunque electorum, ita quod iſte in caſu poſitus, tot habebit gaudia, quot omnes angeli, & electi in cœlo. Et ſicut iſte tot habebit gaudia, quot omnes alij: ita etiam quicunque alius beatus; quòd quantum uidetur mirabile, tantum eſt rationabile, quia ſi minor, qui eſt in cœlo non haberet tot gaudia, quod habent omnes, qui ſunt in cœlo, hoc non eſſet, niſi quia vel gaudiorum numerioſam ignoraret multidinem, quòd videlicet, non ſciret omnia gaudia ſalmandorum, uel quia ſciret, & tamen de gaudijs non gauderet. Primum non eſt dare, (ſicut oſtenſum eſt. A.25.17.) Secundum vero concedere, non ſtat cum fide, ibi quilibet alijs dicere poteſt, illud Philip.1. Socij gaudij mei uos, quia ſicut bonus ſocius, & membrum, gaudet de bono alterius, ita ibi quilibet de bonis, & de gaudijs alterius. Concluditur ergo, ꝙ quot ſunt bona in terra, & in cœlo, quod etiam iuſticiæ Dei in inferno, tot gaudia habet quilibet in cœlo, de pœnis enim damnatorum lætantur (iuxta illud. Pſal.57.) Lætabitur iuſtus cum viderit uindictam, ſic in omnibus, qui ſunt in cœlo, impletur quod petitur. Rom.15. Repleat (inquit) vos omni gaudio. Cum ergo bona, & gaudia omnium aliorum, ſine cõparatione quaſi in infinitum, bona & merita excedant unius, & tamen gaudia, quæ de bonis,

Exemplum.

10 Exemplum.

11

& meritis ꝓprijs reſultant magna ſint, quę in ſeipſo inuenit (ſicut patet ſupra eo.ca.ix.) neceſſario ſequi uidetur, ꝙ gaudia de bonis in ſeipſo inuẽtis: mixta cum gaudijs in alijs uiſis (i.) quę reſultant ex his, quæ in alijs uider, maxima, & quaſi infinita ſint, ita ꝙ quilibet in illo gaudio dicere poteſt illud (2.Cor.7.) ſuperabundo gaudio: habẽdo de his, quæ in me inuenio ſuperabundo in his, quæ in alijs uideo. Sed ad hæc forte dicet, quod illud gaudiũ, quod habebunt de bonis in alijs viſis, modicum erit reſpectiue: ita ꝙ gaudiũ de proprijs bonis, & de uiſu Dei parũ augmentabit. Sed iſti in iſta conſideratione, & reſponſione aſſimilãtur illis, qui in uita iſta res amant, uel de rebus gaudent, non ſm bonitatem, uel dignitatẽ, uel ualorẽ, quæ in rebus illis continentur, ſed ſm ꝙ ſunt eis utiles, uel delectabiles. Tales plus diligunt denarium argenteum in crumena propria, quàm aureum in crumena aliena, nõ quia plus ualeat, ſed plus ad lucrũ, & cõmodum proprium tẽdit. In cęlo uero, ubi eſt charitas ordinata, alię erunt affectiones, qa ibi diligent, & gaudebunt de rebus, prout digną ſunt, ita qđ plus meliora diligẽt, plusq; de eis gaudebunt ordine quodam: ita ꝙ de Deo ſuper oĩa quilibet gaudebit, & plus de meliore ſe, quia plus diuinã participãt bonitatem, & de ęquali æqualiter, & de minori minus, hoc n. neceſſario ſequi uidetur pp maximam cõformitatem, quę erit inter uoluntatẽ diuinã, & beatorum. Diuina n. uoluntas ordine prędicto omnia diligit, igitur oportet, ꝙ illi, quorum uoluntas in omnibus uoluntati diuinæ conformatur, ſic omnia diligant, ſicque de eis gaudeant: Non ergo parum de aliorum gaudebit fœlicitate, ſed ſi maior ſit, gaudebit magis ſuper eam. Matt.18. his uero obijcitur: quia per dicta uidetur, ꝙ tãtum gaudium intenſiuè habebit minimus ſanctus in cœlo, quantum maximus, quia dictum eſt, ꝙ omnes fruuntur Deo, & gaudent de rebus ſm ipſarum ualorẽ, ſed ualor illarum in certo, & uno conſiſtit puncto, ergo oẽs erunt æqualiter beati, huic reſpondetur, primo, ꝙ non tm̃ de Deo gaudebũt, quãtum ualor eius eſt, & dignitas ualet, qa infinitus, & immenſus eſt in bonitate, nec à quocũq; ſancto totaliter cõprehẽdi põt. Ideo in illius immẽſitate diuerſũ diuerſitate gaudebũt, ipſoq; fruũtur ſm diuerſitatẽ operũ, & meritorũ, & uirtutũ ſpecialiter theologicarũ (ſcilicet) fidei, ſpei, & charitatis præcedentium, ſm enim illarum intenſionẽ intẽſiora prima ſuccedunt gaudia, habẽti. n. intenſiorem fidem cum conditionibus, ſuis determinatis ſupra. c de fide ſuccedet intenſior, & clarior uiſio, quia uiſio eſt gaudium ſuccedẽs fidei habenti fortiorem & feruẽtiorẽ ſpem uicinior ſuccedit & intimor adhęſio, maiorem habenti charitatem, delectabilior ſuccedet fruitio. Et eſt de Deo (qui quidem ſpeculum uocatur uoluũtariũ in hoc caſu) ſicut de ſpeculo naturali, in quo clarius uident, qui limpidiorem habẽt oculorum diſpoſitionem: Ita in illo ſpeculo uoluntario, in cuius uiſione & fruitione noſtra conſiſtit beatitudo (iuxta illud Ioan. 17.) hæc eſt uita æterna, ut cognoſcant te, & in Pſal.20. Lætifica me in gaudio cũ uultu tuo, ſm diuerſitatem diſpoſitionum præcedentium operum, & uirtutum, clarius uel minus clare uidebunt. Omnes tamen de parte ſua, quam ſufficientem reputabunt, lætabũtur, quia uidebunt recti, & lætabuntur in Pſal. 106. Secundo reſpondetur, ꝙ minimus ſanctus in cœlo uidendo maximũ ſanctum gaudere de uiſione intenſa Dei, de hoc, ꝙ uidet eum ſic gaudere, gaudet, nec tamen tantum gaudet, quantũ ipſe, qui intenſius uidet, quia non uidet ita clarè, nec fruitur eo æqualiter. Sicut ergo ſimul ſtãt, quòd ego ſciam, quod notas muſicæ alius ſcit, & quòd gaudeam ꝙ tot ſcit, quæ tamen ego in arte illa ignarus neſcio, & ideo non tantum gaudeo, quãtum ipſe, quia ipſe gaudet, & de numero, qa ſcilicet tot,

Exemplum. 12 Exemplum. 13 Exemplum. 14 Exemplum.

ſcit,& de ſcientia in ſe: Ego tantum de hoc gaudeo,quia ſcio ipſum,quem diligo,illa ſcire,& non, quia ſcio. Ita ſimul ſtare videntur, q minimus in cœlo ſciat quot gaudia maximus habeat, & gaudeat de hoc,q tot habet, & q tã clare.Deum uidet,& tamen q nõ omnia ſciat, uel ita clare uideat, ſicut ipſe,ſicut ergo ſciens notas, & numerũ, de utroque gaudet plusquàm ille, qui neſcit ſcientiam,ſed ſcit numerum, ita poſſibile eſt, q magnus ſanctus, qui plus Deo appropinquat de duob. gaudens,quia,videlicet,tãtum viſioni Dei appropinquat, & quia numerum ſcit bonorum operum, de quibus gaudet, plus gaudet intenſiuè,quàm alius,qui non tantum appropinquat, ſcit tamen numerum bonorum operũ, & omnia gaudia illius magni ſancti i de quibus omnibus tantum,ſicut ipſe, gaudet extenſiuè,ſicut ille,qui gaudet,quia amicus tot notas ſcit, non quia omnẽ modum habeat in ſciendo, & uidendo, uel fruendo, & adhærendo; ſed quia ſcit ipſum tot modos habere.Sicut ergo amicus gaudet, quia ſcit amicum habere bene,& multa bona habere,ita in cœlo quilibet gaudet de hoc, quòd ſcit alios gaudere:Et hoc eſt rationabile, quòd videlicet Deo, qui oſtendit quantum pro ſingulis facit, ut quilibet de bonis alterius gratias agat:ſicut faceret membrum pro bonis alteri mẽbro datis. Sic in propoſito iuſtus laudabitur atque gaudebit : (Prouerb. 29.) Gaudent ergo minimi quot gaudijs, maximi, ſed non tantum, ſed ille ſolum tantum gaudet, qui tantum Deo appropinquat, quia (teſte ſacra ſcriptura. Prouerbio. 14.) In gaudio eius non miſcebitur extraneus : qui ſcilicet, non tantum Deo appropinquat. Nec tamen de hoc grauantur: quia quilibet ibi habet, quicquid vult, & ideo de parte ſua contentatur. Ex dictis ergo patet, quomodo intelligitur, quod prædictum eſt, quòd omnes tantum gaudent de rebus tam increatis,quàm creatis, quantum digne ſunt:quia ſi dictum ad diuerſos referatur gaudentes, uel de pluribus gaudẽtibus,quorũ unus altero maior eſt, intelligatur, falſum eſt, quia de eodem Deo, qui in ſe æquè dignus eſt, unus altero plus gaudet: Si uero de eodẽ intelligatur gaudente, & de diuerſis rebus,in quibus gaudet:ſic verũ eſt,quia ſic plus gaudet de Deo, & deinde de his,quę plus à Deo diligunt,& de quibus Deus plus gaudet.Et ſecundũ hũc intellectũ,fuit dictũ, omnes tamen ſimul gaudent, implentes illud Eſa. 52. Gaudete, & laudate ſimul : Si ergo,teſte exẽplo narratoris, tãta eſt iocunditas ſocietatis,ſeu melodię unius angeli,uel gaudij, q cuidã Religioſo Deũ roganti,q unum gaudiũ ei in hac uita ad eius deſiderium inflammandũ oſtẽderet, unus Angelus in forma auis ei cantans apparuit, & ita eum iocunditate,& gaudio repleuit, q trecẽti anni uidebantur ei,quaſi una hora diei, tãtum q in illo ſolo gaudio delectabat, quòd nec famen,nec frigus,uel paſſionem quãcunq; ſenſit, non obſtante q in loco, ubi tales uigent paſſiones, id eſt,i horto quodam erat,quanto magis delectabitur, qui illam glorioſam ciuitatem attingere poterit, ubi non ſolum de ſocietate,uel melodia unius angeli gaudebit. Sed de Deo, & matre eius,& omnibus Angelis,& ſanctis,de loci amenitate, puritate, largitate, pulchritudine,& de omnibus gaudijs ꝓdictis,quæ intrà ſe inuenient,& de omnibus,quæ in eis (ut dictum eſt) uidebit & audiet,non trecentis, ſed ſempiternis annis, ipſo hoc largiente, quia iocunditatem, atque gaudium dabit in longitudinem dierum. Eccleſiaſtici. j. Nota de hoc B. j. art. 4. uſque ad fin.

Exemplum.

15

Exemplum.

1

¶ Tam magnum ergo gaudiũ magno acquiri debet deſiderio. Circa quẽ eſt aduertendum, q deſiderium noſtrũ de illo gaudio habendo, tria augmentare, & inflammare debebit. Primo mala,quæ hic patimur. Secundo,bona, quibus hic utimur.

Arti. 4. 16

¶ Tertio, bona, quibus illuc fruimur:

mur: Quantum ad primum, sicut sitis facit cernum desiderare fontes aquarum. Et fames falconem facit desiderare prædam, & ad manū Domini sui redire: sicut etiam labor, & paupertas, & miseria peregrinationis, seu exilij, vel carceris desiderium accendit ad patriam reuertendi, sic etiam spinæ extra viam, faciunt viam quærere (sicut patet. A. 20. 12.) Et sicut seruus tedia inueniens cum vno Domino, quærit alium magis quietum. Si vero priore cum vno defectu, vel tedio derelicto, cum secundo centum inueniat, quærit redire ad primum, dicendo: veh mihi quia illum dimisi. Ita in proposito, q̄ hic habent famem, sitim, quibus hic mundus, carcer, & exilium est, qui in seruitute carnis, mūdi, & diaboli multa inueniunt tedia, & defectus, desiderare deberent (tali seruitio derelicto) hic Deo seruire, & illic cum eo regnare. Et si in Dei seruitio vnum, vel duo inueniant tedia, pœnitentiam, scilicet & laborem, corpus exercendo, vel tentationibus resistendo, quem quidem laborem, quia diu tolerare non vult (Deo derelicto peccādo) diaboli seruituti se subdit, sub quo plura, & grauiora inuenit tedia, quia illa sunt interiora in conscientia, alia sunt exteriora, quæ minus grauant, quia habēt interiorem spem, & dulcedinem, quæ ea alleuiant, de quibus (Rom. 12.) spe gaudentes (& Col. 1.) gaudeo in passionibus, dicat illud Oseæ 2. vadam ad virum meum &c. (sicut patet. A. 20. 12.) Et cum inuenerint amaritudines, aduersitates in hijs, in quibus solacia quærebant, & gaudia, ipsis de relictis, dicat illud Abacuch vlti. Ego autē gaudebo in Deo Iesu meo: Sic enim quādoque homines mundi miseriā, & falsitatem, peccatorumq; experti immunditiam, & tedium, & specialiter quādo mortem vicinam æstimant, priorē vitam, & propriam stultitiam præcedentem lamentantes, dicunt (heu) q̄ à iuuentute mundū non dereliquimus, & q̄ vitam religiosam non duximus, modo videmus quàm male fuimus à mundo excæcati, & decepti. Et quandoq; ex tali consideratione cōpuncti, ad Deum perfectè redeunt, in Deoq; gaudere discunt, dicentes illud Isa. 41. gaudens gaudebo in Dño: Ad hoc sic eos affligi permittit, ad hoc oīa gaudia hic tedijs esse mixta ordinauit, vt in ipso gauderent. Ad hoc teste (teste Boetio de consolatione) bræsens fœlicitas multis amaritudinibus respersa est, habēs secū semper, tam mali mixturam, timorem, & dolorē, quàm brevitatem, vt patet indictione in oībus, in quibus mundi gaudia cōsistere creduntur, videlicet, in delitijs, diuitijs, & honoribus. Quod aūt diuitiæ has habent miserias annexas, patet tā in acquirendo, quàm in possidēdo, & amittendo. In acquirendo, quia cū magno labore, & sollicitudine, & frequenter cum remorsu conscientiæ & cū periculo tam corporis, quàm aīæ acquirūtur. In possidendo etiam, quia aut eas auarus possidet, aut largus, vel prodigus. Si auarus, nūquā sine timore possidet, quia oēs suspectos habet, imaginatur enim, q̄ oēs ei insidiant, eiusq; spoliationi studēt, sic tām fures, quàm fideles non sine cordis anxietate falsos æstimat (sicut patet. A. 27. 21.) Nec sine dolore expēdit, quia expēsas auari, dolor præcedit, & cōcomitat, & sequitur. Primum patet, quia anxiè excogitans, q̄ eū expendere oportet, grauatusq;, q̄ tantum vel ex tali causa eum expēdere oportet, sollicitusq; quō minus expēdere possit, citius cor tristitia, quàm manus crumenam tangit, cōcomitatur etiam, quia idem denarius, dū parsupium aperit, cor tristitia claudit; sequitur etiā, qñ post vini digestionē, & somni excitationē cor frigescit, & os suspirat, cogitās, vel q̄ nimis expendit, vel q̄ non ita vtiliter, sicut debuit, vel q̄ nimis care emit, vel q̄ fuit deceptus, vel qđ circa ingratos, qui ei vicē non reddent expendit, dum ergo auari nō solū in morte, qñ necessario oēs amittent diuitias, sed ēt ante mortē in 17 18

acquirendo,in poſſidẽdo, in expendẽdo, quaſi modis infinitis torquentur, quale gaudium eis afferunt diuitię?immo videntur potius auferre, quàm afferre.Si vero prodigus ſit, licet in acqrendo cum auaris ſimul currat, tamen in poſſidẽdo non tm̃ timet, quia facit ſibi amicos de mammona iniquitatis, & tm̃ quantũ ille timet,ne amittat, vel ne expendere eum oporteat, tm̃ timet iſte,ne nimis parũ expendat, vel ne nõ habeat,quod expendat:unde dicũt, libenter expenderemus, ſi haberemus unde.Sicut auaris,ita & iſtis accidit, q̃
19 videlicet,dolor expenſas præcedit, cogitando,ſcilicet vbi expenſas habebũt ad libitum,cõcomitatur, quia uidetur q̃ nimis parum eſt, quod expendunt. Sequitur, quia tales frequenter multa cõtrahunt de vita, quæ male ſoluunt, pluries clamorẽ audiunt creditorum, mobilia, ſcilicet,& immobilia vẽdunt, obligant,diſtrahunt,& in paupertatẽ, & diuerſas confuſiones cum vxoribus, & filijs cadunt, iſti ergo conſiderantes omnia iſta diuitiarum incõmoda,tam in acquirẽdo,quàm in expendẽdo,cõſiderantes inſuper confuſionem, & triſticiam,quæ ſequitur, quando in paupertate ſunt,quod modo ſolito expendere non poſſunt, & quòd tunc non honorantur,ſicut ſolebant, cum auaris ſimul ueraciter dicere poſſunt illud
20 Treñ. 5. Deficit gaudium cordis noſtri.Secundo patet, quòd iſte miſeriæ, quaſcunque ſequuntur delectationes, ſiue in eſculentis, ſiue in ludis, ſiue in quibuſcunque actibus corporaliũ ſenſuum quærãtur:Omnis enim talis delectatio uel habet miſeriam & defectũ præcedentem, vel concomitantem,vel ſubſequentem, uel omnes tres ſimul: hoc enim patet in omnibus inductiuè, delectationem enim, quæ in cibis, & potibus habetur, præcedit miſeria famis,& ſitis in re,uel in appetitu: in re, quando realiter fameſcit in appetitu, ſeu deſiderio, quando famem deſiderat,& ſitim, vt cum maiori delectatione comedat,uel bibat; Concomitatur etiam frequenter,vel quia non in omnibus placent, vel quia timent, ne in eis noceant. Sequitur etiam frequẽter pœna,vel quia nimis comedit, vel quia ſana non ſumpſit. Idem etiam patet in ludis,ſiue taxillorũ, ſiue conflectionũ, & haſtiludiorum, & omnibus alijs ludis prohibitis,quos præcedit timor verecundiæ vel amiſſionis: cõcomitatur dolor amittentis vel nocumentum patiẽtis,ſequitur pœna vtriuſque,amittẽtis,videlicet,quia ludum exercuit prohibitũ (ſicut patebit infra. c. de ludis) q̃n quod credebatur lucrari, reſtituet, vel pro nõ reſtitutione æternaliter punietur. Idem patet in delectationibus, quæ ſunt in actibus quorũcunq; ſenſuum, in quibus licet delectationes q̃rat,non tamẽ illa inuenit,quin frequẽter in uidẽdo,in audiẽdo diſplicentia, vel placẽtia, cum cõditionibus tamen diſplicentibus doleat,q̃ auferent uocẽ 21
gaudij Baruc. 2. Tertio patet, q̃ prædictæ miſeriæ bonorum etiã gaudium ſequũtur. Nã ſi vnus honorat vel adulatur,alius nõ facit, & quãtum lætatur de honorante,tm̃ triſtatur de non honorante,& plus,ſicut patet p̃ hoc quod legitur Heſter. 5. de Aman, qui cõuocatis ad ſe vxore,& amicis narrauit eis magnitudinem diuitiarum ſuarum, & bonorum,quomodo,ſcilicet,Rex eum ſuper omnes principes exaltaſſet, & quomodo Regina ipſum ſolum cum Rege ad cõuiuium vocauerat,qbus expoſitis adiecit,& cũ hęc oĩa habẽã, nihil me hr̃e puto,quãdiu uideo Mardocheũ ſedẽtẽ ante fores regias,cuius indignationis cauſa p̃mittitur ibidẽ.c. 3. ſeruiſinquit)qui in foribus palacij verſabant,flectebant genua, & adorabant Aman,ſolus Mardocheus nõ flectebat genua,nec adorabat. Ecce plus doluit, & grauabatur de vno non honorante, quàm de oĩbus honorantibus gaudebat. Sic gaudium illud de honorantibus,aliorũ triſticia unius nõ honorantis mixtum fuit. Et non ſolum de non honorũte triſtabatur, ſed etiam ipſum vſque ad mortem perſequi nitebatur. Exemplum.

Iſte

Iſte uero Aman multos in utroq; punc-
22 to habet ſequaces, quia ex quo incipiũt eſſe magni in oculis propriis, uel officijs, & poteſtatibus conſtituti, & ab
Exem. aliquibus honorantur, habentq́ue primas cathedras in ſinagogis, & primos
plum. recubitus in cœnis, & ſalutationes in foro, & uocantur ab hominibus Rabi, de quibus inaniter gaudent, ſi aliquis tales eis non deferat honores, uel eis, ut uellent, non obtemperauit, triſtantur, amicisq; cõqueritur, ſicut Aman; à quibus, ſicut ipſe Aman, ad uindictam non honorantis prouocãtur. Ex quib. duobus, intantum gaudiũ de alijs honorib. miſcet in irã exardeſcẽs, ꝙ aliorũ gaudiorum quaſi nihil eſſent, obliuiſcitur, dicens, nũquàm ero lętus, antequàm de illo ero uindicatus, uidens-
Exem. q́ue odium cordis ſui, per eum turbari familiam, ſocios, & amicos, cõtra eum
plum. excitat uerbis, factis, uel ſignis, ut proſperitatem eius impediant, uel uitam abbreuient: Sic prouocati fuerunt, qui ſanctum Thomam cantuarienſem occiderunt. Ex omnibus iſtis prædictis patet illud Iohelis. j. Cõfuſum eſt gaudiũ à filijs hominũ, ſicut dicitur illud confuſum quod eſt malo admixtum:
23 Cauſa autem iſtius mixtionis patet. T. 5.37. Et. G. ij. 32. Deus in hoc oſtendit, ſe patrem eſſe, qui uolens filium ſuum à ludo taxillorum nociuo retrahere, aufert ab eo expenſas, & lumen, & matrimonium, qui ab uxore inordinate alios amante, ueſtes, & ſolacia aufert, & pęnis affligit: Magna ſi quidèm Dei miſericordia eſt, ꝙ nos aſtringit, & impedit, ꝙ non impleamus, quod cupimus, (ſicut patet per dictum cuiuſdam Phi. T. iiij. 18.) Et ꝙ non ſolum nos, ut animalia pigra pũgit, ſed etiam ut curialis dominus rem noſtram dilaniat: ut ad hoſpitium ſuum nos ducat, dicẽdo illud Lucæ 14. Exi ſupple, tu tribulatio, auguſtia, infirmitas, aduerſitas, gaudij quæſiti contraria, in uias, & ſepes, & compelle intrare, &c. ut gaudiũ meũ in uobis ſit, & gaudium ueſtrũ impleatur. Ioan. 15. Si ergo mala p̃dicta nos cõtriſtant, diſcamus per iſta mala, quæ ſinẽ habent fugere mala, q̃ ſinẽ nõ habent, & ad illos pertingere, ubi dolor nõ eſt, de quibus Iſa. 51. Gaudiũ & lætitiã obtinebunt, fugient dolor, & gemitus ab eis: Si enim hic homines gaudium haberent perfectũ, habẽdo quicquid habere uellent, nõ uideretur eis, ꝙ tantum haberent motiuũ alia deſiderãdi gaudia: ſed ex quo oẽ gaudium mundanorum tot amaritudinibus, ut præcedentibus patet, mixtũ eſt, ex quo hic unus alium coarctat, & perſequit, unus de alterius dolet, & inuidet gaudio. Et ex quo omne gaudium hic cito finitur; magnam habemus cauſam, illuc noſtra figere corda, ubi uera ſunt gaudia, ubi nullus aliũ arctat, ubi uno gaudente, alius non triſtatur, ubi non eſt fames, uel ſitis, uel defectus, ubi ſatietas unius non eſt defectus, uel ſpoliatio alterius, ubi nec ſuperbit dives, nec incenditur pauper. Sed ſimul in unum dives, & pauper.

¶ Ad illud gaudiũ deſiderandum ex talibus cõſiderationibus, & defectibus hic inuentis, & ex noſtris quotidianis deſiderijs informamur: Multi enim, 24
non obſtãtibus talibus tędijs in rebus inuentis mundanis, multum laborant circa iſta terrena gaudia: Illaque cum magna ſollicitudine, licet curta ſint, & breuia, acquirere nituntur, & non eſt dubiũ, quin illi qui ſic circa defectuoſa, & cito peritura laborant, quin multum laborarent circa terram emendã: in qua ſine omni tędio habẽdo, quicquid uellẽt, certudinaliter p̃ mille annos uiuere poſſent, ſi talem in uita iſta inuenire poſſent uenalẽ. Si n. tm̃ laborãt circa illam, in qua non habent certitudinẽ per annũ: nec quicquid uolũt p̃ unũ diẽ. A multo fortiori rõne hoc facerẽt, ubi utrunq; hr̃e poſſent mille ãnis. Immo multũ laborarẽt, & de ſuo darẽt, ut hic p̃ mille ãnos cũ ſolitis mi ſerijs uiuere poſsẽt: Ergo à multo fortiori rõne, plus deſiderare deberẽt illã terrã, in qua ſub figura dicitur (Deutero. 8.) Rerum omnium abũdãtia per-

frueris, in qua (teſte Pſalmiſta.) Renouabitur, ut Aquilæ iuuentus tua. (Pſ.102.) in qua, teſte Chriſto. (Matthæ.13.) Iuſti fulgebunt ſicut Sol, in qua (teſte Iſa.32.) ſedebit populus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, de qua dicit ſaluator. Ioan.16. Videbo uos, & gaudebit cor ueſtrum, non cum incertitudiue, nec mixtura, ſicut hic, nec ſolum per annũ, uel per duos annos, aut per mille annos, ſed ſine fine, quia gaudium ueſtrũ nemo tollet à uobis, i quo uerbo remouetur omne, quod gaudium præſens turbat, quia ex illo uerbo, patet, quod nec ibi erit breuitas in poſſidendo, nec timor de nõ poſſidendo, nec dolor in pdẽdo, quia nemo tolletà uobis, hic.n.qa diuitiæ, delicię, & honores breues ſunt, & multis vijs amitti poſũt, q ĩ eis gaudẽt, ſp timẽt, ne aliqua, uia ea amittãt: Et quodãmodo in domigerio omniũ illorũ ſunt, per quos illa amittere poſſunt, ibi uero nõ oportet, ꝙ in tali ſint domigerio, quia nemo tollet à uobis.

25 ¶Qui ergo illud gaudium ſecurum attingit, dicere poteſt illud. (Eccleſiaſtici 24.) In ciuitate ſãctificata requieui, & in Hieruſalem poteſtas mea. In ciuitate ſanctificata; contra huius gaudij breuitatem, requieui, contra timorem, quia in Hieruſalem poteſtas mea, contra dolorem de amiſſione, uel de ablatione, illis ergo, qui ſpretis gaudijs prædictis malis permixtis, illa gaudia pura in illa ciuitate adepti ſunt, factum eſt gaudium magnum in illa ciuitate. (Act. 8.) Illis quoque euacuato gaudio imperfecto, cum conditionibus breuitatis, timoris, & doloris, dr. 2.Cor.13. Gaudete, perfecti eſtote.

26 ¶Secundo, deſiderium de illo gaudio habendo augmentare deberet cõſideratio bonorum, quibus hic utũtur;

Exemplum. Quia ſicut præguſtantes ex conſideratione præguſtationis illius, plenam deſiderant ſatietatem (ſicut patet ſupra eod.cap.2.& V.3.6.) Et ſicut accipientes arram, plenam deſiderant ſolutionem (ſicut patet. B.1.5.) Ita qui hic diuitijs, delicijs, & honoribus ũtuntur, in talibus q; nutriuntur, ex conſideratione delectationis, & gaudij, quæ in his habent, deberent talia deſiderare, ubi æterna ſunt; Ipſi enim habentes vnum diem eis multum iocundum in conuiuijs, & ſocietatibus, & quibuſcũque delectationibus, fatentur dicẽtes, quam iocunda eſſet talis vita ſi ſemper duraret, quare ergo non fatentur illã eſſèt delectabilem, & deſiderabilem, quæ ſemper in talibus durat? Et ſi talẽ vitam qualem habent, quandoq;, diem ſemper hic deſiderarent, quare ſempiternam non deſiderant vitam, vbi ſem per erit talis dies? Et ſi nonnulli, qui in quadrageſima cibis pro illo tempore congrue abundant, non obſtante abũdantia, quam tunc habent, multũ deſiderant paſcha, vt meliora habeant, ita in propoſito, non obſtãte quòd habeantur diuitiæ, deliciæ, & honores, multum tamen deſiderari deberet illud paſcha, quod ſemper durat, & in quo meliora dantur, & ſecurius conſeruantur, vnde Augu. de ci. Dei. libro 1. c.5. Si (inquit) multi grauiſi ſunt ibi ſe habuiſſe diuitias, quo hoſtis accedere poteſt, quanto certius, & ſecurius gaudere poterunt, qui illuc migrauerunt, quo omnino accedi non poſſit? Iterum ſi auis in cauea, vel homo in carcere, quantumcunque delicatè nutriantur, tamen deſiderant eſſe extra: Vnde quãdo auicula illa verno tẽpore alias aues audit cantare, & arbores, & nemora videt vireſcere; naturali quodam impetu caput per caueę virgulas extra ponit, & verſus nemus oculos, & appetitum dirigit. Et ex ijs, quæ ibi videt, vel audit delectabilia, deſiderium eius appetendi locum ei magis naturalem & liberiorem inflammatur, & augmentatur. Sicut & deſideriũ incarcerati, ex hoc ipſo quòd in carcere videt aliquid, qđ eum delectat, vel audit, quod tamẽ ita clare, nec delectabiliter ibi poteſt videre, vel audire, ſicut poſſet, ſi eſſet extra, augmentatur ad exitum: Sicut ergo ad iſtorum deſiderium de exitu,

Exemplum.

Exemplum.

27

Exemplum.

non

nõ impeditur per hoc, quòd in cauea, vel in carcere vident, vel audiunt delectabilia, ſed magis ad exeundum inflãmatur, & prouocatur. Ita in propoſito, deſiderium habentium in diuitijs delicijs, & honoribus in carcere huius mundi, per iſta impediri non debet, quin deſiderẽt ibi eſſe, vbi iſta pleniora habentur: ſed deberent ex iſtis plus inflammari; vt (more Auis prædictæ) quando audiunt diuitias, & delicias, & illam iocundam ſocietatem, & melodiam cœli, quando etiam eius vident, vel cogitant pulchritudinem, ex eius pulchra, quàm extra oſtendit in ſtellis, & planetis, diſpoſitione, & ornatu caput cum mente ſurſum verſus hæreditatem ſuam, ad quam creati ſunt, ſuſpirantes eleuent, dicentes cum Paulo (Rom. 7.) O infęlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, & Phil. j. cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto; quia quale mihi gaudium eſt; qui in tenebris ſedeo. Tob. 5. Et eſt aduertendum, quod ſicut deſideriũ auis, vel incarcerati ex auditis extra, ad exeundum attenditur; ita deſiderium Pauli ex hoc, ꝙ in cœlo audiuit archana verba, quia prius fuit raptus in paradiſum vbi, & audiuit archana verba (ſicut patet. 2. Cor. 12.) Et poſtea dixit verba prædicta, ò infęlix homo, quis me liberabit de corpore, vt plenius, & clarius videam, & audiam, quæ tunc vidi, & audiui?

¶In quo exemplo tertium patet, vi-
28 delicet, ꝙ bona fide viſa, multum deberent deſiderium accendere de illo
Exemplum. gaudio habendo; Sicut enim guſtato precioſo cibo: ille in maiori abundantia deſideratur, & viliores in comparatione ad illum paruipenduntur: Ita Paulus guſtato illo gaudio, dixit. Omnia arbitratus ſum, vt ſtercora (in comparatione ſcilicet, illius.) Sed cum iſto Paulo, & ſancto quocunque qui guſtauit, & vidit, quoniam bona eſt negociatio eius; & conſideranit agrum, & emit eum. Prouer. vlti. Et cum Moyſe (Numeri 13.) Et cum Ioſue (Ioſue 2.) Qui exploratores ad terram promiſſionis miſerunt, vt viſa, & audita eius fertilitate, populi fortitudinem in pugnando pro illa, & deſiderium in appetendo augmentaret, oportet nos exploratores fidei, & ſpei illuc mittere, & nuncios elemoſynarum, & orationum præmittere, & cum Moyſe (Deutero. 32.) in montem contemplationis aſcendere, vt illius gaudij, & patriæ cęleſtis contemplata fęlicitate, cum prædictis fortiter pro illa pugnemus; ipſamque magno affectu deſideremus: Et cum Moyſe in monte ſecuri moriamur, & cum Stephano, qui poſtquàm vidit cœlos apertos (Actuum 7.) Omnia, etiam ipſam mortem ſuſtinuit patienter, omnia ſuſtinere debemus, vt illuc perueniamus in tribulatione multa cum gaudio ſanctiſpiritus. j. Theſſa.
j. Sed multi, de quibus dolendum eſt, 29
prædictis diſſimiles, quia cum eis exploratores fidei, & ſpei non mittunt, ideo illius gaudij magnitudinem minus credunt, quia vero amorem, & bona opera non præmittunt, minus illam ſperant, vel deſiderant, qui videlicet, quia oculo, & viſu carent fidei, ſolam deſiderant, & amant, & deſiderabilia iudicant, quæ oculis, vel ſenſibus patent exterioribus, ſimiles cuidam, Exemplum. qui expoſita ſibi illius gaudij magnitudine quæſiuit (vt fertur) ſi eſſent ibi canes, & falcones? Et alium in eodem caſu (fertur) quæſiuiſſe, ſi eſſet ibi potus, alias delectationes ſpirituales inexperti, ſolas illas delectationes eſſe credunt, quas corporaliter experiuntur, vel quas corporaliter uident, ſimiles Exemplum. in hoc canibus, & falconibus, qui non feſtinant capere prædam, quam nõ uident: Sic ergo cum in honore eſſet per intellectum, quo debuit ſupra iumenta oculo ſpirituali intelligere, quę non uidet corporali, quia tamen non intellexit, ut natura ſua requirit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, de quibus uerificatur prouerbium, ꝙ cor nõ Exemplum. deſiderat, quod oculus nõ uidet: Item hominibus potũ artificiatũ inexpertis; 30

assimilatur, quia sicut illi solum potũ credunt delectabilem, quem sunt experti, ita isti, qui experti sunt istam patriam & non illam cœlestem, ita istam patriam, & illam exilium reputãt: Iterum, quia hic reputant se magnos, & honoratos, istosque honores experiũtur, ideo illos non desiderant: sed de istis ita gloriantur, ac si essent æterni, dicentes, hic scimus, quomodo est, ibi nescimus, quomodo est, si possemus hic diu esse, bonum esset, & licet vitæ breuitatem in alijs experiantur, quos quotidie mori vident, quia tamen hæc in seipsis minime experiuntur: experimentum illud se euadere putant, longam sibijpsis vitam hic promittentes, & astam minus desiderantes: Iterum, quia hic experiuntur diuitias, & delitias, & illas non; ideo istis se satiare nituntur, & illis non famescunt: hic tantum comedunt in mane, quòd cœnam illam, atque refectionem, ad quam famelicos vocat, & laboratores, dicens. Venite ad me omnes qui labo. &c. Et ego reficiam vos. Non desiderauit ille diues epulo (Lucæ. 16) tãtum se hic repleuit, ꝙ illam cœnam non desiderauit: Et quia non desiderauit, quando debuit, non obtinuit, quando petiuit: Intantum repletus prius erat, ꝙ in cœna guttam aquæ sumere non potuit, ita omnes isti, qui se hic satiant, vel palatum habent infectum (sicut patet. A. 5. 6.) pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, & ideo in ipsa non gaudebunt, dicente Deo Oseæ. 2. Cessare faciam omne gaudium eorum.

Exemplum.

Art. 5. ¶Cum in præcedentibus ostensa sit gaudij cœlestis magnitudo, & quòd tam magnum gaudium magnum requirit desiderium, ne gaudium istud amittatur, & desiderium (quod absit) fruſtretur, in presenti articulo ostendere restat, qualiter, & per quæ opera vtrũque, tam (videlicet) gaudium, quàm desiderij impletio haberi poterit.

31

¶Pro quo est sciẽdũ, ꝙ multis modis, & mediis illa attinguntur (sicut patet. B j. 8. Et sicut patet in sequẽtibus.)

¶Primo ad illud gaudium pertingitur per opera bona, quæ in seipso exercẽt, sicut per abstinentiam, castitatem, humilitatem, & huiusmodi, quæ dura videntur in patiendo. Et tamen sicut dura medicina ducit ad gaudium sanitatis, & laboriosa tolerãtia mercatores finaliter gaudere facit de lucro, ita sufferentia talium tentationum, quæ in exercitationẽ virtutum præcedentium experietur, respiciens ergo ad finẽ nõ meminit pressurę pp gaudium, Io. 16. Exemplum.

¶Secundo, per passiones, quas pro Christi ueritate, uel iusticia humiliter, & patiẽter tolerat, sicut miles sustinẽdo, ad gaudiũ peruenit uictoriæ. Ergo cũ maledixerint vobis hoĩes, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrũ, tanquàm malũ pp filiũ hominis gaudete, &c. Mat 5. & Lucę. 6. Et omne gaudiũ existimate fratres mei cum intentationes varias incideritis. Iac. j. Exemplum.

¶Tertio, per prouidẽtiam, quam in futurum pro se facit; Mercatores uidẽtes, ꝙ bona sua quandoq; in mari amittunt, uolentes diuitias habere certiores, sibi pro futura securitate prouidẽtes, circa immobilia pecuniam suã expendunt, emendo terras, & huiusmodi, aliter essent in senectute, & in fine uitæ suę pauperes. Sic prouidete uobis cęlũ, ut gaudiũ uestrũ sit plenũ. Io. 16. Exemplum.

¶Quarto per uirtutem fidelitatis, quam exercet erga Deum, & proximum. Nam sicut apud Regẽ terrenum seruus fidelis dignus est honore, & gaudio, ita apud regem cœlestem, qui dicit Matth. 25. Serue bone (scilicet) in teipso, & fidelis (scilicet) erga Deum, & proximum, intra in gaudiũ, &c Quod per talium uirtutum uias ad gaudium peruenitur, & nõ aliter, patet per rõnẽ sumptam, tam à natura, quàm ab auctoritate. Sicut enim motus naturalis est à cõtrario in contrariũ; sicut ab albo in nigrũ; uel à sursum deorsum, & ecõtrario, ita etiam uoluntarius motus hoĩs necessario est ab abstinẽtia, seu fame, & siti iustiţię, ĩ satietatẽ, à passionũ tolerantia, ad impassibiliratem, in qua Exemplum. 32

non

non cadet super eos Sol, neque æstus, Isaiæ 49. A paupertate ad diuitias, ab humilitate ad delitias, & honores, ab exilio ad patriam, & conuersio. Ex ista ratione necessario sequitur, quòd sicut illa, quæ in contrarijs sunt terminis, contrarijs moueantur motibus. Sicut patet de lapide, qui sursum mouetur motu descensus, & de igne deorsum, qui mouetur motu ascensus. Cum ergo dictum sit, quòd illi qui sunt hic in bona paupertate, humilitate, & huiusmodi, moueantur motu sursum ad terminos his contrarios (uidelicet) ad diuitias, & huiusmodi. Oportet, ꝙ illi, q̃ sunt hic in diuitijs, delitijs, & huiusmodi, quibus abutuntur in acquirendo, vel in utendo, moueantur motu descensus ad terminos contrarios, ad paupertatẽ (scilicet) & miseriam, & huiusmodi, quod pulchre ostensum fuit de Christo, qui de humilitate ascendit ad gloriam, humiliauit semetipsum, factus obediens, usque ad mortem, propter quod & Deus illum exaltauit. (Phil. 2.) Et de lucifero, qui de gaudio, quo abutebatur, descendit ad miseriam. Idem etiam ostensum fuit. (Lucæ 16.) in diuite, & paupere Lazaro, quorum vnus de copia descendit ad inopiam, & alius conuerso, unde diuiti dictum fuit. Recordare, quia recepisti, &c. Nota. H. 6. 26. Idem etiam auctoritate confirmatur Christi. Ioan. 16. Mundus autem gaudebit, uos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium, &c. Qui enim dicit à termino tristiciæ in terminum moueri gaudij per motum ascensus, quid aliud dicturus est, nisi quod etiam à termino gaudij necessario moueat ad terminũ tristitiæ per motum descensus? Teste, Ia. 4. Risus (inquit) uester in luctum cõuertetur, & gaudium in mœrorem. Secunda ratio sumitur à prædicta auctoritate, qua dicitur (serue bone, &c.) Si veritas intraturis sic dicturus est, oportet, ꝙ talis sit, cui sic dicturus est. Aliter enim dicto subesset falsitas. Mediantibus ergo talibus uirtutibus oportet, ꝙ gaudium illud intret, de quo Cesarius in admonitione 11. Beatũ (inquit) gaudium nõ possidetur, nisi iustitia, & pax teneatur, prima enim est quasi radix, iustitia, secunda pax, tertia gaudium, de iustitia nanque nascitur pax, de pace uero gaudium generatur.

Exemplum.

¶ Ex quo ad illud gaudiũ nõ attingitur, nisi per uiam uirtutũ, & laboré bonorum operum, patet, quàm maxima sit insania illorum, qui uirtutes nõ uiuunt, nec ad illa gaudia per cõsequens festinant, uel multum attingere desiderant. Quorum, primo ostenditur insania. Secundo insaniæ causa. Primum patet. Primo incomparatione ad mundi dignitatẽ, multũ faceret contra mundi æstimationem, qui per Regẽ esset ad eius cõuiuium festinãter uocatus, si se non ornaret, uel non festinaret. Sic in proposito ad Dei cõuiuium, & gaudiũ uocati sumus, primo p̃ maiores de curia sua, scilicet, per angelos, patriarchas, ꝓphetas, & apostolos, quos misit dicere inuitatis, ut uenirẽt festinãter, quia parata sunt omnia, postremo ipsis tardantibus, & negligenter agẽtibus, sciens, ꝙ mora traheret periculũ, ipsemet uenire dignatus est, festinemª ergo ingredi in illã requiem. Hebr. 3. Secũdo per comparationẽ ad seruos diaboli. Ipsi enim ab eo ad diuersas inuitati delectationes, & gaudia mala, quæ in diuitijs, delitijs, gandijs, & mundi uanitatibus, quærunt, intantum circa talia obtinenda sollicitantur, & festinant, quòd uix quietum capiunt cibum, uel somnum. Si ergo isti tantum festinant ad conuiuium, in cuius fine tam care soluunt symbolum, & modicum capient, quòd pro symbolo non contentabitur, omnia bona hospitis sui, tam mobilia, quàm immobilia capere, sed ipsummet hospitem pro modico, quod ei dat, imperpetuum apprehendere, & incarcerare uult. Primus enim parentibus pomum dedit, & totius mundi incarcerationem, & plurimorum exegit damnationem, diuitem etiam illum epulonem. (Lucæ 16.) Dum in taberna

Artic. 6.

33

Exemplum.

Exemplum.

taberna ſua ſumpſit, caute recreauit, quia epulabatur quotidie ſplendidè. Sed cum de taberna ſua eũ exire oportuit, tanquam crudeliſſimus tabernarius omnibus bonis ſpoliatus, ipſum in inferno ſepeliuit. Si ergo miſeri ad tale conuiuium tantum feſtinant, tantumque in illo deſiderant, eſſe primi, & honoratiores, in quo tamen conſultius in nouiſſimo recumberet loco (id eſt) talis delectationis deſiderarent finem. Quantum confundi deberent, qui ad Dei uocantur cęnam, in qua multum, & ſemper datur, in quo hoſpites de ibidem receptis computum non dabunt, nec ſimbolum ſoluẽt, nec aliquid aliud habebunt facere, niſi ducere lętos dies. dicentes illud. Apocal. 19. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam Deo, quia uenerunt nuptiæ agni. Tertio per comparationem ad irrationabilia animalia, quæ gaudia eis propria deſiderant (ſicut patet. eod. ca. 27.) Quarto per comparationem ad periculum, & pœnam illorum; Vaſti enim Regina ad regis conuiuium inuitata, quia uenire noluit, regnum amiſit. Et fatuæ uirgines minus feſtinantes ad hoſpitium ante noctem uenire, hoſpitio caruerũt, & gaudio, ſic perdam ex eis uocem gaudij. Hiere. 25.

Exemplum.

Exemplum.

34 ¶Cauſa uero omnium iſtorum malorum, quæ ſequuntur ex hoc, quòd non deſiderant, nec feruenter currunt ad præmia æterna, uidetur eſſe duplex, uel quia bonam præſentia nimis diligunt, nimisque in illis ſe ſatiant, & in eis confidunt, uel quia futura non ſperant, nec ut deberent, diligunt. Primum facit, quòd ſunt, ſicut canes, & falcones ſatiati, qui ad prædam non feſtinant. Siquidem non habentes famem, vel ſitim, uel nuditatem, ſeu dolorem, non multum appetunt remedia contra hæc, quæ ad libitum habent. Nec ſciunt, quale deſiderium habent, qui his carent, (1. Regum 1.) Æſtimauit Annam hely temulentam eſſe, cum tamen nihil inebriatum, in quo ipſe abundauit, biberat.

Exemplum.

¶Ex quo ſequitur, quòd nec ſciunt quale, & quantum eſt gaudium, famelici uenientis ad epulas, uel nudi ad veſtimentum, uel pugnantis ad victoriam, vel in cęlo gaudentium de labore præterito, ad modum uenientium ad propria, & gaudentium de labore præterito, & dicentium, talia per laborioſa pericula lucrati ſumus. Guſtate ergo, & uidete, quia niſi uideritis, neſcitis, quantum valet habenti, nec quantum dedit perdenti. Sapien. 5. Tunc dicent intra ſe pœnitentiam agentes, &c. Tales ergo peccatores, & abundantes in ſęculo, qui propter præſentem abundantiam paruipendunt æternam, ingratis, & peſſimis comparantur operarijs, qui in opere negligentes ſunt, quia eis nimis larga ſtipendia præmanibus ante terminum ſoluuntur. Et ideo luſibus uacant, atque potationibus, quæ ideo ingrati ſunt, quia contra gratitudinem fit, dum pluſquam merentur, eis datur, ingratitudinem committunt, peius operantes ex hoc, quòd melius operari deberent. Secundum facit, quòd ſunt, ſicut illi, quibus aliquid promittitur ab homine, cuius dictis non credunt. Et ideo in promiſſis ſuis non ſperant, ſed quodammodo indifferenter ſe habent, dicentes, grates quando habuero, ſed tales Deum falſificare uolunt, qui dicit, Io. 16. Iterum videbo uos, & gaudebit cor ueſtrum, &c.

35 Exemplum.

Exemplum.

¶Gloria. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Vera uiatoris gloria in tribus collocatur.*

Primò, in bono conſcientiæ teſtimonio ritè examinatæ.

Secundò, in ueritate, ac honeſtate ſermonis.

Tertiò, in operis exequutione.

Conſcientiæ uero noſtræ teſtimonium circa tria uerſatur, ut digne ſibi placeat,

Primò,

Primò, circa fide, quoad Deum.
Secundò, circa ſpem quoad nos ipſos.
Tertiò, circa charitatem, quoad proximum.

2 *Sermo noſter etiam tria amplecti debet, ut recte de illo gloriemur.*
Primò, laudem, quoad Deum.
Secundò, confeſſionem, quoad propriam ſalutem.
Tertiò, fidelitatem, quoad proximum.
Adhæc opus requiris, quod vnicuique reddatur quod ſuum eſt.
Primò, Deo obſequia.
Secundò, deinde ſibi ipſi caſtitas.
Tertiò, ſua exhibendo proximo diuiti.
Quarto, etiam ſua dando inopi proximo.

3 *In omnibus prædictis gloriam Deo ſoli aſcribere debemus.*

4 *Quam plures perperam, & irreuerenter, ac temerè facinora ab illis patrata, Deo ſoli, & egregia eorum opera ſibiipſis tantum, aſcribere audent.*

5 *Illi, qui in corde tria perdita includent, & conſeruabunt, habebunt tres animæ dotes; nempè, viſionem, ac adhæſionem, & fruitionem.*
Illi deinde, qui ore tria illa obſeruant, dicent. Repletum eſt gaudio os noſtrum.
Illi tandem, qui inopere prædictam gloriam cælant, quadruplicem gloriam poſſidebunt iuxta quatuor corporis dotes, quæ quidem ſunt, agilitas, ſubtilitas, claritas, & impaſſibilitas.

6 *Recipiendus intra ordinem angelorum, ac gloriam beatorum prius in ſtatu gratiæ, & gloriæ viatorum probandus eſt.*

7 *Qui malè ſe geſſit in ſtatu præſenti gratiæ, & gloriæ viatorum; ab ordine, atque ſtatu gloriæ beatorum excludendus, ac expellendus neceſſario eſt.*

8 *Diuerſos Angelorum ordines diuerſæ probationes, & cauſæ præcedant.*
Et Sancti in cælo diuerſas ob cauſas à Deo ſuſcipiuntur, & gloria ſunt donati.
Pueri innocentes, atque infantes, ob illorum innocentiam.
Virgines, ob pulchritudinem, Confeſſores ob illorum ſeruitutem.
Martires, ob ſtrenuam eorum conflictationem.
Apoſtoli, & prophetæ ob illorum ſapientiam.
Et Patriarchæ atque eorum ſequaces, ob diuerſa pietatis, atque hoſpitalitatis opera;

9 *Omnes vero præfati Sancti gloriæ libertatem adepti ſunt, quia hac in vita Domini iniurias vindicantes, ſeu vlciſcentes pro Deo ſtrenuè pugnauerunt, peccatoresque expugnarunt.*

10 *Illam cæli requiem, gloriamque, atque coronam libertatis, quam omnes Chriſticolæ die noctuque efflagitant, nemo ignorat obtineri non poſſe, niſi pro Dei honore contra acerrimos ipſius hoſtes peccatores fortiter dimicauerimus.*

11 *Vana gloria circa tria bona verſatur; quæ ſanè ſunt naturæ, & fortunæ, atque gratiæ. Quæ quidem gloria eſt Tectum perniciosum ſupra bonum fundamentum collocatum. Eſt etiam Ramus, malus à bona radice egreſſus.*
Primò hanc inanem gloriam, ortum trahere tùm à bonis naturæ, à qua deſcendimus; cum à bonis eiuſdem naturæ, dum de pulchritudine, ac fortitudine inaniter gloriamur, nemo eſt, qui ignorat.

12 *Secundò, gloriam hanc inanem à fortunæ bonis, ut puta, à diuitijs, & à numeroſa familiæ, ſeruorumque ac militum, & digladiatorum turba emanare.*
Et tandem à gratiæ bonis, vti eſt ſcientia ac ſermonis gratia, & ſanctitas, atque id genus affluenter ſcatere omnibus conſtat.

13 *Omnes ob prædicta bona inaniter gloriantes, parvo mortis tractu primatos illis ſeipſos quam primum inuenient.*
Illi verò pauperes, & ſtulti, & ignobiles apud mundum æſtimantes ſe extra illa bona fore, in parva illa mortis morula veris diuitijs, & fortitudine, atque ſapientia, ac nobilitate onuſtos, & prædictos eſſe ſeipſos comperient.

14 *Inanem*

14 *Inanem gloriam, quæ quasi fur, & prædatrix, mercatorem, ac itineritatem sæpenumero comitatur, ut ipsos bonis exuat & perdat, atque occidat, exemplis quibusdam præclaris fugiẽdam esse conspicue patet.*

15 *Gloria hæc uana ad tantam insaniam mercatores impellit, quòd precium rei uenundatæ à non emptore petunt.*

Mundo etenim opera sua locant, & tamen ad extremum uitæ uitæ precium à Deo non emptore petierint: à quo responsum accipient, Recipistis mercedem uestram.

16 *Carè à malis, & uanè glorioſis Mercatoribus, vanagloria multis laboribus, & languoribus, & quam plurimis expensis comparari solet.*

17 *Opera bona nostra usque ad tempus mortis occultare debemus; quia tunc corã toto mundo in loco tuto, in cœli, scilicet habitaculo, pro illorum laude, atque gloria, qui in hoc seculo mercedis laudem non quæsierunt, maximè patefient.*

18 *Secunda pernicioſa gloria nocitatur; quæ in quatuor malis penitus immergi, è infigi uidetur.*

Primò in flagitiorum perpetratione. Nã qui talia flagitia pernitiosè perpetrãt, exultant in rebus peſſimis, more bruterum puerorumvè ac phreniticorum, & more damnatorum.

19 *Et tales perniciorè gloriantes, non solum animalibus brutis, puerisquè, ac phreniticis, & damnatis comparantur; sed deterioris, & insanioris conditionis existere liquetur.*

20 *Secundò pernitiosa hæc gloria in prolixa nefariorum criminum continuatione ac perseuerantia sistere, & esse videtur.*

21 *Tertiò in præteritorum facinorum memoria cum cordis delectatione ponitur.*

22 *Tandem verò in delictorum ostentatione, & iactantia gloria hæc pernicialis locatur. Hi nefarij, & glorioſi homines, qui sæpius eorum nequitias, et scelera iactant, & ostentant, plurima mala afferunt.*

Cum Deo primum iniquissè gerunt.

23 *Secundò malefactorum iactabundi sibimet pernitiem afferunt.*

24 *Glorioſos itidem dum eorum præterita mala ostentant, piacula augere, ac geminare, & pluribus peccatorum uinculis se se obstringere, tum rationibus, tum auctoritatibus, satis comprobatur.*

25 *Tertiò ostentoſi proximum offendiculo, seu scandolo afficiunt, & superiorem, & æqualem, atque inferiorem.*

26 *Qui lætè, & lubenter cum Dei iniurias, & conuitia, tum aliorum mala ascultant.*

Primò se ad Christi, & Eccleſiæ corpus non spectare præ se ferunt.

Secundò se infideles Deo esse manifestant.

Quarto, & demum glorioſi isti Diabolo non parum lucrantur.

27 *Finis gloriæ perniciabilis in uita ista præsenti, est duplex, confusio, ac dolor. In alia uero uita futura est etiam duplex afflictio, & pœna.*

28 *Sed confusio primum pulchrè ostenditur in hac uita.*

Dolor autem in altero sæculo experietur.

29 *Exemplum cuiusdam mulieris fingentis se suum cæcum amatorem indiere, pulchre adducitur.*

30 *Tunc glorioſus, & ostentoſus uanæ gloriæ credet, cum illuc oculos pœna aperiet, quos hic culpa merito clausit.*

31 *Fortunæ exemplum, non modo hominibus glorioſis, & iactatoribus, sed aliis quibuscunque deceptis, qui multa uiuis, seu defunctis promittunt, quæ minimè exequuntur.*

32 *Demeritis glorioſorum sic exigentibus, ac tot falsorum amicorum impoſturis, & fraudibus postulantibus. Auxiliũ eorum uereatur in inferno à gloria eorum: quia auxilium eorum, qui adeò iactabant, eos iam in inferno commorãtes iuuare, vel à pœna protegere non poteſt.*

33 *Contra uanæ, ac pernicioſæ gloriæ uenenum misericors, & pius dominus multiplex antidotum, salutariaque medicamina*

dicamina ſapienter contulit, & inuenit.

Primum aduerſus malum vanæ gloriæ, & perniciabilis venenum medicamentum à rerum conditione & natura capiendum eſt: quibus vnuſquiſque glorioſè iactat.

Adde etiam, quod Res omnes malis permixtas eſſe, quadruplici methodo exprimere contingit.

Primò hoc elucidari poteſt rebus nos componentibus, & cauſantibus: res nos componentes ſunt elementa, & qualitates, ex quibus componimur, & ſumus: & hæc abſque malorum commixtione diu in nobis non inſunt: Res verò nos cauſantes duplices ſunt, ſpirituales, & corporales.

34 Cauſa ſpiritualis totiuſs eſſe noſtri boni effectrix, eſt Deus.

Cauſa verò corporalis, parentes ipſi carnales ſunt.

Aduerſus autem duas has cauſas in nobis naturæ, & uirtutis bonum efficientes, vnde oritur gloriæ materia, duplex mala cauſa reperitur.

Prima eſt Spiritus malignus.

Secunda eſt noſtra peruerſa uoluntas: quæ quidem in nobis malum culpæ, & malum pœnæ producunt.

35 Gloriam maiorem eſſe quod quis Agricolæ natus, corpore vefamulus, ſpiritu autem nobilis ſit; quàm ſi à rege patre, & ab origine nobili, & præclara ortum trahat, mente tamen ſit ſeruus, dupliciter comprobatur.

Primò, quia vera gloria penes propriam conditionem cuiuſcunque perpenditur.

Secundò, quia ſpiritu & mente nobiles, iuxta digniorem portionem nobiles dicuntur.

36 Sanguinis & prolis nobilitatem non magnificiendam eſſe, ſi à uirtute ſeiuncta, & ſola permanet, tripliciter demonſtratur.

Primò, nobilitatem ſanguinis ignobiliorem eſſe ſpiritus, & uirtutis nobilitate ab eius origine.

Secundò ex ſui natura.

Tertiò ex eius effectu, conſpicitur.

37 Illi uiliores ſerui eſſe æſtimantur, qui uiliori domino Diabolo, & in uilioribus peccatorum operibus continuè famulantur.

38 Secundò, Res omnes defectibus atque malis mixtas eſſe, ex rebus & bonis à nobis acceptis uidere facile poſſumus.

39 Tertiò hoc iſidem, à rebus, & bonis à nobis factis luculenter patere poteſt: quæ quidem bona ſunt, loquutiones, cogitationes, & operationes bonæ: hæc enim in nobis nunquam adeo pura, & lucida apparent, quin in ipſis mali macula, ſeu mixtura naturam boni excedens aliquando inueniatur, ut exemplis & cogitationum, & loquutionum, et operationum bonorum expreſſe agnoſcitur.

40 Tandem idem nobis notum fit à rebus, uel finibus, ad quas tendere conamur: Ex his omnibus prædictis fit antidotum, & venenum bonum, ut malum vanæ & pernicioſæ gloriæ venenum expelli à nobis penitus poſſit.

41 Omni officio, omni quo ſtudio, ac ſollicitudine à nobis cogitandum; atque quærendum eſt quid diuitiarum, & delitiarum, ac bonorum mali mundi amatores, & glorioſi illi homines tandem ſecum ferre potuerint: nam corpus à vermibus, anima uero à Dæmonibus poſſidentur; diuitiæ autem, ac prædia à prædonibus dilapidantur, atque abligurintur.

42 Hi omnes immodici iactatores, ac mali, inſanam ſanequam (ut cunctis uidere fas eſt,) permutationem, & truculentam mercationem fecerunt.

Quia eorum anima pro Palatio & aula, profundum Tartarorum lacum nullo tempore non habebit: Corpus verò arctum in terra puteum habitabit.

43 Si ægras mentes, animasque noſtras curare, ac curatas cuſtodire percupimus; Diuitum glorioſorum fortunam, ac finem ſolliciè, ſedulòque expendamus, & cogitemus. Qui quidè paucis abhinc omnis una nobiſcum in eiſdem voluptatibus, & oblectamentis uitam

duxerunt;

duxerunt; & demum ad inferos (proh dolor) miserabiliter descenderunt:

44 *Per pauci inueniri certè possunt; qui ab alijs iactatoribus defunctis exemplum capientes, attentè cogitent, quomodo huius mundi gloria in puluere, ac miseria continuò finietur; & tacite dicant, Gloriam meam in pulueren deducat cogitatio mea.*

45 *Contra ueritatem loquitur ille, qui homines diuitis euangelici similes, & in uita, ac in morte deteriores, & improbiores ad tartara descendere, & ibi permanere perpetuo inficiatur.*

46 *Secundum remedium ad iactantiam expellendam accipitur penes recipientis efficaciam. Quia ille, qui iactantiam corde & mente recipit, cæcitо, & illicò fugare debet.*

GLoria est triplex, vera vana, & pernitiosa, de qua septem sunt dicenda. Primo, ostenditur, in quibus operibus consistit vera gloria in via. Secundo, in quibus consistit vera gloria in patria. Tertio, quòd per illa, in quibus laudabiliter gloriatur quis in uia, pertingit ad ueram gloriam in patria. Quarto, in quibus consistit gloria uana. Quinto, quanti sit periculi. Sexto, finis vtriusque. Septimo, remedia contra utranque.

Ar.1. ¶Ad primum sic procedit, uera gloria uiatoris in tribus consistit. Primo in bono testimonio conscientiæ
1 bene examinatæ. Secundo, in ueritate, & honestate sermonis. Tertio, in executione operis.

¶Quantum ad primum requiritur, ꝙ testimonium conscientiæ sit de tribus, ad hoc ꝙ glorietur in eo.

Exemplum. ¶Primo de fide quo ad Deum. Si enim philosophi, & alij mũdi sapiẽtes gloriantur multa scire, & uidere, quæ saltẽ nõ operãtur. A multo fortiori in hoc glorietur, q̃ gloriat̃ scire, & nosce me. (Hier. 9.) ꝑ fidẽ. s. q̃ salutẽ operatur.

¶Secundo de spe, quãtũ ad seipsum, sperando (uidelicet) sibijpsi uitam æternam, sicut filius sperat se patris habiturũ hæreditatem, & gloriatur. A multo fortiori filij Dei, dicentes illud. (Ro. 5.) Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei, hac gloria in uita ista maior haberi non potest (sicut patet. C. 7. 6.) Sed ad hoc oportet, quòd habeat puritatem & alias conditiones, per quas Dei filius, eique similis efficitur, de quibus dictum est, supra capitulo de filiatione. Exemplum.

¶Tertio de charitate, quo ad proximum, si quis multa seminauit, & multa metit, in uita ista corporali gloriatur. A fortiori, qui multa hic seminat in terra pauperum, quæ metet in terra viuentium, materiam habet gloriæ cum illo, qui dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ seculi, cornu eius exaltabit in gloria. In Psal. iii. Quibus conscientia de his tribus testimonium perhibet, confidenter dicere possunt illud secunda Corin. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Exemplum.

¶Quantum ad secundum requiritur etiam, quòd sermo tria includat, ad hoc quòd de sermone glorietur. Primo reuerẽtiam, & laudem, quantum ad Deũ. (Psal. 105.) Glorientur in laude tua, contra iuratores. Secundo confessionem, quantum ad salutem propriam. Si scolaris gloriatur de hoc, quòd scit rationem teddere de lectione sua, ne uerberetur. Et si dispensationis sufficiens redditio, & computus facit dispensatorem gloriari, ita confessio confitentẽ (sicut patet. C. 6. 41.) Ergo fili mi da gloriam Deo, & cõfitere, atque indica mihi, quid feceris, ne abscondas. Iosue 7. Contra iactantes se de peccatis suis, uel abscondentes, quando confiteri deberent. Tertio fidelitatem, & charitatis ostensionem, quantum ad proximum, contra mendaces, & detractores, qui gloriantur in sagittis, & lanceis. Iudi. 9. Exemplum.

¶Quantum ad tertium etiam requiritur, ꝙ executio operis cuilibet reddat,

Digitized by Google

Exemplum. dat, quòd ſuum eſt, ad hoc, ꝙ de opere glorietur. Primo Deo, quę ſunt Dei iura, & obſequia, quia ſi filio bono gloria eſt, quòd patri reddantur, & exhibeantur, quæ ſua ſunt. A fortiori ratione, gloria hominis, ex honore patris ſui (ſcilicet) cęleſtis. Eccleſiaſt. 3. Contra ſubtrahentes decimas, & obſequia in feſtis. Afferte domino, &c. in Pſalm. 95.

Exemplum. Secundo ſibijpſi temperantiam, & caſtitatem. Si gloriatur mulier pulchra, & nuna coram hominibus. A fortiori ratione talis gloriatur de pulchritudine interiori, quia omnis gloria eius filiæ regis ab intus. In Pſal. 44. Tertio permittendo quæ ſunt proximi diuitis,

Exemplum. proximo diuiti. Si enim naturali complacentia gaudet membrum in corpore naturali, ex hoc quòd alteri membro omnia conſeruantur, uel dantur, quæ ſibi debentur. A fortiori ratione in corpore Chriſti, & eccleſiæ, ſi gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. 1. Cor. 12. Contra auferentes, uel aliorum bona iniuſte detinentes. Quarto, dando pauperi proximo, quia ſi gloriatur quis de opere, quo terras hic lucratur. A fortiori ratione, gloria, & honore omni operanti bonum, per quod, ſcilicet opus lucratur terram viuentium. Rom. 2. Ad hoc ergo quòd de opere ſuo quis glorietur, opus ſuum probet unuſquiſque, utrum, ſcilicet, quatuor prædicta in opere ſuo inueniat, & ſic in ſeipſo tãtum gloriam habebit, & non in altero. Gal. 6. Si apud mundum eſt magna gloria ſequi regẽ terrenum. A fortiori ratione videtur, quòd eſt magna gloria de tribus prædictis modis, corde, ore, & opere ſequi

Exemplum. dominum. Eccl. 23. Sed tamen in omnibus prædictis, ſicut inſtrumentum 3 quodcunque, per quod artifex operatur, uel miles pugnat, uel ſcriptor ſcribit, non ſibi operis laudem, ſed illi, cuius uirtute operatur, aſcribere debet, ſicut etiam Ioab, qui uirtute Dauid obſedebat rabbath. 2. Reg. 12. quando capienda erat ciuitas, ei miſit nuncium, ut ueniret, ut ei gloria, & victoria aſcriberetur, ita non nobis dómine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam, in Pſalm. 113. Ad hoc enim omnes hortatur apoſtolus. 1. Corint. 10. dicens, omnia in gloria Dei facite. Et 2. Corin. 10. dicẽs, qui gloriatur, in domino glorietur. Sed (heu) quidam ei gloriam attribuunt, dum cum timore, ne deficiant, operantur, dicentes. Domine certum eſt, quòd deficere, & malefacere neceſſe erit, niſi tu manum apponas adiutricẽ, quia quicquid boni eſt, à te uenit. Sed tamen poſtea, occaſione à uoce adulatoris, uel à propria ſuperbia ſumpta, ita de illo facto gloriantur, ac ſi ne aliud à Deo cum tremore petiuiſſet, nec Deus illud dediſſet. Tales miſeris, & parcis datoribus aſſimilantur, quia primo aliquid dant, & poſtea quaſi de dato dolent, quod dederunt, reaccipiunt quaſi non confidunt de eo, cui dederunt, ꝙ uolens, uel gratus, uel potens, aut benignus ſit, tantum refundere, errant etenim, quia nullum iſtorum in Deo ſuſpicari poterunt, ergo gloriam redde Deo. Eccleſiaſt. 35. Alij uero peius, omnes, nec in facto, nec ex poſtfacto, quæ bene uidentur operari, ſed potius quæ mala, & defectuoſa ſunt, Deo attribuũt, dicentes. Natura mea eſt fragilis, in tali conſtellatione fui natus, hoc fuit mihi ordinatum. Aliam gratiam non 4 dedit mihi Deus. Et breuiter non poſſum aliter facere. Si qua uero bona eos facere contingit, illa propriæ aſcribunt præſumptioni, & male, quia (teſte Pſal. 88.) Gloria uirtutis eorum tu es. Ed perditio tua Iſrael tãtummodo ſcilicet ex te. Oſeæ 13. Tales maledicuntur. Malach. 1. Maledictus (inquit) qui habet in grege ſuo maſculum, & fœminam, & uotum faciens, immolat Deo debile, ſicut inepte. Iudicum 11. Non ſic anna. (1. Reg. 1.) Quæ ſexum uirilem obtulit Deo, ſicut & illum offerendum prius promiſit, Deus etiam pater pro nobis filium, & non filiam obtulit in Cruce. Primi, more puerorum ludentium, & offerentium, quæ dum capere credunt, qui us offeruntur, retrahunt

Exemplum.

Deum

Deum defraudant. Secundi uero Deũ parte ſua.i.gloria totaliter ſpoliant, de quibus conqueritur. Iob 19. Spoliauit me gloria mea:vide.P.11.19.

Arti.2. ¶Non ſic tu,ſed gloriam redde Deo. Eccleſiaſt.35. quia reddentibus ei gloriam uiatorum, reddet gloriam beatorum. Iuxta illud. Eccleſiaſt.51. Dante mihi ſapientiam, dabo gloriam (ſcilicet) beatorum, quæ correſpondenter corriſpondebit glorię uiatoris,quia cordi, in quo triplex prædicta inuenitur gloria uiatorum, triplex correſpondebit gloria beatorum,tres,ſcilicet,dotes animæ, ſcilicet; viſio, adhæſio,fruitio,ſic gloriabuntur omnes recti corde, in Pſalm.31. Illi uero, qui hæc tria ore obſeruant prædicta, quæ ad gloriã pertinent ſermonis. Illud dicent.Repletum eſt gaudio os noſtrum,in Pſal.146. Sic ergo repleatur os meum laude,hic ſcilicet, ut cantem gloriam tuam ibi, de qua iterum in Pſal.Cantabo & pſallam in gloria. Illi uero, qui prædictã gloriam habent in opere, reddendo Deo, ſibijpſi, & proximo, tam diuiti, quòd ſcilicet nihil eſt ab eo auferendũ, quàm pauperi eleemoſynam dando, p qua ſpecialiter glorificabitur. (Iuxta illud Eſaiæ 58.) Gloria domini colliget te. Quadruplicem habebunt gloriam, ſecundùm quatuor corporis dotes,quòd tam uirtuoſe in Dei expendunt ſeruitio, (ſcilicet) agilitatem, ſubtilitatem, claritatem,impoſſibilitatem,de quibus habetur R.7.ar.6.Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius, ut in ea delitijs affluatis, ab omnimoda gloria eius.Iſa.vlt.

Artic.3. ¶Qui ergo probatus,& perfectus inuentus eſt (ſupple) in gloria uiatorum, erit illi gloria æterna, ſcilicet,beatorũ. Eccl.31. Et bene dicit probatus,quia ſicut recipiendus ad ordinem profeſſorũ debet prius probari in ſtatu nouiciorũ.

Exemplum.

6 Ita recipiendus ad ordinem angelorũ, & gloriam beatorum, debet prius probari in ſtatu gratiæ,& glorię uiatorum, quia ſicut ad curiam papæ,uel regis nõ pertingitur, niſi via teneatur,ſicut etiã ad templum honoris Romę (de quo Augu de ci.Dei.lib.5.cap.12.) non poterunt intrare, niſi per templum virtutis, ita nec ad curiam,uel templum gloriæ (de quo in Pſal.28. In templo eius omnes dicẽt gloriam) niſi per uias prędictas,ſicut patet.M 9.46.Nec rationabiliter aliam uiam,uel modum intrandi quærere poſſumus, quàm per uiam uirtutum,& tribulationum.Ex quo ſic oportuit Chriſtum pati,& ſic intrare in gloriam ſuam.Lucæ 24. Et non ſolum Chriſtum, ſed & omnes Chriſtianos, (ſicut patet. F. 3. 2.) qui omnes dicere poterunt illud. 2.Corin.12. Gloriamur in anguſtijs, pro Chriſto. Et libenter gloriabor in infirmitatibus meis,ut inhabitet in me uirtus Chriſti, ibidẽ.q.d. Suſtineo dura in uia, & tempore nouiciatus,ut inhabitet in me uirtus,ne ſim expulſus ab ordine beatorum. Sciebat enim iſte ſanctus,quòd ſi humiliter, & obedienter hic ſe haberet, tenendo doctrinam,& ſuſtinendo pœnitentiam, & induendo habitum nouiciorum.i. gratiæ Chriſti (de quo Rom.13. Induimini dominum Ieſum Chriſtum) bene, & honeſtæ,illo habitu vtendo, quo Chriſtus eum induit.Eſa.61. Induit me ueſtimento ſalutis (ut veſtimento gloriæ indueretur ab eodem)qui dicit.Induere ueſtimento glorię tuæ. Eſa.52. Gloria Dei,quæ eſt indumentum beatorũ, quia ſecundùm Chryſoſt. ſuper epiſtolam ad Timo.Homel.2. Sicut Sol non indiget alijs ueſtimentis,quàm lumine Exemplum. ꝓprio,ita beati,niſi lumine Dei.Et non aliter, quia ſicut dimittẽt habitũ nouiciorum, dimittẽsque uiam ad curiam, & templum uirtutis, à profeſſione, & curia, & templo bonorum exeludituꝝ, ita tollatur impius, ne uideat gloriam Dei, Eſa.26. (Hęc enim eſt litera. 70. interpretum)litera vero communis eſt, in terra ſanctorum,quaſi ſcilicet, tempore nouiciatus inique geſſit. Ideo nõ uidebit gloriam Dei. Ecce quàm aperte dicit illum,qui male ſe habuit in ſtatu nouiciorum,i.gratię,uel gloriæ,uiatorum, eſſe expellendum ab ordine

profeſſo-

professorum, & status gloriæ beatorum.

Exemplum. Sit hoc valde videtur cõgruũ, & rationabile, quia communiter dicitur q̃ qui male se habuit in minori officio, non est maiori dignus. Et qui nescit uti, uel munde custodire vestem de roseo, indignijs est veste de Coccino, sic in proposito de illis, qui mutauerunt hic gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem quadrupedum, Ro. j. Est tamen adu. Exemplum. uertendum quòd sicut sunt plures religiones, seu ordines, ita plures habẽt modos probationũ particulares, quia quædam religiones habent oculum, q̃ nouicij bene probentur in cantu, & Dei seruitio, & huiusmodi. Quædam uero habent oculum specialiter, q̃ bene disponantur ad scientiam, utenque tamen modo suo bene se habentes, ad professionem recipiuntur. Sicut etiam ad curiam regis multi diuersi uijs ueniunt, & diuersis de causis ibi acceptãtur, & promouentur. Exemplum. ibi nanque aliqui acceptantur, & ueniunt in puericia, sicut filij ancillarum, ut regis filium associent. Alij ibi acceptantur, & promouentur propter specialem affectionem, quã rex ad eos habet, sicut aliquando contingit, quòd propter eorum pulchritudinẽ, uel quia forte amabiles sunt & gratiosi, specialiorum gratiã in oculis regis inueniũt. Alij propter obsequiũ suum, quod regi in mẽsa, & camera, & alijs negocijs suis præstant. Alij propter fortitudinẽ, quia fortiter in bellis, & alijs pugnãt, & strẽnue militant. Alij propter sapientiã suã. Tales enim reges acceptant, ut per eos in consilijs suis regantur, & iudicia sua per eos exerceant. Alij larga munera dãdo. Sic ordines Angelorũ diuersæ præcedunt probationes. Et in curia Dei sancti diuersis ex causis acceptantur, & glorificantur, quidam propter innocentiã, qui, sicut pueri prædicti, filium regis, i. ipsi sequuntur agnum, quecunq; ierit. Quidam propter illorum pulchritudinem, sicut uirgines. Quidam propter illorum seruitium, sicut confessores, quidam propter strenuam militiam, sicut martyres, quidam propter illorũ sapientiam, sicut Prophetæ, & Apostoli, qui in sapientia sua fundauerunt ecclesiã supfundamẽtum Apostolorum, & Prophetarum. (Ephe. 2.) Qui etiam propter suã scientiam secum orbem iudicabunt. Et ideo sapientes gloriam possidebunt. Prouer. 3. Quidam propter opera pietatis, & hospitalitatis, sicut Patriarchæ, & eorum sequaces, licet diuersis probationibus, & causis. Omnes tamen prædicti compleuerunt dies suos in bono, & annos suos in gloria. Iob. 26. (sicut patet. F. 3. 2.) Et quidem satis congruè omnes prædicti cũ sequacibus suis adepti sunt libertatem gloriæ, quia omnes suo modo hic Deum glorificauerunt. Et nonnulli illorum hic pro Deo fortiter pugnauerunt, ultus nanque iniurias strẽnue uindicauerunt, peccata, & peccatores expugnando. Et legis iusta sanxio est, quòd seruus, qui strenuo nisu mortẽ domini sui uindicauerit, pro præmio libertatem meretur (sicut patet. C. li. 7. ti. ex quibus causis serui pro præmio accipiunt libertatem. l. j.) Ita spiritualiter ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in liberatem gloriæ filiorũ Dei (Ro. 8.) Qui iniurias Dei uindicauerit. Et si hoc dicit tam lex mundi, quàm Dei, de his, qui domini uindicauerat iniurias, quid dicent de his, qui hoc facere negligunt, uel contemnunt, qui uolunt hominibus placere, & pacem peccatorum uidere, & gloriã propriam & huiusmodi potius, quàm Dei quærere, de quibus Ioan. 12. Dilexerũt gloriam hominum magis, quàm Dei, contra exemplum Christi (Io. 8) Ego gloriam meam non quæro, si confusio: bona, quam incurrunt pro Christo, qui gloriam Christi potius, quàm propriam quærunt, uertetur in gloriam. (Iuxta illud Iob 22.) Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, uidetur per rationem à contrario sensu, quòd gloria illa malorum, quam quærunt peccatoribus parcendo propter causas tactas ab Aug. C. 16. q. 5. uertetur in confusionem. Iuxta illud Phil. 3. Gloria in cõfusione ipsorũ qui

qui terrena ſapiunt. Illam ergo libertatem requiem, & gloriam deſiderantibus (ſicut ex prædictis patet) deductione dicere oportet, ſicut dixit. Rex Perſarum exercitui ſuo, Iulius ſextus in libro ſuo ſcribit de rege Perſarum bellãte contra regem Medorum, quòd primo die exercitum ſuum vexauit. Secũdo vero quietem, & ciborum copiam eis dedit, quo facto quæſiuit, cuius dici conditionem potius eligerent, qui dixerunt, quòd ſecundi, illam, inquit, nõ habebitis, niſi fortiter pugnando Medos viceritis. Sic in propoſito, illam requiem, coronam, & gloriam, quam omnes petiti, dicentes, domine da nobis gloriam cœli, non obtinebitis, niſi contra Dei inimicos peccatores, & peccata fortiter pugnaueritis, & maxime vos, quibus hoc ex ſtatu, & officio ſpecialiter incumbit, quia in iſta pugna non coronabitur, niſi qui legitime pugnauit. Illa, videlicet, corona, de quo in Pſ. 8. Gloria, & honore coronaſti eum.

Exemplum.

Exemplum.

Artic. 4. ¶ Vt vero inſpecta bonitate duplicis gloriæ bonæ, duplex malicia, duplicis gloriæ malę apertius videatur, iuxta gloriam bonam poſitam, immediatè poſt prædictas glorias bonas, malæ ponendæ ſunt. Quarum prima eſt vana, quæ conſiſtit in tribus bonis, naturæ, fortunæ, & gratiæ. Eſt ſiquidem malum tectum fundatum ſuper bonum fundamentum. Et mali rami de bona radice, ibi uidetur deficere regula Apoſtoli, ſi radix ſancta, & rami. Nec mirum, quia Deus fundamẽtum, & radicem poſuit, diabolus vero ſuperædificauit, & fundamenta deſtruxit. Paterfamilias bonũ ſemen ſeminauit in agro ſuo, ſed inimicus homo ſuperſeminauit zizania in agro cordis. Semina autem iſtius zizaniæ accipit ille malus ſeminator, primo tam à bonis naturę, à qua deſcẽdimus, dum de ſanguinis, aut parentum nobilitate, vel proſperitate corĩ ſuperbiam, & vanam gloriam erigit, more peſſimorum Iudæorum dicentium Io. 8. Nos patrem habemus Abraham, de quibus (Oſeæ 9.) Gloria eorum a partu, & ab vtero, quàm à bonis naturæ) donec de pulchritudine, fortitudine, agilitate, & huiuſmodi cor inaniter gloriari facit, more Abſalon. Tales ſunt, ſicut qui gloriatur de hoc, q̃ nouis, & formoſis, & pulchris finibus ad patibulum ducitur, quia ſicut Abſalon capillorum, de quibus gloriabatur, occaſione ſuſpenſus fuit. Ita iſta bona naturæ multis in hac uita, & pluribus in alia, ſunt ruinæ, & pditionis occaſio. Sic ergo gloriari expedit (2. Cor. 12.) Secundo, a bonis fortunæ, ſcilicet, diuitijs, & numeroſa familię, & exercitus multitudine, & huiuſmodi, de quibus in Pſ. 48. Confidũt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriãtur, ſtulte quidẽ, & periculoſę, quia ſi de bene acquiſitis glorietur, tantum eſt, ac ſi gloriatur de hoc, quòd eſt magno onere onuſtus, qđ non facit iumentum, quia nihil lucrãt, niſi dorſum malum, nec tales frequenter plus lucrantur (iuxta Prouerbium illud) quàm equus ab onere ponderoſo (ſicut patet. A. 27. 41.) Vel de hoc, quòd eſt obligatus ad magnum, & diſtrictiſſimum computum, &c. Si vero de male acquiſitis, & mala gloriatur familia, tm̃ eſt, ac ſi glorietur de hoc, q̃ furtum in collo ſuo ponitur, cum quo ad iudicem cum magna familia, vt ſuſpendatur, ducitur. Sic gloriabatur ille malus Arphaxat, de quo (Iudi. 3.) q̃ gloriabatur, quaſi potens in potentia exercitus ſui, & in gloria quadrigarum ſuarum. Tertio à bonis gratiæ ſeu donis magis ſpiritualibus, cuius ſunt, ſcientia tam ſpeculatiua quàm practica gratia ſermonis ſanctitas & huiuſmodi quando (ſcilicet) de his hominem ad ſeipſum, vel ad mundum, & non ad Deum gloriari facit, ſicut ille Phariſęus (Luęæ 18.) Et ſicut ille Lucifer: gloria talium eſt, ſicut gloria portantium literas Vriæ. Et ſicut cande la, quę alijs lucet, ſed ſeipſam cõſumit, vnde ſicut Lucifer, & Phariſæi, ita gloriam illorum, in ignominiã mutabo. Oſeæ 4. Patet ergo à fine, q̃ oẽs iſti gloriantur, ſicut ille qui in ludo gloriatur ſe eſſe ictus, quẽ tã paruus tactus offẽdit

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

11

12

13

dit eſſe extra, & ille, qui creditur eſſe extra, eſt intus. Sic in propoſito, illi, qui reputant ſe in gloria prædictorum bonorum, in paruo tractu mortis inueniẽt ſe eſſe extra. Et illi, qui credũtur hic eſſe extra gloriam prædictorum bonorũ, ſicut ueri pauperes, ſtulti, & ignobiles apud mundũ, de quibus apoſtolus. Nos ſtulti, & infirmi, uos econuerſo, &c. In illo tractu inuenientur eſſe in veris diuitijs, & ſapientia, & fortitudine, & nobilitate, ſic mutabunt fortitudinẽ. Eſa. 40. Cuilibet ergo tali in illo tractu, dici poteſt illud (Rom. 3.) vbi eſt glorificatio tua excluſa eſt, ſcilicet, in mortis tractu, &c. Quid vero in hoc caſu facere debeant, qui prædicta bona habent, oſtendit Deus Hiere. 9. dicens. Nõ glorietur ſapiens in ſapientia ſua, non glorietur fortis in fortitudine ſua, non glorietur diues in diuitijs ſuis. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire, & noſce me in omnibus: hoc enim caſu conſulit, ſicut faceret amicus amico peregrinari uolenti, quanto plura bona, uel iocalia ſciret ipſum ſecum portare; tanto plus ei conſuleret, ꝙ latronum fugeret ſocietatem: ita Deus in prædicta auctoritate portantibus ſecum bona naturæ, fortunæ, &c. Conſulit, ꝙ inanis gloriæ, quæ, quaſi fur, mercatorem & uiatorem aſſociat, ut ſpoliat, & perdat, ſocietatem fugiat, dicens, non glorietur, &c. Sciens, ꝙ hæc eſt, quæ multos, & magnos a mũdi principio ſpirituales ſpoliauit mercatores: hæc gloria cœleſti ſpoliauit luciferum, hæc gratia, & omnibus bonis operibus illum ſpoliauit ſolitarium, de quo in uitas habetur patrum, ꝙ tamẽ ſe meritis inaniter gloriando iactaret, à diabolo in forma mulieris deceptus, ad ſeculũ redijt, dæmonibus in aere cõtantibus, & dicẽtibus. Ecce qũo deſcẽdit ad infernum, quę ſe oĩa bona habere iactabat, hęc Petrum dignitate ſpoliauit apoſtolatus, ſicut patet p decretũ ſumptum ex uerbis Ambroſij. 6. q. j. c. imitare, ubi innuit, ꝙ Petrus lapſus fuit in pctm negationis Chriſti pp iactantiã, qua dixit ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, &c.

Exẽplũ. 14

Exemplum.

¶Hæc eſt, quæ fructus bonorum operum ante maturitatem proſternit, & furatur. Mauult enim plus flores, quàm fructus, & ideo non curat flores colligẽdo, fructus perdere. Exemplum.

¶Hæc eſt, quæ mercatores. ſ. inuitos facit, ut merces deprauent alienas, & proprias exaltent: hæc eſt, quæ ſuos intantum demẽtat mercatores, quòd precium rei uenditæ à non emptore petãt. Mundo, pro quo faciunt, & cui ſeruiũt, opera ſua locant. Et tamen in fine uitæ à Deo precium petierint, quibus reſpõdebitur, recepiſtis mercedem ueſtram. Vnde Criſ. ſuper Mat. Homel. 13. qui propter homines facit, & in terra perdit, & in cœlo non inueniet. Talis, inquit, eſt homo, qui propter homines bonum facit, qualis mercenarius malus. i. mercede conductus, qui infra tempus locationis ſuę comedit omnes mercedes. Cum autem tempore completo receſſit, nudus egreditur, & ſine oleo, & lumine manet, quia oleum in aliena poſuit lampade, unde Bern. in epiſtola ad epiſcopum Senoſenſem, Lampas (inquit) tua extinguitur, dum oleum fauoris in aliena lampade ponis. Hæc eſt fraudulenta latroniſſa, quæ habitis ſpoliat, & habendis priuat, ad modum vulpis, de qua in fabulis Eſopi continetur, quòd coruum ſuper arborem roſtro caſeum tenentem in multis commendauit, & ſpecialiter in cantu, ad hoc, ut roſtri aperitione caſeo eum priuaret. Cornus uero inaniter gloriando, roſtrum aperuit, & tam caſeum, quàm cantus laudem amiſit. Sic multi, dum adulationibus extra, uel uana gloria intus, pulſantur, & commendantur, os inaniter gloriando aperiunt, & fructum humilitatis, quem habent apud Deum, amittunt. Et pro laude, quam apud homines quęrunt, deridentur, quia, quę illis uidentur laude digna, alijs uidentur deridenda. Exemplum ad hoc ponit Hugo de ſancto Victore, ſub eo, qui ſequitur, tenore, fabula (inquit) dicit, omnes beſtias fetus ſuos Ioui probandos preſentaſſe, inter quas ſimia de forme

Exemplum.

Exemplum.

Digitized by Google

natum trahens, risu omnium castigari non potuit, quin suum cæteris anteferret. Ingenitum est enim omni animati amare, quod genuit, de corde sensus nascitur, & amant corda sensus, scilicet, adeo vt sæpe animus peruersus in conspectu summæ veritatis tortuosum, & prauum, & omnium risu dignum, sensum, scilicet, commendare non erubescat. Dum ergo in cœlo boni operis mercede, & in terra, uana, quam quærit, laude priuatur, in facto peiores esse conditionis ostenditur, quam cum Beatus Gregorius uerbo describat. Dicit enim in pastorali, li. 3. c. 58. Quod uarie gloriosi sunt mali mercatores, qa multa dant, & sustinent. Et pro quibus possent emere regnum æternum, uentum emunt humanæ laudis, & iudicium cu rant humanum, quod cito transit, & iudicium non curant Dei, quod in æternum durat. Quia Beatus Greg. in hoc dicto uidetur supponere, quòd laudem ad minus habeant humanam, quam care emerunt. Quod autem hæc vana gloria carè multis laboribus, & expensis ematur, patet per Chriso. super Io. Homel 2. Quis est (inquit) seruus, quæ omnia facit, quæ scit placere dominis suis? Et tamen hoc facit vane gloriosus, ut enim alios delectet, pulchras vestes induit, & oculos circumponit, & sequaces in foro adducit. Si quæras ab aliquo illorum, quare tot expensas facit? quid sibi vult tanta consumptio? nihil aliud ab eo audies, quàm plebis acceptationem, quia omnia alia pp vanã gloriam concupiscit. Ergo (inquit) quis miserior, quàm qui ita mutabilem habet dominum? Ista miserabilior est ob bus passionibus, quia qui bibit unum, & sequitur uoluptates, delectationem breuem habet, hic autem non potitur illo, quod desiderat, quia non potest ab omnibus laudari. (Nota. L. j. 4.) Ex quibus uerbis patet, quòd frequenter nec hic, nec alibi remunerantur. Sed ab isto fure inanis gloriæ utroq; spoliãtur, qui ad hoc hominem associat. Vnde Beatus Greg. in moral. Dum alijs placere quitur, inani gloria frequenter extollitur, cuius appetitus, uelut fur, in mortũ intrare socium se iungit. Et cum ad altitudinem uirtutis nititur ascendere, per præcipitium in auis gloriæ deijcitur, ali quando quanto plus ascendere nititur, eo inani gloria deterius cadit, unde qui plus intueri solẽ nititur, inde plus excæcatur, quo uidere plus conatur. Solẽ ergo suum (id est) bona opera ipse non nimis aspiciat, nec nimis commendet, ne apud Deum cœcus fiat, sed potius abscondat, sicut absconditur candela, quę in vento portatur, ne extinguatur, quæ tamen cum ad hospitium portata fuerit, secure ostenditur, & non ante. Sicut parentes Moysi eum absconderũt, quia elegantem ipsum uiderunt usq; ad tempus. Ita opera bona celanda sunt usq; ad tempus mortis, in quo in securo loco, in hospitio cœli cora toto mundo ostẽdentur, ad laudem illorum, qui hic laudem mercedis non quæsierũt. Sic ergo, quia tunc remunerabit, hic quęrendum est placere. Vnde Chrisostomus super Ioan. Homel. 2. Quis (inquit) dimittit placere dño, cui seruit, & alios quærit inspectores, qui nocere possunt & non prodesse? remuneratorem inspectorem q̃rere debemus. Idem ibidem Homel 13. in teatro habes inspectores Deum, Angelos, & homines, quare ergo plus hoibus, quàm Deo, uel Angelis placere niteris? Quis unquam regi affectẽ sibi placere dimittit, & cicadarũ & muscarũ uoces tẽdit, præcedentiũ etiam periculum in parte patet. A. 17. 36.

16 Exemplum.

17 Exemplum.

Exemplum.

18 Exemplum.

¶ Secunda uero est gloria perniciosa quæ in quatuor consistit pũctis, uel saltem in aliquibus de quatuor. Primo in peccatorum perpetratione, utpote in subditis opprimendis, in iurijs nõ vitandis, in uoluptatibus explendis, & huiusmodi, de quibus Prouerbio. 2. Exultant in rebus pessimis. Primo more brutorum (scilicet) leonũ, qui lætantur; dum prædam capiunt, & porcorum, qui in uilissimis lætantur sordibus plus; quàm in pulcherrimis pratis. Secũdo, more puerorũ, qui habẽtes patrem, uel

Ar. 5.

matrem

matrem mortuum lætantur, & ludunt in panno ſerico, quod ſuper corpus iacet. Ita iſti habentes animam mortuam, in exterioribus malis gloriantur. Tertio, more phreniticorum, qui infirmati ad mortem, cachinnis ſe diſſoluunt, in quibus lætitia eſt ſignum mortis, quia quanto grauius infirmantur, tanto amplius rident, & clamant. Sic in propoſito, & quis non diceret phreniticum, qui gaudenter proprium corpus occideret. Ergo plus phrenitici dicendi ſunt, qui glorioſè animam occidunt. Quarto, more damnatorum, qui iudicium ſuum in conſilio eſſe deliberatum ignorant, & ideo interim in carcere, in delectationibus ſuis gloriantur, quando enim mortaliter peccant, in curia, & conſilio Dei damnantur, licet executio finem non ſtatim faciat, quod de peccato infidelitatis dicit veritas, qui non credit iam iudicatus eſt idem de alijs peccatis intellexit qui ergo peccantes lætantur, quia ſic deſiderium ſuum complent, gloriantur de facto, de
19 quo æternaliter iudicantur. Et tales non ſolum prædictorum in gloriando modum (vt dictum eſt) tenent, ſed excedunt, ſtultius gloriando, quia non eſt brutum, quòd gloriatur de hoc, quod capitur, & in loco contra natura ſuam detinetur, ſicut patet de aue in pedica, de piſce in naſſa, nec eſt puer, vel phreniticus, vel damnatus, qui gaudeat, ſed doleat de hoc, quòd manus, uel pes, uel membrum aliquod corporis ſibi ſcinditur, & canibus datur, nec de hoc quòd corporaliter damnatur. Ergo iſti omnibus ſunt ſtultiores, qui animam, quæ dæmonibus datur, amittunt, & gloriantur, quos Deus (in Pſal. 51.) reprehendit, dicens. Quid gloriaris in malitia, &c. Sed reuera eis poteſt dici illud, quod conſimilibus dixit ſaluator. (Lucæ. 19.) Si cognouiſſes, & tu vtique fleres. Secundo in deſideriorum
20 longa continuatione. Solent quandoque peccatores non ſolum de facto malo gloriari, ſed etiam de hoc, quòd impune, & ſine impedimento in peccato ſuo perſeuerãt, & illam proſperitatem pro magna iactant. Quando enim peccant, ſententia iuſte datur (vt prædictum eſt) quamdiu vero in peccato perſeuerant, dæmones apparitores, videlicet inferni, ad locum, quo iudicium ſuum accipiet, continue ducunt. Congrue ergo, poſtquam quæſiuit dicens, vſquequo peccatores gloriabuntur? Cito poſt reſpondet, dicens, quoadulque iuſtitia conuertatur in iudicium. i. quouſque ſententia iuſte data, quando peccat, in iudicio compleatur. Sicut animalia mactanda, per prata amena gaudenter manum ſequuntur cibum dantis, vſque ad locum, in quo mactanda ſunt. Sic iſti gaudenter mundum, carnem ſequuntur, & diabolum. Et ſi illi inimicos ſic gloriantur ſequantur, quia malicia excæcati, more illorum, qui velatis oculis ſuſpenduntur, periculum ſuum non uident. Tu qui amicus, uel uicinus es, uel qui curam eius habes, & periculum eius vides, dole dicens, ſicut communiter de tali dicitur, heu, ſi ſciret quæ ego ſcio, non gauderet, & non zeles gloriam, & opes peccatoris. Eccleſiaſtici 9. Tertio in peccatorum præteritorum cordis recordatione. Tales enim cum cordis delectatione ſolent præteritas cogitare delectationes. Sic uero gloriantes, ſtultiores ſunt omnibus hominibus. Vbi inuenitur mater tam fatua, quæ cum lætitia mortem excogitet vnigeniti ſui, & heredis, & maximæ hæreditatis, per quam ipſa etiam, ſi uiuiſſet omnibus bonis abundaſſet? Et tamen iſti cum lætitia, & augmento præcedẽtis delicti factum recogitant, per quod anima hæres regni cœleſtis, per quam etiam ipſum corpus omnibus bonis abundaſſet, ſi non peccaſſet, quibus diuiſim dicitur. Prouerbio. 19. Gloria eius eſt iniqua. Quarto in peccatorum oſtentatione quando (ſcilicet) de eis faciunt narrationes, & facetias texunt, vel talia libenter audiunt. Tales ſunt Deo iniurioſi, ſibijpſis pernicioſi, proximis ſcandaloſi, & diabolo lucroſi.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

21

¶Primũ patet, qa de hoc gloriantur, ꝙ cõtra Deum prius fecerunt, ſi ergo prius peccando Deo magnam intulerũt iniuriã, contra mandata eius facendo, multo-

12

maiorem ſecundo faciunt, iterum ſe de hoc iactando. Si quidem & dominus terrenus rationabiliter plus offenderetur de tali iactantia, quàm de facto, quia factum aliquo modo iuſtificari poſſet, dicendo, quòd ex negligentia, vel infirmitate, vel neceſſitate, vel alia de cauſa hoc feciſſet, vel quia lucrum, uel carnalem delectationem ex facto cõſecutus fuiſſet: Quod vero de hoc iacet ſe, omnis talis cauſa ceſſat, & ſola malitia in hoc caſu locum habet. Ideo dicit Auguſtinus in epiſtola ad Comitem, quòd nullum genus peccati tam abominabile Deo eſt, ſicut præterita peccata reminiſcendo gaudere, de eisque exultare.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

23 ¶Secundum etiam patet, quia quis nõ diceret ſtultiſſimum, & ſibijpſi perniciosum, & ſuijpſius homicidam, qui de homicidio, furto, vel huiuſmodi, coram iuſtiſſimo rege, vel iudice ſe iactaret, vel qui iudicem duceret ad oſtendẽdum hominem, quem occidit, vel qui coram ſeruis iudicis, vel regis de tali iniuria regi facta, vel homicidio, narraret: vel eos ad plagam videndum duceret, ſi crudelis eſſe oſtenditur, quando innocentem occidit, multo crudelior, & peior eſt, quando de hoc ex poſtfacto gloriatur. Cum ergo hanc infamiam fugerent, ne coram hominibus, quos timent, ſe de talibus iactarent, heu, quare Deum non timent, ne coram eo de luxuria, & huiuſmodi ſe iactant. Et ſi bona temporalia amiſſa, cum cordis amaritudine, narrant cum dolore, quare amiſſionem Dei, & patriæ cœleſtis, & animæ propriæ pergulam, & luxuriam, & huiuſmodi, cum magno narrant riſu, & lætitia, ſe iactantes, quantum biberunt, qualiter aliquem deceperunt, vel uerberauerunt, uel cum quot mulieribus voluptates ſuas cõpleuerunt, vel aliquod malefactum perpetrauerũt. Et tamen communiter de talibus ſuas faciunt faceties, & glorias, & multo communis, quàm de bonis operibus. Nec mirum, quia facta talia ſunt communiora. Et non ſolum ſunt ſibi pernicioſi: quia coram iuſto rege, & ſeruis ſuis talia oſtendunt, quibus talia diſplicent, ſicut ex dicto illorum patet Heſter 14. vbi dicunt, noſti quòd oderim gloriam iniquorum. Sed etiam quia peccata duplicant, & pluribus ſe peccatorum vinculis conſtringunt, quod patet tam ratione, quàm auctoritate. Ratione patet, quòd ſi peccata augmentamus, & pœnis maioribus digni ſumus, quia alios non corrigimus (ſicut patet C. 16. arti. 9. per totum.) Ergo à multo fortiori ratione, quia, & conſentimus. Et iterum ſi talia damna, tam in culpa, quàm in pœna incurrimus, alienis complacendo, & conſentiendo damnis, & delictis, à multo fortiori complacendo proprijs. Si enim ſine culpa audire uel narrare non poſſumus aliena delicta, vbi locus, & tempus, & perſona ad correctionem requiſita nõ concurrunt, quia contra charitatem illius eſt, de quo narratur, cui charitatem in qua ei obligamur, non reddimus. A multo fortiori ratione, propria inconſimili caſu narrando delicta, cui plus ex charitate obligamur. Et ſi alio peccante, & te conſentiente fiunt duo peccatores, & peccata, & duæ ad pœnam obligationes, vna in agente, & alia in conſentiente, vel complacente, cum iuxta legem, conſentientes, & agentes pari pœna puniendi ſunt, ergo à fortiori ratione, te ipſo peccante & poſt peccato conſentiente, & ſi non ſunt duo peccatores, fiunt tamen duo peccata, & duæ ad pœnam obligationes. Cui nulla ratione maius peccatum ſit, immo peius in peccatum, & damnum, & damnationem cõſentire propriam, cui priori charitatis priuilegio obligatur, quàm in alienum. Cum ergo (teſte beato Grego.) paruum ſit malum uelle, ſed peius de eis non erubeſcere, patet, quòd ſibijpſi perniciosius eſt, qui ſic teſte Augu. peccatum duplicat.

24

¶Tertium etiam patet, quia tales proximum damnificant tam ſuperiorem, quàm æqualem, & inferiorem. Primum patet, vel quia ipſe non corrigendo eos de peccatis ſuis, de quibus gloriantur, pro peccato amiſſionis ad infernum ſecum trahit, quia circa eos negligens, &

25

in

in Dei seruitio, & eius iniurijs vindicandis, uerecundus, uel timidus efficitur, unde tales gloriari solent de hoc, quòd nullus audet eos corrigere, in quo gloriantur de superiorum verecúdia, & propria miseria, quia (scilicet) diu à Diabolo ligantur, & uincula à nullo soluũtur, uel qa cũ æqualibus, & iferioribus de eorum iactantijs, & iniurijs, & turpibus verbis rident. Sic patet tam primum, quàm secundum, quia cuiuscunque status sit, qui cum male gloriantibus, & narrantibus gloriatur, sicut primi mortaliter peccant, peccato illorum occasionem, & consensum præbendo. Aliter enim agentes, & consentientes paritas non constringeret pœnarum, nisi etiam paritas ipsos inuolueret culparum. Cum ergo auditor occasionem det (sicut patet. D. 6. 33.) & consensum in hoc, quòd cum risu audit, quis cum à paritate excusabit culpę, apud homines nanque ille seruus culpabilis dicitur, & proditoribus consentiens, qui patienter audiret homines se iactantes, & gloriantes de proditione, quam domino suo fecissent, uel in futurum facerent, fidelis nanque seruus in hoc casu, uel domini sui iniuriam factis uindicaret, uel uerbis iniuriantem increparet, uel vultum tristiorem ostẽderet, & nequaquam ex corde videret. Ita in proposito, fidelis Dei minister. Illi ergo qui libenter, & cum complacentia audiunt iniurias Deo factas, & aliorum mala, ad corpus Christi, & ecclesiæ primo ostendunt se non pertinere (sicut patet. C. 12. 11.) Secundo, se esse Deo infideles ostendunt, & pro talibus ipsi, qui talia eis narrant, eos habent, probatio. Si quis cogitaret narrare aliquam iniuriam factam alicui domino, si præsentem uideret ministrum illius domini, uel quemcunque eius amicum, uel res eius portantem, si eum fidelem domino suo reputaret, citius parceret, & si inciperet aliqua narrare, propinquus narranti diceret, tace, ibi sedet unus qui nullo modo vult mala audire de domino suo. Si uero ille narrator sciret, quòd ille auditor esset magis de affectione inimici domini sui, & etiam de affectione ipsius narrantis, & quòd ideo talia libenter audiret, quia domino suo infidelis esset, non cessaret, sed dicenti, tace, responderet, non tacebo propter eum, quia de parte nostra est. Sic in proposito. Et sic patet, quòd talia libenter audientes sunt, de quibus loquitur Psal. 73. dicens. Gloriati sunt, qui oderunt te.

Exemplum. Exemplum. Exemplum.

¶Quartum etiam patet: quod videlicet sunt diabolo lucrosi, quia non solũ lucratur gloriantes, sed & audientes, applaudentes, consensum prębentes, & mala exempla, & audàciam male faciẽdi ab ipsis narrantibus, uel narratis accipientes. Ex quo patet, quòd sic iactans est magnum rete, & pessimus diaboli laqueus, & uenator. Nolite ergo multiplicare loqui, substantialia gloriantes (1. Reg. 2.) sed recedant uetera de ore uestro.

Arti. 6. 17

¶Nolite (inquit) &c. quia finis talis gloriæ est in uita ista confusio, & dolor, in alia uero afflictio, & pœna, primum patet tam in his, qui gloriantur. In carnis delitijs, ex quibus frequenter contingere videtur paupertas in rebus, quia (teste Salomone) qui amat uinum, & pinguia, non ditabitur. Et confusio in persona: qui frequenter auditum est, quòd carnis desiderta sequentes in luxurijs, & huiusmodi, sine promotione, & honore confusibilem duxerunt uitã, & lamentabilem attigerunt finem. Unde scriptura quædam refert de quadam tali muliere, quæ cuidam quæreti, quare fleret? congruè ad propositum respõdit, dicens gaudium anni præcedentis. Et bene quidem, quia extrema talis gaudij luctus occupat. (Prouerb. 14.) tam in his, qui gloriantur in honoribus diuitijs, & huiusmodi, quàm in his, qui gloriantur in uirtutibus, in quibus gloria tam uana, quàm pernicioſa, tam subtilis est, quòd cõscientias suas sine læsione penetrat, quòd in eis semper iacet, & non sentitur, quia de illo raro, uel nunquàm confitentur cum

dolore, vel effectu, quia eandem in opere ostendunt post confessionem, quàm antea ostenderunt, & tamen in opere maxima, & pessima pestis est, & causa fere omnium, quę contingunt malorum, quia ex illa radice, & venenoso, & minimo semine in usu conscientiæ, oriuntur bella homicidia blasphemiæ, iuramenta, inuidia, & huiusmodi, quia inanis gloriæ cupidus, modis, quibus potest tam parem, quàm superiorem deprimere nititur, sciens & sicut pulchrius dicitur. Duo magni, unum asinum equitare non possunt, quia unus vult esse ante, & alius non vult esse retro, sic ergo gloria ipsorum in confusionem in vita ista, qui terrena sapiunt, Phil. 3.

Exemplum.

28 ¶ Secundum vero in alio seculo experietur, quando continget eis, quod contingit quandoque incarceratis, vel ligatis, vel infirmis dormientibus, & gaudentibus de aliquibus, quæ somniant, & quæ in visione fantastica vident, qui tamen excitati de his, quę sentiunt, dolent, illius consolatoriæ visionis nihil habentes, in nocte siquidem mortis, claritas vanæ gloriæ extinguetur, ille nanque flatus oris tenuis totam illam extinguit claritatem, tunc enim dicent cum faruis virginibus, lampades nostræ extinguuntur. Et quod magis est dolendum, nunquam iterum lucebunt, in illa nanque die æternitatis illud lumen, quod in eis fuit, obscurabitur, quia sicut dies aliqua, quæ nocte videntur lucidæ naturæ, & clarę & pulchræ esse, seda vel vilia esse ostendit, ita illa, quæ apud glorioſos hic videntur esse gloriosa, & clara, & nobilia, ostendet esse deformia, & non animam, neque corpus ornantia, sed deformantia, intantum quòd illos, quos vana gloria dicit hic esse multis virtutibus, tam intrinsecis bene ornatos, & indutos, & divites, & potentes, & sapientes, & omni modo armatos, illas dies, & pœna, quam tunc sentient, ostendent esse nudos, pauperes, stultos, & omni modo deformatos, ita quòd illud, quod creditur hic esse indumentum vanitatis, ibi erit ad experimentum nuditatis. Et tũc patebit, quod vana gloria suos uestit maritos, quemadmodum fatua mulier quondam suum cęcum uestiuit amatorem, huius amore (secundum fabulas, seu parabolas) uir ille intantum excęcatus, & deceptus erat, quòd in omnibus ei credidit, & ut eius in omnibus pareret uoluntati, laborabat, quæ semper pro uice dilectionis uicem rependere studuit deceptionis, quod studium finaliter adimpleuit, modo, qui sequitur. Cum enim stultus ille domũ 29 suam frequenter intraret, & ab illa quæreret, quid ageret? Respondit, tibi pulchram paro rem, crede mihi, quia pulcherrima habebis ornamenta, quibus in die magnæ uenturæ festiuitatis indutus omnibus ornatior apparebis. Et tempore procedente, ille solemnis appropinquauit dies. Illa uero, antequam dies clarescceret, cum adhuc tenebræ essent super terram (Ioan. 20.) Circa cęcum illum cum re prædicta vestiendum magnam adhibuit diligentiam, faciendo nunc eum extendere vnum brachium, nunc alium, fingens se modo unam ei imponere uestem: modo aliam, & ad omnem uestem firmissime asseruit, eam optime, & pulcherrime ei conuenire, cum tamen quasi ornamenta essent tortorum. Cui cum plene tali modo uestitus esset, antiquum galerum in capite, & consimiles calceos in pedibus imposuit, & cingulo deformi, cum uilibus appendicijs eum cingens, ad festum in tali forma ire fecit, qui plus illi, quàm proprijs oculis credens, sic ad ecclesiam processit, & ad festum omnibus de tam deformi hospite admirantibus, à quibus utpote uestem non habens nuptialem, cum omni festinatione, & sui dilaceratione de festo ejectus fuit, nec tamen prius se nudum credidit, quàm pœnas per uirgas, & urticas ei illatas, quasi nudus 30 sentiret, plus enim illi fatuæ mulieri, quàm omnibus alijs credidit, quam tamen pœna mendacem ostendit. Ad

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

prope-

propoſitum, omnis conſimilis ſocietas,& deceptio, & finis eſt inter uanam gloriam & amatores ſuos, ipſi enim ei quantum poſſunt multis laboribus, & expenſis patere nituntur, ſicut quanto plus eam diligunt, quanto plus circa eam expendunt, tanto turpius ab illa excæcantur,& decipiuntur,in qua decep tione proceſſum tenet prædictum, quando enim hominem ſibi deditum ponit in ſpe conſequendi ſtatū uanum, vel dignitatem,uel officium,uel nomē magnum, uel diuitias, & honores, & quodam applauſu in moribus, in quibus ſibi arridet,circa eam quodammodo ſollicitatur quaſi rem pulchram promittit,quod quidem promiſſum ita fideliter tenet,ſicut tenent executores,& falſi amici promiſſa facta morientibus. (No.50.6.4.)Quando vero iam habet, quod concupiuit, domina uana gloria inter huius mundi tenebras, antequam dies alterius ſęculi illuceſcat, cum maxima cum diligentia ueſtire uidetur, & ornare, quando enim uana gloria cor eius tangit,titillat,& pulſat,dicens, ipſum aliquod bonum habere de illis, in quibus cōſiſtit(de quibus habetur ſupra eo.c.11.)eū uana ueſte ornat,quod vero talia bona inaniter recolligere facit,tot eum ueſtibus ornatum eſſe oſtēdit. Et ille miſer corde cæcus plus ei, quàm oculis, credit proprijs, uel quibuſcunque ſuper eum. Et ſibi ſimiles admirantibus, & clamantibus (cum Ioan.apo.3.) quia tu es miſer, & miſerabilis & pauper, & cæcus, & nudus. Et quia gloriatio tua eſt mala, nunquam habebit bonum finem. Sed iſtis crēdet,quando pœnam ſentiet,quando nanque illuc pęna oculos aperiet,quos hic culpa clauſit, tunc ueraciter, ſed (heu) nimis tarde experietur, quòd quanto gloriatio mala eum hic diligentius ueſtiuit, uel ornatum eſſe dixit, tanto illuc turpius eius nuditas apparebis, quando Deus oſtendit cunctis gentibus nuditatem tuam. Naum. 3. propter multas malicias in quibus gloriata eſt. Hieremiæ 11. Nota quòd iſti ſe habent, ſicut domina fortuna erga ioculatorē quaſi ſic, q̄ obuiās fortunæ in forma, in qua in tota communiter pingitur,obūuit ab ea de dono ad magnas preces clamidem ſuam, qua indutus omnia baberet ad libitū, hic ergo multos nobiles ad conuiuium ſuum inuitans, cum eſſet glorioſior in conuiuio ſuo,ſubito clamide diſparente,ſe in tugurio paruo, & miſero inuenit. Et ſic non ſolom male glorianti- 31
bus,ſed etiam quibuſcunque alijs, qui peccato,quocunque excęcati, uel falſis amicis & executoribus decepti ſunt, prædictum conuenit exemplum, dum amici uiuis, uel executores morientibus,multa etiam pulchra promittunt, quæ non faciunt,dum etiam circa mortuorum funera multa expendunt propter mundi uanitatem,& pauca ad animæ utilitatem, dum corpus pulchræ ueſtiunt uiuum,uel mortuum, & animam nudam dimittunt: dumque multa luminaria,& oblationes circa defunctum oſtentant, quæ ad eccleſiæ, uel defuncti non remanent utilitatem, dū etiam mundus, caro, uel dæmon, uel peccatum quodcunque hominem excæcat,& multa ei promittit.diuitias(videlicet) uel delitias, uel honores, quæ diu nō ſoluunt,ſed mētiuntur, in facto omnes ſe eſſe oſtendunt mendaces: quia ſicut illa Marito, ita iſtis mentita 32
eſt iniquitas; habendo ergo reſpectum ad finem ſic ornatorum, poſſet ab eis, qui ſic non gloriantur, reſponderi, ſicut reſpōdit Aquila Pauoni.(A.25.32.) quia talis contra dominum gloriatus eſt.(Hierem. 48.) Et ideo illorum demeritis exigentibus, & prædictorum falſorum amicorum contra mortuos fraudulentijs ſubſequentibus (teſte Pſal.48.) Auxiliū eorum ueteraſcet in inferno à gloria eorum,quia auxilium eorum,qui ſic gloriabātur,& à tali gloria poſt mortem per amicos iuuari eſtimabant, ipſis iam in inferno exiſtentibus,ita inueteratum eſt, q̄ omnino eos iuuare,uel à pęna protegere non poteſt. Quia reliquerūt alienis diuitias ſuas,in

quibus

Fabulæ

quibus gloriati fuerunt, qui confidebant in uirtute ſua, & in uirtute diuitiarum ſuarum gloriantur (in Pſal. 48.) de quibus, ut falſæ opinabatur, frater eum non redimit. Nec uxor uel filius, vel alius amicus debita reddendo, vel ablata reſtituendo, ſed potius ſe excuſabunt, dicentes, quod ſequitur. Redimet homo, quia quando talia ab eis petuntur, ad executores eos mittunt, ſed nec ipſi ſoluunt, Deum placantes: Vnde ſequitur. Non dabit Deo placationem ſuam, nec homini defuncto precium redemptionis animæ ſuæ. Ideo ſequitur de ſic decepto, laborauit in æternum, poſtquam dies factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius (in Pſal.) de illa (ſupple) gloria, quam nec ſecum ſumit, nec eã ei mittunt, ſic poteſt intelligi quod ſequitur. Cum interierit, non ſumet omnia, nec deſcendit cum eo gloria eius.

Ar. 7. ¶Sed miſericors Deus, qui quantum in ſe eſt, neminem uenenoſa vult perire gloria, tam contra uenenum gloria uanæ, quàm pernicioſæ multiplicatam tiriacã, remediumque multiplex, atque efficaces prouidit medicinas. Quarum prima accipitur ex ipſa natura, & conditione rerum, de quibus gloriantur, ipſe enim omnes in ſe malis permixtæ ſunt (ſicut oſtenſum eſt. G. 1. 18. cum multis ſequentibus) ut quantum bonum ad gloriam malam trahit, malum ſecum mixtum tantum retrahat. Quod autem malis permixtæ ſint, patet primo in rebus, in quibus ſumus, ſecundo in illis, quæ accepimus, tertio in illis, quæ ex nobis ſunt, quarto in illis, ad quas tendimus.

¶Primum patet, tam in rebus nos componentibus, quàm cauſantibus, res enim nos componentes, ſicut elemẽta, & qualitates, ex quibus ſumus, quę diu ſine mali admixtione in nobis non ſunt, quia frequenter contingit, quòd unum illorum ex ſua ſuper alia nimia excellentia, non ſolum corporales inducit infirmitates ad mortem, ſed etiam ſpirituales, quæ ex abundantia coloris mentem voluptatibus inclinãt. Ex quo ſequitur, quod de nulla ſanitate, ſiue corporis, uel animæ, quę tam eſt inſtabilis, eſt inaniter gloriandum, & ſi longa ſit ſanitas corporis, ubi mens eſt infirma gloriandum non eſt, ſic nec de corporali fortitudine, & pulchritudine, non ſolum quia interiori permixta ſunt debilitate, & deformitate, ſed quia iſta frequenter inducunt. Omnis enim gloria talis eſt, ſicut qui gloriantur de pomo exterius pulchro, & interius pleno uermib⁹, & putrefactione, & de ſaco pulchro & forti pleno fecibus, & ſętoribus, de qua 1. Machab. 2. Gloria hominis impij ſtercus, & uermis, (ſicut patet. P. 7. 45.) Idem etiam patet in rebus, nos noſtrumque ſtatum, & conditionẽ cauſantibus. Cauſæ noſtræ ſunt duplices, ſpirituales (uidelicet) & corporales, Cauſa enim ſpiritualis totius eſſe boni effectiua, quod in nobis inuenire, eſt ipſe Deus. Cauſa vero corporalis ſunt ipſi parentes carnales. Contra uero iſtas duas cauſas, quæ in nobis bonum naturæ, & uirtutis efficiunt ad quas habendo reſpectum, habetur materia gloriæ, inuenitur duplex cauſa mala, quæ in nobis cauſat malum culpæ & pœnæ: ſpiritus, ſcilicet malignus & peruerſa uoluntas, ad quas habendo reſpectum, materia habetur humiliationis. Qui ergo ſe glorificant, cogitantes ſe patrẽ habere Deum in eſſe bono, & gratiæ. Et parentes nobiles in eſſe naturæ, à gloria illa ſe retrahant, cogitantes ſe in eſſe ſuo malo, patrem habere diabolũ, Io. 8. ſcientes (teſtes Chryſoſt. ſuper illud Io. 8. Nos patrem habemus Abraham) quòd melius eſt de contemptibili genere clarum fieri, quàm de claro genere contemptibilem naſci. Quando enim declaro genere clarus naſcitur, tota gloria clarificationis eius ipſius ſolius eſt naſcentis. Qui autem de contemptibili contemptibilis turpitudo communis eſt. Qui autem declaro contemptibilis naſcitur, omnis turpitudo illius eſt. Ideo melius eſt, ut in te glorientur parentes, quàm tu in parentibus,

Exẽpla.

34

rentibus glorieris, quia qui prodeſt ei, quem ſordidant mores, genera clara? Aut qui ei nocet generato uilis, quem mores adornant. Quid profuit Cam, quàm Noe fuit filius, ſecũdùm animã factus ſeruus, aut quid nocuit Abrahã, quòd patrem habuit Aram luteorum Deorum cultorem? Ex quibus patet, quòd maior gloria eſt alicui, quòd ſit filius ruſtici, & ſeruus corpore, ſed nobilis ſpiritu, quàm ſit filius regis, & nobilis origine, ſed ſeruus mente. Primo, Exẽpla. quia uera gloria non attenditur penes 35 originem, uel principium, de quo eſt, ſed pẽnes conditionem propriam, quia ſic pulices, & alj uermes, qui ab homine originem trahunt, nobiles eſſent. Sic etiam pomum putridum, quod eſt ab optima arbore. Et diabolus qui eſt ab optimo Deo. Et Cain qui fuit ab optimo Adam, & futfur quod eſt ab optimo grano, in ſe optima eſſent. Et propterea, ſi prima omnium reſpiciatur origo, non habet unus, unde ſuper aliũ ſe glorificet, aliumque contemnat, tanquam uiliorem, quia omnes de eiſdem parentibus ſunt primis, omnesque de eodem luto. Si enim nobiles de auro, & ignobiles feciſſet de luto, cauſam haberent ſuperbiendi, ſed ex quo omnes ſunt de una materia, in hac parte excluſa eſt gloriatio tua. Secundo quia nobiles ſpiritu, ſunt nobiles ſecundùm partem digniorem. Cùm ergo à digniori denominãdum ſit unumquodque, iſti potius dicendi ſunt nobiles, quàm illi. Ideo dicit Hieronimus in epiſtola ad Marcellam, quòd ſola apud Deum libertas eſt, non ſeruire peccatis, ſumma apud Deum nobilitas eſt, clarum eſſe uirtutibus. Alia autem nobilitas, ſi ſola ſit, parum valet, quòd patet primo, ex eius origine, de qua dicit Auguſt. de ciuitate Dei, quòd regna inceperunt à primo rege Nembroth, qui fuit uenator animalium, & oppreſſor hominum, & teuera, ſicut à tali rege 36 primo uenit nobilitas, adhuc illius nobilis conditiones modernis temporis nobiles ut plurimum ſequuntur. Secundo ex natura ſui, quia nobilitas ſecũdùm Senecam nihil aliud eſt, quàm diuitiæ antiquatę. Tertio ex eius effectu, quia (ſecundùm beatum Gregorĩ, 2. Dialogorum. cap. 24.) Nonnullis ſolet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis. Sic ergo apud mundum nobilitas prolis non ſufficienter probatur per nobilitatem patris, quia dicit lex Codice. lib. quarto, titulo de probationibus. l. neque natales, quòd ſi probaui me eſſe ingenuum, & per hoc volo probare filiam meam eſſe liberam, non ualet probatio, quia poteſt eſſe nata ex ancilla. Ita nec apud Deũ, nec etiam apud rei ueritatem, &c. Licet quis ſi ex nobili patre Deo, & rege terreno, ſic ex parte alterius parentis magnam uideatur habere nobilitatẽ, propter tamen ignobilitatem alterius parentis, quia (ſcilicet) de illis eſt de quibus. Ioan. 8. Vos ex patre diabolo, &c. Quem etiam parentem in ſimilitudine interiori, in anima, & exteriori, in opere ſequitur, totus de- 37 bet dici ignobilis. Et ſi auctoritas, Exemuel lex deeſſet, ratio hoc fateri cogit, plum. quia ſi illi ignobiles, & ſeruilis conditionis ſunt apud mundum, qui dominis in operibus ſeruierunt uilibus, qui maximum eis dant redditum. A multo fortiori ratione illi uiliores ſunt ſerui, qui uiliori ſeruiunt domino (ſcilicet) diabolo, & in uilioribus operibus peccati. Et qui cum maximis laboribus die noctuque eius famulantur obſequio, & grauiſſimum ei dant redditum, animam (uidelicet) propriam, & pro eius amore, domum cęli pro domo commutant inferni. Si enim uoce hominum ſeruus eſt domini, qui de iure prædicta facit opera, ergo à fortiori uoce ueritatis, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Ioan. 8. Et tanto eſt ſeruus peccati uilior, quanto in ſe maior, quia dicit Iuuenalis, quòd omne animi uitium tanto conſpectus eſt in ſe, quanto maior eſt qui peccat. Hinc eſt quòd Exem- quidam ſapiens ait, quòd non uiuen- plum. tes ſecundùm nobilitatem parentum

bonorum,

bonorum,& Dei, ſed ſub vmbra illorũ gloriantes,ſimiles ſunt locis ſordidis à Sole illuminatis. Ex omnibus iſtis prędictis,pro finali concluſione & ſententia, cuilibet dicit poteſt illud iuuenalis. Malo patet tibi ſit tereſites, dummodo tu ſis eacidi ſimilis, vulcanaque arma capeſcas,quàm te tereſitæ ſimilem producat Achiles. Et illud Gal.6. Vnuſquiſque opus ſuum probet, & ſic in ſeipſo tantum gloriam habebit, & non in altero (ſcilicet) parente. Secundo idem patet in rebus, & bonis,quæ accipimus,ille etiam defectum habet anne xum, quia bona illa, ſiue ſint naturæ, vel fortunæ,uel gratię,non accepimus ad purũ dominium, ſed ad purum cõputum. Vnde beatus Grego.in Hom.

38 exponens illud (Matth.25. Vni dedit quinque talenta,&c.)Cum(inquit)creſcunt dona, creſcunt & rationes donorum, tanto ergo quiſque ad ſeruiendũ Deo pronior eſſe debet ex munere, quanto obligatorem ſe reſpicit in reddenda ratione. Et quantum mentem eleuant bona accepta, tantum deprimat timor redditionis, quòd punitionis pro malo uſu, homines enim quãdoque de habendo,rerum diſpenſationem tentantur. Cogitantes uero durum computum, tentationem mitigant, intantum, quòd aliquando uix inuenitur, qui libenter eſſe velit domini terreni in prædio ſuo præpoſitus. Si ergo illi quaſi inuiti, & cum timore rerum diſpenſationem dominorum terrenorum propter computum recipiũt, quos tamen in computo quandoque fallere poſſunt, quare intantum cupis diſpenſationem rerum, & bonorum Dei,quem in computo fallere non potes? Et cur ita de eis gloriaris, & male expendis, ac ſi computum de eis nunquam exigeret? Quomodo ad apoſtolum reſpondebis. 1. Corinth.4. Quid

39 (inquit) habes, quod non accepiſti? Quare ergo gloriaris,quaſi nõ acceperis. Tertio idem patet in bonis,q̃ à nobis fiunt, cuiuſmodi ſunt locutiones, cogitationes,& operationes bonæ, hęc tamen in tanta puritate in nobis non inueniuntur, quin quandoque mixtura mali appareat & naturam boni excedat,quia pro una bona cogitatione,uel locutione, ſeu operatione bona,quam ad honorem Dei cogitamus,uel loquimur,vel operamur, quandoque decem habemus malas, uel ocioſas,& pro uno die ieiunij, & abſtinentiæ, plures damus uoluptatibus, & pro uno denario pro Deo, & proximi compaſſione expenſo, centum expendimus circa proprias delitias, & mundi uanitatem, & pro uerbo utili,multa loquimur,& plura cogitamus ocioſa,uel forte perniciosa. Quantum ergo bona mentem ad vanitatem eleuant, tãtum mala ad humilitatem deprimant,& quantum inaniter lætatur, quando cogitat, narrat, vel audit, quæ fecit bona, ita triſtetur cogitando,uel audiendo mala, quæ cogitauit, loquebatur, uel fecit, uel quæ circa ſuas expendit uoluptates,uel uanitates. Sed(heu)ſunt aliqui hipocritæ,qui bona quæ fecerunt pro Deo, libenter cogitant,iactant, narrant, & audiunt,quantum(ſcilicet)fecerunt,ſuſtinuerunt, uel expẽderunt pro Deo. Sed quantum cogitant,uel laborant,uel expendunt circa delitias proprias, & ſuas uoluptates implendas,nec libenter audiunt, uel narrant, uel quouiſmodo oſtendunt,licet plura in illa parte oſtẽdere poſſint. Tales modum ſequuntur uxoris cuiuſdam, de qua fertur, quòd marito ſuo capucium fecerat,& ſibijpſi ueſtem. Amicis uero, & alijs domum ſuam intrantibus, ſemper capucium ſuum oſtendebat,dicens. Ecce quid feci marito meo; de ueſte uero nihil dixit. Sic qui gloriam propriam quęrit. Ioan.7. Non ſic glorietur omnis caro coram illo.1.Corin.1.Quarto idem pa-

40 tet in rebus, ſeu finibus,ad quas tendimus, ipſe enim licet bonis ſint bonæ, quantum ad animam, quam à carcere huius ſęculi liberant, habent tamen malum pœnæ,quantum ad corpus,annexum,ſi quæ uero animam non liberant, quin fines tam corporis, quàm

Exemplum.

Exemplum.

animæ,

animæ, ſint malis pœnæ permixtæ, uel potius plenæ malis omnibus, dubium non eſt, quia ipſi omnia tam bona naturæ, quam fortunæ cum dolore amittunt, & ad pœnam pro illorum abuſu trāſeunt. Quantum ergo cor ad uanitatē eleuant, dū eis abutuntur, tantū illud ad humilitatem deprimāt abuſus, cogitando finem. Cogitando finem (uidelicet) omnium in quibus gloriatur, quomodo (uidelicet) bona exteriora amittent, uel deſeret, quomodo corpus pulueribus, & uermib⁹, & anima pœnis, & dęmonibus tradet. Talia enim emplaſtra cordis inflationi appoſita, omnino illā mitigarent & ſanarent (ſicut patet. T. 5. 41.) Exemplum. Quia ſicut ferrum cultelli ad inflaturā, q̄ ex ictu in fronte ſurgit, ſua frigiditate illum mitigat & impedit calorem. Exemplum. Sicut etiam infirmitas, quę in oculis incipit, uel etiam ſanitas, quæ in oculis habetur, ſanatur, & conſeruatur, loca uitida & ſpeculum reſpiciendo, ita ponendo ſuper cordis inflationem frigiditatem corporis, ſcilicet, mortui, cum alijs conditionibus, & putrefactionibus, reſpiciēdo etiam loca, & ſpecula ſepulcrorum, & cimiteriorū uiridia; ubi illi, qui nos præceſſerunt, ſunt ſepulti, cor, & oculos ſanat infirmos, ſanos uero in ſanitate conſeruat: ſi tamen diligenter, & intime, & prope ad cor, & oculos cordis ponātur, & oſtendantur. In nimia uero diſtantia nec corpus, nec animam iuuant.

41 ¶Ex intimis ergo cordis ſollicitè cogitandum eſt, & à corde proprio quærendum, ubi ſunt mali mundi amatores, qui patū ante nos fuerunt? ubi ſunt mali mundi principes, reges, comites, & alij terrarum domini, qui cū ſuperbia, & magno apparatu, & æquitatu uixerunt, qui canes multos, & multam, & malam familiā nutriebant, qui magna palatia, & prędia multa, & terras latas, cum multis redditibus poſſidebant, & corpora ſua in delitijs, & uoluptatibus gulæ, & luxuriæ nutriebant, qui ſubditos ꝓ prædictis nutriēdis dure, & crudeliter regebāt, & excoriabāt, ubi inſuper ſunt falſi mūdi ſapiētes, iudices, aſſeſſores, aduocati, & iuratores, atq; piuri patrię ad infernū dūctores, qui ꝓ muneribus Deū, & regnū cęlorū vēdebāt, & infernū emebāt? vbi iterū ſunt vſurarij, qui ſciebāt de obolo denariū, & de vndecim duodecim facere, & de modio frumēti, vel eius valore duos, vel tres facere, & falſi mercatores, qui hominē in facie decipere ſciebant, dī enim, ꝙ non eſt magiſterum decipere hominem in abſentia, ſed in præſentia. In quo facto ipſi ſe eſſe magiſtros oſtendunt, & crudeles executores, qui ſuper dolorē mulierum mortuorū addiderunt, ubi ſunt mali uiri eccleſiaſtici, qui peſſima populis, exēpla prębebāt? vbi ſuperbi? vbi inuidi? ubi luxurioſi, & guloſi, & cęteri criminoſi? vel quid omnibus ꝓdeſt p̄dictis in corpore, vel anima, & exteriori ſubſtātia, uel fortuna, iſta oīa diligenter cogitāda ſunt, & ſollicite, quæ ſi cogitaueritis, inuenietis, ꝙ dē diuitijs, delitijs, & huiuſmodi nihil habent. Corpus etiam uermes habēt, ſicut uidetis. Si uero de anima dubiā habueritis q̄ſtionem. Reſpondet. Iob 21. Ducunt in bonis dies ſuos, &c. Hæc cogitemus, & ne nos ſimilia agamus, inueſtigandum eſt. Nota. M. 11. 24.

¶Quę oīa ſi diligenter inueſtigētur, inuenientur, & oculo fidei videbitur, ꝙ 42
mirabilem fecerunt cōmutationē, ſeu mercationē, quia iſtud ſęculum, quod habuerūt, & cęlum, quod habere potuerunt ꝓ breui deſiderio, hic, & in inferno alibi permutauerunt, ubi cū magnis palatijs, & pulchris aulis, & cameris, & picturis, & odoriferis balneis, & mollibus lectis, & laſciuis amplexibus, & magna familia, & largo dominio, quæ hic male acquiſierunt, vel quibus hic cōtra Dei honorem, & propriam ſalutem utebantur, habebit anima loco palacij, & aulæ, uel cameræ, profundum inferni lacum cū his, qui deſcendunt in ꝓfundum laci. (Iſa. 14.) Corpus uero arctū ī terra puteū, ꝓ odoriferis balneis, habebunt ibi balneū omni balneo piceo, & ſulphureo nigri⁹, & fętidi⁹. Iſa. 5.

Pro

Pro ſuaui odore, fœtorem pro lecto mol li, lectum omnibus clauis, & ſpinis habebunt amatiorem, & duriorem, pro amplexibus inordinatis, amplexus ibi habere poterunt titionum infernaliũ. Exemplum. Sicut patuit de milite, cui dæmones poſt mortem omnia, quæ exercuit in vita, miniſtrabant in contrarium, & conuertebant ad pœnam (ſcilicet) pro mulieribus buffones, &c. pro magna familia, & ſequentium multitudine, corpus uermium, & anima multitudinem dæmonum habebit, & pro largo dominio, arctus utriſque, & æternus erit carcer, pro diuitijs paupertas, pro delitijs pœna, pro honore miſeria, & contemptus, pro riſu fletus, pro gula, & ebrietate fames, & ſitis ſine fine, pro ludo inordinato ad taxillos, & huiuſmodi, triſtitia. Et pro tormento quod alijs intulerunt ad tempus, tormentum æternum habebunt.

43 ¶Si animas infirmas ſanare, uel ſanas conſeruare uolumus, illos cum mentis oculis reſpiciamus, & illorum fortunam (de quibus dictum eſt) ſollicite cogitemus, quomodo eis peſſime accidit, qui paucis annis uel breuiſſimo tempore elapſo nobiſcum fuerunt, comederunt, & biberunt, & luſerunt, & riſerunt, in diuitijs, & uoluptatibus uitam duxerunt. Et teſte Deo. Iob 21. Et Baruch. 3. Ad infernum deſcenderunt. Quid eis prodeſt breuis lætitia, inanis gloria, mundi pompa, magna familia, falſæ diuitiæ, & quicquid hic finem habuit? De quibus nota. D. 1. 5. Vbi nunc riſus, ubi iocus, ubi iactantia, ubi lætitia, ubi laſciuia, ubi diuitiæ? &c. Quæ notatur. M. 11. 94. Reſpõdetur. (Sapien. 5) Tranſierunt omnia, velut vmbra, &c. Et Iſaiæ 24. Reſpondetur, quod ceſſauit gaudium timpanorum, quieuit ſonitus lętantium, cũ gaudio non bibent uinum amplius. Nec etiam alia facient, quæ facere conſueuerunt, hæc cogitantes dicant cum Pſal. 7. Gloriam meam in puluerem deducat, ſcilicet, cogitatio mea, gloriã quippe mundi huius in puluerem deducit qui ſollicite cogitat, quomodo in puluere & miſeria finietur. Qui cogitat, quòd ſicut prædicti nullum commodum habent de omnibus, de quibus hic inaniter gloriabantur, ita nec ipſe habebit. Non eſt aliquis, quin conecederet, quòd prędictis iam damnatis nihil proſunt omnia prædicta, in quibus male gloriabantur. Et quare ergo in lecto ſuo à ſumno excitatus non cogitat, quòd ibi alij cogitabunt de eo, quãdo de illorum fuerit ſocietate ſeparatus, quare iterum non cogitat, quid ſibi ualebunt omnia iſta, quando ipſe fuerit damnatus? quòd etiam turpe erit coram toto mundo in fronte, omnia peccata oſtendere, & ſæculum malorum acquiſitorum portare. Si enim hoc de alijs, & non de ſeipſo cogitat, gloriam aliorum, & non ſuam in puluerem deducit. Talis poteſt dicere, gloriam meam, &c. Nota. M. 11. 101.

Et reuera uidetur, quòd pauci hoc dicere poſſunt, quia pauci ſunt, qui de alijs 44 exemplum accipiunt (ſicut patet. E. 7. 17.) Sed deſideria ſua, ſicut illi, qui in inferno ſunt, ſequebantur, ſequuntur, immo multi illorum peiores ſunt illis, quorum corpora in puluerem conuerſa, uinos ſi loqui poſſent, rationabiliter reprehendere poſſent, quando per cimiteria, ubi tacent, tranſeunt, & dicere. O miſer homo, quid cupiditates, & uoluptates tantum quæris? quare es tu ita malus. Ecce miſer attende me, & cognoſce te, quod tu es, ego fui, & quod ego ſum, tu eris, ſicut omnia mea tranſierunt, ita omnia cito tranſibunt, ſcito, & ſi mortui ueraciter ſic alloqui poſſent, ſi loquendi facultas adeſſet, ita diceret, ſatius eſt tamen, quòd ex eorum ſtatu ſimus prænoniti, quàm lingua, & quòd eos iam ſepultos uidentes, eis, qui nobis loqui non poſſunt, ad noſtrã utilitatem loquamur, dicentes, nonne iſti ſunt, qui aliquando pro cupiditate currebant, & laborabant, qui ſuperbe vixerunt? qui pugnis luxuriæ, & gulæ & cæteris uitijs ſeruiebant: & nunc nihil eſt, quantum ad corpus, niſi puluc-

res,

res, nempe, & oſſa, quantum ad animã, pœnæ. Heu, nos miſeri, ſi ſic uixerimus, ſic erimus. Sic gloriam propriam
45 in puluerem deducant. Nota de iſta materia. G. 5. 2. 3. Sed forte cœmiterium reſpicientes, tales eis cogitationes minime faciunt: quia nullas animas in inferno æſtimant, quorum corpora ibi ſepulta conſpiciunt. Sed reuera, ſicut temerarium eſſet iudicium dicere, de hoc, uel de illo, quòd in inferno eſſet, ita ubi multitudo ſepulta eſt, erroneum uidetur dicere, quod nulli illorum dãnati ſint. Si enim veritas aſſerit illum diuitem. (Lucæ 16.) in inferno ſepultum, contra ueritatem loquitur, qui eis ſimiles, uel peiores in uita, & in morte, in inferno eſſe negat. Sed multi peius uiuunt, quàm euangelium recordetur ipſum uixiſſe, quia non legitur aliena rapuiſſe, nec cum alienis mulieribus peccaſſe, ſed ſuo non dediſſe, & gulosè de ſuo uixiſſe. Ergo multi maiorem habent pœnam, qui pro ſpeculo (de quo mentio eſt facienda) ſufficiunt. Ex quo (ſicut iam oſtenſum eſt) omnes res, uel bona, de quibus homines gloriantur, defectum includunt, quæ ueram gloriã in eis ponere impedit, & docet, nõ eſſe in eis gloriandum, optimum conſiliũ, & remedium (ſecundum Chryſoſt. ſuper Ioan. Homel. 13. eſt) iſtam gloriam ſpernere, & aliam quærere; ſicut (inquit) terrenas diuitias propter maiores, & uitam hanc propter meliorem, ita gloriam hanc propter æternã, quę eſt ſine defectu, & mixtura mali, q̃ eſt in Chriſto Ieſu cum gloria cœleſti. 2. Tim. 2.

46 ¶Secunda medicina, ſeu remedium contra uanam gloriam accipitur penes recipientis efficaciam, quòd uidelicet eam corde recipiens cito, & expedite eam expellat (ſicut dictum eſt de cogi-
Exem- tatione. C. 10. 2.) quia ſicut uentus ex
plum. una parte intrãs, & ſtatim ex alia emiſſus, domum non proſternit; ita nec uana gloria ſi menſuram non excedat, de quo. 2. Corinthior. 10. nos autem nõ in immenſum gloriamur, ſed ſecundum menſuram. Secunda accipi poteſt ex omni creatura, omnia metalla, ſeu minerę quanto maioris ſunt precij tanto profundius abſconduntur, in ſignum, quòd opera quanto meliora, tanto plus abſcondita ſunt, ne ad uanitatem oſtendatur. Octauianus etiam Imperator homo ſaracenus, in tantum uanam gloriam fugit (ſicut legitur in paſſionario i hyſtoria Natiuitatis Chriſti) quòd poſtquàm à Sibilla de Chriſti natiuitate informatus fuit, dominum ſe uocari prohibuit. Angelus etiam in Apocalipſi nos hanc fugere docuit, quando à Ioanne adorare noluit. Poſtremo hoc etiam docet ipſe creator, de parentela paupere naſcendo, in Preſepi quieſcendo, qui eum facere regem noluerunt, fugiendo, in omnibus uerbis & factis ſuis exemplum oſtendendo, & dicendo. Ego gloriam meam non quæro. Ioannis 13. Nota aliud remedium: G 3. 13.

Exemplum.

Exemplum.

¶Gratia. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Quinque modis gratia ad hominem uenit, & ſic quinque militates, & beneficia homini ipſi confert.*
Primò gratia ad hominem accedit, tanquam lumen ſupernueniens homini in loco obſcuro moranti, & hoc modo gratia præueniens dicitur.
2 *Secundò, gratia ad hominem uenit, tãquam ſanans: & docens.*
Et hoc modo gratia initians appellari poteſt.
3 *Tertiò, gratia homini aduenit, tanquam confortans, & exhortans.*
Et hoc modo gratia proficiens vocitatur.
4 *Quartò, gratia ad hominem mittitur, uelut ducens, dirigens, adiuuans, & cooperans.*
5 *Gratia cooperans eſt optima manis noſtri cordis, ac corporis Ancora, nauclerus, & gubernaculum, & eſt quicquid ad nauem ſtabiliendam, uel ducendam pertinet:*

pertinet. Et hoc modo gratia ista, cooperans, ducens, gubernans, cibans, operiens, præloquens, atque perseverans passim nuncupari potest.

6 Quinto, gratia homini missa est tanquam perficiens, & desiderium implens. Et hoc modo Dei gratia, quæ perficit, consumans gratia uocatur.

7 Gratia præueniens, & proficiens, & perseverans Nubi comperari potest, quia ipsa obscura est respectu gratiæ consummatæ (id est) gloriæ futuræ; quæ columna ignis uocari potest.

8 Gratia ab homine seipsum ad illam disponente, & Deo largiente infallibiliter acquiri, ac possideri potest.

Hæc autem hominis habilitatio, seu dispositio (qua mediante gratia diuina comparari solet) quinque conditiones expostulat.

9 Prima huius dispositionis conditio est mundicia quoad hominem.

Secunda conditio est, quod Deum contemplatio, & elleuatio.

10 Tertiam humanæ dispositionis conditionem esse quoad proximum iustitiam lucerlarius apparet.

Quartam hominis ad gratiam recipiendam conditionem esse, quoad pauperē, & inopem, pietatem, & largitatem, seu munificentiam constat.

Quinta huiusce hominis dispositionis conditio est grata quoad omnes tam nobiles, quam ignobiles demissio, & humilitas.

11 Tria profectò, ut Dei gratia melius tueri, & custodiri in nobis possit expediunt; scilicet usus, augmentum & humilitas.

Primum usus, et ostēsio, ad gratiæ cōseruationem exigitur gratia enim homini non modo exhibetur, ut ipsam habentē Deo gratum faciat: quæ gratia gratum faciens uocitatur.

Sed etiam ut alios Deo ipsi gratos reddat; & hæc gratia gratis data passim ab omnibus theologis nuncupatur.

12 Secundum, quod pro gratiæ conseruatione requiritur, augmentum est; quod quidem ab usu emanat: hoc in loco ulterius tibi animaduertendum est, quo modo illa euangelica sententia intelligi debeat, scilicet, omni habenti dabitur.

13 Tertio, & ultimo, pro eiusdem in homine gratiæ conseruatione humilitatem necessariam esse, exemplis luculentis exponitur.

14 Qui gratia sibi à Deo præstita non utuntur, sed potius abutuntur; non solum, quoad priuilegij priuationem, quo non utuntur, ab ipsomet Deo puniri debent; Sed etiam pœnis grauioribus in ipsos animaduertendum est, quia et iniuriam Deo, & Dei publicæ damnum præcipue afferunt.

15 Ille, qui scientiam ad erudiendum, & gratiam, ac uenustate ad orandum, & tempus ad pœnitendum, callet, & habet, non tamen operatur, sed ociosè torpet; talentum amittet, & ab eo sanè auferetur; & pro damno etiam allato Deus de ipso diras pœnas iuste sumere debet.

16 Deus misericors, & clemēs, omnibus eius gratiam, quæ saltim necessario eorum saluti conducit, libenter largitur, quia eam non æqualiter omnibus tradit, sed tamen tantam singulis offert, quantam eorum saluationi (modo cooperari uoluerint) satis esse cognoscit.

17 Si Deus adeò corporum minoris dignitatis, & naturæ curam gerit quod satis, superquè sibi de lumine, & de potentijs consulit quibus se ipsa in esse naturæ conseruare, & debitum finem attingere, & applicare poterunt; necesse etiam est dicere, Deum ipsum itidem agere, ac prouidere animabus nostris, tum ob nobiliores eius naturæ bonitatem, tum ob melioris communicatæ naturæ, quæ gratia est, conditionem.

18 Si lumen gratiæ est magis bonum Solis lumine, quod, pro uiribus omnia corporaliter radiat, & illustras; & omnibus corporalibus oculis se ostendit.

Multo magis lumen gratiæ (quantum in eo est) omnes animas illuminat, & se cunctis spiritualibus oculis offert.

19 Qui

19 *Qui hanc in Deo esse prouidentiam, inficiari audet ipsum scilicet Deum gratiæ lumen cunctis hominibus non præbere, atque offerre; quamplura de eo inconuenientia profert.*

Primum indecens est, quòd ipsum ignarum, & insipientem esse affirmat.

Secundum inconueniens est, quòd ipsum impotentem, & omni natura deteriorem facit.

20 *Sufficientia in producto sufficientiam in producēte ostendit, atque insufficientia in producente, insufficientiam in producto arguit, & commonstrat: & è regione etiam sufficientia in uno, sufficientia in alio est.*

Et ita si Deus deficeret productio in diuina productione circa ea, quæ necessaria ei essent ad salutem, & ad finem æternum consequendum, ad quem ordinatur, & dirigitur; ipsius producentis insufficientia patefieret: & sic Deus impotens, uel omni natura deterior esset.

Sed hoc mendacium asserere, non solum hæreticum, sed etiam aduersum & oppugnans omni naturali rationi clarè esse dignoscitur.

21 *Ille temerarius quem perfricta fronte dicere non pudet, similem rationem non esse de natura operāte necessitate, et de Deo operante voluntate, & qui temerè asserit, voluntatem in Deo peioris esse conditionis, quàm sit.*

Necessitas in brutis, conuincendus est bimembri ratiotinatione.

22 *Tertium inconueniens & indicibile de Deo est, quòd negans in ipso hanc prouidentiam in necessarijs fore, Deum de creaturis non benemereri audacter affirmat.*

23 *Sententia, asserentium, Deum filijs, & bonis, ac Innocentibus gratiam offerre: sed ipsis peccantibus eam amouere, ac retrahere, nec iterum offerre, prorsus reffellitur tam exemplo, quàm ratione, & auctoritate.*

Primum exemplo Solis radios non retrahentis, etsi homo oculos claudat.

24 *Ratio uero sumitur ex Christi doctrina, docentis remittere conuicia, & iniurias usque septuagies septies, id est, semper.*

25 *Gratiarum receptio, virtutumque operatio conditione quodāmodo matrimonij, & fructuum productionis, et ægrorum sanationis sequuntur.*

Vno ad matrimonium contrahendum uoluntatem promptam habente, Sole etiā terram debitè illuminante, & medico rite instituente ac docente, si in his nullus producitur effectus; cui ascribi debet defectus? non primo, cuius uoluntas est parata, nec soli, nec Medico: sed alteri cuius uoluntas dissidet, atque distat, & colono, qui terram suā non deponit, & radicibus arefactis, & uoluntariè infirmo.

26 *Ita gratiæ defectus, uel bonæ operationis, uel animæ interitus per culpam, nullo pacto Deo attribuendus est, quia Dei uoluntas semper parata est; & quoad fieri per se potest, omnes semper illuminat, atque demum cunctas nostras infirmitates accurat.*

Sed nobismetipsis omnis defectus penitus uendicari debet.

27 *Eundem defectum à nobis tantum uiri pluribus præclaris exemplis pandere conatur.*

28 *Si unus est terra eius spinas, & tribulos ac urticas uitiosum producit, & alius, habens terram suam satis propinquam terræ primi, à terra eius fructum castitatis, ieiunij & eleemosynarum, cæterarumque uirtutum; si ille defectum Deo ascribit, Deumque ipsum, causari non erubescit, prorsus mentitur, & falsum mehercle affirmat.*

Gratia enim Dei ipsi minime deest; sed ipse gratiæ Dei utique deest.

29 *Deus nos sua gratia ubique præstolatur; & nos Dei gratiam neutiquam expectamus: Deus etenim iure optimo dicit. Expectaui, ut faceret uuas, & tamen fecit labruscas.*

Quam quidem auctoritatem satis superque ad rem facere, uberius enucleatur.

30 *Illis, qui dicunt, diſpoſitionem ad gratiæ recipiendam uel retentionem ad iam habitam conſeruandam, in illorum poteſtate, ac uoluntate non eſſe. Reſpondetur quod Deus in illo, quod diſpoſitionem ad gratiam aſſequendam præcedit, & quod eum in gratia adeptæ conſeruat, nunquam deficit: quia ſi tunc fecerint, quicquid ab ipſis fieri poterit, eis certe bene, erit, ac proderit.*

31 *Deus materiæ diſpoſitæ animam infundit, & animæ diſpoſitæ gratiam largitur, ut ſuæ prouidentiæ debitum reddat, & notas faciat diuitias gratiæ eius.*

GRatia Dei.

Primo, oſtẽdenda eſt utilitas in habente. Secundo, quomodo haberi, & acquiri poterit. Tertio, quomodo habita in opere oſtendi, & in eſſe conſeruari debeat. Quarto, pœna non bene utentium gratia eis conceſſa. Quinto, oſtenditur, quòd non eſt defectus in Deo, quin omnes gratiam habeant, eamque conſeruent, & in uiſu, & in opere oſtendant. Sexto oſtenditur, in quo huiuſmodi ſint defectus. Septimo, quare actualiter malis offertur, uel futuris malis datur, qui ea abuti, uel eam amittere uolunt.

Artic. 1. ¶Quantum ad primum eſt ſciendũ, quòd gratia quinque modis ſe habet ad hominem, cui aduenit, & ſecundùm hos quinque modos, quinque ei cõfert
1 utilitates. Primo ſe habet per modum luminis præuenientis, uel ſuperuenientis homini exiſtenti in loco obſcuro, quod quidem aerem purgat, tenebras expellendo ſua claritate, hominem circundat, & lætificat. Sic gratia hominem exiſtentem in tenebris peccati originalis, uel actualis, præuenit ſua claritate eum circundando, ſe ipſamque ei offerendo, & (quantum in ea eſt) peccatorum tenebras de anima expellendo. Et ſecundùm hoc dicitur gratia præueniens nos (ſcilicet) in peccatis exiſtentes, ut iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundùm ſpem uitæ æternæ. Thitũ. 3. peccatorum tenebras prius expulſis. Secundo ſe habet per modum ſanantis, & docentis. Primùm patet, quia ſanitatis contraria, peccatorum (uidelicet) moleſtia, & tenebra, per prœuenientem excluſa, incipit ſanitas, & claritas in anima. Secundum etiam patet, quòd ſicut oculis mediante luce diſcit, quid ſit intus, uel in libro, vel extra in domo, ſiue nociuum ſit, ut fugiat, ſiue utile ut appetat. Sic anima mediate luce gratiæ diſcit, & uidet, qd ſit intus, in conſcientia bonum, uel malum nigrum, uel album. Quid etiam ſit extra in locutione, uel operatione nociuum, & fugiendum uel utile, & proſequẽdum. Et ſecundùm hunc effectum uocari poteſt gratia initians. Qui enim alium informat, quomodo malũ fugiat, & bonum eligat, bonum in eo quodam modo initiat. Sic gratia, quæ idem in nobis facit, ſicut patet per hoc, ꝙ de illa dicitur ad Thi. 2. Apparuit gratia Saluatoris omnib⁹ hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria (quantum ad fugam nociui) ſobrie, & iuſte, & pie uiuamus in hoc ſæculo (quantum ad proſecutionem utilis.) Tertio ſe habet per
3 modum confortantis, ſicut enim tenebris de domo, uel infirmitate de corpore expulſis, uiſo quid agere, uel quid fugere debeat, contingere poteſt, quòd ille, qui eſt ſic illuminatus, uel in quo ſanitas initiatur, timeat propter aliqua, quæ ſibi dura uidentur, malum fugere, vel bonum proſequi, & ſanitatẽ, quod bonum uidet, & quam ſanitatem habere incipit. Neceſſarium ergo, & conſequens uidetur, ꝙ Medicus, uel amicus eum ad fugiendum malum, & uiriliter ad proſequendum bonum, animet, & confortet, & proficere faciat in incepto. Sic ſpiritualiter multi in gratia uidentes, quid fugiendum, faciendumque fuerit ad hoc, ut ſanitas perfecta

2 Exemplum.

3 Exemplum.

habereturꝫ

haberetur, trepidauerunt timore, ubi non fuit timor, quos amicus, uel medicus noſter (mediante gratia) confortat. (2. Timo. 2.) dicens. Tu autem fili mi confortare in gratia, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Et quantum ad hunc effectum uocari poteſt gratia proficiens, quia illum, cui ſic aduenit uelle, & efficaciter
4 operari, & proficere facit. Quarto ſe habet per modum ducentis, dirigentis, adiuuantis, & cooperantis, quia ſicut corporaliter bonum initians, in initioque ad proficiendū confortatus, quandoque indiget in via, vel peregrinatione, uel nauigatione, quam incipit, directione, ductore, & coadiutore, ad hoc quòd illam continuet, beneque in illa perſeueret, alioquin poſtquam nauigationem, uel peregrinationem incepit, rediret, bonum inceptum deſerens infidelis uero pater, uel amicus uidens filium in tali puncto, & neceſſitate redeundi, eum ad perſeuerantiam nō ſolum uerbo animaret, ſed opere, dicens. Ego tecum uadam, teque ducam, & reducam, & intantum te iuuabo, quod nihil in uia tibi deerit, uel ſaltem aliquē ſecum mittet diſcretum, & probum, qui in omnibus prædictis ei aſſiſtat. Sic omnino in huius mundi nauigatione, & peregrinatione ad nos ſe habet gratia a Deo patre miſſa, nolens enim nos quocunque modo à via ad cęlum incepta redire, uel ceſſare propter quēcunque defectum, uel impedimētum, vobis ductricem, & cooperatricem gratiā ſuam mittit, omnis impedimenti remotionē, & omnem boni ſufficientiam in ſe habentem, dicens, ſufficit tibi gratia mea.
5 2. Corin. 12. Ne ergo redeas, ſi uero redis, uel ceſſas à uia, & bono incepto, non defectus in me, ſed in te, quia quātum tibi facere debui, feci, mittendo tibi gratiam, quæ tibi ſufficit, quia ſi in mari ſit uia tua, hæc nauem cordis, & corporis tui optime ſcit dirigere, gubernare, & contra omnes tempeſtates ſecuram, & ſtabilem facere. Eſt nanque optima, nauis anchora, nauclerus, & gubernaculum, & quicquid ad nauem ſtabiliendam uel ducendam pertinet, ergo in mari huius mundi optimum eſt gratia ſtabilire cor contra omnes tentationis, vel tribulationis vndas, vel tempeſtates. Hebręo. ult. Quia (ſecundùm Chryſo. ſuper Matth. Home. 29.) Sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, quo tempeſtas uoluerit, ſic & homo diuinæ gratiæ perdito auxilio, per peccatum, ducitur, quo diabolus vult: patet ergo, q optimum, & neceſſariū eſt, habere gubernaculum, iterū ſi in hac peregrinatione, ſiue ī terra, ſiue ī mari cibo indiges, & potu, hic eſt cibus, qui hominem in pęnitentia nutrit, quę ſi uideatur dura, & inſipida, in hoc gratiæ fonte, & moreto fit mollis, & ſapida, hic nanque eſt cibus ille de cęlo omne delectamentum in ſe habens, & omnis ſaporis ſuauitatem. (Sapien. 16.) quantum ad illos, qui omnium nutrici gratiæ tuæ deſeruiebant. Sapiē. 16. illis enim cibus iſtæ ſufficit, ipſoque totaliter nutriuntur, & in eſſe ſpirituali conſtituuntur. Sicut patet de Paulo, qui ait, gratia Dei sū id qđ ſum. (1. Cor. 15.) Et ſine illo cibo, uel intinctas nullus cibus, quantumcunque in ſe ſit ſpiritualis, & bonus, ſicut prædicatio, uel ſacra Scriptura, & uerbum Dei, ualet ad uitā ſpiritualem hic nutriendam, uel alibi glorioſam adipiſcendam, nec ſine iſta medicina, uel calore interiori ualet quæcunque exterior, quia ſicut cibus, uel medicina non operatur in corpore omnino mortuo, & frigido, ita (ſecundùm Auguſt. de ciui. Dei. lib. 15. ca. 6) nihil facit prædicatio, niſi per gratiam interius operantem. Ex quo patet, q ſicut cibus mediante calore intrinſecō hominem corporaliter nutrit, & ipſum in eſſe naturæ conſtituit, & conſeruat, ſine quo nec nutriretur, nec eſſet, in tantum, quòd ſic nutritus ueraciter dicere poteſt, ſicut nutrimento corporali corporaliter ſum quod ſum, & ſine tali nihil fuiſſem, ita in iſto cibo gratiæ nutriti, & in eſſe ſpirituali conſtituti, dicere poſſuot cum Paulo. Gratia Dei ſumus, &c. & ſine illa nihil ſumus.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Et ſicut patet, quòd quando homines peccant, nihil ſunt in eſſe ſpirituali, quia illud quo eſſe deberent, amiſerũt, iterum ne de facto ornamenti eum ad tantam retrahat congregationem, procedere uadat. Et ſicut corpus habitu exteriori, ita animam gratia ornet interiori, ornamentum gratiæ accipiens. Eccl. 32. Iterum ne loquelæ defectus te retrahat ab ipſo Deo. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, in Pſal. 44. Quantum ad hunc uero effectum gratia, quæ hoc facit, uocari poteſt gratia cooperans, ducens, gubernãs cibans operiens, præloquens, atque perſeuerans.

7 Exemplum. ¶Quinto ſe habet per modum perficientis, & deſiderium implentis, quia ſicut corporaliter inanis uidetur nauigatio, & peregrinatio, niſi portum deſideratum, & hoſpitium, ſeu terminum adæquatur quietum. Et ſicut amicus, qui ad omnia alia nauigantem, uel peregrinantem duxiſſet, & in omnibus auxilium dediſſet, ſi in ultimo puncto deficeret, totum uideretur amiſſum, in illo ergo pater uel amicus nullo modo deficeret, in cuius rei ſignum luminaria dilectis ſuis, & amicis intrantibus domum, uel portum de nocte ponunt, (ſicut in parte oſtenſum eſt D. 6. 2. & M. 3. 5.) ut qui in mari frequenter forte periclitatur, ſaltem in partu ſaluetur. Exemplum. Sic pater noſter, & amicus Deus illis, quibus præcedẽtes concedat gratias, & protectiones, non deficiet in fine. Sed illos tunc ſpecialiter gratia ſua ſaluabit, quorum quilibet habendo reſpectum ad pericula, & tędia, quæ in hoc mari, ſeu peregrinatione pro Dei patitur negocijs, & ad ſecurum portum, & quietem hoſpitium, quod in morte accipiet, dicere potuit, illud Eccl. 34 Pericitatus ſum horum cauſa, & liberatus ſum gratia. Et ſecundùm hunc effectũ Dei gratia, quę hoc perficit, uocatur gratia conſummans. Sic ergo patet, quod eadem gratia, quæ hominẽ præuenit, & ab ipſo recipitur, ipſum facit bene inijciantem, bene proficientem, bene perſeuerantem, bene finientẽ, ab ipſo data, cui dicere poteſt, qui accipit illud Pſal. 72. Tenuiſti manum dexteram, ad inimiciandũ, proficiendũ, perſeuerandum, & cum gloria ſuſcepiſti percipientem, ſic ad ſuæ nobilitatis, & noſtræ utilitatis oſtenſionem, gratiam, & gloriam dabit dominus (in Pſal. 83.) Figura, & ſacra Scriptura totum proceſſum præcedentem cõfirmans habetur. Exo. 13. in fine capituli, ubi dicitur de illis, qui per mare, & terram de Ægypto peregrinabantur ad terram promiſſionis, & dominus prȩcedebat eos ad oſtẽdendam uiam in columna nubis (id eſt) gratia præueniente, proficiente, pſeuerante, quę ideo nubi cõparari poteſt, quia quodammodo obſcura eſt reſpectu gratiæ conſumatę (id eſt) glorię futuræ, per diem uitæ (ſcilicet) huius, & in columna ignis (id eſt) gratiæ cõſummatæ per noctẽ (id eſt) in tenebris mortis, quando gratia ſaluabit te. (Prou. 3.) Si tantum conditionem tenueris, quæ ibi præponitur. Cuſtodi (inquit) legem meam (quantum ad mandata, quæ ſunt neceſſitatis) & conſilia mea (quantum ad ea quę ſunt perfectionis) & erit uita, animæ tuę per gratiam præuenientem, & proficientem, &c. & gratia ſaluabit te quantum ad conſummantem.

Ex quo tanta eſt gratiæ utilitas, neceſſarium uidetur inueſtigare, quibus uijs, uel modis eius poſſeſſio attingatur. Pro quo ſciendum, & Deo largiente (quæ quidem largitio nunquam deficit) (ſicut patebit infra articulo 5.) & homine ſe ad illam habilitãte, & diſponẽte, infallibiliter gratia poſſident hæc autem diſpoſitio, per quam gratia acquiritur, requirit primo mundiciã, quo ad ſeipſum. Secundo contemplationẽ, quo ad Deum. Tertio iuſtitiam, quo ad proximum Quarto miſericordiam, quo ad indigentem. Quinto, humilitatem, quo ad omnes. Arti. 2. 8

¶Primum patet, quia ſicut ueſtitus manuum de pulchris chirothecis ex congruo requirit manuum mundiciã. Sicut etiam receptio luminis in domo de neceſſitate requirit tenebrarum Exemplum. expulſio-

expulsionem,ita receptio gratię de necessitate requirit tenebrarum peccati expulsionē, quia sicut se simul in vno loco non compatiuntur lux, & tenebre corporales,ita nec spirituales, hæc autem peccati expulsio est uitæ mundatio,& animæ purgatio, ergo non solū de congruo,sed de necessitate requirit mundiciam,quia sicut puero à patre, uel matre petente pulchrum iocale,uel manuum ornamenta,ad quorum receptionem luctuosas,& deformatas porrigeret manus, pater ei petitum negaret,dicens, non potes cum illis manibus istud recipere,oportet,ꝙ prius manus laues,si uis istud habere. Sicut etiā nec quicunque sapiens uinum poneret in uase turpi,& fœtenti, ita nec nobis à Deo petentibus gratiam , si anima , in qua recipi deberet, sit immunda peccato,Deus pater noster eam nobis negat, non vult ponere tam pulchrum iocale in manibus deturpatis,nec tam preciosum animæ potū , in uase tam fœtenti, nec uinum nouum in vtres ueteres,nec margaritam ante porcos . Quod autem anima peccato subiacens deformis sit, patet.A.13.Ex prædictis ergo patet , ꝙ solus ille,qui diligit cordis mundiciā , propter gratiam labiorum habebit amicum regem.(Prouer.22.)quia ille solus gratiam impetrat, qui mundis labijs petit,mundamini ergo , qui gratiā petitis cum cordis contritione , & confitendi proposito,propter eminentē gratiā Dei in uobis recipiendum.2.Cor.9.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

9 ¶Secundum etiam patet, quia quantumcunque uas sit mundum,nisi ad receptionem pluuię descendentis, uel liquorem infundentis, erigantur , ita ꝙ os eius sit sursum eleuatū ad receptionem aquæ,q̄ desursum descendet nunquam impletur,quia sicut aqua lutuosa paruam habens quantitatem,recipitur in uasę inclinato,ita aqua clara,quę de alto copiosę descendit , recipitur in uase eleuato :ita quantumcunque anima sit mundata peccato,nisi per sanctā meditationem,contemplationem , uel saltem per desiderium gratiam habendi , & postulandi ad Deum eleuetur , adultis gratia non datur,non enim est dignum,quòd tantum donum sine recipientis desiderio detur.Sicut ergo dictum est de aqua & vase,ita dicere oportet de gratia,& corde,quia sicut uas ad lutuosam inclinatur, ita qui haurire volunt gratiam mundi,& mundialium,& malorum hominum , quæ in se parua est,& lutuosa, animam deturpans , frequenter ad multa mala declinant.Omnes enim illi (teste Psal.13.) declinauerunt,simul inutiles facti sunt,qui uero gratiam,quam à Deo recipere uolunt, oportet,ꝙ sursum corda habeant , contemplantes , ne quid desit gratię Dei . Heb.12. Et hoc naturalis ratio dictat,sicut ostensum est.C.14.7.

Exemplum.

¶Tertium etiam patet,quia sicut necesse est uaginam conformari gladio (sicut patet.A.26.1.)Sicut etiam ad hoc, quòd aqua habeatur, oportet quòd ubi est,quæratur , ita oportet ꝙ anima per iustitiam in opere rectificetur , ad hoc ꝙ gratiam Dei rectam recipiat , ꝙ etiā iustitiam faciendo inter iustos quæratur,quia inter iustos morabitur gratia. Prouerb.14.

10 Exemplum.

¶Quartum etiam patet,quia sicut in omni curia mundi , larga dans munera,saltem dum dat , gratiam aliquā inuenit,per dominorum continuationē, gratiam,quam dando acquisiuit, conseruat,ita in curia Dei , qui bonus est, hauriet sibi gratiā à domino (Prou.12.) Eleemosynas(scilicet)dando,quia bonū est diffusiuum, per quas etiam gratiam acquisitā augmentat,& cōseruat , si cōtinuētur, quia eleemosyna gratiā hoīs, quasi pupillam conseruabit. Eccl.17.

Exemplum.

¶Quintum etiam patet , quia sicut oportet pauperem se humiliare,ad hoc quòd eleemosynam recipiat, si superbę petat, ei resistitur, ita Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam . Iaco.4. Quanto ergo maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.Eccl.3. (Sicut patet H.6.17.) Sic ergo gratiam Dei recipiatis. 2.Corinth.6.

Exemplum.

Art. 3. ¶Sed, quia idem, Apostolus. 2. Cor. 6. hortatur, ne gratiam Dei inuacuum recipiamus, inuacuum autem recipit, qui eũ non cõseruat, vel qui eã non vtitur, sicut patet de his, qui propter terrenũ cõmodum potius, quàm ꝓpter Deum, potestatẽ missas celebrãdi recipiũt, qua nõ utuntur (de quibus dicetur infra. ca. de ordinibus) ideo in hoc articulo utile uidetur ostendere, qualiter postquam habetur, cõseruari debeat. Ad hanc cõseruationẽ tria requiruntur, usus, augmẽtum & humilitas, secundũ sequitur ex primo, & tertiũ utrũque conseruat

Exemplum. inesse. Primũ patet, quia gratia ignis spiritualis est aĩam calefaciens, & illumiñãs, ignis aũt si omnino obturetur, ꝙ flãma eius exire nõ possit, extinguitur, sicut ergo eius absconsio, eius est extinctio, ita dicere oportet, ꝙ ostensio eius sit cõseruatio, ita de gratia dicere oportet quacunque enumerata ab Apostolo.

11 (1. Corin. 12.) ubi ait? Diuisiones gratiarum sunt, alij nãque datur sermo sapiẽtiæ, alij gratia sanitatum. Alteri ꝓphetia, alij operatio uirtutũ, uel de quacunque alia non enumerata, oportet, ꝙ oĩs talis in ore, & operæ quãtum rei necessitas exigit, ostendatur ad aliorum utilitatem, quia gratia non solum datur, vt ipsum habẽtem gratum Deo faciat, quæ uocatur gratia gratum faciens, sed ut alios etiam Deo gratos faciat, quæ uocatur gratia gratis data (sicut patet p Sanctum Tho. 1. 2. q. 3. artic. 3. & q. 110. ar. 3. 2. reſpõſo.) Nisi ergo gratia gratis data, quę est quasi flãma interioris gratiæ exterius se ostendens, alios inflammet, extinguitur, sicut ignis obturatus, quia a Deo iuste subtrahitur, & reuocatur (sicut patet per iura. A. 6. 4. cum omnibus ibidem concordantijs, & specialiter. F. 3. 14.) quod pulchræ patet in euangelio, ubi ab illo, qui pecuniam domini sui abscondit, tota ablata fuit, gratia enim, & spiritualis potestas quæcunque absconditur, quando ea non utitur in eo, ad quod ordinatur, & bonis operibus, cum gratia se non exercet, secundùm glosam, super illo. Obsero uos; sed ordinatur ad suam, & aliorũ utilitatem. (1. Corin. 12.) Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem, ergo a tali aufertur. Nõ ergo simus gratiæ auari possessores, nec ociosi mercatores, sed ponamus eam ad mensam, ad spirituales usuras, & lucra. Exemplo Pauli, qui dicit. 1. Corin. 15. Gratia eius in me uacua non fuit: sic unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratię Dei. 1. Pet 4.

¶Secundum etiam patet, quia sicut 12
ignis quãto plura attingit, & inflãmat Exem-
combustibilia, tanto plus in calore & plum.
flamma augmentatur, & in fortiori esse
conseruatur, ita gratia. Iterum, sicut Exem-
primus ignis est ab ipso, qui illum illi plum.
imponit materię combustibili, quę quidem causa est augmentationis ipsius, si tamen plura habeat materialia combustibilia, sicut etiam prima pecunia ipsi iuueni mercatori data ab ipso est datore, & augmentatio vero bonorum, & lucrorum sequentium, licet originaliter sit ab ipso primo datore, consequenter tamen, partim est ab ipsa prima pecunia data, seu ex eius usu, partim uero ex sensu utentis. Sic prima gratia ab ab ipso Deo est, qui in anima eius existens, ipsam creat, augmentatio vero eius ex eius causatur usu, atque ex merito utentis. Ex hoc enim ꝙ bene uti- Exem-
tur minori, maiorem meretur accipere, plum.
mercatori enim, qui utiliter expendit minus sibi traditum, maius committitur. Ita quòd sicut ille, qui minori male vtitur, totum amittit (vt dictum est) illi, qui bene utitur, maius datur, quod patet in euangelio (ubi de utrisque dictum est.) Auferte ab alio mnam, qui, scilicet, illo, ut debuit, non utebatur, & date illi, qui decem mnas habet, (id est) illi, qui bene talento sibi tradito utebatur, ideo audire meruit. In modico fuisti fidelis, supra multa te constituam, de quo etiam adiecit, quòd omni habenti dabitur (id est) omni habenti gratiam inciantem, proficientem, perseuerantem, dabitur consum-

mans,

mans, uel omni habenti gratiam minorem, ipſaque bene utenti, dabitur maior ab illo, de cuius plenitudine omnes accepimus gratiã pro gratia. (Io.1.) id eſt, pro uſu, gratiæ augmentum, & conſeruationem gratiæ.

13 Exemplum. ¶Tertium etiã patet, quòd ſicut qui vult ignem diu conſeruare illum ſub cineribus abſcondit, ita gratia ſub cineribus humilitatis. Item ſicut ignis ollam quandoque intantum calefacit, ꝙ totum contentum, uel magnam partẽ ebullire facit, cui remedium apponit, qui contentum ſaluare vult, ligna ſubtrahendo, ut ſic calor minuatur, quandoque frigidam, uel ſal imponendo, ita ꝙ ignis ſuperbiæ de gratijs habitis, totum, quod in bonis operibus anima poſſidet, inaniter per oris iactantiam ebullire facit. Contra quod, quia noſipſi quandoque remedium humilitatis adhibere negligimus, Deus qui vult tam gratiæ uſum, quàm augmentum cum proficiente, & perſeuerante, & uaſe cordis, per humilitatis remediũ conſeruare, remedia prouidet optima, quandoque frigida, & amara imponi finit, ſicut ſtimulum carnis Paulo, ne magnitudo reuelationum totum ebullire faceret, ſicut tribulationes etiam multis alijs (ſicut patet T. ſ. 36.) ut calor mitigetur, quandoque uero ad hoc ligna ſubtrahit, ſubtrahendo (ſcilicet) bona, de quibus gloriabatur, tam naturæ, quàm fortunæ, & gratiæ, ſicut expreſſe per unum oſtenditur exemplũ, quod ſcribit beatus Grego. 3. Dialogorum de quodam, qui Eleuterius dicebatur, quem ſeruum Dei uocat, hic tantã gratiam à Deo accepit, ꝙ miracula per eum Deus operabatur, qui & puerum quendam à diabolo uexatum liberauit, & mortuum ſuſcitauit. Cum uero ſemel animus eius immoderatius lætitia tactus eſſet, & de illo puero ſanato gaudens narraret, eodem momento idem puer à diabolo corã omnibus ve xabatur, qui multum doluit, & ſeipſum amplius humiliauit, nec tamen puerũ ſolus iterum ſanare potuit: ſed cum alijs orando ſanauit. Sic ergo patet quomodo Deus liguum ſubtraxit, ſciẽs ꝙ per nimium calorem gratiæ fatuæ effundetur. Eccl. 10.

Exemplum.

¶Quia audiẽtes tam periculoſas eſſe gratiarum operationes, cũ quibus inanis gloria creſcit, quæ quandoque amittere facit (ut immediate ante oſtenſum eſt.) Aliqui forſitan ſibijpſis, quide conſulentes, nõ operabuntur, ne illa ſimul creſcat, ideo de pœna illorum, qui tali timore, uel accidia, uel uerecundia, uel quacunque cauſa, ſe ab uſu gratiæ eis conceſſæ retrahunt, utile uidetur tractare, cum tales non ſolum contra omnium hominum conſuetudinẽ faciãt, qui ſeminare, & metere non ceſſant, licet ſciant nec ſemen creſcere, nec colligi ſine mala herba poſſe, ſed etiam contra Chriſti doctrinam faciant, qui vult, quòd non dimittant propter hoc ſeminare, nec etiam ꝙ propter hoc bonum deſtruant ſegetem, ſed ſinãt utraque creſcere ſimul, uſque ad meſſem. Ar. 4. 14

Exemplum.

Cum iterum ſint uecordes, & inutiles milites, qui armis non utuntur (de quibus dictum eſt. A. 24.13.) Cum etiam infideles ſint mercatorum miniſtri, qui cum pecunia, cum qua poſſent emere pannum precioſum, uel merces ditiſſimas, & durabiles, & maximẽ utilitatis, nullas, uel uiles emit, dum gratia eis data non utuntur, uel abutuntur. Sicut illi, qui intellectum expẽdunt in ſcientijs uanis & lucratiuis, & ſcientias animæ negligunt, uel quodcunque bonũ corporis, uel animę, uel naturæ, uel fortunæ, uel gratiæ, uel etiam ipſum tẽpus male expẽdunt non ſolũ à Deo puniẽdi ſunt priuatione priuilegij (ſicut dictum eſt, ſupra c. 11.) quia eo nõ vtũtur, & ſic ſtatũ ꝓprium dãnificat, ſed ẽt pœnis grauioribus puniendi ſunt, quia Deo iniuriã, & reipublicę dãnum inferũt, qa talis (ſm Chryſo. ſup Matt. 25.) de talẽto abſcondito, ſeruus eſt infidelis, & reus totius dãni illati, ſicut qui (cauſa ſeminandi) ſemen à domino accipiens, non ſeminat tempore ſeminationis, dannum facit domino ſuo, ſic

Exemplum.

Exemplum.

15

Exemplum.

qui ſcientiam ad docendum, uel gratiã ad orandum, uel tempus ad pœnitẽdum habet, & nõ operatur, talentũ ab eo auferetur (ſicut patet. M. 2. 13.) Et nihilominus pro dãno pœnis punietur gauioribus, & iuſte quidem, quia ſi ẽm leges ciuiles, q̃ in bello arma amiſit, uel aliter illicite alienauit, capite punitur, (ſicut expreſſe patet in digeſto nouo. lib. 11. tit. de re militari. l. deſertorem. §. miles.) A fortiori ratione, uidetur ille grauius puniendus, qui arma amittit, uel alienat ſpiritualia in bello ſpirituali, Deo, & ſibijpſi, & ꝓmo proditor, uel ſaltẽ inutilis miles exiſtẽs, qa gratia, q̃ in illo eſt fallax gratia, & uana eſt, Prou. 31.

Ar. 5. ¶Sed quia nõnulli totũ defectũ, qui in illis accidit ſpiritualibus armis, quãtum ad hoc (uidelicet) ꝙ gratiã nõ habẽt, uel ea nõ utuntur, uel abutuntur, Deo attribuũt (ſicut oſtẽſum eſt. G. 2. 4.)

16 Neceſſarium uẽ in hoc articulo illorũ denudare mẽdaciũ oſtendendo, ꝙ dñs (quantũ in eo eſt) oĩbus gratiã dat, ſaltẽ neceſſariã ad ſalutẽ, hoc igitur additur, neceſſariã ad ſalutem, dicẽdo, quia non oĩbus dat æqualiter, ſicut nec oĩbus ſtellis æquale lumẽ, nec oĩbus mẽbris corporis æqualẽ uirtutẽ, uel potentiã, nec oĩbus Angelis æqualem gloriã, uel naturam. Ita non omnes facit Apoſtolos, uel prophetas, eis tantam conferendo gratiam, quantam apoſtolis contulit: ſed tamen omnibus dat, uel offert quãta eis ſufficit ad ſalutẽ ſi cooperari uoluerint, nec tamen illis facit iniuriam, quibus minus dat, dãdo alijs plus, quod decenter oſtẽſum eſt. Matt. 20. ubi oẽs, quos inuenit, in uineam poſuit, in qua laborando omnes uitam eam mercede ſaluare poſſent, & tamẽ plus aliquibus contulit, ſecundùm quantitatem laboris, de quo cum alij murmurarent. Reſpondit, Amice, non facio tibi iniuriã. (q.d.) ex quo tantum tibi do, quãtum habere debes, & quãtũ tibi ſufficit, totũ gratis, quare murmuras? Nota. P. 11. 17.

Exemplum.

¶Circa hunc ergo articulũ declaran dũ. Primo multis oſtenditur exẽplis & auctoritatibus, quod Deus oĩbus gratiã dat, uel offert, ſaltem neceſſariam ad ſalutem ex quo illorum patebit mendaciũ, q̃ in Deũ defectus ſuos retorquent.

17 Primo per hoc, ꝙ Deus operatur in rebus minoribus, uel minoris precij, & nobilitatis, ut pote in operibus naturæ, & circa negocia corporalia, oſtẽdendũ eſt, quid, & quomodo operetur in reb⁹ nobilibus, & maioribus, utpote in operibus gratiæ circa negocia ſpiritualia, iſte uẽ bonus modus procedẽdi, oſtendendo ꝑ hoc, quod facit in minori, qd faciat in maiori. Quia ſi ꝓbari poſſet, ꝙ ſapiens dñs, qui in factis ſuis nõ deficeret, magnã curã haberet de re minoris precij, intantum circa eã diligentiã ſuã exhibendo, ꝙ in neceſſarijs ei non deficeret. Ex hoc ꝓbato ſufficienter cõcludi poſſet ꝙ tantã, immo maiorẽ haberet diligentiam de re maioris precij, quæ plus, & ꝓpinquius, & carius ei atti neret, utpote ſi magnã curã habeat de animali, ſequi uidet, ꝙ maiorẽ habeat de filio. Sic in ꝓpoſito, ſi oſtendi põt, ꝙ Deus tantã curã habeat de corporibus, q̃ ſunt minoris precij, & naturæ aĩalis, ꝙ eis de ſufficienti prouidet lumine, & potentijs, quibus in eſſe conſeruari poterint naturę, & finem naturę debitum attingere. Neceſſario, ſequi uidetur, ꝙ idem faciat animabus quę quaſi filij ad eius ſunt ſimilitudinem (ſicut oſtẽſum eſt. A. 20. 2.) tum propter bonitatẽ naturæ, cui prouidet, quæ nobilioris eſt cõditionis, & ex congruo maiorem requirit diligentiã. Tum propter conditionẽ naturę cõmunicatæ, q̃ eſt gratia, quæ maioris eſt bonitatis, quã lumen corporale. Et quanto maioris eſt bonitatis natura quæcunque, tanto maioris diffuſionis, & largioris eſt communicationis, ſicut patet, tam exemplo de natura ſtellæ, in qua maior inuenitur in natura bonitas, quã in candela, quia natura eſt incorruptibilis, & maior etiam communicatio, ſicut patet iterum in Sole, in quo excellentius, & fontale inuenitur lumen, quod non inuenitur in alijs ſtellis, ad quam excellentiam maior ſequitur communicatio, quia

Exemplum.

Exemplum.

omnes

omnes ſtellę lumen eius participiant.
18 Quam etiam rõne, ex qua ſequitur, ꝙ cum bonum ſit cõicatiuum ſui, maius boni eſt maius cõicatiuũ ſui per regulam, quę habetur, ꝙ quãdo aliquid ſequitur, ad illud, eodẽ addito utrobique adhuc ſequitur, ſicut patet de animali, qđ ſequitur ad hoiem. Et ideo eodem addito utrobique, adhuc ſequitur, uerbi gratia, quia ſequitur, homo, ergo animal, addatur utrobiq; idẽ, dicẽdo, homo albus, ergo aial album, adhuc ſequitur. Ita in propoſito, cũ ergo lumen gratiæ ſit magis bonum, quàm lumen ſolis, & quantũ in eo eſt, omnia illuminet corporaliter, omnibus corporalibus offeratur oculis. A multo fortiori, lumen gratiæ (quantũ in eo eſt) omnes illuminat aías, cunctisque ſpũalibus ſe offert oculis, huic rõni teſtimonium perhibet, Ioann. j. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem. Et ꝙ poſtea eodẽ. c. exponens, quod eſt lumen illud, dicit, de plenitudine eius omnes accepimus gratiam. Et Paulus ad Thimo. 2. Apparuit gratia ſaluatoris noſtri Dei oĩbus hominibus, & Ephe. 4. Dedit unicuique gratiam ſecundum menſuram, &c. Et decretum: de conſe. diſ. 4. c. Nec quamquam, ubi habetur, ꝙ ſicut ſol æquali luce æqualiter ſuper omnes irradiat, ſic gratia Dei ſine acceptione perſonarum
19 æqualiter omnibus infunditur. Ex hac rationis, & auctoritatũ concordia, concedere neceſſe eſt, Deum omnibus lumen gratię offerre, uel multa de eo inconuenientia implicare, quia hãc in eo negare audet prouidentiã. Primo, eſt ipſum cõcedere inſipientẽ, prędictũ nãq; eſt, ꝙ ſapiẽs plus prouidet, & maiorem curã habet de natura meliori, atq; propinquiori, vtputa de filijs. Negare ergo Deũ, qui illa large naturæ corporali ꝓuidet, ꝙ ſolẽ ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos (Matth. 5.) tã large, vel liberali' nõ prouidere naturę ſpirituali, eſt ipsũ dicere inſipientem. Secundo, hoc dicere, eſt ipſum dicere impotentẽ, uel omnai natura peiorem, quia oĩs natura, ſiue inſenſibilis (ſicut ſeminũ uel plantarũ) ſiue ſenſibilis (ſicut aĩal dans alicui ſubiecto eſſe, & uitã, q̃ conditioni ſuę cõuenit) ſi potens ſit, dat ei, per quę in eſſe cõſeruari, & per q̃ finẽ, ad quẽ ordinat', attingere põt, ſicut patet de ligno, uel ſtipite, à quibus ſemẽ, uel granum non ſolum eſſe hẽt, ſed etiam extra corticem dedit ſeipſum in eſſe cõſeruatiũ, & ſui cõtrario defenſionẽ, & intra uirtutẽ alterius productiuã. Sicut etiam in aĩalibus, quorũ quodlibet aliud in eſſe producens, dat illi potẽtiã nutritiuam, per cuius uſum indiuiduũ, & potẽtiã ꝓductiuã, ſeu generatiuã ſuę ſimilis in ſpecie, per quã ſpecies in eſſe cõſeruat', dat etiam eis vngulas, dentes, cornua, & huiuſmodi arma, per quę à nociuis ſe cuſtodiant. Si uero aliquod indiuiduũ in aliqua tali deficiat perfectione, ſicut faciunt homines, vel fetus monſtruoſi, cauſam aſſignare oportet ex parte naturę producentis, quia non fuit potens, uel aliquo modo per exceſſum, uel diminutionẽ error fuit in natura producente, quia quando potens, eſt, & materia proportionata, ſemper producit, qđ melius eſt. Sicut ergo ex parte naturę, 20
ſufficientia in producto arguit ſufficiẽtiam in producente, & inſufficientia in producente inſufficientiam in producto, & econuerſo ſufficiẽtia in uno, ſufficiẽtia in alio: ita aperte inſufficientia producẽtis productionis diuinę ſi deficeret ꝓducto in his, q̃ neceſſaria eſſent ad ſaluẽ, & ad finẽ, ad quem ordinatur æternũ cõſequendũ. Quia ſicut arguere ex parte naturæ licet ſic uidelicet, iſtud aĩal productum nõ hẽt ſufficiẽtes potẽtias, uel membra, per quæ in eſſe conſeruari, & finem ſuum cõſequi poſſet, ergo natura ipſum producens fuit impotens, & defectuoſa. Ita ex parte Dei argui poteſt. Si iſti homini iam nato, nõ datur gratia, per quam in eſſe bono, & in uita ſpirituali conſeruari, & finẽ ſuũ ſupernaturalẽ, ad quem ordinatur, cõſequi poſſit. Ergo De' ipſum producẽs, impotens fuit, uel omni natura in conditione hac peior, quia oĩs natura ꝓ-

ductum

ductum iuuat, quantum poteſt, & meliori modo quo poteſt, producit, hoc non ſolum hæreticum, ſed etiam contra omnem naturalem eſt dicere rationem. Cum ſecundum Philoſophum. Omne propter quod, & illud magis, & cum omne per participationẽ tale, vtpote, bonum, verum, & huiuſmodi, reducantur ad vnum eſſentialiter tale (ſicut patet ex 2. Methaphiſicę.) Oportet quòd tota bonitas cauſarum ſecundarũ reducatur ad illam cauſam primam, à qua (teſte Iaco. j.) eſt omne bonum. Cum ergo illa conditio bonitatis in cauſa ſecunda inueniatur, quòd producto dat neceſſaria, vt dictum eſt, illam conditionem in Deo vis naturalis rationis
21 concedere cogit. Qui cõcluſionem iſtã negat, aſſerens, non eſſe ſimile de natura, quæ operatur neceſſitate, & de Deo, qui operatur uoluntate, voluntatem in Deo peioris aſſerit eſſe conditionis, quàm neceſſitatem in natura brutali, ſeu ſenſibili. Et quærendum eſt a tali, ſi natura intellectum haberet, & uoluntatem, intantum quòd in eius eſſet potentia producere fetum cum omnibus neceſſarijs ad eſſe, & finem requiſitis, ſi ſic illum produceret, uel non. Si dicunt, quòd non, irridendi ſunt, ſi dicũt quòd ſic, quare ergo illam bonitatem Deo ſubtrahunt, quam homini, uel bruto attribuunt. Sed forte dicent, ergo Deus neceſſitate homini in neceſſarijs prouidet. Quibus reſpondetur, quòd ſicut materiæ diſpoſitæ in utero matris neceſſitate immutabilitatis, & infallibilitatis animam creat, & materiæ infundit, eidem dans eſſe naturæ. Ita eadem neceſſitate animæ diſpoſitæ gratiam creat, & infundit, animæ dans eſſe gratiæ, ſicut patet per ſanctum Thomam.
22 j. 2. q. 112. art. 3. Tertio dicere ipſum ſuis
Exẽplũ. in neceſſarijs non prouidere: eſt dicere ipſum ingratũ. Quis enim gratus Rex ponit homines ad cuſtodiam caſtri, vel in militia, & illis, quando ſine damno ſui poteſt, non miniſtrat neceſſaria? Et ſi reges, & imperatores terreni in hoc caſu ſuis prouident cum rerum ſuarum diminutione, quia minus habent, dum multa expendunt, de quibus aliquãdo 21
non lucrantur, ſi etiam talia eis prouideri in legibus ſuis ſcribunt, ſicut patet. C. lib. 12. titu. de erogatione militaris annonæ, ubi ordinat imperator, quòd milites dum in expeditione ſunt, habeant neceſſaria, panem uidelicet, & vinum, & acetum, & lardum. Cum ergo animæ ſunt caſtra Dei (ſicut oſtenſum eſt. A. 23. 12.) De cuius cuſtodia hominẽ quemcunque ſub duriſſimo præcepto, & grauiſſimo periculo oneranit, quod quotidie obſeſſum eſt. Cum etiam ſuos milites quotidie bello expoſitos uideat, quomodo ſine maxima ingratitudine, quam in Deo nefas eſt credere, illis victualia negaret gratiæ, quę ſine rerum ſuarum diminutione dare poteſt? Quomodo enim ſuis negaret filijs, uel militibus, quod nunquam parentes carnales ſuis negarent?

¶Sed adhuc forte dicent, quòd dum 23
milites fideles ſunt, & filij Innocentes, rex & parentes eis prouident, ſed ipſis proditorie agentibus nequaquam, ita Deus ipſis natis, & innocentibus gratiã offert, ſed ipſis peccantibus retrahit, nec ipſam iterum offert. Quod dictum reprobatur tam exemplo, quàm ratione, & auctoritate. Exemplo enim patet, q non obſtante, quòd homo de die oculos claudat, & ſolis lumẽ quando illud recipere deberet, & uidere, excludat, ſol tamen radios ſuos non retrahit, quin Exem-
oculorum effigijs quantuncunque clau plum.
ſis ſe offerat, de nocte vero econuerſo intantum ſe retrahit, quòd oculis apertis nõ ſolis lumen, ſed potius noctis tenebræ ſe oculis offerunt. Sic non obſtãte, quòd homo de die uitæ huius, mẽtis claudat oculos, uel uelamento peccati illos cooperiat, ſol tamen iuſticiæ, qui radiorum gratiæ, & miſericordiæ non eſt auarus, nec parcus poſſeſſor, cuius miſericordia plenior eſt terra, quàm ſole corporali, mentis ſe oculis offert, de nocte tamen mortis uitæ occaſum intantum ſe retrahit, quòd apertis oculis non lumen gratiæ, ſed tenebrarum re-

cipiet

dipiet pœnas. Non quia ſol ille, qui occaſum neſcit, ei occidat: ſed quia ipſe
24 occidit ſoli. Ratio ad hoc ſumitur ex Dei doctrina, qui docet remittere vſque ſeptuagies ſepties (id eſt) ſemper, qui etiam uult, quòd dum omnes ſunt in hac uita, omnibus optemus ſalutem, & animarum, licet non corporum uitam recipiamus, & ſalutem: ſi ipſemet hoc non faceret, quantum in eo eſt ſi ex parte illorum debita adeſſet habilitas, doceret, quod non faceret, & contra naturam uellet riuulum copioſiorem eſſe gratia, quàm fontem, fallacemque faceret Apoſtolum, qui de eo dicit, quòd uult omnes homines ſaluos fieri (quãtum in eo eſt.) Totum iſtum proceſſum confirmat Apoſtolus. 2. Cor. 9. dicens: Potens eſt Deus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut ĩ omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, ĩ hoc q̃ dicit (potens eſt) non excludit, quin paratus etiam ſit, ſed includit, quia poſſe & nole, ubi debet, notat omnem iniquitatem, uel parcitatem, in hoc quòd dicit (ſemper) confirmatur ultimum dictum, quòd (uidelicet) in hac uita gratiam ſemper offert, dicens, Gratiam Dei recipiatis. (2. Cor. 6.) Ab ipſo uerbo incarnato, quod eſt plenum gratiæ, & ueritatis. Ioan. 1. Eſt enim (ut dictum eſt) plenum gratię nobis, dum uiuimus, & ueritatis, dum morimur.

Artic. 6. ¶Sed cum uideamus nonnullos gratiam habere, uel ſecundum gratiã non operari. Ex quo iſte defectus in operibus bonis, & gratioſis Deo attribui non poteſt (ut oſtenſum eſt) inueſtigare opor
25 tet, cui attribuẽdum ſit. Cuius quidem inueſtigationis ueritas citius apparet, ſi bonorum operum, & gratiarum receptionem, & nem conditio reſpiciamus. Gratiarum nanque receptio, & uirtutũ operatio, conditionem quodammodo ſequuntur matrimonij, & productionis fructuum tam de terra, quàm de arboribus, & ſanationis ægroti. Quia ſicut ad matrimonium copulandum duę requiruntur uoluntates. Ex quibus ſi una deſit, nihil efficitur. Ad fructum etiam de terra uel arboribus producendum, duæ requiruntur cauſæ. Vna uidelicet motus firmamenti, & ſolis irradiatio: Alia, quantum ad terram, homo, qui eã operetur, & ad producendum fructum diſponat. Quantum ad arbores uero ſecunda cauſa eſt uirtus in radice. Ad ſanationem etiam ægroti duæ frequẽter concurrunt uolũtates (uidelicet) medici docentis, & infirmi cooperantis. Ita in propoſito ad ſpirituale matrimoniũ inter Deum, & hominem copulandum duæ requiruntur uoluntates Dei, ſcilicet, & homines, ſicut ergo ad bona opera producenda, & animæ ſaluationem obtinendam, & ſicut in matrimoniali copulatione ſi una deſit uoluntas, ſicut etiam in fructuum productione, ſi deſit, qui terram colat, uel uirtus non adſit radicis, uel uoluntas peruertatur infirmi, ne quod ei à medico dicitur, faciat, ſed uoluntarie ſeipſum occidere uult, nec matrimonium fit, nec terra aut arbores fructum producũt, nec infirmus ſanatur. Vno ergo ad matrimonium copulandum uoluntatem paratã
26 habente, ſole, ut debet, terram irradiante, & medico bene docente, ſi nullus in iſtis' ſequatur effectus, cui attribui debet defectus? non poteſt attribui illi, cuius uolũtas eſt parata, nec ſoli, nec medico, ſed alteri, cuius uoluntas non cõcordat, & colono, qui terram ſuam non diſponit, & radicibus arefactis, & uolũtarie infirmo. Sic in propoſito defectus gratiæ, uel bonæ operationis, uel mors animæ per culpam nullo modo Deo, cuius uoluntas ſemper eſt parata, qui ſemper (quantum in eo eſt) omnes radiat (ut oſtenſum eſt) & quantum in eo eſt, ſanat omnes infirmitates eorum (teſte Pſal. 102.) eſt attribuendum. Sed nobis ipſis, quorum uoluntas diuinæ non concordat uoluntati, qui terram noſtrã contritione, & confeſſione nõ colimus, nec diſponimus, quorum mens eſt arida, qui medicum audire nolumus, cũ illo, qui noluit intelligere, ut bene ageret, qui ipſi lumen gratiæ offerenti oculos

Exemplum. Exemplum. Exemplum.

los cordis aperiré nolumus. Vnde Anſelmus, homo (inquit) non habet gratiã, non quia hanc non dat Deus; ſed quia hanc non accipit homo, vtrique enim porrigit tam accipienti, quàm non accipienti, ſicut ſolis lumen porrigit tam uidenti, quàm oculos claudenti, quare accipit unus lumen, & alius non, niſi, quia unus oculos aperit, & alius non. Vnde ergo accidit ei, qui lumen habet, vel qui ſanatur, quòd iſta conſequitur? certè a ſole, ſeu medico, & ſeipſo: vnde alteri accidit, quòd utroque caret, certe ex ſeipſo, ita oĩs bona operatio à Deo eſt, qui (teſte. Iſa. 26.) Omnia opera noſtra operatur in nobis, & à nobis, quia (teſte Paulo. j. Cor. 3.) Coadiutores Dei ſumus: omnis vero huiuſmodi defectus à nobſipſis eſt. (Nota auctoritates bo-
27 nas ſermone 84. 6.) Sicut ſi illi, qui ſunt in caſtro obſeſſo, quibus dominus victualia ſufficientia mittit, & auxilia, ſicut etiam, cui pecunia traditur ad mercãdum, cum qua ſi bene illa vtatur, victum, & ueſtitum, & neceſſariam lucrari poteſt ſuſtentationem, ſi bene in his ſe habeat, quod bonitatis eſt, in vtroq;, ſiue in caſtri cuſtodia, ſiue in lucro, ab utroque eſt, tam (uidelicet) à domino, ſeu tradente pecuniam, quam à cuſtode & mercatore. Si uero unus proditorie caſtrum perdat, quod & poteſt, ſi uelit, quantumcunque ſit bene munitum, & inſtauratum. Si etiam alius pecuniam, & ſuſtentationem ad taxillos ludendo pdat, in ſeipſis eſt defectus. Nota. L. 4. 7.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

¶Ex omnibus iſtis paret, quòd illi, de quibus dicitur (in Pſal. 20.) Quoniam declinauerunt in te mala (ſicut patet. G. 2. 3.) quemadmodum Adã, qui Deo, quodammodo peccatum ſuum impoſuit, dicens. Mulier, quam dediſti mihi, dedit mihi, & comedi, & quemadmodũ latro ad ſuſpendium ductus, & mulier cum groſſo uentre, uel in alia infortunia incidens, reſpondet, hæc fuerũt nobis præordinata, qui etiam dicunt, ſum fragilis, non poſſum abſtinere, omnes iſti mentiuntur cum omnibus ſibi ſimi libus, & ſi periculum ſit mentiri ſuper hominem, periculoſius uidetur mentiri ſuper Deum (vide. P. 11. 19.) Ponamus nos duos uicinos terras ſuas de propin quo poſſidere æque in natura ſua bonas, æquale tempus imbres, & ſolis irradiationẽ æqualiter, ſed non culturam æqualem habentes. Iterum ponamus, duos filios eiuſdem patris, vno habente manus lotas, altero illotas. Iterũ duos æque armatos, non tamen corda habẽtes æqualia, duos etiam ſtantes in ſolis lumine, uno oculo claudẽte, altero nõ. Si primus, cuius terra non eſt culta dicat, quòd nõ producit fructum propter defectum ſolis, uel temporis, ſi filius dicat, qui habet manus turpes, quòd nõ recipit iocale, quia pater non offert. Si tertius dicat, quòd fuit in bello uictus, ubi ſocius uicit, quia non fuit armatus. Si quartus dicat, quòd non recipit lumen, quia ſol non lucebat, nonne omnes mentiuntur? quia terra primi non produxit fructum, ſicut terra uicini ſui, quia non erat æqualiter culta, filius nõ recipit iocale, quia manus non mundauit. Alius fuit uictus propter defectum cordis. Quartus lumen non recipit, qa oculos non aperuit, cum tamen in ſua poteſtate eſſet aperire, ſi uoluiſſet. Sic in
28 propoſito frequenter uidemus duos homines, qui ex eadem ſunt natura, & terra, nonnunquam duos vero fratres germanos, qui terras habent ſatis uicinas, quorum unus de terra ſua fructũ producit caſtitatis, ieiunij, elemoſynarum, & cęterarum uirtutum. Alius uero nihil tale, ſed ſpinas, & tribulos, & urticas ꝓducit uitiorum, vnus recipit iocale gratiæ, alius non, unus diabolum ſemper uincit, & carnem, & mundum, alius nõ vnus percipit, quid ſit agendum, uel fugiendum, alius non. Si ille, qui in omnibus iſtis deficit, & Deo defectum imponit, falſum dicit, quia dicit (in Apoc. 3.) Quod ſtæ ad oſtium & pulſat, & ꝙ ſi quis ei aperire uoluerit, intrabit, & cęnabit cum eo. Sed heu, nõ erat qui aperiret, nec aſpiceret (ſicut patet. C. 7. 27.) Non gratia Dei deeſt, ſicut ipſi deſunt gratię. Malier illa, quę naſa habuit, in

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

quibus

quibus reciperet oleum, recepit. Patet ergo, ꝙ male dicunt, vel reſpõdent, qñ quæritur ab eis, quando erunt boni, vel quando vitam emendabunt? reſpõdent, quãdo Deus uoluerit, eique dicunt, da mihi, vt proficiam, quod iubes, quia ita fragilis, & debilis ſum, ꝙ præcepta tua implere non poſſum, quare nõ das mihi gratiam reſiſtendi peccatis? Et ſi quæratur, quare non perficiunt bonũ, quod videntur, vel quare non dimittunt mala, & peccatum, quod ore deteſtantur? Reſpondent, expecto gratiam, quando habuero gratiam, libenter faciã: In iſtis nãq;, & in omnibus dictis ſimilibus falluntur, quia Deus, & gratia eos vbique expectant, & non econuerſo. Ille enim, qui nos omnes vocauit in gratiam Chriſti. (Gala. j.) Venientem non fugat vel venientem non fugit, ſed expectat. Qui (ut dicit Eſa 5.) Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Et eſt auctoritas ſatis ad propoſitum, quia ſicut de vinea ibidem recitat, quod fecit ei, quicquid debuit, vnde & ait, recitando quę ad vineę pertinent culturam, quid enim debui vltra facere, & non feci? inſuper & ſuper hæc omnia expectaui eam, ut faceret fructus, & non fecit. Ita in propoſito in toto prædicto proceſſu patet, quòd Deus vineæ, ſcilicet, cuilibet homini nato facit, quicquid facere debet, gratiam offerendo, quòd etiam eos expectat, & tamen (de quo dolendum eſt) illud, quod dicitur ibidem de vinea illa, poteſt dici de multis vineis nunc, expectaui, ut faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iuſtitia, & ecce clamor illorum, ſcilicet, qui omnem defectum clamando mihi imponunt, qui dicunt ſe me expectare, cum econuerſo ego eos expectem, qui mihi clamant, dicentes, da mihi, vt perficiam, & non porrigunt vas, in quo recipiant gratiam, per quam perficiant. Irrationabiliter enim clamant, qui nec habent, in quo recipiant, nec illud diſponunt, ego (inquit Deus) multo rationabilius eis clamare poſſem, porrige in quo recipias, uel manus laua, ſicut clamo. (Iſa. j.) Lauamini, mũ-

29 di eſtote, &c. Quia (teſte decreto de pę. di j. §. alij econtrario) nullus niſi purgatus à vitijs gratiam Dei accipere poteſt, ergo dum vas animæ plenum eſt peccatis, quantumcunque ore clames, quia tamen manus operi non apponis, gratiam recipere non potes, quia neque in quo haurias habes. Ioan. 4. Et poſito, quod diſpoſiti gratiam recipiant, non poſtea eam amittere poterunt, ſi uoluerint, ac ſi priuilegium à Papa recepiſſent. Nonne in poteſtate illorum eſſet, illo uti, uel illud dimittere? Si vero non vtuntur, vel amittant, defectus in dante priuilegium non eſt, ſed in perdente. Sic in propoſito. Quod ſi inſtare velint, & dicere, quòd prædicta diſpoſitio ad gratiam recipiendam, uel retentio ad cuſtodiam iam habitę in poteſtate illorum nõ eſt, quia ſine gratia, quæ à Deo eſt, neutrum fieri poteſt. Reſpondetur, quòd ſiue illud, quod diſpoſitionem præcedit, uocetur inſpiratio, ſiue gratia, quę & diſpoſitionem præcedit, & ipſum, quòd eum in gratia conſeruat, ſiue quodcũque aliud uocetur, quod ſe à Deo de neceſſitate habere aſſerunt, ad hoc quod ſe diſponant, vel in bono perſeuerant, Deus in illo nunquàm deficit, quia & de illo procedunt omnes rationes, & exempla totius articuli. Quando ergo dicunt, quod non eſt in poteſtate illorum, reſpondetur quòd faciant ad hoc quicquid ipſi poterunt, & infallibiliter bene erit. 30 Exemplum.

Sic ergo ex effectu ſcire poſſunt: quod male dicunt, quia ſi faciunt ad hoc quicquid facere poſſunt, ergo bene eſt. Antecedens patet, quia Deus iniuſte ageret, petendo ab homine ad hoc quòd bonum haberet ſtatum, pluſquàm facere poſſet: ergo à deſtructione conſequentis, ſi bonum ſtatum in eſſe ſpirituali non habet, non facit quicquid facere poteſt ad hoc ſecundum diſpenſationẽ gratiæ, quę data eſt (Ephe. 3.) quia unicuiq; data eſt gratia ſecundũ menſuram, & magis & minus donationis Xpi (Ephe. 4.) i. ſm plus & minus

minus (ſicut patet ſupra c.c.16. Et ſicut plenius patebit infra capitulo de prędeſtinatione) in qua auctoritate Paulus totum prędictum confirmat proceſſum, & occaſionem dat articuli ſequentis.

Ar.7. ¶Ex hoc uidelicet, quòd nonnullorũ corda mouere poteſt, quare unicuique datur, & offertur gratia ab illo, qui ſcit, quòd multi illorum eam recipere nolunt. Multi uero ipſam iam receptam

31 Exẽplũ. amittere uolunt, hóc enim mirabile videtur, cum nullus dominus ei caſtrum, uel prędium, uel pręcioſum iocale, uel offeret, uel cuſtodiendum traderet, quẽ ſciret illum amiſſurum. Solutioni vero huius quęſtionis, quę habetur. T. 5. 50. hoc addendum eſt, quòd ſimilitudo de domino tradente caſtrum, non eſt bene ad propoſitũ. Sed ſimilitudo de reddendo debitum, plus eſt ad propoſitũ, quia Deus materię diſpoſitę animam infundendo, & animę diſpoſitę gratiam largiendo debitum ſuę prouidẽtię reddit, ſicut & de alijs factis ſuis dictum eſt, ſu-

Exem- pra. e.c. 23. Sicut ergo fidelis homo de-
plum. bitum ſuum reddit, quantumcunque ſciat illum, cui redditur, uelle illã amittere pecuniam, quam ei reddit, uel abuti. Ita Deus animam materiæ, & gratiã animę infundit, ut notas faciat diuitias gratię bonitatis ſuę, Ephe. 2. Et idem de Angelis bonis malis hominibus deputatis dici poteſt. Si obijciatur hic, quòd Deus hoc faciendo facit contra philoſophiam, & leges ciuiles, per quas gladius non eſt furioſo reddendus. Reſpõdetur quòd verum eſt, dum in furia ſunt corporali, ita nec Deus iſtis gratiã reddit, dum in furia ſunt ſpirituali, quia ſicut nec primus, dum inſanit, eſt ad gladium ſuum, quem apud aliũ depoſuit, ſuſcipiendum diſpoſitus, ita nec ſecun-

Exem- dus, dum peccat, ad gratiam diſponitur
plum. ſuſcipiendam, nec ei Deus gratiam infunditur, ſicut nec ſapiens in uaſe immundo, uel pleno, uel fracto, uel tranſuerſo precioſum liquorẽ infundit, nec ponit uinum nouum in vtres veteres, ita nec Deus cordi infirmato per luxuriam, uel uento ſuperbię pleno, uel per diſcordiam fracto, vel per cupiditatem ad terrena tranſuerſo, gratiam realiter infundit. Sed tantum offert illis, qui doctrinam tenent Apoſtoli (j ad Theſſa. 4.c.) dicẽtis, ſciat unuſquiſq; uas ſuum poſſidere in ſanctificatione, &c. Nota, quomodo gratia facit omnia opera pęnitentię, & religionis leuia. P. 7. 40.

¶Gratitudo. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Deo par, æquiualenſue, atque cõdignum, pro opere Creationis, ac Recreationis, & gubernatis, atque glorificationis, referre minime valemus.*
Homini verò, nobis beneficia temporalia conferenti, maior retributio fieri poteſt, quàm Deo.

2 *Ad referendum tam Deo, quàm homini, par gratitudinis debitum, plura exempla nos inſtituunt, & erudiunt.*
Primum exemplum à terra bene culta, et cunctis dumis, atque lapidibus expurgata ſumitur.
Secundum exemplum ab animalibus rationis expertibus capitur.

3 *Tertium ſumitur exemplum à natura rationis prædictæ.*

4 *Beneficia, ac dona emanantia à datore, in recipientem, ſunt velis ſolis radij, deſcendentes, ac radiantes ab ipſo ad inferiora corpora, propter ternas proprietates quæ inter radios, & dona nullo labore inueniri poſſunt.*
Prima proprietas ſolis, ſeu humilis deſcendentis huiuſmodi eſt; quod paulatim in noſtro hemiſperio creſcit; quia lux primo ab imperfecta claritate, oriẽs ad perfectum ſplendorem accedit, & creſcit.

5 *Secunda proprietas Radiorum ea eſt; quod humores diſperſos à terra ſurſum elleuantes, nubibus vniunt, & coniungunt, eoſque denuo terram ipſam irrigare faciunt, ita vt Radiorum virtute Aquarum quædam circulatio fit.*

6 *Tertia proprietas talis radiorum ſolarium*

eſt;

eſt; quòd cum ſolidum, & expoliti corpus, eos directe recipiens, inueniunt; mox ad maiorem calorem reflectuntur; Si verò à corpore aliquo, obliquè radij, illi recipiuntur, ad parcium quidem caloris augmentum declinant.

Cum autem molle, inſolidumve corpus, uti aer eſt reperiunt; nullam caloris reflectionem habent; Aer utiq; radios recipit, ſed quia in ſe mollis eſt, calores non reddit; quando etiam flores. Cum corpus ſolidum ſint, inueniunt eos nehementius bene olere faciunt.

7 *Nos equidem, qui continuè inceſſanter die, noctúque à Deo erga nos collata & conſolationis, & tribulationis beneficia, accipimus; Deo ipſi optimo maximo æternas gratias ſaltim agere, tam pro rebus aduerſis, & iniurijs, quam pro ſummis officijs numquam non debemus.*

8 *Nefarij, & ingrati homines, quamplura dona à Clementiſſimo Deo ſuſcipientes, ipſi lubenter inſeruiendo gratias nequaquam agunt: ſed uſque ad ſenectutem, & ſenium cõmorantur, donec atra non mortis appropinquauerit.*

9 *Deus infantiori, & pulchriori iuuentutis tempore carnem pro nobis aſſumere haud dedignatus eſt, in qua etiam uſque ad necem multa patiebatur, non expectando ſenectutem. Ita operepretium eſſe uidetur, quòd nos Deo ſimilẽ gratitudinem luculenter, & verè repẽdamus, atque patefaciamus omni tempore, tum proſpero, tum aduerſo, ad mortem uſque. Sicuti nobis ob oculos Gratitudinis pictæ deſcriptio conſpicue ponit.*

Gratitudo namque antiquitus depingi hoc pacto ſolebat.

Geſtabat primum in capite ſchedulam hæc uerba indicantem.

Aeſtas, & hiems; Prope, & procul.

Exinde circa veſtis fimbriam hæc uerba legebantur.

Vita & Mors.

10 *Vir gratus, & probus Deo tam pro fauſto, quàm infauſto lethaliq; euentu gratias agens, ingentem utilitatem tum in vita, cum in morte, ſibi procul dubio adipiſcitur.*

Primum. In iſta vita gratiarum actio eſt, velut ſapidus, & præguſtabilis inſtinctus, qui aduerſa omnia reddit admodum dulcia, & delectabilia.

Exinde gratiarum actor ob id proſpera, & bona eo magis augeſcere meretur.

11 *Cum è uita tandem emigraueris ille gratitudinis memor gratiam conſummatam obtinuerit.*

12 *Gratorum minorem, ac rariorem, ingratorum autem maiorem & uberiorem turbam eſſe, clariſſimis exemplis exprimitur.*

13 *Ingrati illi, qui Chriſti fratres duntaxat ſecundum Deitatem, non autem ſecundum eius humanitatem, euadere uellent, nullius bonæ naturæ conditionem ſequuntur, nec rationis, nec ſenſus expertis.*

14 *Ingrati malas, & improbas cunctarum naturarum conditiones tolerabiliter, ac facile amplectuntur.*

Primum malam inſenſibiles naturæ vim ſequuntur: vt Fimeti exemplo, & Securis, ac vaſis, atque limæ, liquido paſet.

15 *Secundo malam ſenſibilis naturæ proprietatem colligunt.*

Vnde & vermibus, ac vulpi plurifariam non ab re aſſimilantur.

16 *Plures & vulpium proprietates ingratis conuenientes declarantur.*

17 *Hij etiam Colubro cuidam aſſimilantur, & aui.*

18 *Tertio pranas, & odibiles naturæ rationalis conditiones iisdem ſequi conantur. Quare latroni, ac obloquutori & Proditori Iudæ meritò comparantur.*

19 *Adhæc. Ingrati illi nefarij Lucifero ipſi ingratiſſimo & cuidã Iudæo ſimiles certè fiunt; Ezechiæ etiam, atque Demetrio Regi.*

20 *Nonnullorum ingratorum, & potiſſimũ pauperum leues, & frinolæ, ſiue friabiles excuſationes refelluntur.*

21 *Ingrati cum eorum excuſationibus duplicem pœnam perſoluere merentur; temporalem ſcilicet, & æternam. Temporalis autem pœna eſt duplex: altera corpo-*

ri; &

ri, & altera rebus exterioribus debetur.

22 *Deus iuste ab ingratis pœnas sumere vult.*

23 *Deus omnia ingratorum scelera vindicando, tam in eorum corpora, quàm in singulas res, quibus ingratitudinem aduersus eum exercuerunt, æquissimè animaduertit.*

24 *Non debemus Deo, nec suis famulis ingratos esse; sed ei à nobis tribuendum est, quod & pro se, ac pro omnibus enixè requirere dignatur.*

GRatitudinis. Primo, multis exemplis ostendendū est documētum. Secundo, complemētum. Tertio, perpetuitas. Quarto vtilitas. Quinto, gratorum paucitas, & ingratorum ostendenda est multitudo. Sexto, ingratorum ostendēdæ sunt conditiones. Septimo, responsiones cum reprobatione. Octauo pœna. Nono pœnæ iustitia.

Art. j. ¶ Ratione primi est sciendum, quòd licet lex, & vinculum gratitudinis diuersimode nos Deo obliget, & proximo, quia Deo æquiualens, & condignū reddere non possumus pro opere creationis, & recreationis, in quibus nos præuenit, pro opere gubernationis, in quo nos concomittatur, & pro opere glorificationis, quod sequitur. Cum enim secundum Philosophum in ethicis, Patri æquiualens reddere non possumus, à quo esse habemus naturæ, cui tantum dare non possumus. A multo fortiori Deo patri nostro, à quo esse non solum naturę, sed & gratiæ habemus, & glorię, æquiualens reddere non possumus, pro tot beneficijs, quę Propheta cum retributionis insufficientia recolligens, admirando quærit (Psal. 115.) Quid retribuam domino, &c. homini vero danti tēporalia retributio maior fieri potest. 1

Exēplū. Exemplum ad hoc de speculo ardenti, quòd radios solis accipiens ad maiores eos reflectit calores, intātum quòd materiam multum ſiccam, cuiusmodi est illa, in qua ignis ferro percussus recipitur, reflectio illa (sicut experimentum docet) accendit. Sic illi, de quibus Sap. 7. Speculum sine macula, donorum tēporalium radios in se receptos cū tāto charitatis calore reflectere debēt, orādo, docendo, exempla bona dando, quòd eos prius non accensos charitate accēdat. Accensis vero calorem duplicent, vt de vtrisque verificetur illud Ecclesiastici 20. Est datum, cuius retributio duplex. Tamen ad reddendum vtriq;, tam Deo, quàm proximo gratitudinis debitū plura nos informant exempla. Quorum primum accipitur in natura insensibili. Terra enim bene culta, & ab herbis nociuis purgata, debitamque temperiem, & bonum semen recipiens, nō est homini cultori suo ingrata, sed reddit semina multiplicata, sic vinea sic arbores, flores etiam, & huiusmodi, solis susscipientes radios, se aperiunt. Quorum exemplo homines Dei, vel hominis recipientes beneficia corda aperiant diligendo, & ora gratias agendo, illud Propheticum implentes vaticinium. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei, &c. 2

¶ Secundum accipitur in natura sensibili irrationabili, cuiusmodi est natura brutorum, de quibus Seneca lib. j. de beneficijs. c. 2. Beneficia (inquit) fere omnia sentiunt animalia, nec vllum tam immansuetum animal est, quòd cura non mitiget, & in amorem suum vertat; leonum ora impunè à magistris tractātur, Elephantis feritatem vsq; in seruile obsequium deducit cibus; adde etiam, quòd quæ extra intellectum, atque æstimationem beneficij posita sunt, assiduitas meriti uincit, canes etiam pro paruo cibo eis dato, tantum magistros suos diligunt, quòd pro illorum defensione morti se exponunt, quid ergo in comparatione istorum, Deo responsuri sunt, qui per huiusmodi beneficia peiores fiunt? sicut ostensum est. H. 2. articulo 4. Nota contra istos. R. 2. 9. Exemplum.

¶ Tertium accipitur in natura rationali in factis, videlicet, antiquorū memoralibus, de quibus lij. de nugis Philoso- 3

Digitized by Google

losophorũ ſcribitur, quòd Iulius Cęſar cuidam veterano, periclitanti in cauſa ſua aduocatum dedit. Sed cum veteranus de illo non contentus, vulnera, ſeu vulnerum cicatrices, quæ non per aduocatum, ſed in proprio corpore pro ipſo ſuſtinuerat, oſtenderet, ipſe Imperator in propria perſona deſcendit, veteranum in iuſtitia protegendo, Chriſti vulnera, quæ pro nobis in corpore ſuo pertulit, nobis quotidie oſtenduntur, vt cauſas, & leges eius, & iuſtitias defendamus, ſed, heu, nonnulli per aduocatum ei ſeruire volunt, dicentes: Ora pro me, ieiuna pro me, & huiuſmodi. Alij vero peius faciunt, qui nec per ſe, nec per aduocatum eius tenent legem, nel in cauſa, in qua eos inuocat, dicens, quis conſurget mecum (ſcilicet) in bello? aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitate? Contra peccatores iuſtitiam, ſcilicet defendere volũt plus ſe, quàm Deum amantes, in hoc Dei iuſtitias defendere, vel eius iniurias vindicare nolunt, ſed ipſi malas grates habent, de quibus. (2. Thi. 3.) Erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ingrati, &c. Non ſic boni Chriſtiani, qui prædictis omnium creaturarum informati exemplis, grati eſtote. Col. 3.

Ar. 2. ¶ Huius autem doctrinæ complementum ſola virtute habetur gratitudinis. Ad cuius dicti intellectum eſt 4 ſciendum, quod (ſicut ex dictis Lincolnienſis in commento ſuo ſuper primum capitulum li. Dionyſij, de cœleſti Hierarchia in parte colligitur) dona & beneficia à datore ad receptorem deſcendentia ſunt, quaſi radij ſolares, à ſole ad corpora inferiora deſcendentes, propter tres tales proprietates in radijs, & donis inuentas. Vna enim luminis deſcendentis proprietas eſt, quod paulatim in noſtro creſcit hemiſperio, ſicut patet in mane, quando lux primo oritur ab imperfecta claritate, paulatim in perfectam creſcit claritatem. Sic dona Dei, minus perfecta naturæ, ſcilicet, & fortunæ, & gratiæ præcedunt, ſi quibus, & bene vtatur, lumen gratiæ in eo creſcit uſque ad perfectiſſimam claritatem, ad lumen, videlicet, glorię. Et ſic in cuſtodiendis illis retributio multa in Pſal. 18. Eundem etiam modum obſeruant homines ſapientes, prius minora dantes, poſtmodum vero gratis minoribus, 5 maiora adunt. Secunda radiorum proprietas eſt, quod humores de terra eleuant, & diſperſos congregant, & ſecum in altum trahunt, in nubibus vniunt, & iterum terram irrigare faciunt, ita quòd virtute radiorum fit aquarum quædam circulatio, quia mediantibus illis primo in altum eleuantur, ipſis, videlicet, illas alleuiantibus, & trahentibus, & mediantibus illis nubibus iterum terram irrigant, ipſis (videlicet) eas liquefacientibus, & mediantibus illis, iterum in altum leuantur, ſic dona Dei ad hoc ad nos emittuntur, non ſolum, quæ nobis dedit, ſed etiam, quæ pro nobis fecit, ſicut eſt incarnatio, prædicatio, & quæ pro nobis ſuſtinuit, ſicut eſt paſſio, mors, & huiuſmodi, vtnos à terra (ideſt) à terrenis affectionibus eleuent, & ira, & inimicitia diſperſos concordiæ & pacis uinculo ſimul ligent, & vniunt, & ſecum in altum per dilectionem, & contemplationem trahant: & iterum docendo, & prædicando eos, quos in altum trahunt, terram irrigare faciant, donec finaliter ad ipſum primum datorem, mediante donorum ſuorum bono vſu in cœlum eleuentur, vt ſermo in eis impleatur Apoſtolicus, quoniam ex ipſo, & in ipſo & per ipſum omnia. Tertia conditio in radijs inuenta eſt, quod quando inueniunt corpus ſolidum, & politum; quod quidem ipſos rectè per lineas rectas recipit, ad maiorem reflectuntur caloremquando vero obliquè recipiuntur, licet ad aliquem, ad paruum tamen reflectuntur caloris augmentũ, qñ vero corpus in ſe inſolidũ, cuiuſmodi eſt aer, inueniunt, nullam habent reflectionem, ita quòd aer radios recipit, ſed quia in ſe mollis

Exemplum.

eſt, calores non reddit, quando vero flores inueniunt, eos amplius odorare faciunt. Quando vero fœtida inueniunt loca, ipſis receptis amplius fœtent. Sic beneficiorum radios mali recipientes, peiores ſuperbiendo, & Deũ expugnãdo fiunt, gratiam transferentes in luxuriam. Iudæ j. (ſicut patet. G. 2.) Boni verò plus gratiarum actione, & aliarum virtutum odore redolent, peccatores vero, & ingrati, quemadmodum aer eos recipiunt, ſed nihil refundunt Tepidi vero, qui cum plena cordis facie dona Dei non recipiunt, nec in ipſum datorem directè reſpiciunt, ipſum feruenter diligendo, & laudando, manum quidem ad receptionem porrigunt, ſed faciem obliquant, quaſi vno oculo obliquè in ipſum intendendo, tales radios beneficiorum obliquè recipiunt, & paruas ore, vel opere gratias referunt, qui vero ſolidi ſunt, & boni, cum corde recto Dei & hominum dona recipientes, mediante virtute gratitudinis, illa ore extollendo, & opere ſecundum poſſibilitatem ſuam reddendo, reflectunt ad eum punctum, vt venerunt per lineam rectam, quia eundem finem intendũt, quem dator gratiæ intendit, & eodem operę aſſequuntur, ad quod opus gratia ordinatur, qui vero alium intendũt, vel aliter aſſequitur, directè radium nõ reflectit. Et ſic patet, quòd hoc, quod facit in corporibus, vel rebus quibuſcunque ſoliditas, hoc in hominibus facit virtus gratitudinis, quia ſicut in corporibus radij ad intenſum reflectuntur calorem, vicemque caloris recepti ſoliditate reciproce reddunt: ſic in hominibus ſola gratitudinis virtute retributio fit debita beneficiorum, illaque ſola ſi deſit, nihil (vt debet) redditur. Si vero ſola adſit, debitum reddit, facitque poſſeſſores ſuos gratias agẽtes ſemper. Ephe. 5. & ad Coloſ. 3.

Art. 3. ¶ In quo notatur gratitudinis, ſeu gratiarum actionis perpetuitas. Si enim

Exemplum. terra, vel flores ſine intermiſſione ſolis ardores recipientes, continuè, & ſine ceſſatione reflectiones, & odores reddunt. A fortiori ratione nos, qui ſine intermiſſione de die, & nocte Dei recipimus beneficia, ſiue conſolationis, ſiue tribulationis, tam de ipſis aduerſitatibus gratias Deo referre debemus (ſicut patet in decreto. 21. q. vlti. c. vlt.) quàm etiam de ipſis beneficijs. Exemplo cuiuſdam ſancti, de quo legitur, quod cũ omni agebat, quem in ore ponebat, Deo gratia fruſtulo Exemplo prophetę, qui ait, ſemper laus eius in ore meo. (Pſ. 33.) doctrinam tenendo Chryſoſtomi in tractatu de ſymbolo. Admoneo (inquit) vos, vt ſemper dominum benedicatis. Si venerint mala, benedicite, & diſſoluentur, ſi euenerint proſpera, benedicite, & perſeuerabunt, & Apoſtoli dicentis. (j. Theſſa. 5.) in omnibus gratias agite, non ſolum propter recepta, ſed propter recipienda, homo enim ab aliquo donum recipiens, quamdiu ſcit aliquod magnum ſupereſſe, quod detur, reddit ſe gratum, & maxime quando dans minus, ponit eum in ſpe recipiendi maius, dicens, eſto gratus, mouẽdo caput, innuendo, quod plus habebit, ſed Deus multa dando, optimum dandum gratis, reſeruat, cœlum, ponẽs eos: in ſpe illud habendi, dicens per Paulum. Col. 3. grati eſtote, quę dedit, & quæ dare poteſt, diligenter cogitando, quia hæc prima ſapientum eſt conditio: Vnde Seneca epiſtola 82. Sapiens omnia examinabit, à quo accepit, quãtum, quando, & vbi, itaque negamus quemquam gratiam referre, niſi ſapiẽtem. Secundo hęc conditio eſt Apoſtolorum. (j. Theſſa. 2.) gratias inquiunt agimus Deo ſine intermiſſione. Sed omnibus iſtis exemplis, & auctoritatibus quidam contrariantur, flores enim, feruentiores percipiunt calores, maiores reddunt odores (hoc eſt) omnia faciunt odorifera. Sed aliqui homines ẽconuerſo, dum multa dona à Deo recipiunt, ſcilicet, iuuentutem, pulchritudinem, ſanitatem, fortitudinem, longam vitam, & huiuſmodi, Deo gratias bene ſeruiendo non reddunt, ſed expectant vſque ad ſenectutem, & vſque

Exemplum. Exemplum. Exemplum.

7

que dum nox mortis appropinquauerit, ac si flores dicerent, nolumus de die odorem dare, sed de nocte, quod esset contra naturam. Quantum vero istud est contra naturam, tantum facta, & dicta illorum sunt contra rationem. Tales nonnunquam in seipsis faciunt, & in alijs fieri suadent, quod fecit quondam Mauricius Imperator (de quo in gestis legitur Beati Gregorij) quòd ordinauit, quòd milites ad militiã signati, antequàm essent de militia, vel inhabilitate, vel debilitate, seu senectute electi, ad Christum non conuerterẽtur, quos Beatus Greg. reprehendit, & in hũc modum, quasi in persona Dei scribens. Ego (inquit) de notario feci te comitem, de comite Imperatorem, subijciendo tibi milites meos, & tu à me subtrahis milites meos, cogita (inquit) quomodo ad hoc respondebis, cum ab eo tibi obiectum fuerit tantæ ingratitudinis vitium. Ita in proposito, quid respondebunt illi, qui seipsos, & alios à Deo subtrahunt vsque ad senectutem, vel (quod peius est) vsque ad mortem inclusiue? & tunc erit nimis tarde, quia ingrati spes tanquam hyemalis glacies pertransit. Sapien. 16. (Nota. M. 9. 35.) Sicut ergo Deus ĩ fortiori, & pulchriori iuuentutis (scilicet) tempore pro nobis carnem sumpsit, in qua etiam, & patiebatur, non expectando senectutẽ. Et breuiter tam tẽpore prosperitatis, quàm aduersitatis vsq; ad mortem nobis gratus extitit, ita oportet, ꝙ consimilem ei

9 ostendamus gratitudinem, ad hoc ꝙ in morte de gratitudine nostra spes augeatur, ut secure ad illius curiam, cui grati fuimus, transeamus. Propter hanc nanque gratitudinis conditionem, historijs continetur, quòd antiqui, qui plus picturis, quàm scripturis fidem dederũt, intimiusque ad uirtutum exercitium exemplis mouebantur, a philosophis uirtutum picturas obtinebant, inter quas gratitudo pingebatur, in capite scriptum habens, estas, & hyems, prope, & procul, in sembrijs uero uita, & mors, in signum, quod gratitudo uera, nec prosperitate, nec aduersitate, nec prope, nec procul, nec in uita, nec in morte amicum deserit, quia omni tempore diligit, qui amicus est, & talis in prosperitate, & aduersitate, in uita pariter, & in morte reddit suauissimũ odorem. Le. 3. gratissimi thimiamitis domino. Le. 4.

Exemplum.

¶ Et si (vt dictum est) tam prospera, quàm aduersa cum gratiarum, & gratitudinis recipiat actione, & redditione, magnam, inde consequitur vtilitatem, in uita pariter, & in morte. Art. 4.

¶ Primum patet, primo quia est intinctus sapidus qui omnia aduersa in uita ista ammodo facit leuia, & delectabilia. Amico enim grato leue uidetur, quicquid pro amico sustinet, nõ autem sic videtur ĩgrato, sic illis, qui pro Christo sustinent duram dictam, vel quodq; simile, in cuius signum in uita pa. cuidã in spiritu uisum fuit, quosdam de fratribus uilia, quosdam uero delicata comedere, cum tamen eũdem omnes comederẽt cibum, cui causam diuersitatis scire desideranti, & oranti, à Deo ostensum fuit, quòd primi cum murmure, & secundi cum gratiarum actione cibum sumpserunt, ideo primis uilis, secundis delicatus uidebatur.

10 Exemplum. Exemplum.

¶ Secundo quia meretur prosperorũ & gratiarum augmentum. Terra enim & mare solis recipientes calores, exalationesq; reddentes pluuiarum, iterum recipiunt abundantiam, dantes ergo minus (scilicet) exalationes, & fumositates merentur recipere maius, si uero nihil remitterent, nihil reciperent. Sic in proposito, qui donorum recipit calores, reddit ore, & opere gratiarum actiones, vt addatur gratia capiti tuo. Prouerb. j. Siquidem & de quodam fertur, quòd à Deo promeruit gratiæ augmentum, ꝙ super aquas tribulauit, quia de omnibus fortunis Deo gratias habeat. Reddendum est ergo minus, ut recipiatur maius. Si uero nihil reddatur, nihil dabitur, unde Berũ. sermone 35. Gratiarũ (inquit) cessat decursus, ubi recursus nõ fuerit, quia nihil augetur ingrato, sed

Exemplum.

quod accipit, vertitur ei in perniciem, fidelis autem in modico, censetur dignus munere ampliori.

11 ¶Tertio: quia in morte grato dabitur gratia consummata. Nam duæ circulationes, retributio, videlicet, donorum, & gratiarum, & dilectio, quæ à Deo, & homine nobis dantur, vel ostenduntur, quę ideo circulationes sunt, quia ab eodem incipiunt, & in eodem redeunt, sunt rota in medio rotæ (Ezechielis j.) quæ currum Helisei, & cuiuscunq; gra-
ũ. ti ad cęlum ducunt, & iustum quidem est, quòd sicut illi, q ore, & opere Deo, & homini ingrati existunt, ipsos iuramentis & factis prouocantes ad locum deducentur, ubi semper, blasphemabũt, ita illi, qui hic dignas Deo, & homini reddunt gratias ad locum deducantur, vbi semper laudabunt, ut sicut malis p turpibus iuramentis, & uerbis succedit blasphemia, pro uita inordinata pœna; ita bonis gratiæ succedat gloria, & gratiarum actioni vox laudis, vt de tali anima uerificetur illud Isa. 51. Inuenietur in eo gratiarum actio (scilicet) in præsenti, & vox laudis (scilicet) in futuro, sic Moyses, de quo dicit (Actuũ 7.) quòd fuit gratus Deo, meruit ducatum populi, & tempore mortis videre terram promissionis. Beatus ergo, qui retribuet tibi retributionem, quam retribuisti nobis (in Psal. 136.) Sic ergo esto gratus Deo, & homini, & dabiti capiti tuo augmẽta gratiarum. (Prouerbio 4.) tam in uita, quàm in morte.

Art. 5. ¶Sed ne quis frustra decipiatur, credens se gratum Deo, & homini, cum non sit, cogitationes locutiones, & operationes suas scrutetur, & ab illis,
12 an gratus, vel ingratus existat, discat. Illis enim bene examinatis, gratorum paucitas, & ingratorum apparebit multitudo. Quia pauci sunt, qui ad ingratitudinem in aliquo gradu affinitatis supra enumeratis. (F. 7. 2.) vel in aliquo de hac enumerandis non attingẽt. Quis enim illum gratum diceret, qui dominum suum gratissimum à quo multa accepisset, potius offendere vel-

Exemplum.

let, quàm socium suum, vel quanto plura ab eo accepisset, tantominus reputaret se ei obligatum, vel tardius, & rarius eius voluntati in seruitio pareret, vel qui eum plus expugnaret, vel qui abundaret de bonis domini illius, nec tamen illi indigenti, vel dare, vel mutuare de suo vellet? immo (quod peius est) cum ipso comedens ei ponit insidias, vel ipsum verbis suis ingratis prouocat, contra eius honorem narrando, & loquendo; vel qui quando dominus eo indiget, ab illo recedit. Nec tempore tribulationis permanet ei fidelis. Sic in proposito, maior populi multitudo, libentius Deum, à quo omnia habent, offendunt, quàm hominem specialiter, quando eius offensam timent, illi etiam, qui plura ab eo recipiunt, & postquam plura receperint, minus ei seruire volunt, minusque ei se obligati credunt, vt in opere ostendunt, quia tales minus tardius, & rarius Deo seruiunt. Missas celebrando, ieiunando, orando, pœnitentias faciendo, vigilando, & huiusmodi, quàm pauperes. Et (quod peius est) promissa in paupertate facta, incrassati, impinguati, non tenent (sicut ostensum est. A. 20. 18.) In quo facto similes sunt cuidam bobilino, cui nomen erat Gerardus. De quo habetur. D. 11. 17. Postremo quod pessimum est plus Deum peccatis expugnant (sicut patet. C. 4. 24.) Nec volunt ei de suo dare, vel mutuare (sicut patet. E. 3. 21.) immo cum ipso abundanter comedentes, & bibentes, non solum sua ei petenti negant, sed (quod peius est) ipsi iniuriam faciunt, ipsum iuramentis, & scurrilibus verbis prouocantes, quod non facit canis, quia dum tecum comedit, super te non latrat, quod faciunt tales contrà doctrinam Apostoli tales admonentis, (Ephe. 5.) Fornicatio, & omnis immundicia, aut auaritia, nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gra-

Exemplum.

tiarum

tiarum actio. Quando etiam Deus eis
13 indiget, vel quando pro eo aliqua pati deberent, recedunt: vellent enim fratres Christi esse secundum deitatem, sed nō secundum humanitatem (sicut ostēsum est. F. 7. 3.) Non sic Thobias, qui gratias egit Deo oībus diebus vitæ suę. Thob. 2. Sed (heu) tales non Thobię, sed pessimis Iudæis assimilantur, qui in deserto à Deo manna cibati, & à Moyse ducti, semper contra Deum & Moysen murmurabant, immo ipsum Moysen lapidare voluerunt (sicut patet Numeri 16. & Exodi 17.) quod & Deo forte fecissent, si ipsum attingere potuissent, tales nullius naturæ sequuntur bonæ conditionem, nec irrationalis, nec insensibilis, quia postquam semina, vel beneficia receperint, debitum reddent (sicut patet supra. eo c. 1. & 2.) quod non faciunt ingrati, nec hominum bonorū, quia vix habet homo ita magnum inimicū, vel ingratum, quin beneficijs, & donis eū uincere posset, & ad affectum sui trahere: vnde Seneca. lib. j de beneficijs. c. 2. per continuationem (inquit) beneficiorū, ingrati, & aduersarij efficiuntur grati, & amici. Ingratus (inquit) & aduersus vnum beneficium, aduersus aliud non erit, duorum oblitus est: tertium eorū, quæ exciderunt, memoriam reducit: Nec etiam cuiuscunq; rationis sequuntur conditionem, quia si gratitudinem ostendimus, vt beneficia in posterum recipiamus. A fortiori ratione, cum iam certi sumus de beneficijs, quæ speramꝰ: vnde Seneca in quadam epistola. Si (inquit) non dubitamus bona cōferre his, quos sperabamꝰ nobis profuturos, quales esse debemus in eos, qui iam profuerunt? Illi vero, qui contrario modo se habent, ostendunt ex opere sequenti, ꝙ præcedens ostensio nō ex honesta processit dilectione, sed potius ex amore vtili, & cupiditate.

Ar. 6. ¶Ex quo ergo, nec naturę inanimatę, vel animatæ conditiones sequuntur bo
14 nas, videndum est, quomodo omnium Exemplum. naturarum conditiones sequuntur malas. Primo in natura insensibili, simeti

sequuntur conditiones, quia sicut illud recipit calores, & reddit fętores. Sic isti beneficia, & reddunt vitia, verbi gratia, quando legendo, vel audiendo, vel quacunque occasione cogitando in corde recipit, quòd Deus est misericors, vnum radium seu calorem veri solis corde recipit, quando vero ex illa conceptione audacior fit ad peccandū, fętorem pro calore recepto reddit, iterum quando cogitat se iuuentutem, vel fortitudinem vel longioris vitæ spacia, vel bonam complexionem, se à Deo recepisse, ex qua complexione, seu iuuētute sperat sibi longam affuturam vitā, & ex hoc audacior fit ad peccandū, tunc simus est inferni, & diaboli, in quo feces (scilicet) peccati ponit, contra calores emittit fętores. Et quanto plus recipit, tanto fętidius reddit, dū tanto audacior & promptior est ad peccandum.

¶Quærēdum enim est à tali, & si qui quærant, desint, quærant ipsimet à corde suo, si in tali statu, & expectatione mori auderēt, in illa misericordia sperantes? si dicant, quòd non, inferendum est, quare ergo sic viuunt tali periculo se exponentes? qui respondebunt, quòd in misericordia Dei sperant, quibus inferendum est, quòd sic sperauit talis, vel talis, qui subita, & improuisa morte præuentus fuit, qui ad omnes tales quęstiones modo (quo dictum est) & quo tu respondis, eodem die quo mortuus fuit, requisitus respondisset. Sed dicet, spero meliorem, quam ipse inuenit, gratiam inuenire. Cui inferendum est, quòd ita sperauit ille, & ita sperauerunt omnes, qui sunt in inferno, ergo periculosè exponit, qui per passum illum ire vult, vbi tot perierunt, immo plures, quàm in aliquo alio passu, sicut patebit infra c. de spec.

¶Secundo conditionem sequuntur 15
securis, quæ cum manubrio à nemore Exemplum.
accepto, nemus prosternit.

¶Tertio nasi quod iusta vocatur, assimilantur, ꝙ suauiter liquorem recipit, Exemplum.
sed quasi cū murmure, & sonitu reddit.

Exemplum.

¶Nota etiam quomodo Lunæ assimilantur. L. 6. 3. In natura vero sensibili. Primo vermibus assimilantur, qui lignum & pannum, de quibus nascuntur, & nutriuntur destruunt. Secundo vulpi in diuersis factis, quæ in fabulis de ea continentur.

¶Primo, quia sicut vulpes ad domum gallinarum veniens, cum aliter intrare non posset, dixit se extra fame & frigorem oriturum, & illas de sua morte grauiter coram Deo responsuras allegauit, etiam quod non timerent, quia debilis erat, & eis nocere non potuit, sed postquàm intrauit, omnes occidit. Sic nonnulli ingrati Deo, & hominibus, quando in aliqua sunt afflictione, sicut quando sunt infirmati, ad Deum clamant, & multas ei promittunt emẽdationes, quando vero ab ordinarijs, à cautoria, vel officijs, vel beneficijs, demeritis suis exigentibus, suspenduntur vel priuantur vel puniuntur, se humiliant petentes intuitu pietatis, quod iterum ad solita admittantur, asserentes se viuere non posse, sed quod latrocinium facere, vel mortem sustinere eos oportebit. Sed postquàm à Deo sanitatem obtinuerunt, peiores quàm ante erant, fiunt. Et postquàm ab ordinarijs ecclesię aditus ei apertus fuerit, peius quàm pri⁹ non gallinas, sed animas mactant, quia fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ioan. 10.

16 ¶Secundo vulpi assimilantur, de qua fabulæ continent, quòd cum leoni, qui caput eius in ore habuit ad deuorandum, multa promitteret, vt illam abire permitteret, quæ tamen liberata promissum non tenuit, ita nec isti, qui in infirmitate, vel alijs angustijs Deo vouent, vel hominibus promittunt.

¶Tertio, quia sicut vulpes habens os extransuersò in gutture suo, quod extrahere non potuit, multa grui promisit, ad hoc, quòd illud extraheret, cui salarium promissum petenti dixit, sufficiat tibi, quod te, cum caput tuum in gutture meo habitu, viuere permisi: ita videtur aliquibus dimittibus, quod multa faciunt pro operarijs, & seruis suis, & subditis, quòd eos pro toto, quo eius seruiunt labore, viuere permittũt, vel quòd eis bonum vultum ostendant, vel cibum dãt, raptoribus etiam & malefactoribus multum videtur, quòd faciunt quòd non noceant, quantum possunt. Sicut quidam de quo fertur quòd cum admoneretur, quòd furta restitueret, & omnia, quæ accepit iniustè? respondit, tantum feci pro eo, quantum ab eo accepi, & sic intantum mihi tenetur, & altero quærenti, quomodo pro eo tantum fecit? respondit, quia vbi bona illa accepit tot dimisi, quæ accepisse potuissem, si voluissem. Ita iustificant se multi dicentes, homines mei eum verberassent, vel occidissent, si voluissem, vel maiora ab eo accepisse potuissem, vel plura mihi dedisset, vt pacem mecum haberet, vel potui cum occidisse, si noluissem, quando fuit in tali necessitate, & paupertate libenter mihi plus pro fruge, vel pecunia sibi mutuanda dedisset, & tunc sciuit mihi grates de pacto illo, quare modo cõqueritur mihi? videtur quòd multum feci pro eo, vel quando fuit in tali necessitate, sic eum iuui pro terra, vel pecunia, quam mihi dedit, quare ergo modo conqueritur, quòd nimis ab eo accepi, cum plus accepisse potuissem. Omnes isti vulpis prædictę habent iustificationem, & ideo partes vulpium erunt. Psal. 62.

Exemplum.

¶Tertio in natura sensibili, & irrationabili cuidam assimilantur colubro, de quo fabulæ continent, quòd cũ quidam in hyeme terram fodiendo, quasi frigore mortuum in camera sua inuenisset, pietate motus eum ad ignẽ portauit, & calefecit, vel (sicut aliqui habẽt libri) eum in sinu suo calefaciendum posuit, qui calefactus calefacientẽ momordit, quẽ calefaciens alloquitur dicens: Cur tua cauda nocet carni, dum carne quiescit? Cui respondit serpens. Sic natura docet, quæ grates soluere nescit, sic ingrati, & patet. 17

Exemplum.

¶Quarto assimilãtur anicule de qua habetur. A. 25. 30. In natura uero rõnali,

li, primo in conditionibus assimilantur latroni illi, de quo narrator scribit, ꝙ scidit crumenã hominis, qui pro vtilitate sua secũ loquebatur, tractans, quomodo melius liberari posset, sic illi, qui manibus à Deo, vel homine beneficia recipiunt, & lingua, vel opere eis nocent.

18. Iteram, quod de latronibus dicitur, ꝙ, videlicet, nunquàm diligent eos de furtis liberantes, semper de eis verificatur.

¶ Secũdo detractoribus, qui bona abscondunt, & mala ostendunt, sic ingrati, si homo multa pro eis faciat, & in uno deficiat, illud semper recitabũt, de quibus quidam in consimili casu dixit, de quibusdam, qui talem ei ingratitudinẽ ostenderunt, hos uersus, commemorauerunt incommemorabilia prætermiserunt commemorabilia.

19. ¶ Tertio Iudę assimilantur proditori, qui de cibo, & sustentationem à Christo acceptis, non contentabatur, sed ad maiora habuit oculũ munera, quę quidem aliter habere non poterat, contra

20. ipsum agere cępit Christũ à quo quicquid habere meruit, habuit, & plus. Sic nonnulli auaritiæ & diabolicæ satellites, in officijs, in quibus vicinis nocere poterunt, positi, si à prælatis, uel alijs uicinis ad prandium, uel alia solatia uocati, semel, uel bis uenerint, & sic plura, quàm meruerunt, recipiunt, nisi etiam eis munera dent, uel filijs, uel nepotibus, uel sibijpsis pensiones, & stolas, vel quouis alio colore promittant, contra ipsum cibantem, cui prius bonum fecerunt vultum, occasiones quęrunt discordię, ipsumquam, uel subditos suos modis, quibus possunt, affligentes; ingrati quidem sunt, quia de ijs, quę recipiunt ultra condignum, non agunt gratias; crudeles pro tanto, quod affligunt, quia non tãtum accipiunt, quantum cupiũt. Iniuste enim malas grates sciunt homini, quòd eorum non potest satiare auaritiam, quam nec Deus, nec diabolus, nec totus mundus (inquam) saciare potuit, sicut patet. A. 27. 4.

¶ Quarto ingrati Lucifero assimilantur, qui de bonis suis à Deo, tanquam contra Deum superbiuit.

¶ Quinto Iudęo illi assimilantur, de quo habetur. L. 3. 15. figura de omnib' prædictis ingratis. 2. Paralip. 32. de Ezechia, de quo dicitur, quod nõ retribuit Deo ſm beneficia sua, sed eleuatum est cor eius, ecce fętor. Et j Machab. 11. de Demetrio rege, qui in Antiochia obsessus, per auxiliũ Ionathæ liberatus fuit, cui multa promisit, de quibus tamẽ (sicut ibi scribitur) mẽtitus fuit ei, nec reddidit ei secundum beneficia sua. Sed vexabat eum valde, de quibus omnibus in persona Dei, & hominibus, qui talibus benefecit, cõcludit Psalmista dicens. Retribuebãt mihi mala pro bonis, & odiũ pro dilectione mea. Psal. 34.

¶ Sed forte nonnulli se excusabunt, dicentes, qũo possumus Deo gratitudinem ostendere, nihil habemus? Sed da ei cor, & eris gratissima in corde eius. Iudith. 10. Iterum forte dicẽt, & specialiter pauperes, non multũ ei tenemur, quia pauca nobis dedit, uel saltem non tãta ei tenemur, sicut diuites? Quibus respõdetur, ꝙ multum ei tenẽtur, quibus dedit, ꝙ non darent pro oĩbus mundi diuitijs, uitã enim, & corpus, & aĩam, & omnia membra dedit, de quibus unum non darent, saltem vitam pro omnibus mundi diuitijs. Et nos ad similitudinẽ suam, & non in uiliori forma creauit, cuius rei cogitatio multum nos ad gratitudinem animare deberet, unde elimã dus scribit de quodam fratre, qui dixit, quod in omni creatura ędificationem, & deuotionem ad Deum laudandum inuenit. Sed quærenti quam edificationem haberet, in videndo scurram? dixit, magnam pro tanto, quod in tot bonis naturę, fortunę, & gratiæ, me tali prætulit bestię, multum ei teneor, qui tot mihi contulit, quæ animali cuicunque non contulit, si ei ad perpetuam esses obligatus gratitudinem, qui tibi unam manum, uel oculum perditum restitueret. Ergo à fortiori: multum es ei obligatus, qui omnia dedit, cum nihil haberes, qui etiam & ei gratus fueris

Art. 7.

Exemplum.

illud. Gene. 30. gratum habeo, quod petis.

Art. 7. 21 ¶ Ex quo culpam ſuam iuſtificare non poſſunt, præter pœnas eis debitas. (A. 10. 7. cum ſequenti, & C. 2. 16.) hoc addere oportet, quod duplicem merentur pœnam, temporalem, videlicet, & æternam. Temporalis uero pœna ingratis debita eſt duplex. Vna in corpore proprio. Alia in rebus exterioribus. Prima eſt perſonalis perſonæ, qua abutitur iuſte debita, ex quo enim perſona illa, quę à tribulatione exteriori, vel ab infirmitate interiori pœnitendo, & ad Deum clamando, ab ipſo Deo liberata. Iterum contra ipſum Deum ſuperbiendo peccat, magna æquitate ab ipſo Deo ad priorem reducatur miſeriam. Exemplum ad hoc in quibuſdam parabolis fingitur Exẽplũ. de quodam homine, qui ſerpentem ſub arbore oppreſſum inueniens clamantem, & auxilium petentem liberauit, qui poſtea non vt promiſit beneficium, ſed ſecundum naturæ ſuæ conſuetudinem venenum reddidit, de quo cum à liberatore repræhenderetur, reſpondit, ſe per ipſum non fuiſſe liberatum, ſic quin ſine illo bene euaſiſſet, ad iudicem in cauſa peruentum eſt, qui iudicauit ſerpentem in periculo, in quo inueniebatur debere reponi, & ſi ſicut aſſeruit liberare ſeipſum, poſſet bene quidem, ſinautem proprio ſtaret periculo. Sic multi qui ab infirmitate, & alijs periculis, Dei virtute, & ſanctæ eccleſiæ, & bonorum virorum orationibus, & ſuffragijs liberantur, quibus poſtmodum ingrati exiſtunt non attribuentes eis illorum liberationem, ſed potius propriæ uirtuti, utpote quia iuuenes, vel fortes, vel bonę ſunt complexionis (ſicut aperte ex illorum poſtmodum patet loquela) iuſte ad eundem reducendi ſunt ſtatum, in quo fuerunt, vel fuiſſent, niſi aliud habuiſſent auxilium, quàm ſuam complexionem. Exemplum ad hoc. E. 3. 40. lex hoc confirmat. C. 4. 24. Et in authẽtica, quibus modis feudum amittitur, Coll. 10. §. 1. ibi enim habetur quòd vaſſallus propter ingratitudinem amittit feudum. Nota plura ad iſtud propoſitum. F. 3. 14. & F. 5. 5.

¶ Secundo, quia in rebus exterioribus ingratus exiſtit eis abutendo, iuſte etiam in eis punitur, ſicut patet. T. 5. 26. cum multis ſequentibus. De pœna vero, quam alibi patientur, paret ratio, quia non eſt iuſtum, quòd ingratus hic, alibi inueniat gratitudinem, hoc enim eſſet contra dictum Chriſti, qui talibus promittit, quòd eadem menſura, &c. nẽ qui parcè ſeminat, abunde metat. Tale ergo retributionem, qualẽ hic meruerunt, orat Pſal. eis reddi, dicens, ſecundum opera illorum tribue illis, &c. redde retributionem ſuperbis, hoc etiam promittit ſe Deus facturum. Deuter. 32. ijs (inquit) qui oderunt me retribuam.

¶ Et in tota iſta Dei retributione ſatis clare diuina relucet iuſtitia, ſi enim Deo diſplicuit, quod Ezechias Rex poſt liberationem ſuam de infirmitate dignas non reddidit gratias, & ideo eum iuſtè puniuit (ſicut patet 2. Paralip. 32.) ibi nanque habetur, quòd humiliatus eſt, poſtea, & poſt liberationem exaltatum eſt cor eius, quanto iuſtius puniendi, & humiliandi ſunt corpore, qui poſt liberationem, & corporis ſui ſumptionem, & peccati remiſſionem, ipſum liberantem, & remittentem, & cibantem peccando expugnant. Secundo beneficiorum iuſtè ſunt puniẽdi ſubtractione. Si mercator iuſtè ſubtrahit manum dantem à miniſtro, qui male pecunia ſua vtebatur, ergo & Deus iuſtus. Iterum ſicut dominus terrenus, qui uellet, quòd minus, cui rem, uel alia dat, data clamando ad dantis laudem, oſtenderet. Si vero non oſtendit, ſicut vellet, nõ dat iterum, ita Deus dando viris Eccleſiaſticis ordines, & beneficia, & tonſuram, quæ vult, quod ad eius exerceant, & oſtendant laudem, & honorem. Si vero, vt ingrati, illa in opere non exerceant, uel oſtendere erubeſcant, ſicut accidit illis, qui

Art. 9. 22 Exemplum.

qui consuram, & ea quæ ad sacerdotalem pertinent statum, erubescunt, capillatura, & in fronte fenestraturam habentes more laicorum, qui pecuniam colligere, pro qua ordinantur, non erubescunt, sed ordinem ostendere illis; non dabit iterum in alia uita. Sed dicet, unde, habuisti cum illis, qui recepe
23 runt mercedē suam (sicut patet E. 5.4.) Et non solum istos, sed & omnes ingratos in morte, tam in corporibus, quam in omnibus rebus, in quibus ingratitudinem exercuerunt, iuste punit, cuius facti iustitia tali patet exemplo, si dominus terrenus hominem de nihilo, secundùm modum illorum loquēdi, eleuasset, & ditasset, & multa gratia pro eo sustinuisset, factus finaliter pro amore suo pauper, & in bello plagatus, post quæ omnia, si ad domum illius ueniēs, p hospitio, uel cibo, uel potu, uel quocunque auxilio habendo, uel alijs suo nomine repulsam pateretur. Nonne post testate postmodum accepta, ingratum omnibus priuaret, & pœnis alijs affligeret? Sic in proposito, inter Deum, & nos, & postmodum auxilium à nobis petit per illos, quos suo nomine, quo ad cibum, & potum & hospitium & vestem. Iterum auxilium petit contrà inimicos, dicens, quis consurget mecū? Psal. 93. in primo casu eum non recepimus, sed quę petit, negamus, in secundo ei non obedimus, sed (quod peius est) contra ipsum cum inimicis suis dimicamus, amicitiam eis præbentes. Et quis negaret, quin iustissimè tales receptis priuaret, & pœnas adderetur maiores?

Exemplum.

24 ¶Si enim Rex filium suum carceri mitteret saracenorum, ut obsidem illū pro tua liberatione nimis esses ingratus, & punitione dignus, si illum, uel quemcunque cum eo, uel nomine suo ad te uenientem, uilipenderes, uel contra eum faceres. Sic in proposito, Deus pater filium suum nō solum ad huius mundi carcerem, sed etiam ad Crucis patibulum, pro nostra misit liberatione, noli ergo ei, uel suis ingratus esse, sed redde, quod à tē pro omnibus prædictis requirit (sicut patet. Mich. 6.) Indicabo (inquit) tibi, ô homo, quid dominus requirit à te utique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicite ambulare cum Deo tuo. Nota de ingratitudine, & pœna ingratorum in pluribus casibus (sicut patet in articulis notatis in capitulorum principijs) quando uero istos punit, illis, qui ei hic sunt grati, qui eum non uendunt non negant, illis erit gratissimus hinnulus. Prouerbio. 5. Nota. P. 2. articulo 6.

¶Gula. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Ille uilis, & fordidus, ac ciborum homo, atque plebeius æstimandus est, qui seipsum (cum Dei templum spirituale existis) nimia uentris ingluuie, Diaboli coquinam, ac infernalium suum æqualiçudum, atque cunctarum fordium foricam, & latrinam, enixè euadere contendis.*

2 *Gulosus heluo, dum omnia uentri indulgens abligurit, Dei præcepto reluctari uidetur.*

3 *Gulæ uitium animam ipsam inficere, & trucidare præclaris exemplis expromitur.*

4 *Exemplo per bello Ciri hostes suos nimo sepultos enecantes inculenter ostenditur, Dæmonem uiriliter omniquæ studio ad hoc incumbere, ut manducones & temulenti esculenta & poculenta edaciùs, atque auidius deglutiant, quo facilius eos interimere possit.*

5 *Exemplis nonnullis nobis innotescit, huiuscemodi debachationis, & edacitatis piaculum à cunctis euitandum esse: quia quampluribus uitijs aditum aperire studet.*

6 *Gulæ ingluuies ad instar diluuij Noe tempe-*

tempestates, auferens fortitudinem, ac defensionem omnes virtutes pernitiosè enervis, & diruit.

7 *Merces condigna, quam sibi commessationibus, & ebrietatibus edones comparare sanguis, tris supplicium æternum.*

8 *Ingens expensarum, sarcina seu munerus, quas voravrix gula requiris vnúsquemque potatorem, & edacem à campone, seu tabernæ ingressu amouere, & dejicere plane debet. Vbi animam pecuniæ loco insumis, & cælum simul pro obolo gulæ voluptati indulgendo amittit.*

9 *Gula, & luxuria, ac quodcunque delictum, in principio heluonibus cunctis lenia; & mollia uerba dant, & cum peccatoribus dulciter ludunt, tirannorum more. Postremo pos seuiter occidunt.*

10 *Circunstantiæ geminæ sunt extrinsecæ, scilicet, & intrinsecæ, quæ nobis, ut gulæ uoracitatem, ac auiditatem euitare studiamus maximopere persuadent. Nam externæ circunstantiæ sunt hæ, locus, tempus, & fortuna, atque tandem Christi, omniumque Sanctorum exempla.*

11 *Sancti Dei omnes una mundi abstinentia ad cæli affluentiam, & de Vigilia ad diem festum peruenire meruerunt: qui quidem, nos ad tandem sobrietatem cohortantes his tenui cibo usi sunt, ut illinc ad cælestem cœnam Dei cibis delicatioribus affluenter uesci possent.*

12 *Interna condisio, quæ ab accuratis, & compositis, uel epipasis edulijs decerpere debet, est delectationis brenitas.*

13 *Sicdaces, ac uinosi, & temulenti hodie grauis collum, uel guttur (ut nonnulli optauerunt) haberent: ab omnibus dignosci, & digito indicari nullo discrimine possent.*

14 *Gulosos, & uinolentes à superuacaneis uescis ipsorum saltim supellectilium iniusta direptio, & consumptio prorsus deterreat.*

15 *Eosdem etiam ab illa uinia efficacem inglumiæ corporis egritudo, atque afflictio abstrahere posset, & deberet. Gula enim tripliciter pœnam sustinet.*

Prima antecedit.

16 *Secunda concomitatur.*

17 *Tertia pœna eum dupliciter sequitur, in stomacho, & in toto corpore.*

Quod stomachus cibis obrutus, laborante ter offendatur, lucidè ostenditur.

18 *Quod isidem ebrij, & comedones diræ totum corpus pœna ob escarum, & potus ingurgitationem, efficiant, experimento, & ratione, atque exemplo naturali oculos pulchrè exprimitur.*

19 *Exemplum est sapientis, palam coram pluribus congregatis asserentis, nil melius sanitatem conseruare posse, quàm quòd digestus homo edat.*

20 *Mortis horrore, ac timore uoluptuosi homines, ac gulosi, à sua ipsis una cum improbis omnibus maximè timere solent; à sordido gulæ uitio amoueri debent. Hanc profectò gulam mortem edacibus afferre, plurifariam enucleatur.*

Primum ratione comprobatur.

21 *Celebri exemplo nobis passis, Deum ipsum, qui dat escam omni carni, & dat escam illorum in tempore opportuno, cibos, & potus usque ad determinatum finem, ac metam hominibus ordinasse: quam quidem escam si uoluptuosè abliguriuns uigesimi annorum spacio de qua sexagesima utique annosa uitam agere debeant, dimidiabunt dies suos.*

22 *Quamplura adducuntur exempla cum sapientum sententijs quibus gulam corpora enecare demonstratur.*

23 *Ipsum sit corporis, decessi è uita profunda cogitatio, quamcunque minimam esca, potuique deditum, à talibus carnis uoluptatibus abducere penitus debeant.*



Vlæ vitium diſſuadent. Primo, ipſius uilitas. Secundo, periculum, quod affert ipſi animæ de natura ſua propria. Tertio, quia multis peccatis uiam diſponit. Quarto, quia ad pœnam ducit æternam. Quinto computus. Sexto, locus, & tempus, & fortuna, & ſanctorum exempla. Septimo, breuitas. Octauo, conſumptio rerum temporalium. Nono, corporis afflictio. Decimo, totius computi reſolutio.

Ar. 1. ¶Ad primum ſic proceditur, ſi uile
1 reputetur, quòd homo de templo materiali faciat coquinam porcorum, & cloacam omnium immundiciarũ corporalium, propter hoc namque, quod ſaraceni eccleſiam fecerant ſtabulum equorum, reputabantur mali, & infortunati (ſicut patet B. 2. 46.) Ergo à fortiori ratione, illi uilis & turpis reputandus eſt, qui de templo Dei ſpirituali (.i.) de ſeipſo (qui templũ Dei in baptiſmo efficitur) coquinam facit diaboli, qui tãtum delectatur in guloſorum exceſſibus, quantum ipſi in ciborum ſumptionibus, qui de ſeipſo cloacam facit porcorũ infernalium, quia ſicut Aquaticulus multa recipit, unde lætãtur porci. Ita iſti, unde lætantur porci infernales, qui de templo Dei non ſicut ſaraceni ſtabulũ equorum, ſed (quod peius & turpius eſt) receptaculum faciunt dæmoniorum, qui non (ut antiqui ſaraceni) Deos aureos, uel argenteos habent in templo pulchro, ſed (quod fœtidus eſt) Deum habent putridum, & fœtidũ uentrem, quorum Deus uenter eſt, (Phil. 3.) cui ſeruiunt, & cum diligentia magna ſeruiri faciunt, in templo coquinæ, & tabernæ in altari menſæ appoſitæ cum odore incenſorum (.i.) tum ſaporibus ciborum, ipſi guloſi ſacerdotes bellis, qui inter ſeipſos, & pro eos ſuos nullam faciunt differentiam pro tanto, quia ſicut porcos paſcunt, ut pingueſcant, & occidantur, ita ſeipſos paſcunt, pro quibus paſcuis hic ſpiritualiter, & in futuro occidentur æternaliter, quia incraſſati, impinguati deliquerunt Deum factorem ſuum. (Deutero. 32.) qui non Deo, ſed uentri ſuo ſeruiunt Rom. 16.

¶Niſi forte in hoc differentiam ponere uelis, quòd animalia paſcunt pro lardario, & cibo hominum, ſeipſos uero pro lardario dæmonum, & cibo uermium. Iterum quis non diceret uile eſſe officium, tantum inſiſtere repletioni unius ſacci immundiſſimi? & illius uile eſſe dominium, qui hoc imperat? Sed hoc facit guloſus, gulæ præcepto nonnunquam contra Dei præceptum obediens, ſicut illi, qui propter cibos quietiores, & delicatiores ea dimittunt, quę ad Dei honorem, uel animarum pertinent ſalutem, contra illud Rom. 14. Noli propter cibum deſtruere opus Dei, hoc enim boni Chriſtiani factum nõ eſt, quia (teſte Hiero. in epiſtola ad Paulinum) qui Chriſtum deſiderat in illo pane ueſcitur, non quærit magnopere, q̃ de preciosis cibis, ſtercus conficiat. 2 Exemplum.

¶Et non ſolum fugiendum eſt propter eius uilitatem, ſed quia (quod peius eſt) ipſi animæ uenenoſum, & mortiferum eſt ipſam illaqueando & occidendo. Quia ſicut aucupes, & piſcatores, uolucres cęli, & piſces maris cibo ſapiunt. Ita diabolus guloſos, in quã captione ſpiritualiter contra eos cautelam exercent, qua uſus eſt corporaliter Hannibal contra Aphros. Iulius enim Sextus ſtrategematon lib. 2 cap. 5. ſcribit, quòd Hannibal miſſus à Carthaginenſibus contra Aphros rebellantes uinum uenenauit, ac dimiſit, quam fugam ſimulans, ut illo hauſto Aphros occideret, ſic diabolus cibum, & potum guloſorum ueneno miſcet peccati, dũm illis eos excedere facit, ut ſpiritualiter occidantur. Arti. 2. 3 Exemplum. Exemplum.

¶Conſimilem etiam cautelam antiquorum continet hiſtoria, de Ciro rege Perſarum, & Medorum, qui Amaſonam intrãs regionem, in qua Thamaris Exemplum.

tis Regina regnauit, quæ contra eum exercitum magnum misit, filio suo duce, quem Cyrus appropinquare audiēs, 4 iussit in tentorijs mensas ponere, & cibos copiosos apponere, quo facto illis esculentis ibi dimissis, omnes suos festinăter ad latibula proxima, quasi hostes timentes, fugere fecit. Alij uero superuenientes fame, & siti laborantes, hostes suos longius fugisse putantes, cibis inuentis auidè adhæserunt, quibus repletis, & inebriatis, Cyrus superueniens omnes trucidauit. Recte tali intentione procurat diabolus, quantum potest, q̄ gulosi, & ebriosi esculentis, & poculentis studiose, & auidè intendant, ut sicut illi corporaliter, ita isti spiritualiter occidantur. In quo facto malitioso assimilantur uicino, qui uicinum idiotam exhilarat, & inebriat, vt hæreditate sua eum decipiat, & si tali cautela multi sunt temporaliter decepti, & exhæredati de rebus, & possessionibus mundialibus, multo plures sunt ęternaliter, quam exhęredationem, seu deceptionem luent, tam ipsi propinantes, & supplantantes, seu decipientes, quando uerificabit de eis, illud Abac. 2. veh qui potum dat amico suo, mittens fel, & inebrians, ut aspiciat nuditatem eius (id est) ut decipiat eum, quàm ipsi decepti, quando uerificabitur de eis, illud Isa. 5. veh qui potentes estis ad bibendum uinum, &c.

Ar. 3. ¶Tertio non solum fugiēdum est vicium gulæ, quia in se periculosum est (ut ex prędicto patet articulo) sed (quod peius est) quia non se solum, sed magnā secum ducit societatem, multisque uitijs latruneulus iste ingressus uiam aperit (sicut patet. E. 1. arti. 2.) Et quemadmodū canis pro cibo cęcum ad diuersa loca ducit lutuosa. Et quemadmodum inebriatus faciliter ab hostibus captus corporalibus faciliter ad omnē, quo uolunt, eum ducunt locum, uel carcerem, ita caro, uel gula cibi auiditate excæcatum ad multa loca, & facta ducit lutuosa, & spiritualiter turpia, & faciliter ī omni diaboli carcere vincitur, sicut patet inductiue in his, quæ communiter, quasi specialis gulæ familia, ipsam concomitantur, cuiusmodi sunt iuramenta turpia, falsa pacta, & rumores, & detractiones: vnde Bern. in Apolo. de talibus dicit, quòd non solum fauces sumunt cibos, sed & aures, sicut rumores, & quantum ora dapibus, tantum linguæ detractionibus occupantur, ludi inordinati, & prohibiti, sicut taxillorum & huiusmodi, in talibus communiter plus delectantur pleni, quàm famelici. Iuxta prouerbiū quod dicitur, non possum ludere, neque ridere, nisi uenter plenus sit. Exemplum de Samsone. Iudi. 16. Et de Iudæis, de quibus dicitur Exod. 32. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerūt ludere. Et non solum hoc, sed (quod maioris est dementiæ) ad omnem modum duxit luxuriæ, quia (teste Hiero.) cuius testimonium in decreto habetur, dist. 44 § cum autem, uinolētus, & uenter, & genitalia sibimet uicina sunt, ut ex uicinitate membrorum intelligatur 6 confederatio uitiorum. Et postremo Exem- sicut diluuium Noe omnia destruxit plum. virentia, ita hæc omnes destruit uirtutes, dum totam aufert fortitudinem, & spiritualem defensionem, & brutis, quę ratione carēt, uiliores facit. Exemplum Iudic. 16. Samson satiatus totam destruxit domum cum omnibus cōtentis, sic hic nec tamen solum spiritualiter destruit, dum peccato mortali occidit, sed curationis, & defensionis remediū aufert, (sicut patet. E. 1. 2.) quod pulchre ostensum est. 4. Reg. 25. ubi Nabursadam Princeps cocorum, non solum Hierusalē cępit, sed & muros eius destruxit, ne defensionem cōtra inimicos Exem- haberet quamcunque. Sicut ergo in plum. ciuitate obsessa, qui curā habet de murorum custodibus, diligēter eos admonet, ne gulæ, uel somno dediti, ciuitatē amittant, & uitam. Ita Christus nos hortatur. Lucæ 21. dicens. Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda nostra in crapula, & ebrietate & curis huius uitę, & superueniat, in nos dies

5 Exemplum. Exemplum.

illa

illa repentina, mortis (uidelicet) improuiſæ, & damnationis æternæ, ſicut ſuperuenit illo guloſo epuloni. Luc. 16.

Ar. 4. ¶In quo notatur quartus articulus, & ultimus gulæ finis, & merces, quam in die illa repentina mortis ſuſcipiet gulæ debita, cum illo, de quo ſcribit
7 beatus Grego. 4. Dialogorum, ꝙ cum
Exem- ieiunare cum fratribus ſe oſtenderet,
plum. occulte manducare cõſueuit, circa quẽ morientem, tum oẽs occurrerent aliquod magnum & delectabile ab eo ſe audituros ſperantes, quia bonis moribus cernebatur, dixit. Quãdo me uobiſcũ ieiunare credebatis, occulte comedebam, & nunc ecce ad deuorandum draconi ſum datus, qui cauda ſua mea genua pedesque colligauit. Caput vero ſuum intra meum os mittens, ſpiritum meum ebibẽs obſtrahit, quibus dictis, ſtatim defunctus eſt. In quo facto iuſtitia facti oſtenditur, dum enim caput draconis os eius intrare & ſpiritum exhaurire aſſeritur, quid aliud ex parte iuſtitiæ tradentis Dei oſtenditur, quàm ꝙ peccatum, ꝓ quo draconi tradebatur in oris fuerit delectatione? & ideo os eius diabolus occuparet ad pœnã, quod prius occupauerat ad culpã: & ille ſpiritum eius ebiberet ad pœnam, qui eum frequenter bibere fecerat ad culpam. Perpẽdant ergo tales, quibus tã graue uidetur modo ieiunare per unum diẽ, qui uitam ſuam ducunt in commeſſationibus, & ebrietatibus. Rom. 13. Et ꝓ ſimbolo ſuo animam, & hæreditatem ponunt cœleſtem, ſicut patet per exemplum de illo, quo dictum eſt. A. 23. 26. quàm graue erit eis ieiunium æternũ, cum epulone nõ in pane, & aqua, quia aquæ gutta eis negatur.

Ar. 5. ¶Perpendant inſuper guloſi, quomodo reſpondere non poterunt in compu
8 to illo, de quo habetur. F. 8. 16. quam durum etiam computum reddent, & quàm grauem ſolutionẽ ſoluent, quando pœna correſpondebit delectationi cuiuſcunque fruſtilli inordinate ſumpti. Si enim ab ingreſſu tabernarum,
Exem- & ab ingreſſu uoluptatum multos re-
plum. trahit timor computi, qui in fine fit ſumptionis. Multi nanque tabernas & alia uoluptatum loca libenter intrarẽt, & de ingreſſu frequenter tranſeuntes tentantur, cui tamen tẽtationi reſiſtũt, ipſamque annullant cogitantes, ꝙ de expenſis in fine grauabuntur. A multo fortiori, quemcunque retrahere deberet grauamen expenſarum quas gula requirit, ubi non pecuniam ſolam, ſed animam expendit, & non obolum, ſed cœlum amittit. Talis enim moriens Exem-
dicere poteſt, ſicut dixit quidã in ſero, plum,
feſti illius diei, ꝙ magnum habuit finẽ, tranſijt hæc dies, neſcitur origo ſecũdi, an labor, an requies, ſic tranſit gloria mundi. In illo enim computo experientur, quid eſt de domino diabolo, & 9 Exem-
domina gula, quibus ſtudioſe ſeruierunt, ſicut de luſore, uel proditore, uel plum.
quocunque, qui aliquãdo fallaciter decipere cogitat, qui in principio illum, quem decipere vult, luerari permittit, tyrannus etiam hominem pauperẽ uenientẽ ad habitãdum in dominio ſuo, non ſtatim ſpoliat, ſed potius in principio ſe ei affabilem, & ſociabilem oſtendit, & plura leniter ꝓmittit: ſic etiã ſe habẽt cõiter tyrãni ad ſubditos ſuos in principio, quãdo dominium ſuper eos quærunt, quia aliter nõ reciperẽtur, ſed expellerentur, ſicut patet de Roboam. 3. Reg. 12. ſic (ſecundùm magiſtrum in hiſtorijs ſcolaſticis.) Archelaus filius Herodis in principio dominij ſui multa Iudæis ꝓmiſit, ut eos ad dominium ſuũ alliceret, in quo cũ eſſet ſtabilitus, in quodã feſto tẽplũ Dei multorũ milliũ Iudęorum ſanguine maculauit. Sic tyrãni moderni, ꝙ prius pulchrè loquũtur, poſtmodũ occaſiones quærunt nocẽdi, & in cõpedibus eos ponẽdi, atque ſpoliandi: ſic diabolus, ſic gula, & luxuria, & quodlibet ſm carnẽ delectabiliter ludit cũ peccatore (ſicut patet. C. 6. 61.) dicens illud Prouerb. 23. Comede, & bibe, dicet tibi, & mens eius non eſt tecum, cibos, quos comederas, euomes, & perdes pulchros ſermones tuos.

¶Et

Artic.6. ¶Et non ſolum ita,quæ finem gulæ reſpiciunt, (de quibus prædictum eſt) ipſam diſſuadent,ſed etiam aliæ circunſtantiæ tam extrinſecæ,quàm intrinſecæ nos concernentes.Extrinſecè enim, primo nos concernit locus, in quo ſumus qui pro carcere nobis deputatus fuit.Locus autem carceris ex intentione incarcerãtis magnis incarcerato ordinatur ad pęnã, & abſtinẽtiam, quàm ad gulam, & delitias. Sic ergo de pęnali carcere, in quo per Deum poſiti ſumus propter ſuam bonitatem, & cõtra ſuum præceptum aulam uolumus facere delitiarum, de aula ibimus ad carcerem. Et iuſte quidem, quia ipſe ordinauit, ꝙ de carcere iremus ad regnum, & ꝙ qui hic, uti uellet carcere (ut locus requirit) alibi carcerem non haberet, qui uero illo ita uti nollent, alibi carcerem haberent. Ergo in electione cuiuſcunque, eſt hic, uel alibi carcerem habere, qui uero alibi illum eligunt, iuſtum eſt, quòd alibi illum habeant. Secundo tempus in quo ſumus,quia eſt pęnitentiæ,quod nonnulli commutant in tempus lętitiæ contra Dei ordinationem,dicẽtis.Iſa.22. Gaudium & lætitia comedere carnes, & bibere uinum. Tertio miſera mundi fortuna, qua uidemus multos famæ affligi, non ergo eſt conueniens,quòd multa Chriſti membra fame affligantur, & diaboli membra delitijs affluant? Apoſtolus enim. 1.Corin.11. proſinconueniẽti habuit,quòd unus eſuriet,& alius ebrius eſſet. Quarto Chriſti,& omniũ Sanctorum exempla, qui per abſtinentiam peruenerunt ad cęli affluentiam, & de uigilia ad feſtũ (ſicut patet.F. 3.2.) Et hanc doctrinam docuerunt, & nos ab inimicis obſeſſos ad uigiliam,ad ſobrietatem hortabantur,dicentes illud. 1.Pet.5. Sobrij eſtote, & uigilate, quia aduerſarius ueſter diabolus, &c Circa muros animæ noſtræ iſtam viam,& opinionem tanquam meliorem elegerunt ſancti,ſtulti uero alterius ſunt uitæ, & opinionis,dicentes, illud Eccle.2. Melius eſt comedere,& bibere,& oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis. Sancti nanque hic minus comederunt, ut in cœna Dei delicatiora ſumerent. Stulti uero, qui illam cęnam non credebant,non expectabãt, & ideo comederunt,& ſaturati ſunt, & impinguati, &c.(Neemiæ 9.) Et ideo cęna illa caruerunt, qui ducentes in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcenderunt. Iob 21. Tunc eis improperari poterit, illud Iohel 1. Vlulate, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perijt ab ore ueſtro.

¶Et non ſolum ipſæ circunſtãtię extrinſecę, ſed etiam ipſa gulę conditio intrinſeca, ipſius (uidelicet) in delectatione breuitas, ipſam diſſuadet, illius nanque tanta eſt breuitas, ꝙ frequenter non delectat, niſi dum in ore, & in gutture eſt,quo pertranſito,aliquotiens cito poſt ueſſent,ſi poſſent, quod ſumpſerunt,emittere,& plus cupiunt ſumptum emittere,quàm prius cupierunt non ſumptum ſumere, qui (uidelicet) illud ad ſolam ſumpſerunt delectationem,& conſcientia cõtradicente, quòd potius ſumptum nocebit,uoluntas hoc illud emittendi, quæ ſumptionem ipſam ſequitur,illorum inordinatã oſtendit breuiſſimæ delectationis auiditatẽ, pro qua tot expenſas,& ſollicitationes, & labores appoſuerunt, pro qua etiam tot fercula, & totiens in die parauerũt, pro qua etiam frequenter ea, quę ad honorem Dei pertinent,ſicut auditus verbi Dei,& huiuſmodi,derelinquunt,dicentes,uel cogitantes,quòd ad prandiũ feſtinare uolunt, ne cibus pereat, uel uenter fameſcat,ſeu doleat,uel quia in cibis, uel potationibus,& tabernis moroſæ ſedentes,ad cibum animæ ire nolunt, quos reprehendit. Iſa.5. dicens. Cithara,& lyra,& timpanum,& uinum in conuiuijs ueſtris,& opus domini nõ reſpicitis, contra doctrinam Chriſti. Ioan.6.Operamini cibum,non qui perit,ſed qui permanet in uitam æternã, & Apoſtolorum dicentium.Actuum 6. Non eſt æquum,nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis, cuius Artic.7.

con-

contrarium faciunt, qui propter mensas, uel quaſcunque carnales delectationes verbum Dei, uel non prædicat, uel non audiunt. Omnes ergo tales;
13 qui propter huiuſmodi delectationes breuiſſimas tot committunt, uel omittunt, unum in facto ſuo dant intelligere, ꝙ (uidelicet) multo plura facerent, & omitterent, ſi delectatio illa eſſet longa, ſcilicet, gutturis tranſitus, de quo dicit Bernar. ꝙ uoluptas gutturis, quę tanti hodie æſtimatur, uix duorum latitudinem habet digitorum, eſſet longiſſimum, & latiſſimũ, quod & forte optarent, ſi poſſibile æſtimarent. Sicut ille, de quo ſcribitur, quòd de huiuſmodi delectationis breuitate dolens, orauerit, ꝙ guttur eius in longitudine collo gruis aſſimilaretur Si guloſi, & tabernæ frequentatores tale haberent collum, ab alijs cognoſci poſſent, & digito oſtendi, dicendo. Ecce ubi Bel, Deus uiuens, qui deuorat omnia. Daniel. 14.

Exemplum.

Arti. 8. ¶Quos uero pœna ęterna, uel uilitas, uel breuitas, à gula non retrahit, ſaltem ipſa rerum depopulatio, & cõſumptio, quas nonnulli plus timère ſolent, retra
14 hat. Ipſa nanque, dum eſt, in præparãdo, & ſumendo, rerum iniuſtam requirit conſumptionem, quæ ideo iniuſta dicitur, quia iniuſtum eſt, ut de rebus pro omnibus creatis unus plus, quàm debeat, & alius minus habeat, de hoc enim, in quo guloſus excedit, fame moriens ſuſtentari poſſet. Ipſa uero conſumptione tranſacta, largiorem requirit conſumptionem, ut contra infirmitatem, quam crapula intulit in electuarijs, & medicis, atque medicinis ſumptuoſis, remedia quærat, atque comparanda, quando dolor cor tangit, morſque timetur, nihil nimis reputatur earum, unde talibus ſæpe contingit, quòd multis expenſis infirmitatem corporis, & mortem incurrunt animæ, & quandoque utriuſque. Quod etiam plus expendunt circa cibi euacuationem, quàm fecerant circa eius acquiſitionẽ, vel præparationem, & quòd quantum die præcedẽti laborauit, ſtuduitque totus pro uentris repletione, tantum & plus poſt repletionem die ſequenti ſtudeat Medicus pro uentris euacuatione, cuius tamẽ ſtudium cum omnibus expenſis frequenter amittitur, quando exceſſus fortior eſt in deſtruendo, quàm medicus in ſanando, quòd ſæpe contingit, quia crapula multi perierunt. Eccleſiaſtici 37. (Nota de hac materia. E. 8. 17.)

¶Quos uero omnia non retrahunt prædicta, ſaltem ipſa, quam omnes naturaliter timent, corporis retrahat afflictio, quæ gulæ tripliciter aſſociatur, antecedenter, concomitanter, & ſubſequenter. Ar. 9.

¶Primum patet, quia fames, & ſitis non eſt ſine pœna. ſed guloſus ante prãdium, uel fameſcit & ſitit cibum, & potum, uel appetitum cibi, & potus, uerbi gratia. Statim poſt ſumptionem in mane, deſiderat appetitum, & famem prãdendi in nona, poſt prandium vero deſiderat famem, & locum pro cœna recipienda, ꝙ ſi tantum ſaccum repleuit in prandio, quòd non remanet uacuitas pro cœna, ſpecialiter ubi ſperat bona menſæ eſſe apponenda, dolet. Idem proceſſus patet de potatoribus, qui bonum habentes potum, ſitim appetunt. Et ideo illi, qui ſtudent calicibus epotandis, uacantes potibus, & dantes ſimbola. (Prouer. 23.) ſalſis, & intinctis & porris, & huiuſmodi, appetitum prouocare ſolent, cum ergo ante prandium, uel potum ſemper famem habeat, uel ſitim, quæ ſine pœna non ſunt, uel illa ſaltem habere appetat, & de non habitis doleat, quę ſine triſtitia non ſunt, ſequitur ꝙ ante prandium, uel potum in pœna, uel triſtitia eſt, qui ſemper de defectu cibi, & potus dolet uel ſacculi. 15

¶Habet etiam pœnam concomitantem, quia dum in comedendo, uel bibendo ſunt, ſi nimis parũ habẽt, dolẽt, quia deeſt cibus pro ſacci repletione, iuxta illud (Pſal. 58.) Si uero nõ fuerint ſaturati, murmurabunt, ſi uero plus habeant, quàm deuorare poterunt, dolẽt, 16

quia,

Exemplum. quia deeſt ſaccus, ſicut ille quando cibū habuit, quem multum dilexit, doluit, dicens. Heu te comedere non poſſum; quia plenus ſum, nec te dare uolo, quia te tantum diligo. Conſimiliter etiam quidam adhuc in conſimili caſu gemunt, dicentes. Quam bonus cibus

Exemplum. eſt iſte, ſi quis eum comedere poſſet. Deſiderium ergo talium ſimile eſt deſiderio dæmonum, ſeu inferni, quia ſicut infernus multos deuorando conſumit, deſiderium tamen ſemper manet inſatiabile, doletque, quòd plures deuorare non poteſt: & ideo uias & modos inferni miniſtri excogitant, quibus plures deuorare poterunt, ita guloſi, licet multa deuorent, deſiderium tamen non ſaturatur, quibus dicitur Aggæi. 1. Comediſtis, & non eſtis ſaturati (ſcilicet) quātum ad deſiderium, quo dolēt, quia plura deuorare non poſſunt, & ideo modos, vias, & diuerſos exquirunt in cibarijs, & potationibus colores, & ſapores, & ferculorū diuerſitates, vt ſapor, odoratus, color, & diuerſitas uiſa, appetitū prouocēt, ut ad plura deuorādum prouocentur. Inde eſt ſecundùm Bern. in Apologia, quòd grandia carniū fercula duplicantur, quibus totaliter intēti modum neſciunt in edendo, nempe cum prioribus fuerint ſatiati, ſi ſecundos attigerint, nidebuntur, nec dum guſtaſſent cibos, fitque, ut nec prima impediunt nouiſſima, nec ſatietas minuat appetitum, palatum quippe, dum nouellis ſeducitur condimentis, paulatim diſſueſcere cogitaret ad cibos extraneos, ueluti adhuc ieiunium reuocatur in deſideria, uenter quidem oneratur, ſed uarietas tollit faſtidium. Sic inſuper, ut dum gula uarijs prouocatur coloribus, ſuauibusque delectatur odoribus, tranſitur nimium meta neceſſitatis.

17 ¶Habet etiam guloſus pœnā ſequentem duplicem. Primam inferius in ſtomacho punctura, & amaritudinem. Secundam in toto corpore infirmitatem, de prima loquitur Bern. in Apolo. dicens. Infelix ſtomachus crebris rutibus ſe repletum indicans, cui nec eo lores lucent, nec ſapores demulcent, dum omnia ſuſcipere cogitur, oppreſſus magis obruitur, quàm reficitur, tā inſuper neceſſarium apoſtoli de utēdo uino conſilium merito nō negligunt, modico tamen, & ipſe promiſit, neſcio cur prætermiſſo, ſed cum bene uino fuerint ingurgitati, toto capite palpitātes, ſic ſurgenti a menſa, quid aliud libet, quàm dormire? Cum uero poſt primum ſomnum excitando, membra extenderint, & miſeri ſtomachi incommodum ſenſerint crapulæ non plangunt peccatum, ſed quia timent, ne in craſtino manducare queāt, & ſic de ſimbolo ſuo dolentes defraudentur, præcedentisque diei cogitantes pecuniam expenſam, & gulam commiſſam, plus dolent de expenſis pecuniæ, quàm de amiſſione animæ. Si autem ad uigilias, vel quæcunque negocia indigeſtus ſurgere cogitur, non cantum, ſed plāctum potius extorquebis. Quod etiam ſecundo infirmitatem adducit, quotidiano primo patet experimento. Nonnulli enim quotidie experiuntur, quòd in multis eſcis erit infirmitas. (Eccle. 37.) vnde & dicunt, ibi comedi talem, uel talem cibum, uel talem potum bibi, & poſtea non ſenſi me bene diſpoſitum, exceſſum tamen mendaciter negant; imponentes ciborum, & potuum qualitati, utpote dicentes, quòd ſanus non fuit, & imponere deberent quantitati, cum non qualitas, ſed quantitas eos infirmauerit. 18

¶Secundo idem patet ratione ſumpta per locum à contrarijs. Si enim abſtinentia eſt cauſa ſanitatis recuperandæ, & conſeruandę, concedere oportet, quòd gula ſit cauſa infirmitatis, & cauſa ſanitatis deſtruendæ. Sed abſtinentia eſt cauſa ſanitatis recuperandæ, ſicut patet, tam ex medicorum conſilijs, qui videntes hominem propter exceſſum maceratum; primo ei abſtinentiam imponunt, quàm etiam ex uerbis Hieronymi in epiſtola ad Iouinianū. Legimus (inquit) quoſdam morbo arti-

lari,

eulari, & podagræ humorib. laborãtes, pro ſcriptione bonorum ad ſimplicem mẽſam, & pauperes cibos redactos cõualuiſſe, caruerunt enim ſollicitudine diſpenſandæ domus, & epularum largitate, quæ & corpus frangunt, & animam, ſicut oſtenſum eſt. D. 5. 3.

19 Exemplum. ¶Tertio idem patet per hoc, ꝙ in ſecretis legitur ſecretorum Ariſtotelis ad Alexandrũ, de quibuſdam philoſophis à quodam rege congregatis, ut de ſanitatis cõſeruatione, ſaniorem & meliorem proferrent ſententiã. Pluribus uero ſententiam intellectã proferẽtibus, unus ſuam protulit, dicẽs, ꝙ melius cõſeruare non poteſt, quàm ꝙ digeſtus comedat. Tales enim, qui ſeipſos peioris non faciunt conditionis, quàm falcones, uel accipitres ſuos facerent, quibus cibũ non darent, niſi digeſtis. Qui etiam ſeipſos, quàm animalia ſua non minus diligunt, ſententiam ſequuntur ſapientis, qui dicit, non uiuo ut comedam, ſed comedo ut uiuam. Habendo igitur reſpectum ad omnia prædicta, quomodo etiam gula infirmitates, & pœnas adducit corporales, & ſpirituales, & quomodo (ſm Hiero. & habetur in decreto. de cõſe. diſt. 5. c. ne tales) craſſus uẽter groſſum ſenſum facit: quomodo etiam diuites plus crapula antecedunt concomitanter, & conſequenter quàm pauperes inedia torqueãtur (ſicut oſtenſum eſt per Bern. D. 11. 28.) Quomodo etiam (ſecundùm Chryſoſt. in lib ꝙ nullus lædit, niſi à ſeipſo) in menſa diuitis guloſi, uenter creſcere põt, & infirmitas occurrit, patet, ꝙ gula eſt fugienda, & ꝙ melior, ſecurior, & ſanior eſt abſtinentia, & buccella panis cum gaudio, & ſanitate, quàm maxima cõuiuia cũ infirmitate, & oĩbus malis prædictis.

Art. 10. ¶Qui uero oĩbus prædictis non retrahuntur tribulationibus, & pſuaſionibus, ſaltẽ mortis cogitatione, quales uidelicet erũt poſt mortẽ, retrahunt timore, mortẽ em̃ guloſi, & oẽs generaliter pctõres maxime timere ſolẽt, quã gula niſi euitet, uelociter ĩtroducit. Hoc em̃ oſtẽdunt tã rõ, q̃ exẽpla, & auctoritates.

¶Rationi nanque conſonum eſſe uidetur, ꝙ illi, quibus pro uitæ ſuſtentatione uictus eſt ad certũ ordinatus terminum, ab illo Deo, qui omnia diſponit in numero, pondere, & menſura, illum non attingant terminum, ſi totum uictum, qui uſque ad terminum duraret, unde diſpenſatus ante illum terminum, uoluptuosè uiuentes, expendant, uerbi gratia. A Deo cur (in Iob 14) dicitur. Poſuiſti terminos eius, qui præteriri nõ poterunt, de quo etiã dicitur. Eccle. 17. quòd creauit hominem, & numerum dierum, & tempus dedit illi, unicuique uiuenti determinata & aſſignata eſt meta, & methodus, ſi ſuę ordinationi ſubditus uiuat, illum attinget terminum, ſed ultra non procedet, poteſt tamen illum terminum præuenire, & mortem ſuam feſtinare, ſi uoluerit, ſicut patet in horologio de cauilla, quę labium mobile in certo expectat loco, quæ præterire non poterit, quin ibi cadat, & ſonitum faciat, poteſt tamẽ multis modis, antequam cauillam illam attingat, cadere per aliquem̃, qui illud tãgit, & cadere facit, præter ponentis intentionem, ſic in propoſito, & patet. 20 Exemplum.

¶Ex qua deductione ſequi uidetur, ꝙ ille, qui in (Pſal. 146.) dat eſcam omni carni, & qui dat eſcam illorum in tempore oportuno, pro ſuſtentatione, ad certam metam determinatam ordinauit eſcam. Sicut dominus in caſtro obſeſſo, pro determinato tempore determinata, ponit annonas: quas tamen ſi uoluptuosè expẽdant uictus trium annorum in uno expendentes anno, uſq; ad trium annorum finem, nec caſtrũ, nec uitam ſuam in caſtro cuſtodiunt. Ita in propoſito de illis, quibus Deus ordinauit uictus ſufficientes uſque ad metã ſexaginta annorum, ſi ſobrie expendant. Si uero uictus illos uoluptuoſe expẽdẽt uiginti annis, de quibus uiuere deberẽt ſexaginta, ꝙ mirabile eſt, ꝙ uſque ad medietatem uitę ſuę à Deo ordinate ipſam non cuſtodiãt, qui ante medietatem uitæ ſuæ uictibus carent ordinatis, & horologium uitæ prætet- 21 Exemplum.

Digitized by Google

Dei intẽtionem cadere faciunt. Et hãc de cauſa (teſte Pſalmiſta.) Viri ſanguinum, & doloſum non dimidiabunt
22 dies ſuos. (Pſal. 54.) Exempla ſunt ad
Exemplum. hoc plura, uita in corpore mortali cibarijs nutritur, quemadmodum lumen in lampade nutritur oleo, ꝙ enim oleũ lumini hoc nutrimẽtum facit corpori. Sicut enim oleum ordinate, & modo debito lampadi infuſum lumẽ nutrit, impetuoſe uero, & nimis abundanter inordinate infuſum, lumen extinguit; ſic in propoſito, & patet iterum, ſicut aqua in nimia quantitate uino mixta:
Exemplum. uirtutẽ eius deſtruit: ita in propoſito & patet. Item ſicut aqua, uel pluuia terræ moderate infuſa, ipſius uirtutem nutrit & confortat, ipſamque germinare facit, & dat ſemen ſerenti, & panem ad manducandum præſtabit, in nimia vero quantitate data ipſam deſtruit, & oia ſubmergit. Sic nutrimentum facit corpori Exceſſiue enim datum ſanguinẽ corrumpit, membra debilitat, uitã abbreuiat, & uelut aliud Noe diluuium,
Exemplum. omnia ſubmergit. Iterum, ſicut pinguedo in quodãm modico exiſtẽs, terram fertilem, & frugum ad debitã productionem facit maturitatem, pinguedo uero exceſſiuam, fruges ante maturitatem capita terræ inclinare cadere, terræque adhærere, & putreſcere facit. Sic in propoſito, quod pinguedo terrę, hoc nutrimẽtum corpori, moderatum enim nutrimentum uitam ad debitam inducit, & nutrit maturitatem. Exceſſiuum uero corpora terræ adhærere, ipſáque in terra ante debitam maturitatem putreſcere facit, quia (teſte Seneca epiſt. 7.) multos morbos fercula multa fecerunt, maiorque pars hominum perit. Et (teſte Auicenna) plures moriuntur cibo, quàm gladio, in fine ergo mortis quã gula adducit, patebit illud Senecæ (epiſtola 75.) ꝙ (uidelicet) quę
23 fuit ebrietas, facta eſt crudelitas. Nota de hac materia M. 4. 5. Et non ſolum corporis mors, quam gula accelerat, ſed etiam cogitatio, quid illud corpus, quod ita diligẽter nutrit, & impinguat, poſt mortem, erit multum quicunque à carnis ſuæ ſequela retrahere deberet, quando ille qui carnis ſuæ inordinata Exem-
ſequitur deſideria, guloſam & luxurioplum.
ſam uitam ducẽdo, uidet aliquem mori, uel mortuum aliquem audit, uel cogitat, quòd conſimili utebatur deſiderio præſens uidens, & abſens cogitans, quàm fętidum illud corpus, quod ita diligenter, & delicate cibauit, emittit fętorem, & tanto maiorem, quanto carnem habuit pinguiorem, quamque deformẽ oſtendit colorem, nonne ipſum iudicat, uel ſaltem rationaliter indicare poſſet, ſtultum arguens, qui ad fętoris & putridi ſqualoris augmentum, ita ſollicite carni ſuæ ſeruiuit, ipſam contra Deum, & rationem impinguendo, & delicate nutriendo. Cogiter ergo 2
in corde ſuo, dicens. Nonne iſte eſt, qui ita delicate comedebat, & bibebat, & corpus induebat, quomodo à vermibus comeditur? & terra induitur? ultraque cogitationem in ſeipſum reducat, dicens, ſibi, quoque eandem futuram eſſe fortunam, & ꝙ in alio ſtulte factum arguit, in ſeipſo non diligat, ne ei improperari poterit, quod in alienis uidẽs, & in proprijs cęcus eſt, uel in alienis Argus, & in proprijs Poliſemus (de quibus dictum eſt C. 16. 5.) quod ergo in alio arguit, in ſe deſtruat, cogitans, ꝙ ſicut modo videt aliorum corporum mortuorum miſeriam, ipſosque, quod charius ſequebantur deſideria, tacita cogitatione reprehendit, ita aliquando ſpiritus corpus uidebit proprium, ſeipſumque, ꝙ eius ſequebatur deſideria, reprehendet (ſicut oſtenſum eſt. C. 2. 10.) Non ergo quiſquis ſic carnem ſuam hic diligat, ut ſemper odio habeat, ſed ſic eã hic odio habeat, in ſeruitutemque eam ſic redigat, ut ſemper diligat, liberamque habeat, ſciens, quia qui odit animam ſuam. i. uitam carnalem, hic, in mundo, in uitam æternam cuſtodit eam. Ioan. 12. Nota de iſta materia G. 2. 41. cum multis ſequentibus.

¶Homo

¶Homo. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Hominis ratio libera optimum est; qua ipse animalia cætera excellit; sed in pluribus aliis conditionibus ipsum animalia excellunt: ut leones fortitudine, pulchritudine Pauones, & motu feræ.*

Et ratio ipsa est specifica, & distinctiua bonitas, & natura hominis, qua ab omnibus animalibus, & rebus aliis distinguitur.

2 *Omne lethale erratum, ac delictum contra hominis naturam esse quatenus homo, palam fatendum est, quia Deus rectum fecit hominem.*

Venialia uero delicta potius præter naturam, quàm contra naturam à nobis appellari debent.

3 *Nefarij homines brutales, uel animales mores æmulantes quoad corporis lasciuiam, & quoad id genus, atque seipsos captiosè excusantes, naturamque humanam causantes, dupliciter mentiuntur.*

Quilibet enim, dummodo uelit, bonus esse potest gratia assistente, quæ nunquam deest.

4 *Quare liberæ uoluntatis homo sit, duplex causa congruè tradi potest: altera quoad Deum; & altera quoad nos.*

Prima causa est ex parte Dei, quia congruum fuit, ut ei homo liberè, & sponte, non autem ui, deseruiret.

Secunda uero causa hominem tangens, & aspiciens triplex etiam est.

Prima, vt nosipsos conformemus loco, in quo moramur.

5 *Secunda, ut nostrum meritum augere, & ueram laudem acquirere congruè possimus.*

Tertia causa est, vt ipse Deus nostræ mercedis magnitudinem nobis quoquo pacto innueret, ac indicaret.

6 *Quare Deus illos, quos præscijt non assequutum iri debitum finem creationis humanæ, scilicet æternam in cœlo salutem creare non destitit, doctissimis rationibus respondetur, ac satisfit.*

7 *Celeberrimo quodam seminantis exemplo quæstio illa hoc pacto è medio tollitur, quod Deus benedictus, ac sapientissimus humanam naturam condidit, & constituit: à qua tum bonos directe reparaturos Angelorum excidium, emanandos fore non ignorauit, tum etiam malos, quos licet sciret angelicam ruinam directe repleturos minime esse, quod tamen illorum saluti, & custodiæ eorum, qui Angelorum casum restaurare debebant, non parum conducerent, inscius non fuit.*

8 *Malorum nonnulli, dum Christum dominum nostrum morte turpissima in crucem eum tollentes, decedere fecerunt bonis saluandis longè profuturum.*

Alij ad ipsorum electorum purgationem, & correctionem, ueluti Tyranni, aura ætherea uescebantur.

Et aliqui peruersi electorum probationē, atque examinationē præ se ferunt.

Malorum demum pœnas, ac supplicia electis, & bonis Deus ob oculos ponit, ut nos illorum pœnarum tenore perculsi peccata euitare conemur.

9 *Nisi essent improborum delicta iustè æterno supplicio cæsligata, atque punita; & nisi peccatores, & malos Deus ipse omni tempore damnationis minis insequeretur; nullus malum euitaret, nec ad bonum, & rectum conuerti cogitaret.*

10 *Qui concedunt, Deum creare debuisse omnes bonos quos saluandos fore non ignorauit: necessario etiam concedere debent ipsum Deum malos omnes iustè creasse, quos eum æternaliter damnandos esse non latebat.*

11 *Qui nullos damnatos esse asserunt, nullos etiam timere, uel damnatorum exemplo saluatos affirmant.*

Quia nisi damnatio esset, nec metus damnationis timor, ac tremor udesset.

12 Satis superque est in præsentiarum uerba facere de statu Angelorum, & hominum, quoad conditionem, in qua creati à Deo sunt, & non quoad conditionē, in qua eos facere potuisset, quos non fecit: quia de his, quæ facta sunt loqui, non paruimonenti esse uidetur.

13 Mali ntique sunt præter Dei intentionem; sed non præter propriam eius uoluntatem.

14 Illis, qui quærunt, & asserunt, quòd Deus omnes bonos, & malos à periculosa tentatione, & à malis culpæ & pœnæ custodire & præseruare clementer debebat, cum eos casuros, si tentarentur, maximè sciret. Respondetur; quòd si hoc debuit facere Deus: aut debuit modo amicabili, aut modo violento, & coactè Deus.

Primo modo creaturam suam, quam misericorditer fecerat, à malo præseruare, & ad bonum conuerti debuit.

15 Quod profectò ipse fecit, ut ex opere creationis, & recreationis, ac iustificationis, atque glorificationis expresse agnoscitur.

Secundo autem modo; scilicet, si, & coactè; Deus creaturam suam à periculis præseruare nequaquam debuit, quia ipse gubernando creaturam, quam cæteris præstantio, & digniorem libertate creauit, eo ornamento, eaque præstantia actutum orbasset, & spoliasset.

Hoc enim tum Deum, tum creaturam ipsam plurimum dedecet.

16 Non tamen dicimus homines necessitate naturæ, uel coactè, & contra uoluntatem malum dimittere, & benefacere, & ad Deum conuerti. Et si illos Deus aliquando tribulationibus, atque erumnis, & uerberibus pœnisque, ad sibi seruiendum trahit & arctat; Quia sic eis Deus uim non simpliciter facit neque eorum uoluntatem coactè commutat. Sed aduersus malos, quasi dominus temporalis se gerit.

17 Ratione, arte, natura, & exemplis appositè declaratur quod tametsi propria cuiusque hominis uoluntas ipsi damnationem æternam acquirat.

Primo tamen parente Adamo delinquente omnes quodammodo peccato infecti sunt, qui uoluntate quæ delinquerent caruerunt: quia pro inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi.

18 Tunc confestim quando per unius hominis delictum omnes peccatores in condemnationem constituti sumus, in quatuor miserias, seu infortunia miserabiliter elapsi sumus. Homo enim ignorat.

Primo eius statum.

19 Secundo eius euentum.

Tertio eius finem, & obitum.

Quarto aliorum occulta corda.

20 Præterea tunc, in illomet tempore, cum ob nostri prothoparentis Adami peccatum, & defectionem, atque inobedientiam, omnis homo Deo inobediens, ac defector esasit; cuncta nobis inobsequentia sese iure penitus reddiderunt: quæ quidem à Deo optimo maximo ad hoc condita fuere, ut nobis omnibus nullo tempore non famularentur.

21 Non modo creaturæ externæ quæcunque ab hominis nutu, ac imperio fidemque desciscerent; sed etiam ipsamet caro, quam impensius diligimus, & delicatius fouemus, nobis quotidiè iusta Dei sententia reluctatur, atque aduersatur. Quibus nos (proh dolor) miseri iusti deseruire cogimur.

22 Adde etiam, quòd infælici & misero homini, dum in hac lachrymarum valle uitam transigit, tria potissimum timorem incutere debent.

Primo multiplicia mala quibus undique semper replemur, & circundamur nos perterreant, quæquidem exemplo per bello ac digno exponuntur.

23 Exemplum præallegatum celeberrimum in peccatores inuehentes sigillatim enucleamus.

24 Secundo, mala omnia, quæ nobis, tum ante mortis aditum, cis in mortis transitu, & etiam post mortis exitum euenient, nos perterrefacere debent.

Primum.

Primum ante mortis aditum malum eſt uitæ correptio, atque breuitas:
25 *Secundum in mortis deceſſu malum eſt omnium bonorum egeſtas.*
Tertium uero poſt mortis exitum eſt pœnalis ſeruitus his, qui libertatis dono abuti uoluere.
26 *Tertio, malum, quod nalde eximeſcere debemus, eſt difficultas illæ triſtes caſus euadendi, & pronitas ad mala perpetranda.*

HOminis conditio eſt duplex. Vna nobilis, quam cogitare debet, ne peccatis uileſcat. Alia fragilis, quam cogitare debet, ne ſuperbiat.

¶Circa quarum conditionum declarationem. Primo oſtendere reſtat, ꝙ hominis naturalis dignitas conſiſtit in natura rationali libera, in qua cõditiones omnium excedit animalium. Secundo, oſtenditur, quòd omne peccatum contra naturam eſt humanum. Tertio, oſtendetur quare Deus fecit hominem arbitrio liberum. Quarto, quare fecit, quos præſciuit finaliter eſſe damnandos. Quinto, quare illos à damnationis cauſa non cuſtodiuit. Sexto, quare uno cadente, ceciderunt omnes. Septimo, qualis ſit hominis conditio miſera, quo ad animæ ignorantiam. Octauo, quo ad corporalem ſeruitutem. Nono, quo ad totius compoſiti timorem.

Arti. 1. ¶Primum oſtendit Seneca epiſt. 77. ad Lucillum dicens. Omnia ſuo bono conſtant, uitem fertilitas commendat, ſapor uinum, uelocitas ceruum, quàm fortia dorſo ſunt iumenta, queris in cane ſagacitas.

1 ¶Prima eſt, illud cuique optimum eſſe debet, cui naſcitur, cui cenſetur, in homine quidem optimum eſt ratio, hac antecedit animalia, in alijs, nanque multis animalia ipſum antecedunt, ſicut leones in fortitudine, pauones in pulchritudine, ſoto in motus. Cum igitur omnis res, cum bona ſua perfecerit, finem ſuum attigerit, laudabilis eſt, patet, quòd ratio ſola hominis bona eſt, ipſumque ſola perficit, laudabilemque reddit. Si enim omnia alia habent, ualetudinẽ, pulchritudinem, diuitias, delitias, & honores, &c. & malus ſit, improbabit illũ: ſi uero alijs careat, pecunia, nobilitate, clientum turba, & huiuſmodi, & bonus ſit, ꝓbabit illum Cũ ergo uerũ hominis q̃ris æſtimationẽ, & ſcire uelis, qualis ſit, nudũ in ſpice, deponat patrimonium, deponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus etiam ipſum exuat, animum intuere, qualis quãtusque ſit, ſuo aũt, & nõ alieno magnus ſit, quia quæ conditio eſt rerũ, eadem hominum eſt. Nauis nanque bona dicitur, nõ q̃ pretioſis coloribus picta eſt. Nec ꝙ argenteum, aut aureum roſtrum eſt, nec quæ opibus regijs preſſa eſt, ſed quæ ſtabilis, & firma, & inuncturis aquam excludentibus ſpiſſa, ad ferendum incurſum maris ſolida, & uelox eſt. Nec gladium bonum dices, cui deauratus eſt balteus, cuius uagina gemmis diſtinguitur, ſed qui ad ſecandum eſt ſubtilis, & de regula, non quæ formoſa, ſed quæ recta ſit, quæritur. Sic in homine quoque nihil ad rem pertinet, quantum haberet, quantum fœneret, à quàm multis ſalutetur, quàm precioſo incumbit lecto, quàm per lucido poculo bibat, ſed quàm bonus ſit. Bonus autem eſt, cui ratio explicita, & recta eſt, hoc eſt, honeſtum, & unicum hominis bonum. Sicut ergo famoſa pictura eſt, cum nulla pars errat, ſic & famoſus homo, in quo nulla peccati ſœditas eſt.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

¶Ex quibus Senecæ uerbis patet, ꝙ hominis ſpecifica, & diſtinctiua bonitas, & natura, per quã ab oĩbus animalibus, & rebus alijs diſtinguitur, eſt ipſa ratio Ex quo ſequit, ꝙ omne, quod eſt cõtra rõnem, eſt contra naturã hominis, inquãtũ homo, qñ eſt dõ inquantũ homo, nõ fit replicatio rõne naturę ſenſualitatis, quam cõem habet cum brutis, ſed ratione naturæ rationalis, per quam

Ar. 2.

quam ab omni alia natura ſpecifica differt differentia, cui contrarium eſt eſſe, quod rationi contrariatur. Cum ergo peccatum mortale rationi cõtrarietur, patet, q̃ omne peccatum mortale contra naturam eſt hominis, inquantũ homo, quia (ſicut dicitur Eccle. 7.) Deus fecit hominem rectum. Venialia uero potius præter, quàm contra naturã dicenda ſunt. (Nota. L. 7. 27.) Prædictis concordat Augu. lib. de libero arbitrio, & Sanctus Tho. 1. 2. q. 71. art. 2.

¶Duobus enim coloribus, uno (uidelicet) formoſo, utputa albedine, altero deformi, utputa nigredine, quis iſtos contrarios eſſe negaret? Illos nãque dicere non eſſe contrarios, omnẽ eſt philoſophiam negare. Cum ergo (ſicut ex prædictis patet Senecæ uerbis) ratio ſit hominis formoſitas, peccatum uero dñis ſit deformitas, iſta dicere, non eſſe contraria, omnem eſt negare rationem, ne tã tanta contrariè deformitatis potentia, uel prædominium, quod rationalem naturã ſuperare poſſit, uel ei conditioñe, ſeu qualitatem ſuam imprimere, ſicut calidum ex natura contraria prædominãte, qualitatẽ ſuam imprimit frigido, uel econuerſo, niſi ipſa aſſenſum præbente (ſicut dictum eſt. E. 2. 2.) quia libertas arbitrij fortiſſima eſt creaturarum, in tãtum, q̃ nec dæmones, nec eorum miniſtri, uel creaturæ quæcunque illam mutare, phibere, cogere, uel frangere poterunt, quantum ad actum interiorem elicitum: qui dicitur uelle, uel nolle, quin liber poſſit nolle & velle, ni ſi ipſa mutationi, uel phibitioni aſſentiat, licet illud uelle intrinſecum operis executioni ſemper demandare non poterit, ut actum illum habeat, q̃ exercitus uocatur.

3 ¶Ex iſtis dictis duplex elicitur concluſio. Prima uidelicet q̃ brutales ſequentes mores, quo ad corporis laſciuiam, & huiuſmodi, mendaciter ſe excuſant, dicentes, natura noſtra talis eſt, q̃ aliter facere non poſſumus. In hoc nanq; dicto ſi dictũ ad naturã referant humanã ſpecificã, dupliciter mẽtiũtur.

¶Primo, quia q̃ tales brutales contra rationem ſequantur mores non à natura habent humana, cui contrariantur, ſed à natura animali, quam ſequuntur: de quibus in Pſal. 48. Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis, &c.

¶Secundo (ſicut ex prædictis patet) aliter facere poſſent, ſi uellent, ſed (heu) miſeri ſuam perfidam excuſant uoluntatem, more primi parentis, & bonam, quam à Deo acceperunt, accuſant naturam.

¶Secunda concluſio, q̃ quilibet poteſt eſſe bonus, ſi uoluerit, patet: quia teſte ſacra Scriptura. Eccleſiaſt. 15. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui. Adiecitque ei præcepta, & mandata ſua: ſi uolueris mandata conſeruare, conſeruabunt te in perpetuum, appoſuit tibi aquam, & ignem, ad quos uolueris, porrige manum tuam. Ante hominem uita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Licet enim omnia, quæ bene agenda uiderit, ſemper implere non poterit, ſi tamen uoluntatem, quãtum poſſibile eſt, opere ſequenti perficit, à bonitate non deficit, nec mercede fraudabitur ab illo, qui uoluntatem ſine opere, quando operis deeſt facultas, remunerat: & ſic, gratia ſibi aſſiſtente, quæ nunquam deeſt, (ſicut patet in capitulo de gratia) in libertate cuiuſcunque eſt, q̃ ſit bonus, uel malus.

¶Huius autem liberę uoluntatis cõgrua aſſignari poterit cauſa, tam ex parte Dei, quàm ex parte noſtra, quantum ad ipſum Deum congruum fuit: ut libere ei, & nõ coacte (ſicut bruta creatura) quam participem ſuæ beatitudinis eſſe uoluit, ſeruiret. Si enim inter homines non inueniatur, qui ſeruum diligat, qui ei inuitè, & quaſi coacte, & neceſſitate compulſus ſeruiat, uel qui ad ei ſeruiendum, talem eligat, uel velit ſeruum, quare talem ei faceret, uel diligeret Deus? Ar. 3. 4 Exemplum.

¶Ex parte etiã noſtra congruũ eſt, q̃ libere ſumma uoluntatis. Primo ad deſignandum,

gnandum,seu cõformãdum nos loco, in quo sumus. Locus enim, in quo sumus medius est inter bonũ,& malũ,inter cęlum(uidelicet)& infernum, congruũ ergo uidetur,ꝙ sicut quantum ad statum mundialẽ, & exteriorẽ positus est in medio,& etiã quãtum ad statum mẽtalẽ, interioremq; hoiem in medio libertatis poneretur inter bonũ,& malum, mortem, & uitam, ut inter hominis statum exteriorem inueniatur conformitas.

¶Secũdo ad deprimendã nostrę prauitatis superbiã,& ad excitãdum nostrę fragilitatis diligentiã,cõgruè in medio positi sumus, ut uisa ex una parte nostræ fragilitatis ad malum pronitate,ad quã cadere possumus, humiliter ac diligenter nos habeamus,uisa ex alia parte nostræ libertatis fortitudine,fortiter resistamus,& omnib⁹ bonis operibus infirmitatem muniamus, & caute agamus;status noster in medio libero existit, habens à parte siniſtra periculum, ut humiliemur,à parte dextra lucrum, ut fortiter agamus.

5 ¶Tertio ad meritum nostrũ augmẽtandum,& laudẽ ueram acquirendam. Non enim meritũ de hoc, ꝙs uel laudẽ acquirit,ꝙ necessitatus,sed quòd libere agit. Talem enim commendat Scriptura. (Eccl.31. dicens qui potuit transgredi,& non est transgressus) & facere malum,& non fecit, ideo stabilita sunt bona illius in domino(uide.P.11.12.)

¶Quarto ad designandũ nostræ mercedis magnitudinem. Ex hoc enim, ꝙ Deus uoluit nos nobiliorem habere in operãdum modum,quàm alia animalia, quæ necessitate operantur naturæ, innuit nobis maiorem restare operis mercedem. Sicut enim non uĩ iustũ, ꝙ illa, quæ necessitate operantur naturæ, super naturalem habeant mercedẽ,nec etiã, ꝙ coacte agentibus merces detur infinita. Siquidẽ nec homines tales care conducunt,ita congruum uidetur,ꝙ propter mercedem supernaturalem uoluntarie agẽtibus merces detur supernaturalis,& non alijs,propter has manque causas Deus fecit hominem rectũ, quando in libera,& recta uoluntate eũ creauit. Sed(heu)ipse infinitis se immiscuit quæstionibus. Eccl.7. Quod enim se multis immiscet malis, non ex sua bona habet creatione, sed ex peruersa uoluntate: unde Bern. in lib. de libero arbitrio. Posse (inquit) peccare datum est homini, non, ut proinde peccaret, sed vt glorioſior appareret, ſi non peccaret.

¶Quod licet congruè dictum sit, quantum ad uoluntatem libertate bene uti, congruum nanque fuit, quòd illi talis essent cõditionis, quæ facta illorũ gloriosiora redderent,tamen ꝙ uolentes illa libertate abuti,ex quo abusu illorum finalis sequitur damnatio, illius facti fiat conditionis,quæ facta illorum nõ glorioſa,sed damnabilia reddit. Mirum uidetur,& non solum ꝙ liberæ facti fiat conditionis, sed ꝙ simpliciter in quacunque conditione facti sunt,qui finaliter damnãdi sunt mirabile uidetur,quam quidem admirationem auget priuatio in illis debiti finis humanæ creationis. Causa nanque finalis creationis humani generis est Angelicę ruinæ reparatio, & diuinæ in cęlo bonitatis participatio. Quantum ergo ad illos,quos præsciuit Deus illos non esse consecuturos finem, & effectum, cessare debuisse uidetur creationis effectus, q ad illos ordinatur fines, vt cessante creationis causa, cessaret creationis operatio. Et qui sua spontanea uoluntate illo fine carere uoluerit, ex Dei ordinatione, esse simul, & uoluntate caruissent. Ar.4. 6

¶Quod primo istud rõnabiliter dici uideat, exẽplo ostẽditur,causa etenim seminationis frugum,est humanæ uitę sustẽtatio,ubi ergo scis,ꝙ seminatio illo carebit fine, seminationẽ subtrahis; nec seminas,ubi scis te semen tuũ esse amissurum, qui enim talem seminare uideret, qui sciret se semen suum perdere,nonne rationabiliter ab eo quæri posset,quare seminaret,uel plantas,uel herbas,uel arbores crearet. Exemplum.

7 ¶Quibus reſpondetur, ꝙ ſi quæſtionem dirigant ad hominis conditionẽ, in qua à Deo creatus eſt, irrationabilis eſt quæſtio, quia non habet dubitationis cauſam, uel materiam, quia in optima creatus eſt conditione (ſicut ex toto præcedenti patet articulo) opera nanque illius nulla poteſt cogitatio meliorare, qui uidit cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Gene. 1. Si uero quęſtionem intelligant prout ſine, ꝓ quo habendo creantur, carent, propter peccatorum paleas, quas ipſi ex ſe producunt, quærendum eſt ab eis, quare ipſi terram ſuam ſemine bono ſeminant, ꝓ uitæ humanæ ſuſtentatione, de quo ſemine ſciunt paleas eſſe producendas? quæ uitam non ſuſtentant humanam. Sicut ergo tu ſeminas bonum ſemen, de quo fructum habere ſperas ad uitæ humanæ ſuſtentationem directe ordinatum, & paleas ad grani cuſtodiam, & ad humanæ uitæ ſuſtentationem indirecte ordinatas, inquãtum ſunt animalium nutrimentum, quæ uitã iuuãt humanã. Ita Deus humanã condidit naturã, de qua ſciuit bonos eſſe venturos, qui angelicam repararẽt ruinã directe. Et malos, quos licet ſciret nõ eſſe angelicam directe repleturos ruinam, ſciuit tamen, ꝙ ad illorum ualerent cuſtodiã & ſalutem, qui Angelorũ eſſent reſtauraturi ruinam. Dęmones nanque ad illorum ſunt exercitium, & meriti augmentum, inquantum illorum reſiſtunt tentationibus.

Exemplum.

8 ¶Malorum uero hominum, quidam ſaluãdis multũ ꝓfuerunt, dum Chriſtũ ad illorum redemptionẽ crucifixerunt. Alij uero ad electorum ſunt purgationem, & correctionem: ſicut tyranni, qui bonos affligunt (de quibus habetur. T. 5. 40.) Quis Manaſſem Regem ad Dei reduxiſſet recognitionem, & ſui correctionem (ſicut patet. 4 Reg. 21.) ſi Babilonij non fuiſſent?

¶Alij vero ad electorum ſunt examinationem ſicut peccatores quicunque, qui dum electis peccãdi præbẽt exemplum, eoſq; factis ſuis reprobis ad peccandum quodãmodo inuitant, illorum uita puerſorum electorũ eſt ꝓbatio, & examinatio ad eos examinandũ, utrum Dei, uel illorum ſequi uoluerint exemplum. Per alios uero, ſicut ꝓ ſaracenos, & alios infideles, electos ſuos probat Deus, an ex toto corde diligant contra illos, & alios peccatores, uitam ſuã, uſq; ad mortem exponendo. Omnium uero damnatorum pœnas uobis electis oſtendit, ut terror illius eſſet in uobis, ut nõ peccaretis. Exo. 20. Terrore enim pœnarum pluſquam ſpe gaudiorum maior hominũ pars peccata uitat. Si ergo oẽs prædicti mali, qui uel electos (ut prædictum eſt) ad bonum exercent, corrigũt, uel examinant, finaliter ſaluati legerentur. Si inſuper nulla eſſet, uel eſſe legeretur peccatorũ iuſta damnatio, nullaq; uera fieri poſſet peccatoribus æternæ damnationis minatio, ubi inueniretur mali uitatio, uel ad bonum conuerſio? Si enim Lucifer pro ſuperbia, & diues Epulo pro diuitijs male retentis, & gula, & alij pro alijs peccatis, in diuerſis ſcripturarum partibus damnati, minime legerentur. Quis nunc ſuperbiam, malas diuitias, gulam, & alia peccata uitaret? Et ſi Chriſtus. (Mat. 25.) peccatoribus, & quibuſcunque, in quibus opera charitatis non inuenientur, duras & æternas non minaretur pœnas, quis opera faceret charitatis?

¶Ex quibus patet, niſi eſſent paleæ combuſtioni dignæ, paucæ, uel nullæ eſſent meſſes in horeo recondendæ, qđ etiam ſicut grana non creſcunt ſine paleis ad uitæ ſuſtentationem, ita ſine dãnatorum paleis pauci, uel nulli creſcerent ad Dei laudationem. Si enim, non obſtante tanta damnatorum certitudine, & uiuorum tribulationũ minatione, tam pauci inueniũtur boni, & iuſti, ꝙ in magna populi congregatione uix inueniatur unus, quin ſit uia dãnationis, uel quin frequenter damnationem meruit mortaliter peccando, uel quin malũ mortale cõmitteret, ſi adeſſet multa oportunitas, ubi inueniretur bonus, ſi non eſſet damnatio, uel minatio.

Exemplum.

9

Si

Si enim, iſtis non obſtantibus Propheta teſte, qui ait. (Mich. 7.) Rectus in hominibus non eſt, pœnarum terroribus, & minarum aſperitatibus ſublatis, vbi rectum in hominibus inuenires? Si enim in ſeculo, quòd modo videtur, non obſtante latronum frequenter incarceratione, & ſuſpenſione, non obſtante etiã luxurioſorum punitione, & aliorum malorum, multiplici tam à Deo, quàm ab hominibus flagellatione. Non obſtante etiam, quod frequenter audiunt, & timent pœnas eis imminere æternas, tanta inuenitur bonorum, & fidelium paucitas, quòd vix inuenitur vnus, qui aliena non capiatur, vbi huius mundi confuſionem euadere ſperat, quod patet, quando de mari ex naufragio aliquid ad terram proijcitur, omnes ad illud currunt, ac ſi peccatum non eſſet, aliena tollere, quòd inſuper vix vnus inuenitur, qui non carnis ſuę deſideria, & alia mala, quæ in hoc mundo impunè facere non poteſt, faciat, ſi ergo tam hic, quàm alibi impunè trãſire poſſent, quis à malo declinaret, uel bonum faceret? Patet ergo, quòd qui uellet granũ purum habere ſine mala herba, & paleis, necaliter ſeminare vellet, neutrum haberet, quia nec ſeminaret. Sic in propoſito de Deo & hominibus.

20 ¶ A quærenti ergo, quare Deus fecit quos ſciret æternaliter eſſe damnãdos? quæri poteſt, ſi facere debuit omnes illos, quos ſciuit eſſe ſaluandos? quibus reſpõdentibus quòd ſic, inferatur, quot ergo damnandos facere debuit, quia (ſicut ex prædictis patet) ſi nulli eſſent damnati, pauci eſſent, qui bonum facerent, per quod, & ſine quo ſalutem illã nõ attingerent. Ipſis ergo cõcedentib⁹, quod oẽs ſaluandos facere debuit, concedere etiam eos neceſſarium eſt, dãnationem eſſe malorum, tanquam ſalutis illorum occaſionem, præterea concedẽtibus primum, cõcedere neceſſe eſt ſm, quia multi electorum filij ſunt damnatorum, frequenter enim legũtur patres reprobi, filios habuiſſe probos, qui ergo filium eſſe concedit producendum, patrem etiã eſſe concedere neceſſe hẽt.

¶ Cõtra hoc fortè iſtabũt, dicẽtes, quare nõ fecit ſolũ illos, quos ſciuit amore, & non dãnationis timore ei ſeruituros? Aliqui nanq, filiali ei ſeruiunt amore.

¶ Iterum quærere poſſunt, quare nõ ordinauit ſolos illos filios eſſe procreãdos, qui à patribus deſcenderent, pbis. Quibus reſpondetur, ꝙ iſtæ queſtiones contradictionẽ implicant, contra præconceſſa ab eiſdẽ. Ipſi nanq; conceſſerunt, ꝙ omnes illi eſſe debuerunt, qui finaliter eſſent ſaluãdi. Cũ ergo de ſaluandis nonnulli ſalutis initiũ, & introductionem, à damnatorũ accipiãt exẽplo, & à patribus damnatis, ſcilicet, eſſe accipiant principium, ipſis dãnatis ſubtractis, iſti nõ erũt ſaluati: ponere ergo, ꝙ illos ſolos debuit produxiſſe, eſt ponere, ꝙ multi ſaluati nũquam in rerum natura fuiſſent, quotquot enim nunc boni ſunt, ab aliquo, vel aliquibus, à principio mundi, deſcenderunt patre, vel patribus damnatis, quibus ſubtractis, ipſi ab eis procreati non fuiſſent, & ſic fuiſſent, ſicut nec eſſe poteſt effectus ſine cauſa.

¶ Si iterum quærunt, quare nõ ſolos illos eſſe ordinauit, quos ſciuit amore, vel ſaltẽ timore eſſe ſaluandos? de amore reſponſum eſt, de timore reſpondet: ꝙ iſta quæſtio ex falſo procedit intellectu. Ponere enim, quod nulli ſint damnati, eſt ponere, ꝙ nulli ſint timore, vel damnatorum exemplo ſaluati, quia ſi non eſſet damnatio, non eſſet uerus dãnationis timor, & ſic dum Eccleſia, quæ falſum vetat prædicare, talem non prædicaret timorem, nulli talem vel quemcũque damnationis haberet timorem. Illi ergo qui timore conuertuntur, & ſalui fiunt, ſublato tali timore, ſaluati non fuiſſent, nec damnati per eos, qui uolunt, quòd nulli damnandi ſint producendi, nec in cœlo erunt, quia nec bona opera, ſubtracto timore, facient, ſine quibus ad cœlum venire non poterunt, nec in inferno per eos, qui nec infernum pro hominibus ordinatum eſſe ponunt, & ſic ex illorũ

ſequitur

ſequitur poſitione, quòd nec gaudia habebunt, quæ nec meruerunt, nec pœnas, quas non timuerunt, & ſic dum eos eſſe in gaudijs, vel pœnis negant, illorum eſſe totaliter deſtruũt, & ſic ex illorum dicto ſequitur, tales eſſe, & non eſſe, ſaluandos, & non eſſe ſaluandos.

12 ¶ Si vero inſiſtant quærentes, quare Deus omnium præſcius euentuum, naturam tam Angelorum, quàm hoĩum, aliter non ordinauit, ſic quod omnes, quos ab æterno ſuæ beatitudinis, & bonitates participes eſſe voluit, ſtatim feciſſet beatos & ſine omni tali tentatione, vel tribulatione, in gloria confirmatos. Reſpondetur, quòd præſentis articuli intentio eſt, rationes, vel qualeſcunque euidentias reddere cõtra frequentes diſputationes, quæ circa hanc contingunt materiam, de ſtatu Angelorum, & hominum, quantum ad conditionem, in qua creati ſunt, quare (videlicet) ſaluandos fecit, & damnandos? & quę ſit damnationis cauſa? & quæ vtilitas ex damnatis proueniat, oſtendendo, & non quantum ad cõditionem, in qua eos feciſſe potuiſſet, quos non fecit: qui ſibi ipſi ſicut facienda, & non facienda, ita & factionis, vel non factionis quæſtio determinata derelinquenda eſt, nobis enim de ijs, quæ facta ſunt, ſatis eſt diſputare, licet dici poſſet, quòd maximum præmium ſine merito præcedenti dari non deberet. (Nota. T. j. 11. &c.)

Art. 5. ¶ Sic quòd natura Angelica, & humana in conditione libera creari debuerit,

13 quòd etiam mali, ſeu reprobi Angeli, & homines, præter intentionem, electis multipliciter cooperentur ad ſalutem: Tamen, cum ſecundum regulam iuris, nemo debeat de aliena locupletari iactura, mirum videtur, quòd Deus electos ſuos cum illorum (vt prędictum eſt in articulo præcedenti) damnatione ditare voluit: mirum enim videtur, quòd Deo imponi debeat, quòd aliquos malos eſſe voluit, vt aliquos bonos faceret. Rationabilius enim videtur, q̃ vtroſq; à periculoſa tentatione, & a malis pœnæ, & culpæ priuaſſet. Ex quo enim ſciuit eos caſuros, ſi tentarentur, quare à tentatione, & caſu, ſuam, quam miſericorditer creaturã fecerat, miſericorditer non præſeruauit?

¶ Quibus primo reſpondetur, quòd ille, qui non vult mortem peccatoris (Ezech. 18. & 33.) ſed qui vult omnes homines ſaluos fieri (j. Thimo. 2.) non vult aliquos eſſe malos. Quod enim mali ſunt prꝫter Dei intentionem, ſed non prꝫter propriam eius voluntatem. Sed ex quo omnino mali eſſe volunt, non eſt malum, quin Deus de illorum malo bonum eliciat, electos ditando.

¶ Secundo reſpondetur, eos à tentatione, & caſu, pro quanto ad eum præſeruatio attinet, prꝫſeruat, & cuſtodit. 14

¶ Quod autem dicunt, quòd Deus hominem à periculis præſeruare debuit, poteſt intelligi, quòd hoc facere debuit per modum amicabilem, aut per modũ coactionis, per modum amicabilem, ſicut pater nititur filium ad bonum attrahere doctrina, donis, & factis. Sic Deus debuit creaturam ſuam à malo p̃ſeruare, & ad bonum conuerti, quod & fecit. Nam hoc docuit in omnibus Euãgelijs, deditq́ue ei intellectum, quo ſcire potuit, quid eſſet bonum, & malum, & volũtatem, qua potuit bonum velle, & malum fugere, multa etiam pro illa fecit, ex quorum cogitatione peccatum fugere deberet, & omnia, quæ contra Deum ſunt, & odio habere. Sicut patet, primo in opere creationis, in quo eſt ad imaginem Dei, Gen. j. Creauit Deus ho: &c Huius beneficij cogitatio nos attrahere deberet ad vitæ mũdiciam, & prꝫſeruare à vilitate peccati, ſicut pulchritudo, vel dignitas imaginis Beatę Virginis Mariæ eam ſalua, ne in luto ab inuentore, vel poſſeſſore proijciatur. Exemplum.

¶ Sed (heu) homo cũ in honore eſſet, &c. (In Pſal. 48.) Secundo, in opere recreationis, in quo eius ſanguine redempti ſumus, vt ei, & non peccato ſeruiamus: Princeps nanque Chriſtianus militem ſuum de carcere redimit infidelium, vt ſub eo militet, & non Saracenis ſeruiat. Sic (teſte Apoſtolo. Ro. 6.) vetus homo Exemplum.

homo noſter ſimul Crucifixus eſt, vt deſtruat corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato.

Sed (heu) nullus eſt recordatus hominis illius pauperis Eccleſiaſt. 9.

¶Tertio, in opere iuſtificationis, quo hominem peccantem miſericorditer, & frequenter redeuntem recipit, & ſanat: ſicut pater filium, & medicus ægrotum. (Pſal. 102.) Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe, &c. Hoc enim nos ligare deberet ad charitatis feruorem; Aeger nanque gratus multum diligit medicum, qui eum ab infirmitate ſanat mortali. Sic gratus homo illum filium hominis, qui venit ſaluum facere, quod perierat, dicens. Non permanebit ſpiritus meus (id eſt) indignatio mea in homine. Gen. 6.

Exemplum.

Exemplum.

¶Quarto, in dono, quod promittit in opere glorificationis, in qua licet inferiores ſumus natura: perfectiores tamē eſſe poſſumus multis Angelis: propter quod Auguſt. li. de viſitatione infirmorum, dicit, ꝙ noluit mutare ſtatum ſuū pro ſtatu Angelorum.

¶Huius enim doni promiſſi magnitudo nos in opere bono perſeuerantes facere deberet, ſicut operarium perſeuerantem facit ſpes magnæ mercedis. Sic propter mercedem homo ſanctus permanet in ſapientia, &c. Eccleſiaſt. 27. Sed (heu) non obſtantibus omnibus iſtis doctrinis, & donis, & promiſſis, dimiſi omnes homines, vnumquemq; contra proximum ſuum. (Zach. 8.) omnesque declinauerunt, &c. in Pſal. 13. Si autem ſic intelligant dictum ſuum, quòd Deus creaturam ſuam à periculis præſeruare debuiſſet, per modum coactionis & violentiæ, dictum non ſapit neceſitatē, quia creaturam, quam creando præ cęteris libertate dignam fecit, gubernādo, illa dignitate priuaret. Nec Deo congruit, cuius gubernatio libertatis deſtructio eſſe non debet. Nec creaturæ conuenit, quòd laudem de bono opere nō haberet, quod coactè faceret, vel malum dimitteret, ſicut nec lapis de hoc, ꝙ non furatur, ligatus. Si enim Angeli, qui ceciderunt, vel homines qui peccauerūt, neceſſitate naturæ ad Deum ſe conuertiſſent, ſicut ignis neceſſitate naturę calefacit, quam laudem vel mercedē meretur homo vltra iumenta.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

¶Pater ergo, quod non decet, nec deſt, quòd neceſſitate agant naturæ, vel coactè, quia non eſt dominus terrenus, qui operantes diligit contra uoluntatē, & coactè operantes, nec tamen eſt cōtra iam dicta, quod dictum eſt. T. 5. 40. ꝙ, uidelicet, Deus quandoq; homines ad ſibi ſeruiendum tribulationibus arctat, quia talibus aduerſitatibus, nec uiolentiam ſimpliciter eis infert, nec uoluntatem illorum coactè mutat. Sed ad modum Domini terreni, qui ſeruum habet uoluntatis tepidę cum uerberibus, & pœnis affligit, ut uoluntatem eius pigrā excitet, ſicut excitatur animal pigrū de luto, ī quo iacet ſtimulo, & ut ipſe uolūtatem ſuam malam mutet. Si uero nec doctrina, nec donis, nec verberibus, à malo declinare, & bonum facere voluerit, non Deo, ſed ſibipſi damnationem ſuam imputet: Ipſi enim illorum placebit iuſta damnatio, cui non placet iuſta vita. Ex quo tamē omnino ſe in ignē præcipitare volunt æternum, Deus de eis dicere poteſt, qđ dixiſſe fertur uxor quædam de marito ſuo ebrioſo, quaſi per iſtum modum. Cum enim ipſum informaret, & frequenter de ebrietatibus, & erroribus reprehenderet, offenſus ipſam rogauit cum minis, quod illū in domo ſua ſuæ dimitteret uoluntati, quod ipſa eidem promiſit ſe uelle pactum tenere. Accidit ergo, quòd ſemel ebrius in ignem caderet, de quo cum famuli currentes eum extrahere uellent, reſtitit uxor dicens, permittatis eum in domo ſua uoluntatem ſuam habere, & iacere vbicunque ei placet, frequenter enim me reprehendit, quòd eum voluntatem ſuam habere non permiſi, quòd nunquam de cętero in hoc contra eum ero. Ex quo ergo illuc iacere uult, illuc eum iacere permittite. Iſti uxori, quæ frequenter maritum ſuum reprehenderet de malis ſuis, mala uita mariti non placuit,

placuit, nec ebrietates, & huiuſmodi, placuit tamen pœna, quæ illum excitaret. Sic in propoſito mala vita noſtra nõ placet Deo, nec mala voluntas. Sed ex quo omnino voluntatem noſtrã habere volumus, nec nobis placet, quod Deus illam impediat, finaliter quãdo in ignẽ ceciderimus, Deus dicere poterit, ſicut dixit illa, ex quo illuc iacere voluerunt, illuc iacere permittite, difficile nanque eſt illũ cuſtodire, quę ſeipſum omnino vult perdere, & precium ſuum paruipẽdere prædictum, de quo Iob 28. neſcit homo precium eius.

Art. 6. ¶ Sed cum propria hominis volũtas ipſum in ignem cadere faciat (ſicut ex prædictis patet) mirabile videtur, quare
17 primo parente peccante, omnes quodãmodo peccato infecti ſunt, qui voluntatem, qua peccarent, non habuerunt. Sed in hoc plus ratio, & ars, & natura
Exẽplũ. conſideranda eſt, quàm voluntas. Rationi conſonum eſt, quòd ſicut propter crimen lęſę maieſtatis filij exhęredãtur, ſic propter crimen diuinæ maieſtatis filij exhæredati ſunt de hæreditate cœleſti, in qua nec ipſi, nec patres illorum poteſtate haberent, antequam regi cœ-
Exemplum. leſti eſſent reconciliati. In arte etiã manifeſtatum eſt, quòd cadente fundamẽto tectum ſuper illud aſcendere non poteſt, &c.

Exemplum. ¶ In natura inſuper aptum eſt, quòd moriente corde, à quo eſt omniũ membrorum vitale principium, moriuntur & membra, ſicut etiam venenata, vel auulſa, vel deficiente, ſeu cadente radice arboris omnes rami, & tota virtus, & medulla, quæ infra arborem illam continetur, deficit, ſic per vnius, delictum. i. peccatum, & omnes homines in condemnationem, & per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti multi. Roma. 5.

Art. 7. ¶ Ex qua miſerabili fortuna in multa cecidimus inconueniẽtia, ſeu miſerias. Primo videlicet, quia ex illo tempore,
18 quo in primo peccatore omnes peccatores conſtituti ſumus, hẽt homo ignorantiam ſui ſtatus, ſui caſus, ſui obitus, & alterius cordis.

¶ Sui ſtatus, quia neſcit homo, vtrum amore vel odio dignus ſit. (Eccleſiaſt. 9.) Exẽplũ.
antequã illius, ſicut talpæ, mors aperiat oculos, hic inſtigat nos ad multiplicationem boni operis, ſicut homo in cauſa ſua dubia conducit aduocatos; hoc. n. quicunque amicus ſapiens tali conſulit, ſic Propheta conſulit nobis. Mich. 6. Indicabo tibi, ò homo, quid ſit bonum, & quid Deus quærat à te, vtique facere iudicium confeſſionis de te, & diligere miſericordiam (ſcilicet) quo ad proximum. Exẽplũ.

¶ Secundo ſui caſus vel euentus, ſicut nauigans in mari pugnans in bello. (Eccleſiaſ. 8.) multa hominis affligit, q ignorat prętcrita, & futura nullo poteſt ſcire nuncio, hoc enim ligat hominem ad diligentem conſiderationem ſuæ cõditionis, quia ſapiens eſt, qui ita ſtatum ſuum diſponit, quòd malum ei ſpiritualiter nocere non poterit, quando venerint, & econuerſo, ſtultus eſt, qui ſtatum ſuum ignorando aliorum quærit ſcientiam, vel poſſeſſionem, cũ nec ſeipſum ſciat, vel habeat, tales reprehendit ſcriptura. (Eccleſiaſt. 7.) quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cum ignorat, quid ſibi conducat in vita ſua tempus, quod velut vmbra, præterit.

¶ Tertio, ſui obitus, ſicut enim auis 19
laqueum, & piſcis hamum ignorat abſconditum, ita neſcit homo finem ſuũ. Exẽplũ.
(Eccleſiaſt. 9.) hoc obligat nos ad mũdanæ proſperitatis contemptum, quia neſcimus, quando illam derelinquimus in morte, in qua quod prodeſt homini, ſi lucretur vniuerſum mundum. Matth. 16.

¶ Quarto cordis alterius, quia ſicut Exẽplũ.
cęcus ignorantiam habet de coloribus, ſicut etiam in alijs rebus oculatus, quæ extra apparent, tantum modo videt: ita (teſte ſcriptura. 1. Re. 16.) homo videt ea, quæ parent, dominus autem intuetur eor hoc fugere docent ſufficientia iudicia, Ro. 2. inexcuſabilis es, ò homo, qui iudicas, in quo enim alium iudicas, teipſum condemnas.

¶ Secundo,

Art.8. ¶Secũdo, ex illo tempore, quo in primo parente Deo inobediens factus est homo, omnia facta sunt inobedientia, in grauemq́ue animalium incidit seruitutem, quę tamen facta sunt, vt ei seruirent.

20 ¶Pro quo est sciẽdum, ꝙ homo creatus fuit, vt semper viueret, si vellet, ignis vel aqua vel creatura quæcũque, si non peccasset, ei minime nocuissent, fuitque quodãmodo mediũ inter Deũ, & oẽm inferiorem creaturam, fuitq; caro spiritui obediens, habuerũtq; inter se pacẽ, omniaq; ei obedientia fuerunt, quãdiu ipse obediens suo fuit superiori, homini nanq; facto, omnium istorũ dñium dedit, dicens, dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quę mouentur super terram. (Gen. j.) quorum quidem dominiũ tenuit homo pacificè per cartam innocẽtię, obedientiæ, originalis iustitię, & cæterarum virtutum, unde sigillatam sigillo authentico. i. Dei similitudine, quod quidem authenticum dicitur, quia principis sigillum authenticum est, sicut patet in decretali. li. 2. ti. 22. de fide instrumentorum. c. cum dilectus.

21 ¶Istis enim, carta, & sigillo bene custoditis, nunquam caro spiritui, vel animalia, vel creaturæ quæcunq; homini rebellassent. Sed, heu, literis illis nunc deletis, & sigillo deturpato, non solum animalia, & creaturæ forinsecę, sed etiã ipsa caro, quam tñ diligimus, & quàm tam delicate nutrimus, nobis rebellat.

¶Inter quas creaturas rebellãtes, hominiq́; aduersantes, miser homo, qui ad laborem nascitur. (Iob 5.) torquetur, & diuersis impletur tędijs (quemadmodũ bufo inter dentes Mustelæ) & hoc iusto Exemplum. quidem Dei iudicio, vt qui suo voluit rebellare superiori, omnia inferiora sibi habeat rebellantia, & quòd ille, qui ratione factus est omnibus superior, peccato factus inferior, omnia ei essent superiora, homo nãq; ratione omnibus animalibus est inferior, & peior, quia omnia animalia aliquo modo id faciũt, ad quod facta sunt, quodq; eis à natura incumbit, sicut bos arare: equus portare, canis domũ custodire, & aĩalia capere, & breuiter cũcta, q̃ rõne carent, beneficijs, vel pœnis domesticantur, & qđ ratio iubet, faciunt, miser vero peccator rõnem habet, & tñ ẽm rationem viuere nõ vult, nec illud facere, ad ꝙ ordinat, tã à Deo, quàm a natura quã habet rõnabilẽ, in hoc ergo inferiorem, & peiorẽ omni aĩali se esse ostendit, qui ergo omnibus inferior est ad culpã, iustè ab omnibus affligitur ad pœnam. Et qui libertatis, & dominij priuilegio, in quo factus fuit, abutebatur, iuste ijs priuatus fuit, ingo subditus seruitutis. Sic patet, ꝙ propter causas prædictas, homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Iob 13. Exemplum.

¶Non solum quantum ad ignorantiam, & impotentiam, & seruitutem (vt prędictum est) sed etiam quo ad multiplicem, & cõtinuum timorem, homini 22 nanq; in hoc lachrymarum carcere cõstituto, tria timorem incutere deberẽt, mala, uidelicet, quib⁹ semper circũdat, & mala, q̃ multis in posterum ventura sunt, & difficultas mala ista euadendi. Art.9.

¶Primũ patet p exẽplũ, quod elicitur de libro Barlaã quasi per istũ modũ, de quodã Rege potẽte, qui requisitus à germano suo, quare cũ esset in delitijs, diuitijs, & honoribus, cũ alijs ridẽtibus, & gaudẽtibus nõ gaudebat? nec vultũ hilarẽ ostẽdebat, antequam fratri suo de hoc respõderet, puteũ altũ parari fecit, in cuius fundo ignẽ copiosum accẽdi, & fratrẽ suũ in cathedra putrida super puteũ collocauit, habẽtem quatuor lãceas, ex quatuor eius partib⁹ ita ordinatas, ꝙ ferrũ illarũ ex oĩ parte eius corp⁹ tãgebat, gladiũ insup acutissimũ minuto, & fragili filo ligatum super eius pependit caput. Istis sic ordinatis mẽsam, & cibaria corã eo tremẽte, & mortẽ expectante appositi, cui ẽt iocos addidit, & melodias, cuius facies tristis omnia refutauit, nullamq; recepit consolationẽ, cui rex. Quare cum omnia habeas delectabilia, tristem ostendis vultum? cui ille. Quomodo (inquit) vultum hilarem Exẽplũ.

larem oſtendere potero, qui ex omni parte tot circundatus ſum periculis, ex quibus naturaliter in breui mortem expecto? Plus cogitare libet, quomodo euadere potero: Cui Rex per dictum tuum, quæſtioni tuæ, quam pridie à me quæſiuiſti, reſpondeo, quia ſi tu gaudere non potes (vt aſſeris) propter pericula, quæ corpus tuum circũdant, ex quibus ſola mors imminet corporis, quæ in breui finitur hora: quomodo potero ego, vel quicunque peccator gaudere, qui in conſimilibus ſumus periculis, quo ad animam, ex quibus mors imminet æterna, cum in omni periculo, in quo tu es corporaliter, & temporaliter, tu, & ego, & quiſcunque alius ſit ſpiritualiter, & ęternaliter? Quia ſicut tu ſub te ignem habes extinguibilem, ita habet anima peccatrix ſub ſe ignẽ inextinguibilem, habet etiam cathedrã putridam, corpus, videlicet, quòd putridæ diſpoſitiones, & intrinſeci ſqualores, apoſtemata, & diuerſe infirmitates fragilius & periculoſius reddunt omni ligno putrido, quia putrido ligno prouideri poteſt, eiusque defectui poteſt per aliud lignum ſuccurri, ipſumque bene cuſtoditum ſine fractura diu integra ſeruari poterit, ille vero diſpoſitiones frequenter ita occultæ ſunt, quòd nec videri, nec iuuari poterunt, ipſæque, qui has habet, quantocunque bene cuſtoditur, morte frangitur, habet etiam ante ſe lanceam mortis, ad quam fortiſſimè currit, habet poſt ſe lanceam remorſus conſcientię, ex peccatorum prętheritorum recordatione, habet à dextris lanceam mundanæ proſperitatis, quæ multos ad partem illam nimis inclinãtes perforauit, & ſpiritualiter & corporaliter occidit, habet à ſiniſtris lanceam aduerſitatis, & tribulationis, quę multos murmurando, furando, & alia mala committendo, occidit, habet ſupra ſe gladiũ diuini iudicij omni gladio acutiorem, de quo Apoca. j. In ore eius gladium habebat. Quem ergo dolores inferni ſic circundederunt, maiorẽ habet materiam fletus, & cogitationis, quomodo euadere poterit, confitendo, & orando cum Pſalmiſta dicente. (Pſ. 31.) Erue me à circũſtantibus, quàm gaudij.

¶Sed, heu, pauci uidentur de hoc, in quo ſunt, periculo cogitare, illi nanq; qui lętantur, cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. (Prouerb. 2.) gulæ, & luxuriæ, & huiuſmodi parum cogitãt, quàm durum erit de taberna gulę, & camera luxuriæ deſcendere in puteum illum, in quo ignis, & ſulfur erit pars calicis eorum, lectus vero ſtratus cum carbonibus deſolatorijs. Qui vero ſe alijs onerant bonis, non cogitant, quàm fragile eſt fundamentum .i. ipſimet, ſuper quos talia imponunt onera, cogitare deberent, quòd ſi putrida (de qua prędictum eſt) cathedra oneretur nimium, cito cadit, ita ipſi onere alienorum onuſti bonorum, in puteum cadent inferni, nec mirum, quòd ſic onuſti aſcendere non poterunt. Qui vero p ſuperbiã ſuper alios in corde, loquela, vel opere ſe extollunt, uel alijs inuidẽt, uel alios odio habent, de lancea nõ cogitant mortis, quæ eos quos ſuperbia ſuper alios extollit, alijs ęquabit, illos, quos ira, & inuidia ab alijs diſiungit, intantũ quòd non poſſunt in vna domo, vel villa, uel patria ſimul in pace habitare, cum illis coniunget, in vna eos ponens terra, vnoque uermium lardario, atque vna pęnarum domo. Qui uero de peccatis ſuis reprehendi, vel cõfiteri noluerint, quia lancea hic peccatorum ſuorum remorſu, & cogitatione nõ feriuntur, in mortis articulo illa feriẽtur, quando grauius vulnerabit, illo lanceã illam uibrãte, (de quo habetur. D. 2. 7.) Qui uero mundi proſperitatem, & honorem cœli pręponũt proſperitati, qui potius Deum, quàm amicos offendere eligunt, pro eis falſa iuramenta, & teſtimonia perhibendo, qui potius cœlum, quàm denarium perdere volunt, de lancea non cogitant à dextris, quomodo tales proſperitas ſtultorum perdet eos. (Prouerbio j.) Et ideo per illã ſpiritualiter occiduntur. Qui uero pro volitorũ defectu contra Deum murmurant, &

23

contra

contra proximum furantur, de lancea cogitant à ſiniſtris, quę eos temporaliter depauperat, quia dum ſic acquirere nititur, pauperior erit, dumque quaſi inopia reſtitutionem differt, continuè ad reſtituendum impotentior fiet, quia omnia elabuntur, & æternaliter perdit. Illum uero, qui iuramentis Deum in ſeipſo uel falſis, uel detractorijs iudicijs, in ſuis membris expugnant, de lancea non uidentur cogitare extremi iudicij, in quo licet nunc ad tempus pręualeant, tunc uincentur. Iſta ergo cauēdo, beatus homo, qui ſemper eſt pauidus. (Prouerb. 28.) propter mala quibus circundatur.

24 ¶ Secundo, timorem incutiunt mala uentura, tam ante mortis aditū, quàm in mortis tranſitu, quàm etiā poſt mortis exitum. Ante enim mortis aditum, vitæ habemus breuitatem, in mortis tranſitu, omnium rerum paupertatem, poſt mortis exitum, pęnalitatem, duo prima ſunt certiſſima, tertium uero timendum eſt.

Exemplum. ¶ Certitudo enim primi ex hoc appareat, quòd uita hominis eſt, ſicut uapor ad modicum parens, ſicut fumus aſcendendo uento mortis deficiens, nec poteſt quiſquam ab illo ſe impulſu cuſtodire, quia non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet homo poteſtatem in die mortis. (Eccleſiaſt. 8.) Exemplum. hoc ligat ad diligentem pręmeditationem de illo tranſitu, ſicut nauigaturus in mare diligenter cogitat, quomodo, & ubi illud tranſire poterit, & peregrinus ſollicitatur in extranea patria de hoſpitio. (Eccleſiaſt. 11.) Si multis annis uixerit homo, & in ijs lętatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis. Certitudo ſecundi quotidiano experi-

25 mento patet. Quotidie enim uidemus, Exemplum. quòd illi, qui diuitias congregāt ſunt, ſicut oues, quę lanam portant ad tēpus tonſionis, nō ſibi, ſed alijs aries ſua uellera portat, ſic cum dines factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria Exemplum. domus eius, cum interierit non ſumet (in Pſal. 48.) hoc ligat ad ſpiritualium inquiſitionem. Quia ſicut mercator, qui emit immobilia, quando uidet alium, qui talem non fecit prouidentiam, omnia ſua in mare amittere dicit feliciter. Ita malis diuitibus tunc omnia perdentibus, dicetur. Beatus homo, qui inuenit ſapientiam, & cui affluit prudentia, melior eſt acquiſitio eius negociatione auri, & argenti. Prouerb. 3. Poſt mortis uero exitum, pęnalis timendus eſt ſeruitus ijs, qui libertate abutūtur. Cum enim ſeruitus pęna ſit, vtpote contra illud, quod in nobis ſupremum eſt, intantum quòd non inuenitur, qui libenter homini ſubeſſe uelit, niſi pro commodo proprio, quantæ pęnalitatis erit ſeruitus illa, penſet, in quā omnibus iuſtè ſubijcientur dęmonibus? iuſtè propter hoc additur, qđ dicit Aug. li. 3. de libero arbitrio, quòd illa eſt peccati pœna iuſtiſſima, vt amittat unuſquiſque illud, quo bene uti noluit, vt qui ſciens rectè non facit, amittat ſcire, quid ſit rectum, & qui rectum facere cum poſſet, noluit, amittat poſſe, cum uellet. Tertium malum quod 26 timorem incutit eſt difficultas euaſionis & pronitas perditionis, de homine Exemenim forti, & audaci, & uolente fortiter plum. agere in periculis non deſperatur, ubi de habente conditiones contrarias deſperatur. Sic in propoſito, ſi eſſemus homines, ut eſſe deberemus, non eſſet timendum. Sed, heu, graues, & ponderoſi ſumus ad bonum, & ad ſalutem noſtram procurandum (ſicut oſtenſum eſt. C. 2. 8.) ſicut etiam quotidiana docet experientia, quia uidemus, quòd homines libentius laborant, & expendunt circa uana, quàm utilia, de quibus (in Pſalm.) filij hominum, ut quid diligitis uanitatem, & proni ad malum, & ad ueſtram procreandam perditionem, ſicut furioſus, ita ſenſus & cogitatio hominis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua. Gen. 8.

¶ Homi-

¶Homicidium. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium duplex eſt, ſcilicet, corporale, & ſpirituale, homicidium vero ſpirituale ſeptem modis fieri dicitur.*
Primum ſit odiendo.
Secundum detrahendo.
Tertium mala exempla dando.
Quartum malè conſulendo.
Quintum, nocendo.
Sextum opprimendo; & ſeptimum ſit victum ſubtrahendo.

2 *Homicidij autem corporalis diſcrimina, ac grauitates vberius oſtenduntur, ex lucro ingenti, quod Diabolus facit.*

3 *Eiuſdem homicidij corporalis difformitas, & grauitas ex ipſa ſatisfaciendi difficultate elicitur.*

4 *Qui proximum temporaliter, & æternaliter (vt in prædictis caſibus dictũ eſt) interficit; ab ipſo Deo & temporaliter, & æternaliter trucidabitur.*

5 *Improbos homicidas ab homicidio temporalis vindictæ formido, quæ tribus modis ſæpius ſit, abducere ac terrere debet.*

6 *Primo modo temporalis vindicta in homicidas à Deo ſit, reſiſtendi efficacia. Secundo modo, ſanguinis clamore, & tertio modo mirabili miraculorum manifeſtatione.*

7 *Exemplis pluribus patet, Deum decenter de homicidis diuerſam ſumere hac in vita vindictam, atque vltionem.*

8 *Nullus manum Dei vltricem effugere valet, quin eos pro eorum ſceleribus vliſcatur.*

9 *Aequum eſſe agnoſcitur eos tanquam lentos, & feros homines, qui proximum corporaliter, & ſpiritualiter (quoad fieri per ſe poteſt) interimunt, corporaliter ſimul, & æternaliter occidi, & hac præſenti vita tot pœnas ſuſtinere, quot pro fratricidio Chainum parum eſſe legitur, quæ quidem pœne ſeptem fuerunt.*

10 *Septem illæ Chaini imprecationes, ſeu pœnæ cuilibet homicidæ iure optimo cõuenire oſtenduntur.*

11 *Qui imaginem mortuam, vel ſtatuam lapideam terræ Imperatoris ac Regis euertit, frãgitque, ac deſtruit, pœna capitali, vel morte punitur. Sic à fortiori. Ille dirus homo, qui viuam Dei imaginem (ſcilicet aliam hominem enecando) perimere & deſtruere totis neruis contendit, à Deo, vel homine internecari meretur.*

12 *Quomodo, & quare eorum excuſatio ſurdis auribus non auſcultatur, qui proximum occidiſſe fatentur, quia improbus, malusque homo erat, quamplura ſcelera tota eius vita tam homicidia, ac forta, tum etiam adulteria, et ſtupra, atque id genus impudenter perpetrãdo.*

13 *Quibuſdam ſanè legibus luculenter declaratur, illos immanes homines largè errare, qui proximum percutientes, ac non leuiter ſaucianes, cum internecandi voluntate, atque intentione, ſeſe coram Deo homicidas irregulareſque & culpæ homicidij reos, fore nentiquam credunt.*

14 *Duæ exiguntur conditiones, ad hoc, vt eorum homicidarum aſtrumentum proximum neceſſe, ſuimet tuendi ſtudio, excuſatio ſuſcipiatur.*

HOmicidij. Primo, ponẽda eſt diſtinctio. Secundo, illius oſtendendum eſt periculũ, & culpæ magnitudo, ex hoc quòd eſt diabolo multum lucratiuum. Tertio ex ſatisfaciendi difficultate: Quarto, ex pœnæ æternæ diuturnitate. Quinto, ex temporalis vindictæ certitudine. Sexto, vtriuſq; pœnę oſtendetur iuſtitia. Septimo, homicidarum reſponſiones cum reprobatione.

¶ Ad primum ſic proceditur, homicidiorum aliud ſpirituale, aliud corporale.

¶ Primum vero ſeptem ſit modis, Ar. 1. odiendo, detrahendo, mala exempla 1 dando,

Digitized by Google

dando,male cõsulendo,nocendo,opprimendo,uictum subtrahendo.

¶Primum probatur sic.1.Ioan.3.ubi habetur,quòd omnis,qui odit fratrem suum homicida est sui(scilicet) ipsius, principaliorem in eo partem.i. animã occidendo, illo namque solo odio tantum seipsum destruit, & occidit qđ si in toto uita nullum aliud cogitaret, loqueretur,aut faceret malum,si in super hoc in corde habens malum, sua omnia pauperibus daret, & omnia alia bona faceret, quæ facere posset, si postremo hoc malũ in corde suo habens, moreretur,& pro eo post mortem omnia bona mundi in eleemosyna distribuantur,& omnes sacerdotes pro illo usque ad finem mũdi celebrent, ipsum non uiuificabunt, nec de inferno, de quo nulla est redemptio,liberabunt,sicut ex apostolica patet sententia. 1. Corinth.13. ubi enumeratis multis bonis operibus,addit,charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.

¶ Secundum probatur in decreto de pẽ.di. 1.c.homicidiorum,& 4.c.sequenti, in quibus de tribus agit homicidij speciebus,dicens,homicidas esse interfectores,detractores,& odium habẽtes.

¶ Tertium probatur per Greg. dicẽtem in pastorali,quod tot mortibus digni sunt,quot mortis exempla ad subditos transmittunt.

¶ Quartum probatur, de pẽ.dis.1.homicidiorum.

¶ Quintũ & sextũ probantur. F.8.4.

¶ Septimum probatur in decreto dist.86.c.in singulis. §. pasce, ex dicto Hieronymi, dicentis, pasce fame morientem,&c.

Ar.2. ¶Corporalis uero homicidij periculum,& peccati magnitudo ex hoc primo apparet, quod est diabolo cito lucratiuum, per alia namque peccata licet diabolus peccatores lucretur, non statim eos ad libitum, ut puniat,possidet,sed expectat, per homicidium uero statim in possessione ponitur illorum, qui in pugna moriũtur, nam duobus, uel pluribus inter se pugnantibus, & aliquo,uel aliquibus inter eos occisis, cum occisi in mortali, in quo omnes sunt,odio pugnantes, moriantur, non est dubium, quin illos statim diabolus possideat occisos, q, sicut corpore quo succũbunt,ita spiritu,quo odiunt, moriũtur, patet ergo quod homicidę sunt promptissimi diaboli mercatores, Secundo idem apparet ex hoc, quòd est diabolo multum lucratiuum, si enim discordia sit diabolo tantum lucratiua (sicut ostensum est.D 8.9.)A multo fortiori homicidio hoc conuenit, in quo maxima ostenditur discordia, & odiũ. Sicut ergo uno magno discordãte,multi ad discordiam excitantur,ita uno corporaliter uerberato, uel gladio occiso, multi spiritualiter odio occiduntur, quia dum parentela, & amici occisi eũ nitũtur uindicare,Et parentela,& amici homicidæ, illum nituntur defendere,dumque ex utraque parte occisio quæritur, & tempus ex pectatur nocendi toto tẽpore medio spiritualiter mortui sunt,eisque nec absolutio valet,nec communio,sicut nec disciplina.nec cibus mortuo, Et sic p unius homicidiũ, duas quandoq; magnas lucratur parentelas. Paueant ergo homicidarum latronum, & aliorum malorũ factorum supportatores,& coadiutores,& uenditores,in quorũ spe adiutorij tot perpetrant mala,sciẽtes, q̃ qñ utriq; in ignibus ponentur gehennalibus, nec potẽs patriæ ductorum homicidã,nec homicida ductorẽ iuuare poterit, quin percussor homicidij reus erit: (Num. 35.) & etiam coadiutor, quia particeps homicidij est.Prouer.28.

¶Huius autem peccacti grauitas,nõ Ar.3. solũ ex prædictis,sed etiam ex ipsa elicitur satisfaciẽdi difficultate,cum occisor nõ solũ Deo,cuius imaginẽ destruxit,cuius ẽt præceptum,quo pręcipitur. (Exo 20.)non occides,trãsgreditur,satisfacere teneatur, sed etiã ipsi occiso, cui difficile est inuenire, quomodo satisfacere poterit,quia cum occisus,quãdo occiditur, in superbia sit qua fugere nõ uult,cum posset præ seculi uere-

cundia, uel in odio, & mala contra occisorem (ut prædictum est) uoluntate, uel quia in aliis peccatis, de quibus tũc pœnitere nõ potest, quia forte dormit, uel ebrius est, uel alio modo impeditus subitatus est. Non corpus solum, sed ipsa anima occisoris occasione, sine fine p̃ditur, quomodo ergo illi satisfaciet, cui nulla prodest satisfactio? cui nullã damnato dignam recompensationem facere potest, quomodo illi satisfacere potest, qui sui occasione irrecuperabilem perdit thesaurum? Et non solũ ipsi occiso, sed etiam damnificatis per mortem occisi ad arbitrium boni uiri satisfacere tenetur. Ista uerò tria satis difficilia facere proposse oportet, uel propinquus occisi (ideſt) Christus homicidam interficiet. Nu. 35. interficiet (inquam) hoc faciendo ei, quod ipse fecit primo.

Art. 4. ¶Ipse proximum occidit temporaliter, & in casibus prædictis æternaliter, hunc ergo Deus eodem, iudicando iudicio interficiet tẽporaliter, & æternaliter, ostendens, quoniam eodem iudicio, quo iudicauit, iudicabitur, & quoniam omnis homicida non habet uitã æternam in se manentem (1. Ioan. 3.) Et sic aliis in cœlum introductis de eis verificabitur dictum Ioan. Apoc. 22. foris canes, & uenefici, & impudici homicidæ, in cuius laudem dicere poterunt, illud. Matt. 22. perdidit homicidas illos. Illam ergo uindictam timeant, quam nunquàm euadent, temporalem enim uindictam aliquotiens euadere sperãt, quandoque tamen illam minime euadunt, illam uero nullo modo subterfugere sẽ æstiment, qui hic non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis. Apocal. 9.

Art. 5. ¶Sed quia nonnulli pœnam illam, quam non uident, quasi incertam, non timent, saltem eos ab homicidio retrahat timor uindictæ temporalis, quam cõtra homicidas quotidiè exerceri oculis cernunt corporeis, hęc autem uindicta frequenter uno de tribus ostenditur modis.

¶Primo quidem resistendi efficacia, quæ fit, quando ille, qui animo uenit occidẽdi, occiditur. Aliquotiẽs namq; contingit, ꝙ sicut ille, qui intendit uerberare, occidit, ita qui intẽdit uerberare, uerberatur, & qui intendit occidere occiditur.

¶Secundo sanguinis clamore, quod fit, quando homicida occiso appropinquat, uulgare namq; dictum est, & ab hiis quibus credulitas adhibẽda est, asseritur, ꝙ homicida, occiso, iã frigido, appropinquãte, de uulneribus eius frigidis sanguis quasi de recentibus fluit, quo facto quid aliud facit sanguis ille, quàm occisorem ostendere? tali namq; signo, quandoq; auditum est, homicidã esse deprehensum, nec huius rei cãm naturalem inuenire sufficienter potuerunt, quo circa hanc laboriosè disputauerũt, & studuerunt. Si enim cã adesset naturalis, ita clamaret plaga latronis, quẽ fidelis, qui seipsum defendẽdo occidit iuste, sicut plaga fidelis a latrone occisi, quod tamen auditum nõ est. Nec miretur quis moderno tẽpore, quia cõditio illa in primo sanguine effuso in principio mũdi inuenta fuit, in sanguine, uidelicet Abel, uox (inquit Deus ad Cain sãguinis, fratris tui clamat ad me. Genes. 4. Exẽplũ:

¶Tertio mirabili oraculi, seu miracu- 6
li propalatione, quod fit qñ Deus p bestiarũ similitudines, uel aliis signis occisorem occultũ palã facit, sicut patuit de duobus, quorum unus tpe hominũ adhuc uiuentiũ, qui certissimũ de hoc testimoniũ perhibẽti, à quodã occisus, & lapide ad collũ ligato in stagnũ p̃fundũ proiectus fuit, quo facto paucis euolutis diebus lupus, ut uidebatur, patriã illã non sine magna admiratione, de claro die transiẽs, cum ab omnibus, cum canibus, & arcubus insequeretur, per uillã, in qua occisor habitauit, transiens pedes anteriores ad ostium homicidæ, eleuauit, deinde directe ad locũ, in quo occisus proiectus fuerat, currẽs in aquam contra luporum naturã, qui potius ad nemora, quàm ad aquam fugiunt, se immergens, disparuit, quẽ cã Exẽplũ.

admi-

admirantes diligenter cum uncis quærerent, hominẽ occisum, & non lupum inuenerunt, occisorem uerò ignorantes, ex suspitione lupi pedes ante hostium eleuantis, homiuem illum acceperũt, & ueritate inuenta per occisi pãnos, & alia signa ipsi, quã meruit suspẽsionis dignam reddiderunt mercedem.

Exẽplũ. Alius etiam in domo cuiusdã hospitatus, de nocte in lecto occisus, ita immobilis factus fuit, ut a fide dignis, qui p̃sentes quãdo corpus inuẽtum fuit, extiterunt, testificatur, ꝙ omnino de loco illo mouere, ipse occisor, cũ uxore sua, & puero non poterant, qui licet cameram paleis, & huiusmodi replerent, ut sic mortuum absconderent, fœtore tamen cadaueris, occisor, & uxor deprehensi, & suspensi fuerunt, puer uero ad distantem fugiens patriam, paucis euolutis diebus ad eandem rediens uillã, captus, & ad patibulum ductus, quærẽtibus quare rediret, cum sciret, quod rediens suspenderetur, Respondit, quòd tantam redeundi habuit uolũtatem, ꝙ pro regno aliter facere non potuisset, hoc Deo ordinante, qui homicidam etiam si ultra mare fugeret, uiuere tamen non permittit, ipse namque mentiri non potest, qui dicit Gen. 9. quicũque effunderit humanum sanguinem effundetur sanguis eius. Ipse namque, sicut prædictos congruis ostẽdit signis

7 homicidas. Congruum namque fuit, ꝙ

Exemplum. sicut stella luminosa illius ostendit natiuitatem, qui uenit illuminare ijs,

Exemplum. quæ in tenebris sedent, sicut etiam columba felle carens ad hoc facta, ut illũ

Exemplum. ostenderet baptizatum, in quo fel non erat peccati, ita etiam lupus rapax, qui

Exemplum. sanguini insidiatur, ad hoc factus, ut sanguinis ostenderet fusorem. Et sic spiritussanctus Luciam immobilem reddit, ne innocẽs macularetur, ita corpus illud occisum immobile faceret, ut nocens caperetur. Ita adhuc homicidas diuersis ostendit modis, pluribus uijs uindictas eis inferre ordinat, diuersaque eis, quemcunque cartam habeat Regis, infortunia contingere permittit, per q̃, uel propter quæ mala moriuntur morte, qua uisa dicitur hoc ei iuste accidit, quia talem iniuste occidit, ut prædictæ autoritatis ueritas cognoscatur, qua dicitur quicunque effuderit &c. Et est põderandum, quòd dicit quicunque, nullum excipiendo, quantumcunque magnum & potentem. Aliquando enim uisum est, quòd per tales homicidium factum est, qui nullum in regno timuerunt, nec uindictam alicuius expauerunt, & cum seculo ex Dei ordinatione uolente postmodum ab hijs, quibus homicidium placuit, homicidium uindicatum est, homicidis interfectis. Nonne Achab, & Iesabel nullum de subditis suis timere, uidebantur, quando Naboth occiderunt? & tamen postmodũ, Deo ordinante, subditus illorum Iehu utrosque occidit in ultionem sanguinis quem effuderant, sicut legenti manifeste apparet. (4. Reg. 10.) ubi Exẽplũ. 8 pheta ex ore Dei Iehu alloquitur, dicens, percuties domum Achab domini tui, & ulciscar sanguinem seruorum meorum, &c. Vbi notandum est, quòd non solum ille percussus est, sed & filij sui in sempiternum exhæredati sunt, regno ad alios translato. Nulli ergo mirentur, quòd filij homicidarum præsentis temporis exhæredantur, cum preteritorum exhibitio sit pro similibus factis præsentium certitudo, qui ergo tãuitam, quàm hæreditatem terrenam simul, & cœlestem a se, & hæredibus alienare noluerunt, nullum occidant, uel occidi procurent, nisi ualde claram habeant iusticiam, quia tales manus Dei nunquàm euadent, sicut aperte ostenditur exemplo. 2. Mach. 9. ubi de Anthiocho rege dicitur, quòd homicida. & blasphemus pessime percussus est, & ut ipse alios tractauerat, peregre in montibus miserabili obitu uita defunctus est.

¶ Ex qua auctoritate sextus elicitur Ar. 6. articulus, in hoc enim, quod dicit (ꝙ percussus est, ut alios tractauerat) sua malillius pœnę ostenditur æquitas, quomodo, ut quicquid iuris in alterũ quis 9

ſtatuit,eodem ipſe vtatur,& legē, & pœnam,quas in alterū tulit ipſe ſuſtineat. Qui ergo corporaliter alios occidunt, & ſpiritualiter(quantū in ipſis eſt)ignibus tranſmittunt ęternis (vt prædictū eſt ſupra.e.c.3.) Iuſtum eſt, vt temporaliter ſimul,& æternaliter ſimul occidantur,quia mores ſequuntur,& conditiones illorum homicidarum,qui in ſacra ſcriptura propter huiuſmodi facta in hoc ſeculo multipliciter afflicti, & finaliter occiſi leguntur, & in alio ſeculo dānati creduntur. De Cain enim legitur,quòd tot ꝑ homicidio ſuſtinuerit pœnas, In primis enim Dei habuit maledictionē,qui ei dicit (Gen.4.) Maledictus eris ſuper terram,&c.Secundo terrę habuit ſterilitatē, quod patet per hoc,quod ſequitur,cū quę operatus fueris eā,non dabit tibi fructus ſuos.Tertio fuit vagus,& profugus,Ero(inquit) vagus,& profugus ſuper terram.Quarto habuit ſingulorum hominum timorem,dicens,omnis, qui inuenerit me, occidet me.Quinto cecidit in deſperationē,dicēs.Maior eſt iniquitas mea, q̄ vt veniā mereat. Sexto occiſus legitur a Iamech,de illo dicit Lamech,(ſicut in hiſtorijs cōtinetur ſcholaſticis ſuper illud, Gen. 4.) Occidi virum in vulnus meum,&c.Septimo damnatus creditur.

¶Omnes iſtæ conditiones modernis competunt homicidis.

¶ Primo enim à Deo ſunt maledicti (teſte Pſal.118.qui ait.)Maledicti, qui declinant a mandatis tuis in quibus p̄cipitur,nō homicidium facies. Mat.19.

¶Secundo, terram reddunt ſterilem, vbi enim eſt ſanguinis inundatio, fruges non bene creſcunt, ſed maledictū mendacium, furtum,homicidiū,inūdauerunt ſuper, &c. Oſeę 4. Non ergo mirum eſt,ſi fructus non bene creſcūt.

¶ Tertio,ſunt uagi mente,uel corpore,uel utroque,quia dum in omni loco inſidias ſuſpicantur, ſecuriora quaſi uagi loca quærunt,quæ tamen frequēter longo tempore non inueniunt ſecura,propter homicidia namque de locis terriſque ſuis multi uagantur, ſed ſi aſſumpſerint pennas,ut aquilæ, & in extremis maris habitauerint, ibi manus Dei inuenet eos.

¶ Quarto, multos timent. Omnes namque occiſores ſuſpectos habent amicos propter factum,quod fecerunt, de omnibus proprijs,minus confidunt amicis,cogitantes,quòd Deus illos cōtra ſe pro enormi,quod fecerunt, facto ſuſcitare poterit. Ille namque Lamech poſt homicidium perpetratum,uxores quandoque de quibus confidebat timuit, dicens (Gene. 3.) audite uocem meam uxores Lamech, quoniam occidi uirum, &c. ſepultum ultio dabitur de Cain, de Lamech uero ſeptuagis ſepties,illas namque mens illis talibus minabatur uerbis.

¶ Quinto, tales in morte ſæpius in deſperationem cadunt, nec mirum, ſi deſperet in eius curia negocia ſua bene expedire, ad quam capti inuiti trahuntur, reſponſuri de hoc quòd templum regis,& domini curiæ.i. Dei proſtrauerūt,quod ipſe cum tanta ędificauit diligentia dicens, faciamus hominem,&c.Gen.1.

¶Sexto à Deo,uel homine occiduntur.Nō ſolum quod Dei templum proſternunt,hominē occidendo, ſed quia Dei imaginem in templo.i. animam deſtruunt, ipſam,quantum in eis eſt, in ignem æternum ponendo. Si enim lex terrena hominē morte, & pœna punit capitali, qui imagines, uel ſtatuas deſtruit terreni Imperatoris(ſicut patet in digeſto nouo. li 10. ti. ad legem Iuliam maieſtatis.l.qui ſtatuas) Qui (inquit)ſtatuas,aut imagines Imperatoris inconſecratas conflauerit, uel aliquod ſimile commiſerit (lege iulia) maieſtatis tenetur, quanto magis pœnam illam meretur, qui imagines cæleſtis Imperatoris in ignibus conflauerit culpæ, uel pœnæ æternalibus, tanto enim maiori ratione ei mors inferenda eſt, quanto imago, quam deſtruit, in natura ſua melior eſt, utpote uiua,& rationalis naturæ, quæ melior eſt, quàm imago lapidea, quantoque

Imperator,

imperator, cuius est imago, dignior inuenitur: Si ergo, qui imaginem (vt dictum est) destruit mortuam, morte meretur: A fortiori ratione, ille, qui imaginem destruit viuam, mortem meretur a Deo, vel homine qui quando eum occidunt ei dicere poterunt quod tali (videlicet) Agag regi Amalech dixit Samuel, quando illum occidit. (1. Reg. 15.) Sicut (inquit) fecit sine liberis mulieres gladius tuus. Ita absque liberis erit inter mulieres mater tua, & in frustra cõcidit eum.

¶ Septimo, sententiam damnationis æternæ ab eo illis infligendam, ad quẽ appellando sanguis clamat occisi (sicut ostensum est. D. 12. 12.) timere poterũt cum Cayn, cuius sequuntur conditiones, & cum diabolo, cuius filij esse ostẽduntur. (D. 9. 9.) & de quo dicit veritas (Ioan. 7.) Ille homicida erat ab initio.

Ar. 7. ¶ Sed aliqui homicidæ, & percussores se falsò excusando respondent, dicendo, malus homo fuit, & multa mala 12 in vita sua fecerat, homicidia, furta, adulteria. Mar. 7. Ideo bonum homicidium est, quod mundum ab eo liberauit: Adpertant quicunque potentes, & cupidi, occasione quærita, vt terram emendẽt, & pax in regno fiat (vt dicunt) occidũt quòd dictum illorum in aliquo colorem habere posset, si cum ipso cupiditates, & alia occiderent vicia. Sed, heu, quando ipsum occidunt, victa pro quibus (vt dicunt) ipsum occidunt, cum ipso non occidunt; sed potius in seipsis plantant; in quibus fortius crescunt, quàm in illis creuerant.

¶ Et propterea, si malo modo contra iusticiam malum occidit, male malum vindicat: quando pro vno malo, vel homicida, duo mali, & homicidæ fiunt, quando pro tanto, & aliquo homicida est, seipsum homicidam constituit.

13 Alij vero grauiter percutientes, vel vulnerantes, cum occidendi intentione, credunt se coram Deo non esse homicidij culpæ reos, vel irregulares, errant tamen, quia si apud leges, & iudicia mũdi talis homicida iudicetur, qui telo eũ occidendi intentione percutit (vt patet. C. li. 9. ti. ad legem corneliam de siccarijs. l. is qui cum telo.) Si etiam hijs, q venenum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, uel habuerit, morte plectendus est secundum leges ciuiles (sicut patet in digesto nouo, lib. 10. ti. ad legem corneliam de siccarijs, lege eiusdem.)

¶ Si in superille in ecclesia militante (secundum Host.) quæ animo interficiendi aliquem vulnerauerit, irregularis est (sicut patet in summa confes. li. 2. ti. 1. q. 64.) A multo fortiori, tales in iudicio Dei districtissime, & in ecclesia triumphanti homicidæ iudicabuntur, atque irregulares, si lex ciuilis volũtatem punit (sicut patet. C. de episco. & cle. l. si quis non dicam rapere.) A multo fortiori, lex Dei immaculata.

¶ Alij se excusant, quòd se defenden 14
do occidunt, sed ad hoc quòd ista excusatio valeat, requiritur, & causam non dederit, quare inuaduntur, & etiam tãtum quantũ potuerunt fugerint; requirant ergo diligenter in cõscientijs suis, quis fugã illorũ impediuit, murus videlicet, vel aliquod tale obstaculũ corporale, seu superbia, & seculi verecũdia qua retrahẽte fugere noluerũt; primũ excusat (sicut patet. C. ti. prçal. is qui aggressorẽ) secũdũ nõ excusat, plus enim quantum ad seculi verecundiam illum timere deberẽt, qui ait (Mat. 26.) oẽs, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Nota de hijs, qũi occidunt propter propositũ, leges, sermone. C. 41. 5.

¶ Honẽstas, Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Ob magnum beneficiũ, quod ab se qui non diffidimus ab Anima nostra, quæ est natura nobilis, & omne, quod eius honestatem fœdare ac deturpare posset, prorsus abijcere seu abstergere debemus.*

2 *Ob plurimũ virorũ intuitũ vel auscultationem Honestas hæc loquutiones nostras,*

atque operationes cohonestare, & comitari nulla tempestate minime debet.

3 *Ex honestis colloquijs, & operibus animæ nostræ honestas facile noscitur, atque ostenditur.*

4 *Ornamentum honestatis, quod factum, seu opus intrinsecum exornare dicitur, & pluribus animæ virtutibus scatere, seu descendere constat nempe, fidei, & temperantiæ, ac charitatis, opus uero extrinsecum à iustitiæ virtute decoratur. Ornamentum verò honestatis, quod loquelam ornare fatemur à Prudentiæ virtute emanat.*

5 *Fortitudinis autem virtus seu perseverātiæ cuncta hæc Honestatis ornamenta adinuicem congerit, eque constringit.*

6 *Hæc autem Honestatis ornamenta, uel uestimenta nobis trifariam expedire dicimus.*

Primo, Ante Mortem; Secundo in Morte; Tertio vero post Mortem.

HOnestas ornare debet. Primo Animā, propter intuitum Dei, & sanctorum. Secundo, locutiones & operationes, non solum propter Dei, & sanctorum, sed etiam propter intuitum hominum. Tertio, ostendere restat, ex quibus fit, atque consumitur istud honestatis ornamentum. Quarto, quæ sit istius vestimenti vtilitas.

Art. 1. ¶Ratio primi ostenditur ex rationabili hominum consuetudine. Si enim
1 persona nobilis, qñ coram multis ambulare, vel à multis videri dēt, nititur à
Exemplum. facie, ab habitu, & ab omnib. corporis partibus maculās, & oō, quod cōtra honestatē est, tergere, & in oībus honestatē, maiorē ōndere, quàm faciat in tenebris, vel qñ solus est. Et specialiter, vbi ex gestu honesto sperat ab illis, quibus honestate placeat, magnū consequi beneficiū. A fortiori rōne, ab Anima, q̄ est natura nobilis, quæ semper cōrā Deo, & oībus est sanctis, ab ipsis q; semper vī, vtrium fçdà pulchrave sit. In ipso nanq; speculo Diuinitatis, animæ qualitas ꝓ oñditur, cuius quidē qualitatē oēs illi uident, qui speculū illud intuētur (sicut ostensum est A. 2 ¶. 17.) debet abijci oīs macula infidelitatis, fçditatis, & malignitatis, & oē quod illius deformat honestatem, quia ex aīæ honestate Deo, & sanctis placēte, magnū sperare possumꝰ beneficium. Abijciamus ergo opera tenebrarum, sic vt in die honestè ambulemus, Ro. 13. Et ponit cām, lucrum. ſ. qđ inde speratur, ī hoc quod sequitur, nūc enim proprior est nostra salus. Clericus enim spe beneficij honestius se gerit. Exemplum.

¶Si tāta requiritur honestas in anima ꝓp intuitum Dei, & sanctorum, & propter beneficiū, quod inde speramus vēturum, ubi plurium est intuitus, maiori quodāmodo diligētia honestas requirēda est. Sed locutiones, & operationes à pluribus intuentur, quia ab illis, quibus & anima, & etiam ab hominibus. Art. 2. 2

¶Ergo primo à locutionibus abijciēda est omnis ꝛhonestas iurationis, quia diuino contrariatur honori. Ad magnū enim domiōū hō nititur honestè loq. 1

¶Secundo immundæ locutionis, quę propriæ contrariatur saluti, homo in p̄sentia multorum honestorum, honestè loqui nititur, quod si non faciat, eos offendit, & contra se prouocat: Sic nos in p̄sentia Dei, & sanctorum.

¶Tertio detractionis, & oblocutionis, quæ proximi contrariantur charitati. Membrum enim mēbro corporis non detrahit, quibus abiectis, honestè ambula ad eos q foris sunt. (j. Thessa. 4.) ostendentes illam, quam, intus habetis honestatem in anima, extra non solum (ut dictum est) in locutione, sed in operatione, honestam Deo reddendo seruitutem, proximo æquali amicitiam, sibi ipsi, & inferiori gubernationem. Sic omnia in vobis honestè, & secundum ordinem fiant. (j. Cor. 14.)

¶Tam in disp̄ositione animę, quàm & locutionis, & operationis, duę nanq; ultimę sine primo esse non possunt, sicut nec fructus sine radice, quia sicut 3 Exemplum.

fructus

fructus ex radice, seu arbore nascitur, ipsiusque ostendit qualitatem, sicut etiã per habitum, qui ostenditur in foro, scitur qualem habet in camera, quia pulchriorem, quem habet, ostendit in foro, ita ex honestate secunda, & tertia ostenditur prima, ex ipsa, q̃ nascuntur, quàm qui habuit, vel habet, dicere potest illud Ecclesia 24. quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis, de illoq; dici potest illud. Sapien. 10. honestum fecit illum in corde suo, ore, & opere.

Exemplum.

Art. 3. ¶ Honestatis vero ornamẽtum facti, & contrarij abiectio ex multis fit virtutibus animæ, vt ornamẽtum ipsam ornans (qui ad Deum) ex lumine fit fidei: sicut enim pulchritudo rerum, corporalium lumine ostenditur corporali, ita honestas animæ lumine ostenditur fidei, ipsamque ornans (quo ad vtilitatẽ propriam) virtus est temperantiæ, per quam inordinatos gulæ, & luxuriæ reprimit motus (Ecclesia 31.) vigilia honestatis tabefaciet carnem ipsius, insuper ornamentum ipsam (quo ad proximum) ornans, ex virtute fit charitatis. (Sapien. 7.) honestatem illius nõ absscondo.

4

¶ Ornamẽtum vero honestatis, quod locutionem ornare dicitur, ex virtute fieri debet prudentiæ, ipsa namque docet, qualiter ad omnes, & cum omnibus sit loquendum, dicens, cum viro inhonesto. tracta de honestate Eccl. 27:

¶ Ornamentum vero honestatis exteriora ornans opera, ex virtute fit iustitiæ, quæ unicuique reddit, quod suũ est, quod est optimum, quia qui hoc facit nihil omittit, sed omnia bona facit, qui ergo hoc habet ornamentum, dicere potest illud Isa. 7. venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, scilicet, iustitia, & innumerabilis honestas per manus illius.

5

¶ Fortitudo vero, seu perseuerantia omnia ista consumit, & adinuicem tenet honestatis ornamenta, illum enim qui hæc habet vestimenta perseuerantiæ, honestauit in laboribus, ne vestimenta bonorum operũ nõ durantium quasi dirute nuditatem ostenderet, & compleuit labores illius. (Sapien. 10.) Sciens quoniam non est honestũ à bono inchoato deficere.

¶ Horum autem honestorum vestimentorum triplex est vtilitas. Vna ante mortem, sicut enim apud seculum propter corporalem pulchritudinem aliquæ personæ citius nubent, & promouentur, ita apud Deum hæc pulchritudo spiritualis cordis, oris, & operis facit Deum quandoque subito honestate pauperem. Ecclesia 11. Art. 4. 6 Exemplum.

¶ Alia in morte, sicut enim ubi magna est pressura in porta, vt ad festum intrent, in qua pressura nudi, & turpiter ornati à ianitoribus excluduntur, bene vero ornati introducuntur. Sic in pressura mortis, quando illi, qui prædictis non sunt honestatis induti vestimentis, vt pote qui vestimentum non habent fidei, vel qui vestimentum continentię, decurtatum habent, nuditatem natium ostendentes, vel qui vestimentum charitatis nimis breue habent, tantum amicos diligentes, & sic de alijs excludentur. Alij, qui ista vestimenta perfecta habent, introducentur. Solus ergo sic indutus confidenter mori potest, & porte cęli appropinquare, dicendo illud. (2. Machab. 6.) eleazari, honesta morte perfungar. Exemplum.

¶ Tertia post mortem, quia quando non habens vestem nuptialem, de Dei conuiuio expellitur, habens prædicta nuptiarum vestimenta cum Deo semper gaudebit, ergo in amicitia eius, ideſt honestatis delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sine defectione in cęlo (scilicet) Sapien. 8. in quo venerunt omnia bona cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Sapien. 7.

¶Honor. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Primum exemplo priscorum Romanorum gratitudinis exprimitur, Christigenas, omnes Christo eorum creatori, & glorificatori honorem huius seculi præstare debere.*

2 *Secundo, quia qui Deum obseruantia colunt, ab ipsomet etiam obseruabuntur, atque honorabuntur.*

Tertio Deus ab omnibus Christianis in honore haberi debet. Pro eius amore iniurias, conuitiaque, & damna patiendo, & egenis eleemosynas erogãdo.

3 *Quarto Deum honore, ac studio prosequuntur, qui sibi, & alijs bene præsunt, & à ueritatis, iustitiæque tramite minime deuiant.*

Quinto, qui de Deo reuerenter, ac de proximo conducibiliter affantur Deum ipsum honorant.

Sexto, qui bona perseueranter agunt, Deum colunt.

Septimo autem & ultimo, qui fortiter pro Deo multa tolerant Deum ipsum honore afficiunt.

4 *Ex necessitate tandem à nobis Deum in uenerationc, & honore uere habendum esse opinamur.*

5 *Tribus de causis falsum huius seculi honorem à probis uiris appetẽdum haud esse, dilucidatur.*

Primo quia iste falsus, ac mentitus mundi honos improbis, uel propter mala perpetrata tribuitur.

6 *Secundo, quia falsus huius seculi honos multum temporis persistere nequit.*

7 *Exemplis quibusdam huius falsi honoris mutatio, et uolubilitas clarè exponitur.*

8 *Qui mutabilibus mũdani honoris fauoribus confidunt, leoni cuidã assimilari merito possunt.*

9 *Tertio etiã à probis uiris mentitus mundi honor spernendus est, quia eius breuitate multos decipit, atque excæcat, & ad pœnas demum æternas perducit.*

10 *Hester, & Thobiæ exempla sequantur, qui necessitate impulsi honorem, ac dignitatem assequi, & assumere cogũtur.*

11 *Omniũ hominum ferè mentẽ, ac intentionẽ esse circa honoriũ assequutionem, ex tribus hominũ generibus lucidè patefit.*

Primum ex uirorum honorantium genere agnoscitur.

12 *Secundum ex uiris honore ac obseruantia affectis perspicitur.*

13 *Exemplo quodam optimo aurea Diui Bernardi sententia fusius interpretatur; quæ demonstrat, quod honori tutum datur sanctitati uerò nihil.*

14 *Desides, ac inertes ecclesiæ præsides circa animarũ iacturã eas carpẽdo infectãt.*

15 *Legum sanctiones conditorum suos ostentationes, ut exemplis liquet.*

16 *Prælatos superuacaneis, & inanibus sumptibus ab egestate, & necessitate aliquando opprimi, atque angi, uberius expromitur.*

17 *Admonentur Clerici, ac Prælati, ne Christi exemplo pusillos, infirmosque, ac inscientes scandalo afficiant, neque offendant.*

18 *In fœneratores, ac simoniacos auctor moderanter, inuehitur & suipsius causam affert, nolle Dijs, sed delictis detrahere, neque os in cœlum sed in cœnum ponere uelle.*

19 *Tertio, & ultimo, omnes homines propemodum mundani honoris satagere, ex Diui Chrysostomi uerbis cõspicuè cõstat.*

¶HOnor cuiuscũque boni, Primo Deo ẽ reddendus honor huius seculi. Secundo, à bonis non est de iure appetendus. Tertio, de facto tota fere populi multitudo plus circa seculi, quàm Dei intenta est honorem.

¶Primũ patet p tres rõnes, quarũ prima accipit à lege gratitudinis, secũda à lege vtilitatis, tertia à lege iustę ęqtatis. Ar. 1.

¶Prima rõ ex factis patet antiquorũ, qui eũ Romani regulã quandã sequẽtes gratitudinis, liberatorib⁹, & triũphatoribus suis tm̃ attribuebãt honorem, ꝙ vel statuas, uel arcus erigebãt triũphales, sicut adhuc rei docet euidẽtia, nam vsq; hodie in illorũ honoris memoriã Roma plures oñdit effigies, in qbus totius 1 Exemplum.

tius victorię honorē ſuis reddebāt principibus. A fortiori ratione, & maiori gratitudinis neceſſitate, Chriſtiani non ſolum liberatori, & triumphatori, ſed etiam creatori, & glorificatori ſuo Chriſto, ſicut ei poſt victoriam in paſcate arcum, in eccleſia erigunt triumphalem. i. cereum paſcalem, honorem victoriæ, in materia forinſeca attribuēdo, ita ei omnia bona in illis operanti iuxta illud. Iſa. 26. Omnia ēt opera operatus es in nobis) & diabolum, & peccatum vincenti, omniū bonorū operū & victoriarum honorem in cordibus ſuis reddent, dicentes, ſoli Deo honor, & gloria. (1. Thim. 1.) quæ enim pro victoria ſua ſibi vendicat, in Pſal. 49. dicens, Inuoca me in die tribulationis, eruam te & ho &c.

2 ¶ Secunda ratio ex ſcripturis patet ſanctorum, in quibus legitur, quòd qui Deum honorant, ab ipſo honorabuntur. ſicut patet primo de rectè credentibus quorum recta fides in honorem redundat Dei; ſicut fidelitas ſerui in honorē redundat domini ſui: Ideo ab eo honorabuntur, vobis igitur honor tredentibus. 1. Pe. 2. Secundo idem patet in ijs, qui mundo ſunt corde, & corpore, honeſtas & mundicia miniſtri in honorem redūdat Domini ſui, vnde de tali domino in eius laudem dici ſolet, quàm educatam, & bonam habent familiam. Qui inſuper imaginem alicuius ſanctī mundam ſeruat, ipſumque honorat, qui vero ipſam in lutum proijcit, ipſum inhonorat. Sic in proposito de hijs, qui imaginem in anima habent Dei; quam qui in lutum proijcit peccati, Deum inhonorat, & ab ipſo exhonorabitur, quæ vero ipſam mundam ſeruat, ab ipſo honorabitur. (1. Thimo. 2.) qui ſe emendauerit ab iſtis, erit vas in honorem. De vtroque ſimul (1. Reg. 2.) qui me honorificauerit, glorificabo eū, qui autem me contemnit, erit ignobilis.

Exēplū.

Exēplū.

Exēplū.

¶ Tertio idem patet per eleemoſynarum, & miſericordiarum amatores. Tales enim dum ſua propter Deū dāt, & propter illum iniurias, & damna remittunt. Deum honorant: ſicut qui miniſtris alicuius domini propter illius amorem aliquà dant, vel remittunt: ſic honora dominū de tua ſubſtanti 1. (Prouer. 3) quod facis, eius dādo vel remittendo miniſtris, dum tamē pro eius facis honore, qa honorat dominū, q miſereretur pauperis: Prou. 13. Sicut miſeri cordes Deū honorant, ita immiſericordes Deū inhonorāt, ſicut patet. E. 3. 26.

Exēplū.

¶ Iſtis ergo exhonoratis alij honorabuntur: ſicut patet Mat. 25. vbi iſtis expulſis, illis dicet, venite benedi &c. ſciētes, quia victoriam et honorē acquirit, qui dat munera Prouer. 22. victoriam, ſupple, cęleſtē, ſicut Alexander p ſuam largitatē victoriam obtinuit terrenam.

3 ¶ Quarto idē patet in iuſtis, qui honorāt Dominū ſuū, dū cū a cupiditatis nota preſeruant, qui vt eū ditēt, munera accipiendo, a veritatis nō deuiāt tramite: Sic tales, qui ſibi, & alijs bene p̄ſunt, iuſte ſe habentes, quantū ad ſeipſos & alios, a Deo honorabuntur, teſte Paulo. 1. Thimo. 5. q bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni ſunt.

¶ Quinto idem patet in loquētibus reuerēter, quo ad Deum, & vtiliter quo ad proximū. Eccleſiaſt. 5. honor & gloria in ſermone ſenſati.

¶ Sexto in bene operātibus, & pſeuerantibus, tales Deum honorant, dum tantum in ipſum ſperant, quòd vſq; ad mortem pro illo opus bonū cōtinuāt, tales a Deo honorabūtur, qa gloria, & honor omni operanti bonum Ro. 12.

¶ Septimo idē patet in bene patiētibus, tales cū honorē Deo reddūt, ſicut militū p̄bitas, dū ab amicis p dño ſuo multa fortiter tolerant, tales a Deo ſuo honorabūt. Cōicātes igit Chri paſſioni bus gaudete, p ſi exprobramini in noīe Chri, btī eſtis, qa qd eſt honoris, & glorię &c. Super vos requieſcet. 1. Pe. 4.

Exēplū.

¶ Tertia rō ex lege patet neceſſitatis, 4 ex quo nāq; iter Deū, & nos talis facta eſt mercationis, ſeu operis, & laborū ſocietas, p ipſe de oībus bonis habeat honorē, & nos lucrū, ſine infidelitatis periculo,

riculo, ipſum de parte ſua defraudare non poſſumus, ex qua infidelitate priuatio iuſte imminet patris noſtræ, ſicut
Exemplum. miniſtro infideli periculum imminet priuationis omnium honorum, ſic in propoſito, ſicut patet. Actuum 12. de Herode Agrippa, qui priuatus eſt uita, & omnibus bonis, quando percuſſit eum Angelus, eo quòd non dediſſet honorem Deo. Iſtis ergo tribus de cauſis, afferte domino gloriam, & honorem, in Pſal. 95.

Ar. 2. ¶Et ſicut honor uerus eſt Deo à bonis exhibendus propter tria, ita honor falſus à bonis non eſt petẽdus propter tria. Primo, quia malis uel propter mala datur. Secundo, quia non eſt durabilis. Tertio, quia decipit, & culpa excęcat, & ad pœnas ducit æternas.

Exemplum. ¶Primum patet, quia ſicut cibus porcorum, ita nec honor malorũ à bonis appetendus eſt. Ratio enim dictat, ꝙ illud, quod eſt commune, & damnabile malum non debet eſſe appetibile bonis, ſed honor mundi eſt malis communius (quia malis, uel propter mala cõmunius datur) quàm bonis, uel propter bona mala.

¶Primum, uidelicet, quòd malis cõmunius detur, quotidiana docet experientia, qua uidemus, ꝙ plus honoris ſtatui, gradui, uel dignitati datur, & fortunæ, atque diuitijs, quàm gratiæ bonitati, humilitati, atque cęteris detur uirtutibus. Ex quo euentu patet, quòd eſt
Exemplum. de ſęculi honore, ſicut de Italicorum clamore, in illa enim terra pugnæ, & frequentes fiunt congreſſiones inter magnos partium Gibilinorũ, & Guelforum, ſub quibus populares habitantes clamant, quando congredi debent, pro parte, quæ dominatur, quantumcunque mala, iniuſta, & odioſa ſit, dicentes, uiuat, uiuat. In illo nanque clamore oculum non habent, quę pars iuſtior, uel melior ſit, ſed quæ potẽtior, ex quo ſequitur, ꝙ frequenter ore clamant pro illo, quem corde uellent eſſe ſuſpenſum (ſicut dictum eſt. A. 16. 7.) Sic in propoſito, clamor, & fauor mundi, & populi, plus reſpicit potentiam terrenam, nobilitatem, pecuniarum largitatem potius, quàm tales honorant, & promouent, quantumcunque hæc habentes mali ſint, & iniuſti, quam faciant uitæ bonitatem, & morum honeſtatem, & ideo in mundo uerus honor non eſt: Vnde Seneca in quadam epiſtola. Ex quo pecunia in honore eſſe cępit, uerus honor cecidit, non ſolum quia malis datur, ſed quia frequentes propter mala datur, ſicut patet de dominis, & potentibus, qui conſpiratores, & falſos honorant, ut falſitatem, ab eis requiſiti, uel ut eis placeant, committant. Adulatores etiam, quia eis
Exemplum. adulantur, ut ueritatem non dicant, honorant.

¶Iſtis nanque de cauſis malus rex Balach malum honorauit prophetam Balaam. (Numeri uigeſimoquarto.) Decreueram (inquit) honorare te, &c. pro malefactis ſuis & falſitate, ſicut ibidem patet.

¶Ex iſta prima falſi honoris conditione ſecunda ſequitur, quod uidelicet durabilis eſſe non poteſt: quia ex hoc honor mundi ſuper falſum fundatur fundamẽtum, ſuper potentia (uidelicet) uel inordinato amore, uel lucro, uel malefactis (ut dictum eſt) Iſto fundamento deficiente, & cadente, neceſſe eſt honorem cadere ſuperædificatum. Sed fundamentum tota die mutatur, quia poteſtate, uel huius ſeculi proſperitate nihil mutabilius, & ideo honores, qui illas uolubiles fortunas ſequuntur, ſicut rota in medio rotę, quotidie mutari uidentur, quæ quidem honorationis, & uituperationis mutatio modernum populum in hoc populo aſſimilatur Romano, in quo ab antiquo
Exemplum. diſcordia eſſe ſolebat inter duas magnas parentelas (uidelicet) inter Colũnenſes ex una parte, & Vrſinos ex alia parte, in quodam ergo congreſſu, inter iſtos fertur populum clamaſſe pro Columnenſibus, quorum proſperitas, & poteſtas maior reputabatur, dicendo, uiuant Columnenſes, uinãt, & moriantur

Vrſini. Columnenſibus uero illo die uictis, uictores ſe durius ad populum habuerunt.

¶In alio uero congreſſu econuerſo clamauerũt pro Vrſinis tunc dominãtibus, mutationem nanque fortunę mutatio ſequitur uocis. Vrſinis uero illo die uictis, clamantes uictores erubuerunt, atque timuerunt.

¶In tertio uero conflictu clamauerunt, uiuat, qui uincit. Nota de pœna
7 talium. A. 15. 32. Ecce illi cum potentioribus, quos (uidelicet) potentiores viderunt, uel potentiores ſperabant, clamabant, ignorantes, quę pars potentior eſſet futura, cuique parti fortuna victoriam daret, de neutra parte eſſe nolebant, ut manifeſte oſtenderetur, quoniam ad ueritatem, uel ad iuſtitiã oculum non haberent, uel ad fidelitatem, ſed ad proprium commodum, ut quietius ſub uictoribus uiuerent, & ad mundi proſperitatem, recte nec plus, nec minus, ſed omnino eadem, in modernis nobilibus inuenitur conditio, hæc enim quotidiana docent experimenta, in quibus uidetur, ꝙ diſcordia inter magnos incipiente, & partibus pro retentionia, & ſubditis ſuis mittentibus illi, qui prius retenti fuerunt, ad feuda, res maximis iuramentis ſe aſtrinxerũt, cum dominis ſuis in mortem ire (ſicut Petrus) ignorantes, quæ pars prævalebit, aperte de neutra parte ſe eſſe oſtenderunt, ſed podagram, uel guttam, uel infirmitatem, uel os in pede proditoriè fingunt, uſque dum uiderint, quæ pars prævalere incipiat, & tunc ad illã omnes cadunt, dicentes, uiuat, uiuat. Si uero illa pars iterum ſuccumbat, ſtatim ad aliam mutantur partem, dicendo, uiuat, in corde tamen, illorum uellent ſuſpendium, & ſic nec ad iuramentum, quod prius fecerunt, nec ad fidelitatem, uel iuſtitiam oculum habent, ſed ad proprium commodum, ut lucretur, uel ſaltem ſeipſos ſeruent indemnes, & propter hoc totiens uocem & honorem mutant, dicentes, cum illo, qui dicere ſolebat, quotiens Gameleon ſuum mutat colorem, ſicut habetur. A. 15. 25.

¶Et mirum eſt, ꝙ potentes uidentes populi & ſubditorum falſitatem, tantum de illorum curant honore, & ſeruitio, quia bene ſcire poterunt, ꝙ eos non honorant propter ſe, ſed propter ſua, de illis nanque loquitur Scriptura. (Eccl. 10.) dicens. Eſt homo, qui honorificabitur propter ſubſtantiam.

¶Et bene ſcire poterunt, ꝙ ille honor non erit ſtabilis, ſed mutante fortuna. Mox ut honorificati fuerint, & exaltati, quemadmodum ſumus deficient, in Pſal. 36. Et non ſolum mutante fortuna ab illo, quem prius honorabant, ſe retrahunt victorẽ, (vt dictũ eſt) venerantes, ſed (quod peius eſt) cum victore ſuper victum clamant, ipſumque cum uictore ad mortem more canum perſequuntur, in quo facto Iudæis aſſimilantur, qui Chriſto in die Palmarum à toto populo honorato, & proſpere agente, ipſum cum alijs honorabunt, clamantes. Oſanna benedictus, &c. Fortuna uero circa eum eodem die mutata, maioribus contra eum ſurgentibus, ipſum cum illis uſque ad mortem perſequebantur, clamantes crucifige eum. 8 Exemplum. Exemplum.

¶In hoc iterum facto cani aſſimilantur, de quo habetur. F. 1. 17.

¶Illi uero, qui in talibus confidunt honoribus, & falſorum fauoribus, & mala in illorum confidentia committunt, & protectione, à quibus poſtmodum conculcantur, quando conculcari inceperint gementes cum Leone, cui in hoc aſſimilantur, dicere poterunt. Ille nanque ſecundùm fabulas aliquo infortunio, utputa ſenectute, uel conſimili debilitatus, & ab omnibus beſtijs, à quibus prius honorari ſolebat, inuaſus, & conculcatus, dolens, dixit, cum eſſet mihi uirtus, fuit & honor, ceſſante uero uirtute, ceſſauit, & honor. Sic omnino eſt de multis, quos dum in rota fortunæ aſcenderunt, multi honorauerunt, dum uero ex alia parte aſcenderę inceperunt, eos uacuos, & ſine Leonis Fabula.

honore

honore abiecerunt. (Iudith.1.) de quibus uerificatur illud Sap.3. Sine honore nouissima.

9 ¶Tertio fugiendum est non solum, quia non est durabilis (ut dictum est) sed quia in illa, quam habet breuitate, multos excęcat, ingratosque facit, uel ostendit, & ad pęnas perducit æternas. Nonnullis enim auditum est cõingere, ꝙ in paupertate gratitudinem magnam, tam Deo, quàm hominibus habere promittebant, & opere, ut poterãt, ostendebant, qui honorati utrique ingrati extiterunt, quibus Deus iuste ministrare potest, sicut ministrauit quidã nigromanticus discipulo suo, de quo narrator ait, ꝙ multa magistro suo promittebat, cum nihil haberet, magister vero tãtum fecit suis incantationibus, quòd fecit sibi videri, ꝙ magnus esset dominus, coram quo veniens, ab eo, tanquam incognitus uilipẽsus, medio, quo sic exaltabatur subtracto, ad pauperem, in quo illum inuenit, redigit statum. Sic Deus faciet illi, qui cum in honore esset, nõ intellexit (in Psal.48.) Medijs enim, quibus honorantur, cum uita subtractis, de tali honore, quo abusi sunt, ad æternum deducentur dedecus, & tunc apparebit uersuum sequentium ueritas. Magnus honor, sed maius onus, sed maximus horror, his, qui minantur, accidit hære modo; Magnus honor, quando in cathedra speculatur in alta; maius onus, cum sit absque quiete labor: Maximus est horror, cum districtam tationem, tam grege, quàm pro se reddere pastor habet. Ex tribus ergo prædictis rationibus, ratio patet decreti, dicentis, ꝙ fugiendi sunt honores, & fugientibus offerendi. 8. quæst. 1. in scripturis. Et solus ille honor verus in cęlo est appetendus. Et secũdùm Aug. de ci. Dei lib. 21. Nulli 10 cõfert indigno, nec vlli negabat digno.

Exemplum. ¶Si illos, aut qui honores fugiunt, necessitas honoris statum tenere compellat, exemplum non sequuntur prædicti discipuli, nec firmati (de quo dictum est. G. 4. 14.) Tales sunt 4. qui pro honore, & beneficio reddunt contumeliam. Ecclesiastici 29.

¶Sed conditionem sequãtur Hester, quæ cum honorata esset, ad magnum statum pro populo (scilicet) indigente deprecatura, periculo se exposuit, sicut patet Hester 4. Exemplum etiam accipiant Thobiæ, qui donaria recepta ab his, à quibus honorat⁹ fuerat. Thob. 1. Non posuit in corbonam, sed inde eleemosynas fecit Gabello, & alijs indigentibus dando, & mutuando. Et nõ obstante, ꝙ in magno esset honore miles, pauperes, captiuos, & incarceratos, non spreuit, sed pergebat per omnes, qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat, sũrientes alebat, nudisque vestimenta præbebat, & mortuis, atque occisis sepulturam sollicitis exhibebat.

Exemplum. Exẽplũ.

¶Sed (heu) nonnulli in magnorum officijs, uel curijs honorati, nõ faciunt, quod fecit Thobias, nec loquuntur cũ Hester, à primo enim cupiditate, à secundo inordinato frequẽter impedimur timore, quo timent dominis displicere, uel à curia, uel officijs amoueri; quibus ab illis, quos verbo, vel opere iuuare possent, & deberent, nec tamen faciunt, congrue dici posset, sicut dixit Mardocheus ad Hester, quæ rogata, ut indigentes iuuaret, in principio se excusauit, & quodammodo difficilem reddidit (sicut Hester 4. patet) cui ille, nẽ putes, quòd animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es præcunctis Iudæis, si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Iudæi, & tu, & domus patris tui peribitis, & quis nouit, ut idcirco ad regnum veneris, vt in tali tempore pareris: horum ergo exemplo sint Christiani honore inuicem præuenientes. Ro. 12.

¶Non obstante hoc, ꝙ de iure, quo ad honores exhibendos, uel fugiendos, fieri deberet (sicut prædictis patet rẽplis, & scripturis) de facto tamen quasi totius multitudinis intentio circa mundi uersatur honores, quod patet in cunctis generibus hominum. Prima in hos nouantibus. Secundo in honoratis.

Ar.3.

11

Tertio

Tertio honorem in defiderantibus & deficientibus.

¶Primum patet in factis tam principum, & præſidentium in poteſtate eccleſiaſtica, quàm ſeculari, uterque (& communiter) plus honoris exhibent uiliſſimo peccatori, in diuitijs & ſtatu magno conſtituto, propter ſeculi honorem, quàm faciãt optimo uiro in paupertate propter amorem Dei, quos ſub congruo reprehendunt exemplo libri Barlaam de rege facto, qui uolẽs oſtendere errorem, duo ſcrinia repleri fecit, vnũ de magnis diuitijs, aliud de rebus uilibus, primum exili, ſecundum precioſo cooperuit indumento, & conſiliarios & miniſtros ſuos, qui grauiter tulerunt, ꝙ tantum honorauit pauperes, uocauit, dicens, quod de iſtis duobus reputatis melius, uel maiori dignũ honore? qui reſponderunt, quòd illud, quod opertũ erat precioſius, ipſo utroque aperto oſtendit, quàm turpiter in eorum errauerunt iudicio, aſſerens illos ſimili deceptos errore, in honoris exhibitione, quẽ uos (inquit) illis exhibetis propter ueſtes, & fortunam, quam exterius uidetis, ego pauperibus exhibeo propter uirtutes, & gratiam, quam intus intelligo, ſciens quoniam honor regis iudicium diligit, in Pſal. 98. plus de his, quæ intus creduntur, quam de his, quæ ueſtibus apparent.

Exemplum.

12 ¶Secundum ex uerbis patet Bern. de conſideratione ad Eugenium Papam, lib. 4. c. 5. Videns (inquit) omnem eccleſiaſticum zelum feruore ſola ꝓpdignitate tuenda, honori totum datur ſanctitati nihil, aut parum, ſi ſocialius te habere tentaueris, abſit (inquiunt) non decet, tempori non congruit, maieſtati non conuenit, quàm geras perſonam attendite, de placito Dei ultima mẽtio eſt, pro iactura ſalutis nulla cunctatio, niſi quod ſublime hoc ſalutare dicam⁹, & ꝙ gloriam redolet, illud iuſtum, ita omne humile probare ducitur, ut facilius, qui eſſe quàm quo apparere humilis inuentas, timor domini ſimplicitas reputatur, non dicam fatuitas. Hęc ille.

Inter quę uerba primo ponderandum, ꝙ dicit, honori totum datur, ſanctitati nihil, quod ut clarius uideatur, exemplum in medium adducatur, in quo appareat, quomodo eccleſię præſidentes de honore nudo, & de uanitate nulla ſanctitate, uel commodo ſpirituali, uel corporali ueſtita, inter ſe magnas, non dicam ſcandaloſas, habent rixarum diſcordias, ſicut patet de Cruce in aliena dioceſi non portanda, ex cuius portatione nulla Deo contingeret honoratio, nulla animarũ perditio, nulla proſus ſequeretur rerum, ſeu uerę iuriſdictionis ablatio, niſi ꝙ unus ſibi ſoli appropriare uelle uidetur, ꝙ ſummus paſtor omnibus indulſit, qui vult (inquit) poſt me uenire, tollat ſuam Crucem, & ſequatur, quo etiam paſtor in montibus, & latro de regno relegatus libere utuntur priuilegio. Vnde ergo tanta cordium animoſitas, tantaque inter illos, qui totius pacis, & concordiæ ſpecula eſſe deberent, litigij materia, ut unus à ciuitate, ſeu congregatione ſe retrahat, in qua alius pompoſo equitũ uallatus numero, ad Chriſti dedecus, & ſubditorum pernicioſum exemplum potius, quàm ad quantumeunque ſanctitatem Crucem portat.

Exemplum.

¶Quomodo ſubditorũ iurgia, & ſeculariũ ſuperbias, cupiditate, & terreno veſtitas commodo mitigabunt, qui diſcordias inter ſe, ubi nulla ſubeſt commodi ratio, nutriũt. Mundiales nanq; pro terris, & redditibus. Iſti vero pro honoribus, & miſera placent ſibi uanitate, in quo facto uerbi prędicti, quo dicitur, ꝙ honori totum, &c. apparet ueritas. Si enim tantum haberent cordi, Crucis uenerationem & gregis ſanctitatem, quantum habent Crucis portationem, & propriam utilitatem, non haberent tot oues morbidas, totque cõcubinarios, & alios honoris dñi tranſgreſſores, in gregibus eis deputatis.

¶Sed (heu) audiunt unam Crucem in dioceſi ſua portare, uel unum prouiſorem uolentem præbendam in eccleſia ſua occupare, uel quẽcunq; de iuri-

12

bus

bus ſuis, uel redditibus uolentem aliquid ſubtrahere, grauiter offenduntur, exquiſitisq; cõſilijs, multisq; librorum, & legum reuolutionibus, toto conamine nituntur reſiſtere. Audientes vero, uel potius audire negligẽtes diabolum, dioceſim intrare, & multas animas ad infernum portare, multosq; auorum bona per uſuras, & iniuſtitias occupare, & aliorum ſalutem per luxuriam, & mandatorũ Dei trãgreſſionem ſubtrahere, non dico, quin Chriſtiani cũ ſint, in aliquo offendantur. Sed vnũ ſcio, ꝙ vtinã nec à Deo, nec ab homine ſcitum eſſet, ꝙ non tanto conſilio, tantoq; niſu, & conamine diabolo reſiſtunt, & peccatis animarumq; perditoribus, & honoris Dei ablatoribus, quanto reſiſtunt præbendarum, ac pecuniarum petitoribus, & honoris proprij imperitoribus, ſicut patet. C. 4. 17.

14 ¶Ex quo facto in parte uerbum prædictum relucet Ber. quo dicit, pro iactura ſaluris nulla eſt cunctatio. Si enim in ſuprema eccleſiæ præſidentes curia, in cæteris animarum curam habentibus, tantum feruerent, tamq; duras facerent ſanctiones circa animas ſaluandas, ſicut faciunt circa florenos, & pecunias colligendas, non eſſent tot in clero, & populo, adulteri, uſurarij, fornicarij, periurij, cõcubinarij, & huiuſmodi mãdatorum Dei, & honorum deſtructores.

¶Sed (heu) niſi taxa, uel reſiduum ad certum ſoluatur terminum. Et niſi eccleſia decima certo ſit tempore ſoluta, rigidiſſima contra non ſoluentes adhibetur excommunicationis cenſura ab his, qui in clero, & populo duriora ſcire poterunt delicta, quibus tam breui termino, tamq; rigida non obuietur cenſura, mãdatum nanque illorum de pecunia prætergrediens ſoluenda, excommmunicationis, & interdicti, & pœnæ æternæ ab eis punitur damnationis, mandatum uero Dei quiſquã trãſgrediendo de clero, uitam ducendo luxurioſam, pœna punitur pecuniaria, in qua plerig; crumenę ſpletioni magis, q̃ culpæ uidentur intẽdere correctioni. (Nota. O. 6. 25. & F. 3. 15. Item. O. 6. 18. & 57. Optime.)

¶Ex quo unum patet, quod dicere 15
uehementiſſime expaueſco, ſilere tamẽ non audeo, ne in illud incidam ueh, Iſaiæ 6. dicentis, ueh mihi quia tacui, ꝙ uidelicet quales tales, & legum conditores, legis namquè ſanctio conditoris eſt oſtenſio, tot nanque leges pecuniares, & furum rerum temporaliũ excõmunicationes, pecuniarum oſtendunt amatores, & tot peccatorum contra Dei mandata diſſimulationes, animarum oſtendunt neglectores.

¶Sed reſpondebunt, ꝙ animarum curam ſuis commiſerunt ſubditis, qui illas in illorum periculo ſuſceperunt cuſtodiendas, ex qua ipſi ſuſceptionè exhonorantur, ad pecunias uero colligendas, eos ſumptuum compellit neceſſitas. Quibus reſpondetur, ꝙ ſicut animarum curam, ita pecuniarum, & decimarum diſpenſationẽ ſubditis cõmiſerunt. Ex quo ergo de duobus, pecunijs colligendis, & animabus corrigendis curam ſubditis commiſerunt, de quarum unam maximã habent ſubditi in colligendo diligentiam, de alia magnam habent in non cuſtodiendo negligentiam, quare ergo in illa parte, in qua diligentes ſunt, eis iuuamen offerunt ubi iuuari nouerint, & in alia parte, ubi defectuoſi ſunt, & auxilio indigentes, eos periculo proprio derelinquunt.

¶Quod uero dicunt, ꝙ defectus eos 16
ad hoc compellit, ut tales faciant de eccleſia, & conſecrandis in curia, & de uenientibus ad curiam, & de epiſcopatibus datis in curia, exactiones, Deus ſcit, & facta oſtẽdunt, quomodo ſuperuacuis expenſis in illum incidunt neceſſitatem, ſubtractis nanque ſeruorum oneroſa numeroſitate, & equorum, & familiæ nimia multitudine, & parentelæ, inordinata affectione, & totius appa ratus ſuperba uanitate, tantarum neceſſitas ceſſabit collectarum. A quibus ideo ceſſare deberent, ne gregem puſillum,

lum, qui in Christum credit, eiusque sanguine redemptus est, scandalizaret, licet de consecratis in curia (iuxta abusum, uel consuetudinem) annuum ecclesiæ valorem, licetque de ecclesijs vacãtibus primi anni fructus, licet etiam (quando eis placet) ecclesiæ decimam sine magno peccato recipere, possent tamen propter uitandum scandalum à talibus se refrenare ac deberẽt, ne fons uitæ fons efficiatur ueneni. Si enim illius sanctissimæ sedis præsidẽtes, scirent, quomodo nõ solum infideles Saraceni, Iudæi, Schismatici & Hæretici, sed etiam fideles, de illorum non dico scandalizantur, sed obloquuntur apparatu, quẽ superbũ, & à Christi tramite deuiantem iudicant, quomodo de illa retentione, quã à consecratis, uel datis, in curia pro camera retinent Papæ, populus detrahit Christianus, dicẽs, Non tam bene tanti illum emit episcopatũ, quis nostram symoniam uitabit? Æstimo, quòd si domini (ut deberent) timerent, à talibus cessarent exemplo illorum. I. 9. 13.

17 ¶Si enim Christus suum dedit, ne pusillos, & infirmos quoslibet, & ignorãtes scãdalizaret (sicut patet. Matt. 17.) vbi ait, ut autem non scandalizemus eos, uade &c. A multo fortiori, illi, qui locum Christi tenent in terris, illa, quæ alienis deputata sunt usibus, dimittere deberent, ne cęcis offendiculum fieret, maledictionem Dei timẽtes, quam incurrunt, qui cæco ponunt offendiculũ, & maxime quia illorum scandalum nõ est ex malitia, sicut scãdalum Pharisęorum, qui de Christi scandalizantur doctrina (Matth. 15.) sed ex infirmitate potius, & ignorãtia procedit, quia nescĩũt, quali talia facitis licentia, in quo casu vos admonet Apostol⁹. (1. Cor. 8.) dicẽs. Videte, ne forte licentia uestra offendiculum fiat infirmis, propter talium nãque scandalum uitandũ (ẽm doctores) etiam â licitis abstinere deberent (sicut patet. F. 1. 7.) Illam dominicã sententiã cum memore excogitãres, qua dicitur, qui scandalizauerit unũ de pusillis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendat, &c. (Matth. 18.) si sic punitur, qui unum scãdalizat pusillum, qualiter punietur, qui multos scãdalizant pusillos, & magnos. Primo uidelicet ipsos cõsecratos, quos ad magnã pecuniæ sũmã obligãt, antequam aliquid de ecclesia summãt, pro qua mutuo accipienda, ecclesias, aut præbẽdas creditoribus symoniacè quãdoque dant, uel promittunt qñque paliũ, uel alia preciosa obligant qñque nec ipsis cautidicis, seu præstatoribus, uel quibus suis crudelibus usurarijs obligationes faciunt, & fideiussores inueniunt, & pro simploforte se obligãt ad duplum, & duplũ ratione inter esse quandoq; crescit in decuplum.

¶Pro quo soluendo, uel tyrannidem in subditos exercent, & collectam de clero faciunt, pro debito curiæ soluendo, quę contractum in curia factum secretum esse non patitur, uel miseram uitam, & parcã, & à multis notatã extra diocęsim morando ducunt, pro quo nõ soluto suspenduntur, excõmunicãtur, tam ipse, quàm fideiussores sui ab ipsis, qui in fauorem usurarum grauissimas exercent cẽsuras. Sed contra ipsos usurarios, qui soli ad eos uenienti decem accommodãt, & obligationem de quindecim recipiunt, quẽ solũ ideo habere uolunt in hoc casu, ne cum socijs usuras probare posset, nunquam inuenire sciuerunt remedia, cum tamẽ morbus, quasi ubique terrarum inueniatur. 18

¶Si ergo prædictã pœnam incurrũt, qui unum scandalizant, quid erit de illis, quorum occasione tot mala contingunt, atque scandala? quorũ occasione peccant ipsi cõsecrati, pecunias ad vsuras accipiendo in casu, in quo non est necessitas, eos in hoc excusans (sicut patebit infra. M. 9. 2.) quia hoc faciunt, ut de dignitate gaudeant, quam potius fugere, & quasi coacti, & quasi nolẽtes recipere deberent.

¶Quorum occasione secundo ipsi usurarij nouam incurrunt ruinã, quorum occasione fideiussores excommunicantur, depauperantur, ad Romam currentes

currētes uexãtur,& multis modis male tractantur, quorum occasione subditi grauantur & taxantur, à quibus duris modis pecunia leuatur, quorum occasione totus fere mundus obloquitur. Si Constantinus Imperator Saracenus pro uita,uel sanitate corporali, puerorum effundere sanguinem noluit,quare isti Christiani pro superba sustentatione mundiali,tot animas perdere volunt? qui potius eas saluare deberent. (Nota.V. duodecimo 29.) Sãctius ergo & pro seipsis, & pro alijs esset, pauciores, & de toto mundo electos habere Prælatos, utpote qui totum mundum sunt recturi, in quibus ecclesiæ potius, quàm personæ,uel parentelæ esset prouisum, qui de terris temporum,uel de aliqua certa, & eis assignata portione, sine scandalo uiuerent, muneribus, & ex actionibus in sempiternum exclusis,quàm semper quasi de incerto, & de male acquisito, & cum multorum uiuere maledictionibus, non Dijs, sed peccatis detraho, nec pono os in cœlum,sed in cœnum,eo modo, quo Paulus Petrum reprehendit. Gal 2. (sicut patet.C.16.30.)Nec tango montem,sed mortem, nec patris reuelare intendo turpitudinem. Cam timens offensam, sed potius patris nuditati subueniens, uelare intendo pudenda, Sem sequens uestigia, reddensque quod debeo, cui timorem, timorem, & cui honorem, honorem.Rom.13. Nota.V.12 20.

Exemplum.

¶Tertia pars istius articuli, ex uerbis patet Chrysost.super Matth.Episcopus(inquit)si debitum honoris non accipit à presbytero,aut presbyter à diacono, aut diaconus à lectore,irascitur, & turbatur. Si autem uiderit, aut episcopus presbyterum,aut presbyter diaconum,circa ecclesiæ obsequium non permanentem,aut alias peccantem,neque irascitur ei, neque curat, quia omnes quidem de honore suo solliciti sunt,de honore autem Dei nullas iniurias,eriam proprias, & non Dei feruenter uindicant,cum tamen iniurias proprias dissimulare uituperabile sit.

¶Prędictorum uero trium generum hominum,patet reprehẽsio, Malach.1: vbi de eis dominus conqueritur, dicens. Si ego dominus, ubi est honor meus.

¶Illorum uero patebit insania,quãdo & præsentem,quem tantum quæsierunt, honorem amittent, & futuro, quem non quæsierunt,carebunt.Tunc quippe eis ostendetur, quàm stultum fuit potius honorem eligere transitorium, quàm in æternum duraturum, cuius honoris minima portio plus ualet, quàm totius huius sęculi honoris magnitudo: de illo nanque honore dici potest, quod dixit quidam ciuis Parisiensis cuidam ciui Carnotensi. Carnotenses namque ferunt. Parisiensem ad se optime festinasse. Parisiensis vero Carnotensem ad se uenientem solummodo salutauit, de quo cum reprehenderetur, respondit Gallicè, Mieulx uault ung bũnenant de paris que toute sa feste de chartres. Ita omnibus honoribus mundi nummus prævaleret honor Dei, cui est honor, & gloria, & imperium sempiternum. Amen. 1.Timot.6. 19

Exemplum.

¶Hospitalitas. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalitas sex utilitates hospitibus affert.*
Primum intrinsecam Domum, quæ anima est mundat, ac purgat: vt præclaris exemplis manifestare studet.
2 *Secundo hospitalitas cordis hospitium, seu domum illuminat.*
3 *Tertio, qui pauperem hominem inter proprios lares suscipiunt, ipsum Christum, eiusque angelicam familiam hospitantur.*
4 *Quarto hospitalitas domibus pauperes hospitantibus bona affert, tam spiritualia, quàm naturalia, & temporalia, atque fortuita.*

5 *Quinto*

9 *Quinto hoſpitalitatem à periculis grauioribus hoſpites tueri, & præſeruare exemplis patefacit.*

Sextum uero hoſpitalitatis commodum id eſt, quod homines pauperem diuerſantem recipientes in terris, à Chriſto in cœlis hoſpitabuntur.

6 *Hoſpitalitatem ueram duo requirere, indicatur.*

Primum eſt generalitas, & communitas ad diuerſandos quoslibet hominum & potiſſimum pauperes pro Dei amore abſque ullo perſonarum diſcrimine, & examine.

7 *Hoſpitalitatis generalitas quamplurimis, tum exemplis, tum auctoritatibus Patrum, ac Canonum expreſsè enucleatur.*

8 *Inter mendicantium numerum ſine ullo examine euangelizatores præcipuè recipi & hoſpitari debent.*

9 *Argumentur inhoſpitalitatis crimine xenodochiorum antiſtites, qui pauperes ad illorum ianuas aduenantes, nunquam, nel tarde ingredi, & diuertere ſinent.*

10 *Duobus ad nos pro hoſpitio diuertentibus domum, & eleemoſynas impertiri libenter debemus: ſi nos lateat in quo Deus ipſe recipiendus, uel Diabolus eijciendus, & excludendus ſit.*

11 *Non eſt mirabile, cur admiremur: ſi qui Diabolum includentes, & hoſpitantes, Deum excludunt, multa aduerſa hac uita æquè patientur.*

12 *Illorum error, ac inſania aperitur, qui aliquam domum, tum religioſorum, tum laicorum funditus euerti ſolóque æquari uidentes, malos patresfamilias ac rectores antiquos cenſentur, non autem Deum eorumue charitatem erga pauperes hiſce diebus deficientem.*

13 *Alterum, quod ad ueram hoſpitalitatem attinet, eſt permanens hoſpitum perſeuerantia.*

14 *Cunctis Chriſtiani hoſpitalitatem generaliter, atque perſeuerantèr ſectari debent: ne rapinæ culpam ac panam raptoribus à Deo in altero ſeculo infligendam euadere poſſint. Nam illi, qui ab his, quibus hoſpitalitatem exhibere tenentur eam callidè ſubtrahunt, raptoribus conſociantur.*

15 *Deus primum nobis exhibet poſſe, & exinde à nobis poſtulat uelle. Cum autem nos admonemus, atque ſuluerabimus uelle, ſcilicet erga homines egenos hoſpitalitate uti; Deus tunc à nobis iuſte opimus retrahit, & ſubmouet poſſe, ſcilicet pauperibus eleemoſynas erogare, ob æternarum charitatem. uel id genus: Vnde Deus hanc in uita defectum illum paupertatis nos iuſtè ſuſtinere permittit.*

HOſpitalitatis.

Primo, oſtendenda eſt utilitas. Secundo generalitas. Tertio, neceſſitas. Primum in ſex oſtenditur effectibus. Primo nanque hoſpitium purgat intrinſecum. Secundo illud illuminat. Tertio, Deum & Angelos recipere facit. Quarto, tam ſpiritualiter, quàm temporaliter ditat. Quinto à periculis præſeruat. Sexto ad hoſpitium ducit æternum.

Arti. 1. ¶Primo hoſpitalitatem diligens, paueresque in domo ſua materiali libenter recipiens, purgationem domus meretur interioris (id eſt) ipſius animæ. Hoc primo oſtenditur hiſtoria, quæ habetur lib. 7. hiſtoriæ eccleſiaſticæ de quodam ſacerdote Apollinis, qui quendam catholicum epiſcopum Gregonomine, neceſſitatis cauſa, ad eum declinantem, hoſpitio recepit, poſt cuius receſſum Dæmon per cuius reſponſa ſacerdos uixit, ſe per hoſpitem ſuum electum, aſſerens, reſponſa dare renuit, ſacerdos dolens epiſcopum ſecutus, ab eo literas obtinuit, in quibus continebatur, quòd permiſit eum ad locum ſuum redire, & facere, ſicut conſeruat, ſacerdos uerò tantum uidens fidei uirtutem, poſt modum ab eodem epiſcopo baptizatus, & poſt mortem eius in epiſcopatu ei ſucceſſit, et

in quo totius conuerſionis, & peccatorum remiſſionis, & ſordium ſpiritualium purgationis, principium, & occaſio, & origo ſancti viri fuit receptio.

¶Secundo idem in Zacheo oſtenditur (Lucæ 19.) qui Chriſtum recipiendo remiſſionem etiam recipit, cui Chriſtus teſtimonium perhibuit dicens. Hodie huic domui ſalus facta eſt.

2 ¶Secundo tenebris ejectis per hoſpitalitatem domus eordis illuminantur, quia boni hoſpites receptores ſuos de cognitione, & amore Dei, & propria ſalute informare debent, vt ſicut ipſi reficiũtur exterius, ita illi interius reficiantur, hoc dum ex utraque parte faciunt, utrique conditionem Chriſti ſequuntur, & diſcipulorum euntiũ in Emaus, qui poſt quàm Chriſtum receperunt, ipſique panem dederunt, eius informatione in illius deuenerunt cognitionẽ, de quibus dictum eſt, cognouerunt, &c. Hoſpitio uero ſic hoſpite mundato, & illuminato, Deus illud cum familia intrat angelorum, hoc quantum ad Deũ hiſtoria oſtendit de nobili muliere, quę pauperem (ut ſibi uidebatur) infirmum clamantem, primo intra portam, deinde eius uidens debilitatem intra aulã, deinde in camera recepit, in lecto ei ad quieſcendum parato, matito uero, qui illam de eleemoſynis ſuis frequenter reprehenderat, reuertenti, & cameram intrare uolenti, cum maximo oſtium, quod clauſe firmauerat, aperuis timore oſtio vero aperto, ambobus intrantibus in lecto formam inuenerunt crucifixi, quæ coram eis euanuit, poſtſe maximam deſeliquens ſuauitatem, per quam non pauperem, ſed ſuauitatis auctorem illuc aduenuiſſe cognouerunt.

Exemplum.

3 ¶Sic qui pueum pauperem, hominẽ recipere pro Chriſti nomine credunt, ipſum recipiunt Chriſtum, qui hanc de illis, qui pauperes in nomine ſuo recipiunt, ſententiam confirmat, dicens, hoſpes eram, & collegiſtis me, & non Deum ſolum, quia nec dignũ eſt tantũ regem ſine angelorum hoſpitari familia, ſed etiam ipſos angelos hoſpitales merentur recipere homines. Quod optime ſignificatur in Abraham, & Loth, qui propter hoſpitalitatis quem habebant, amorem, angelos (ſicut ex Geneſi patet. c. 19.) Suſcipere meruerunt, quibus apoſtolus teſtimonium perhibet dicens, per hanc quidam placuerunt angelis hoſpitio ſuſceptis (Heb. 13.) quibus inſeptis, ſaluabuntur non ſuſcipientibus interfectis. Vnde Origenes domos hoſpitales ingreſſi ſunt angeli, domos uero hoſpitibus clauſas, ignis, & ſulphur ſuccendit.

¶Quanto tales hoſpites domum di- 4
tant, quam ingrediuntur, tam ſpiritualiter quàm temporaliter, ut eam habẽs, merito dicere poſſet, uenerunt mihi omnia bona cum illa, tam ſpiritualia, quod ex uerbis patet Chryſoſtomi ſuper Matth. 10. qualem mercedẽ habet, qui ſuſcipi peregrinantem, & ſunt ambo æquales, qui propter Deum refrigerat, & qui propter Deum laborat, cuius auctoritatis ratio per argumentum patet à contrario ſenſu. Si enim, qui furem, qui furem recipit, eadem incurrunt pœnam, rationale videtur, & qui bona operatur, & qui bene operantem recipit, eandem mereantur gloriam.

¶Secundo tam temporalia, quàm na Exemturalia, ſicut patet Joſue 2. vbi Raab plum.
cum amicis ſuis exploratores recipien Exemdo, uitam promeruit naturalem, & plum.
4. Reg. 4. Mulier Sunamitis Helyſeum Exemrecipiendo, filio reſuſcitationem pro plum.
meruit ad uitam, quàm etiam fortuita, Exemſicut patet, ſecundi Regum ſexto de plum.
Obededom, cuius domui benedixit Exem-
Deus, opulentia magna (ſecundùm plum.
Joſephum) cum prius eſſet pauper, quia archam domini hoſpitio ſuſcepit (4. Reg. 4.) Vidua, quæ prophetas dilexit, cuius etiam uir Deum timuit, ad preces Heliſei multiplicauit Deus oleum, uiduæ etiam quæ Helium hoſpitio ſuſcepit. 3. Reg. 17. Deus utraque benedictione mundia ſuſcitando filium, quàm formam ipſam cum filio paſcendo multiplicauit.

¶Quinto

¶Quinto à periculo præſeruat, ſicut patet in Raab & Lothde quo dicit Auguſt. in libro contra quinque hæreſes, ꝙ in temporale euaſit incendium, & æternum conſecutus eſt præmium.

¶In quo ſextum hoſpitalitatis notatur commodum, recipientes nanque Chriſtum æternum recipient hoſpitũ, infra hiſtorias nanque quaſdam continetur de quodam, qui inter alios pauperes, quos lætanter ſuſcepit, quendam ſuſcepit & pauit, pedesque lauit, quos dum lauando clauis perforatos inueniret, & perterritus clamaret, pauper euanuit, dicens, quia ſuſcepiſti me in terra, ſuſcipiam te in cælo.

Exemplum. ¶In uita etiam Sãctæ Martæ legitur, ꝙ Chriſtus ei morienti, apparuit, dicẽs, quia me frequenter in hoſpitio tuo recepiſti, ueni in thalamum meum, hodie à me recipienda. Huic concordat quod ſcribit beatus Grego. in Homel. de diſcipulis euntibus in Emaus, in qua nos hortatur libẽter eleemoſynas dare, pauperesque ſuſcipere, ut mereamur Chriſtum ſuſcipere, & vt ab eo ſuſcipi mereamur, & ponit exemplum de

Exemplum. quodam homine in hoſpitali, qui quadam die Chriſtum informa pauperis ſuſcepit, cuius manibus cum aquam infundere uellet, diſparuit. Nocte vero ſequenti eidem apparuit, dicens, quòd eum in ſuis frequenter receperat membris. Illo uero die in propria receperat perſona, & non eſt dubium, quin tam in curialis dominus eum recipientes in domibus ſuis, dum in ſua eſt paupertate, & recipere uelit indigentes ad ſuam domum uenientes, quãdo in ſua eſt gloria. Ideo beatus Greg. in quadam Homel. hortatur dicens, ad menſas ueſtras Chriſtum ſuſcipite, ut ab ipſo recipi ad æterna conuiuia ualeatis. Sitis ergo hoſpitales inuicem, ſine murmuratione. 1. Pet. 4. Prædictæ nanque utilitates diligenter excogitatæ omnem murmurationis materiam auferre deberẽt.

Art. 2. ¶Tãta vero, q̃ ꝓdicta eſt hoſpitalitatis utilitas, magnã req̃rit in hoſpitalitate gñalitatẽ, atq; pſeuerãtẽ durabilitatẽ.

¶Primum reſpicit recipiendos pro amore Dei, inter quos non debet fieri diſcretio, nec perſonarum examinatio. 6

¶Secundum reſpicit recipientem, in quo non debet fieri hoſpitalitatis ceſſatio. Primum exẽplis, & auctoritatibus Canonum patet, & ſanctorum, Mercator ubicunque, & quocunque modo commode poteſt lucrarẽ. Sed omnibus dando omnesque recipiendo de omnibus lucrari poteſt, &c. Exẽplũ.

¶Iterum domum exceptum examinari non debet, ſed hoſpitalitatis homo potius accipit, quàm dat, ergo ſine examinatione fieri debet, &c. Hanc enim cauſam aſſignat decretuũ, di. 42. cap. quieſcamus, acceptum ex uerbis Chryſoſt. ſuper epiſtolam ad Hebræos, non (inquit) das, ſed accipis, ne ergo in his examines. Si enim Abraham ſcruta cor eſſet circa refugientes ad ſe nunquã Angelos hoſpitio recepiſſet, fortaſſis enim non putaſſet eos angelos, ſed cum reliquis repelleret.

¶Sed quoniam omnes recipiebat, Angelos, ſuſcepit, non enim ex uita eorum, quos recipis, mercedem tibi redditurus eſt Deus, ſed ex uoluntate, & miſericordia, ex honorificentia multa & bonitate.

¶Ad idem Augu. in li. contra quinq; hæreſes, diſcite (inquit) Chriſtiani ſine diſcretione exhibere hoſpitalitatem, ne forte cui domum clauſeritis, cui humanitatem negaueritis ipſe Deus ſit.

¶Ad idem Ambro. li. de officijs: vides (inquit ꝙ Abraham Deum ſuſcepit hoſpitio, dum hoſpites q̃rit, vides quod Loth angelos ſuſcepit, unde ſcis, an & tu cum ſuſcipis hominẽ, ſuſcipias Chriſtum, cum Chriſtus in hoſpite ſit, quia Chriſtus in paupere eſt, ſicut ipſe ait, hoſpes eram, &c. Ergo omnes recipiẽdi ſunt, & precipue pauperes, cuius cauſa eſt, quia (ſm Decretũ 14. q. 1. quoniam) quod acceptum eſt ex uerbis Hieronymi. Quicquid habẽt clerici, pauperum eſt, & domus eorũ cõmunes eſſe debẽt, & ſuſceptioni peregrinorũ, & hoſpitiũ diligenter inuigilare debent, ſpecialiter

Digitized by Google

tamen uiris apostolicis, sicut ex capitulo patet ibidem immediate præcedenti ex uerbis accepto eiusdem Hieronymi. Apostolicis (inquit) uiris, & euangelizatoribus Christi, in necessarijs uitibus nolle tribuere, seipsum condemnare est.

¶Exempla uero huiusmodi in hospitalitate generalitatis habemus in beato Gregorio, in cuius uita scribitur, quòd quotidie ad mensam peregrinos habebat, omnibus etiam pauperibus frumentum, caseum, & huiusmodi dabat, tribus millibus ancillis Dei octoginta libras auri annualiter dabat, per omnem regionem infirmis stipendia mittebat, ye recundioribus uero de mensa sua scutellam dirigebat. Item de beato Iuliano, &c. de Beato etiam Siluestro historia sua cõtinet, q̃ circa aduenas sic erat sollicitus, ut Christum in ipsis se recipere gauderet. Nulla inops uidua, nullus pauper, nullus orphanus, indigens in tota urbe erat, quem non haberet in scriptis, quot uiduæ erãt i regione, quot orphani, quot clerici, sciebat, & necessaria ministrabat pro debitis obligatis, & detentis in uinculis, interdum se debitis obligabat.

Exẽplũ.

Exẽplũ.

8 ¶Ecce quãtum antiqui Romani pontifices hospitalitatem cordi habebant. Pro cuius exhortatione leges, & decreta cõdebant, ipsamque in opere usque ad sui depauperationem, & obligationem ostendebant. Moderni uero alijs de causis leges condunt, & pecunias colligunt, sicut in parte dictum est. H. 4. 15.

¶Ex prædictis ergo exemplis, & auctoritatibus patet, quanta requiritur in hospitalitate generalitas in qua petentium pro amore Dei nulla facienda est personarum examinatio, inter quos tamen euangelizatores præcipuè recipiendi sunt.

Exẽplũ. ¶Sed (heu) omnino cõtrariũ fit, quia duobus ad portam monasterij, uel domus cuiuscunque uenientibus, quarum unus diabolum secum ducit, ut pote, qui raptor, usurarius, & pessimus leccator, est tamen in potestate constitutus, in qua temporaliter nocere potest. Illi portam statim maiori aperient, cum optimo uultu, & pulcheris locutionibus, licet tamen pessimo corde, & peruatis maledictionibus recipiatur, oẽs ei erunt attendentes, & esculentis, & poculentis, & lectisternijs, & omnibus alijs superflue procurabitur cum equis, & canibus, & proterua famulantium sequela.

¶Alius uero sine equis, & canibus pe- 9
ditando, & in forma uenientis pauperta-
tis, etiam ad portam illorum, qui super hospitalitate facienda pro animabus fundatorum suorum fundati sunt, propter quam largas acceperunt terras, & redditus copiosos, & nomine pretens Christi, etiam licet Christum secum, ut pote qui in bona est uita, ducat, ille portam inuenit clausam. Ianitorem inuoluntarium, qui illum, uel omnino excludet, uel post longas disceptationes, & excusationes, & murmurationes, tarde intrare permittet, quo intrante, uultum omnium inuenit rigidum, uerbum maledictum, cibum parcum, hospitium, & dormitorium frigidum, lectum durum, de talibus scribitur. (Sapien. 19.) Bonos hospites in seruitutem redigebant. De quibus etiam loquitur Bernar. in expositione regulæ Sancti Benedicti in parte tertia, cap. 7. tractans illud (Prouerb. 25.) Oẽlum sursum, & terra deorsum, ostendens, quomodo istud uerbum nunc pernertitur, diabolus (inquit) honorifice recipitur, & Deus contumelioſe repellitur, ubi raptores, & usurarij cum honore, recipiuntur, & magnis expensis procurantur, boni uero pauperes, uel repulsam patiuntur uel male procurantur.

¶Si uero dixerint, q̃ illos, qui nocere possunt, oportet omnino recipere, ne noceant, nec hoc est uituperabile, cum cuique (secundum iura) licitum sit iniustam redimere uexationem, eis respondetur. A. 20. 9. Ita enim illa faciant, q̃ ea, quæ Dei sunt, non omittant, si dixerint, q̃ omnibus facere non possunt. Respondetur. E. 3. 44.

¶Si

Si iterum dixerint, ꝙ in duobus prædictis ad eos declinantibus, nec ſciunt Deum eſſe, uel diabolum, & ideo neſciunt, uel in quo Deum recipere, uel in quo diabolum, excludere debeant. Reſponderur primo, ꝙ licet eſſet ſtatus utriuſque eis à Deo certitudinaliter reuelatus, nõ minus, (quod prædictũ eſt) facerent. Et propterea licet ſtatum, uel conditionem neſciant petentis, conditionem tamen illius non ignorant, pro cuius amore petit, quem recipis, & cui das, quando ei das, qui in nomine eius petit (ſicut oſtenſum eſt. E. 3. 46.) & quẽ excludis quando illum excludis. Qui
11 uero Deum excludit, & diabolum includit, non eſt mirabile, ſi multa ſuſtineat aduerſa. In Deo nanque eſt omne bonum, quia de illo dictum eſt. (Exo. 33.) oſtendam tibi omne bonum, qui uero omne bonum excludit de domo ſua, pro quo etiam omnia bona, quæ habet, domui illi dabuntur, quod mirabile eſt, ſi domui illi plura non dentur. Sed prius data potius ſubtrahantur, quia ceſſante cauſa, non eſt mirabile quod ceſſet effectus, cum ergo Deus, & charitas, quæ in domo tali aliquando uigebat, cauſa fuerit donationis terrarum, & reddituum, cauſis illis ſubtractis, non eſt mirabile, immo rationabile, & omni naturæ conſonum, ꝙ temporalia minantur (ſicut congrue oſtenſum eſt. E. 3. 41.) Quando ergo in domibus religioſorum, & uirorum eccleſiaſticorum, videritis domum ſupra domum cadere, fabricas proſterni terras, & prædia impingnari, domibusque diſcopertis, ubique puluere, & omnia diſſuta, & inordinata, quid aliud cogitare reſtat? niſi, ꝙ ille artifex increatus, q omnia illa magna ordinauit, & fecit ædificia, qui ſuauiter dum morabatur, diſpoſuit omnia, de loco illo receſſit, ipſis eum excludentibus, & inimicum recipientibus, qui omnem, in quo habitat locum, diuiſum facit, & deſolatũ, quia ſicut ruina prædij domini temporalis ſignum eſt, quòd dominus à loco illo multum abſentat ſe. Sicut etiam pallor membrorum ſignum eſt frigiditatis, & indiſpoſitionis ſtomachi, ita ruina in domibus eccleſiaſticis abſentiam ſignat Dei, & exteriorũ bonorũ infortunia extinctionem ſignant interioris caloris, & charitatis. Exemplum.

¶Ex quo patet, ꝙ nonnulli errãt, defectum in talibus dicentes eſſe, quia bo- 12
ni non ſunt patresfamilias, antiqui enim patres, qui domos illas fundauerunt, minimæ fuerunt in exteioribus rebus ſimplicitatis, ſed non paruæ charitatis, & hoſpitalitatis. Primo nanque & principaliter regnum Dei, & iuſtitiã eius quærebant, & ideo omnia exteriora eis adijciebantur, dum omnem ſolli citudinem ſuam in Deum proijciebãt, & cogitatum ſuum in domino habebant, in Deum ſperantes, irriguumque ſuperius habentes deuotionis, ipſi cura erat de eis, ipſosque nutriebat, irriguã dando inferius abundantiæ exteriorũ, ipſiſque Deus paterfamilias fuit, ꝙ eis. Contrarium uero modernis facientibus, contrarius accidit effectus.

¶Et nõ ſolum illis, ſed & toti regno 13
miſericordię defectus cũ cauſa eſt omnium infortuniorum, & tempeſtatum, & uindictarum, quia in terra iſta, non ſolum in falſitate, ſed etiam in hoſpitalitatis defectu multas alias excedunt nationes, quia uix inuenitur terra, in qua tam pauca inueniantur hoſpitalia, uel domus Dei pro pauperum receptione, in quo paruũ ex antiquo ſignatur ad pauperes deuotio, in illis adhuc paucis pauci, & cũ multis precibus, & aliquando precio intrant, ipſis cuſtodibus omnia deuorantibus, propter quas cauſas pauperes in terra inhumaniter tractantur, & Deus oſtenditur (ſicut oſtenſum eſt. D. 9. 5. & 6.) Si ergo iſtis miſerijs, & infortunijs per Deum mitigatis, in temporalibus, & ſpiritualibus cupitis proſperari, hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Heb. 13.

¶Secundam uero huius articuli particulam, hoſpitalitatis, uidelicet, perſeuerantiam, factum doget Eulogij in vi. pa. de quo nõ tinet liber ille, ꝙ quen-

dam debilem ita non ualentem ad domum suam portauit, quem quindecim annis pauit, sed ita in fine incepit esse tędiosus, hospiti suo uerba dicendo amara, asserendo etiam, quod ei grates de beneficijs nesciuit, de consilio tamen patris Antonij, qui hoc ex diaboli astutia euenire tentatione, qui hospitalitatem eius per impersecutantiam maculare nitebatur, opus charitatis, quod inceperat, non dimisit, huius ergo exemplo, quantumcunqꝫ uisus, tactus, & auditus miserabilium personarum in principio sit grauis, propter tamen lætitiam, quam in morte reddit (sicut patet. E. 3. 15.) scitis, quantum possibile est, generaliter, & perseueranter hospitalitatem sectantes. Romanorum 12.

Ar. 3. ¶Hęc autem Apostoli doctrina necessaria est, non solum propter mala, & infortunia fugienda tertena (de quibus prędictum est) quæ sola hospitalitatis
14. carentia sufficienter induceret, si aliud in terra uitium nõ regnaret, sed etiam propter rapinæ culpam, & pœnã raptoribus debitam, à Deo in alio sęculo infligendam euitandam, ipsi nanque hospitalitatem, ubi illam exhibere tenentur, subtrahentes (per decretum sumptum ex uerbis Hieronymi. di. 42. c. 1. §. ordinandus sacerdos) raptoribus associantur. Ait nanque, ꝙ aliena rapere conuicitur, qui ultra sibi necessaria retinere probatur, in quo etiam decreto, multa alia habentur, ad hospitalitatem hortantia.

¶Si ergo raptores iustè à Deo ęternaliter punientur. Si etiam Dauid iuste occidit Amon regem Amon, & complices suos inhumaniter recipientes, & turpiter ministros suos tractantes. (2. Reg. 10.) Si insuper filij Israel iuste bellauerunt, & occiderunt illos de Gabaa Beniamin, qui uenientes ad se hospitos recipere noluerunt, sed potius ad illos male se habuerunt, de quibus dicetur, Iud. 19. ꝙ nullus eos hospitio recipere uolebat. Ergo Deus eandem iuste recipere potest uindictam de male tractantibus hospites suos.

¶Sed ab ista hospitalitatis impletio- 15
ne, nonnulli paupertate se excusant, dicentes, se uel propter malos & caros annos, uel propter onera, & exactiones regalium, & aliorum potentium, uel alia infortunia, non posse hospitalitatem exhibere. Quibus respondetur, ꝙ radix illius paupertatis, defectus fuit bonæ uoluntatis, Deus prius dedit eis posse, & requirit ab eis uelle, ipsis uero retrahentibus uelle Deus iuste retraxit posse, quia quando satis habent, mali hospites sunt testamentorum Dei. (Ephe. 2.) Et ideo iuste hic defectum, & alibi pœnam patiuntur cum illis, de quibus scribitur. (Sapien. 19.) Iuste patiebantur secundum suas nequitias, etenim detestabiliorem in hospitalitatem instituerunt, alij quidam ignotos non suscipiebãt aduenas, alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant, & non solum hoc, sed alius quidam erat respectus illorum quoniam inuiti recipiebant extraneos. Hæc ibi.

¶Humilitas. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Triplex humilitatis species est.*
Prima, quæ clericis pessimum nondum promotis, & ad maiora promouendi desiderantibus, & omnibus etiam magna peroptantibus ineſt, Vulpina passim ab omnibus nuncupatur.
Causa autem huius nomenclationis exẽplis clerius innotescit.

2 *Nonnulli Vulpi nefariæ ac doloſæ similes uerbis mendacibus, & meracibus se humiliant.*

3 *Medium quidem aperis, sindijsque, ac cerne adhibendum est, sit hoc humiles aliud extra, & aliud intra fidei domum strãtes (ne forte fallamur) euitare pro uiribus possimus.*

4 *Secunda humilitatis species, quæ in illis, qui nolint, nolint, humiliare se debent, Asinina appellatur.*

5 Tertia

5 Tertia uero humilitatis species, qua quis veraciter, sulutariosque seipsum corde, ore, & opere humiliat, uera, ac meritoria nuncupatur.

6 Sex uera acmerisoria humilitatis causæ existunt.

Prima est Christi uitæ atque operum ponderatio.

7 Non modo humilitatis exempla de humili Christi uita electa qui cum Deus sit nostram naturam excellere uidetur; sed etiam de sanctorum uirorum uita eiusque operibus quibus nos similes, quoad naturæ humanæ conditionem, existimus afferre opereprecium est.

8 Diuum Gregorium Summum Pontificē, summam humilitatem, quam corde semper celabat, atque seruabat, tum uerbo, tum opere propalasse & indicasse, graphicè narratur.

9 Quo magis aliquis gratijs apud Deum pollet, eo maior humilitatis uirtute esse debet.

10 Omnia, quæ tum ad originem, tum etiam ad uitæ curriculum et ad finem spectare uidentur, humilitatis exemplum, seu materiam nobis tradere deberent.

11 Origo nostra nihil ac luctuosa est causa nostræ humilitatis.

Vitæ etiam cursus propter miserabilem eius statum, ad humilitatem nos reducere deberet.

Eiusdem demum uitæ finis, non solum humilitatem, sed etiam maximum timorem, ac tremorem incutere deberet.

12 Crebrius usuuenire solet, quod illis, quibus maior humilitatis, occasio, ob omnium uirtutum defectum esse debet, minus de natura & uirtute humilitatis ineße semper uidetur.

13 Patientiam cordis humilitatem ostenderem nos nemo quam fugit.

14 Doctißima Diui Gregorij sententia, & exemplis insignibus declaratur, ex illata cōtumelia & iniuria iniquo passis quis humilis, quisve elatus sit, facilè notificari posse.

15 Humilitas ostenditur externo patefactæ, internarum cordis motuum maximopere indicat.

16 Immensa Dei clementia, calamitatibus, & erumnis, quas in dies iuste patimur, humilitatem in nobis sueri semper incumbit.

17 Sex modis hæc præseruata a humilitas nobis prodest.

Primo nos hac eadē humilitate gratiam consequi possumus.

18 Humilitate abstinent homines, quod ieiunio, ac oratione minime assequuntur.

19 Secundo humilitas nostræ mentis affectum accendit, atque inflammat, & gratia, ac uirtutum lumine humilibus uiris adhærentes, Hasimomnes peccatorum tenebræ ab illis fugantur, & expelluntur.

20 Tertio humilitas ipsa homines, tum Deo, tum hominibus non solum bonis, ac non deßitis, sed etiam discolis, & superbis, iucundam & charum, atque amabilem omni tempore reddere conatur. Econtra autem elatio, seu superbia homines reddit.

21 Hanc præterea Regulam apud probos uiros uirtutibus refertos ualere (nempe simile diligis sibi simile) non autem apud improbos, & nefarios, ac perditos homines uim habere affirmatur.

22 Quarto homo demißus, ac humilis nequißimo, ac superbißimo Diabolo ob scelera eius humilitatem detestabili, atque abominandus euadit.

23 Quinto humilitas uiros humiles, non solum à Dæmonum incursionibus & offensis, sed etiā à malorum, & culpæ, & pœnæ discrimnibus tueri, ac custodire solet, & potest.

24 Humiles & superbi Turri sublimi, parumque domui assimilantur.

25 Et etiam Quercui in Monte sitæ, & arundini in Valle imæ permanenti comparantur.

26 Sexto humilitas nobis conducit, quia, absque illa ad cælorum regna peruenire nequimus.

27 Vinea humilitas non ubre assimilatur.

28 Rationes equidem, atque necessitas quatuor ex causis nos omnes humilitati uacare ducimur atque trahimur.

Primo, quia locus, ubi sumus, carcer est

Secundo, quia in tali statu morammur, ac nos ab alio regi & moderari nociſſe ſit.

29 *Tertio, quia opus, quod patrare debemus, eſt Dæmonem proſternere ac proculcare; quod certe humiliatæ fieri dicitur.*

Quarto, humiliare nos ipſos, cum ratio, tum neceſſitas edocent, ut cæteras virtutes naſciſci poſſimus, ſine quibus animarum ſalus amittitur.

30 *Tertiam ſpiritualis ædificij fortitudinem ex humilitatis fundamento & baſe ſurgere, & iſto etiam ſublato in præceps paritèr ruere, copioſè exponitur.*

31 *Quamplurimis exemplis, ut ſuperiorum omnes ſub humilitatis cuſtodia collocãdas ſore, luculenter elucidatur.*

HVmilitatis. Primo, oſtenditur diſtinctio. Secundo, inductio. Tertio oſtenſio. Quarto conſeruatio. Quinto utilitas. Sexto neceſſitas.

Arti. 1. ¶Quantum ad primũ triplex inueniꝛ tur humilitatis ſpecies, vulpina, aſinina, uera.

1 ¶Prima, primo, & principaliter in clericis, non promotis, vel ad maiora promoueri deſiderantibus, & etiam in omnibus, qui uel in ſtatu ſeculari, uel eccleſiaſtico magna in animo deſiderant officia, uel promotiones inuenire, quæ ideo vulpina dicitur, qa ſicut de vulpe fingitur, ꝙ ſeipſam mortuam in uia iacens finxerit, ut in quadriga poneretur, ve aleciꝛ, quæ ducebat, comederet, quæ quidam comedendo ſe uiuam, & non mortuam (ut finxerat eſſe) oſtendit, opꝛ re enim ſequentia duo (uidelicet) fictitium, ficticijque cauſam declarabant præcedentia. Sic hypocritæ modeſtos, humiles, morigeratos, & quaſi omnibus malis, & peccatis mortuos, maximè erga illos, à quibus iuuari adhuc, ad quod anhelant, poſſunt, ſeipſos eſſe fingunt, ut in officijs, ponantur, uel promoueantur, & hoc ut comedãt, & bibant & corporis commodum faciant, de quibus Ezech. 13. Quaſi vulpes in deſerto, prophetæ tui Iſrael, quę ſicut ſe mortuam eſſe fingit extra, cum ſit uita dolis plena intra, ita iſte nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Eccl. 19.

Exẽplũ Deivulpe.

Exemplum.

¶Quem quidem dolum uerbis palliunt, dum ore retinentiam quandam oſtendunt, veraciter, & mendaciter ſe pro officio, uel honore, uel gradu, quẽ deſiderant, & ad quem petuntur, indignos, nolentesque iudicant, ueraciter enim hoc dicunt, quia in ueritate indigni ſunt, mendaciter uero, quia aliud mente concipiunt, & ut cęterorum talium conditio in unius oſtendatur facto. Exemplum in medio compareat quod de pollicatiõ ſumptum eſt, li. 7. ti. 17. de quodam ambitioſo religioſo, qui cum ad abbatiam, quã præmerat, uocaretur, & ille modeſtiam ſimulans (ut auidius peteretur) onus refugeret, recuſaret honorem, & ſe palam tantæ rei indignũ diceret, plane (inquit princeps) indignus eſt, quia illam tanta mihi pecunia data emiſti, ſed per me non ſtat, quo minus pactio impleatur, ſed per te, quia indignum te dicis agitur, ad domum redeas, & qui dignus eſt, deſtitutæ præficiatur eccleſiæ. 2 Exemplum.

¶Ex quo facto patet, quomodo verbis mendacibus, & ueracibus ſe humiliant. Nota. O. 6. 32.

Exemplum.

¶Contra talem magna adhibẽda eſt cautela, ſicut contra uenenũ coloratũ pulchris coloribus, & ſicut contra lupũ in pelle ouina coopertũ, qui caput inclinat, ut ſubrouili intret, & oues mactet, & deuoret, ſic ſi humiliatus cadat cui⁹, obfirma animum tuũ, & cuſtodit te ab illo (Eccl. 12.) Obfirma (inquit) animũ tuum, ne cito ei aperiatur, uel in his, quæ deſiderat, ei condeſcendatur, quia ſi ignotus tibi ſit, expecta pauliſper, & non erit, quia ſicut gutta de uaſe agitato exiens, certo oſtendit iudicio, quale reliquum ſit, quod intus remanet, ita uerborum, & operum guttæ dei ore, & manibus illius decurrentes, ipſius interioꝛ oſtendunt qualitatem. 3 Exemplum.

Non

Nō dico, quòd uerba, & opera hoc oſtēdunt, quæ rei deſideratæ adeptionem, uel ipſius præcedunt agitationem, ſed quę ſequuntur, quia (vt dictum eſt) tales ante rei, quam cupiunt, poſſeſſionem, humiles ſe fingunt, antequàm etiam verbo diſplicentiæ, vel quacunque tangatur, vel agitentur aduerſitate, guttam nullam ſuperbiæ emittunt, vel impatientiæ, ſed poſtquàm fuerint adepti, quod deſiderabant, oſtendunt opere, quales prius fuerunt uoluntate, cum etiam tacti fuerint, per guttam effluentem hominis intrinſeci, oſtēdunt qualitatem. Sicut nuper accidit de quodam in quadam conſtituto maioritate, ut ille cęteris præeſſet paſtoribus, hic quadam die in ſocietate fratrum exiſtens ſeipſum uituperauit, humilitate ficta ſeipſum pro officio tali indignum aſſerens, cui cum quidam de circunſtantibus teſtimonium perhiberet, graui contra illū ira exaſperatus, ipſum male dicere aſſeruit, addens, quòd nunquàm ita bonum in illo habuerunt officio. Exemplum.

¶ Talium nanque communis eſt cōditio, quòd quantūcunque ſe indignos peccatores, & defectuoſos aſſerant, hoc tamen ab alio audientes, iraſcuntur, & tria pro uno reddunt uerbo, quorū melancoliæ ſequens oſtenſio præcedentis humilitatis, quam ore oſtēdebant oſtēdit fictionem, & factum ſequens, uel pcedentis uerbi oſtendit falſitatem, uel ſuijpſius irrationabilitatem. Si enim (ut dicunt) indigni non ſunt, quare indignos ſe eſſe dicunt. Si uero ſunt tales, quales ſe aſſeruerit, quare iraſcuntur hoc ab alijs audientes, de quocunque enim tali dici poteſt, illud (Eccleſi. 10.) Eſt q ab humilitate leuabit caput, ficte nanque caput prius humiliantes illius humiliationis cauſis præcedētibus caput eleuant, oſtendentes, quòd illud prius falſiter inclinabant.

4 ¶ Aſinina verò, ſeu inuita, & uiolenta eſt humilitas, qua quis humiliatus eſt, uelit, nolit, ſicut aſinus onus portat, ſicut humiliati ſunt incarcerati, & dure a dominis tractati, quos quandoque iuſte humiliāt ſicut Dauid, qui percuſſit Philiſteos, & humiliauit eos (2. Re. 8.) quandoque iniuſte, ex parte humiliantium, ſicut patet de Tyrannis, qui populum humiliauerūt dicentes (Dan. 3.) Imminuti ſumus domine, amplius, quàm omnes gentes, ſumusque humiles in uniuerſa terra.

¶ Poteſt tamen ſic humiliatus, ſiue iuſte, ſiue iniuſte cum intacto patientiæ, & ſalę ſapientiæ ſeipſum ſub uerberibus cognoſcendo, & corrigendo, utranque humiliationem ad bonum, & augmentū conuertere uirtutis, conditionē ſequens ſolis, qui de aqua maris ſalſa dulcē elicit, & Heliſei (4. Re. 2.) Exemplum. Exēphū. qui aquas amaras ſale in illis proiecto indulcorauit, quod ſi tu uis de aquis facere, tribulationem in dolore ſuſtine, & in humilitate patientiam habe. Eccleſiaſt. 2.

¶ Vera autem, meritoriaque humilitas eſt, qua quis ueraciter uolūtarieque ſe humiliat corde ore, & opere.

¶ Ad primā ſcriptura nos admonet, dicens, humilia ualde ſpiritum tuum. Eccleſ. 7. huius uero humilitatis ſigna ſunt, quòd homo cor ſuum, ut Deus p̄cipit, fidelitate, mundicia, & alijs uirtutibus diſponat, ſic humiliemus illi animas noſtras (Iudith. 8.) Quod ſi fecerimus, Deus cor noſtrum, tanquàm habens ſuam ſimilitudinē, qui ait. (Mat. 11.) Mitis ſum, & humilis corde non deſpiciet, ſicut nec pater filium ſibi ſimilem, ita cor contritum, & humiliatū Deus non deſpicies. in Pſal. 50.

¶ Secunda uero oſtenditur in honorifica loquela, quo ad Deum, honeſta quo ad ſe, utilis quo ad proximum. Philip. 2. Nihil facientes per contentionem, uel inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſe inuicem arbitrantes.

¶ Tertiū uero tria oſtēdunt, proprij corporis, ut Deus pręcipit, caſtigatio, rerū exteriorū indigētib⁹ largitio, & nullius iniuſta ſpoliatio, hoc facere debemus ſciētes, quoniam melius eſt humillari

liari cum mitibus,quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis. Prouer. 16. Sic ergo humilia te in omnibus. Eccleſia. 3.

Ar.2. ¶ Iſtius vero triplicis humilitatis veræ ſex ſunt cauſæ inductiuæ,& effectiuę. Primo conſideratio vitæ, & operum
6 Chriſti. Secundo exempla ſanctorum. Tertio conſideratio rerum naturaliũ. Quarto cogitatio finis alieni. Quinto certitudo proprię miſerię. Sexto in ſpectio ſacrę ſcripturę.

¶ Primo, Deus in omnibus factis ſuis exempla nobis præbuit humilitatis,maguæ namque humilitatis iudiciũ eſſe videtur,quòd ſeruum offendentẽ, ipſe prius ad pacẽ requiſierit, ſeipſum ei humiliando, quod eſt contra multos,qui de inferiorum offenſa, nec veniam requirere, nec oblatam recipere volunt, ſed ipſos cum magna vilipendunt indignatione,verbis, & factis cõtumelias eiſdem inferendo.

¶Secundo humilitatis in eo iudiciũ fuit,quòd hanc noſtram reconciliationem in natura humili operari voluit, noſtram debilem potius,quàm angelicam nobilem accipiendo naturam.

7 ¶Tertio ad hoc etiam matrem elegit pauperem, & humilem ipſa teſte, quæ ait(Lucę.i.) Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ &c. Domum etiam (id eſt) diuerſorium humile, & abiectum,in quo naſci voluit, cameram,& locũ in præſepio habuit.humilibus inſuper natiui tatem ſuam primo annunciari voluit (id eſt) paſtoribus,humilitatem etiam prædicando docuit, in conuerſatione etiam parentibus humiliter obediens fuit,& regibus reddendo,quæ ſunt Cęſaris,Cæſari,& quæ ſunt Dei,Deo. Humiles etiam elegit diſcipulos,pauperes (videlicet)piſcatores, humilibus inſuper prædicauit,qui ait,euãgelizare pauperibus miſit,me:paruulos etiam complectitur leproſos, & infirmos, deſpectosque tãgit,pedes lauit,azymauit, finaliter humiliauit ſeipſum,factus obediens vſque ad mortem mortem autẽ Crucis. Phil. 2. Sic in omnibus operibus ſuis, & in tota vita ſua, vſque ad mortem humilia reſpicit(in Pſal. 112.) humilitatisque præbet exemplum.

¶ Sed quia aliquibus videri poſſet, quòd exemplum humilitatis de Chriſti acceptum actione, nimis conditionem noſtram excedit, quia ipſe cum ſit Deus facere poteſt,quæ vult. Nos vero, qui fragiles ſumus, in omnibus ipſum ſequi non poſſumus. Ideo propinquiora quærenda ſunt humilitatis exẽpla, ſanctorum(videlicet)virorũ,quos eiuſdẽ naturæ conditio nobis propinquos, nosque illis ſimiles fecit.

¶ In illis namque magnum nobis oſtenditur, & de propinquo humilitatis exemplum, ſicut patet in vita ſpatrum.li.2.parte 15. vbi inter alia multa de quodam ſcribitur Abbate, mirę humilitatis viro, a quo cum quæſitum eſſet,a quo tãtæ humilitatis didicit virtutem, Reſpondit,quando intraui monaſteriũ,dixi in animo meo, tu es aſinus,vnum eſtote,vt ſicut ille verberatus non loquitur, iniuriam patitur, & non reſpondet, ita nec tu facias, quod ueraciter dicere poſſet illud Pſal. 72.ut iumentum factus ſum apud te. Ibidem etiam de quodam alio continetur, qui de domo expulſus,humiliter exibat,re uocatus redibat, a quo cum quæſitum eſſet,qualiter ſe vincebat, quidve cogitaret,quòd in omnibus ita ſe humiliter habebat. Reſpondit,quòd cogitauit ſe canei ſle ſimilem, qui prædicti, ſequitur conditiones, quas ſi ipſe non teneret,in hoc peior eſſet cane. Exẽplũ. Exẽplũ.

¶ Sed quia quis cogitare poſſet, Ꝙ 8 humilitas in iſtis non eſſet glorioſa, quia paruum in hoc mundo tenebat ſtatum,nec magnas habuerunt occaſiones humilitatis impeditiuis.

¶Ideo exemplum adducatur de beato Gregorio,qui in maximo ſtatu maximam,quam in corde habebat, humilitatem,tam uerbo oſtẽdit, quàm opere. Exẽplũ.

¶Primum patet, quomodo (videlicet) uerbo ſe humiliat, cum ſummus eſſet pontifex, per hoc quòd de ſeipſo in principio regiſtri ſcribit, dicẽs, Cor meũ dereliquit me, nolite uocare me

noemi,

noemi, filios enim (id est) opera per terrenas perdidi curas. Primum eram super altitudinem terræ, sed post causarum fluctibus & tempestatibus depressus sum. Simia enim leo uocari potest, fieri uero leo nunquàm potest, ita uocari possum summus pontifex, sed tamen non fieri talis, qualis esse debere. Eandem etiam in opere humilitatem exercuit, Cuidam namque heremitæ polenti ante eum in via cadere, ut illū honoraret, prius ante heremitam cecidisse perhibetur. Saltem ergo huius exemplo quanto maiores, humiliate in omnibus. Ecclesia. 3.) illud Ber. (super missus, est) cogitans, quoniam non magnum est humilem esse in abiectione, sed magna prorsus, & rara uirtus humilitas honorata. Ideo dicit Valerius episcopus in quodam sermone, q̄ humilitas in paupere grata est, in diuite uero gloriosa.

Exēplū.

9 ¶ Sed quia ista minus monent, quæ oculis non uidentur corporalibus, exēplum ad propositū proponat in rebus naturalibus. In quibus ad oculum apparet, quòd quanto stella altius in cælo situatur, tanto minoris apparet quantitatis, ita quanto quis maior est in gratijs & apud Deū, tanto minoris debet, appatere uanitatis, & maioris humilitatis, quia dicit Decretum, quòd seruus Christi nō quærit, quo modo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur. (di. 40. c. multi. & di. 93. c. diaconi sunt) preciosus namque lapis ima petit (sicut patet. A. 1. 1. Quos uero ista non monent, nel terrent, terreantur saltem per terribilis superborum fines, & ad humilitatem inclinent, humilium merces cogitent, ubi sit ille superbus Lucifer, ubi Octauiani potestas, ubi Neronis superbia, qui in retibus piscabatur aureis, ubi Troianorum diuitiæ & nobilitas, ubi Niniue magnitudo, omnia sicut umbra, aut fumus, euanuerunt per ipsum Deum humilem, qui dicit, glorioſos terræ humiliabo. Esa. 45.

Exemplum.

¶ Et ita contra cogitandi sunt humilium fines, quid modo prodest prædictis superbia, aut in quo nocet istis præcedens humilitas, & huius uitæ, quam sustinuerunt miseria, & despectio: cum ille qui prædictos ad infernū humiliauit, istos usque ad cælum exaltauerit, & sic humiliat, & exaltat circūspector Deus. Eccles. 7.

10 ¶ Quos uero omnia prædicta exempla audita, uel uisa ad humilitatem nō inclinant, saltem ipsa, quam in seipsis sentiunt humilitatis macula, pro propria (uidelicet) miseria ad humilitatem inclinet. Si enim omnia considerētur, quæ sunt ex parte nostrę originis, uel ex parte uitæ processus, uel ex parte finis, omnia deberent materiam ministrare humilitatis. Ex parte namq; originis est uilis, & lutuosa, de qua sumus, materia, quam ad nostrā cogitare deberemus humiliationem, illam frequenter ad memoriam adducendo terram, de qua sumus, & in quam redibimus terram. Ad hoc uidendo exemplo cuiusdam, de quo narrator ait, quòd cū maximo esset honore in camera sua furnum fecit, ut ipso uiso recordaretur, quòd filius fuerat furnarij, & humiliaretur. Sic puluerem ante oculos tuos pone cogitando, quòd pului es, & in puluerem reuerteris. Gen. 3.

Exemplum.

11 ¶ Istius uero considerationis maxima ostensa est utilitas. (E. 5. 7. 19. (Si uero uitæ processus consideretur propter miserabilem in quo est, statum (sicut patet. H. 1. 20.) propter etiam conditionem, quid intus in uentre lateat, quid per foramina exeat corporis, satis ad humiliandum nos sufficere deberet, q̄ inter omnia animalia sumus minus nobisipsis sufficientes, ista cogitando inuenies, quòd humiliatio tua in medio tui est. Mich. 6.

12 ¶ Vitę uero finis, non solum humilitatem, sed etiam maximum incutere deberet timorem, de his, carmē tribus uersificator ait, quare superbit homo, Cuius generatio culpa uita labor nasci pœna, necesse mori.

¶ Sed, heu, frequenter accidit, quòd illi

illi qui plus habent in ſeipſis humiliationis materiam, minus habent de humilitatis natura, & virtute. Quæ enim maior eſt humilitatis materia, quàm omnium uirtutum defectus. Exiſtentes vero in ſuperbia, vel alijs peccatis mortalibus, omnium meritorum, & omniũ virtutum Deo acceptabilius habent defectum, ergo in ipſis maiorem habent humilitatis materiam, & tamen minus habent de humilitatis uirtute, quia inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt (Prouerbiorum. 13.) Vnde eis ſpiritualiter contingit ſicut habitantibus in locis montanis, & nemoroſis, qui pauperiora habent ædificia, cum tamen plus habeant demeritis, & ædificiorum materia in terris, in quibus habitant. Vnde ſatis congrue dici poteſt de talibus in propoſito, ſicut dixit quidam, in quadã collatione admirativa habita de duobus, quorum unus erat monoculus, alius gibboſus, quare inter ſe quaſi cõtinue contenderent, qui tantam in ſe materiam humilitatis habebãt. Eſt (inquit) de eis, ſicut de ualentibus, in quorum terra maior quandoque meriti copia inueniri ſolet, & tamen pauperiores, & deformiores habebant domos. Sic iſti plus habent de humiliatis materia, utpote defectum in natura, & moribus, & tamen minus habent de humilitate, & plus uiã humilium declinant (Amos 2.) Et ſtulte, quia uiam illam humilitatis ſecuriorem, & meliorem eſſe oſtendunt omnes ſcripturæ ſanctæ, & ſapientes, qui per illam ambulauerunt. Illud enim quod ſapiens Chriſtus, & Apoſtoli, & omnes alij elegerũt, melius eſſe videtur, ſed ipſi hanc elegerãt uia, quorum quilibet dicere poteſt, diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, &c. Mat. 11. Simus ergo humilibus cõſentientes. Ro. 12.

Exẽplũ.

Exẽplũ.

Exẽplũ.

¶ Poſtquàm uero prædictis medijs in cor humilitas introducta fuerit, per aliqua ſigna exterius oſtenditur, aliter uana uideretur introductio. Eſt primo oſtendendum, quomodo aliæ uirtuoſe operationes, uel paſſiones exteriores ſignificant, & oſtendunt humilitatem in corde interius uere introductã. Secundo quomodo econuerſo humilitas in opere ſignum eſt aliarum uirtutum in corde.

Ar. 3.

¶ Quantum ad primum, prima virtus humilitatem oſtendens, uidetur eſſe patientia, quòd quis uerba contumelioſa, & contemptibilia patienter audiat. Exemplo Chriſti reſpondentis, ſe dæmonium non habere, quia ille, qui uere eſt humilis, primo, & principaliter in corde ſuo determinat, ſe defectuoſum eſſe, & contemptibilem, qui uero ſuperbus eſt econuerſo ſe habet. Sicut ergo, quando magiſter, qui quæſtionem determinauit in libro ſuo, ſi iſto magiſtro poſtmodum inter plures alios exiſtente, alius ſuperueniret, & quæſtionem legeret, & determinationẽ commendaret, afferens ita omnino eſſe, ſicut ibi determinatum eſt, neſcitens tamẽ quis illam determinauit, ille, qui ipſam determinauit, contra illum non iraſcitur, ſed plus ipſum diligit, & ipſum lętanter audit, & patienter. Ex cuius lętitiæ oſtenſione conjecturare poteſt, quòd ipſe illam ſic determinauit. Ita in propoſito, qui apud ſeipſum determinauit ſe contemptibilem eſſe, ipſum contemptibilem aſſerentem non odit, ſed diligit, tanquàm determinationem ſuam commendantem ipſumque patienter, & cum applauſu audit. Ex cuius patientia, & applauſu cognoſcitur, quòd ipſe ſic quæſtionem apud ſe determinauit. Si uero iraſcitur, patet, quòd aliter quæſtionem determinauit, & ideo iraſcitur contra illum, quia determinationem ſuam uituperauit, in hoc quòd determinauit ſe nobilem, & alius determinauit ipſum eſſe contemptibilem; per experimentum ergo illatæ contumeliæ cognoſci poteſt, quis humilis ſit, uel ſuperbus. Et ponit ad hoc exemplum beatus Gregorius in libro. 1. Dialogorum c. 15. de quodã cõſtantio, ad quem quia propter ſanctitatem famoſus erat, inter alios conſtitit ad uidendum quidam ruſticus, & quidem

Exemplum.

Exemplum.

14

15

dem habitu,& corpore deformem, lapidem quasi contemptibilem officium, reficientem, ipsum contempsit, quod Constantius audiens, ipsum amplexatus est,dicens, ipsum solum de eo bene iudicasse (de quo & alijs omnibus,quasi experimentalem) concludit beatus Gregorius, dicens,qualis quisq; apud se lateat, illatâ contumelia probat. Nam sicut superbi honoribus, sic humiles sua deiectione gratulantur. Quantæ ergo humilitatis fuerit pensate, qui despiciētem se amplius amauit. Sed qui gloriam non quærit, cōtumeliam non sentit, non erubescit confudi apud homines, qui solam gloriam quærit Dei, non dolet de deiectione,
Exēplū. qui non affectabat exaltationem, patet ergo, quòd sicut in igne probatur argētum & aurum,sic homines receptibiles in camino humilitatis. Eccles. 2.

¶Secundum etiam,quòd(uidelicet)
15 humilitas exterius ostensa, signum est aliarum uirtutum intrinsecarum, patet,quia sicut terra ima signum est fertilitatis, sicut inclinatio ramorum arboris,tempore fructuum, signum est
Exemplum. fructuum copiositatis, quia quanto plus
Exemplum. est fructu onusta, tanto plus caput ad terram inclinat. Idē patet in spica,quę
Exemplum. si tempore autumnali sine uento, suæ conditioni, & naturę derelicta incline tur, signum est,quòd est grano plena, in illa uero, quę recta super alias emi net, talis erectio est signum uacuitatis, uel quòd per aues, uel infortunia grana sua amisit. Sic(secundum Ber.) quādo uides hominem in omnibus humilem, habeto bonum argumentum uirtutum,& gratiæ inhabitantis,quia sicut
Exēplū. ubi locus imus,ibi aqua,uel humor,ita ubi humilitas,ibi sapientia. Prouer. 12.

At.4. ¶Sed quia parum esset,humilitatem habere,uel ostendere, si statim amitteretur. Ideo ostendere restat, quomodo
16 humilitatem in nobis Deus miserijs, quę patimur, conseruare satagit,ad cuius diligentiam in hoc plenius uideExēplū. dam scire oportet,quòd Imperator Cęlestis in hoc mundo quod ammodo habet morem Imperatoris terreni, qui sicut Imperator terrenus ciuitatem rebellem,ab eo obsessam ui capiens, uel concordia, quantumcunque ciues ad pacem recipiat, tamē in signum rebellionis, & ad eorum maiorem imposite rum humiliationem, murum frangit ciuitatis,& quandoque dum uiuit, illū reędificari non sinit, ut sic illos in humilitate semper cōseruet. Sic in propositō, habuimus enim in statu innocentię muros custodientes nos à fame, & frigore,& morte,& omni miseria, gratiam(uidelicet) & iustitiam originalē, sed propter rebellionem contra summum Imperatorem Deum, muri isti facti fuerunt tam irrecuperabiliter, q quantumcunque Deus nos morte sua sibi reconciliauerit, & ad pacem receperit,tamen in signum rebellionis prēteritę, nos ad locum, de quo electi fuimus,restituere noluit,id est, ad paradisum terrestrem,in signum etiam & causam effectiuā humiliationis perpetuę, murum illum nunquàm circa nos, dū in hoc seculo sumus, ædificare uoluit, sed omni miseria nos undique opertos esse uoluit, propter hoc dedi uos contemptibiles, & humiles omnibus populis. (Malach. 2.) de quibus dicit 3
Psalmista,quòd propter iniustitias suas humiliati sunt. (Psal. 106.) his etiā con- 3
cordat decretum,dicens,quòd ideo malum pęnę homini reliquit,ut humilietur, & haberet materiam exercitij (de pę. di. 1. medicina. §. sicut primi) sicut populo suo nociuos dereliquit inimicos, ut in his erudiret Hierusalem. Iudi. 3.

¶Huius autem humilitatis confer Ar. 5.
uatę, sex sunt utilitates. Primo enim gratiam impetrat. Secundo peccata purgat. Tertio Deo amabilem facit. Quarto dęmones fugat. Quinto a mul 17
tis malis pręseruat. Sexto ad cęli gloriam ducit.

¶Primū patet,quia, sicut a nubibus Exēplū.
aquę descendentes inferiora petunt loca. Ita gratia & scientia,quę ędificat, & uirtutes tam intellectum illuminantē, quam

quàm affectata inflammantem, abundantius ad humiles deſcendit ab illo, qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam. j. Pe. 4.

Exẽplũ. ¶Primum enim primo ſenſibili patet experimento, quo dicitur, quòd exiſtens in puteo profundo de clara die ſtellas videre poſſet, vel ad minus limpidius cœlum uideret, quàm alius qui in tam profundo non eſſet loco. Cuius ratio eſt, quia cum circa oculos lumen non ſit in quo uirtus uiſiua ſit diſperſa, oportet quòd ipſa in ſe fortior ſit ad alta uidendum, quàm ille, cuius uirtus eſt in uidendo diſperſa. Sic in propoſito, qui profundius per uirtutem, & gradum deſcendit humilitatis limpidius cœleſtia, uidet, & in cognitione Dei, & ſuiipſius amplius illuminatur, ab illo, de quo dicitur, quòd abſcondiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus, qui (ſcilicet) habent uiſum mentis per mundi ſapientiam, & huiuſmodi diſperſum, & reuelaſti ea paruulis (id eſt) humilibus, qui viſum mẽtis in humilitatis puteo vnitum habent. Nota. V. 4. 12.

¶Cuius ratio alio patet experimen-
18 to, quo omnes videmus, quòd quanto quis altiora aſcendit loca tanto plura,
Exẽplũ. & diſtantius uidere poteſt. Sic ſpiritualiter, qui altius ad Deum per humilita-
Exẽplũ. tem, & bonam uitam aſcendit, quia ſicut de duabus ſitulis, una deſcendente, alia æqua plena aſcendit, ita dũ quis corpore deſcendit, ſitula animæ plena ſapientiæ, coram Deo aſcendit. Surge ergo illuminare Hieruſalẽ: Noſtra enim humiliatio noſtrum cor corã Deo ſurgere facit noſtraque illuminatio eſt.

¶Sed ſatis expreſſe patet in vi. pa. de
quodam heremita, qui nec proprio ſtu-
Exẽplũ. dio, nec orationibus, nec ieiunijs, cum tamen propter hoc multis diebus ieiunaret, intellectum cuiuſdam ſermonis inuenire potuit. Cum ergo ſurgeret, & iret uerſus quendam alium, ut ab eo intellectum ſermonis humiliter peteret, Angelum Dei ſibi obuium habuit, dicentem, quia modo humiliatus es, ut ab alio diſcas, oſtendo tibi intellectum ſermonis, ſic humilitate obtinuit, quòd oratione, & ieiunio obtinere nõ potuit. Et ſic patet, quòd uerum eſt quòd dicit Ptholemeus in principio Almageſti, q̃ (inquit) liter ſapiẽtes humilior eſt hic ſapientior. Sic patet, quomodo per humilitatem intellectus illuminatur, uide. S. 3. 9.

¶Secundo etiam affectum inflãmat, 19
quia ſicut homo quanto directius ſupponitur corpori ſolari, tanto corporaliter plus caleſcit, ita quanto per humi Exẽplũ.
litatem directius ſupponitur Deo, tanto plus charitate caleſcit. Solus enim humilis Deo ſupponitur, quia ſuperbus cum lucifero æqualis, uel ſuperior Deo uult, uel non ſubeſſe deſiderat, ne ab illo, cui ſubeſt, puniatur. Et non ſolum intellectum, & affectum, ſed etiã omnes animæ potentias humilitas uir
tutibus perficit, quia ſicut fouea in una Exẽplũ.
magna area, uel terra facta omnes aquas areæ ad ſe congregat, ita hic, quadum homo humiliter de ſe ſentit, & ſine inuidia omnes uirtutes in omnibus alijs, qui in area eccleſiæ continentur, diligit, eum ſitula dilectionis, fructus omnium uirtutum, & aquas ſapiẽtiæ, quas in alijs diligit, ad puteum trahit ſuæ humilitatis (ſicut patet. C. 1. 12.) Sit in omnibus potentijs animæ confirmauit; omnes humiles populi. 1. Mach. 14 Nora buaiter gratiam acquirit. S G. 3. 10.

¶Ex iſta utilitate ſequitur ſecunda,
quia ſicut lumine corporali aduenien- Exẽplũ.
te, tenebras recedere neceſſe eſt, ita lumine gratiæ, & uirtutum humili aduenienti, neceſſe eſt tenebras recedere peccatorum. Sic in ſuper candelæ extinc- 20
tæ, & fumiganti, & fœtenti, per lumen cãdelę accenſę, qui directe ſupponitur,
mediante fumo, qui aſcendit, reaccen- Exẽplũ.
ditur, fœtoribus illis penitus fugatis, ita peccator in anima extinctus directe ſub Deo & eius uicario per confeſſionis humilitatem poſitus, mediãte fumo confeſſionis, deuotionis, & orationis, reaccenditur, peccatorum fœtoribus penitus fugatis. Sic ergo extinctus fumum

mum orationis ad Deum mittat, dicēs, vide domine humilitatem meam, & dimitte omnia delicta mea (in Psal. 24) ut postmodum illuminatus, & de laqueo diaboli liberatus, dicere posset, humiliatus sum & liberauit me, in Psal. 114.

¶ Ex istis duabus sequitur tertia humilitatis utilitas, cum enim nihil Deo, nec bonis hominibus hominem odibilem faciat, nisi peccatum, & defectus gratiarum, & uirtutum, sequitur, quòd humilis, peccatorum fœtoribus, & tenebris expulsis, & gratijs illuminatus sit, 21
tam Deo quàm hominibus amabilis, non solum bonis, & modestis, sed etiā discolis, & superbis, humilis namque humilem diligit, quia in uirtutibus, & uirtuosis charitate informatis, semper tenet regula, quod simile diligit sibi simile. A superbis etiam pro tanto diligitur, quòd quanto eis placet in hoc, quo eis subijcit. Superbus uero a contrario sensu, tam Deo quàm hominibus displicet, humilis enim illum nō diligit, quem scit a Deo non diligi, nec superbus, quia nollet habere parem, nec superiorem. Vellet enim quòd omnes sibi humiliarent, quod ille facere uetat, in uitio sic enim regula fallit, qua dicitur, quòd simile diligit sibi simile, cupidus namque cupidum odit, inquātum per illum stat, quod minus lucretur.

¶ Ex quo ergo humilis ab omnibus diligitur, glorietur semp humilis. Ia. 1.

22 ¶ Ex ista uero tertia, quarta sequitur humilitatis utilitas, quòd ille, qui est Deo, & hominibus amabilis, est diabolo abominabilis. Iuxta illud Eccles. 15. Abominatio est superbo humilis, illiusque fugit hospitium, in quo Deum uidet hospitatum, nec in illius libenter moratur societate, etiam in alieno hospitio, quod historijs ostenditur de
Exēplū. vi. pa. excepto. In illis namque continetur de quodam humili uiro, qui cum a quadam dæmoniaca in una percuteretur maxilla, cum ex Christi doctrina humiliter alteram praberet, statim dia bolum fugauit, qui ad tantæ humilitatis præsentiam morari non potuit. De alio etiam sancto ibidem continetur uiro, ad quem cum diabolus in forma uenisset Angeli, ad ipsum procul dubio recipiendum, asserens, se a Deo Angelum missum, Respondit heremita, uide, ne forte aliunde ueneris, quia ego dignus nō sum, ut ad me Angelus Dei mittatur, quo dicto, statim euanuit humili responsione fugatus. Sic populum humilem saluum facies (in Psal. 17.) Non solum a dæmonum, sed etiam a malorum malorum tam culpę, quàm pœnæ periculis, in quo patet quinta humilitatis utilitas. Exēplū.

¶ Quod autem a malis culpæ humilem præseruet, patet in vi. pa. de sancto Antonio, cui totus mūdus plenus ostēdebatur peccatorū laqueis, & ipse quærēti, quis illos euadere posset laqueos, responsum fuit, quòd sola humilitas, quę quidem responsio rationi cōuenit naturali, & etiam quotidiano experimēto, naturaliter enim parui, pisces rete euadunt, ubi magni capiuntur. Sic humiles rete diaboli euadunt per loca humilia canta. 1. Mach. 6. 23 Exēplū.

¶ Idem etiam de malo patet pœnæ, tam temporalis, quàm æternę, a quibus humilis sępius, quàm superbi liberantur, quotidie namque hoc uidetur de pœna temporali, quia frequenter accidit, quòd superbi superbę ad omnia respondentes, & elate se habentes, multa audiunt uerba amara, & derisoria, multa sustinent uerba grauia, & quandoq; occidantur, ubi humiliter respondentes, & se habentes, euadere possent, & alij, qui se humiliter habent, euadunt. Exēplū.

¶ Est ergo de istis duobus superbo (scilicet) & humili in hoc casu. Primo, sicut de alta turri uel arbore, & parua domo. Altę namque turres, & campanilia frequentius sustinent maiores tonitrui, & fulgoris, & uentorum ictus, & impetus, frequenter enim talia loca à fulgure, & terremotu proternuntur, & deturbantur, inhabitantes, quando loca humilia non lędunt, ita humilibus liberatis, superbi usque ad infernum 24 Exēplū.

proster-

prosternuntur in aduentu filij Dei, cuius aduentus fulguri assimilatur (ipso teste Lucæ 17.) sicut fulgur coruscans, ita erit aduentus filij Dei, ad destructionem supple superborum, quando implebitur, quod eis promittit, dicēs, Glorioſos terræ humiliabo. Isaiæ 45. In illo enim tempore constituit dominus humiliare omnem mōtem excelsum. Baruch 5.

25 Quercus.

¶ Est secundo de istis duobus, sicut de magna quercu, vel alia arbore, in monte sita, quæ multos sustinet ventorum impulsus, quibus quandoque prosternitur, vbi arundo in valle euadit, vnde in die iudicij superbis admirātibus, quomodo ad infernum prostrati sunt, respondere poterunt humiles, sicut secundum fabulas respondit arundo quercui, quæ erat vento proiecta ad locum, in quo arundines crescebant, quas cum alloqueretur admirans, quærendo, quomodo ipse tam debiles stabant, vbi ipsa cum tota sua fortitudine proiecta fuit. Respondērūt arundines, si fecisses quod nos fecimus, nunc recta stares, nos capita inclinauimus, vētosque transire permisimus, quibus trā seuntibus iterum capita ereximus, damnumque euasimus, tu vero durę restitisti, & rigidę te contra fortiorem erexisti, ideo cecidisti, &c. Ita in proposito, sicut enim istæ, arūdines respondērūt, ita illi, qui Deo, & hominibus in his, quæ sine peccato sustinere possunt, capita inclinant humiliter pœnitentiam, & omnia, quæ a Deo infliguntur, vel hominibus sustinentes dicere poterūt in illa die superbis, qui ideo tunc cadēt, quia superbę cōtra Deum, & homines erigebantur, ipsi vero humiles ideo saluabuntur, & tunc erigent capita, quæ prius inclinauerunt, est qui ab humilitate leuabit caput (Ecclesiast. 20.) Sic populum humilem tunc saluum faciēs, & oculos superborū humiliabis. (in Psal. 17.) Quia sicut superborū gloria præcedit, & humiliatio sequitur, iuxta illud Prouerbio. 30. superbum sequitur humilitas, ita bonorum gloriam præcedit humilitas Prouerb. 15.

Arundo Fabula.

¶ In qua auctoritate sexta notatur humilitatis vtilitas. Ad cuius declarationem est sciendum, quòd sine humilitate ad regnum non peruenitur cęlorum, quòd tali ostenditur ratione, ad terminos oppositos, motus esse oportet oppositos (sicut in parte ostensum est. G.S. 1.32.) Sicut patet de terminis, sursum, & deorsum, qui qa oppositi sunt, motus ad illos contrarios esse oportet. Sed motus ad infernum deorsum, est motus superbiæ, propter quod primo Angelo apostatæ in figura regis Babylonis dicitur Isaiæ 14. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum, non quòd Angelus corpus habeat, sed quia peccādo vilis effectus est, & fętidus in conspectu Dei, ad modum cadaueris. Si ergo per motum superbię descenditur ad infernū deorsum, oportet, quòd per motum humilitatis, quæ superbiæ contrariatur, ad cęlum moueatur sursum. Et quia talis humilitas per quandam similitudinem habentē illam, quasi pueri efficit, ideo dicit saluator Lucæ 18. quòd nisi quis acceperit regnum Dei, sicut puer, nō intrabit in illud (id est) nisi sit humilis obediēs, sicut puer, humiliamini ergo, & exaltabit vos. Iaco. 4. Nec aliter exaltari poteritis, quia sicut rota nunquàm ascendit a parte posteriori, nisi prius descenderit ab anteriori. Ante nanque ascēsum posterioris partis præcedit descensus anterioris. Sic antequàm glorificetur (supple) in morte, q̄ est posterior pars, humiliatur prius in vita, quæ est anterior pars Prouerbio 18. 26

27 Exēplū.

¶ Sicut insuper arbor in altum non mittit ramos, nisi prius profundet radices. Et quanto profundius radices mittit, & fundamentum ponit, tanto altius, & securius arbor, & ædificiū ascēdere potest. Ita qui se (supple) profundius, & plus humiliat altius exaltabitur. Lucæ 14. Exēplū.

Vinea.

¶ Ex istis sex humilitatis vtilitatibus patet, q̄ humilitas vineę assimilatur, quia sicut vitis inter arbores despectior est,

est,tameh magis est fructuosa: sic conditio humilitatis, & humilium in hac vita multis despectior apparet, tamen est fructuosior, quia q̃ humiliatus fuerit,erit in gloria Iob 22.

¶Nec mirum, quia ille eos plantat, qui humilem sublèuat.(Ezech.21.) Hæc me cõsolata est ĩ humilitate mea, in Psal.118.

Artic.6. ¶Ex iam dictis ratio patet sexti articuli,iam enim prædictũ est, q̃ sine humilitate ad cœlum non peruenitur: uolentibus ergo illuc pertingere,Non so-
28 lum necesse est humiliari, vt illuc perueniãt, sed etiam rationalis necessitas est humiliari.

¶ Primo,propter locum, in quo sumus.

¶ Secundo,propter statum, quem tenemus.

¶Tertio, propter opera,quæ nobis incumbunt facienda.

¶Quarto,pp alias uirtutes habẽdas, sine quibus ad cœlum nõ pertingimus, quæ sine fundamento humilitatis haberi non possunt.

¶Primum patet, quia locus, in quo sumus,carcer est,incarceratis autem cõuenit,q̃ humiliter se habeant, quia superbia tarde,uel nunquàm liberabuntur,humilitate vero citius liberari possunt,cum illo,qui dicit,humiliatus sũ, & liberauit me.in Psal.114. Secundum patet,quia in tali sumus statu, q̃ necesse est nos ab alio regi,& regulari, quia aliter multis malis expositi erimus,tã culpæ quàm pœnæ,sicut illi,qui eximũtur à protectione regis,& Papæ, à multis spoliantur (sicut patet.E.9.4.) Qui uero regulari vult,oportet, q̃ inferior sit,quia hoc ordo habet naturæ,q̃ semper superiora regulantur,sicut patet de corporibus cœlestibus à quibus & inferiora regulantur,sicut patet de istis corporibus inferioribus,& elementis,quæ
Exẽplũ. in crescendo, uel decrescendo, à superioribus ordinem accipiunt,& causam, sicut patet de arboribus, herbis, flori-
Exem- bus, quæ Sole appropinquante, cre-
plum. scunt,& dẽ mati, quòd per Lunæ motum fluit,& refluit.

¶Sic in proposito omne regimen nostrum à Deo, & ministris eius,qui reformabit corpus humilitatis nostræ. Philip.3.

¶ Et non aliud, quàm corpus hu- Exem-
militatis,sicut nec fullo pannum refor- plum.
mat,qui sub pedibus non ponitur.

¶Tertium etiam patet,quia opus,qđ 29
nobis incumbit,est bellare contra diabolum,quia uero superbus contra eũ non pugnat, sed sub eo militat, nũquàm eum vincit.Qui uero humilitate uel patiẽtia,cõtra eum pugnant,uincũt. Sic ergodum patientes vincunt de sua, uirtute gloriantes humilias. Iudith 6.sicut patet.A.15.19.

¶Quartum insuper patet,quia humilitas uirtutes,sine quibus non est salus, acquirit,& conseruat.

¶Primum patet, quia sicut pauper se Exẽplũ.
diuiti humiliando, eleemosynam acquirit.Sic homo uirtutes,humiliãdo se Deo,ergo humilia te Deo,& expectat manº eius.Eccl.13. sicut pauper expectat manum diuitis,in quem humiliter clamantem,diues respicit.

¶Sic Deus respexit in orationem hu- Exem-
milium, & non spreuit, &c. in plum.
Psal.101.

¶Secundum patet,primo, quia sicut lilium in ecclesia positum in luto, uel terra diu custodit uiriditatem suam.

Sic homo in humilitate, virginitatem,charitatem,& cæteras uirtutes, nõ solum custodit,sed(quod plus est) in eo pullulant, qua in radice humilitatis pdurat à qua si nimium abscinditur, ate scit, quia viuificantem se humorem (scilicet) charitatis amittit.

¶Secundo idem patet,per exemplũ 30
sumptum ab ædificijs corporalibus, in Exem-
quibus uidemus, quòd magna custo- plum.
dia totius ædificij ex fortitudine, & custodia dependet fundamenti, quo defitiente, uel subtracto totum cadit ædificium.

¶Sic spiritualiter,tota fortitudo ædificij spiritualis,ex fundamento surgit humilitatis,quo subtracto cadit, Sicut ergo in ædificio corporali,signũ est mul-

fundamenti, quando opus ad leuẽ cadit uentum, ita in ædificio ſpirituali, quando illi, qui fortia aggrediuntur, & uirtutum ędificia fortiter faciunt, ſi forte leui uerbo illius, qui ędificium corti gere nititur, uel alias eos reprehendit, uel quacunque aduerſitate, opus incęptum, uel dimittere minantur, uel omnino ab illo ceſſant, ſatis oſtendunt, q̃ ſuper humilitatis fundamentum ſtabile, & profundum non erat fundatum, quod ad tam paruam auram proſternitur.

¶Ex effectu namque oſtenditur, q̃ ſuper fundamentum uanę glorię aliqua liter erat fundatũ, quo ſubtracto, opus cadit, quia enim ſicut illud fundauit, ut ſingulariter in eo uideretur, & nullo modo in illo defectuoſus inueniretur, ideo iſtis ceſſantibus, ceſſat opus, quando nanque reprehenditur videtur ſibi, q̃ ſaltem in hoc non acquirit, quod credidit, & quod acquirere intendebat, hominum, ſcilicet, laudem, tanquàm operis mercedem, mercede uero ſubtracta, quod mirabile, ſi operari cenſent, quia humiliatum eſt in laboribus cor eorum. in Pſal. 106.

31 ¶Tertio idem patet per exemplum
Exẽplũ. ſumptum ab ignis, & uinearum & metallorum cuſtodia, uinitores nãque flores, & fructus, quantum poſſunt, ſub folijs abſcondunt, ne à flumine, uel alia tempeſtate lędantur; Minera etiam auri, uel argenti, uel aliorum metallorum
Exẽplũ. ſub terra abſconditur: Ignis etiam ſub cinere. (G. 3. 13.) Et multa alia etiam abſconduntur, ne amittantur. (ſicut
Exẽplũ. oſtenſum eſt. A. 5. 7.) Sic etiam omnes uirtutes ſub humilitate abſcondendę ſunt, atque cuſtodiendę, ne à uẽ
Exẽplũ. to inanis glorię aſportentur, ſicut puluis de manu non abſcondentis, aſportatur, & portantis uiſum uel excęcat, uel debilitat: Sic ẽm beatum Gregoriũ, ſententialiter, qui cęteras uirtutes ſine humilitate habet, quaſi puluerem in nẽto portat, quo excęcatur.

¶Ieiunium. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunans ipſe, quoad omnes corporis ſenſus, generaliter ieiunare debet.*

2 *Tempus ad ieiunia ordinatum, ac ſanctum quale ſit uberimè commoſtratur, & quare ieiunare hoc, & illo tempore teneamur pererudite inſtruimur.*

3 *Septem ſunt in cauſa cur nonnulli ab hac ieiunij uniuerſitate, ac generalitate excludi, & excipi ſolent.*
Infirmitas (uidelicet) debilitas, minor ætas impregnatio, infantium cibatio, mondicitæ inſufficiens: & labor neceſſarius.

4 *Ieiunium huiuſmodi, quod pluribus facta lõge difficillimum uidetur, apprime facile eſſe, ſatis ſuperq̃ oſtenditur.*

5 *Oſtenditur iam ieiunantibus ieiunium meritò confert, atque conducit.*
Primo tum mentis, tum corporis ualetudini prodeſt.
Secundo tum diaboli, tum culparum expulſioni confert.
Tertio carnem domat, & ſpiritum fortificat, & corroborat.
Quarto mentem ad cæleſtia erigit, & extollit.

6 *Quinto orationibus exaudiendis impenſè, opitulatur.*

7 *Sexto nos æterna tartara, ſempiternãq̃ necem euadere curat.*
Septimo ſpiritualiter oblectatur, & uiuas.
Octauo autem nobis debitæ inediæ incumbentibus cælorum amiſſa hæreditas reparatur, atque acquiritur.
Debitæ ieiunij circunſtantiæ tres ſunt.
Primam intentionem eſſe demonſtratur.

8 *Secundam ieiunij circũſtantiam eſſe cõgruum edendi modum indicatur.*
Tertiam autem eleemoſynam eſſe declaratur.

9 *Ieiunium demum cum utile ac conducibile,*

bile, tum neceſſarium fore tripliciter euadeatur.

Primo, quia ab ipſemet Deo in paradiſo ſancitum à Chriſto peractum, & ab eccleſia tandem determinatum fuiſſe nemo eſt, qui ignorat.

Deinde, quia Deum ſuos filios ab eſculentis abſtinere, & ieiunare velle nos minime latet.

Tertio uero quia qui ieiunium frangit edendo, magno indiſcrimine verſatur.

10 *Quomodo diligenter, & appoſitè reſpondeatur his, qui ieiunare nolentes tum complexionis tenuitatem, ac debilitatē cùm capitis dolorem, & moleſtiam perperam cauſantur, per doctè inſtituimur.*

11 *Illorum etiam, qui ad ieiunium frangēdum ſocietatem in cauſa fuiſſe impudenter affirmant leuis, ac friuola excuſatio optimo exemplo refellitur.*

Illos tandem, qui vi, ac neceſſitate quadam ad ieiunium ſoluendum trahuntur ac compelluntur, æquè certe, ac digne ſe excuſare oſtenditur.

IEiunij; Primo, oſtenditur generalitas: Secundo, inductio: Tertio, utilitas: Quarto, circunſtatiæ: Quinto, neceſſitas, Sexto, frangentium excuſatio cum reprobatione.

Artic. 1. ¶Quantum ad primum, eius generalitas eſt oſtendenda quantum ad duas eius partes. Primo, uidelicet, quantum ad ipſum ieiuniantem. Secundo quantum ad ipſum tempus: quo ieiunare tenetur.

1 ¶Ipſæ namque ieiunas generaliter in omnibus corporis ſenſibus ieiunium quidem habere debet cuius ratio eſt (ſecundùm Bernard. ſermone 38.) quia non ſolum gula peccauimus, ſed etiam alijs membris, & ſenſibus.

¶Cum ergo ieiunium ſit ſatisfactio pro præteritis delictis, iuſtum eſt, quòd in omnibus ſenſibus, & corporis partibus fiat ſatisfactio, in quibus fuit delictum.

¶Sed in omnibus partibus ſenſuum fuit delictum, ergo omnes ſenſus quodammodo ieiunare debent, utpotè oculus à curioſis aſpectibus, & uanitatibus, Auris à nociuo auditu: guſtus ab inordinato, & nimis delectabili cibo, uel potu, & ſic de alijs, ut per ieiuniū, uel cæterarum rerum abſtinentiā affligat animam ſuam. Numeri 30. Exēplū.

¶Tale nāque ieiunium eſſe deberet, quòd ſicut ventrem vacuum replet cibis, ita animam repleat virtutibus.

¶Si ergo ſemel in die comedit, & illicitis, & peccatis uacat, ſaceum quidē euacuat, ſed nec Deum placat, nec animam ſatiat.

¶Talibus tanquàm male ieiunantibus improperat Deus. Eſa. 63. dicens. In die ieiunij ueſtri inuenitur voluntas ueſtra (ſupple) mala ſequitur. Nūquid hoc eſt ieiunium, & elegi, per diē hominem affligere animam ſuam, & cum hoc peccare de nouo, uel in antiquis peccatis perſeuerare (ſequitur.)

¶Nunquid iſtud uocaui ieiunium & diem acceptabilem domino: (ſupple) non. Sed qualè ſit ieiunium, quod ei placet, patet per hoc, quod ſequitur, nonne hoc magis eſt ieiunium, quod elegi, diſſolue cogitationes impietatis, ſolue falciculos deprimentes, frange eſurienti panem tuum, &c. & omne onus dirumpe (id eſt) omnia onera peccati à te proīce, & omnes ſenſus à peccatis retrahe (ſequitur.)

¶Tunc inuocabis, & dominus exaudiet, ſi abſtuleris de medio tui catenam (ſcilicet) peccati, & deſieris digitum extendere ad aliena bona detinenda, vel de nouo occupanda, & loqui, quod non prodeſt (ſcilicet) iurando, detrahendo, & huiuſmodi. Tunc orietur in tenebris lux tua, &c.

Digitized by Google

¶Tempus uero ad ieiunium ordinatum (præter alias vigilias, quæ in eccleſia ſub præcepto cadunt) eſt tota quadrageſima, exceptis diebus dominicis, ita bene ſub præcepto cadit feria tertia, quinta, ſicut ſexta, quia dicit decretum, quòd illud ieiunium à Deo ſtricte eſt obſeruandum, vt qui vnum diem fregerit, bis comedendo, totam quadrageſimam videtur uiolaſſe, ſine inhonoraſſe (de conſecr. diſtinct. 3. non liceat. & c. non oportet.) Cuius cauſa eſt non ſolum, quia Chriſtus, Moyſes, Helias, tot diebus ieiunarunt, quorum ieiunio congruum eſt noſtrum conformare ieiunium, ſed quia illi dies ſunt, quaſi decima dierum totius anni.

¶Sicut ergo alia decimamus bona, ita rationabili, uidetur, quòd etiam dies decimemus: Et ſicut ſubtractio decimarum aliarum rerum non fit ſine periculo: ita nec dierum, quæ quidem ſubtractio per fractionem fit ieiunij.

¶ Quia dicit decretum, quòd qui vnum, uel plures dies frangit, decimam dierum non exoluit (de conſecr. diſtinctione quinta Quadrageſima.) Hora autem his diebus comedendi, nona eſt, ut in aliquo plus expectent quàm alijs diebus.

¶Contrarium autem in his, uel quo ad dies, uel quo ad horam facientes ſine cauſa, quæ eos ſufficienter excuſet, grauiter peccant, tanquàm præceptorum eccleſiæ trangreſſores.

¶Cauſæ uero ab hac ieiunij generalitate excuſantes ſunt infirmitas, debilitatis: minor ætas, impregnatio, infantium nutritio, mendicitas, quando (ſcilicet) tantum ſimul congregare non poteſt, quòd pro vna ſufficiat refectione, Labor, qui ex neceſſitate incumbit laboranti.

¶ Ex neceſſitate ideo additur, quia nec uoluntariè peregrinantes excuſantur, nec illi qui habent vade operarios conducant, proprijs tamen laborant manibus, ut ſumptibus parcant.

¶Illi uero, qui ex mala conſuetudine, uel alia cauſa minus legitima ieiunare non poſſunt, per eccleſiæ decretum eleemoſynis recompenſare debent defectum quem in ieiunio committunt (ſicut patet diſtinctione 41. non cogitantur) ubi dicitur, quòd utantur precioſis, & dent pauperibus uilia, conſuetudinem infirmitatis ſuæ redimentes.

¶Sic ergo (ut dictum eſt) uitam ducamus in ieiunijs multis. 2. Cor. 11.

¶ Sed quia multis difficile uidetur, tam multiplex tenere ieiunium, congruum uidetur in hoc articulo oſtendere, quomodo facile inuenire poterunt, quod difficile uidetur, oſtendendo, tam hiſtoria, quàm experimento, quòd ieiunandi conſuetudo ieiunium leue reddit, cuius ratio patet. C. 8. Artic. 2. Artic. 2.

¶ Hiſtoria etiam oſtendit, quæ in ſui. pa. habetur, quaſi modo, qui ſequitur de quodam, cui tam difficile uidebatur ieiunium, quòd nullo modo ieiunare, ut ſibi uidebatur, poterat, in quo caſu ſeipſum vincebat, & ieiunium ſibi leue faciebat, tali modo. Exemplum.

¶Primo hora matutina, quando comedere ſolebat, & fortiter ad hoc tentabatur, dicebat ſibijpſi, vſq; ad tertiam ieiunabo pro amore Dei, quando uero ad tertiam uentum eſt, ſic dicebat ſibijpſi de ſexta, & de ſexta, vſque ad nonam, & ſic paulatim ad ieiunium aſſuefactus, leue venit in uſu & opere, quod graue timuit in cognitione.

¶Sic in propoſito illi, qui carnis inordinatæ ſequuntur deſideria, ſi ad ieiunia eandem aſſuefacerent carnem, facilius mille, quàm nunc vno ieiunarent diebus.

¶ Hoc enim præter experimentum poſitum. C. 8. ſecundo quotidiano etiam patet experimento de pueris, & puellis delicate nutritis, qui quã-

do

do ſatis habuerunt, ieiunare bene non poterunt, poſtquàm uero religionem ſunt ingreſſi, vbi frequenter parum habent ad comedendum, ex quadam cõſuetudine ſine magno ieiunant grauamine. A multo fortiori hoc facere poſſent, qui laute ſemel in die procurantur. Si eandem haberent, uel uoluntatem, vel conſuetudinem, de quibus Ambroſius in ſermone de quadrageſima, pudet (inquit) dicere, ſenes, & anicu læ quadrageſimam faciunt, diuites uero non faciunt.

Ar.3. ¶Sed quia hæc conſuetudo ſine difficultate non obtinetur. In hoc articulo tertio neceſſarium uidetur, utilitates oſtẽdere, quæ habitę in mente, uel opere difficultatem illam alleuiabunt.

1 ¶Quartum prima eſt ſanitas, non ſolum mentis, ſed etiam corporis, quia ſicut medicus ægrotis, uel male diſpoExẽplũ. ſitis abſtinentiam imponit, ut ſanitatem conſequantur corporis, ita Deus ieiunium Chriſtianis, vt ſanitatẽ conſequantur tam corporis, quàm animæ. Sic ergo abſtinentia, & ieiunium animabus, corporibusque ſanandis ſalubriter inſtitutum eſt. Sed (heu) medico creditur corporis, abſtinentiam iniungenti, & medico non creditur animarũ ieiunium imponenti.

¶Secunda eſt, dęmonis & culpę expulſio, ſicut patet. A. 4. 1.

¶Tertia, quia carnem domat. Et contra ſpiritum debiliorem reddit, ſic ſpiExẽplũ. ritũ fortificat, ſicut debilitate una parte exercitus, fortificatur alia, propter hoc cum mihi moleſti eſſent, ego induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam. in Pſal. 34.

Exẽplũ. ¶Quarta eſt mentis eleuatio. Sicut enim falconem nutriens cibum ſubtrahit, fameque eum affligit, ut akius uolet, & ieiunia fortius prędam capiat, ita tu Deus corporalibus ieiunio uitia comprimis, mentem eleuas.

Exẽplũ. ¶Quinta, orationis exauditio, ſicut dominus citius audit ſeruum ſufficienter punitum, ſic ſcitote, quoniam exaudiet dominus preces neſtras, ſi permanentes permanſeritis in ieiunijs, & orationibus. Iudith. 4.

¶Sexta eſt mortis æternæ euaſio, 6
quæ per culpam initiatur, & per pœnam conſummatur, quod figuratur Dan. 1. ubi Daniel, & ſocij eius abſtiExẽplũ. nendo mortem euaſerunt. Idem patet Heſter. 4. ubi ieiunio triduano poExẽplũ. pulo indicto, populus ab occiſione liberabatur. Idem oſtenditur quadam Exẽplũ. hyſtoria, qua dicitur, quòd cuidam ieiunanti ſabbata, & uigilias ſanctæ Marię, bibenti tamen ante prandium, in mari cum omnibus alijs ſubmerſis, ſuper plantam ſedenti, & clamanti ſanctę Marię, cuius uigilias, & ſabbata (vt dixit) ieiunarat, ſancta Maria apparuit, dicens. Non ieiunaſti mihi, niſi unum diem, quia ſolum una die a potu ante prandium abſtinuiſti, & pro illo (inquit) uno die ita una uice te liberabo. Idem patet Ionę. 3. ubi habetur, Exẽplũ. quòd Niniuitę, quibus prędicauit, ieiuniũ, induti ſunt ſacco, & liberati ſunt a morte.

¶Septima eſt ſpiritualis confortatio, in cuius ſignum, poſt Chriſti ieiuniũ, & tentationem. (Matth. 4.) Acceſſerũt Angeli, & miniſtrabant ei.

¶Octauo eſt cęleſtis hęreditatis re- Exẽplũ.
cuperatio, ſicut enim aliquando contingit, quòd hęreditatem, quam parentes guloſe uiuendo uendunt, filij parcè uiuendo redimunt. Ita hęreditatem, quam primi parentes noſtri, per gullam perdiderunt, per ieiunium recuperare poſſumus. Vnde Hiero. in quadam epiſtola, ad monachos. Gula nos de paradiſo eiecit, ergo oportet q̃ eſuries nos reducat.

¶Ad hoc enim quòd ieiunium Ar.4.
tot conferat utilitatis, debitas requirit circumſtantias, intentionem (uidelicet) modum, & eleemoſynam. Primo intentio ad hoc requiritur, ut 7
ieiunium propter Dei placentiam, Exẽplũ.
uel propriam utilitatem, uel peccatorum compaſſionem, ſicut mater uidens filium mori, ieiunat, ſicut Da-

uid filio ſuo moriente. (2. Reg. 12.) Sic etiam ieiunarunt ſuper Saul uſque ad veſperã quia (ſcilicet) ceciderat. (2. Reg. 1.) Qui vero alia ieiunant intentione,
Exẽplũ. ſicut hypocritæ, cum illo phariſæo (Luc. 18.) dicente. Ieiuno bis in ſabbato, quorum prohibet, intentionem ſaluator (Matth. 6.) dicens. Cum ieiunatis nolite, &c. Aut cum auaris, qui abſtinent,
Exẽplũ. vt parcant, ad modum canis iacentis ſuper fœnum, quòd nec comedit, nec pecora comedere permittit, ſed ſuper omnes latrat. Sic tales omnes appropinquantes domibus illorum ſuſpectos, ne comedere veniant, quod ipſi comedere volunt, ideo ſuper omnes murmurant, ad quos ait. Iſa. 58. Ad lites, & cõtentiones ieiunatis, aut cum ſuperbia, & uindicatiuis qui uouent, uel promittunt ſe uelle a carnibus, uel uino uel a cõſimili abſtinere, donec uindicati ſint more peſſimorum iudeorum. (Actuũ 23.) Qui deuouerunt, ſe non comeſturos, nec bibituros, donec occidiſſent Paulum. Zachariæ 7. Cum ieiunaſtis, nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? quaſi diceret, non, ſed contra me, diabolo male ieiunant.

¶ Aut uero propter corporis ieiunã ſanitatem, plus medici, quàm Chriſti ſequentes regulas, qui omnes in iſtis comprehenduntur uerſibus. Ieiunã, iuſtus, medicus, ſimulator, auarus. Spiritui, carni, laudi ac ſtudio retinendi. Qui omnes (iuſto excepto) dicere poſſunt illud. Iſa. 58. Ieiunauimus, & non aſpexiſti, &c.

8 ¶ Secundo ieiunium debet habere modum in edendo congruum, quòd ille (uidelicet) qui ieiunat non excedat, quia ſemel comedit, talis enim, qui excedit tantum una uice comedendo, quantum duabus uicibus, ergo comedit uenter ſuus, pro duobus obolis denarium reddit. Non uos ſic, ſed ſanctificate ieiunium. (Iohel. 2.) Corpus aliter humiliando, & eleemoſynas, quod ſibi parcit, dando, Chriſti doctrinam ſequendo. Matth. 6. Tu autem (inquit) cũ ieiunas, unge caput tuum (id eſt) Chriſtum in ſdisnmẽbris, oleo pietatis, ſciẽs, quia bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna. Thob. 12.

¶ Prædicti uero ieiunij cum prædictis circunſtantijs neceſſitas ex tribus apparet.

¶ Primo quia eſt a Deo quodammodo in paradiſo ordinatum, quandam namque abſtinẽtiam primis impoſuit parentibus, quando eis præcepit, ne ex eo mederent de arbore ſcientiæ, & a Chriſto in terra operatum, quando ieiunauit quadraginta diebus. Matth. 4. Et ab eccleſia præceptum & determinatum in decretali. lib. 3. titu. de obſeruatione ieiunij. Ar. 5. 9

¶ Secundo, quia Deus uult, quòd ſui ieiunent, & abſtineant, parcam uitam in hac uita ducendo, quod ex hoc patet, quòd ſic prophetas, & apoſtolos nutriuit, quos potuit, ſi uoluiſſet delicate pauiſſe. Vnde Hiero. in quadam epiſtola ad monachos, alium (inquit) panem, quam ſubcinericium, & alium potum, quam uas aquæ, potuit Deus dediſſe Heliæ. (3. Reg. 19.) ſi uoluiſſet, qui etiã multa millia hominum, quando uoluit, de paruo pane pauit, & potuit, ſi uoluiſſet, diſcipulis panem dediſſet, quando preſame ſpicas confricabant.

¶ Tertio, quia fractio ieiunij eſt periculoſa, ſicut patuit in primis parentibus, qui abſtinentiam eis a Deo impoſitam tangentes, de paradiſo eiecti fuerunt, quorum caſum timere poſſunt, qui ieiunia frangunt eccleſiæ, ne expulſos, & intrare uolentes repellet, qui incolas expulit. Si enim ipſi ieiunia frangentes in paradiſo ſe tenere non potuerunt, quod facilius uidetur, quomodo conſimilia, uel maiora frangentes, & facientes, illuc redibunt? quod difficilius uidetur. Ad locum ergo illum conuertimini in ieiunio, & fletu & planctu (id eſt) in ſatisfactione, contritione & confeſſione. Iohel. 2. de hoc periculo uide. G. 5. 7.

¶ Ab iſta autem ieiunij neceſſitate, & fractionis periculo, aut male, aut bene ſe excuſant. Ar. 6.

¶ Male

10 ¶ Male ſe excuſant, qui cauſas falſas allegant, vel inſufficientes, quibus quidam dicunt, quòd ideo ieiunare non poſſunt, quia tenere, uel debiles ſunt cõplexionis, vel capitis, quòd ſi ieiunauerint, dolebunt, vel quia nobiles ſunt, & delicate nutriti.

¶ Quibus reſpondetur, quòd quantumcunque tales allegent cauſas, ſi diligenter rei inquirerent veritatem, inuenirent huiuſmodi fractionis cauſam, plus in corde eſſe, & mala voluntate, quàm in corporis, vel capitis debilitate, quia in vigiliis malis, quibus diabolo ſeruiunt diligenter, & exceſſibus potationibus, & ſimilibus diaboli operibus, quæ rationaliter caput plus dolere faciunt, plusque corpus conſumunt, & deſtruunt, ſatis ſunt fortes, tales enim illi aſſimilantur (de quo dictũ eſt C. 2. 18.)

¶ Contra illam enim, quam allegat, complexionis teneritatem, quæ eos ieiunare non ſinit ad breuem horã, oppoñere deberent ieiuniũ æternum, cogitantes, quomodo illud ſuſtinere poterunt, quia cogitatione ſe vincere deberent, potius hinc cum Dauid peſtilentiam trium eligentes dierum (ſcilicet) cõtritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis, quàm famẽ ſeptem annorũ (id eſt) eſuriem, & pœnam æternam, vel trium menſium perſecutionem (id eſt) purgatorij paſſionem. Illis vero, qui nec ſic ſe vincere volunt, vt ſecundum leges viuãt eccleſiæ, loquitur Hieronymus in quadam epiſtola, dicẽs, Dicis nobilis ſum, & delicate nutritus, ieiunare non poſſum, ergo viue lege tua, qui non vis viuere lege Dei in oratione & ieiunio. Marci. 9.

11 ¶ Alij uero dicunt, quòd hoc faciunt ratione ſocietatis, quorum periculum oſtendit beatus Gregorius. 2. libro dialogorum, exemplificans de quodã, quẽ diabolus per ſocium talem loquẽs à propoſito reuocauit ieiunij, qui ſemper ad ſanctum Benedictum ieiunus peruenire conſueuit, quem quadam die uerſus eum uenientem, quidam itineris ſocius bis vel ter ad ſecum comedendum inuitabat, cui in fine cum locũ ad hoc inueniret aptum, conſenſit, quod factum Benedictus ſtatim (vt ad eum uenit) improperauit, ac ſi præſens fuiſſet, aſſerens, quòd diabolus in uia per ſocium ei locutus fuerat, & ad ieiunij fractionem illum induxerat, frequenter namq; per malos ſocios obtinet, quod per ſe obtinere non ualet: Caueant ergo ieiunantes, cogitantes quòd ille per ſocios eis loquitur tentationẽ, qui per ſeipſum ad Chriſtum acceſſit ieiunantem. (Matth. 4.) Bene autẽ ſe excuſant, qui neceſſitates habent (de quibus dictum eſt ſupra. eo. c. 3.) quia Pñ Decretales qui in quadrageſima propter neceſſitatem, vel infirmitatem ieiunium frangunt, etiam carnes comedẽdo, excuſantur, extra de regu. iuris quod non eſt & lib. 3. titu. 46. de obſeruatione ieiunij, conſilium §. præterea.

Exẽplũ.

¶ Inconſtantia. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Inconſtantia duplex eſt: altera in corde & corpore ſimul, & altera ſolum in corde apparet.*

2 *Vtriuſque inconſtantiæ quatuor cauſas eſſe clare conſpicitur.*
Prima falſitas nocitatur.
Secunda dementia, ſeu inſtenia eſſe videtur.
Tertiam impatientiam appellare licet:

3 *Quæ quidem exemplo impendio pulchrico a Dino Suerino Boetio conſcripto, erudite expromitur.*

4 *Quartam autẽ, ac nouiſſimam inconſtãtiæ, ac leuitatis cauſam, eſſe malam, & inordinatam volitatem, aſſerimus quæ quidem variis leuitatis hominibus variè contingit.*
Nam inconſtantiæ illorum hominũ, qui uitam in ſeculo degentes ſui iuris domini ſunt cauſam eſſe uoluntatem inexplebilem ſingularitatis, uanitatiſque non immerito dicimus.

5 *Inconſtantiæ uero eorum, qui ex profeſ-*

Digitized by Google

ſione ſui iuris dominio carere deberẽt, voluntas propria, quam ſecum ſemper retinuerunt, & cauſa eſt.

6 *Exemplo præclaro cuiuſdam laterie hæc verba exorata undequaque tenentis, (ſcilicet Latas meum doleo, ideo uerti cupio uersæ, & inuenies) religioſorum profeſſorum, qui propriam uoluntatem retinent, leuitatem, atque inconſtantiæ auctor pulchrè notare, & carpere contendit.*

7 *Socratis, & Senecæ longè, doctiſſimorũ philoſophorum ſententiæ ad eandem hominum leuitatem auertendam appoſitæ allegantur.*

8 *Ii homines, qui ſui iuris ſunt ob eorum inconſtantiam ſimiæ, arundiniſque opi mè aſſimilantur.*

9 *Similes istidem Iudæis Græcorum boſtiũ rituum æmulatoribus eſſe, non incũcinne declaratur.*

Illi autem inconſtantes qui ex inuiolabili profeſſione (ut diximus) ſui iuris domini haud ſunt, fonti cuidam ſingulæ horæ ſaporem ſuum mutanti, iure quidem optimo conferri poſſunt.

10 *Velox præpoſiti uerſio, ac mutatio cordis ægritudinem & uirtutum amiſſionẽ, atque defectum interius luculenter ſignificat.*

11 *Exemplis quibuſdam oppido pulchris ſatis liquet, quod nonnulli quo magis uita & moribus à Deo immobili decedũt, & elongantur ea inconſtantiores, & mobiliores in bono eſſe præſeferunt.*

12 *Eorum, qui conformitatem ſeculi, & ſociorum male cauſantur, contemptibilis excuſatio refellitur, ac reprobatur.*

13 *Eorum itidem, qui optime, & uerè aliquid cauſantur, excuſatio uenuſtè, & grauè admittitur.*

14 *Qualem pœnam inconſtantes omnes, tum religioſi, ac clerici tum ſeculares luere merito debeant, ex diris Dei æquiſſimi minis, facile conijci poteſt.*

Nconſtantię. Primo, ponenda eſt diſtinctio. Secũdo, cauſæ. Tertio, effectus. Quarto, ſigna. Quinto, reſponſio cum reprobatione. Sexto, pœna.

¶ Quantum ad primum, inconſtantiarum quædã eſt in corde & corpore, quædam in corde ſolo. Ar. 1.

¶ Prima quotidie ad oculum patet, in omni exteriori ornamento, ſiue capillorum, ſiue veſtimentorum, illorum (videlicet) de quibus Seneca Rethoricę ſuę libro 4. Ad noua (inquit) homines currunt, adeo ut quicquid inſoliti eſt in turba, notabile ſit. 1

¶ Secunda in his abſcondit, qui cũ carcerum claufuſis, vel (profeſſionibus) aut aliis reſiſtentibus impedimentis, ſo liditati, quam in exteriori inuite oſtendunt homine, leuitate mentis, quam interius præſeferũt, obuiare nõ poſſunt, de quibus beatus Gregorius ſuper Ezechiæ. Omel. 10. Semetipſum (inquit) abnegat, qui mutatus ad meliora incipit eſſe, quod non erat, ſed quoſdã uidimus habitum, non animum mutaſſe, ita ut religioſam ueſtem ſumerent, ſed ante acta uitia non calcarent, iræ ſtimulis fortiter agitari, maliciæ leſionẽ ferueſcere, de oſtenſis bonis ſuperbire, præſentis mundi lucra inhianter quęrere, de ſolo exterius habitu ſanctitatis fiduciam habere.

¶ Vtriuſque autem inconſtantiæ cauſę multę ſunt, quarum una eſt falſitas, quia ſicut opus non eſt conſtans, quod ſuper falſum fundatur fundamentum. Tale namque opus faciliter a dextera ad leuam, & econuerſo agitur, ſicut arbor debilis in radicibus. Sic uir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus uijs ſuis. Iaco. 1. Ar. 2. Exẽplũ. 2 Exẽplũ.

¶ Secunda eſt ſtulticia, quia ſicut luna, ita ſtultus, ut luna, mutatur (Eccleſiaſt. 27) de cogitatione in cogitationem, de deſiderio in deſiderium, de opere incepto ad nouum incipiendum, antequàm primum perficiatur, quia

quia (teſte Seneca.) Stulto nihil eſt conſtans, nihilque diu placet.

¶ Tertia cauſa, & inconſtantiæ mater eſt impatientia, qua quis impatienter ſuſtinet illa, quæ in propoſito, vel ſtatu, uel opere aduerſantur, ex quo ſequitur, ꝙ in nullo ſtatu propoſito, uel opere ſe uoluntate conſtantiam habet, quia dum in quocunque tali aduerſa inuenit, quæ impatienter fert, alia quærit propoſita loca, uel ſtatum, in quibus non eſt tedium expertus, tanquam tedij inuenti, & experti fugam, & remedium, cum in ſtatu ſuo, quem inexpertus lucentem uidebat, ſine tedijsque eſſe credebat. Tertia impatiens inuenit inopinata, de ſtatu ſuo non cõtentatur. Et ideo ſtatum alium affectat, & quærit, cuius pulchram exteriùs uidet apparentiam, ſed interiora inexpertus eſt tedia, quæ cum expertus fuerit, ita affectus fertur de ſecundo in tertium, de tertio in quartũ, ſic deinceps uſquequo illius inconſtantiam, mortis uicerit conſtantia, ſicut de primo ſtatu ferebatur in ſecundum.

3 ¶ Exponit ad hoc exemplum Boetius de diſciplina ſcholarium, de quodam, quem ab effectu filium uocat inconſtantiæ, quaſi modo, quo ſequitur, hic à parentibus ad ſcholam poſitus, de ea ad eoſdem rediens, ſe de ſtatu illo plus nolle aſſeruit, quia forſitan ibi verberatur. Mercationi ergo, ſicut elegit, expoſitus, periculaque terræ, & maris, quæ talibus contingunt, expertus, idem de illa aſſeruit arte, iterum, & propria electione militiæ expoſitus, uidensque ictus, quos ſuſtinet, & pericula, quæ imminent in bellis, & huiuſmodi, illam etiam vitã refutauit, ſic etiam de aſtrologia, quia nimis uigilare oportuit. Sic etiam ſatiatus, & attediatus fuit de vxore ſua, aliam uidens plus placentem, videnſque omni arte, uel ſtatu tedia, quæ impatienter ſuſtinuit, dixit, ſe nolle hominem eſſe, quia in omni hominum ſtatu tedia inuenit, uel timuit inuenire. Sic illi, qui impatienter tedia tolerant in uno loco, uel opere occurrentia, nunquam in aliquo loco, uel opere conſtantes erunt, quia in omni loco, & opere tedia inueniẽt. Non ſic uirtuoſi exemplum ſequẽtes bonorum, de quibus eum in maximis eſſent aduerſitatibus, dicitur. (1. Mach. 2.) ꝙ Mathatias, & filij eius conſtanter ſteterunt.

Exẽplũ.

¶ Quarta cauſa, & conſtantiæ mater, 4
eſt mala, & inordinata uoluntas, diuerſimode tamen in diuerſis, quia in hominibus, qui ſui iuris ſunt, in ſeculo remanentibus, totius inconſtantiæ cauſa in ornamentis, & cupillaturis, &c. Eſt uoluntas, & appetitus curioſitatis, & ſingularitatis, & uanitatis, ex qua accidit, ꝙ nullus modus in talibus eis diu placeat, quia ex quo illud, quod ſingulare, & curioſum, utpote raro viſum, in principio fuit incipit eſſe à multis uſitatũ, & uiſum, incipit eis diſplicere, quando ceſſat ſingularitatis, & uanitatis cauſa, & hominum admiratio, propter quę in principio placuit, ex quo accidit, ꝙ nouam excogitant curioſitatem, ut de nouo homines ſuper ſe admirari faciant.

¶ Totius uero inconſtantiæ cauſa in illis (quo ad cupiditates & acquiſitiones) quòd nullæ diuitiæ, uel ſtatus, uel terra, uel officium eis diu placeat, eſt illorum uoluntas inſatiabilis, ex qua ſequitur, ꝙ illud acquiſitũ, in quo ſine maiori cupiditate, quam antequã illud haberent, perſeuerant ſemper, ſiniſtrè cogitant, iudicantes ſe illo habito ſatis habere, tanquã nihil reputãt, & à priori uoluntate, tanquam inconſtantes recedunt, ſemper maiora cupientes (ſicut patet. A. 27. 5.) Et hæc eſt cauſa, quare apud eos in peccato omnia conſtant. (Col. 1.) Apud quos ſolius peccati conſtantia habetur.

¶ In his uero, qui ſui iuris, ex profeſſione, eſſe nõ deberent, totius inconſtantiæ cauſa, & mater, eſt propria, quam retinuerunt, & reacceperunt, uoluntas, nihil quippe hominem in propoſito, uel loco, uel ſtatu inconſtantẽ facit, niſi aliquid, quod ſuæ uoluntati ad plenũ nõ ſatisfacit, uel aliquid, quod ſuæ uoluntati contrariatur, & diſplicet. 5

¶ Ad

¶Ad hoc ergo, q̄ inconſtantia in aliquo oriatur, duo concurrunt, uoluntas, ſcilicet, & diſpliceſcia, quo totam uoluntatem ſuam in manu poſuerunt ſuperiorum, & uoluntate illorum, nulla ęis reuenientes, in omni loco, & ſtatu, in quibus ſemper à ſuperioribus ponuntur, conſtantes erunt, quia cum nullam habeant uoluntatem, nihil fieri poterit præter illorum uoluntatem, & per conſequens nihil eis diſpliceбit, de hoc, quod contra illorum non ſit uoluntatem. Et ſic dixit quidam antiquus, & ualens religioſus, q̄ nunquam fuit contra eum ordinatum aliquid, uel poſitum contra eius uoluntatem, quia illum ſequebatur, qui ait, pater nō mea, ſed tua uoluntas fiat. Et Iob etiam, qui ait, ſuſpendium elegit anima mea, (Iob 7) qui ſicut res, quæ ſuſpenditur, faciliter cedit impellenti, nullumque alium habet motum, præter motū impellentis, ſic uoluntas religioſi nullum alium motum habere debet, præter motum impellentis, & tunc nunquam impellenti reſiſtet, nec contra eum murmurabit, quia nihil, quod contra eum ordinatum eſt, ipſum grauat. Sic ſancti conſtanter mouebantur ad omnia opera dura, & etiam tormenta ſuſtinenda per motum ſpiritus ſancti, qui omnes in uno admonet, dicens, conſtans eſto Paule. Actuum 23.

Exemplum.

Exemplum.

6 ¶Illi uero, qui propriam retinent uoluntatem, in omni loco inconſtantes erunt, quia in omni loco diſpliceнtiā inuenient. Quia cum uoluntas ſuperioris, & uoluntas illorum non ſit in facto omnino eadem, oportet, q̄ ſit in aliquo diuerſa. Sed diuerſa, uel contraria uoluntas, cauſa eſt diſpliceнtiæ. Et hoc enim, q̄ uidet uoluntatem ſuperioris, ſuę uoluntati aduerſari, dolet. Cum uero hoc in omni loco cōtingere oportebit, quia in omni loco diuerſę uoluntates, diuerſas habet affectiones ſequatur, q̄ omnis loc rali diſpliceбit, & ſit ſemper inconſtans erit. Quod pulcherē quidē fingitur exēplo de quodā, q̄ inueniſſe fertur lapidē quadratum, in cuius ſuperiori parte ſcripturā erat, latus meum dolet, ideo uerti uolo, uerte, & inuenies. Quem cum ad omne latus uertiſſet, in omni parte eadem inuenit ſcripta uerba. Et ſic ſi illum tam diu reuoluiſſet, quamdiu illa uerba inueniſſet, nūquam à reuolutione ceſſaſſet. Et ideo cum ex omni parte idem inueniſſet, non obſtante q̄ diceret, uerte, & inueniens, reuolutos tamen illum reuoluere ceſſauit. Sic nonnulli inuenientes in uno, quod proprię, quam malam habent, contrariatur uoluntati, proiectant, & ſcribunt ad illos, quorum intereſt, latus meum doleo, tali uel tali de cauſa, uerti uolo ad alium locum, uerte ergo, & inuenies, q̄ ibi bene, & pacifice me habebo: Sed ſi eum uertat, amouet, & reuolvat, ad quemcunque uoluerit locum, ſemper eandem ab eo habebit Scripturam, & clamorem, cuius cauſa eſt, quia ęclum, & non animum mutat.

Exemplum.

¶Et pro tanto nongrue reſpondiſſe legitur, Socrates cuidam quęrenti, quare peregrinationes, & locorum mutationes ei minime uellent, cum nihil per hoc proficeret, quid (inquit) miratis tibi peregrinationes nō prodeſſe? cum mecum conferas tecum, præmit enim eadem cauſa, quę expulit, ideo terrarum nouitas non poteſt prodeſſe. Ideo fuga te non iuuat, quia tecum fugis, onus animi deponendum eſt, antequam tibi vllus placebit locus, uadis huc, & illuc, ut pondus excutias, quod iactando fit incommodius, quia ſicut in nauibus ipſa impetus minus urget, mota uero & inæqualiter deuoluta, partem in quam decumbunt, immergunt: ſic ęgrū motione cōcutientis animum. Ideo Seneca tales hortatur, epiſtola 29. dicens. Animum non zelum mutare debes, (unaire porta) aliter ſequuntur te quocunque ieris, uicia, ubi uero uicia ſeiunguntur, illa diſcidium non erit, nec quies, qua ſicut ubi in pede eſt ſpinarum punctio, ibi eſt dolor, & inquietudo, ita ubi eſt zelus, & contentio, ibi inconſtantia erit.

Exemplum.

¶Ex

Art. 3. ¶In prædictis quod inconſtantiæ cauſa, in his, qui ſe ſunt uiris, duplex ſe quitur effectus, & exterior offenſio: id quorum uno ſitis ijs in alio iudicis, illi miſcetur.

8 ¶Primum patet, quia ſicut ſimia, quod uidet alios facere, facit, ita inconſtantes aliarum terrarū gentium ſimiæ quicquid illos nouitatis facere uident, facere pituntur, quibus competit illud quod ſcribit Gerardus Cambrenſis in itinerario ſuo: Gens (inquit) non minoris animo leuis, quàm corpore, gens in cunctis quidem mobilis actione, ſed in malo prinacior, nullius nempe rei, præter inconſtantiæ ſolius conſtantiam habet, nulla in eis fidei, uel ueritatis reuerentia, quæ non ſolum in ſpritis, & neceſſarijs, uerum in ludidris omni fere verbo dextrę manus protenſione fidē gratis effundere conſueuerunt. Et ſicut arundo tento, uel tempeſtate ſuperueniente ſe inclinat, & iterum ſe erigit, & alia tempeſtate ex alia parte uenente, ad aliam ſe inclinat partem. Sic illi modo uni, quem dominari uident, uel cuius dominium timent, capita inclinant, ſique manus prehendentes iurat fidelitatem uſque ad mortem, promittentes, q̄ uerius iurarent, ſi uſque ad tempeſtatem ex alia parte ſurgentem in iuramēto includerent, quia ſiue hoc iurent, ſiue non, ſic tamen erit.

Exemplum.

9 ¶Secundum patet, quia quod de peſſimis Iudæis ſcribitur. (2. Machab. 4.) quòd, uidelicet, patrios honores nihil habentes, græcas gloriās optimas arbitrabantur, & eorum inſtituta æmulabantur, ac per omnia eis ſimiles eſſe cupiebant, quos hoſtes, & peremptores habuerant, pulcherrime eis cōpetit, quia ipſi aliarum gentiū ſequuntur ritus, & nouitates, quæ (quantū poſſibile eſt) illorum ſunt peremptores, & retrorum inuſores, qui illos nec diligunt, nec eorum illorum recipere, aut nouitates ſequuntur. Illi uero, qui ſui ſules non ſunt, in effectu inconſtantiæ, eiſdem ſunt aſſimilantur, ad radicem mentis Olimpi, de quo ſcribitur, quod per ſingulas horas ſuum mutat ſaporem, ſic ſuis in utroque inconſtantia concupiſcentia tranſacrit ſenſum. (Sapiē. 4.) id eſt, celeriter uertit. (Nota S. 1. 4. 8.) Quæ quidem uelox uerſio primo uacuitatem mentis, ſecundo elongationem ſignat à Deo.

¶Primum patet, quia ſicut continua, & facilis arunditis agitatio, interiorem uacuitatem, ſta uelox propoſiti mutatio utriculum in interiori homine nuditatem, & cordis ſignat infirmitatem. Vnde Seneca. Ecce uagaris de loco ad locum, inquietaris; ægri animi eſt iſta iactatio. Artic. 4. Exemplum. 10

¶Ad idem Auguſtinus, quem allegat decr. di. 41. c. vlt. dicens, in compoſitione enim corporis (ut Auguſtinus ait) qualitatem mentis indicat. Vnde hiſtoriographus, gloſſa. poeta, Saluſtius. Cum eius, ſcilicet, cantilenæ mutabilitatem deſcriberet, cuius conſcientia excita. i. excitata, uel excæcata curis mentem uaſtabat, inter cętera hoc etiam notabile indicauit, inceſſus eius modo citus, modo tardus. Quibus beatus concordat Gregorius dicens, qui ſtatū mentis perdidit per motionis inconſtantiam, fluit, atque exteriori, mobilitate indicat, q̄ natura interior, firma radice non ſubſiſtit. Vnde Seneca. Inconſtantis animi eſt diſcurrere, & locorum uarietatibus inquietari.

¶Secundum etiam patet, quia ſicut velocitas, & motus ſtellarum elongationem illarum à polis ſignificat, quia ille, qui plus polo immobili appropinquat, minorem faciunt circulum, minusque mouentur, ita illi, qui in uita & moribus plus Deo appropinquant in mobili, conſtantiores ſunt in bono. Illi uero, q̄ plus ab eo diſtant, magis in interiori, & exteriori homine ſūt mobiles. 11 Exemplum.

¶Et eſt exemplum ſenſibile de utriſque, in axi, & rota, in quibus uidetur, q̄ pars rotæ, quæ plus axi, uel rotæ appropinquat, centro in minorem habet motum, quia in mouendo minorem facit circulum, ita in proposito illi, qui in uitę perfectione plus Deo, q̄ eſt quaſi Exemplum.

centrum

centrum totius uitæ, & medium immobile, quod, ut oſtenderet, in medio, fuit animalium, diſcipulorum & latronum, cuius duo poli ſunt, deſiderium gaudij, & timor ſupplicij, circa quæ rota, ſeu circumferentia fortuna eſt uitæ, in qua rota, qui plus Deo appropinquat, min⁹ tribulationibus turbatur (ſicut oſtenſum eſt C. 5. 56.) uel uanitatibus, & proprijs uoluntatibus mouetur, quia Deus in medio eius non commouebitur, (in Pſal. 45.) Qui uero ab iſto centro totaliter per peccatum diuiduntur, omni tribulatione, tentatione, & uanitate, & propria uoluntate mouentur, ſicut puluis, & palea à grano ſeparata, qui uero uanitatibus multum elongantur, licet non totaliter adhuc diuidantur, habent tamē magnum in ſeculi anguſtijs, & terrenis cogitationibus in uita motum, quemadmodum rotæ conferentia. Et ſic intelligi poteſt illud Eccl. 33. Præconcordia fatui, quaſi rotæ curri, ingredere ergo in medio rotarum. (Ezech. 10.) quia optimum eſt gratia ſtabilire cor. (Heb. vlt.) Cōtra omnia mala & incōſtantias, q̄ numerantur. (Sap. 14.) Furtum, fictio, infidelitas, turbatio, tumultus, animarum inquinatio, nuptiarum inconſtantia, mechia, &c.

Exemplum.

Art. 5. ¶Ab iſto autem inconſtantiæ uicio excuſant ſe quidā male, quidam bene. Male ſe excuſant, qui magnam in ueſtibus, & omni exteriori homine oſtendunt inconſtantiam. Aſſerentes ſe hoc facere, ut ſęculo, & ſocij, ſe conformens. (Nota contra tales. O. 7. 11.) Tales enim ſtatuo aſſimilantur, qui cum latronibus ad ſuſpendium, ratione ſocietatis properabat. Quando enim mundo ſe in talibus conformant, non contra mundū pugnant, ſed à mundo pigri ſine victoria vincuntur. Sicut enim à diabolo, uel carne uictus peccat. Ita qui mundo, quando tamen in generali indicitur bellum hominibus in prædicando, quid mundi nomine cenſetur, ignorāt, tamen in ſpeciali, quando mundi uidēt vanitates, contra quas vel pugnant, uel ab eis uincuntur, in facto eius pugnas, inuenitur, quas ſicut carnales uincere tenētur. Si philoſophi naturali uicti ratione ſeipſos uincebant, ſicut dicit policraticon l. 8. c. 7. q̄ Demoſthenes prę liatus eſt cum rerum natura, & victor abijt, malignitatem eius pertinaciſſimo animi robore ſuperando, itaque alterum Demoſthenem natura, alterum induſtria eſt enixa. Quanto magis etiā Chriſtiani mundum unicite, in quo debilior eſt pugna. Et nolite conformari huic ſęculo. Rom. 12. Sed fugite eam, quæ de mundo eſt concupiſcentiæ corruptionem, ſecundi Petri 1. (Sicut patet. C. 13. 3.)

12 Exēplū.

6.

¶Alij uero bene ſe excuſant, ſicut illi, qui quādoq; uagi reputātur, & incōſtantes, eo q̄ ſicut Petrus ad Cornelium, Philippus ad Eunuchum, Auguſtinus ad Anglicos, Iſraelitæ ad terram Sanctam, gratia prędicationis ad infideles diſcurrere, & pro Chriſto ad Barbaras nationes peregrinari uolunt, qui enim hos notat, quare omnes Apoſtolos, & ſpecialiter Paulum, qui quaſi per totū mundum diſcurrebat, non notant. Sed uidetur, q̄ idem accidat nunc illuc ire uolentibus, & impedientibus, q̄ quandoque Iſraeliticis accidit, & Ægyptijs, quia ſicut Iſraelitis uolentibus ire in deſertum, ut ſanctificarent Deo (ſicut patet. Exo. 5.) Ægyptij eos detinebāt, vt ædificarent domos, & colligerent paleas, ita iſti, ut colligant braſium, & mixtilionem ab his qui irritauerūt, aſcendentes in mare, mare rubrū (in Pſal. 105.) Et qui ueritatem Dei in iniuſtitia detinent. (Rom. 1.) contra quos tamen quādoque in magna ſtabunt conſtantia. Sapien. 5. Nota. P. 3. 9. 13

Exemplum.

¶Pœna uero inconſtantium, & periculum oſtenditur in parte Sophon. vbi Deus talibus minatur, dicens, uiſitabo ſuper principes, & ſuper filios regis, & ſuper omnes, qui induti ſunt ueſte peregrina. Quod uerbum non ſolum de clericis intelligi poteſt, qui ueſtem induunt in colore, uel forma nimis ſęcularem, ad quos epiſcopus dicere deberet, uiſitabo, ſed Art. 6. 14

Sed

Sed etiam de ſecularibus, qui ueſtium formas frequenter mutant, ut uanis hominibus, & alijs nationibus ſe ina niter conforment, quos Deus, uiſitat in terra propria, nimijs gladijs eos occidendo, & in terris aliorum turpiter capiendo, & captio timorem incutit viſionis maioris, dicens, & erit vlulatus, & planctus, quando (ſcilicet) in infernum cadent, non propter ueſtem, vt vere aſſerunt, in qua non eſt peccatum, ſed propter inconſtantiæ peccatum, quod interius figitur: propter hoc enim tunc cadet, quia ſi ille qui non eſt firmus in ſella, ſed equitãdo, quaſi ebrius ad omnem partem mouetur, non poterit forti aduerſarij impulſui reſiſtere, quia cadet. A fortiori ille, qui non eſt firmus, & conſtans in mente, & uita, non poterit impulſu diaboli firmiſſimo in morte reſiſtere. Qui ergo nunc ſtat, uideat, ne tunc cadat. 1. Corin. 10.

¶ Infirmitas. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Infirmitas quippe gemina eſt: altera animæ, & altera corpori uendicatur. Anima enim ipſa malis ſuis ualetudinibus, ac imbecillitatibus ſæpius diuexatur, atque laboras, perinde ac corpus pluribus infirmitatibus hinc, & illinc agitatur, & angitur.*

2 *Rationibus, & auctoritatibus, tum noui, tum ueteri teſtamenti probare enititur, quod corporales ægritudines à ſpiritualibus emanant, atque naſcuntur.*

3 *Deus homines mala ualetudine ſæpenumero inſici, & torqueri quatuor ex cauſis permittit.*

Primo, ut ab ægrotorum quima deteſtanda flagitia amoueantur, & expellantur.

4 *Secundo, ut ægritudinum ui, ac pulſatione ei anima eaſtrum referetur, ac pateat.*

5 *Tertio, ut tunc ægros homines multa quorum ualentes obliniſcebantur, opportunè edoceat.*

6 *Tandem Deus infirmitates in homines improbos aliquando mittit, ut is qui ſanus & ſtrenuus per Dei uiam incedere torpet, ac ſegnior deſiſtit, ægritudinum ictibus diuexatus, uelocius, ac robuſtius, impiger progredi uelit.*

7 *Infirmitates, quibus ſæpe ſæpius laboramus, Deum nos uehementi, ac ſollicitiori amore proſequi, clare demonſtrant.*

8 *Ægritudines nobis tres potiſſimum utilitates afferre uidentur.*

Primo etenim peccatorem à peccatis purgari, & iuſtum magis lucere faciunt.

Secundo ualetudines aduerſæ, Diabolum, Mundum, & Carnem qui animæ acerrimè obſunt, languere faciunt.

9 *Diabolum, Mundum, & carnem binas habere manus concinnè exponitur.*

10 *Tertio infirmitas huius mundani æquoris portus exiſtit.*

11 *Quamplura ſanctorum exempla adducuntur, qui multos ob utilitatem ægritudinis ſanare, ac curare noluerunt.*

12 *Omnis infirmitas tolerabilius ſufferenda eſt, quia medelam à Medio ægros mirificè diligente ſcienteque ac uolente præſtitam eſſe cenſetur.*

13 *Tenentur Medici ex eccleſiæ decreto, ſub pœna Anathematis infirmos admonere; ut primo ſacerdotes accerſere faciant; quàm eos uiſere, & accurare aggrediantur.*

14 *Quicquid ægrotis animarum Medici & amici alloqui, & ſecum agere debeant lepidè demonſtratur.*

15 *Quatuor ſunt, quæ homines ex hac uita migrantes commouere ac exagitare ſolent, contra quæ quatuor etiam conſolationes tunc animam ſpirantes capere ſolent.*

Primum eſt peccatorum recordatio, contra quam illorummet delictorum confeſſio, & ſatisfactio ſolatium eſt.

Secundum

Secundum mortis amaritudo eſt, contra quam hominem morientem breuioris mortis cogitatio, illiusque emolumẽtum non parum confirmat, & ſolatur.

16 *Tertium, quod decedentes perturbat, ſociorum carentiam eſſe uidetur: contra quam multa ſunt, quæ tunc illos hac ſollicitudine leuare poſſunt.*

Quartum autem quo animam exhalantes exagitantur.

Iudicis formido eſt: contra quam magnæ eius conſolationi, ac uoluptati domini noſtri miſericordia eſſe debet.

17 *Homines ægros piè uiſentes tria ſibi cõmoda pariunt.*

Primo namque Deum emolliunt atque placant.

Secundo nonnullis exemplis oſtenditur, illos, qui infirmis opitulantur, ſeipſos à malis tueri, ac præſeruare.

Tertio, ſecuriores, et alacriores ad Iudicis thronum poſt mortem accedent.

18 *Quamplura ſanctorũ Patrum exempla afferuntur, quibus blandè, & uenuſtè allicimur ad obſequendum ex charitate proximis male habentibus, & ægrotantibus.*

19 *Increpantur, & uehementer ſuperbiæ, ac immanitatis inſimulantur hi, qui ægris obſequia aliquando præſtare, eoſque miſere dedignantur, & aſpernantur.*

20 *Exemplo per bello exponitur Deum pro ægrotantibus omni ſtudio, & corde orandum eſſe.*



Nfirmitatis.

Primo, oſtenditur diſtinctio. Secũdo, corporalis infirmitatis cauſa. Tertio, Dei ipſam immitẽtis intentio. Quarto, q̃ eſt ſignum diuinæ dilectionis. Quinto, utilitas. Sexto, quod eſt patienter tolleranda. Septimo qualiter infirmum uiſitans, ſe ad ipſum habebit. Octauo, uiſitantium, & miniſtrantium utilitas. Nono, q̃ pro infirmis eſt inſtanter orandum.

¶Quantum ad primum, infirmitatum alia animæ, alia corporis, habet nanque anima ſuas infirmitates, & debilitates ſimiles infirmitatibus, & debilitatibus corporis, ſicut patet primo de ſuperbis, quorum infirmitas phreniticis aſſimilatur, atque dæmoniacis, qui nullis ſubeſſe pro poſſe uolunt, uel uinculis teneri. Sed omnes in circuitu moleſtant, & uexant, de quibus Iſaiæ 24. Infirmata eſt altitudo uirorum, & terra interfecta eſt ab habitatoribus ſuis. Art. 1. 1 Exemplum.

¶Secundo idẽ patet in cupidis, quorum infirmitates hydropicis aſſimilantur, qui congregant potum in malum ſuum. (Eccl. 5.) Eſt alia infirmitas, quã uidi ſub Sole, diuitiæ congregatæ in malum domini ſui, &c. Exemplum.

¶Tertio patet in his, qui ſunt carnalibus dediti uoluptatibus, quorum infirmitas ſimilis eſt infirmitati Lethargicorum, & Sodomorum, qui in ijs lætantur, quæ mortem adducunt, quorum tamen lætitia breuis erit, quia iuuenes eius ĩ infirmitate cadẽt. (Iſa. 40.) Ad infernum (uidelicet) dum iuuenes ſunt, plus in talibus lætantur. Exemplum.

¶Ex iſtis uero ſi cito ſanati non fuerint, cito plures ſequuntur infirmitates, ſicut ex una corporali, plures aliæ ſequuntur infirmitates. Si uero ſanatæ fuerint, cum maiore tamen timore in poſterum ſemper uiuendum eſt, quia ſicut poſt infirmitates corporales, quantumcunque homo ſit inconualeſcendo, tamen debilitas, & quædam iterum cadendi facilitas in eo diu remanet. Exemplum.

Ita in propoſito, ſicut lignum extinctum minus igni reſiſtit, quàm aliud nunquã inflammatum. Talis ergo etiã conualeſcẽs dicere poteſt, illud Tren. 1. Infirmata eſt uirtus mea. Exẽplũ.

¶Ex hoc illis conuenit, qui perfecte ex toto corde non conualuerunt, fugientes omnes præcedentes illicitas ſocietates, & occaſiones, ad malum inclinantes. Eſt enim de talibus, ſicut de illis, quorum oſſa fracta non ſunt omnino ſanata, uel ſolidata, de quibus Exẽplũ.

Digitized by Google

bus uerificatur, illud Ezech. 34. Quod infirmum erat, non conſolidaſtis. Sic ergo oportet fracturam bene conſolidari, & uulnus ex toto ſcrutari, & ſanare, ita oportet uulnus cordis, oris, & operis, contritione confeſſione, & ſatisfactione, perfecte ſanari, ab illo, qui per confeſſorum miniſterium ſanat omnes infirmitates, & redimit de interitu uitam, in Pſal. 102.

Ar. 2. ¶Aliter ex iſtis infirmitatibus ſpiritualibus nō ſanatis, infirmitates ſequentur corporales, quia ſtante cauſa ſequentur effectus. ſed infirmitates ſpirituales 2 ipſius uidelicet animę cauſant infirmitates corporales. Ergo ipſis non ſanatis, iſte ſequentur. Quod autem infirmitates ſpirituales corporales cauſent infirmitates, patet tam ratione, quàm auctoritate.

¶Ratione enim ſequi uidetur, ꝙ illi, qui deordinati ſunt, quo ad Deum, in ſe deordinatas habeant qualitates, & paſſiones, & elemẽtorum compoſitiones, præterea. G. 5, 18. oſtenſum eſt, ꝙ infirmitates corporales ex gula proueniunt, ſed gula eſt peccatum, ergo, &c. Hoc etiam dicit Scriptura ꝙ in multis eſcis erit infirmitas. (Eccleſiaſtici 37.) idem auctoritate patet tam ueteris teſtamenti. (Deuter. 28.) Vbi inter cętera mala, & pœnas, quæ Deus per Moyſen ſua promittit frangentibus mandata, pœnam adiungit infirmitatis, dicens. Percutiat te dominus egeſtate, febri, &c. quàm etiam noui. Ioan. 5. Chriſtus ſanato præcipit, ne amplius peccaret, ne deterius, ei contingeret, innuens quod præcedentis infirmitatis peccatum cauſa fuit, quod reaſſumptum graniorem cauſaret. Ergo ante corporalem conualeſcentiam, neceſſarium videtur, ꝙ peccatum confiteatur (ſicut oſtenſum eſt. C. 6. 2.) Et ſicut neceſſarium eſt, quod ante confiteantur, ita neceſſarium poſt conualeſcentiam, quod à peccato ſe cuſtodiat, ne dum in peccato cadit, infirmitatem reuocet. Quid enim mirabile, quod infirmitas multis tam frequenter redit? qui poſt adeptam ſanitatem, tam ingrati ſuo medico Chriſto exiſtunt, ſicut patet. T. 5. 20. cum ſequentibus.

¶Et quod ex parte noſtra, peccatum Ar. 3. infirmitatem cauſat, quæ tamen à Deo ſine cauſa non mittitur, licet ab homine cauſa ignoretur. 7. quæſtione. 1. cum percuſſio. Sicut patet. T. 5. 62. Ideo congruum uidetur Dei inueſtigare intentionem infirmitatem mittentis, ſicut inueſtigari poteſt cauſa in ſuo effectu. Effectus autem infirmitatis in aliquibus eſt quadruplex primo quia peccatum expellit. Secundo Deum caſtrum animæ intrare facit. Tertio hominem in multis erudit. Quarto ad Deum uelocius currere facit, ex quibus perpenditur, ꝙ prima Dei intentio, eſt peccatum de anima infirmi expellere, ſicut Exemplum. mater manum filij aduſtam ad ignem tenet, ut calor ignis calorem expellat aduſtionis. Hoc ſciens abbas Macharius (in ui. pa.) quendam inſanitate fornicationi deditũ, i infirmitate ad ſe venientem ſanare recuſauit, cum multos ſanauit, ſciens, ꝙ infirmitas grauis ſobriam facit animam. Eccl. 31. Exemplum.

¶Secunda Dei intẽtio eſt, ut ſibi ani- 4
mæ caſtrum aperiatur. Ad cuius aperitionem agit, ſicut Rex agit circa caſtrũ ei rebellans, in parte debiliori ipſum Exem-
obſidet, & ex parte illa illud capere ni- plum.
titur, pluresque inſultus ex parte illa caſtro facit, & ex illa parte caſtrum capit, quod ex alia parte nullo modo caperet, ſic omnino operatur Deus erga nos, tam in opere conuerſionis totius eccleſiaſticæ multitudinis, quàm in opere conuerſionis unius peccatoris, in tota nanque populi multitudine una pars fuit, quaſi fortis huius ſęculi, (uidelicet) potentes, nobiles, diuites, ſapientes, prudentes, & huiuſmodi. Alia uero fuit, quaſi debilis, pauperes (uidelicet) ſimplices, idiotæ, & illiterati. Sic enim Paulus partes iſtas ordinat. (1. Corin. 4.) dicens, nos nobiles, nos autem ignobiles, uos fortes, nos infirmi, uos prudentes, nos ſtulti, uolens ergo Deus totam multitudinem ad ſe conuertere,

uertere,omniumque animarum caſtrũ capere,à parte incepit debiliori, quãdo infirma mundi elegit Deus,ut confundat fortia.1.Corin.1.

¶Quia illis captis,& ad ſe conuerſis, apud mundi æſtimationem fortes confundit,dum illos ad ſe etiam per infirmorum miniſteriũ, & prædicationem conuertit.

¶Cuius etiam operis ſimilitudinẽ, quotidie in conuerſione tenet peccatoris,in quo duæ ſunt partes,una(uidelicet) ſanitatis,alia infirmitatis. Volens ergo miſericors Deus peccatorũ corda ad ſe conuertere, ex parte infirma eis inſultus facit,quot nanq; infirmos pun cturis tangit,tot eis tela iaculatur, quæ cum ſentiũt,ei miniſtrisq; ſuis aperiũt, dicentes,feſtina,quęre ſacerdotem,iura pete eccleſiaſtica,qui in ſanitate ei nun quam aperirent, nec miniſtros ſuos peterent, immo potius uellent, ꝙ extra oſtium,quàm intra portã eſſent,ſed ordinante Deo,qui ſibi, ſuiſque celeriter uoluit. Multiplicatę ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt in Pſal.15.

Exẽplũ. ¶Tertio ut hominem in multis erudiat, librumque conſcientiæ diu non uiſum,& ideo oblitum,reſpicere faciat. Eſt enim de multis in ſanitate,ſicut de pueris in autumnis, & feſtiuis, quia ſicut talibus temporibus, nihil de libro curant,uel magiſtro,ita nec iſti de Deo, uel de libro conſcientiæ, ideo alijs diebus à magiſtro durę uerberantur,ut libros reſpiciant, & lectionis recordentur, quod & coacti faciunt. Sic Deus tales infirmitate uerberat, cuius uerba dum ſentiunt,ad librum recurrunt conſcientię, quia dum infirmitas pungit extra, conſcientia pungit intra. Et ideo tunc ad Deum, & librum conuertuntur.(Pſal.31.) Conuerſus ſum in ęrumna mea, dum configitur ſpina, magiſtrumque petunt, qui eos in libro illo plenius informet, confeſſorem (uidelicet(& ſic in illo libro, & in cognitione ſui ſola uexatio dat intellectum. Iſaiæ 28.

¶Quarto infirmitatem mittit Deus, ut ille,qui in ſanitate ambulare, in uia Dei pigreſcit, quandamque in hoc debilitatem fingit(ſicut animal pigrum) fortius,& potentius uadat,ſicut animal ſtimulatum. Sicut enim animal, quod quandoque non ſtimulatum in luto iacet,uel pigre vadit,ſtimulatum de luto ſurgit, potenterque uadit, & feſtinanter,ita nonnulli, qui in ſanitate nõ ſtimulati, pigri ſunt ad opus bonum, in lutoque iacent peccatorum,infirmitate ſtimulati, de luto ſurgunt, confitendo,reſiſtendo, eleemoſynas dando, & alia bona opera faciendo, & multa promittendo, potentes fiunt, quorum quilibet poteſt dicere cum Paulo. (2. Corinth. 12.) Quando infirmor, tunc potens ſum. Nam uirtus in infirmitate perficitur, ſicut de facto in illis patet. Nota plura, quare Deus infirmitates, uel tribulationes mittit tam bonis, quàm malis. T. 5. articulo 8. per totum. 6 Exẽplũ

¶Ex his omnibus patet, ꝙ infirmitates à Deo miſſæ ſignum ſunt diuinæ circa nos ſollicitudinis, & dilectionis magnæ. Maximè enim diuitiæ miſericordię iudicium eſt, ꝙ ita diligenter nos erudit,& ſtimulos,pœnasque, quas æternas meruimus in temporales commutat infirmitates, quantum ad illos, qui ſub illis corriguntur. Sicut ergo, qui ſuis deſiderijs malis,in hoc mundo impunè ad tempus dimittuntur, timere poſſunt, ꝙ à Deo derelinquuntur, (ſicut patet. T.5.12.) Ita illi,qui infirmantur,cogitare poſſunt, quòd à Deo amantur, pro quorum quolibet Deo dici poteſt. Ecce, quẽ amas infirmatur. Ioan.11. Ar.4. 7

¶Hac nanque conſideratione motus fuiſſe uidetur heremita (in uita patrũ) qui quia uno anno infirmitatem euaſerat,quam ſingulis annis habere conſueuerat,Deo conqueſtus fuit, quòd eum obliuioni tradidiſſet,dixit namque, tu es magiſter,& ego ſeruus tuus,non cogitas de me,quia nõ caſtigas me,& miſit ei Deus bona febres. Exẽplũ.

¶Mal

¶Male ergo errant, qui in diuitiis lãguoribus ſeipſos quaſi à Deo derelictos deſpiciunt, quos hortatur ſcriptura (Eccleſiaſtic. 38.) dicẽs, Fili in tua infirmitate, ne deſpicias teipsũ, ſed ora dominum, & ipſe curabit te: ipſe (inquit) curabit te, qui tantam, immo maiorem circa te curam habet, quantam mater circa filium infirmum, mater nãque maiorem ſollicitudinem habet de vno filio infirmo, quàm de decem, qui ſani in uia currunt, ita Deus de illis qui in quacunque ſunt miſeria, quam ꝓ Deo patiẽter ſuſtinẽt (teſte Pſal. 39.) qui ait, Ego autem mẽdicus ſum, & pauper, & dominus ſollicitus eſt mei: Vnde beatus Gregorius. Qui nos (inquit) ex diſpenſatione durius percutit, eo amplius ex pietate cuſtodit. Quando etiã hac de cauſa, & quandoque ſubtrahit membra, uel membrorum ſanitatem. Eſt de Deo, ſicut de illo, qui non permiſit pictorem pingere. I. 13. 3. Exẽplũ.

Artic. 5. ¶Vt autem diuinę dilectionis ſigna, quæ in infirmitatibus oſtẽduntur, manifeſtius appareant, congruum uidetur infirmitatis oſtendere vtilitates, ex quibus manifeſte apparebit, ꝙ infirmitates diuini ſunt amoris iudicium.

8 ¶Primo nãque peccata purgat, uel purgari facit in peccatore, iuſtum uero amplius lucere facit, hæc utilitas excogitata confortare debet ęgrotum, ſicut in vi. patrum quidã ſuũ cõfortauit diſcipulum infirmum, dicens, non contriſteris in infirmitate tua, quia ſi ferrum es rubiginoſum, rubiginem amittes: ſi aurum es, purior efficieris. Exẽplũ.

¶Secundo animæ inimicos debilitat, quia illorum vnam, quam in tentãdo habent manum, infirmat: Habet namq; diabolus in tentando duas manus, vnam, uidelicet, ſuperbiæ, qua tentatum erigere, uel leuare nititur contra Deum, habet aliam iram, uidelicet, uel inuidiam, qua nititur tentatum impellere contra proximum. Manus diaboli duplex.

¶Habet mundus etiam vnam manũ proſperitatis, qua nititur tentatum per cupiditatẽ, & inanem gloriam de terrenis diuitijs eleuare in altum, ut profundius cadat, habet aliam aduerſitatis, qua nititur peccatorẽ deijcere per murmurationem, & deſperationem.

¶Habet etiam caro in tentando vnã manum, qua peccatorem impellere nititur, ad accidiam, gulam, luxuriam, & huiuſmodi, habet aliam, qua iſta concupiſcere facit. 9

¶Homine uero grauiter infirmato, omnium iſtorum ſimul cum illo, vna manus infirmatur, quia diaboli infirmatur ſuperbia, mundi gloria, carnis luxuria, quibus infirmatis inimicus debilior, timidiorq; in tẽtando, efficitur, quia uidebat, ꝙ infirmata ſit manus. (Deutero. 32. Ipſaq; perſona tentata, cui prius tentationes euadere uidebatur impoſſibile, poſt talem inimicorũ debilitatẽ faciliter omnia illorum euadet tentamenta, quod pulchre in quadam oſtenditur hiſtoria modo, quo ſequitur, de quadam muliere delicate & ſuperbe nutrita, quæ ad confeſſionem ueniens, nullo modo ad hoc induci potuit, ut à ſuperbia, & à carnalibus ceſſaret deſiderijs, & pœnitentiam ageret, tãdem vnum facere acquieuit, ꝙ uidelicet, Deum rogaret, ꝙ ordinaret de illa, ꝙ melius eius expediret ſaluti, ꝙ cum pluries oraret Deus, primo eius bona abſtulit temporalia, quę eius nutriebãt ſuperbiam, atq; carnalia deſideria, quo facto neceſſitate laborare compulſa eſt, quæ poſt modum a confeſſore de ſtatu ſuo requiſita, reſpondit ſe minus tentari, quia vnde ſuperbire debeam non habeo, nec diu in lecto laſciuiando, carnis, ut ſolebam, nutrire poſſum deſideria, quia mane ſuggere, & manibus laborare cogor. Exẽplũ.

¶Iterum eidem immiſit capitis dolorem, quæ tunc ſe tentari minus reſpondit, quia uix præ dolore uiuere licuit, ultimo eidem grauem immiſit infirmitatem, quæ de ſtatu ſuo requiſita, ut prius reſpondit, intantum donata eſt caro infirmitate, ꝙ ego aliũ nõ deſidero, intantũ uero deformata ſum;

quòd nullus me deſiderat: Cauendum diligenter illi in quibus hęc immittitur manus, ſicut in muliere hac debilitata eſt, ne cum alia manu contra illos prævaleat, qui in multis non infirmantur. (2.Cor.13.) Refrenatur tamẽ alia manus quodam modo, ſicut equus freno, ne ſeſſorem ad libitum in præcipitium ponat, oret tamẽ ſicut prædicta mulier, & oratio fidei totaliter ſalvabit infirmum. Iacob.5.

10 ¶Tertio eſt portus huius maris, gaudent enim homines portui, & peregrini patriæ, & exules domibus appropinquãtes, ita anima in infirmitate, quę eſt ianua vitæ, quæ ad ſalutem ducit æternam, hic enim nulla ſanitas eſt durabilis, quia ſicut aqua obturata in vno loco fluit per alium, ita infirmitas una ex parte, vel in vno tempore ſanata, & obturata cito alio in loco, vel tpe redit. Illa uero ſanitas ultima, ad quam per infirmitatẽ tranſitur perpetua erit infirmitas, ergo hęc non eſt ad mortẽ. (Io. 11.) ſed ad uitam.

Exemplum.

Exemplum.

Exẽplũ. ¶Prædictarum uero utilitatum conſideratione, uidentur fuiſſe moti. Primo ſanctus Petrus apoſtolus, de quo legitur, q ad rogatum diſcipulorũ, ſuam ſuã infirmã ſanare noluit, cum tñ totalibus ſanaret, quoties petentes poſuerunt infirmos. (Actu.5.) Quia Petro ſanabãtur: diſcipulis uero allegantibus defectum ſeruientis, dũ comederent, benedictione data ipſam pro tempore prandij ſanam reddidit, pactoq; miniſterio, præcepit, ut ad lectum infirma rediret.

¶Secundo Paulus, qui Thimotheũ diſcipulũ ſanare noluit, ſed potius docuit, q uino modico vteret ꝓp ſtomachũ, & frequẽtes infirmitates. 1.Thi.5.

11 ¶Tertio ſanctus Thomas Cãtuarienſis de quo legitur, q cũ quidã, q ei ſpecialis fuerat, dũ uiueret, uideret nec adeius rũbã ſanari, illucius, & ſanitate recepta, cũ in uia eſſet, redeũdi cogitauit, q forte nõ bene rogauit, quantũ ad aiæ ſalutem, quia aliqñ corporis infirmitas animę proficit ſanitati, redijt, & orauit, qđ ſuę cuenire ꝓmatteret ad aiæ ſalutẽ, ſiue infirmitas eſſet, ſiue ſanitas, quę ſtatim infirmitas rediit: Ille eñ amicum ſuum, ſicut Deus pater filium ſuum uoluit coronare in infirmitate, Eſa.53.

Exemplum.

¶Quarto Ioan. Eremita (in vi.Pa.) à quo cum quidam peteret, q eum ſana ꝛe nollet, reſpondit rem tibi neceſſariã eripi abijcere.

Exẽplũ

¶Quinto quidã ſeruus, de quo fertꝛ, q eum quidã qui ĩ ſanitate oẽs Dei ſanctos cõtẽpſit, infirmatus eſſet in vno pede, & ab eo peteret, q ꝓ pedis ſui ſanitate. Reſpõdit, rogo Deum, q tibi infirmitatem mittat in utroq; pede.

Exẽplũ.

¶Alius etiã ab infirmo rogatus, ut ꝓ ipſo Deũ rogaret, quę ſciuiſſe fertur, an melior, & morti paratior eſſet infirmus, vel ſanus, qui dixit q infirmus, cui ille, oro, ut ſemper ſis infirmus: De quodã etiã alio legitur, q Deũ rogauit, q mutuam eũ ſanaret: Oẽs eñ illi cum Paulo dicere uidẽtur, gaudemus qñ nos infirmi ſumus. (2.Cor.13.) Nec mirũ etiã, q pdicti alienis gloriãtur, infirmitatibus, q eorum proficiunt ſalutꝛ, q & in ꝓprijs in eodẽ caſu gloriantur, cum Paulo qui ait, libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti. 2.Cor.12.

Exemplum.

¶In qua auctoritate, exẽplariter datur intelligi, quod oĩs infirmitas eſt patienter ſuſtinenda, non ſolũ propter ꝓdicta; quia, uidelicet, à Deo mittitur ꝓpter noſtram utilitatem, uel quia eſt ſignũ diuinæ dilectionis, uel ꝓpter tres prædictas utilitates, nec etiã ſolum, qa a ſummo confeſſore, & medico iniungitur, qui in pœnitẽtijs & medicinis ſuis nõ errat (ſicut patet. T.5.63.) nec qa multum meritoria eſt (ſicut patet. T. 5.68. & 69.) Sed ẽt, quia eſt medicina impoſita à medico, qui multum diligit infirmum, ſicus pater filiũ, qui etiã ſcit infirmum ſanare, & vult nihil ab eo requirꝛ, nec in aliã proijcere infirmitatẽ. Cor eñ infirmis recepto ne medicinę, aut de cauſis nocturni pẽdeãt, ne recipiat patienter, & ſecure medicinã, uel quia timet, ne ſit infirmitatis ſuæ, & medicinę ignarus, uel q talis ſit infirmitas, q ab

Artic.6.

12

illo

illo ſanari nō poſſit, uel qđ nō multum medicū diligat, uel abello diligat, uel q animis p ſalario pareret, uel ne forte ſuprodiror, & illum inficere, uel perus valere faciat.

¶Sed in Deo, & in medicina quā ipſe imponit, nihil horū ſuſpicari poterit: ſicut patet inductiue, quia ſcit, & poteſt, & multū diligit, & nihil dat filijs dilectis, niſi qđ ſcit eis fore vtile, medici nāq; infirmitatis gratis dat: Quę ſi cuiquam uideatur grauis, ponat in cogitatione ſua pœnā æternā, quam peccādo meruit, iuxta iſtā, q illā extinguit, ſi in bona uita, & patiēter ſuſtineatur, & inueniēt, q minima erit, ſic pœna ignis

Exēplū. picti, nulla eſt, reſpectu pœnæ ignis ueri, q ergo murmurat de picto, uel de digito leuiſſime læſo, uel de breui pœna febrium, qūo murmuraret de igne uero, & æterno, de cōbuſtione corporis, & aīæ, & de pœna æterna? Nolite ergo murmurare propter infirmitatē carnis veſtrę. (Roma. 6.) dictum cogitantes beati Gregorij. Si (inquit) Deus, tam aſpere percurit, ubi percutit, quām aſpere percutiet, ubi non percutit.

Artic. 7. ¶Qui autē infirmos uiſitat, aut hoc facere deberēt, rōne curæ corporis, ſicut medici corporū, aut rōne curę aīæ, ſicut medici aīarum, & amici q cunq;.

13 ¶Qualiter autē primi ad infirmū habere ſe debeant, determinat ſtatutū cōcilij generalis. Extra de pœnitentijs, & remiſſionibus cū infirmitas: Cū infirmitas (inquit) corporalis nōnūquām ex peccato proueniat, dicente domino lāguido, uade, & noli amplius peccare, ne deterius tibi cōtingat, præſenti decreto ſtatuimus, & diſtincte p̄cipimus medicis corporum, ut cum eos ad infirmos uocari contigerit, ipſos ante oīa moneant, & inducant, ut medicos aduocent aīarum, ut poſtquām fuerit infirmo de ſpirituali ſalute p̄uiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur, cum cā ceſſante, ceſſet effectus: Si quis autem medicorū huius noſtræ cōſtitutionis, poſtquām per platos locorū fuerit publicata, trāſgreſſor extiterit, tā diu ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, donec ſatisfecerit cōpetenter. (Glo ſa Hoſt. dicit,) q ex quo p̄cipimus, ne ceſſicatem importat, patet, q tranſgreſſor peccat mortaliter, nec hoc ſtatutum præſcribi pōt, nec aliqua conſuetudine tolli, cum p animarum ſit introductū ſalute. Sequitur in decretali, Cęterū cū anima ſit Deo multo p̄cioſior corpore, ſub determinatione anathematis p̄hibemus, ne aliquis medicorū pro corporis ſalute aliquid ęgro ſuadeat, quod in animæ periculum conuertatur.

¶Qualiter uero ſecundis loquendū 14
eſt, in parte oſtenſum eſt in toco iſto capitulo, in quo patet, qūo infirmum ad patientiā hortari pōt, exponendo infirmitatem ſuam ſuas, & alias circunſtācias, in parte uero in facto oſtenditur Chriſti. (Io. 5.) q prius ægrum ſanauit ſpiritualiter, dicens remittuntur tibi peccata tua, deinde corporaliter, dicēs ſurge, & tolle grabatum, &c. Cum oīs Chriſti actio noſtra ſit inſtructio, quod ipſe opere exercuit, nos docere oportet, vt prius medicinā quærāt animæ, q prius ferrū de vulnere. i. peccatum de anima Exēplū.
extrahant, conſulendo, q medicinam à ſummo medico quæraut Chriſto, & tātum ei debeo in membris ſuis pro ſalute animæ, quātum daret pro ſalute corporis, & q p ſalute corporis multa ſuſtineret, ita illum patienter ſuſtineat infirmitatē pro ſalute animæ; Quod inſuper teſtiſ ſuum faciat, etiam quamticūque mori non debeat qa abundans cautela non nocet, ſi ei nō noceret, nec cuiuſcunque eſſet ſtultitiæ, ſanus confiteri, à multo fortiori, hoc facere non noceret in infirmitate, cum nec mortē accelleret, ſed potius uitam prolonget, ſicut illa quæ infirmitatis, & mortis cauſas admouēt, doceat inſuper infirmū, qūo omnia bona prius facta ad memoriam contra deſperationem adducat, ſicut oſtenſum eſt. D. 2. 15.

¶Quibus addere pōt, quomodo bo- 15
ni uiri gaudenter moriebantur (ſicut patebit infra. c. de mortuis) quia cōtra quatuor timores, qui morientibus con-

Digitized by Google

iungere poſſent, quatuor habebunt cõſolationes, q̃ timores illos abſtulerunt: Morti enim appropinquantes, ex quatuor quandoq; turbari ſolent ex peccatorum memoria, ex mortis amaritudine, ex ſociorũ carentia, quia (uidelicet) null' cũ eis ire vult: Et ex metu iudicis.

¶Contra primum, boni uiri, q̃ gaudẽ ter nos p̃ceſſerunt ad mortẽ, & omnes etiam nunc bene morientes, confortationẽ habuerunt, & habere deberẽt de præteritorum peccatorũ confeſſione, & ſatisfactione. Si uero nunquàm ante bene confeſſi fuerunt, uel ſatisfecerũt, nõ tamen deſperent, quia ſemen uerbi Exemplum. Dei in bona terra ſeminatum tantę uirtutis eſt, q̃ ſi adhuc illo ultimo die, terram cordis ſui arare confeſſione uoluerit, & ſatisfacere ſtatim in eis creſcet ad ſalutẽ. Iatro eñ à dextris in cruce, ultimo die uitæ ſuæ terrã ſuam arauit, & ſeminauit, & meſſes colligit, de quibus adhuc uiuit.

¶Contra ſecundũ confortat morientem mortis excogitata breuitas & utilitas de qua ſupra c. 10.

16 ¶Contra tertium, omnia bona opera, quæ hominem morientem ſequuntur, iuxta illud Apoc. 14. opera illorum ſequuntur illos, & omnes eccleſiæ, & uiuorum orationes, & ſuffragia, & ſancti, ad quos, dũ uixit, deuotionem habuit, qui ei in morte occurrunt, ipſumq; aſſociant (ſicut patebit infra. M. 11. 48. & 72.) Nõ ergo ſolus recedet, qui tot habebit ſequentes, quot bona prius fecit, tot aſſociantes, quot pro eo rogant, dũ moritur, tot occurrentes, quot ſanctos in deuotione prius habuit.

¶Contra quartum confortare debet, q̃a miſericordia dñi quãtum ad bonos plena eſt terra: Et q̃ talium populus ad iuuat infirmitatem. Roma. 8. Et ſic iſtis quatuor modis confortatæ ſunt infirmitates eorum. Hiere. 6. Vltimo nota. M. 11. 38.

Artic. 8. ¶Sed ut ad infirmorum viſitationẽ, confortationem, miniſtrationemq́ue, homines magis ex corde propter Deũ, & ſpirituale lucrũ inclinẽtur, & attrahantur, congruum vt illorum oſtendere merita, & ſpiritualia, q̃ ſequuntur, lucra, quãdo hoc Dei amore, uel proximi faciunt cõpaſſione: Horum autem cõmoda tria eſſe noſcuntur. 17

¶Primo nãq; Deũ placant, cui opus illorum eſt multum gratũ, & acceptũ, Exemſicut gratum eſt domino benigno, q̃d plum. fit pro ſuis miniſtris infirmis, uel indigentibus: ergo ad complacendum Deo debemus cõpati infirmitatibus. Heb. 4.

¶Secũdo hominem à peccato præſeruat, quia ſicut quicunque tranſiens, uiExemdens præcedentem in aliquo loco profplum. undo, uel periculoſo incedere, cauet; Sicut etiam uidens domum proximi Exemſui incendi cogitat de ſua, quomodo liplum. berari, uel cuſtodiri poterit: Sic uidentes aliorum corpora infirmari, & periclitari, de ſuorum corporum cuſtodia, & periculi ſecura cogitant euaſione, & ſi ſapientes ſint, talia, propter quæ ei, q̃ morti appropinquare uident, pericula timent, ipſi carebunt (ſicut oſtenſum eſt. G. 2. 43.) Et ſic ſecundùm Iob uiſitans ſpeciem ſuam non peccabis: Et ſic patet, q̃ religio munda, eſt uiſitare infirmos, uiduas, & pupillos. Iacob. 1.

¶Tertio ſecutiores ad iudicium uenient, & quia eum prius plantauerunt, ex quia Chriſtos ſuos, & ſeipſum ĩ ſuis prius receperunt, & quia iudici quærenti de uiſitatione infirmorum, quando dicet, Infirmus fui, &c. (Matth. 25.) habent, quid reſpondeant. Propter hoc enim patet, quod congrue reſpondit quidam ſenex (in vi. Pa.) cuidam quæExemrenti de tribus fratribus, quorũ vnus ie plum. iunabat ſex diebus, alter multum laborabat, tertius ſeruiuit infirmis, cuius opus eſſet Deo plus acceptum, duo (inquit) primi tertio nullo modo comparari poterunt.

¶Propter hoc etiam patet, quòd melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij, Eccleſ. 7.

¶Et nõ ſolum prędicta lucra, uerum 18 etiam ſanctorum exẽpla multum nos ad hoc prouocare deberent, ut infirmis charitatis præberemus obſequia.

¶De

¶ De ſancto quippe Ludouico rege quondam Franciæ (in uita ſua legitur) quòd hoſpitalia, ubi infirmi erãt decũbentes, uiſitare, ac infirmis obſequi perſonaliter ſolebat, unde & leproſum etiam deformẽ ꝓprijs manibus.

Exẽplũ. ¶ De quodam etiam ſancto epiſcopo legitur, quòd leproſum oſculatus fuerit, quem etiam oſculando in magnæ humilitatis, et meriti ſignũ à lepra ſanauit. Sanctus etiam Paulus ex magna, quam ad infirmos habuit compaſſionem, dixit, quis infirmatur, & ego non infirmor. 2. Cor. 11.

¶ Et non ſolum in regibus, ſanctis, epiſcopis, & apoſtolis, uerum etiam angelorum ad hoc habemus exempla In

Exẽplũ. 6. namque Da. legitur, quòd cuidam heremitæ infirmato, angelus pluribus miniſtrauit diebus, uſque dum alius qui ei ſeruiret, ſuperueniret miniſtret.

19 ¶ Ex quo tot in cœlo, & in terra nobiles infirmantiũ non dedignantur ob ſequium, uerecundum uidetur, & periculoſum miſeris, uel parui ſtatus hominibus, debilium dedignari obſequia, ubi etiam ipſe Deus, & homo leproſos, augere non dedignabatur, Sed timent forte, ne ab eis inficiantur, ſi eos tangerent, ſicut ille deſcribens Hubertus ait,

Exẽplũ quod leproſo ſeruiens, ei plenam faciẽ oſtendere noluit, ſed unam maxillam ei dedignanter oſtendere ſolebat, quod cum ſemel faceret, Deus in alia maxilla, quæ à leproſo merſa fuit, illum lepra percuſſit, alia ſalua manente: huiuſmodi ergo fugientes ſuperbiã, & periculum, & prædicta deſiderantes lucra, & ſequentes exempla libenter ſuſcipite infirmos. 1. Theſſa. 5.

Artic. 9. ¶ Sed, heu, unum dimiſſum eſt, ꝙ nõ nullos ad infirmorum trahit uiſitationem, & miniſterium pluſquàm omnia prędicta, donum, uidelicet, & legatum ꝓpter hoc enim diues, qui multa dare & elegare potuerit, ab his, qui in huius opibus ſpem ponebant, frequenter uiſi

Exẽplũ. tati ſolet, à quacunque detinebatur in

20 firmitate. Ioã. 5. Exemplum uero, quod pro infirmis eſt, ex corde orandum, patet in pueris, qui quando uident nutri cem ſuam ab eis auferri, uel recedere clamant, ut clamore ſuo receſſum eius impediant: Sic clamauit mulier Chanæa pro filia ſua, & Regulus ꝓ filio ſuo recedente. Sic & clamauerunt iuſti, nec non, & eccleſia pro nutrice, & filia ſua, & dominus exaudiunt eos. Nota de materia infirmitatis, & quomodo diuerſa peccata, & peccatores per diuerſas infirmitates, & infirmãtes deſignant. P. 6. 12.

¶ Inobedientia. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Duplex inobedientiæ cã prædemonſtratur, altera intrinſeca, & altera extrinſeca eſſe dicitur.*

2 *Nonnulli inobſequẽtes exiſtunt, quia illis quibus morem gerere meritò debent, ſeipſos cogitatione præferre non verecundantur.*

3 *Aliqui ſolum præfectis, qui eorum uoluntati aduerſa, & inuiſa nunquam decernunt, omni tempore parere uellent.*

4 *Exemplo quodam patefiunt illi, qui munus ſibi indecens, & inconcinnum, quo ſibi inaniter placere, & gloriari cupiũt, exequi nunquam non uellent, & deſiderant ſuæ curæ, ac prouidentiæ apto, decentiq; ſimulatè ſemper ſuſtinent.*

5 *Æquis inertibus, & ſecordibus in cœno profundo cum plauſtro uel rheda ab eis ducto commorantibus aſſimilantur, hi q eorũ impotẽtia falſo cauſantes, & allegãtes, ſuperioris dictis obtẽperarẽdũt.*

6 *Homines non præfectorum, ac capitum uoluntati, ſed propriæ potius obſequi uolentes tum legibus & exemplis, tũ ſacræ paginæ auctoritatibus à ſuperiorum obtemperantiam cogi, & impelli, uberius elucidatur.*

7 *Serui qui ſæuis dominorum ꝑceptis Deo inuitis, & offenſis obſequentes alienum famulatum cauſantur, obediendum magis Deo, quam hominibus eſſe, ſanctẽ non impunè cognoſcent.*

8 *Qui debita officia, ex licentia, quam à ſuperioribus fallaciter, & uaſrè adepti ſunt, non exequuntur, bifariam ſeipſos fauore demonſtratur: Primo fallacia quoad licentiã eorum rectorem ea patrum ſententijs patet.*

9 *Secundo fræus, ac deceptio ex parte fratris licentiati iuxta diui Anſelmi ſententiam eſſe videtur.*

10 *Omnes, qui licentia à ſuperioribus obtenta abutantur, obedientiam in ocium pene modum commutantes in literis omnibus huius dictionis (ocium) iuxta quidam proprietatem aſſimilantur.*

11 *Hi, qui prælatis, & præfectis immorigeri, & inobſequentes nuſquã non eſſe uolunt duplices pœnæ perſoluere debent. Aliquo enim de iure eis debentur ſupplicia hac in vita: vt temporalis caſtigatio ac punitio citra mortem.*

12 *Inobedientes primum ſpiritualiter quo ad animam intereunt, exin in breui et corporali è vita exceſſuros fore oſtẽdit.*

13 *Et non ſolum temporaliter, ſed etiã æternaliter itidem inobſequentes ſummum diem obibunt.*

14 *De facto inobedientes pœnas atroces hoc luere coguntur: quod, ſcilicet, contra illos omnes iudicant, & acclamant, & etiam ab omnibus flocci pendũtur.*

Artic. 1.

INobedientiæ: Primo, ponenda eſt cauſa, Secundo, falſa excuſatio cum reprobatione. Tertio, pœna.

1 ¶ Cauſa uero inobedientiæ duplex inuenitur. Vna intrinſeca, propriam, vt videlicet, uoluntas de qua dictum eſt. (1.2.6.) Alia extrinſeca, inobedientiũ, videlicet, ſocietas, quia frequenter accidit, ꝙ ſicut vna chorda magna in citharа, totam corrumpit melodiã, ita vnus uanus, ſeu detractor, murmurator, diffamator, & inobediens, in vna congregatione ſpiritualem inficit melodiam, pacem, uidelicet, cordium, dũ multos ſibi efficit ſimiles ad Titum, ſunt (inquit) inobedientes multi uani loqui, &c.

Exemplum.

Arti. 2.

2 ¶Sed quia inobedientiæ nomẽ multis eſt odioſum, quibus tamẽ inobediẽtię factum placet: ideo ab illo noſe multipliciter ſe excuſant, qui tamen multiplicia inobedientiæ facta committunt, quorum aliqui ideo minus obediũt, quia in cogitatione ſe illis præferunt, quibus obedire deberent, cogitãtes, ꝙ maioris ſint nobilitatis, uel meriti, uel ſciẽtiæ, ſeu gratiæ cuiuſcunque, qui reſpondetur. (2. Mac. 7.) Non (inquit) obedio præcepto regis, ſed præcepto legis, potius Deo enim, quã homini obediunt, dum eis locum tenenti obediũt: Elige ergo uitam, ut uiuas, & obedias uoluntati Dei: Deutro. 30.

3 ¶Alij obedire uellent ſuperiori, qui, nunquàm contra illorũ ordinaret uoluntatem, qui obedire uellent in proſperis, & non in aduerſis, & ideo ſuperiorem habere uellent, qui potius illorũ ſequeretur uoluntatem, quàm ecõuerſo: Similes cuidam, de quo in ui. paſcribitur, ꝙ quidam dixit, ꝙ abbatẽ habere uellet iuxta uoluntatem ſuam, & cum tali proſpere uiuere, & mori uellet. Cui reſpondit Abbas, tu (inquit) abbatem quæris, non ut illius ſequaris uoluntatem, ſed ut ille ſequatur tuam, cui ille, ignoſce mihi, quia gloriabar æſtimans me benedicere: Sic multi modernо gloriantur tempore; plures quærentes ſuperioris, non obſtante, ꝙ graues, & paupertime ſint inter illos uacationes, paupertatem, & miſeriã potius ſub ꝓpria, quàm bene eſſe ſub aliena, eligentes uoluntate, quibus nullus diu placet, quia nullum ad libitum inueniunt, à quibus, qui illi placere noluerit, quærere oportet, ſicut quęſiuit ab illo cæco, Mar. 10. quid (inquit) uis, uidetur tibi faciam? Super quo ait Bernũ. in ſermone, ꝙ tales ſunt multi, à quibus magis oportet, ut ſuperior quærat, quid uelint, ꝙ eis fiat, quàm econuerſo: tales contra doctrinã faciunt apoſtoli. (Col. 3.) obedite (inquit) per oĩa.

Exemplum.

Bernardus.

4 ¶Iſti enim prædicti intantũ propriã ſequuntur, & diligunt voluntatem, ꝙ libentius obedirent in his, quæ nec facere ſciunt, uel poſſunt, dummodo tamẽ ad illorum cederent honorem, uel uolũtatem, quàm in his, quę facere ſciũt, & poſſunt, dummodo contra illorum ſint uoluntatem.

¶in

Asinus. ¶In quo facto Asino cuidam assimilantur, de quo fabulæ cõtinent, q̃ cũ uideret soni pedẽ armentum portantẽ, de
Fabula. sarcina ꝓpria murmurabat, asserens se armatũ illũ debere portare, ita ista onera eis importabilia, & improportionabilia, ĩ qbus inaniter gloriari cupiũt, affectant, & de onere eis debito, & proportionato semper murmurant, & se ab illo quandoque per fictam in sufficientiã excusant, dicentes alij sciunt, & possunt melius illud facere, quandoq; per fictam occupationem dicentes, eos necessario alijs intendere, uel alibi pro loco, & tempore esse. Quandoque per necessariorum defectum, quandoque per præcedentes, uel sequentes labores, vel præcedentem, quem tenuerunt statum, propter quæ omnia merito, vt dicunt, à talibus debẽt excusari laboribus, & angarijs, quandoque per fictam impotentiam, in qua ultimum habẽt refugium, quorum omnium ficticium vnico conuincitur medio, quia in his, quæ maiorem requirunt laborem, dummodo ali quod viderent lucrum, uel secundum carnem delectabile, eisq; placitum attenderent, parata obedirent mẽte licet ore gementes contrarium fingerent.

5 ¶Vnde est de talib⁹, & specialiter de illis, qui in his, in quibus obedire deberent, impotentiã allegant, sicut de equis vecordibus, qui in luto profundo cum curru, quem ducunt stantes, nec ꝓ uerbis, aut verberibus aurigę inde exire volunt, impotentes se fingentes, vsque dũ æquam eis ex alia parte ostenderit, vel ante eos ligauerit, qua uisa potenter de fouea exeũt. (Nota de Gydone. d. 5. 2.) Sic tales in accidiæ luto stant, nec pro uerbis, uel uerberibus superiorum, inde exire nolunt, impotentiam mentiẽtes, usque quòd aliquos viderint lucrũ, uel delectabile, uel honorabile, quòd uidelicet magnus dominus, uel domina pro eis mittat, vel aliquod huiusmodi, tunc ad modum prædictorum equorum sunt satis potentes: Ad cuius tamẽ contrariũ eos hortatur, Psal. 31. dicens. Nolite fieri, sicut equus, & mulus, &c.

Exemplum.

Sed potius pro Deo, & animarum salute, statim obedite, exemplo sancti uiri, uel populi, de quo Deus (in Psal.) in auditu auris obediunt mihi, ut uobis cõpetat istud Ro. 6. Obedistis ex corde.

¶Sed dicunt isti, q̃ illud, ad quod illorum inclinatur uoluntas melius est, quàm illud, quod superior præcipit, ita quòd dicere uolunt, q̃ quando superior vult bene, quòd tamen ipsi melius aliter facere scirẽt, quàm præcipiatur, uel quod melius esset nõ factum, quàm factum, uel si præcipiat, quòd aliquid nõ fiat, quòd tamẽ ipsi faciendum esse iudicant, in talibus enim eis uidetur, q̃ 6
obedire non tenentur: sed potius suam, quàm superioris sequi voluntatem: Isti tam legibus, quàm doctorũ: exemplis, & sacris conuincuntur scripturis.

¶Lex namq; talem capite punit (in ff. no. lib. 11. titu. de re militari. l. desertorem. §. in bello sub verbis quæ sequũtur) in bello (inquit) qui rem à duce prohibitam fecit, aut mandatum non seruauit, capite punitur. Et si res bene gesserit (glo.) magna est virtus obedientiæ, &c. Ad idem est exemplũ Aug. de ciui. Dei. lib. 5. c. 19. de Torquato Romanorum principe, qui filium occidit, quia contra patris pugnauit præceptũ, licet uicerit, ut alios superiorum obedire doceret præceptis: Sic Saul credidit, vt ex uerbis suis uidetur melius fecisse animalia pro domini sacrificio reseruando, potius quàm occidendo. (1. Reg. 15.) Et tamen à Deo factum suũ reprobatur, dicente, quòd melior est obedientia, quàm uictimæ, & auscultare magis, quàm offerre adipem arietũ, & quasi scelus idolatriæ est, nolle acquiescere: Nota argumentum, & solutionẽ cõtra istud. O. 1. 13. tenet. Alij crudelibus dominorum præceptis contra 7
Deum obedientes se alieno excusant seruitio, sed illi, quibus conta Deũ obediunt, illos in fine à pœna præseruare non possunt, in fine ergo, quando magis erit damnum, quod habent de hoc, quòd Deo fuerunt inobedientes, quàm commodum, quod habuerunt de hoc,

Exemplum.

Digitized by Google

q; Deo fuerunt inobedientes, q; cōmodū qđ habuerūt de hoc, q; fuerūt malis obedientes, inuenient, q; potius est Deo obediendū, quàm hominibus. Actuū. 5. Vide de ista materia. F. 3. & 6.

¶Alij uero sūt quasi serui maliuoli, quia sicut illi non obediunt, nisi gladio extracto, ita isti obedire nolunt, nisi præceptō; si enim aliquid eis circa p̄ceptum uerbo expressum iniungatur, uidetur eis, quòd obedire non tenētur: Et tamen (secundùm sanctum Tho. 2.2.q.140.arti.1.2.& 3. in responsione principali, & ad argumenta, & secundùm summam confes. libro 3. titu. 33. quæst. 9. Voluntas superioris quocunque modo innotescit, quoddam tacitū est præceptum. uide R. 5. 65.

8 ¶Alij extorta licentia, quam importune, & ex falsa acquisierunt suggestione, se excusant, quòd non faciunt ea, quæ facere deberēt, tali tamen utentes licentia, dupliciter decipi possunt, quia duo talem licentiam illicitam reddere possunt unum à parte licentiantis, quādo in licētiando plus licito regulatur, quàm ratione, aliud à parte licentiati, quando illam quasi uiolenter, uel fraudulenter extorquet.

¶Prima patet ex uerbis Bernar. in li. de præcepto, & dispensatione, prælato (inquit) licet dispensare pro personis, loco, & tempore, sed qui legit, attendat, me non dicere ea posse, uel ab istis leuiter imitari pro uoluntate, sed ex ratione fideliter dispensari, nec planè ad aliud quàm licitum, uel custodiam charitatis dispensationem extendi.

¶Et hoc ipsum Papa Gelasius sensit, qui ait, ubi necessitas non est, incōuertibilia manēat sanctorū patrū decreta.

¶Leo quoq; Papa ait, ubi necessitas non est, nullo modo uiolenter sanctorum patrum instituta.

¶Et necessitate enim legis fit mutatio, esto, ut interdum regulæ litera cedat pro tempore charitati, cū ratio exegerit necessitatis, abfit tamen, quòd hominis cuiusquàm subdatur uoluntati, super fratrum sine transgressiones, & non super patrum traditiones constituatur, qui Abbas eligitur, mandatorū cultor, & uitiorum ultor.

¶Idem in apologia, cum dicitur, sanctos patres usque ad infirmos regulæ temperasse rigorem absit autem, ut credam tantas eos, quantas uideo in plerisque monasterijs, uanitates ac superfluitates præcepisse, uel concessisse.

¶Secundum ex uerbis patet Anselmi lib. de similibus, c. 24. 9

¶Trres (inquit) gradus sunt, obediētia, & inobedientia, quæ inter se contraria, sunt inter quę licentia est, quasi medium, quę quidem multos decipit, quia multi erga superiores suos in ista licentia petenda se habent, sicut ancilla erga dominam suam, quia sicut illa ancillæ uolēs de camera exire causas multiplices fingendo inuenit, & nisi licentiam obtineat petitam, opus intermittit, constituatur, infirmam se fingit, occulte detrahit. Exemplum.

¶Sic in ꝓposito de illis, qui claustrū ingredi nolunt, sicut ex uerbis cuiusdā patet. Anselmi in quadam epistola ad quendam religiosum.

¶Quid (inquit) religiosus ille, de illo sentiendum est, qui se ultro ad uillarum offert dispositionem, atque ut id, quod cupit, ad effectum perueniat, clam sibi adiutores aduocat, munera pollicetur, gratiam spondet, respondet Anselmus, hoc nihil ad propositum esse monachi, quare (inquit) alius peccat, hæc cupiendo, qui nihil sine licentia facere tentat: respondet Anselmus, quòd talis licentia multos decipit, quia quando is, quem obedientia constringit, claustra monasterij, regulęque districtionem declinare vult quamuis nolit sine licentia illud præsumere, ut licentia, qua utitur, factum suum defendere posset, peccatum tamē ex illicita habet uoluntate, nec enim postquàm mortuus mundo, claustra subijt: ad mundi negocia nullatenus, uel uoluntate redire debuit, quàm non nulli minus attendētes licentia, quam pro explenda uoluntate experunt, fallun-

luntur, hæc ille : uide de hac materia. F.3.34.

10 ¶Patet ergo, ꝙ omnes prædicti obedientiam in ocium quodammodo cõmutant, non solum quantum ad significatum uocabuli, sed etiam quantum ad proprietatem literarum in hac dictione contentarũ, quibus per quandã similitudinem conditionis in opere, & uitæ processu assimilatur. In primo nanque statu in quo obedientiam ore promittunt, uel opere ad tempus incipiunt, ipsius dictionis primæ assimilantur litteræ, quia admodũ o, quæ est figuræ rotundæ, quæ ubicunque proijcitur, mouetur, & uadit, promptã & mobilem habẽt obedientiam, quibus dicitur uade, & uadit, ueni, & uenit.

¶Postmodum uero obediẽtiam dimidiantes aliqua facientes, quæ (uidelicet) placent, & in his quæ displicent, se excusant, in qua conditione figuræ sequuntur proprietatem ipsius secundæ literæ (uidelicet c.) quæ bene protracta mediantem, quodammodo continet ipsius o, ita ipsi mediantem continent obediẽtiæ. Processu uero tẽporis, quãto maiorem obtinent statum, proprietatem sequuntur ipsius i, quæ figurã habet oblongam, & non de facili currentem, sicut o, uel c, sed ubicunque ponitur, iacet, usque dum uiolenter inde moueatur, sic isti ad quemcunque partem, uel locum uoluntatem suam inclinauerint, uel in quouis loco, uel opere uoluntate propria se posuerint, non de facili ad superioris nutum à proposito illo retrahuntur, uel ad alia mouentur.

¶Circa quorum monitionem, si aliquid contra illorum attentatum fuerit uoluntatem, statim conditionem sequuntur præsentis u, quia sicut litera ista inferius quasi super duas columnas sibijnuicem copulatas, & se mutuo tenentes, fortiter stat, & erigitur ad superius. In superiori uero parte aperturã habet, ita illi fortiter contra superiorum stant uoluntatem, uoluntatẽ propriam & uoluntatem illorum, quos in talibus factis habent complices, & supportatores adinuicem confœderantes, super quas quasi super duas columnas fortiter stãt, & cõtra superiores erigũt, cõtra illosque superius aperiũtur, dum ore aperto eis detrahunt, malitiosasq; machinationes componunt.

¶Si uero in his, quæ contra superiorem cum socio inceperunt, & composuerunt timet, ne præualere non possint, uel forte ne deprehendant, conuincantur, & succumbant ad modum Annæ, & Cayphę. Pilatum illorum copulare, nituntur uoluntati, ut sic super tres columnas, (quasi m.) quę figuram quodammodo habet quadrangularem quæ firmissime stat, fortissimi in proposito suo fiant per Pilatum (id est) aliquẽ fortem, & magnum eis coniunctum, & sic obedientiam, quam ore promiserunt, in ocium commutant. non solum quo ad uocabuli significatũ, quia ociõ realiter quærunt. Sed etiam quantum ad literarum proprietates, quarum sequuntur conditiones, non Christi sequentes conditionem, qui obedientiã, quam incepit usque ad mortem, continuauit factus obediens usque ad mortem. Philip. 2. Sed malorum, qui dicere possunt istud Neç.13. Nos inobediẽtes faciemus omne peccatum grãde. Hoc nota. R. 5.67.

¶In qua auctoritate præcedentium innuitur cõditio in hoc, ꝙ dicit, inobedientes, & subsequentis articuli conclu ditur causa, in hoc, ꝙ dicitur, peccatum grande, peccatum nanque grande pœnarum multiplicium est causa. Cum igitur inobedientiæ peccatum sit grande, ostẽdere restat, quomodo multiplex pœna ei correspondebit. Art. 3.

¶Pro quo est sciẽdum, ꝙ inobedientibus aliquæ debẽtur pœnæ de iure, aliquę uero aliquotiẽs sequũtur de facto. De iure enim eis primo debetur tẽporalis citra mortem punitio, quia sicut metallum durũ, uel lapis multos sustinet ictus ad hoc, ꝙ de illo pulchrũ fiat, uel imago, uel uas in honorẽ; & quanto durus est, tanto oportet, ꝙ fortius malleo 11 Exemplum.

malleo percutiatur: ita in proposito de corde obstinato.

Exemplum. ¶Si vero lapis sub malleo ad formã debitam duci non possit, sed durus & omni formæ bonæ contrarius sit, finalis eius sequitur fractio,& cuiuscunque bonæ formæ priuatio, & à templi opere,ad quod quantum in opifice fuit,ordinabatur,exclusio,& ipsius in foueam proiectio:sic inobedientiũ qui sub malleo disciplinæ non corriguntur, nec ad formam bonam se disponunt, sed semper contrariantur, & malleantem erasperant,quia generatio praua est, & exasperans. (Deutro.32. ipsorum finaliter sequitur per mortem fractio,sicut Exemplum. Adam,qui inobediens cum tota posteritate mortẽ incurrit,quia per illius, inobedientiam peccatores constituti sunt Exemplum. multi. (Roma.5.) Sicut vxor Loth. (Gen.19.) Sicut Dathan, & Abyron Moysi inobedientes à terra deuorati
12 sunt: Numeri.16.Sic Abdo propheta, qui quia inobediẽs fuit ori domini tradidit eum dominus leoni, & confregit eum & occidit. (3.Reg.13.) Sic inobedientes primo moriuntur spiritualiter in anima, quòd nõ solum in omnibus prædictis exemplis, sed etiam in ipsorum significatum est conditione, quia contradictionem habent membri mor Exemplum. tui,uel paralytici, quòd nõ mouetur ad imperium capitis:quæ cõditio eos ostẽdit esse membra mortua spiritualiter: & ad illorum etiam damnum, in breui morituros esse corporaliter,sicut prædictum est de lapide contrario, & de omnibus alijs scripturæ sacræ exemplis,ga sicut omnes illi superioribus inobediẽtes occisi sunt, ita & uos peribitis si in-
13 obedientes fueritis.Deuter.8. Et non solum temporaliter,sed (quod peius est) etiam æternaliter peribitis de opere tẽpli Dei,ad quod quantùm in eo fuit, ordinati fuistis, excluſi uelut angeli, qui ceciderunt, qui Deo inobedientes de cœlo excludebãtur, & in puteum infer Exemplum. ni uelut lapis prædictus ponebantur.

¶Exemplum de Vasthi regina, quæ regi inobediens de regno excluſa fuit, pro exemplo contemptus,& inobediẽtiæ,Hester.1.

¶Sic in proposito, q̃ nõ solum in p̃dictis significatum est exemplis, sed ẽ Exemplum. opere dicitur fuisse ostensum de quodã religioso, q̃ in desperatione, & sine cõfessione moriens,dixit, se dæmoni traditum,quia propriam secutus fuerit uoluntatem: Sic qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio morte moriatur. (Deuter.17.) in qua morte respondebit pro toto damno,quod ex eis accidit inobedientia per rationes,& leges adducta.(F.3.26.& 34.) Illi qui vlciſci vult omnem inobedientiam. (2. 14 Cor.10.) Stultus ergo filius est,qui hæreditati per Deum restitutus est, si peccatum non formidat: propter quod tot anteceſſores suos hęreditatem suã perdiderũt,ipso iuste iudicante,a quo omnis præuaricatio, & inobedientia iustã accipit mercedem:Heb.2.

¶De facto uero inobedientes iudicãtur,& ab illis, quibus obediunt contra rationem,minus æstimantur,quod patet.3.Reg.13.ubi ille idem,qui prophetam ad comedendum cõtra Dei præceptum inuitauit, ipsum postmodum indicauit,sic nonnulli, qui alios inuitant ad comedendum,& bibendũ, vel aliud faciendum in locis,& temporibus prohibitis:uel contra statum suũ alio quoquismodo ab illis,qui licet visum ostendant hilarem, post tamen non consentientes pluſquàm consentiẽtes ęstimãtur,quia(teste Hiero.in epistola ad Nepotianum) contemnitur clericus, qui sæpe ad prandium inuitatur,& non recusat,ideo concludit dicens,nunquàm petentes, raro uero accipiamus rogati. Nota. D.1.22.

¶ Intentio. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Cuiuspiam operis boni intentio, in Deo propter tria dirigenda est:primo ob operis claritatem,& lumen.*

2 *Secun-*

2 *Secundo propter mercedis æquitatem, ac iuſtitiam.*

3 *Quia boni operis intentionem, quæ Deũ reſpicit laudem, atque mercedem continuam, atque ingeni afferre cognoſcimus.*

4 *Omnia bona opera ſi ab habentibus intẽtionem formatam, atque charitatẽ peragantur, ſunt ſibi æternæ vitæ meritoria.*

5 *Sin eadem opera ſuamet natura bona ab hominibus charitatem, bonaque intentione vacãtibus fiant: illis profecto æternam cœli vitam nequiquam merentur.*

6 *Exẽplo admodum lepido, hæc ſcito clarè oſtenditur, quam homines charitate p̃ditos agentes bona opera ſolum æternã vitam mereri dicimus.*

7 *Malo intentio ex decreto, bonum opus ad nihilum valere facit.*

8 *Bonam intentionem opera illa, quæ ex ſe ambigua videntur in meritum vertere, exponitur.*

9 *Opus etiam quod è ſua natura malum eſt, bona intentio bonum efficere nequit: vt furtum committere, quod poſtea in pauperum eleemoſynas erogetur.*

10 *Vt mẽtæ noſtræ liber perfectus ſit, id poſcitur, vt intus bona intentione, & foris opere licito, & honeſto ſcribatur.*

11 *In quocunque bono opere rectam intentionem huiuſcemodi opus moderantem, ac dirigentem habere operæ precium eſſe æſtimamus.*

INtẽtionis.

Primo oſtẽditur directio. Secũdo, quo modo opera eiuſdem naturæ per diuerſas intentiones in genere morum diſtinguuntur: Tertio, intentionis bene regulatę oſtenditur neceſſitas.

Artic. 1. ¶Ratione primi eſt ſciendum, quòd cuiuſcunque boni operis intentio eſt in Deum dirigenda propter tria. Primo propter operis claritatem: Secũdo, propter mercedis æquitatem. Tertio, propter laudis durabilitatem.

Primum patet, quia niſi intentio in Deum diligatur, quem ſequitur, nõ eſt ſpiritualiter corã Deo clarum, uel pulchrum: Cuius ratio eſt, quia motus denominatur, & ſpeciem ſortitur à termino, ſicut motus dealbationis ab albedine, in qua finitur, & ſic de alijs: Intẽtio vero, ex qua totum opus ſequitur, reſpicit finem, uel terminum, ad quem totũ opus finitur. Et propter quem totum operatũ eſt: Sicut ergo in naturalibus, vbi terminus intenditur nigredinis, in ipſoq; finitur, nõ poteſt dici dealbationis, ſed denigrationis, quia ad hoc ꝙ motus dicatur dealbationis, oportet ꝙ albedo intendatur, in ipſaq; tanquàm in termino motus terminetur: Sic ſpiritualiter, vbi in ope ratione quacunque intenduntur temporalia, ſicut honores uani, delicię, uel diuitiæ mũdiales, uel quæcũque propter ipſum Deũ, uel ad ipſum ordinata, cũ finis ibi intentus ſit obſcurus, & tenebroſus (ſicut oſtenſum eſt G. 2. 28.) oportet, ꝙ tota illa opera ſpiritualiter obſcura dicantur: Quia ad hoc ꝙ ſit luminoſa, & clara, oportet, ꝙ ille, qui eſt luminoſus, Deus, uidelicet, ſit intentus, & hoc eſt, quod ipſe ſaluator ait. (Matth. 6.) Si oculus tuus fuerit ſimplex, &c. (gloſa.) oculus eſt intentio, uide ergo ne lumẽ, quod in te eſt, tenebre ſint. Lucę. 11. Si enim multa bona exterius oſtendis opera, quia uadis ad eccleſiã, flectis genua, & huiuſmodi, multos inſuper doces, ecce lumen in te eſt, quod ad exteriorem oſtenſionem, ſi tamen iſta ſiniſtra facis intentione, lumen quod in te eſſe exterius uidetur, tenebra eſt. Exemplum. 1

¶Secundum etiam patet: ꝙ omnis æquitatis, iuſticię vè regula vult, ꝙ operarius ad ei placendum intẽtionem dirigat, à quo debet operis recipere mercedem, & à quo in fine operis mercedẽ deſiderabit: Sed cuiuſcunque boni operis in fine vitę uolumus mercedem à Deo deſiderare, & petere, dicentes, Intende animæ meæ, & libera eam (in Pſal. 68.) Et iterum Deus in adiutoriũ meum Exẽplũ. 2

Digitized by Google

meum intende, (Psal.69.) Quid ergo in solutione mercedis petere uolumus, ꝙ ipse nobis intendat in inceptione, & executione operis, simus in ipsum intendentes, ut ipsius attendamus uoluntatem, exemplo Stephani. (Act.7.) qui erat intendens in cælum, & ideo uidit gloriam Dei, qui ipsum in morte suscepit.

3 Exemplum. ¶Tertium similiter patet, quia operis intentio, quæ Deum respicit facit operis laudem, atque mercedem, durabiles, fatuus ergo est, qui in quibuscunque bonis operibus fauores, uel laudes in intentione sua anteponit hominũ, & fauores, & mercedes, & laudes postponit Dei propter tria. Primo quia licet consequantur ab hominibus, quod quærunt, tamen illud consequẽtur corã paucis respectiue, & breuiter, quia moritur laudans, uel laudatus, uel uiuens, ad contrarium conuertitur laudans. Et propter mercedis paruitatem propter hæc tria, uel est quandoque propter aliqua illorum, quæ semper contingunt. Spes impiorum quasi membra unius hospitis prætereũtis. (Sap.5.) Et opus illorum quasi opus est Aranearum, quod cum magno fit labore, & modico uento totum amittitur. Sic illorum opus, qui telas Aranearum texuerunt. (Isa.59.) Qui uero propter Deum operantur, ipsum finaliter intendentes, omnia habebunt contraria, quia ipsi honorabuntur coram toto mundo semper, & maximam habebunt mercedem, quando manifestabit consilia. i. intentiones cordium. Et tunc laus erit unicuique à Deo. (1.Corin.4.) Quicunque (inquit) honorificauerit me (supple) ut dictum est, glotificabo eum. (1.Reg.2.) Ad ipsum ergo operum dirigamus intentionem, quia ipse operum retributor, & discretor cogitationum, & intentionum cordium. Hebr.4.

Ar.2. 4 ¶Ex iam dictis ratio in parte patet sequentium. Quia ex quo intentio finem intendit, à quo tota denominatur actio, patet, quòd diuersitas finium intentorum diuersitatem facit in actionibus ad ipsos fines ordinatos, licet actio in natura sua specifica, non sit diuersa. Ad cuius ampliorem declarationem tria restant ostendere.

¶Primo, quòd opus, quod est de natura sua in quocunque homine licitũ, & honestum, intẽtio formata facit operanti meritosium, & non formata non facit meritorium.

¶Secundo, ꝙ intentio formata opus quod est de se dubium, facit operanti meritorium.

¶Tertio, ꝙ opus, quod est de se malum, nunquam intentio, quæ est bona, solo nomine, bonum reddit.

¶Ad primi declarationem scire conuenit, ꝙ opera de natura sua bona, ut ecclesiasticos suscipere ordines, orare, prædicare, ieiunare, religionem intrare, eleemosynam dare, manibus etiam quandoque laborare, mortuorum esse executor, & huiusmodi, quæ omnia in illo, qui habet charitatem, & intentionem formatam, sunt uitæ æternæ meritoria. In illo uero, qui extra charitatem, & præter intentionem bonam, ista eadem opera operatur, non sunt uitæ æternæ meritoria, quia ad eosdem ordines, & status ecclesiasticos possunt eodem die, sed non eadẽ intentione, duo venire, unus ut mundius, & securius Deo seruiat, alius, ut lautius temporaliter uiuat. Primus meretur. Secundus demeretur. Exemplum.

5 Exemplum. ¶Item unus dare potest eleemosynam intuitu charitatis, alius intuitu vanitatis, &c. Item in uno agro possunt duo manibus laborare. Vnus, ut cum fidelitate in statu suo viuat, & reddat quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei, Deo. Alius intentione cupiditatis, ut diuitias multas per fas, & nefas colligat, & superbiam suam nutriat, primus meretur, alius non. Sic in quibuscunque operibus domesticis, & alijs sollicitudinibus, quæ habent circa domum tenendam, prolem nutriendam, & huiusmodi. Sic etiam de testamentorũ executione, de qua dictum est. I.3.10.

¶In

¶In omnibus ergo, qui in ſtatu ſunt charitatis, quòd ideo additur, dicendo (charitatis) propter infideles, & quæ in mortali ſunt peccato, qui quantumcunque opus bonum, bona faciant intentione, non tamen erit illis uitæ æternæ meritorium. Sed quantum ad omnes, qui in ſtatu ſunt charitatis, ſi ſcire uelint, quis opus illorum poſſideat meritum (uidelicet) an demeritum, radicem reſpiciant intentionis, ſicut ad cognoſcendum, cuius ſit arbor, rami, & fructus, ſtipes, ſeu radix conſideratur, quia licet rami ſuper alterius aream extendantur, & fructus ibi cadant, tamen arbor illius eſt, cuius eſt terra, de qua ſtipes aſcendit, & fructus ſuper alterius, terram cadentes, infra triduum colligere poteſt (ſicut patet per legem in digeſto nouo lib. 5. titu. de glande legenda. l. ait prætor) verba vero legis hæc ſunt, ait prætor, glandem, quæ ex illius agro in tuum cadat, quo minus illi, tertio quoque die, legere, aut auferre liceat, uim fieri ueto. Glandis nomine omnes fructus continentur, hęc ibi. Ita in propoſito, rami operationis, qui de bona oriuntur, & aſcendunt intentione, ſi ad inanis gloriæ ortum ſe aliqualiter extendant, dum inaniter de illius laude gloriantur, licetque fructus illius operationis uerſus partem terræ illius aliqualiter cadant, dum mercedem operis quodammodo in illa parte ponunt, dū pro mercede illa animoſius operaſ; tñ dū opatio illa, ex ſtipite, ſeu radice bonæ aſcendit intẽtionis, & fructus illi lōgo tẽpore in terra non iacent uanitatis, ſed infra triduum contritionis confeſſionis, & ſatisfactionis colligantur, nec arborem, nec ramos, nec fructus meritum amittẽt. Ita econuerſo, ſi intentio ſit mala, licet rami operationis, & fructus uerſus bonam partem ſe extendere, & cadere uideantur, tamen radice intentionis ueneno mali infecta, totum pondus ramorum inficitur, & fructus amittitur (quia teſte decreto) mala intentio facit opus bonum non ualere (23. quæſtio. 5. cum miniſter) cui concordat Beatus Gregorius dicens. Si ſemel cor intentione corrumpitur, ſequentis actionis medietas, & terminus ab hoſte callido ſecure poſſidetur, quoniam totam arborem ferè ſui fructus conſpicit, quam ueneno in radice uitiauit. Patet ergo, ꝙ ſic in operibus eſt diuerſitas meriti, & demeriti ex diuerſitate intentionis, ſicut in arboribus & fructibus, eſt diuerſitas ex diuerſitate radicis, quia ſicut ſequitur, ſi radix ſancta & rami (Rom. 11.) Ita ſequitur, ſi radix intentionis, pphana, & rami, & fructus ibi diu iacentes erunt prophani.

Exemplum.

¶Secundo, intentio bona dubia in meritum conuertit, ſicut patet in his, qui ad infideles pro Chriſto peregrinātur cum intentione, ut in partibus illi fructum faciāt animarum, quibus licet dubium ſit, utrum fructum talem per eos Deus illuc operari uoluerit, bonæ tamen intentionis mercedem nō amittent, dummodo ſi fructu illo ſe illuc fraudatos inuenirint, alibi illum quærant, nec hoc faciendo inſtabilitatis arguantur, ſicut nec canis, qui prædam in uno loco non inuentam, in alio quærit.

7

Exemplum.

¶Iſtis concordat decretum, dicens. quod operi indifferenti intentio finem imponit: diſt. 11. quiſquis, & c. delitię.

¶Tertio vero intentio non facit bonum, quod eſt de ſe malum, ſicut patet de committente furtum, uel uſuram, quæ ſunt de ſe mala, ut ex furto illo eleemoſynam faciat, quia dicit decretum, ꝙ bona intentio non excuſat malum opus. (1 q. 1. non eſt per totum capitulum.) dicit etiā lex ciuilis. ff. de furtis. li. 9. in digeſto nouo. l qui ſaccū, vbi dr, qui ſaccum habētem pecuniā furripuit, furti etiā actione ſacci nomine tenet, quamuis nō ſit ei animus ſacci furripiēdi ſicut patet in d. l. q ſaccū. Ex q. b⁹ patet, ꝙ rōne mali, qđ facit, tenet ad oīa dāna cōtingentia, licet nō intēdat.

6

¶Ex prædictis patet, ꝙ ad hoc, quòd liber uitæ noſtrę ſit pfectus, requiritur, ꝙ ſit ſcriptus intus intentione bona, & foris opere licito, quia liber ſcriptus extra

extra pulchra conuersatione, & non intus bona intentione, liber est hypocritarum, & deceptorum, formatus ad
Exemplum. modum libri antiqui, qui non est in usu, uel qui est intus totus putridus, uel literis scriptus Iudæorum, uel Grecorum, uel quibuscunque alijs deformatis, intantum, quòd iuuare non potest, qui tamen exterius pulchre ornatur ad creditorum deceptionem, qui dum tanti eum extimant precij: quanti exterius apparet in decore, multum super illum mutuant ipso pro pignore excepto, recte libri istorum interius falsi, exterius ad aliorum ornantur deceptionem, & proprium lucrum, sic libri hypocritarum interius scripti literis peccatorum, in puluere terreneæ cupiditatis, super fundamentum malæ intentionis, exterius pulchra conuersatione propter lucrum, uanam gloriam, uel sæculi honorem ornati, de quibus literæ, quia stabiles non sunt, vtpote quæ in puluere scribuntur, in æternum in libro uiuentium non manebunt. Sed ad modum librorum, & talliarum computistarum peracto of-
Exemplum. ficio frangentur, & ad ignem proijcientur, quando libri scripturarum, & foris in armariolo ponendi sunt cœli, quorum librorum licet Deus utranque respiciat, & requirat scripturarum, tamen teste decreto plus intentionem respicit, & uoluntatem, quàm actum. (15. quæstio. 11. si sacerdotibus & §. sequenti in fine. 22. quæstio. 5. qui peierare.) Non ergo qui dicit, domine domine, id est, qui bene loquitur, & bene operatur, nisi tertium addat domine, bonæ intentionis, intrabit in regnum Cœlorum, quia signa non habet sufficientia, ideo expelletur ab illis, qui dicent, signa nostra non uidimus, nostra (inquam) nostra, quia nos soli signa uidemus uoluntatis, &
Artic. 3. intentionis.

Explic. ¶Bonæ ergo intentionis necessitatem ostendunt tam precedentia, quàm sequentia, quia sicut necessarium est arbori habere radicem, & operi fundamentum, & scriptori oculum, & nauiganti, quòd portum aliquem intendat, & recte sagittanti, quòd ad metum aliquam sagittam dirigat, ita necessaria est in omni opere bono, intentio recta, opus dirigens, & regulans, aliter opus nunquam bene regulabitur, nec ad Cœlum ascendet, nec ad bonum finem, uel portum nauis uitæ nostræ perueniet, nec liber noster bene scribetur, nec anima uirtutibus pingetur. Vnde Seneca epistola. 70. Scire (inquit) debet, quid petat ille, qui sagittam uult mittere, & tunc dirigere, ac moderare telum manu, aliter errat. Sic errant consilia nostra, quia non habent, quo dirigantur. Ignoranti quem portum petat, nullus uentus suus est. Debet ergo oculus intentionis præcedere manum operationis, quia si carpentarius ex una parte oculum dirigeret, & ex alia percuteret, faciliter se læderet, & nullo modo opus rectum faceret, ita nec pictor, uel scriptor, uel quicunque consimilis artifex spiritualiter, quando intentionem ad lucra, uel fauores humanos dirigit, qui mere propter Deum operari videtur; una ex parte oculum, & ex alia totum dirigit. Et talis scipsum spiritualiter ledendo, opus facit torueosum, ideo tali dici potest, quòd artifici à circumstantibus dicitur, &c. quia hoc utile est, quia à malo te præseruat, & ad portum regni Cœlestis te ducit. Intende ergo prospere, procede & regna (in Psal. 44.) & in omnibus factis tuis palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Prouerb. 4. Nota. I. 6. 29.

Exemplum. Exemplum.

9

¶Inuidia. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Inuidia tantum ab alienæ tranquillitate, ac prosperitate ortum, ac initium habere non incompositè commostratur, prout causam occasionalem & passionalem habet: quoad autem causam actiuam,*

nem, nempe inuidiam: volunt autem inuidiam ipſum à pluribus originem ducere dicimus.

2 Inuidi homines, qui alienis erumnis, atque diſſidijs lætantur, nefarijs cauſidicis, Medicis, opilionibus, aſacerdotibus malis, iure merito aſſimilari poſſunt.

3 Etſi planetæ iſti, Sol uidelicet, et Luna, plures præclaras conditiones poſſideant hanc unam tamen tenebroſam, & ferè defectiuam proprietatem habent, quod alter alterum obſcurat, & eclipſat, atque deformat.

4 Quibus profecto planetis inuidi nonnunquam, & inuidioſi aſſimilantur.

5 Aethnæ Monti Siciliæ perpetuum incendium euomenti, liuidi homines conferuntur.

6 Aſpidi uenenato, & ſæuiori ijdem inuidi non abre ſimilari debent.

7 Diram Regulo, ſeu Baſiliſci naturam liuoris, & memoriæ prodere Auctor conatur.

8 Cui atroci animali homines liuore aſperſos, comparare merito poſſumus.

9 Araneis itidem & quibuslibet coluoribus atque urſis, liuidos aſſimilare licet.

10 Sireni, lupis, ac vulpibus idem ſimiles aſſimilantur.

11 Item canes, uel panem ex fæcibus coquere, & edere non ualenti, comparare inuidos omnes minime dedecet.

12 Ii, qui inuidia, & odio moti, Religioſorum in urbibus eorum locum colere, & poſſidere, quem ipſi, nec colunt, nec tenent, nec inde emolumentum capiunt, iniquius patiuntur & atriſtantur, iniquæ cuidam legi caninæ à quodam Fuſio latæ aſſimilari poſſunt.

13 Dæmonibus etiam inuidos homines ſimiles eſſe perhibetur: Quorum membra, & ſocij, ac diſcipuli eſſe præ ſe ferunt.

14 Inuidos Diaboli eſſe membra, & ſocios, & diſcipulos clarè manifeſtatur.

15 Inuidorum infamiam multiplicem eſſe non obſcure enucleatur: quia lucrum tollit, & amittentem auget.

16 Inuidorum angor, ærbio, & cogitatus tristitia plurimum caremus.

17 Inuidus ſibi prius quàm alteri officere ſtudet.

18 Inuidi potato diri liuoris Aconito ſeipſos tantum nemini forte nocentes, interficiunt.

Et Saulis exemplo, qui inuidia duntaxat ductus, Dauidi obeſſe cupiebat, & eum lancea trafigere, ſeu confodere (licet in caſſum) enitebatur, & tamen ſibi non necare non ſtudio.

Inuidos ſuos confratres minime hedere, ſed ſibimet mortem creberrimè conſciſcere, non inepte declaratur.

19 Quamplurimis exemplis, tum profanis, tum ſacris, neophytos ſeu recenſiores inuidos plus ad dementiam euocari, quàm priſcos & obſoletos eruditè diluciditur, & etiam inuidos multa grauia ſuſtinere, ac pati, ut hi quibus non leuiter inuident (Deo ſic ordinante) maximopere proficiant.

20 Inuidorum inuidentiæ iracundia, atque odio, cupiditatem, ac gulam, deteriorem, & nequiorem eſſe clariſſimè patet.

21 Inuidi feriores, ac deteriores brutis ipſis animalibus, lupis, ſcilicet, ſerpentibus, & feris, atque etiam furibus, homicidis, piratis, direptoribus, & graſſatoribus, ac (ut uno uerbo perſtringã) Dæmonibus eſſe uidentur.

22 Inuidi cunctis improbis malitia, ac nequitia præſtare præ ſe ferunt, quia liuor omnibus alijs criminibus peior eſt.

23 Inuidiæ peccatum pluribus è cauſis à nobis omni ſtudio, ac diligentia euitandum eſſe ducimus.

24 Hominibus hominum inuidia liuſcentes non agroferentibus, nec audientibus duplex ſupplicium inuenatur, ac imminet, alterum temporale, & alterum æternum.

Temporale uero adhuc ſupplicium geminum eſt, ſcilicet, ſpirituale, & corporale.

Primum temporale ſupplicium ipſum inuidiæ piaculum nunquam deficit, ſiue deſtituit.

25 Pœna temporalis, & corporalis, qua in improbos

Digitized by Google

improbos inuidos animaduertẽdum, eſt graue inuidiæ ſcelus ſemper ſubſequitur; ut exemplis clariſſimè conſtat.

26 *Inuidum, Arbori patulæ uenenoſæ, exitiali atque umbriferæ ſurſum aſcendenti, & cætera inferiora impedienti, ne aſcendant, non abre aſſimilari exprimitur.*

27 *Exemplo quodam non inepto Inuidi, qui uolens, & quærens alteriꝰ adoleſcentis perniciem, & necem uidere, hanc eandem ſibi ipſi parauit, & acquiſiuit ritè exponitur; quod arbor, quæ in alterius perniciem creſcis & pendet, præſcinditur, & in ignem proïcitur; & tunc arbor uicina, cui illa impedimento erat, liberatur, & ſurſum tendit excreſcendo, & ramos effundendo.*

28 *Apibus, cæcis, & Miluis itidem Inuidi iſti non inconcinnè aſſimilari poſſunt.*

29 *Accuſantibus, ex inuidia, & odio, & incuſatis inuidioſis apud dominos frequenter euenit, quod uulpi lupum inſimulanti & criminanti apud opilionem fabellæ non illepidè contingiſſe recenſent.*

30 *Animaduerſione æterna uti aduerſus improbos homines liuẽtes, eos ad ærum noſtrum erebum perpetuo proïciendo uti remerito oportet. Quem quidem erebum eis merito tradi, & conuenire, trifariam indicari poteſt.*

Primum ex uiſione patet, quia oculos inuidorum lippos, et ægros tenebrarum locus haud dedeces.

31 *Deinde itidem ex indiſpoſita, & agitata eorum uoluntate clarius liquet; quia inuidi fauſtam aliorum proſperitatem ſine angore, & anguſtijs audire non poſſunt.*

Vltimo, ex Diaboli Religione, quam coluns clariſſime conſtat, inuidos meritò à Cæli regno fugandos, & ad inferos relegandos æternaliter fore.

32 *Triplex remedium inuidis, oſtenditur, vt in extremo Iudicij die ſuperiores eſſe poſſint, inuidiam deferentes.*

Primum eſt Rationalis cogitatio ab execrabili eos inuidia auocans, & retrahens, quæ triplex etiam eſt.

33 *Secundum eſt mutabilis mundi huius reuolutio.*

34 *Tertium remedium eſſe uidetur, ut inuidi, fœdã hanc inuidiæ, fœcem relinquant, humilis operatio, dum humilioribus hac in uita famulantur.*

Inuidiæ.

Primo oſtenditur origo, & originis diuerſitas. Secundo, inuidorum oſtendentur conditiones, & ſimilitudines. Tertio ſtultitia oſtẽditur inuidorum. Quarto, iſtius peccati magnitudo. Quinto iſtius peccati ſpiritualia ſimul, & temporalia oſtenduntur pericula. Sexto, multiplex punitio. Septimo remedia:

¶Quantum ad primũ, ſi conſideretur inuidia, prout habet cauſam occaſionalem, & paſſiuam, ſic in generali tantum habet unam originem, proſperitatem (uidelicet) alienam. Quia inuidia eſt triſtitia de bonis alienis (ſicut dicit Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. 36. articulo 1.) Si uero conſideretur, prout habet cauſam actiuam, ex parte inuidæ uoluntatis, ſic plures habet origines. Primo nanque in aliquibus ex peſſima otiginatur matre, uidelicet ſuperbia, quia ex hoc, ꝙ aliquis vellet alteri præferri, eius inuidet proſperitati in his, in quibus præferri cupit, quod tamen apoſtolus (ad Gal. 6.) fieri uetat dicens, non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem inuidentes. Ar. 1. 1

¶In aliquibus uero matrem habet cupiditatem, in illis (uidelicet) qui alijs inuident, quia alij in arte, uel mercatione, uel ſeruitio ſuo lucrantur, quibus uidetur, ꝙ aliorum lucrum illorũ lucri ſit impedimentum, ſicut patet de diabolo, & latrone. A. 21. 26. Et alioꝝ donum ab eis ſit ablatum, ſicut patet

in

Digitized by Google

in his,qui ſocijs inuident,quia à dominis,quibus ſeruiunt,plura, quàm in illis dantur,uel quia maiorem coram illis gratiam inueniunt,quę ut minuant, illis detrahunt, ipſosq; perſequuntur, de illorumque proſperitate dolent, & aduerſitate,quam ſuſtinent, lætantur, maioremque aduerſitatem eis affectãt.

2 ¶Quorum lætitia in hoc, ꝙ de aliena gaudent miſeria,ſen diſcordia,inter illum,cui inuident,& illum, apud quẽ gratiam inuenit, ſimilis eſt lætitiæ malorum aduocatorum, qui de vicinorũ gaudent diſcordijs, & malis medicis, qui de multorum lętantur infirmitate, & factoribus pergameni,qui de ouium lætantur mortalitate, & malis ſacerdotibus, qui de parochianorum lætantur funeribus. Quia ſicut omnes iſti de prædictis lætãtur miſerijs,aliena damna ſua reputentes lucra, ſic inuidi.

Exẽpla.

¶In hoc vero, ꝙ maiorem eis, quibus inuident, calamitatem, uel ipſam affectant mortem, vt ipſis mortuis plus honoris,fauoris,laudis,uel lucri conſequantur in affectu, cuidam incarcerato aſſimilantur in carcere clericorum archiepiſcopi Remenſis, qui duos, quos ſecum habeat in carcere, ſocios occidit, ut ipſorum occuparet annonam, quæ per chordam eis in puteum deponebatur, ipſis prius de uita per uocem emiſſam fidem facientibus, quorum uoces per aliquos finxit dies. Et ſic ipſis mortuis illorum nomine, panis illorum portionem accepit, iſte ab omnibus miſer iudicabatur, & malus, qui propter paruam prolongationem tam miſerabilem,quàm gerebat in carcere, uitam, in quo ad mortem poſitus erat, duos occidit homines, ipſe in breui de morte ſua,quaſi certus, quia nullus in carcere illo ultra annũ uiuere dicitur, & tamen in rei ueritate nonnulli inuidi iſto ſunt miſerabiliores peiorisque exiſtunt conditionis.

Exem-plum.

¶Primo,ꝙa nõ ſolũ vnũ hominẽ,ſed multos homines,uidelicet, quibus inuident,dũ odio habẽt,ſpiritualiter occidũt,ꝙa q odit fratrẽ ſuũ, homicida eſt.

¶Secundo, quia per homicidum illud uitam propriam nec prolongant, nec tantum frequenter lucrantur,ſicut miſer ille lucratus fuit, omnes tales fratribus aſſimilãtur Ioſeph, qui ei inuidebant,tum quia à patre plus diligebatur, Iſrael diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos. (Gen. 37.) tum quia in donis prẽponebatur,quia fecit ei tunicã polimitam, tum quia maiores habuit à Deo gratias, ſicut patet in oſtenſione ſomni, qua maioris inuidiæ, & odij fomitem miniſtrabat. Gen. 37.

Exem-plum.

¶Et non ſolum prædicti incarcerati, vel etiã peruerſorum fratrum Ioſeph, verum etiã rerum. Primo, inanimatorum in defectibus. Secundo, nenenoſorum,ſeu crudelium animalium. Tertio,peſſimorum dæmonum ſequuntur conditiones.

Art. 2.

¶Primum in planetis oſtenditur, ꝙ licet multas claras habeant conditiones,unam tamen habent tenebroſam, & quodãmodo defectuoſam, ꝙ uidelicet, unus aliũ quãdoq; eclipſat, ipſum planetam ſuperiorem, & illos, qui in eius uidendo claritatem delectantur, interponendo, per quam interpoſitionem lumen illius obfuſcat ad tẽpus,ne ab alijs, qui in eius luce delectantur, clare uideatur,ſicut patet de Sole,& Luna, in eclipſi nanque Solis Luna inter Solem & nos,qui in lumine Solis delectamur,ſe interponit, & lumen eius ne nobis oſtendatur, ad tempus impedit. In quo tamen facto eſt aduertendum, ꝙ uidelicet nunquam ſuperior, & perfectior,& clarior planeta, eclipſat inferiorẽ,ſed ecõuerſo inferior & defectuoſior eclipſat,& obſcurat ſuperiorẽ. Sicut patet de Luna,q nũquã à Sole eclipſat, ſed econuerſo ipſum Solem,à quo totum ſuũ recipit lumen, ſua interpoſitione quodãmõ deformat, & obſcurat.

3 Exem-plum.

Lunæ eclip.

¶Recte ſic in nonnullis frequẽter accidit,qui ob gratiarũ claritatẽ planetæ eſſe uident eccleſiæ,quorũ ſi unus eminẽter in aliqua gratia luceat, quãdo de illa eminentia ſit ſeruus ab his, qui in factis illis claris delectantur, eiusque

4

lucida commendant opera. Alius, qui in illa gratia eminere cupit, singulariter ipsius opera bona depranando, uel diminuendo, uel siniſtra intentione facta interpretando ipsum eclipsare nititur. In quo facto, etiam quandoque ad tempus prævalet, sed nō diu solem obscurare poterit, quia nec Deus lucernā suam, diu sub modio finit occultari.

¶Quando ergo de aliquorum claris operibus fit mentio, quæ alius occultare nititur, dici posset, nunc planeta planetam eclipsat, nō tamen planeta superior, & perfectior, cuius conuersatio est in cœlo, sed inferior, & maculosus, admodum Lunæ, qui tersena sapir, à quibus maculam trahit inuidię, sicut Luna à proximatione ad terram maculā contrahit nigredinis. Et sicut Luna solem, à quo totū suum habet lumen, ita quādoque illi, qui ab alio multa recipiunt bona spiritualia, uel tēporalia, uel utraque, uerbis detrahendo, & factis perſequendo, quantum in eis est, obscurant: (sicut patet. G, 5, 4. artic. 6. per totum.) Sed reuera hoc faciendo, plus seipsos tenebrescūt, obscurioresq;, & defectuosiores se esse ostendunt, quia obtenebrantur stellę caligine eius. (Iob. 3.) in quo facto innotescunt, q; ipsi non sunt stellæ mundæ in conspectu eius, id est, Dei. Iob. 25.

5 ¶Ad prædictum intellectum loquitur sapiens. Ecclesiastici 4. dicens omnes labores hominum, atque industrias animaduerti patere inuidiæ proximi.

Exemplum. ¶Secundo inter res inanimatas uitiosas habentes conditiones, monti cōgrue assimilantur Æthnę, qui est mons partium Siciliæ de quo ignis eructuās seipsum consumit, sibiq; ipsi plusq; alijs ignem spirando nocet (sicut patet. A. 25. 22.) Vnde uersus. Nil aliud nisi se ualet ardens Æthna cremare. Sic se, non alios, inuidus igne coquit. Quibus congrue dicitur. Isa. 33. Spiritus Dei, ut ignis, uorabit uos inuidos. Inuidos enim plus uorat ignis, dū sua inuidia spiritualiter interius consumātur, illo igne, uel putredine, de quo Prouer. 14. putredo ossium est inuidia.

¶Tertio in rebus inanimatis uagi sequuntur conditiones, sicut ostensum est A. 25. & 23. 6

¶Secundo quomodo conditionem crudelium sequuntur animalium. Natura primo docet cuiusdam serpētis, q Aspis uocatur à uenena asperſione, qa Aspis, quasi aspergens, dicitur uenenū, ſm Isidorum ethicorum lib. 12. Inter quos serpentes (ſm Auicennam lib. suo de uenenis) uenenum commorantium in siluis est acutius, quàm habitantium in pratis. Sic inuidi uenenum suū spargunt inuidię, inter quos tamen inuidia magnorum uirorum, & potētium plus nocet, quàm simplicium, quia in eis cōiuncta sunt velle & posse nocere, tales ergo inuiderunt, quantum ad uoluntatem, interius, habentes iacula, quantum ad opus exterius. Gen. 49. Exēplū.

¶Secundo idem natura docet Reguli, qui alio nomine Basiliscus uocatur, dictus Regulus, quia omnes serpentes, uel animalia uenenosa in malitia excedit, de quo dicit Plinius. li. 4. Quod est serpens semipedalis tantæq; malitię, q; in circuitu cauernæ, in qua moratur, nihil uirescit, quia ueneno suo omnia inficit. Aues etiam uolantes flatu suo uel uisu occidit. Quorum quidam conditio, licet tyrannis, & cupidis, potentibusq; uicinis applicari posset, dum omnia in circuitu cupiunt (sicut patet. A. 27. 5. & 17.) Nihil nisi suum (quantū 8 ī eis est, uirescere pmittūt, vel crescere, uolentesq; ad alta conscendere, impediunt, & prosternunt. Tamen inuidis non incongrue applicatur, qui uolentes soli uirescere (id est) uirtuosi apparere, omnem aliorum uirorem, id est, uirtuosa opera impedire nituntur, suoq; detractionis flatu, tam superiores, quàm pares, inferius trahunt & decolorant, quia omnis inuidus est detractor. 7 Exemplum.

¶Inuidia enim mater est detractionis, de istis dicitur (Hierem. 8.) mittam eis serpentes pessimos, alii litera dicit, regulos,

regulos, gloſa, quibus non eſt incantatio, quia dum à uitijs abſtinent carnalibus, & ſpiritualia uitia nõ percipiunt, ſeipſos ſpirituales reputant, nec prædicatores audiunt, ſed magis derident, de iſto ſerpente. (No. D. 6. 7. nec mentis de illorum habitant cauernam, ſed patienter expectent, quia in breui eis cõſolatio promittitur, in Pſal. 90. Super aſpidem & Baſiliſcum ambulabis, corporaliter ſcilicet ipſis in cimiterio ſepultis, & ſpiritualiter ipſis in iudicio in infernum proiectis, propter inuidiam & contentiones. Philip. 1.

Exẽplũ araneæ. ¶Tertio idem in natura oſtenditur omnium ſerpentium, & aranearum, qui quicquid comedunt, quantumcunque dulce, in uenenum tamen illud conuertunt, cuius cauſa eſt, quia cor illorum, & uenter ſunt, quaſi uaſa fellis, & uenen, quæ immiſſum uel tactum intoxicant. Sic in propoſito, illi, qui licet bona uideant, mala tamen ſuſpicantur, & mala eſſe iudicant, cuius cauſa eſt, quia cor eorum plenum eſt uenemo inuidiæ, & ideo tanquam uas peſſimum omnia conuertit in amaritudinẽ ad minus ſerpentis, quia omne receptum eſt in recipiente per modum recipientis, & non rei receptæ. Cum ergo ipſi ſint inuidi, & amari etiam dulcia conuertunt in amaritudinem, ſaltem ſibi ipſis. Vnde beatus Grego. in paſtorali, inuidi (inquit) dum augmenta proſperitatis aſpiciunt, apud ſemetipſos anxiæ affliguntur.

Vrſus. ¶Quarto idem natura docet vrſorũ, propter duo. Primo, quia ſicut urſus in maioribus, & feſtis melioribus plus à canibus laceratur, & torquetur, ita inuidus quãto maiores, & meliores in alijs uidet gratias, ideo Seneca ait, utinam inuidus in omnibus ciuitatibus oculos haberet, ut de omnium profectibus torqueretur. Secundo, ſicut urſus ad aſpectum excæcatur peluis candentis, ita inuidus ad aſpectum operum lucidorum, & charitatis calore calidorum, de quo Eccleſiaſtici 25. Excæcauit vultum ſuum tanquam vrſus. Et nota, quòd iſta non ſunt omnino interius in anima excæcati, ſed ſicut illi, qui in tenebris ſedent, uel in loco tenebroſo, qui turpiſſimas imagines, quę circa ſeipſos ſunt non uident, ſed imagines claras, quæ in loco alio luminoſo ſunt, uidẽt. Sic inuidi imagines turpiſſimas in animabus proprijs non uident, ſed pulcras in alijs uident, & dolent, oculos habentes plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, & malignitate, &c. Rom. 1. Exemplum.

¶Quinto idẽ docet naturę Sirenis, quæ tempore ſereno dicitur triſtari, & dolere, tempore uero tempeſtuoſo dicitur gaudere, ſic inuidi, quorum proſperitas eſt de aliorum dolere, & gaudere de aliorum aduerſitate. 10 Sirenis Exemplum.

¶Sexto idem docet natura luporum, & vulpium, qui ouile, uel domum intrantes gallinarum multas occidunt, de quibus nullum habent commodũ, quia eas comedere non poſſunt. Ita inuidi multis detrahunt, multosque ſpiritualiter occidunt, & accuſant, & in corpore, & in rebus damnificari faciũt, & ſua amittere, de quibus ipſi nullum habent emolumentum, niſi diabolicũ, quia de alieno gaudent malo, ſicut diabolus. Lupi, & Vulpes.

¶Septimo, idem natura oſtendit canum, quia ſicut canis, qui propter ſatietatem panem comedere, uel os rodere non ualet, uel non poteſt, grauatur de hoc, q̃ alteri datur, & quod alteri prodeſt, quod ſibi prodeſſe non poteſt, uel q̃ alteri datur, quod datur ei conferre non vult, vel cuius doni capax non eſt, vel quo uti neſcit. Sic inuidi ſe habent quandoque in his rebus, quarũ habent dominium, ſicut in libris & alijs rebus, quas ipſimet, uel occupare neſciunt, vel de facto non faciunt, nolunt tamẽ, q̃ alij in his proficiant, antequam ipſi mortui fuerint, quando eis grates neſcient. Melius ergo eſſet, q̃ ante mortem dicere poſſent, ſine inuidia cõmunico, & honeſtatem illius non abſcondo. Sapien. 7. 11 Canis.

¶Quandoque in his rebus, quarum

dominum habere non poſſunt, ſicut patet tam in rebus ſpiritualibus, pro quibus aliquando alijs inuident, nec tamē ipſi illas habere poſſunt, uel quia diſtributor Deus eas illis dare nō vult, quia forte non ſunt diſpoſiti, uel quia forte non placet eis tantum dare, nec tamen eis facit iniuriam (ſicut oſtenſum eſt.G.3.16.) uel quia non laborāt, vt illas gratias habeant. In omnibus iſtis caſibus ſpiritualibus inanis eſt, inuidia, qua dolet, ꝙ alius habet quod ipſe habere nō poteſt, qua dolet, ꝙ alius emolumentum habet, quod ipſe non poteſt habere. Et ſtulte quidem qui ſi illas in alio diligeret, gratias ipſas habere (ſicut oſtēſum eſt.C.1.12.) Et ſic charitas ei conferret, ꝙ nec Deus, nec alius modus ei ſine charitate offerre vult, tam in corporalibus. Sicut patet in mul tis, qui ex inuidia & odio dolent, ꝙ religioſi in ciuitatibus, vel locis eorum locum accipiant, & inhabitent, quem tamen ipſi nec poſſident, nec inhabitant, nec aliquam ex illo utilitatem habent. Ex quorum tamen mora aliquam ſaltem ſpiritualem habere poſſent utilitatem. Omnes iſti ſunt de profeſſione legis Fuſij caninæ. Ille enim fuſſus inuentor fuit illius legis, cuius exemplū, ſeu caſus eſt iſte. Quidam habet fontē, quo nō poteſt proprium ortū irrigare, vel non vult, quia non indiget, nec inde aliquam quærit utilitatem, poſſet tamen alteri ualere ſine illius nocumento, ipſe tamen impedit, ne alteri proſit, quod ſibi prodeſſe non poteſt, ad modū canis, ſicut prædictum eſt, à cuius cōditione lex canina uocata eſt inter leges duodecim tabularum, quæ quia iniqua fuit, in alijs legibus correcta, eſt (ſicut patet inſtituti.li.1. de lege fuſia canina tollenda.§.vnico.) Si illa lex inuidia de libris ablata eſt mūdialium. A fortiori ratione, omnis lex inuida, & canina de cordibus auferri deberet fidelium. Et maxime inuidia illa, q̄ ex hoc orit, qđ ꝑdeſt, qđ ei ꝑdeſſe non pōt, illi uero, de ꝙbus dictū eſt.3.e.c.a. ꝑpter aliquā utilitatem, quā quærunt, inuident, iſtis uero dici poteſt illud Iac.4. ad inuidiā, (ſupple) nudam concupiſcitis.

Exemplum.

12

13

14

¶In quo facto tertia pars oſtenditur iſtius articuli, quia in hoc conditionem ſpecialiter ſequuntur dęmonū, qa ſicut inuidet, ꝙ homo, q inferioris eſt naturæ, Cęlum habere deberet, quod tñ ipſe habere non poteſt. Et cū ei ꝑdeſſe non pōt, qđ homini ꝑdeſſe nollet, ita ſuidi, q diaboli ſūt mēbra, ſocij, & diſcipuli.

¶Primum patet, quia ſicut membra naturæ, & Chriſti mutuo ſe diligunt, & de bonis mutuis gaudent. Ita mēbra diaboli mutuo ſibi inuident.

¶Secūndum etiam uidelicet, ꝙ ſocij ſunt diaboli in opere, & participes in lucro, & damno, patet, quia ſicut diabolus inuidet homini, q ad maiora aſcendere vult, ſcilicet, ad gaudia cęleſtia, ad quæ aſcendere nō vult, ita ipſi aſcendēntibus, uel maiora, & rariora attentantibus inuident, nec tamen ipſi talia attentare uolunt. Iterum ſicut diabolus inuidet, ꝙ illi, qui ſunt inferioris naturæ, ſuperiorem locum tenere debeant, ita ipſi (ſicut oſtēſum eſt.C.11.17.) Et ſicut etiam quotidiana docetur experientia, qua uidetur, ꝙ illi qui maiorē obtinēt ſtatum uel maius nomen, inuidēt alijs, qui minorem obtinent gratiam. Sic inuidit Cain fratri ſuo Abel. Sicut Rachel inuidit ſorori ſuę. Gene.30. Et ſic patet, ꝙ ſunt ſocij diaboli in opere. Iterum patet; ꝙ ſunt ſocij in damno & lucro in gaudio & triſtitia, quia ſi diabolus p peccatum vel infortuniū, vel malā mortem gaudenter illum, cui inuidēt, lucratur, ipſi gaudent, quando ipſi eos triſte amittit, dolent, ipſis ſpiritualiter proſperē agentibus ipſi etiam triſtātur. Et ſicut diſcipuli Chriſti dilectione, ita diſcipuli diaboli inuidia cognoſcūtur. Sicut ergo iuſtum eſt, ꝙ mēbra ſint cū capite, & ſocij cum ſocio, & diſcipuli cum magiſtro, ita iuſtū eſt ꝙ inuidi ſint cum diabolo, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Sap.2.

Artic.3.

¶Non ſolum exiam dictis, ſed etiā ex dicendis, inuidorū multiplex oſtenditur ſtultitia.

¶Primo

15 ¶Primo, quia perdit multa, ubi multa lucrari posset, quis stultum non diceret etiam quantum ad mundum, qui sine labore, & cum fidelitate posset multa lucrari, & nollet? si talis apud mundum stultus diceretur, multo stultior apud Deum dicendus est, qui absque labore, & cum fidelitate, & sine damno cuiuscunque posset bona lucrari infinita, & potius eligit bona amittere infinita cum labore, & amaritudine, & sollicitudine, quā propter hoc habet in perdendo. Sed talis est inuidus, quia ipse in libertate tali à Deo positus est, ꝙ potest esse socius in spirituali ecclesiæ mercatione, ut (uidelicet) more mercatorum, qui uno de societate lucrante, omnes lucrantur, particeps & socius sit omnium timētium Deum in lucra, in quorum societate particeps omniū spiritualium bonorum fieri potest, si vult, inter quos multa lucrari potest, hic quantum ad meritum, & infinita, quo ad futurum præmium. Quia charitas omnium bonorum meretur participationē. Vnde August. super Ioan. Tolle inuidiam, & tuum est, quod habeo, tollam inuidiam, & meum est quod habes (sicut patet. C. 1.12.) & hoc sine labore magno, & expensis, quia facile est diligere. Cum ergo talis potius eligat cū labore, & anxietate omnia ista amittere, bene se stultum esse ostendit.

Exemplum.

Exemplum.

¶Quia si ille stultus dicitur, qui ratione caret, inuidus potissime stultus dicitur, quia eius dolor, & cogitatio, & actio multipliciter ratione caret.

Exemplum.

¶Primo, quia contra rationem est, & omnem societatem & humanum intellectum, ꝙ ille, qui in societate constituitur mercatorum, cui lucrum æqualiter cū lucrante, & laborāte cōtiget, de lucro illo (scilicet) socij sui, doleat. Sed

16 sic est in proposito, quia ponatur, ꝙ ille agat mercationes rerum corporalium, vel spiritualiū, & lucretur in gaudēdo lucratis in casu plus, quàm ipse, quia ipse forsitā pecuniā lucrat, tu uero gratię & charitatis lucraris augmētū, & vitę ęternę capacitatē dolēdo vero oīa pdis.

¶Iterum, si de damno (scilicet) corporali, uel spirituali gaudes, dole, quia plus perdis, quia gratiam & charitatē, & animam, & uitam æternam. Sicut ergo cōtra rationē est, ꝙ homo de tot dānis gaudeat, ita contra rationem est, ꝙ de malo gaudeat proximi.

¶Iterum tantum est contra rationem dolor & gaudium inuidi, quantum est contra naturam, ꝙ membrum de bono vel sanitate doleat alterius: mēbri eiusdem corporis, uel de infirmitate & plaga (scilicet) gaudeat.

¶Iterum tales, quantū in eis est, omnem destruunt cōmunitatem, & mundum, quia si omnes alij spiritualiter, & temporaliter perderent, & decrescerēt, & ipsi soli lucrarētur, & crescent; Mundus stare non posset, (sicut dictum est. C. 4.27.) Inuidi ergo patet stultitia ex hoc, ꝙ lucrari refutat, & perdere vult, & mundum destruere, quia sicut qualitates in corpore non concordantes, corpus destruunt infirmitatibus, ita ipsi (quantum in eis est) totum corpus ecclesiæ inuicem inuidentes. Gal. 6.

Exemplum.

17 ¶Secundo idem patet in hoc, ꝙ sibi ipsi nocet prius, ut alteri noceat. Quis stultum non diceret illum, qui ita fortiter se de musca, quæ caput suum morderet, niteretur, uindicare, ꝙ seipsum percutiendo excerebraret, & muscā uel parum, uel nihil læderet, &c.

Exēplū.

¶Iterum quis illum stultum nō diceret, qui uenenum biberet, ut alio, hoc propinaret, qui forsitan illud uitaret.

Exēplū.

¶Iterum quis illū stultū nō diceret, ꝙ gladio ꝓprio seipsum occideret, vel lancea pforaret, ut sup lanceā illā pforatus ad aliū occidendū approximaret.

¶Sic in proposito, primo si musca inferni, peccator eis in aliquo noceat, in tantū se de illo inuidi, uindicare nituntur, ꝙ animam propriam perdunt, & forte ipsi parum uel nihil noccnt.

18 ¶Itē ipsi inuidię ueneno potato, seipsos interimūt, quo forte alijs nō nocēt; Exēplū. Hoc peioris existētes cōditionis qbuscūq; serpētibus, ꝙ uenenū in alios trāsmittūt, quo alijs, & nō sibijpsis nocēt. Vñ

Seneca in quadam epiſtola, uenenum, quod ſerpentes in alienā perniciē fundant, ſine ſua continent, non ita uitiū inuidiæ continetur. Nā ipſum primo torquet, & macerat inuidū, male ergo ſe uindicat, qui bona attenuat, iniurias uero dilatat, & augmentat. Item ſuper lanceam inuidiæ ſemper ſeipſum occidit. 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt de facto ſuipſius, & noluntate alterius, & tamē de facto frequēter alteri non nocet. Contingere quippe poteſt, ꝙ conatus inuidi fratrem non lædat, ꝙ autem ſeipſum lædat, fieri non poteſt. Quo in facto ſignificatum eſt factum Saulis inuidi, quia Dauidi inuidebat, nec audire potuit cantilenas in eius laudem factas. (1 Reg. 18.) qui in gladium proprium irruit. (1. Reg. ult.) qui etiam niſus eſt lancea percutere Dauid, & cōfigere ī parietē. (1. Reg. 19.) quibus tamē factis Dauidi non nocuit, quia ſequitur, lancea, autem caſſo vulnere, perlata eſt in parietem. Gladius uel lancea Saulis inuidia eſt, quæ uaginam ſuam, antequam extrahatur, ſemper ſcindit admodum prolis uiperæ, quæ ſemper antequā palam exeat, matrem in pariendo occidit. Vnde Augu. (ſuper illo Pſal 36. gladius eorum intret in corda ipſorū) qui alteri (inquit) nocere deſiderat, ſimilis eſt ei, q ſeipsū gladio tranſuerberat, ut alterius tunicā ſcindat. Item Caſſiodorus (ſuper illud Pſal. 36. Gladium euaginauerunt pecca tores) gladius peccatorum quilibet dolus eſt, alterius appetens læſionem. Ex iam dictis colligitur, quòd inuidi moderni ſtultiores ſunt, quàm illi antiqui, de quorum uno fertur, ꝙ cum ſibi, & ſocio ſuo cupido, à domino oblatum eſſet, ꝙ ab eo pro diutino ſeruitio, ſalarium, quod uellent, peterent, conditionem adiungens, ꝙ quicquid eſſet à primo petitum, & obtentum, ſecundo duplicaretur. Auarus ergo primo petere noluit, ſed ex cupiditate ſocium expectauit, ut portio ſua duplicaretur, nec inuidus inuidia ductus, ne alterius ereſceret emolumentum, ipſis ſic altercantibus cogitauit inuidus, ꝙ eligeret, ꝙ eius electio alteri commodum non faceret, & elegit, ut unus ei oculus eruerētur, ut alius duos amitteret. De altero fertur, ꝙ ad Imperatorem Fridericum veniens cum fructibus, quos multum dilexit, ingreſſum habere non potuit, niſi ianitori lucri promitteret mediatem. Imperator uero in fructibus illis delectatus, eum coegit, ut aliquid peteret, qui petijt, ut ſibi cōtum ictus dari præciperet, cuius cauſam cum Imperator cognouiſſet, ſuos ictus leuiter, alterius uero grauiter ſolui iuſſit.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

¶Iſtis uero moderni inuidi ſtultiores ſunt, quia iſti unius oculi amiſſionem, & ictus ſuſtinuerūt, ut alij etiam ſuſtinerent. Moderni uero grauiora ſuſtinent damna (ſicut patet ſupra. e. c. 16.) Alijs quandoque nihil ſuſtinentibus, quādoq; uero, & ſi aliquid ſuſtineāt, tā inde plus proficiunt, quàm deficiāt, ita ꝙ inuidi ſuſtinent, ut illi, quibus inuidēt proficiant, licet non intēdant, Deo de illorum inuidia iſtorū ordināte, ꝙ effectum, vnde Petrus Rauēnas dicit quod Iacob, qui in baculo ſuo Iordanem trāſierat, nō redijſſet cum duabus turmis, niſi eum inuidia Eſau agitaſſet. Ioſeph in Ægypto non imperaſſet, niſi fratrū inuidia eum uendidiſſet. Abel quippe eſſe non poteſt, quòd Cain malitia non exercet.

¶Omnibus iſtis uenenum non nocuit, ſicut nec Benedicto (in 2. Dialogorum) nec alteri epiſcopo, de quo beatus Greg. ſcribit in dicto li. qui uenenum ei miſſum, ſine nocumento bibit, qui tamen illud miſit, eodē momento fuit mortuus. Sunt enim de illis, de quibus Marci ultimo. Si mortiferum quid biberint, eis non nocebit, ſicut nec filijs Iſrael, qui ſub Ægyptiorum inuidia, & perſecutione plus creſcebant, & multiplicabantur. Et tamē Ægyptij finaliter ſubmerſi ſunt, qui eos affligebant illudentes eis, atque inuidentes. Exo. 1.

19

¶Cum uero inuidentia fraternæ gratiæ, unum ſit de maximis peccatis, apparet, ꝙ inuidos nō ſolū ſtultitia apud mundum

Ar. 4.

mundum, ſed etiam peccati magnitu-
20 do ſequitur coram Deo. Si autem de maximis ſit peccatorum, ex eius ad alia peccata patet comparatione. Peius nanque uidetur ira, & odio, quia illa or tum habent ex alieno malo, illius (uidelicet) qui offendit, per quam quidem offenſam iraſcētes excuſant' in aliquo, quia omni iraſcenti uidetur ira ſua iuſta. Inuidia uero ex propria malitia, & de Dei bonitate, & largitate, & diuinæ gratiæ multiplicatione, & ex bono oriter alterius, quæ quidem nullam habet excuſationem, ſicut nec aliquem iuſtitiæ habet colorem, quomodo facta ſua iuſtificare poſſit inuidus, qui uellet Dei infinitam arctare bonitatem, dum eum ſibi largum eſſe uellet, & omnibus alijs parcum. In quo deſiderio miſeris aſſi-
Exem- milatur mendicantibus, qui uellent, ꝙ
plum. eleemoſynarius eius largus eſſet, & omnibus alijs parcus, quorum inſaniā reprehendit Chriſtus, dicens, an oculus tuus nequam eſt quia, ego bonus ſum? aut non licet mihi, quod uolo facere.
Exem- Matth. 20. Quod uerbum optime inui
plum. dis conuenit, quia ipſi nequam habent oculum, quia ſicut oculus bene diceret' nequā, ꝙ bētius tenebras, & fęda reſpiceret, quā pulchra: quādo eñ tenebroſa petit & luminoſa fugit, ſignū eſt, ꝙ oculus ille nō eſt bene ſanus, ꝙa oculis ægris odioſa eſt lux, quæ puris eſt amabilis ſm Augu. in confeſ. ſic nequā eſt oculus inuidi. (Eccl. 14.) Qui libentius aſpicit in alijs opera tenebroſa, quàm clara, & pulchra in tenebroſiſque delectatur, in luminoſis uero triſtat' oculus ille inuidū ſcādalizat, & ideo eruendus eſt. Item peiores uidentur cupidis, quia illi multa habentes, quæ care uendere cupiunt de dono Dei i. de bono foro triſtantur, quia eſt lucri eorū impedimentū, iſti uero de dono Dei, quod in alijs uident, triſtant', irrationabilius quia non eſt lucri illorū vt frequenter, impedimētū, ſed magis expedimentū, ſicut uiſtus unius mēbri expedit alteri. Item peiores eſſe uidētur guloſis, & q-buſcūque alij, qui cōtra ſe ipſos, uel cōtra ꝓximū immediate peccāt, ꝙa cōtra Deū, inquātū cōtra eius murmurās donū, quibus ab illis, quibus inuidēt, congrue dici poſſet, quod Moyſes peſſimis dixit Iudæis. Exo. 16. Non contra nos eſt murmur ueſter, ſed contra dñm. Itē peioris ſunt conditionis brutis & crudelibus aīalibus', ꝙa bruta de aliarū nō lętant' malis, ſed magis quādā afflictis oſtēdunt cōpaſſionē, ſicut patet. C. 12. 6. 21

¶Lupi etiam, & ſerpentes nō comedunt aīalia eiuſdē naturæ, nec eis inuidēt, ſed ſocialiter ad illa ſe habent. Feris etiā crudeliorib⁹ (ſm Chriſo. ſuper Io. Hom. 37.) peiores ſunt, quia ille niſi famelicæ uel ꝓuocatę nō lędunt. Furibus etiā, quia illi ꝓpter inopiā furantur, iſti uero de copia triſtantur. Homicidis etiā, quia illi ꝓuocat, occidunt, inuidi uero uoluntarie occidunt, à nullo niſi à propria malitia prouocati.

¶ Poſtremo peiores ſunt ipſis dæmonibus, pro tāto, quia ipſi quodāmodo lætantur, ꝙ alij multas lucrātur animas, & ī hoc mutuo ſe iuuāt (ſicut oſtēſum eſt. A. 14.) Iſti uero de aliorū lucro triſtantur, illudq; impediunt, qui ergo ſibi. i. ꝓximo inuidet, nihil illo nequi⁹ Eccl. 14. Quomodo nequius inuenire poſſet illo, qui oīa prædicta in nequitia Exēplū.
excedit? qui inſuper ita plenus eſt malitia, ſicut uas pōt plenū eſſe liquore, ꝙa ſicut ſignum plenitudinis uaſis eſt, qñ non agitatum à ſuperiore parte liquorem eructat, ita ſignū plenitudinis nequitiæ, & malitiæ inuidiæ eſt, ꝙ in omnibus ſuperioribus ſenſibus, in auribus (uidelicet) libenter aliorum mala, quibus inuider, audiendo, in ore male loquendo, in oculis uero ipſos, quando 22
de illis bona loquuntur, deprimendo, quaſi ſibijpſi iniuria fieret, de hoc, ꝙ alij cōmendant, inuidiæ uenenū à nullo niſi ꝓpria malitia agitatus eructat.

¶Quid ergo dicere prodeſt, uel qualis erit nonnullorum, apud Deūm iuſtificatio dicentiū, quod nō ſunt fures, latrones, homicidę, adulteri, & huiuſmodi, cū ī illis porēs regnet inuidia, vn de Aug. li. 1. de doctrina Chriſtiana, Nō

enim diabolo dicitur, ut damnetur; adulterium commisisti, furtum fecisti, villam rapuisti, sed homini stanti inuidisti. Ex quibus patet uerbis, ꝙ non est alia inuidi, quàm dæmonis excusatio. Inuidiæ ergo peccatum non tantum propter sui magnitudinem, uerum etiam propter multiplicia: quę induxit, & quotidie inducit pericula fugiendum est.

Artic. 5. ¶Fuit enim introductrix, & ostiaria mortis diabolus enim ex inuidia primis parentibus suggerendo, mortem in mundum introduxit Sapiē. 2. Inuidia diaboli, &c. Fuit etiam proditrix Saluatoris, teste Pilato. (Matth. 27.) qui sciebat, ꝙ per inuidiā tradidissent eum.

¶Possessorem etiam suum, seu hospitem depauperat, quia charitas ditat (ut prædictum est) quia meretur omnium bonorum participationem, ita hæc omnia perdit. Qui ergo festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat, ꝙ egestas superueniet ei. Prouer. 28. Item est excæcatrix rationis, & destrutrix fratrū amoris, propter quæ omnia, nec tu inuidus sis, nec comedas cum homine inuido, nec desideres cibos illius, comede, & bibe, dicet tibi, & cor eius non erit tecum. Prouerb. 23. Teipsum ergo, & etiā alium inuidum fuge, exemplo sapientis, qui ait Sapien. 6. Neque cum inuidia tabescēte iter habebo, quoniā talis homo, non erit particeps sapientiæ.

Art. 6. ¶Illis uero, qui ipsos inuidos non aborrent, nec emendant, duplex imminet punitio. Vna temporalis. Alia æterna. Temporalis vero est duplex, una spiritualis, alia corporalis.

Exemplum. ¶Prima ipsum peccatum semper cōcomitatur, & associat, quia sicut cupidus nunquam est sine famem ex latro sine timore, nec infernus sine igne, ita nec inuidus, fornax, & atrium ignis inferni, sine pœna, & tædio, de auditis, de uisis, & de omnibus prosperis ipse torquetur. Et quo patet, ꝙ si aliquod peccatum posset dici iustum, hoc maxime inuidiæ cōueniret, quia auctorē suum nūquā dimittit impunitū, vnde Hugo. Inuidia nihil iustius est, q̄ statim auctorē suum punit, roditque, & excruciat, hanc iustā pœnam inuidis appetit Seneca epistola 17. utinā inuidi oculos haberent in oībus ciuitatibus, ut de omnium felicitatibus torquerentur, nam quantū felicia sunt gaudia, tanti inuidorum sunt gemitus. Nunquam ergo inuidos melius torquebis, quàm uirtuti gloriæque seruiendo, & alios commendando. Quia dicit Prosper. li. 3. de vicijs, & uirtutibus, & tantos inuidus habet iustę pœnæ tortores, quātos alius habet laudatores, hoc nanque facit inuido aliorum laudatio, quod facit porcario apotecæ odoratio.

¶Secunda temporalis, & corporalis inuidorum pœna ipsum inuidiæ peccatum sequitur, quādo à Deo, qui de ipso mirabiles quandoq; accipit uindictas, morte deijcient corporali, alijs, qui (in Psal. 118.) dicunt, me expectauerūt peccatores, ut perderent me: illæsis euadentibus, ipsis Caldęis succensis, (Dan. 3.) Et de ipso etiam Daniele Leonum eua dēte, ipsis inuidis accusantibus (scilicet) à Leonibus deuoratis. Dan. 6. & 14. Sic inuidi, qui more latronum, & homicidarum, tempus expectant, & occasiones quærunt nocēdi. Et ideo more latronū morte plectendi sunt à Deo. Cuius punitionis iustitia ex lege elicitur ciuili, in digesto nouo. li. 5. titu. de arboribus cedendis. l. ait prætor. Cuius legis casus talis est, ponamus, arbor uicini ita impēdet sup ędes, uel hortū alterius, ꝙ ex illa arbore verisimiliter imminet ruina domib⁹ alteri⁹, uel eius umbra agro ui cini nocet. In primo casu, si ipse, cui⁹ est arbor, eā nō vult adimere, lex dat auctoritatē illi, cui nocet, ipsā radicitus adimēdi (sicut patet. §. hoc interdictū.) In secundo casu si possessor arboris nō vult ramos p̄scindere, lex auctoritatē dat illi, cui nocet, ipsos scindēdi, si vltra q̄ndecī pedes ascēdāt, sicut patet. §. ꝙ ait p̄tor, cui⁹. §. tenor est iste. Qđ aūt p̄tor, & lex tabularū efficere uoluit, ut quindecim pedes alicuius, rami arboris circūcidantur, & hoc idcirco effectum est, ne umbra

Exēplū.

Exemplum.

bra arboris uicino prædio noceret. Cuius causa in glosa tangitur, quia, uidelicet, licet solum usque ad cœlum tuum sit, tamen ne in illo arbor uel ꝯ dicium fiat in meum damnum, amouere potero.

26 ¶Applicatio istorum patet, quia inuidus se habet ad modum arboris uenenosę, & vmbrosæ, de qua dictū est. A 25. 23. Quia sicut arbor illa in altum ascendit, & vmbra sua inferiora, & ꝓpinqua obumbrat, & ne ascendant, impedit ita inuidi in altum ascendere nituntur, & omnes alios obumbrare, & obscurare, suisq; venenosis factis, omnib⁹ uicinis nocere nituntur, iustè igitur tutor pupillorum, scilicet, Christus qui potest agere ī causa pupilli, scilicet, ꝙ posset adultus in causa propria, auctoritate legis contra inuidum, cui dicitur in Psal. 51. Dilexisti omnia uerba præcipitationis, ex quibus, scilicet, damnum imminet proximo, ramis spoliabit: Ramos nanq; præscindit, & ne in altum ascēdant, impedit, quando gratias, propter quas singulariter abundat, alias inuidet, uel officia, uel potentiam nocendi ab eo aufert, vt in eo, in quo peccat, puniatur, & finaliter ī morte ipsum radicitus extirpabit, & hoc est, quod sequitur in Psal. propterea Deus destruet te in finē, euellet te, &c. qua eradicata in ignem mittetur, sicut arbor, quæ non facit fructum bonum. (Matth. 8.) Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, & arbor circumstās primo impedit, ipsa ꝓcisa, crescet, & ostendet, sicut patet per historiā, in qua continetur de quodam inuido, qui inueni cuidam inuidit, quòd tantam habuit gratiam coram domino, cui ambo seruierunt, qui puerum informauit, ꝙ quando domino suo ciphum porrigeret, ab illo faciem diuerteret, qui anhelitum habuit fœtidum, domino uero dixit, quòd ideo faciem ab eo diuertit, quia dixerat domini anhelitum abominabilem; pro quo domino suasit, quòd carbonarijs in nemore nocte præcedēti præciperet, quòd primum ī crastino de domo illa ad eos ueniētem in ignē proijcerēt, & ꝙ in crastino mane iuuenē illuc mitteret, ꝙ cum factum esset, ut estinauit inuidus uidere, quo iuuenē fociderent, quo tamē ecclesiā quandā, iuxta quā transibat intrante, ut missam audiret, inuidus illum præuenit, quem licet remittentem, & reclamantem, & dicentem, quia sum ego, ad ignem traxerunt, dicentes, festina obedire domini nostri mandatis t Ecce arbor, quæ 27
dum in alterius pendebat ruinam, præcisa, & in ignem, proiecta est, more p̄dictorum Babyloniorum (in lib. Danielis) & more Aman (Hester 7.) de quolibet dicere potest, illud Iob. 5. paruulum, scilicet, sensu occidit inuidia: Quo occiso arbor uicina, quę prius impediebatur, liberata est, iuxta illud Prouerb. 11. Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius inuidus, scilicet, pro eo, & non solum liberatur, sed etiā in altum crescet, sicut patet de Mardocheo, & Daniele, quia inuidus mortuis, facti fuerūt magni in regnis illis Assueri, & Nabuchodonosor, & Darij, sic etiā inuidia quodāmodo Achitofel ad mortem adduxit, quando dolens, ꝙ chusi consilium, præferebatur, seipsum suspēdit. (2. Reg. 17.) Quod uero prædictū est de glo. quæ dicit, ꝙ licet solum possessoris sit usque ad cœlum, & licite in eo ædificare posset, non tamen in alterius nocumentum, nisi solum cōtra inuidos, qui in solo suo ædificare licitæ possunt ædificia virtutum, absque hoc tamen, ꝙ alijs inuideant, verum etiam contra illos applicari potest de quibus dictum est. F. 2. 8. leges etiam ibi adductæ, ad istud ualent propositum.

Exemplum.

¶In omnibus istis ergo exemplis, & 28
scripturis ostenditur, ꝙ inuidi sunt, sicut apes, q̄ alios pungentes plus sibijpsis nocēt, ga amisso aculeo ī utiles sūt, & occidūtur. Sic isti declinauerunt, inutiles facti sunt, & in iudicio occidētur. Exēplū.

¶ Et sicut ceci, qui alijs foueas fodiunt, in quibus ipsi cadunt: faciliter enim contingere potest, quòd puteum fodiens in ipsum cadat, ubi videns Exemplum.

iter

iter pariter euadit. Sic in omnibus prædictis iſtis exemplis, quibus illorum lacum aperuit (ſicut ad literam patet de Chaldeis, qui Danieli lacum aperuerũt leonum) & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit (in Pſal. 7.) Et ſicut milui qui dum pullis inſidiantur, capiuntur, & pulli ſaluantur, ſic in inſidijs ſuis capientur iniqui (Prouer. 11.) recte, ſcilicet, dum alijs minantur, & inſidiantur, quia ſubito ueniet ira illius in tempore uindictæ (id eſt) dum inuidus uindictã quærit diſperdet te Deus ſcilicet, Eccleſi. 5. Et illi quibus tot minæ fiunt, & inſidiæ, liberabuntur, ſicut populus Dei, quibus Anthiochus Rex multa minatus fuit (1. Mach. 6.) quia Deus non affliget animam iuſti, & inſidias impiorum ſubuertet: Prouerb. 10.

Exemplum.

29 ¶Sed forte cogitabunt inuidi, quòd illi, quibus inſidiantur, non ſẽper ſic immunes (ut dictum eſt) euadunt, qa & hoc etiam aliquando uiſum eſt, ꝙ ex inuidorum inſidijs, & accuſationibus nonnulli plurima patiantur dãna: quia ſpoliantur, incarcerantur, quandoque etiam per inuidos morti tradũtur.

¶Quibus reſpondetur, quòd frequẽter accidit, quòd illi, qui ex inuidia accuſantur, & perſecutiones ſuſtinent inuidorum, nõ ſunt omnino à culpa, quę eis imponitur uel conſimili, uel forte maiori immunes. Et ideo Deus eos iuſte pati permittit, nec tamen inuidi, qui illos inuidię perſequuntur intentione immunes ſunt à culpa, nec pœnas eis debitas euadent: Quia licet uerum ſit, quod dicunt, intentionem tamen malam Deus puniet: Vnde aliquotiens accidit de ſic accuſantibus, & accuſatis, domino uel ſuperiori, cui accuſantur, ſicut fabulæ ferunt, accidiſſe de vulpe, lupo, & paſtore, vulpes uero lupo inſidiãdo, ipſum apud paſtorem accuſauit de animalium occiſione, docuitq; ꝙ illũ inuenire, & capere poſſet, quo capto uoldes feſtina antrũ intrauit lupi, eiuſque prædam ſola gaudenter comedere incepit, paſtor uero ab his delatoribus hoc audiens, intelligensq;, quòd non

Fabula de lupo, vulpe & paſtore.

ꝓpter amorem, quem ad eum habuit, ſed magis ex inuidia ludũ ei tradidiſſet, vulpi in antro ſuperueniens, ipſam quoque accepit, & pelle ſicut lupũ ſpoliauit, quòd cũ ſentiret, ſic locuta fuiſſe dr, cur nocui, nocet ẽt mihi nocuiſſe, nociuo iure cado, cuius cõcidit arte lupus, alterius dãnis in ſua damna redit.

¶Sic frequenter accidit de duobus malis, quorum vnus alterum apud ſuperiores ex odio, & inuidia accuſat, & ſua amittere, & incarcerari facit: Quo tribulato, & pelle exterioris ſubſtantiæ ſpoliatro, antrum illius ſpoliati id eſt officium ſcilicet donis præcedentibus intrat, in quo incipit quaſi ſolus patriam ducere, & gaudenter accipere munera, & diuidere ſpolia, ſcilicet ſubito, & inopinate rota fortunæ ſe uertente, ille ſuperior, qui libenter illius inuidas audiuit querelas, per quas lucrari potuit: ita libenter alios audiet, querantes contra vulpem illam, ut etiam ab iſta iterum lucrari poſſit, ſicut prius à lupo capto lucrabat: Et ſic ſicut lupi prius, ita vulpes poſtmodum tradentur in manus gladij, partes vulpiũ erunt (in Pſ. 62.) Sequitur rex uero lętabitur, ſcilicet, qũ prædam habuit vnius, & alterius: ſicut exultant victores, capta præda. Iſa. 9. Et tamẽ tales eſt pũcto per legẽ. R. 15. Et ſic in iſtis duobus prædictis uerificatur illud Eccleſiaſtes 9. Amor quantum ad illum ex amore, quem ad ſuperiorem ſnum ſe habere prætendit, quando aliũ accuſat, Et odium atque inuidiæ, quæ ſcilicet adinuicem habent, qui accuſant & accuſantur, ſimul perierunt, nec habent partem de præda ſua, ſcilicet, illa, quam ex mutua committunt inuidia, & accuſatione, quia dominus habet totum: Et nota, ꝙ modus iſte prædictus multum regnat in Italia: Et non ſolũ pœna temporali (ut dictum eſt) inuidos aſſociante, & conſequente, uerum etiam pœna æterna puniendi ſunt in inferno poſiti, qui locus eis debetur triplici conuenientia, viſionis, uidelicet, voluntatis, & religionis. 30

¶Primum patet ex prædictis, prædictum

ctum enim est, supra c.c.20. quòd oculi inuidi sunt infirmi, & indispositi, talibus ergo locus conuenientior est tenebrosus, & specialiter, quia excęcati sunt à lumine ergo congruum uidetur, ꝙ ad tenebras mittantur exteriores pœnarum, qui tenebras habēt interiores culparum: Mittite enim in tenebras exteriores. (Matth 22.) Et ratio bona hoc exigit quia si operas luminosa, & prospera infirmitatem causabant oculorū, inuidi nullo modo in cœlo sanari possent, ubi maius est lumen, & prosperitas, atque fœlicitas abundantior: Cum ergo contraria contrarijs curentur, iustum uidetur, quòd ille, qui in lumine infirmitatem cōtraxit, ibi ponatur, ubi nullum est lumen, uel prosperitas, de quibus infirmitatē suā augere posset: Sicut ergo Aquila pullos de nido eijcere dicitur, qui solem in sua rota intueri non possunt, ita Deus in iudicio de nido, scilicet, cœli eijciet, quia non potuit uidere lucernā, donec extingueretur. (1.Reg.3.) donec esset in miseria, uel aliquo infortunio, nec eum libenter uidit, cui inuidebat, nec de eo libenter audiuit.

Exemplum.

31 ¶Secundum etiam patet, quia uoluntas inuidorum talis est dispositionis, ꝙ de aliorum prosperitate siue pœna nō audit. Si ergo in cœlo essent, ubi maxima est aliorum fœlicitas, maximam haberent pœnam, sed in cœlo pœna esse non potest, ergo nec inuidus.

¶Tertium insuper patet, quia cum sint de religione ipsius Luciferi, qui uoluit nimis singulariter uideri, sicut patet, per hoc, ꝙ dicit Isa.14. Ascendam in cœlum, &c. iustum est, quòd ibi sint, ubi, & ipse est, qui, licet plures in ordine suo habeat inuidos, tamē in ordine suo habeat proprietarios, sicut Christus in ordinibus, suis habet uoluntariæ paupertes, nihil habētes proprium, quia sicut isti omnia uolunt esse communia, singulum dicentes, sine inuidia communico. (Sapien.7.) ita inuidi illa, in quibus singulariter uideri uellēt, eis appropriare nituntur, ergo iustum uidetur, quòd à Christi religione exclusi cum Lucifero magistro suo æternaliter in claustro suo uiuant, hāc nō meā, sed Apostoli credant esse sententiam. (Gal.5.) qui enumeratis operibus carnis, quæ sunt fornicatio, inuidia, &c. & infra inimicitiæ, dissentiones, inuidiæ, homicidia, ebrietates, & similia, quæ ꝓdicto uobis, sicut prędixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequētur, & hæc est redditio malitiæ illius. (Eccles.14.) scilicet inuidi, de quo adliteram dicitur.

¶Tales ergo, quorum inuidia hic non permittit aliquos esse superiores, qui in die iudicij uidebunt omnes esse superiores, pulchre repræhēdit Chrisostō. super Ioan. Homel.47. dicens, quare non inuident, quòd alij saluantur, & ipsi stant extra.

¶Qui ergo semper media quærunt, & remedia quomodo superiores esse possunt, In isto pūcto triplex remediū quærere deberent, ad hoc ut tunc superiores esse possent, rationalis, uidelicet cogitationis, mūdi reuolutionis, & humilis operationis. Artic.7.

¶Quantum ad primum triplex est rationalis cogitatio ab inuidia retrahēs, Vna inuidiæ pœnalitas, & amaritudo, & omnia mala, quæ ipsam (ut dictū est) committantur, & subsequuntur: Alia, quòd sumus, uel esse deberemus, membra unius corporis mystici Christi, & ecclesiæ, Tertia, quòd in Cęlo quibus gaudebit de bono alterius, Et præsumptio est, quòd illi qui hīc de bono gaudent aliorum, quòd ibi etiam gaudebuntur, sicut præsumptio est, quòd ille, qui accipit arram plenam, postmodum accipiat solutionem & econuerso, ꝙ illi, qui arram refutant de bono non gaudentes aliorum, præsumendum est, ꝙ plenā carebunt solutione: Sic ergo nunc cogita, ne tunc inuidia contaminatus erubescas. Eccles.31. 32

¶Secūdo ab hac retrahere debet mūdi mutabilis reuolutio, in qua uidemus, quòd ille, qui alteri inuidet, uel tēpus nocendi expectat, quia in aliquo 33

videtur

uidetur ſibi cõtrarius; uel quia ei prius nocuit pro tunc reputat ſe habere fortunam inferiorem, uel non aptam, ſeu deſideratam, aliter ꝙ animo concepit, opere perficeret; quando ergo rota fortunæ ſe uertẽte ad fortiorem peruenit fortunam, in qua ſe uindicare poterit; ab illa uindicta linguã, & manum retrahat cogitatio mũdi fortunæ cogitando, quòd ſicut ipſe in fortuna debiliori tempus expectauit nocẽdi & inuenit: ita alius ſi ſibi nemo nocuerit, uel ſup plantauerit tempus expectabit nocẽdi illi & forte inueniet: quia licet unda nunc ſit depreſſa iterum ſurget: ſicut unda ſua aliquãdo depreſſa iterum eleuabatur. Melius ergo eſſet principijs obſtare, q̃ mutuis inuidijs ſe deſtruere per uerborum pugnas inutiles: ex quibus oriuntur inuidię contentiones, &c. i. ad Thimo. 6.

Exemplum.

34 Tertium patet per decretum, quod dicit, ꝙ inuidia curatur per ſuũ contrarium, per humilitatis uidelicet, exercitium humilioribus ſeruiendo, de pę. di. 2. c. 1. Simus ergo deponentes omnem maliciam, & omnem dolum & inuidiã & ſimulationes & detractiones. 1. Pe. 2.

¶ Ipocriſis. Cap. VII.

Ad Lectorem.

Satius ſanè, & concinnius caput iſtud ad calcem litteræ ſeu aſpirationis. H. apponendum fuerat (cũ Hypocriſis aptius ſcribi debeat) ne Ortographicam grãmaticorũ eruditionem atque inſtitutionem paruipendere, & aſpernari ynquã uideamur; uerùm quia cùm typographorum in curia, tùm aliorum imprudentia prætermiſſum fuit; nobis huic loco appendere non inconſulto viſum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Ipocritæ ſtellis cadentibus, & Pumice comparari poſſunt.*

2 *Eoſdem Ipocritas mortuorum monumentis, & eorum imaginibus aſſimilari non inepte oſtenditur.*

3 *Itidem Sodomorum fructibus, ſeu malis, ſpeculo conſciſſo, & rupto: Domui tantum exterius plures cruces depictas habenti, Defunctorum ſimulacris ſuper obſeſſæ ciuitatis mœnia collocatis, ut maior, & affluentior bellatorum numerus eſſe uideatur; Auricalco; codici fallaci, & falſo, & tandem cortici ſine medulla; nefarij hypocritæ non iniuriæ conferri debent.*

4 *Ipocritis omnibus Aſini, Simiæ, Oboris, ac Struthionis conditionem eſſe, non inuenuſtè innoteſcit.*

5 *Ipocritæ inferorum lupi paſſim nocitantur, & etiam Cicindelæ, ſeu noctiluca.*

6 *Belua cuidam, quam meſtitam, et tectam Regis noſtibus Eleazari uidere uidebatur, & Regem eſſe ſibi perſuadebat, ipocritæ merito aſſimilantur.*

7 *Miluis ſc ductoribus, & Furibus, ac cuidam uitæ obſcæno, philoſophi tamen habitum induentiæ falſiſq; ſermis, ac nummis ſimiles exiſtunt.*

8 *Ipocritam quemcunque tùm ſibimet, tùm alijs nequam, ac infeſtum fore clariſſimè liquet.*

9 *Ipocritam inimicum fictum, ac ſimulatum, atque occultum eſſe exemplis pluribus eruditè ſignificatur.*

10 *Rationibus, & exemplis nos inſtruimur; quomodo intelligi debet ea ſententia, quod omnes prælati eſſe debent ipocritæ, quia abominandum exemplum cæteris non præſtarent.*

11 *Pœna quidem iuſta, certa & inexoſabilis, qua in ipocritas flagitioſos Deus æquiſſimè animaduertet, non inerudiè expromitur.*

Ipocritarum. Primo, oſtẽdentur cõditiones, & ſimilitudines, Secundo periculũ. Tertio, pœna.

Artic. 1. Quãtũ ad primũ, ī malis triũ ſequũtur cõditiones, & ſimilitudines rerũ, uideli cet, inanimatarũ, brutarũ, & ſeductarũ.

1 ¶Quantum ad res inanimatas, primo conditionem habent, & ſimilitudinem ſtellarum cadẽtium, quæ in libro Exẽplũ. Metheororum, aſſub uocantur, iſtis in duobus aſſimilantur.

¶Primo, quia uidetur ī cœlo de numero eſſe aliarum ſtellarum, & non ſunt, ſed ſunt inferius in aere in ſuperiori parte, ab igne, ad quem multum appropinquant, in flammãte. Ita hypocritæ uidentur hominibus adæquari cœleſtibus, conuerſationem mendaciter in cœlo ſe habere fingunt, in hypocriſi loquentiũ mendacium. 1. Thi. 4.

¶Secundo, quia ſicut lumen illarum eſt breue, quia cito cadunt, ita gaudiũ hypocritæ ad inſtar puncti. (Iob 20.) Non cuiuſcunque puncti, ſed puncti, qui ſub litera ponitur. Pro quo eſt ad- Exẽplũ. uertendum, quòd punctus ſupra litera poſitus, ipſam ſignificare, & plus ualere facit, Punctus uero ſub litera poſitus ipſam literam damnat, & deſtruit, & nihil ſignificare, facit: Sic gaudium bonoſũ quod eſt, de cœleſtibus, & ſupra nos, bonorum ſignificat ſalutem, quia gaudiũ de illis, in uia eſt, quaſi arra de illis habendis in patria (ſicut dictũ eſt. I. 6. 31. Gaudium uero hypocritarum, & quorumcunque malorum, qui de terrenis, & inferioribus principaliter gaudent, eos hic à Deo derelinqui facit. Iſa. 54. Ad punctum ī modico dereliqui te, & in futuro damnari, quando in puncto Exem- ad inferna deſcendunt. (Iob. 21.) Male ergo punctum commutant ſuperioribus ad inferiora, cũ lepicard. domus, in qua proponebatur, tali nomine uocata fuiſſe fertur, in cuius porta ſcriptum fuerat tẽpore ꝓdeceſſorũ ſuorũ porta patẽs eſto, nulli claudaris honeſto, pũcto uero ibi poſito, domus ī oĩbus abũdauit, qa ab oĩbus, diligebatur, & à Deo tuebarur (ſicut illa. E. 3. 41.) Gabardus uero punctum mutauit, illũ ponendo poſtnulli, quo facto, domo ad miſerias, & paupertates ex Dei derelictione, & multorũ perſecutione, cadente, à ſuperiori ſuo tanquàm indignus de domo eijciebatur: Sic hypocrita, q punctũ ut dictũ eſt, mutat, de domo Dei eijcietur; & hac de eã ſpes hypocritę pibit. Iob. 8.

¶Secundo ſimilitudinẽ & conditionem habẽt cum tumulis mortuorum, ſeu cum imaginibus ſuper tumulos illas in duobus punctis.

¶Primo, ſicut ille qui facit imagines 3 illas, exterius operari incipit, illasque Exem- partes plus ornat, & non dat unam in- plum. terius, neq multum de interiori curat decore natura uero, quæ hominem ꝓducit viuũ, eo ꝓuerſo interius incipit, à corde, illisq; partibus uitã ĩfluit, & ornare, & ſaluare plus nititur. Sic hypocrita (de quo in Pſ. 38. In imagine pertrãſit homo. Chypocrita) imaginem facit artificialem exterius, & in apparentia pulchra, interius uero, & in occulto putridã: Quærenti ergo quare ſic faciunt, melius, uel uerius reſpondere nõ poſſent, quàm ſicut reſpondiſſe dr quidã Exem- pictor, qui pulcherrimas fecit imagi- plum. nes, & turpes habuit filios, de quo cũ ſibi loqueretur, dixit non eſſe mirabile, qa pinxit de die, & finxit de nocte. Ita iſti de die. i. in hoĩum oſtẽſione imagines pulcherrimæ pingunt cõuerſationis, ſed in occulto cõmittunt ſpurciſſima quãq;: Boni uero eõuerſo, plus nitũt uita, & ornatũ ſpũalẽ interiori hõi dare, ꝓductionẽ uaturę rõnẽ ſequẽtes: Qñ ergo iſtos, tãquã bonos operarios, ꝓ mercede habẽda uocabit illis tanq̃ irrõnabilib⁹, & in naturalib⁹ operarijs dicet, uæ uobis phariſei, hypocritę, q mũdatis, qđ exteri⁹ eſt, calicis, et paropſidis. (Matth. 23.) Rationabilius eſſet, ꝙ calix, de quo Deo propinare deberent, orationum, & cęterorum bonorum, & operũ procula interius mũdaret, aliter eĩm poculũ ã recipit: ſicut patet. C. 6. 3.

¶Secun-

Digitized by Google

3 ¶Secundo, quia sepulchra illa sunt pulchra exterius, interius uero plena squaloribus, ita isti, de quibus saluator (Matth 23.) ve, uobis Pharisei hypocritę, qa similes estis sepulchris de albatis.

¶Tertio pomis assimilatur sodomorum, quæ exterius pulchra esse dicuntur, interius uero plena sunt cineribus, sic cōgregatio hypocritę sterilis. Iob 11.

Exemplum. ¶Quarto conditionem sequuntur speculi fracti, in quo duæ apparēt imagines, sic isti in occulto ostendunt imaginem dissolutam, in aperto vero sunt, sicut hypocritæ tristes. Matth. 6.

Exemplum. ¶Quinto domini assimilantur, quæ interius forte nullam habet crucē, sed multas sordes, sed exterius crucis imprimuntur multæ (ne transeuntes super illam vrinent) sed propter cruces domum illam quodammodo in reuerentia habeant: Non sic tamen in omni tēplo, uel ecclesia, quia ibi pulchriores sunt cruces interius, utpotè deauratæ, quam exterius. In qua ergo domo videritis cruces, tantummodo extra certissimum est signum, quòd non est tēplum Dei, ita hypocritæ, quia nullā crucē pœnitentiæ, uel saltem minus, quam possunt, habent interius, exterius cruces multas fingunt pœnitentiæ, ne ab hominibus contemnantur, sed ut sub hoc malitiæ uel aminæ, ab hōibus honorentur, & quod affectant acquirant, salutationes, uidelicet, ī foro, & primos recubitus in cœnis, & uocari ab hominibus rabbi. (Matth. 23.) & audire, rabbi manduca. (Ioan 4.) Sed reuera Cū cruces solum habent exterius, certissime ostendunt, se templum non esse Dei, de quibus (Matth. 23.) pleni estis hyppocrisi, & iniquitate.

Exemplum. ¶Sexto sunt statuæ mortuæ sup muros positæ ciuitatis obsessæ, quando in ecclesiæ ponuntur regimine, quia sicut statuis illis positis, maior uidetur, & non est, bellatorum numerus, ita istis inter alios positis, multiplicasti gentē, sed non magnificasti lætitiam. Isa. 9.

Exēplū. ¶Septimo auricalco assimilantur, & patæ.

¶ Octauo sunt quasi libri falsi, sicut ostensum, est Cor. 7. 19. & 20. & 1. 5. 8.

¶Nono, cortex sunt sine medulla, sicut patet. C. 13. 7.

¶In natura uero animata. Primo asini sunt diaboli, quia sicut asini propter 4
variam gloriam, & laudem, & lucrum Exēplū.
multum laborant, & facilitèr pascūtur, vento, uidelicet, uanæ gloriæ: Aliis tamen asinis peioris sunt conditionis, quia asini despecti, uel pauperem ducentes uitam, non multum dolent, sed patienter quodammodo sustinēt, hypocritę uero secundum Bernard. uolunt esse humiles sine despectu, pauperes sine defectu, bene uestiri, sine sollicitudine, delicatè nutriri, sine labore, alijs adulantes, alijs detrahentes.

¶Secundo simiæ diaboli, quia cum Exemplum.
non sint filij Dei ad modum simiarū se facere fingūt in omnibus uirtutibus, exceptā charitate, quicquid filios Dei facere uident, sicut ex auctoritate patet. Chriso. quæ habetur. D. 9. 17.

¶Tertio sunt cigni inferni, quia si- Cigni.
cut cignus plumas habet albas, sed cor Exēplū.
nes dicitur habere nigras, ita &c. Et iō sicut Cignus depositā pluma ad ignem ponitur, ita ipsi ad ignem inferni cum illo, de quo Matth. 24. partēq; eius ponet hypocritis.

¶ Quarto strutionis habent condi- Strutionis.
tionem, quia sicut strutio pennas habet, sed non in altum uolat, ita tales si- Exēplū.
militudinem habent auium, & cōtemplatiuorum, quasi ad cęlum volare uellent, & tamen non volabunt, quia pennæ strutionis similis est. (Iob. 29.) sup ple illorum contemplationi, & conuersationi.

¶Quinto, lupi sunt infernales in ue 5
stimentis ouium, de quibus saluator, Exēplū.
uenient ad uos, &c. Bernard. erede mihi sub habitu religionis inuenies cor peruersum: Sicut ergo lupus, quando vestitur pelle ouina, ouis est mortua, & lupus uiuit, cuius signum, nō expelle, sed ex operibus haberi pōt, ita ī hypocritis uita ouina nulla est, sed supina, cuius rei certitudinem non à uerbis,

nec

nec ab exterioribus operibus habere poteritis, ſicut arboris naturam à folijs, ſed à fructibus eorũ cognoſcetis eos, quia (teſte decreto) licet corporaliter, ut homines, uiuant, tamen ſpiritualiter ſunt mortui. 12. q. 1. nolo.

Exemplum. Noctilucæ.

¶Sexto ſunt noctilucæ, quæ in nocte huius ſeculi lucere uidentur, ſed in die alterius ſeculi turpiſſimi apparebunt, pluſquã de turpitudine ſua erubeſcunt, maioriq́ opprobrio, & deriſione, & omnium admiratione digni ſunt, & erunt, quàm illi, qui fuerunt aperte mali: ſi quidẽ, quòd minus opinatur, plus uiſum admiratur. Quid ergo eis prodeſt hic ad breue tempus turpitudinẽ ſuam abſcondere, ſuper quos, in die iudicij totus mũdus admirabitur, ne ergo fueris, hypocrita in conſpectu hominum, Eccleſi. 1.

6 Exemplum.

¶Septimo beſtię aſſimilantur, de qua habetur. 1. Macha. 5. quòd Eleazar uidit beſtiam loricatam loricis regis, credidit regem ibi eſſe, & tamen in ueritate ibi non erat. Sic nonnulli uidẽtes alios veſtitos veſte clericali, uel religioſa, armisq́ ſummi regis, humilitatis, uidelicet, & bonæ uitæ, credunt in armis illis, tanquàm in bonis uiris Deum per ſapientiam, & uirtuoſam uitam inhabitantem uitam inuenire. Sed ſecurius, & diligentius uitam illorum palpantes, inueniunt beſtiam, id eſt hominem beſtialiter uiuentem, uel ſtatuam uita ſpirituali uirtutibus & ſcientia carentem:

Exemplum.

Sicut ſerui Saul credentẽ inuenire Dauid in lecto, inuenerunt ſtatuam cooperram pellibus. (1. Reg. 19.) Et ſicut diſcipuli Chri credentes inuenire Chriſtum in ſepulchro, non inuenerunt, niſi ſudarium. (Ioan. 20.) id eſt, quoddã Chriſti ueſtimentum. Et ſicut Iacob inuenit tunicam filij, ſed non filium. (Gen. 37.) Ita credens, & quęrens, inuenire hominem, ſicut apparet, ſapientem, & ſanctum & bonum Chriſtianũ in fine, dicet, quòd ſolum inuenit ſudarium, uel pelles, ad beſtiam, cui congrue debere poterit, ſicut dixiſſe fertur quidam, qui aulam cuiuſdam nobilis intrans, uidensq́ ſimiam ſerico filiorũ ueſtitum, quia dorſum ad eũ habebat, filium credidit eſſe domini, cui cum reuerentia, qua debuit loqueretur, inuenit eſſe ſimiam ſuper eum cachinantẽ, cui ille maledicaris (inquit) credidi, q̃ fuiſſes iankyn filius domini mei. Ita in propoſito uidens hypocritas eſſe ueſtitos eiſdem humilitatis, & religionis uestibus, quibus uere filij Dei ueſtiuntur, credunt eos filios eſſe Dei: ſed propinquius accedentes, & fodientes parietẽ, abominationes maiores, quã in ſimia, cachinosq́ inordinatæ conuerſationis in his, qui mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem corporalis imaginis hominis, & uolucrum, & quadrupedum. (Rom. 1.) de quibus cõqueritur Deus, Hiere. 2. dicens, populus meus mutauit gloriam ſuam in idolum, de quorum quilibet dici poteſt, quòd eſt tantummodo habitu inuentus, ut homo. Quomodo ergo uerã Chriſtianorũ gloriam, quę eſſe deberet interius de uita bona, & conſciẽtia teſtimonio, mutauerunt in ſimilitudinẽ quadrupedum, multis oſtẽſum eſt exẽplis, tam in his, quæ dicta ſunt in iſto capitulo, quàm in h. 6. 1. ubi oſtenſum 7 eſt, quòd vulpium etiam habent ſimilitudinem, Quomodo autem in uolucrũ transformarent ſimilitudinem, patet A 2 5. 15. ubi oſtenſum eſt, q̃ miluí gerunt ſimilitudinem. Quomodo uero mutauerunt gloriam illam in ſimilitudinẽ hominis corporalis, id eſt, quomodo ſimilitudinem tenent, & ſeductorum ſequuntur conditionem, patet. 1. Ioſuæ. 9. In dolo Gabaonitarum, quo exterũs ſimplicitatem, qua multos deceperunt, fixerunt, ſed mens duplicitatem habuerunt.

¶Secundo furibus aſſimilantur, qui de piſcibus, & aliis rebus mediam partem, uel interiora, quæ minus apporẽr, furantur, ita iſti eor à Deo, & hominibus furantur, & animam interius ſpoliant, & nudam dimittunt.

¶Tertio, illius ſequũtur conditionẽ de quo refert Agellius lib. 12. Atheniẽſium, Exemplum.

ſium, ꝙ cū turpis uitæ eſſet habitu tñ philoſophi utebatur, philoſophi (inquit) pallio utebatur, in ſignum uenerationis. Comam nutriebat in ſignum virilis maturitatis. Anulo, & uirga in ſignum magiſtralis dignitatis, & regiminis (ſicut dicitur. 3. policraticon. c. 9.) Talis ergo habitu tãtum philoſophus, (ſecundùm prędictũ Agellium) uenit ad Herodem, conſularem, & petijt ab eo denarios ſibi dari, at ille interrogauit, quis eſſet, at ille vultu, ſonituq; abiurgatorio philoſophum ſe eſſe dixit, mirati quoque ſe addidit, cur quærendum putaret, cum uideret, cui alius uideo (inquit) barbam, & pallũ, ſed philoſophum nondum uideo: Tunc circũſtantes dixerunt illum hominem eſſe erraticum, nullaque re dignum, & niſi accipiat, quod petit conuicio ſolitũ reprehendere. Tunc Herodes, demus, ait, aliquid æris huic, tanquàm homines non tanquàm homini, & iuſſit ei dare precium panis triginta dierum.

¶Quarto hiſtoriam ad propoſitum inuenies. H. 6. 2.

¶ Quinto conditionem ſequuntur illius mulieris, de qua habet. G. S. 2. 39.

¶Sexto, conditionem habent falſorũ nunciorũ, qui arma portant illorum, quibus non ſeruiunt.

¶Septimo, & ultimo angeli ſunt ſatanæ, qui transfigurat ſe in angelũ lucis, cum in rei ueritate angelus ſit tenebrarum. 2. Cor. 11.

8 ¶Conditiones ergo prędictas intuenti patet, quòd omnis hypocrita neque. (Iſa. 9.) Non ſolum ſibijpſi, quem peccando, deſtruit, omnium prædictorum ſequendo conditionem, ſed etiam alijs, quibus decipiendo nocet. Cuiuſquidã nocumenti modus per exemplum patet de fabula, qua fugitur vulpẽ de leonis curia uenientem, pẽnatis de iunioribus quærentibus reſpondiſſe, pacem inter illam, & ipſas eſſe reformatam in perpetuum. In cuius rei ſignum capite inclinato, quaſi humilitatis ſpiritũ oſtẽdebat, ut ſic à cordibus illorum omnis feritatis amouerét ſuſpicionem. Quibus manſuetudinis ſignis uiſis, dum ipſam ad domeſticam reciperent curiã, & ſocietatem, fecit ad quod uenerat, nõ minus nocendo, quàm potuit, plusque per uiam talem nocere potuit, quàm ſi cum aperta veniſſet malicia, quia tunc illam non ſuſcepiſſent, ſed fugiſſent. Sic ſe habent hypocritæ ad omnem ſtatum locũ, uel officium, uel promotionem, quam occupare cupiunt, fingunt enim ſe eſſe iuſtos, mundos, & aptos, & optime ſe uelle curam illam gerere promittunt. Si uero prius de aliquo facto fuerant notati, vulpino, fingunt ſe modum illum omnino depoſuiſſe, meliusq;, ſeu ꝙ hactenus noſſe effantur, pacẽq; inter ipſos, & Deum, atque uirtutes, interque omnes beſtias, quibus prius luxurioſe uiuendo, nocere conſueuerant, aſſerunt pro ſemper eſſe reformatam, quibus auditis uerbis, & uiſis ſignis, & ad eccleſiæ & animarũ curas, ad ſeculiq; officia, & ad domeſticas, quas deſiderant, quaſi ĩ nullo ſuſpecti, recipiuntur amicitias, & ſic ſimulator ore decipit amicum. (Prouerb. 11.) factum uero ſequens oſtendit, quòd fur non uenit, niſi ut mactet, & perdat (ſicut oſtenſum eſt. C. 10. 21.)

Fabula.

¶ Quod quidem tãto licentius facit, quanto minus ſuſpectus habetur, quãdoque pulchriorẽ, & humiliorem extra conuerſationem oſtendit, ſicut pomum putridum, quanto exterius apparet pulchrius, & maturius. Et ſicut moneta falſa quanto exterius pulchriorẽ habet colorem, & argẽto ſimiliorem. Et ſicut falſum ſigillum, quanto uero ſigillo eſt ſimilius, quia ſicut in omnibus iſtis pomum totaliter putridum, & moneta aperte falſa, & ſigillum diſſimile omnino, & canis latrans, quàm occulte inſidians, pro tãto meliora eſſent, pro quanto minus, & tardius deciperent: Et pro tanto patet, quòd melior eſt inimicus apertus, & manifeſtus, quàm fictus amicus, quia apertos inimicos uel malos, uel non reciperent, uel poſt reçeptionem factam illorum diligentius attenderent, cautiusq; illorum

9 Exẽplũ.

Exemplum.

Exemplum.

vitan-

vitandum fermentum attenderent.

Fabula. ¶Quod tamen in fictis amicis diligentius cauere docet exẽplum fabulæ, qua fingitur murem ptolem ſuam docuiſſe, quòd potius inſidias caueret felis qui in angulo ſtando humilitatem fingit, caput quaſi mortuum deprimendo, quàm galli, qui capite uerſus eum uenit elenato: Sic etiam Chriſtus docuit ſuos diſcipulos, cauete à fermento phariſęorũ. (Mat. 16.) Et attẽdite à fermẽto phariſęorũ, qđ eſt hypocriſis. Lucę 12.

Artic. 2. ¶Sed cũ tot exẽplis oſtenſum eſt, q̃ periculoſior eſt ſocietas hypocritarum, quã apertorũ malorũ, qũo ſaluari põt, q̃ cantor Pariſienſis dixiſſe legitur, vtinam oẽs prælati eſſent hypocritæ, quia tunc malum alijs nõ darent exemplũ, cuius dictũ tot de cauſis ſaluari poteſt.

¶Primo, qa licet ſint piculoſiores ſi̇ decipiẽdo, pauciores tñ põt exẽpla dãdo.

Exemplum. ¶Scõdo, licet ñ ſibijpſis, ſũt tñ alijs fructuoſi, modũ habẽtes formicarũ, q̃ grana extra foramina ad ſiccãdũ ponere ſcribũtur, q̃ ab auibus aſportãtur. Ita dũ iſti extra ĩ lumine Solis facta oſtendũt uirtuoſa, alij exẽplũ ab illis opib⁹ capiẽtes, fructũ illorũ aſportãt operationũ.

Exẽplũ. ¶In hoc ẽt facto cõditionẽ ſequũtur Simonis Syrenẽſis, q̃ nõ eſt ad ſuã, ſed ad nr̃am utilitatẽ. Chriſti crucẽ portauit. Sic uos hypocritæ, ſic uos nõ uobis

Vigilij carmẽ. uellera fertis oues, ſic uos nõ uobis mel ſificatis apes, qa ſeminatis ſecus uiã, iõ nõ uos, ſed uolucres cęli comedũt illud Lu. 8. Iõ ablata eſt meſſis in die hẽditatis, & dolebit grauiter. (Iſa. 17.) quãdo, ſcilicet, ad illos ſicut ad ficũ. (Marci 11.) ueniet, in quibus, quia fructum in eis non inueniet, maledicet, ſicut ille maledixit, quando iterum ad eos ueniet, ſicut uenit ad arborẽ ficũ. Lucę 13. de qua dicit ad cultorem uineæ, Ecce tres anni ſunt, ex quo uenio, quęrens fructum in ficulnea, & nõ inuenio, ſuccidite illã, ut qđ terrã occupat, qñ iterũ illis, cũ lampadibus uenientibus extinctis, qa oleũ bonorũ operũ alij, & non ipſi collegerũt, dicet, neſcio uos, qa ſicut ñ habẽtes oleũ ĩ uaſis ſuis, ita nõ uenient ĩ cõſpectu eiꝰ oĩs hypocrita. Iob. 13.

¶In quo hypocritarũ notatur pœna iuſta quidem, & certa, & inexcuſabilis. Artic. 3.

¶Primum patet, quia ſicut monetã, uel ſigillum regis falſificãs, iuſte morte punitur temporali, ita hypocritæ, qui ſub colore auri, uel argenti. i. pulchræ & honeſtæ conuerſationis, uitam, ſeu animam interius omni falſæ monetæ materia debiliorem, & turpiorem abſconduntur. A quo extrinſeco colore peccatum illorum nomẽ traxit, qa cryſis Grece. i. fingens aurum latinę. Exẽplũ.

¶Secundum patet Matth. 23. per totum capitulum, in quo ad maiorẽ pœnæ illorum certitudinem, ueritas eis ſepties certam promittit damnationem, ſepties eis uela replicãdo. q̃ de alijs peccatoribus forte non legitur feciſſe. 11

¶Tertiũ ex uerbis patet beati Grego. 16. moru̇m: hypocritæ (inquit) ante deſtructum iudicem excuſationem habere, non poterunt de ignorãtia, quia ante oculos hominum omnem modum ſanctitatis oſtẽtant, ipſi ſibi ſunt teſtimonio, quia bene uiuere nõ ignorant, ꝓpter cãs ergo iſtas, propheta de futuro, quaſi de præterito propter eius rei, de qua loquitur, certitudinem loquẽs, ait, poſſedit tremor hypocritas. Iſa. 33. Nota. O. 6. 32. Nota auctoritatem Bernard. de hypocritarum pœna. P. 3. 2.

¶ Ira. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Ira triplex eſt, Fellea, durabilis in corde, & crudelis in vltione.*

2 *Iraſcenti ira quam plura incommoda, ac detrimenta afferre videtur.*

Primum ab iraſcente omne bonum accipere, & amouere contendit.

3 *Indignatio impedit, ne bonum vllum, ſine cogitando, ſiue loquendo, ſiue opẽdo ab indignante fiat.*

Indignatio tertio omne malũ excitat, atque adducit.

Quarto iraſcenti ad idẽ malũ ducit, ad qđ offendens à dæmone iuſtè ducetur.

4 *Quinto iracũdia uiã occludit, ne iracundi prædicta diſcrimina euadere poſſint.*

5 *Ira illos, quibus indignamur, plurimum periclitari facit.*

6 *Iracundiæ ignobilitas, atque cõtemptus multifariam agnoſci poteſt.*

Nam primo in anima Dei imaginẽ proruſus fœdat & commutat.

Exinde ira hominem non hominem ſibi curat.

7 *Molæ Bearnie, & huſeri virulentæ ceteriſq; immanſuetis animalibus iracũdus haud abſre aſſimilatur.*

8 *Venatori, incendiario & domui palatæq; inflammati conferri poſſunt.*

9 *Theodoſius Imperator legem tulit, vt nulla principum iratorũ ſententia nox ab executoribus ante diei triginta poſt datam ſententiam perficiatur.*

10 *Iracundos, & ſtomachoſos libẽter potius ſuſtinere, eisq; cedere, & aſſentiri, quã inſtigare, & ad iram prouocare omni cura ac diligentia debemus.*

11 *Exemplis per quam dignißimis, actionibus clariſſime ſignificatur omnes, qui alios ad iracundiam debito opera irritare ſatagunt, mirum in modum periclitari.*

12 *Exemplis non indecentibus pateſis ſuper hoc inuidos auaros, ſegnes voluptuoſos, laici vientes & id genus peccatores, Dei ira experiri, potißimum tamen illos, qui homines facile indignantes ad indignationem inſtigare procurant.*

13 *Tria afferuntur remedia, quæ omnẽ nocendi facultatem, tum prouocatis, tum prouocantibus ad iram eripere poſſunt.*

Primum eſt cogitatio ſtatus, quem homo habet iram ſimulando, & quem habere poſſet per meriti theſaurum.

14 *Et cogitatio ſuiipſius finis, ac antiquorum exemplorum.*

15 *Secundum remedium eſt, oris obturatio, qua iram præpedit, & extinguit, & extinguentem deinde ingenti lætitia afficit.*

16 *Tertium & extremum remedium eſt crebra probi viri inter notos, & neceſſarios meditatio, quem de pace amice, per agere minime pudeat.*

IRæ. Primo, oſtenditur diſtinctio; Secundo, iracundorũ periculum, Tertio, vtilitas, ſeu turpitudo: Quarto, q̃ iracundi non ſunt prouocandi, ſed potius eſt eis compatiendum: Quinto, prouocantium periculum, Sexto, tam pro prouocante, quàm pro prouocato oſtendentur remedia.

¶Pro primo eſt, quod dicit Philoſophus in 4. Ethicorum, q̃, vt dicẽt, quidam habent iram felleam, acuti, ſcilicet, qui cito iraſcuntur, & cito pacificãtur, & hæc eſt humana, & minus mala, quia (ſecundùm Augu. in regula religioſorum) melior eſt, qui quamuis ſæpe ira tentetur, & ad impetrandam veniam ei, cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriã, ſæpius inclinatur, quàm qui tardius ira ſcitur, & ad ueniam petendam tardius inclinatur. Artic. 1. 1

¶Alia eſt durabilis in corde, & hæc eſt diabolica, quia humanum eſt cadere, diabolicum perſeuerare: hæc ſecunda, licet nonnullis conueniat, aliqui tamẽ illã mulieribus ſpecialiter appropriãt; quoddã allegãtes puerbiũ gallice, qđ ſcriptura cõfirmat. (Eccleſia. 25.) Non eſt ira, ſuper iram mulieris.

¶Tertia eſt crudelis in exteriori vltione, & hæc eſt peior, quia (ſicutdĩ. Eccleſia. 13.) duo genera abundãtin peccatis tertium adducit irã, & perditionẽ.

¶Talis uero iræ periculi magnitudo patet, tam ex damno, quod infert ipſi iraſcentũ, quàm ex damno quod infert illis, quibus iraſcitur. Ipſi uero iraſcenti multiplex infert damnum. Artic. 2.

¶Primo nãque ei omne bonum aufert, quia Deum, & Angelos de ipſo fugat, q̃a ſicut peregrinus, nel nobilis hoſpes nõ libẽter declinat ad hoſpitiũ plenũ cõtẽtione, ſic crudelitate immo ſi hoſpitiũ ibi accepiſſet, deillo recederet, qñ videt q̃ pacem ibi habere non põt, ita Deus, & angeli ſciẽtes, q̃ melius eſt habitare in domo deſerta, quàm cũ muliere. i. eũ alia rixoſa, & iracũda. Prou. 21. 2 Exẽplũ.

¶Secundo,

Digitized by Google

3 ¶Secundo impedit, ne bonum mihi fiat, ubi moratur, nec cogitando, nec loquendo, uel operando, quia de illo, cõtra quẽ irascitur, non sinit bñ cogitare, uel loqui, uel bene erga eũ operari, sed in tot erga eũ ipsum ponit suspitionibus, & amaritudinibus, q̃ si illũ eũ aliquo loqui uiderit, suspicatur, q̃ contra ipsum loquatur, licet nõ plus de illo cogitet, quàm ille, q̃ dormit, nec scit plus quid ille loquit, quàm scit ille, q̃ dormit, quid ergo loquor. Si insuper uiderit aliquẽ cũ eo socialiter loq, uel amicabiliter se ad illum habere, licet amicus suus sit, minus illum diligit, & cõtra illum etiam irascitur, si ad longinquas equitet, uel ad loquendũ eũ potẽtibus, uel dominis transeat, suspicatur, q̃ cõtra eum sit ad malum suum procurandũ, uel bonũ impediẽdum. Si p̃speretur, uel à uicinis diligatur, dolet, si male ei contingat, lætatur, q̃m iratus est eis in Psal. 17. (Chrisost. in Homel. 30. Sicut amãti omnia placent, q̃ amator facit, ita qui alium odit, quæcunque agit displicent: Tertio omne malũ infert indignatio, uidelicet, contumeliã, uindictam, tumorem mentis, rixam, quia vir iracundus prouocat rixas. Prouerb. 15.

¶Quarto, ad idem malum ducit, qa sicut illum, qui offendit, diabolus ad infernum ducit propter factum malum, quod fecit, ita excessiue irascentem, & contra rationem uindictam appetentẽ, eadem ducit uia propter iram, & sic in inferno in id incidit iracundus, q̃ maximè uetat, illius, uidelicet, contra quẽ irascitur, societatem, cum sicut ille facto, ita tu ira thezaurizas tibi iram in die iræ. Roma. 12.

4 ¶Quinto uiam præcludit pericula ista euadenti, Primo, quia peccatũ subtile est, & raro de illo confitentur, Secũdo, licet de illo confiteantur, raro tñ famã, uel alia bona, quæ ille cõtra quem ira scitur, amisit, restituunt. Causa uero utriusq;, quare, uidelicet, nec bene de hoc sunt cõtriti, & confessi, nec famam læsam restituunt, & confessi, nec famã & male ira sua iusta, vnde & dicit, iuste iracor ego, Ionæ. 4. Hoc ideo maledicit, qa quẽcunq; offenderunt, semp tamẽ ira in corde, & uindicta in lingua, uel manibus ꝓhibita, licet iusta sit cõcessa correctio, & ꝓdicta sequet picula in ipso iracũte, si ira sit uehemens, & longa, qa sicut tẽpestas breuis non oĩa destruit, sed durabilis ita ira, de qua. 1. Mach. 1. Facta est ira magna sup̃ populũ ualde. Secundo est periculoũ illis, q̃bus irascitur. Primo, qa sicut nas uacuũ super omnẽ facilime tãgentẽ sonat, ita stultus iracundus faciliter cõtra uolũtatẽ tactus, sup tangentẽ maledictionibus, & improperijs, & secretorũ reuelationibus sonat: quia stultus statim indicat iram suam. Prouerb. 12. Exemplum. 5 Exemplum.

¶Secundo, quia sicut canis furiosus in appropinquãte insilit, sicut etiã gladius acutus tangentẽ incaute faciliter lædit, ita ĩ ꝓposito. Sicut ergo societatẽ fugere deberes canis furiosi, ita noli esse amicus homini iracũdo. Prouer. 22. Quia sicut Sathan inter filios Dei. (Iob. 1.) Et sicut ignis in spinis in (Psal. 118.) ita iracundi exardescet sicut ignis iram (in Psal. 88.) inter dispositos ad melencoliam. Exemplum. Exemplum.

¶Huius autem peccati vilitas patet, atque magnitudo. Artic. 3:

¶Primo ex hoc patet, q̃ imaginẽ Dei in aĩa. (uilissime mutat, & deturpat, qa sicut imago faciei relucet clare in aqua clara & stante, seu in speculo mũdo, nõ in aqua fortissime mota, uel in speculo immũdo, ita imago Dei in aĩa pacifica, & munda, nõ aũt in illa, q̃ ira fortissime agitatur, & deturpatur, quia iracundia est animositatis eius subuersio. Eccle. 1. 6 Exẽplũ.

¶Secũdo ex hoc, q̃ de hoĩe facit non hoĩem, quia homo naturaliter est aĩal natura mansuetũ. Cũ ergo ira istam destruat mansuetudinẽ hoĩs, ꝓ tanto destruit naturã, & ꝓ tãto de homine facit non hoĩem: Et sic intelligi põt, qđ dicit Hugo de sancto Victo. Superbia mihi tollit Deũ, inuidia ꝓximũ, ira meipsũ. Et si cõtra hoĩum sit naturã, maximè tamẽ est cõtra statũ, & naturã magnatũ,

Digitized by Google

in quibus maxima ſit eſſe modeſtia, & minus de ira, ibi enim rei ſignum, Rex aptum (ſcribitur) aculeo carere. Et in iſta hominis immutatione, nō immutatur per iram in nihil omnino, ſed in ſimilitudinem mutatur rerum inanimatarum, & beſtiarum, & diaboli miniſtrorum.

Exemplum. ¶Primum in opere oſtenditur molaris, quia ſicut ille inſtrumenta accuit, ita molaris inferni, homo iracundus intēdit litem, & uir peccatōr turbabit amicos, & in medio pacē habentiū immittet inimicitiā. (Eccleſia. 28.) Huiuſmodi autem lapidis motores ſunt, qui ipſum ad iras, uocant, & ad uindictas, dicentes, ſic fecit contra te, uel dominū tuū, uel ſic locutus eſt cōtra te, cogitate q̄ de magno eſtis genere, & potēs in parōtela, & dominio, nō patiaris talē contēptū inultū, ſi eſſem ſic uos, ſic me de illo uindicarē, q̄ muki de illo loquerētur, & ſuo exēplo cauerēt nobiles cōtēnere. Sic exacuit Ieſabel Achab. (3. Reg. 21.) dicens, grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Iſrael, &c.

Exemplum. ¶Secundum in natura, Primo oſtendatur bufonis, qui prouocatus, uenenо inflatur, ſic ira tumeſcere facit mētē, pp q̄d una filiarū eius timor uocat⁹ mētis.

Bufonis.

Exemplum. ¶Secundo idem in natura antiquarū oſtēditur auiū, q̄ potius moriuntur, quàm domeſticentur: ita nōnulli iracundorū potius mori volunt, tā corporaliter, quàm ſpūaliter, quàm domeſticari, quibus ſic mortuis dici poteſt, q̄ uirum ſtultum interficit iracundia ſua. Iob. 5.

¶Ex quibus ſequitur, q̄ de uerbis irati nō eſt multū curādū, quia ex quo rebus inanimatis aſſimilatur, & beſtijs, ſicut nec cōtra ſonitū molarū itaſcitur quis ſapiēs, nec cōtra rugitum aīalis, ita nec de irati uerbis, quia ſicut fremitus leonū, ita & regis ira. (Prouerb. 19.) huic cōcordat decretū dicēs, q̄ quicqd calore irę fit, nō eſt imputādū, niſi adſit iteratio, uel pſeuerātia. 1. q. 3. ſi qs irat⁹.

3 ¶Tertiū in illorū oſtenditur operibus, quæ oſtendunt eos primo uenatores eſſe in curia diaboli, quia ſicut uenatores canes uocant ad uenationem, ita iracundus homines ad ultionem. Exemplum.

¶Secundo incendiari tā ſuipſius, q̄ aliorum. Nam ſicut & Zambri. 3. (Regū 16.) ſeipſum, & domum ſuā prouocatus intendit, ita iſti faciliter ira incēdunt, &c. faciliter dico, quia ſunt, ſicut domus palearū, q̄ faciliter accenditur, & circunſtantes inflammant, ſic iſti, & ideo iracundi gallicē alumaylles uocātur. i. materia, qua alia inflammatur.

Exēplū. ¶Sicut ergo ſtultus diceret apud homines, qui domū propriā comburet, ut etiam domū uicini conſumeret, ita apud ſapientes ſtultiſſimus reputatur, q̄ animā propriā, & oīa bona, prædicta amittit, & mala incurrit, ut uicinis ſuis noceat. Et ſic pōt intelligi, q̄d dicit Seneca lib. 3. de ira, q̄ uidelicet, ira eſt miſerabilior omni uicio. Nā auaritia aliquid acquirit, alia uicia uoluptatem habent, ſed ira poſſeſſorem ſuum incendit.

9 ¶Si quis uero uilitatem huius peccati q̄ uile. ſit in ſeipſo ſit, ſpeculū ſuū reſpiciat, aliū uidelicet iratū, ut ſi exēpla dicta nō mouēt, tāquā minus uiſa, exēplū ſaltē moueat, & doceat, ad q̄d uidēdū nos inuitat Chryſo. ſuper Ioan. Homel. 3. dicens. Si uis (inquit) ſcire, quātum malum, & deforme ſit iraſci, aſſiſte alijs in foro litigantibus, & uidebis pugnantes, furentes, uelut inſanos, ignē emittūt oculi, os ſpumat, uultus tumet, obtenebrata & ebria mens, hoc non uidet, ſed ad domum redeuntes, maiorē habent dolorem, cogitantes ibi fuiſſe, qui erant præſentes, cogitantes amicos, quos turbauit, & qui uerecundabantur, & inimicos, quos lætificauit. Et ſi plaga ex ira ſecuta fuerit, maior ſequitur timor, quia licet febris eum occidat, ipſe tamen percuſſor timere habet.

¶Ex quibus uerbis patet, q̄ ira facit talia committere, de quibus ſolet poſt hoc multum dolere, ſicut patet per decretum, in quo factum Theodoſij Imperatoris recitatur, quomodo fecit Exemplum.

in

in ira quadã multos occidi in theſſalonica, de quo poſtmodum multum dolens ordinauit, ꝙ nulla talis principiũ ſuũ effectui ab executoribus demanderetur ante triginta dies poſt ſuãm datam (ſicut patet. 11. q. 3. cũ apud theſſalonicam) ut interim impleri poſſit, quod iubet apoſtolus dicens, date locũ irę: (Ro. 12.) ne ſibi, uel alteri iterum contingat, quod prius contigit in theſſalonica, uidelicet, quando per iſtã homicidij fraternitas deperijt. (Sapien. 10.) In quo patet, quòd ira uiri iuſtitiã Dei non operatur. Iac. 1. No. C. 16. 3.

Artic. 4. ¶Ex quo exceſſiue iracundus tot mala incurrit, & facit (ut prædictum eſt) patet, ꝙ non eſt prouocandus, de illo nãque uerificari debet prouerbium, quod dicitur, ne excites canẽ dormientẽ, ſed magis eſt benigna ſupportatione, & cõpaſſione ſuſtinendus, ſicut corpus ſanum, & mẽbra fortia ſupportant infirma, & debilia, quãtumcunq; ſint illis nociua, & non ea plus debilitãt, uel lędunt. Sic libẽter ſuffertis inſipientes cũ ſitis ipſi ſapientes. (2. Cor. 11.) quia licet in aliquo uobis nociui ſint, in alijs tamẽ uobis utilis ſunt: Quia dum angu ſtijs peccata noſtra in aliquo purgãt, corã illo, qui oĩa peccata hoĩum in tribulatione dimittit, à multis nos mali liberãt, & uirtute patientiæ aĩam perfectiorẽ faciunt humiliter ſuſtinentium, & ſupportantium: Cum ergo beneficijs obligemur ad conſimilia, conuicijs uero à malis liberemur, patet, ꝙ meliora ſunt uulnera talis amici, quàm fraudulenta oſcula talis odientis. (Prouerb. 17.) & ꝙ melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam uultus animus corrigitur delinquentis. Eccleſia. 7. Et ſi ille, qui ex ira, uel melancolia tedia infert, utilitatem, non intendat, ſuſtinentis uoluntati inordinatæ eſt compatiendum, pluſque damno, quod ſibi infert dolendum: quia maiorem ſibi facit iniuriam, tedium uero illa tamen humiliter ſupportandum eſt propter Dei reuerentiam, qui ex illo patientiæ, dicit utilitatem?

Exẽplũ.

¶ Ne ergo memor ſis iniuriæ fratrũ tuorũ. (Leui. 19. Sed humiliter reſpondeas, & patienter fuſtineas, & remittas, & diligas, ut per tuam bonitatem deſtruas inimicum, & ultorem. Nõ enim meliori modo te de inimico tuo uindicare poteris, quia aut in inimicitia ſua perſeuerabit, ſic pœna eius in inferno augmentabitur, quod tamen intendere non debes, aut ira ſuperata ad animi citiam cõuertetur, ꝙ tali modo frequenter accipit: ꝙ uerbum dulce mollificat animos, & mollis reſponſio frãgit iram, & ſermo durus ſuſcitat furorem. Prouerb. 15. ſicut oſtenſum eſt D. vj. 33. & V. 5. 6.

¶Quale autem ſit periculum gratis ad iram prouocantium, exẽplis patet beati Grego. 3. dialogorum, ubi de quadam ſcribit muliere, quæ dum impudice acceſſit ad quendam heremitam nomine Martinum, ipſum offendit, ipſaq; eodem die mortua fuit. Et primo dialogorum. c. 9. de quodam ſcribit, qui quẽdam bonum uirum ad iracũdiam concitando, eodẽ die ſubito mortuus fuit, nec mirum quia (inquit idem beatus Greg.) cum uir ſanctus ad iraſcẽdum, trahitur, quis alius ad iraſcendum, niſi eius inhabitator Deus excitatur, qui dicit, ſi me ad iracundiam prouocaueritis gladius deuorabit uos. Iſaiæ. 1.

Artic. 5. 11 Exẽplũ.

¶Licet ergo multi peccatores iram Dei incurrant. Primo de ſuperbis, qui ſicut ſerui poſt pactum à dominis recedentes, eisq; contumaces fiunt ita ſimulatores, & callidi prouocant iram Dei. Iob. 36.

Exẽplũ.

¶Secundo, inuidi, ſicut diſcordantes iram incurrunt cãtoris. (Numeri. 12.) Locuta eſt maria. & Aaron cõtra Moyſem, ſupple, & inuidia quodammodo: & ſequitur iratus eſt dominus ualde.

Exẽplũ.

¶Tertio auari, ſicut fures iram iudicis Iſa. 57.) propter iniquitatem auariciæ eius iratus ſum, & percuſſi eum.

Exẽplũ.

¶ Quarto guloſi, ſicut permittentes aquam intrare nauem, iram domini nauis incurrunt. Pſal. 77. Cum adhuc eſcę coram eſſent in ore ipſorũ,

ira Dei Descendit super eos.

¶Quinto accidiosi, sicut terra sterilis
12 coloni, & nuncius piger iram eius qui
Exem- misit illum. (Numeri vndecimo.) Interea ortum est murmur populi, quasi
plum. dolentium de labore cõtra dominum, quod cum audisset iratus est.

¶Sexto luxuriosi, sicut adultera iram
Exem- mariti, sicut patuit in effectu uindictę
plum. diluuij, & sodomorum, super quos effudit iram indignationis suę. Tren. 4.

¶Septimo tamen, & ultimo, speciali quadam ratione ad iram pronocantes, & iram in corde retinentes, irã Dei incurrunt, ut modo, quo peccant, puniantur. Qui ergo pronocando iram in alijs inardescere faciunt, uel ipsam retinendo in corde suo inflammant, iustum uidetur, quòd ira Dei ad uindictam cõtra illos inardescat, sicut ira regis contra uolentes suos uerberare, uel
Exem- grauare, uel occidere in sua presentia,
plum. eos igne exteriori inflammet, quos interior ignis retinendo inflammauit. (Matth. 22.) Rex iratus est, & missus exercitibus perdidit homicidas illos.

¶Remedia uero prędicta mala tam
Artic. 6. culpę quàm pœnæ rationabiliter impeditiua in generali sunt tria. Cogitatio, obturatio, meditatio.

¶Cogitatio sui status, sui finis, & alio
13 rum exempli. Sui status, quem habeãt, & quem habere potest, iram dissimulãdo. Cogitatio enim status, quem habet, iram destruere deberet, quia cum natura humana sit nobilis, iras, cõtumelias, & opprobria contemnere deberet, & specialiter illi, qui nobiles uocantur, &
Exem- ponit, exemplum ad hoc Seneca. 3. li. de
plum. ira. Sicut (inquit) ĩmanis fera ad latratum canum lęta respicit, & sicut scopulus contra fluctus ingentes incõcussus stat, ita qui nõ irascitur, immobilis stat. Sed hoc uere proprium est magnitudinis non sentire se percussum iniurijs. Cogitatio etiã status, quẽ habere posset per meriti thesaurum, quem dissimulando multiplicat, & de suis peccatis ueniam impetrat, quod per argumentũ stenditur à contrario sensu. Si ille irã Dei, & peccatorum meretur multitudinem, qui iram reseruat, quia inaniter à Deo peccatorum petit medelam, iuxta illud Eccles. 28. homo homini, reseruat iram, & à Deo quærit medelam, ergo à contrario sensu, & patet, uide Chriso. qui aliam ad propositũ assignat rationem. D. 6. 32.

¶ Secundo cogitatio finis, sicut cũ 14
copulatio matrimonij, causa est cõcor- Exẽplũ
dię inter amicos, ita deberet esse cogitatio matrimonij, quod erit inter omnes in morte, quando quilibet alterius parenti terrę, scilicet, quę est omniũ quodammodo mater maritabitur. Memẽto ergo nouissimorũ, & desine inimicari. (Ecclesia. 28.) Nota. M. 11. 105. Exem-

¶ Tertio consideratio antiquorum plum.
exemplorum. Valerius namque scribit de quodam, qui inuenit rusticum, & cũ quęreretur, quare de illo uindictam non accepit, respõdit, acciperem, nisi essem iratus, sciebat, quòd amor & ira peruertunt, & excedere faciũt in iudicio. Plato etiam (secundùm Vale. lib. 4.) discipulum quendam culpabilem inueniẽs, alteri eum misit corrigendum; quia ipse iratus erat, & hoc rõnabiliter, quia iustum uidetur, quòd in ira alium non corripiat, qui Deum orat dicens, domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me (in Psal. 37.)

¶Secundum, uidelicet, quomodo ẽt 15
obturatio iram destruit, & destruentem postmodum lætificat, exemplum patet de uolente candelam extinguere illam obturando, ne spiramen exire pos- Exẽplũ.
sit, extinguit, si uero conbustibilia inuenit, plus accenditur. Sic in proposito, qui displiciti audit, si uerba multiplicat, & incõuenientia, quia in multiloquio non deerit peccatum: si uero os obturat, & spiramen ire, interius intrudit; exemplo Saul, qui iniurias maledicorũ dissimulabat. (1. Regum. 10.) & exemplo Dauidis, qui ad iniurias, & opprobria, semel non respondit. (2. Reg. 16.) dicens posui ori meo custodiã, &c. (Psal. 38.) iras extinguit, quia qui odit loquacitatem, extinguit malitiam.

tiam. (Ecclesia. 19. (Qui ergo dissimulat iniurias, callidus est, fatuus iram suã statim indicat. Prouerb. 12. glosa. Natura iræ est, ut prolata magis ferueat, occultata langueſcat.

¶Post uero talem extinctionem, lętatur extinguens, sicut victor suijpsius, sicut lætatur uictor inimici: vnde Chriſo. super Ioan. Homel. 3. Laudasti te, qñ iram continuisti, uel quando in uerba prorupisti, quando uictus es, uel quando uicisti, immo & accusamus nos (inquit) & uerecundamur etiã nullo redarguente, & multa pœnitentia superuenit, & rerum, & uerborum: Sed cum nos superamus, gaudemus: Sed dicis, si non respondeo, deridebunt me, sapiens non insipientis gloriam quæras.

16 ¶Tertio uero ad istam extinctionem multum iuuat, boni uiri ĩter notos meditatio, qu ẽ & pars, quæ pacem erubescit per se petere, requirere deberet, ut de pace tractaret, qui ad hoc media adducat prędicta. Addens etiam quomodo aliorum serui, multa sub regibus, & dominis sustinent, ne seruitium uel ꝓmotionẽ amittant, ita nos, ne, scilicet, cœlum amittamus, quomodo etiam sustinere poterunt pœnas æternas cordi duto debitas (sicut patet. D. 10. 3.) qui verbum amarum sustinere non potest, quod etiam remittere, uel dissimulare, nec est uerecundum homini, ne eius pa rẽtelæ, nisi ei, cui uerecundum est imitator esse Christi, & omnium sanctorum, qui nobiliores fuerunt, & tamen remiserunt, immo ecõuerso, te de spiritualiter cęco, uel infirmo uerecundum est uindicare, prædictis ergo infirmatus non te superaret ira tua. Iob 36.

Exẽplũ.

¶Iudices. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Ille qui iudicis munere fungi mirificè cupit, quatuor virtutes sibi necessario parare contendat.*

Prima scientia, seu prudentia est, qua optime calleat quicquid fieri debeat, ne forte allucinetur.

1 *Natura naturans. ſ. Deus, & natura naturata oĩum animalium nobis clarissimè indicare conantur, maiorem prudentiam atque scientiam his, qui adiudicandum, & regendum ẽ, seu gubernãdum præponuntur, necessariam fore.*

3 *Secũda est fortitudo, tertia institia: quarta vero est pergrandis maturitas.*

4 *Præallegatis virtutibus recti, & maturi iudices quatuor itidẽ exequi debent.*

Prima prudentiæ virtute causam perpendere, æquanè lance appendere etiã atque etiam debent.

Exemplis nonnullis pulcherrimis explorata videmus, iudices iudicium multas ob causas ofcitanter, & socorditer examinare & pensitare nonnũquã ob nimiam amicorum dilectionem aliquãdo ob munerum affluentiam largitorũ.

5 *Et quandoque ob timorem à iudicibus causa diligentius non inuestigatur.*

6 *Secũda potentia virtute iudices causam nauiter expensam exequi debent.*

7 *Tertia institiæ virtute iudices ad instar sancis, & stateræ discernẽtes inter sõtẽ, & insontem iuste sn̄am ferre debent.*

8 *Lingua stateræ lingua iudicis est.*

Sicut stateræ lingua in medio ponẽda est. Ita iudicis linguam medium inter causas, & causas & inter ꝓpinquos, & remotos, vt veritatem adiudicet tenere operæpreciũ est: Nõ si ista iudicis lingua à Deo in medio collocata, Diaboli opera, & cura extra medium ægrediatur, iudicium penitus iniquum & deinium dare non erubescit.

9 *Falsorũ oĩum linguas, tũ iudicũ, tũ cæterorũ hoĩum ꝑclinari ad põderosiorẽ erumenã, exemplis clarius commõstratur.*

10 *Quarta maturitatis, & moderationis virtute iudices ad instar illius pientissimi samaritani oleum cũ vino, ad sananda vulnera consulẽ miscẽtis, vigorem iudiciꝰ quadam verborum maturitate, ac dulcedine temperare, ac modere sapienter debent.*

11 *Duo potissimum iudices recti execrari, ac deteſtari frequenter debent.*

Primũ personarũ acceptionẽ: ad qđ exẽplis, et auctoritatibus adduci videmur.

12 *Exẽplũ nõ parũi momẽti in mediũ affer tur, quo personarum acceptionẽ ratione consanguinitatis prorsus missam facere eruditamur.*

13 *Secundum apud iudices detestandum est xeniorum, donoriũnè receptio: quod quidem odibile exemplis, ratione, & auctoritate nobis vberius notificatur.*

14 *Duo etiam Christianorum exempla ad funditus euellendam ex iudicum pectoribus auaritiam, quæ ponuntur.*

15 *Cupidos, auaros q; iudices, & cæteros in potestate constitutos, qui nil pro clientibus, nisi dono aliquo atque commodo in re vel in spe ab illis susceptо agere volunt, acerbè auctori vitio vertit, & notat.*

16 *Prolixiore sermone, ac ratione syllogistica clare expromere enitiuntur, omnes præsides, seu iudices munera capientes à iustitia vera longissimè abesse.*

17 *Quantum fuerit meritum iudicum prædictas virtutes obseruantium, & vitia prætacta euitantium, exemplis non rudibus declaratur.*

18 *Scelesti iudices cuilibet musicali instrumento similes esse dicuntur.*

19 *Scillæ etiam bifariam eosdem comparari astruitur: deinde scillæ, ac cauibdis, Siciliæ populorum naturam, & proprietatem recensens: quorum discrimini hi obijciuntur, qui cum magnatibus, tirãnis, & falsis præfectis negocia tractare debent.*

20 *Et illis etiam, qui coram improbis, falsis, & cupidis iudicibus causam agere coguntur.*

21 *Itidem rhedæ malè circumlinitæ, quæ sic impensius stridet, iure assimilari debent: Aranearum vero telis iudicium improborum leges non temere comparantur.*

22 *Cani insuper rapienti à mensa quicquid edimus, & latrãter petenti appositè similes esse assentimur.*

23 *Iuxta ciuiles, & canonicas leges nefarios iudices munera capientes, & clientes illa præbentes atrociter sectatur auctori, dum clare aperit, quòd nõ solum iudices, remota accipientes, sed etiam hi qui male dantes occasionem male accipiendi exhibent, non leuiter delinquunt.*

24 *In iudices improbos, & etiam testes, similes Susannæ iudicibus atq; testibus extandescenter inuehitur.*

25 *Testes seu iurati coram iudice de certa scientia deponentes, & asserentes aliquem furem esse, de quo certam scientiam non habent, non solum in periurij periculum, sed in iusti condemnationem, vel in iniusti liberationem imprudenter incidunt.*

26 *Duas rationes in medium affert, quarũ altera erronei & mãtisi processus iudicem insimulat, & obiurgat.*

27 *Altera contestium dicta refellit.*

28 *Quid iudices dum munera à clientibus, seu litigantibus sibi largita hilari fronte suscipiunt, respondeant seipsos tuentes, longè optimè traditur.*

29 *Iudices seipsos in munerum acceptione excusantes, in danies seu mittentes clara culpam retorcent, atque inuehitur.*

30 *Clarissimè nobis elucidatur, iudices, seu præsides xeniorum amatores, qui antiquarum legum ritum, & consuetudinem prosequi fatentur, citra rationem ipsorum causam agere.*

31 *Iudices potius veritatem sibi notã, quàm falsitatem auditam sequi debere ostenditur: & quamplures earũ allegatæ excusationes proculcantur.*

32 *A iudicibus veris ob testiũ voces innocẽtem absoluendum non esse, neque ob patronorum vicium, indigentiam aliquem pro quo sentiam dicendam reuera maximè noscitus, damnandum fore, verissime exponitur.*

33 *Iuratorum seu contestium excusationes non ab re respuuntur, ac reiiciuntur: quia cum præceptum dominorum, vel iudicum iniquum & legi prorsus aduersum clarius esse videtur, inferiore parere non debet, immo ei repugnare ac reluctari tenetur.*

34 *Tùm litigantes munera elargientes, tum arbitri ea accipientes debitũ, supplitium iuxta legum sanctiones persoluent.*

Verum

Verum iudices ob munerum ſuſceptionē obnoxij grauiæ, tum temporales, tum æternas pœnas luere debent.

Temporales autem plurimæ ſunt; quarum prior populorum odium atque dedecus eſt.

35 *Secunda temporales auari iudicis animaduerſio eſt ſuſpenſio, ac reſtitutio.*

36 *Tertio eſt corporis ignominioſa mors.*

37 *In iſtos iudices nefarios, auidosq; à Deo æternaliter animaduertendum fore luculenter agnoſcimus.*

38 *Per bellum ſanè rādem exemplum exaratur, ut iſtos cauſæ diſceptatores pecuniosos ab huiuſmodi ſæuioribus ſententijs æterni ſalcim ſupplicij formidine prorſus auocare, & amouere poſſemus.*

IVdicum, tam eccleſiaſticorum, quàm ſeculariū. Primo oſtendetur electio. Secundo, qualiter in iudicādo ſe habere debeant. Tertio, qualiter perſonarū acceptionē, & auaritiā fugere debeant, Quarto, bene iudicātiū, & auaritiā fugientiū meritū. Quinto, quales errores nōnullos iudices aſſociāt. Sexto, illorū reſponſio cum reprobatione. Septimo, & ultimo illorum oſtendenda eſt pœna.

Ar. 1. ¶Quantum ad primum, nullus in officio iudicis, uel cuiuſcūque poteſtatis, in qua ſibi aliorū pertinet regimen, poni, uel ad illud eligi, uel ad illud admittit deberet, niſi cum illis conditionibus oſtēſis. E. 2. art. 5. per totum. Etiā virtutes habeat quatuor, uidelicet, ſcientiam, ſeu prudentiā, qua ſciat quid agere debeat, ne decipiatur, & decipiat, ſicut oculus ſine uiſu, & ſicut ſpeculator cæcus ſuper caſtrū obſeſſum, uel cęcus paſtor ſuper oues inter lupos. Quod autem in eis maior requiratur, prudentia, & ſcientia natura docet naturans, ipſe (uidelicet) Deus in operibus ſuis, quantum in operibus ſuis, natura ſequitur naturata, à qua ſola rationalis deuiat natura.

1

Exemplum.

¶Primū patet, quia ipſe Deus maiorem ſciētiam poſuit in Angelis ſupremis qui habent inferiores purgare, illuminare, & perficere, & pro tanto gubernare, quàm in inferioribus, & gubernatis. Maiorem inſuper claritatem poſuit in planetis, qui habent alios illuminare, ſicut patet de Sole, maiorem etiam apparentiam, & luminoſitatem, & claritatem poſuit in corporibus cęleſtibus, quæ habent inferiora ſuo motu gubernare, quàm in iſtis inferioribꝫ.

¶Hanc etiam conditionem ſequitur natura omnium animalium, quæ uiſum poſuit in capite, turpe enim, & monſtruoſum, & contra naturam eſſet, ꝙ pedes eſſent oculati, & caput oculis, & uiſu careret, ſic in propoſito.

¶In omnibus iſtis ergo naturarum conditionibus oſtēditur, ꝙ maior ſciētia requiritur, & prudentia in his, qui quo ad iudicia, uel quæcunque regimina præponuntur, ipſis nanque dicitur. Iſa. 1. quærite iudicium (id eſt) ſcientiam, & modum iudicandi, ſicut Salomon. (3. Reg. 3. Et 2. Paral. 1.) Qui petiuit ſapientiā iudicandi, ſubditos, in qua petione multū Deo placuit. Ita illi q alios iudicare, uel regere habent, aliter nunquam bene regerent, quia licet ſapientes habeat iudex, uel dños cōſilarios, uel aſſeſſores, ſi corruptibiles ſint, ut prece, uel precio, uel timore, uel amore flectantur, qui quidem in eis potius, quàm in dominis uel iudicibus cadere poſſunt, & ſolent, uel ſi adulatores ſint, & ueritatem nudam, quam ipſe neſcit ſpecialiter ubi illum cum ignorantia ſua, ad aliam plus inclinari vident partem, dicere diſſimulent, uel ficte dicant, ꝙ frequenter contingit, tam iudicium quàm regimen peruertitur. Noli ergo quærere fieri iudex, niſi uirtute ualeas irrumpere iniquitates. Eccleſiaſt. 7.

2

Exemplum.

¶Sed (heu) omniū p̄dictarū naturarū ordinē deſtruxit natura rationalis, quæ oībus naturis excellentior eſt, meliusq; ſuipſius

Digitized by Google

ſuipſius,& aliarum directiua eſſe deberet. Ex cuius defectu uerificatur iſtud Iſaiæ 56.ſpeculatores eius cæci omnes, propter hoc lacerata eſt lex,& non peruenit uſque ad finem iudicum. (Abacuc 1.) Propter prædicta ergo uitanda pericula, antequam in quibuſcunque talibus officijs ſitis poſiti, audite reges, & intelligite diſcite iudices finium terræ,præbete aures ueſtras uos, qui continetis multitudines, &c. (Sapien.6.) quia iudex ſapiens iudicabit populum ſuum. (Eccleſiaſt.10.) Et talem ſapientiam habere tenetur, ſicut patet Micheę 3. vbi Deus talibus loquitur, dicens. Audite Principes Iacob,& duces domus Iſrael, nunquam non ueſtrum eſt ſcire iudicium.

3 Exemplum. ¶Secundo habere deberent potentiam,ſeu fortitudinem, ſicut miles arma, equus audaciam, qua ſententiam animo conceptam fortiter executioni demandent. Ergo prouide tibi uiros ſapientes.Exo.18.ſicut patet. A.27.57.

Exemplum. ¶Tertio requiritur in ipſis iuſtitia, & rectitudo ſicut artifici neceſſaria eſt regula,quia de ſcientia,& potentia ſine iuſtitia egredietur iudicium peruerſum.Aba.1.Fac ergo quod præcipitur. (Deut.16.) Iudices,& magiſtratus conſtitues in parte tua, ut iudicent populum iuſto iudicio, & tales & non alios ad hoc præpara, & ante iudicium para iuſtitiam.Eccl.18.

Exemplum. ¶Quarto, requiritur in eis maior maturitas,quæ iudicium, quodammodo etiam ſi amarum ſit, ſua dulcedine temperet, ſicut medicus potionem ſacaro temperat amaram, quia ſi impetuoſe iuſtitiam facerent, ſeueritas reputaretur, exemplum ergo illius ſequatur, de quo, Sapien.12. Tu autem dominator uirtutis cum tranquillitate omnia iudicas.Tales prępoſuit Deus populo ſuo per Moyſen, qui dicit. (Deuter.1.) Tuli de tribubus ueſtris viros ſapientes, & nobiles, & conſtitui eos principes, & tribunos, & centuriones, quinquagenos,ac decanos,qui docerent uos ſingula.

¶Iſtis uero quatuor uirtutibus circa iudicium,uel regimen, ad quatuor uti debent effectus. Act.2.

¶Prima nanque uirtute debent cauſam diligenter examinare.

¶Secunda inueſtigatam executioni efficaciter demandare.

¶Tertia in utroque medium inueſtigare. 4

¶Quarta omnia tria laudabiliter colorare.

¶In principio exemplum Iob eſt ſequendum,qui ait, (Iob 29.) quam cauſam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam.

¶Sed(heu) iſta inueſtigatio quandoque impeditur propter carnalem affectionem in illis,qui de illis, quos carnaliter diligunt, nihil mali credere uolunt,uel inueſtigare, eiſdem uero alios accuſantes, nimis faciliter credunt, & ad iudicium ſine inueſtigatione procedunt,ſicut fecit ille putifar, qui ad preces uxoris ſuæ iniuſtę incarcerauit Ioſeph, antequam cauſam inueſtigaret. (Gen.39.) Quandoque uero impeditur p munera in his,de quibus. (Eccl.20.) Xenia,& dona excæcant oculos iudicũ. Hi in hoc factum ſequuntur Dauid. (2.Reg.6.) qui munera ſuſcipiens de Syba, ab ipſoſque male informatus, ex ſua falſa ſuggeſtione Myphiboſeth poſſeſſione ſua priuauit, parte non uocata, nec audita, nec cauſa examinata. Tales nimis leuis ſunt cordis pro actu iudiciario, quia qui faciliter credit,leuis eſt cordis.Eccl.19. Exemplum. Exemplum.

¶Quandoque uero impeditur timore, ſicut ignis, qui magnorum timore falſa committunt iuramenta, innocenta,innocentesq; condemnãt,tã duodena,quàm iudex, nocentesque liberat, hi de ordine ſunt Pilati,qui timore Cęſaris, cuius amicitiam timuit amittere, uel indignationem incurrere, quando clamabant,ſi hunc dimittis, nõ es amicus Cæſaris, contra conſcientiam ſine ſufficienti inueſtigatione, Chriſtum condemnauit. Tales ergo non iudices,ſed potius Iudas,dicendi ſunt,quia 5

ſecundùm Iſidorum, libr. 9. capitu. 4. Iudex dicitur, quaſi ius dicens, qui ergo iniuſte iudicat, nomen iudicis amittere meretur, & Iudas nuncupari, quia veritatem quę dicit ego ſum uia ueritas, &c. (Ioan. 14.) affectione, uel munerum ſuſceptione, ſicut Iudas, uel timore, ſicut Pilatus, uendidit, de quibus. Ioan. 8. Vos ſecundùm carnem iudicatis.

6 Exemplum. ¶In ſecundo exemplum ſequēdum eſt Saulis, cui à Deo dictum eſt. (1. Regum 15.) Vade, & interfice peccatores Amalech (ſcilicet) potenter, nullum timendo. Hoc enim deberet eſſe officium iudicis potenter peccata, & peccatores deſtruere.

¶Sed (heu) nonnullis contingit, ꝙ tunc Sauli contigit, qui Rex cupiditate in parte, & populi timore & clamore in parte uictus, ſicut patet per hoc quod ſequitur in reſponſione ſua ad Samuelem, qui eum de hoc reprehendit, prævaricatus (inquit) ſum ſermonem domini, & uerba tua, timens populum, & obediens uoci eorum, plusque temporalia, quàm æterna diligens, pluſque homines, quàm Deum timens, de temporali regno reprobatus, & æterno indignus effectus eſt, ſic conſimiles iudicabit, qui dicit. Iſa. 54. Omnē linguam reſiſtentem iudicabo.

7 Exemplum. ¶In tertio, exemplum ſequendum eſt ſtateræ, quia ſicut ſtatera diſcernit inter pondus, & pondus, quod ſit ponderoſius, uel leuius, ita iudex habet officium cognoſcendi inter uerum & falſum, diſcernendique inter iuſtum, & iniuſtum, iudicandique unum ab altero, omniumque cauſarum, & cauſantium, ponderare merita, & demerita, Et his omnibus iuſte ſententiare, ſicut patet p decretalem li. 6. de ſenten. & re iudica. cap. cum æterni, ubi in textu exemplum ponitur de iudice & ſtatera.

Exemplum. Lingua ergo ſtateræ lingua eſt iudicis, quia ſicut linguam ſtateræ in medio neceſſe eſt poni, ad hoc, ꝙ ueritatem inter ponderanda oſtendat, quia ſi proportionaliter in medio duorum brachiorum non ponatur, nec ſi tuetur, ſed ita formetur, ꝙ unum brachium longius ſit, & poſtea ponantur duæ res, nō equalis ponderis in duobus brachijs, illud, quod in parte breuiori plus linguę appropinquat, eleuatur, licet maioris ſit ponderis. Illud uero, quod inſtātiori ponitur parte, licet minus ſit graue, deprimit. Ita linguā iudicis neceſſe eſt medium tenere inter cauſas, & cauſas, inter perſonas, & perſonas, inter propinquos, ſeu amicos, & remotos, ad hoc ꝙ ueritatem iudicet. In cuius ſignū Deus iudex iuſtus, qui medium naſcendo, moriendo, reſurgendo, tenuit, ſuo præcepto, & ordinatione iudicem, iudicisque linguam in medio poſuit, (Deuter. 16.) dicens iudices, & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, vt (ſcilicet) medium quodam modo tenent locum in porta inter intrinſecos, & extrinſecos, ita & ueritatem in iudicando teneant, & hoc eſt quod ſequitur, vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent, nec accipiāt perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant uerba iuſtorum. (Et Deuter. 1.) dicens, quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ſit, ſiue peregrinus, nulla erit diſtātia perſonarum, ita paruum audietis, ut magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt.

8 ¶Si uero iſta lingua, quam Deus in medio poſuit (ut prædictis oſtēſum eſt auctoritatibus) per diabolum extra locum ſuum (ſcilicet) medium moueatur, & poſtea duo circa illam ſtatuātur homines de delictis corrigendis, quorum unus graue, alius leue, commiſit delictum, tamen ille, qui graue commiſit delictum, amor munus, conſanguinitas, affinitas, vel falſitas, propinquum facit, & amicum. Alium uero his contraria remotum faciunt. Primus iuſtificatur, & liberatur, & exaltatur, & in magna menſa ſituatur, & ad camerā, & conuiuium uocatur. Secundus uero deprimitur contemnitur, & conculcatur. Nota ad hoc exemplum de curia leonis.

Digitized by Google

leonis.C.16.36. Sic iudicauerunt illi, de quibus.Dan.13.Constituti sunt duo senes iudices in illo anno,qui(scilicet.) Susannam eis in malis placentem, iustificassent,si in iudicio coram eis cum paruisset,eis uero non consentientem, ad mortem condemnauerunt. Sic moderno tempore uidi sub Sole, & loco iudicij impietatem.Eccl.3.

9 ¶Aliud uero contra linguam istam est aduertendum, ꝙ (uidelicet) quantumcunque lingua stateræ, quantum ad formam, quam ab artifice accepit, bene in medio situet in optima æqualitate, intantum ꝙ nec ad unam partē, quando brachia eius uacua sunt, declinentur, nec ad aliam, si aliquid postmodum ponatur in ambobus brachijs, uel aliquid in uno tantum, hoc ei generaliter ineſt, quòd ad partem inclinatur ponderosiorem. Ita quātuncunque,à Deo ordinante,& præcipiente,linguæ non solum iudicum, sed aliorum hominum in medio (ut prædictum est) statuantur, tamen hoc omnibus falsis ineſt generaliter, ꝙ illorum linguæ ad crumenam inclinātur ponderosiorem, tanquam momentum statereę,& tanquā guttta roris.(Sap.11.)In qua auctoritate non solum linguæ stateræ comparātur omnes principes declinantes ambulantes, fraudulentet. (Hierem.6.) ꝓpter prædictas causas, quia (uidelicet) omnes declinauerunt (in Psalm.13.)ad munera,& partem,ponderosam, & sequuntur retributiones. Isa 1. Sed etiam guttis comparantur roris,quia sicut ros terram irrigat,& refrigerat hora matutina, quando minus indiget,in feruore uero dici, quando calore quasi comburitur, euanescit, nec in aliquo terram illam iuuat, ita iudices, & quicunque in curijs Principum,& Magnorum officijs, pro populi negocijs expediendis constituti,illos qui minus indigent, & qui melius expectare possent,citius expediunt. Quod ut clarius uideatur, exemplum in medio ponatur de duobus uenientibus ad Curiam Magnorū, pro aliquo negocio expediendo, ꝙ faciliter sine placito terminari poteſt, quorum unus sit diues,& alter pauper, non est dubium, quin diues minus indigeat citius expediri, quia largiores habet expensas, & tamen pro fauoribus, & muneribus citius expediuntur, nisi in causis,quæ placitum requirunt, in quibus tales diutius in curijs suis trahunt, quia plura de illis lucrantur, dicentes (sicut patet. M.8.41.) pauper uero famis, & inopiæ cōsumitur ardore,habebit,expecta, reexpecta modicū ibi, &c. de quibus bene prophetizauit. Oseæ 6. Misericordia tua, quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens (sicut patet.M.9.10.) quos reprehendit,& quibus pęnam æternam comminatur. In una auctoritate Iacobus Apostolus dicens.Iac.2.Fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem domini Iesu Christi, si introierit in conuentum uestrum,uir aureum anulum habens in ueste candida, introierit autem pauper in sordido habitu,& intendatis in eum,qui indutus est veste præclara, dixeritisque ei, tu sede huc,pauperi dicatis,tu sta illuc,nonne iudicatis apud uosmetipsos,nullam cōmissionem,& si à Deo habentes, & facti estis iudices cogitationum iniquarum (scilicet) quibus sic cogitatis, sic uos facere debere,ex quibus ad tale iniquum proceditis iudicium, & male,sicut patet per hoc,quod sequitur. Audite fratres mei, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, uos autem inhonoraſtis pauperem,ergo non estis amici Dei, quia amicorum est idem uelle, & nolle,& diligere & non diligere, secundùm philosophum in Ethicis. Nōne diuites per potentiam opprimunt uos,& ipsi trahunt uos ad iudicium, & cito post concludit, sentētiam illorum dicens. Iudicium sine misericordia illi,qui non facit misericordiam(supple) indigentibus.

Exemplum.

Exemplum.

¶In quarto exemplum est sequendum illius Samaritani. (Lucæ 10.) Qui uulnera sanando oleum cum uino miscuit.Sic iudex in iudicando, & peccatorum 10

rotem vulnera sanando rigorem quadam moderatione,& uerborum maturitate temperare debet.

¶Sed (heu) qui oleum & uinum apponere mixta deberent, illa diuidunt oleo peccatores (id est) adulationis, & dulcedinis, potentium impinguendo capita. Sed sicut Iudæi Christo,ita ipsi pauperibus,& eius membris uinũ proprium myrrharum,quia magnum contra eos exercent rigorem. Vnde Innocen. lib.2. de utilitate conditionis humanæ. Pauperum (inquit) causam cum mora negligitis diuitis causam cum instantia promouetis, in illis rigorem ostenditis, in istis mansuetudinem dispensatis, illos cum difficultate respicitis,istos cum fauore tractatis, illos negligenter auditis,istos subtiliter auscultatis, loquitur diues & uerbum usque ad nubes extollitur,loquitur pauper,& dicunt,quis est hic? Eccles.iast.13. Illi (scilicet) qui pupillo non iudicant, & causa uiduæ non ingreditur ad eos. Isa.1. Tales non uidentur cogitare, q̃ eorum iudicibus superioribus de iudicijs suis respondebunt, utinam ratio ad hoc cogitandum duceret, sicut Iosaphat rex ad suorum iudicium reduxit memoriam, de quo habetur. 2.Paral.19. q̃ constituit iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda,dicens eis, uidete, quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed domini, & quodcunque iudicaueritis,in vos redũdabit, sit timor domini uobiscum, & cum diligentia cuncta facite, nõ enim est apud Deum iniquitas,nec personarum acceptio,nec cupido munerum. In qua auctoritate manifeste datur intelligi, quòd illi, qui in iudicijs suis à iudicijs discrepare, uel discordare uolunt diuinis, necesse habent personarum detestari acceptionem, & munerum receptionem.

Arti. 3. ¶Ad cuitationẽ primi, nos inducũt antiquorum exempla, & sanctorum auctoritates.

11 ¶Primum in factis primo ostenditur Romanorum, quorum iudices antiquitus faciem leguntur habuisse velatam,ut solum causarum audirent conditiones, neminem causantem uidentes,ne forte ex amore,uel timore citius diuitem expedirent, quàm pauperem, potiusque pulchram audirent, quàm turpem, sicut nonnulli iudices faciunt animarum,sicut fecerunt illi,qui abbatissam sæpius uenientem ad eorum curiam non expedierunt, donec uno die pulchriores de domo sua secum duceret. Tales nec prædictorum Romanorum, nec etiam Moysi more, qui uelamen posuit super faciem suam, cum loqueretur filijs Israel, iudicia Dei. (Exod.34.) Velatam nõ habent faciem in acceptione personarum errantes, secundum faciem iudicantes,contra Dei præceptum. Ioan.7. Nolite (inquit)secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate,aliter non eritis iudices Dei,quia ipse vultum iudicum eius operit.Iob 9. Nota.l.L.12.1.2.3. Exẽplũ. Exemplum.

¶Et nota solum ad euitãdam personarum acceptionem, quæ fit ratione personarum uisarum, habent moderni iudices exemplum in antiquis.Sed etiã 12 ad equitandum personarum acceptionem,quæ ratione fit parentelę,uel propinquitatis,seu cõsanguinitatis,in laudabili quadam ciuitate Italiæ habent exemplum. In illa nanque semper iudex constituitur extraneus, quem nec consanguinei,nec affines errare faciũt, cui concordat lex ciuilis. ff. de officio assessoris.l. si in eadem in digesto ueteri.lib.1.qui in magnis non iudicat,nisi secretius senioribus uocatis, & discretioribus, quibus causam exponit sine personarum expressione quærens,quale iudiciũ de tali debuit facto, ut sic in consulendo,tam ad amicum,& propinquum,quàm ad inimicum, & remotũ æqualiter se habeat, per quẽ modum Dauid iudicium dedit contra seipsum. (2.Reg.12.) vbi Nathan dixit ad eum, responde mihi iudicium, & bene quidem,quia dicit Cassiodorus super illud psalmi operatur iustitiam, &c. q̃ iustitia non nouit patrem, nõ nouit matrẽ, neritatem Exemplum. Exemplum.

ueritatem nouit personam, non accipit, Deum imitatur, apud quem (ut prædictum est) non est personarum acceptio. 13 Et non solum personarū acceptionem, uerum etiam Christi imitatores fugere deberent auaritiam, & munerū receptionem, & specialiter hoc in iudicibus requiritur quibuscunque, quia dicit lex, ꝙ iudices non debent esse cupidi, nec auari, quia auaritia radix est omnium malorum, ut in autentica ut iudices sine quoquo suffragio. § cogitatio. (Col. 2.) Ad istud ergo auaritiæ uitium euitandum eos inducere deberēt antiquorum exempla, ratio, & auctoritas. Antiquorum uero exempla ad propositum primo ex lib. Valerij, qui li. 3. scribit. Quod Scipio Affricanus, qui totam Affricam subiecerat, accusatus, ꝙ munera accepisset, respondit, se nihil de illa terra, nisi cognomen reportasse. Exemplum. Idem lib. 4. dixit, ꝙ Manthensis curio respondit legatis samnitentiū sibi munera offerētibus, quia de ligneo catino edebat, reportate (inquit) malo locupletib⁹ imperare, quàm locupletem fieri, & mementote me, nec acie ulciscī, nec pecunia corrumpi posse.

¶Secundo ad hoc est, ꝙ scribit Tullius de Quintio Herone, cui gēs etheleorum attulit donaria, quia uiderunt ipsum in ligneis, & fictilibus uasis comedere, attulerunt etiam uasa exquisitè facta (quibus ait) habitæ continentiæ, quasi paupertati esse succurrendum putatis, maluerunt (inquit Tullius) pauperem diuiti imperio, quàm econuerso. Exemplum.

¶Tertio ad hoc est, quod scribit Augustin. de ciui. Dei lib. 5. cap. 18. quòd Lucius Valerius defunctus in consulatu adeo pauper erat, quòd pecuniam pro eius sepultura in populo colligebant.

¶Quarto ad hoc est, ꝙ in uita legitur Sancti Siluestri, ꝙ uidelicet duo iudices Saraceni in disputatione habita inter Siluestrum, & Iudæos in præsentia Constantini Imperatoris, & Helenę matris suæ, tales ordinati erant, quorum unus Crato (uidelicet) philosophus nihil terrenum habere uoluit, alius uero, Zenephilus consul existens, nunquàm munus ab aliquo susćepit, propter quæ à nulla parte, contra eos susćipio oriri potuit. Exemplum.

¶In comparatione prædictorum Saracenorum, quid coram Deo respondebunt Christiani, quorum dexteraię tantum repleta est muneribus, ꝙ in paruo tempore, postquàm in potestate constituti sunt, iudiciaria, uel quibuscunque alijs officijs, terras emunt, domos, ex muneribus, & usuris, & iniquitate ædificant, pecunias multas, cum multis thesaurizant maledictionibus, cum enim Saluator Matth. 5. Nisi abūdauerit iustitia uestra, pluſquam scribarum, & phariseorum, non intrabitis in regnum Cęlorum, quomodo illuc intrabunt, quorum iustitia sine ulla comparatione minor est, non ergo intrabunt, quia dominus aufert à Hierusalem bellatorem, & iudicem. Isa. 3. Et 14 non solum Saracenorum, sed etiam Christianorum ad propositum sunt exempla, quorum duo scribit Bernar. ad Eugenium Papam de consid. li. 4. capitu. 11.

¶Primum de Martino præsbytero cardinali, qui delegatione pauper rediens, equum sibi, necessarium ab episcopo Florentino datum audiens, quòd cum causam in curia haberet, remisit, dicens, decepisti me, nesciui te causam in Romana habere curia, de Eugenio etiam Papa dicitur, ꝙ nunquam accepit ab illo, qui causam habuit in curia, iste tamen modus mutatus, uidetur in illis, qui plura recipiunt ab his, qui in curia habēt facere, quàm ab alijs, aliter pauca reciperent, quòd & sanius foret, quia melius est modicum iusto, &c. in Psalm. 36. Exēplū. Exēplū.

¶Secundū uero est de episcopo Carnotensi, qui legatus missus in Aquitaniā, secum sanctum ducens Bernar. qui ibidem de illo scribit. Quod uidit, ꝙ uidelicet nec piscem Sturionem, nec ligneas scutellas ab aliquo gratis pro xenio Exēplū.

genio oblata ſuſcipere noluit. Tales enim ſuſcitauit iudices. (Iudi. 2.) licet Deus populo ſuo tales promiſerit iudi-
15 ces, dicens. Iſa. 1. Reſtituã iudices tuos, ut fuerunt prius, & conſiliarios tuos, ſicut antiquitus, neſcitur tamen quando uenient, quia iſtis temporibus pauci apparent, uel nulli, qui in poteſtate conſtituti, pro alijs facere uelint, niſi pro aliquo dono, uel temporali commodo in re, uel in ſpe recepto. In ſpe ideo dicitur, quia frequenter viſum eſt, quod antequam aliquid actu recipiant, p illis libenter faciant, quos impoſterum daturos ſperant. Si uero poſtmodum ſperato defraudentur ad magnam contra non dantem, prouocantur inimicitiam, non quia iniuriam fecit, ſed quia ſua non dedit pro negocio, quod gratis facere debuerit, unde ſi talis coram eis iterum pro negocijs ſuis emergentibus compareat, torum vultum, & difficultatem, uel repulſam patietur, quantumcunque iuſtitiam ſe habere aſſerat. Non enim ita ſenſibilis, & palpabilis eſt apud eos iuſtitia, ſicut pecunia. Pecunia ponderoſior eſt, & ideo ad illam partem ſtatera inclinatur. Et iuſtitia tanquam res, quæ non videtur, nec palpatur uilipenditur, & pauper cũ illa non auditur, ſed excluditur in curijs illis, de quibus ait Helinandus in Cronica ſua lib. 11. In domibus prælatorum, & principum, omnia hodie ſunt venalia, fruſtra ibi de teſtimonio conſcientię, de honeſtate morum, niſi precio interueniente, confidis. Quia ſecũdum Ouidium lib. 3. de tit. curia pauperibus clauſa eſt dat cenſus honores, inde gratis iudex, inde ſeuerus eques (ſcilicet) contra non dantes, ſed audito minimo furgunt, quaſi principi ſumma diſſiliunt ualuæ, nihil auditur niſi ſalue, quia ſine meritorium, & cauſarum diſcretione, utinam dixerunt populum, cui hæc ſunt, (ſicut patet. I.I. 23. 19.) Et tamen tales, qui libẽter munera recipiunt, multum contra rationẽ faciunt, ſiue ſint in poteſtate conſtituti, ſiue illorum amici, uel miniſtri, quia ſi iniuſtam habeant cauſam, pro qua 16
iuuanda munera dant. Aut eis in cauſa illa faueat, aut non. In primo caſu ſunt iniuſti, & iram Dei merentur, ſicut patet. 2. Paral. 19. de Ioſaphat, cui dixit Deus p prophetã, quia iniquo præbuiſti auxilium, idcirco iram Dei merebaris. In ſecundo caſu ingrati iudicantur, nec cum ſecura conſcientia recipiunt, qui facere non intendunt illud, pro quo donum eis datur. Si uero iuſtã habeãt cauſam, aut illam expedire tenentur, & tunc quis illos à ſimonia excuſabit, qui iuſtitiam quam gratis facere tenentur, pecunia uendunt. Vnde Petrus Rauennas in quadam epiſtola. Acceptior apud Deum eſt iuſtitia, quã præbenda, ideo cum in utroque poſſit ſimonia committi, damnabilior tamẽ eſt omnis uenalitas in exhibitione iuſtitiæ, quàm præbendæ, uel decimæ. (No. M. 8. 22.) Tales non reputat decretum bonos iudices, ſumptum ex verbis beati Gregorij. 11. q. 3. qui recte, & c. non licet. Qui (inquit) recte iudicat, & præmium, remunerationis expectat, fraudem in Deum impetrat, quia iuſtitiam, quam gratis impertire debuit, acceptione pecuniæ uendit. Secundum ergo decretum aſſumptum ex verbis Auguſt. ad Macedonianum. Non debet iudex uendere iuſtum iudicium (ſicut patet. 14. quæſtio. 5. non ſane.) Non ideo (inquit) debet iudex uendere iuſtum iudicium, aut teſtis uerum teſtimonium, quia uendit aduocatus iuſtum patrocinium aut iuriſperitus verũ conſilium. Illi enim (ſcilicet) iudices, & teſtes inter utranque partem ad examen exhibentur, iſti, ex una parte conſiſtunt. Sed (heu) non obſtantibus omnibus iſtis exemplis, rationibus, & auctoritatibus principes eis in muneribꝰ iudicant. Mich. 3. Sicut illi. (1. Reg. 8.) Qui acceperunt munera, & peruerterunt iudicium. Et ideo perit iuſtus in iuſtitia ſua, & impius longo uiuit tempore in malitia ſua. (Eccl. 7.) quia propter hoc vix eſt, q derelinquere timet, quia dicit Decretum ſumptum ex verbis.

bis : Isidori. 11. quæstio. 3. pauper. Pauper, qui non habet, quod offerat, nō solum audiri contemnitur, sed etiam contra ueritatem opprimitur; cito violatur auro iustitia; nullamq; reus pertimescit culpam, quam redimere minimis existimat.

Ar.4. ¶Si uero in iudicando prædictas tenuerint, ut uirtutes in articulo secundo tactas, & personarum acceptionem, & cupiditatem, & omnia alia, quæ iudicij impediunt ueritatem, quæ in genere
17 sunt quatuor (sicut patet. I. 13. 28. & ex Decreto sumpto ex uerbis beati Gregorij. 11. q. 3. quatuor) scilicet timor, cupiditas, odium, amor, postposuerint; quantum sit illorum meritum, quantumque Deus illorum acceptet iustitiam, in parte historiæ ostenditur, quę in tronicis quibusdam continetur Romanorum pontificum, de quodam Papa Gregorio nomine, qui iniquos
Exemplum. Romæ ecclesias inuadentes, oblationesque asportantes, & per uias peregrinos spoliantes, post debitum iuris, & sententiarum processum, nō correctos, per suos occidi permisit, cui cum morti appropinquaret suaserunt Cardinales, ꝙ iuberet se post mortē inter alios pontifices non sepeliri, quia sanguinē multum effuderat, & statum pro tanto ecclesiasticum deturpauerat. Qui se primo excusauit, illorum increpans ingratitudinem, quia ipsorum hoc fecit cōpatiendo paupertati, asserens, quòd spoliatores vidit auro indutos, ipsosq; fere nudos. Quam insuper hoc iuste fecit, quia primo eos docuit, contra illorum errores prædicauit, nec proficiēdo, Imperatori misit pro auxilio habendo, qui se occasione alterius belli excusauit, gladium materialem in hoc casu eidem committendo. Et sic stipendiarijs conductis, expediuit primo malefactores in urbe, uidensque negocium manibus prosperari, uias extra euacuauit à latronibus per Italiam: Asseruit etiam, ꝙ finis in hoc Deo placuisse legitur, quia tamē (inquit) cum homines simus, in talibus deficere possumus rationibus, corpus meum mortuum cum ostiō ecclesiæ Sancti Petri clauso, & firmato ponite, sepulturam de qua loquimini, totaliter diuino committentes arbitrio, ut ipse signo ostendat, ubi corpus meum uoluerit esse sepultum, ꝙ cum fecissent, cū magno impetu ostiū apertum fuit, nullo hominum ad illud manum ponente, in signum ꝙ in ecclesia iustus iudex sepeliri debuit. Quod & factum fuit, ad laudem, & gloriam eius, qui tali tanquam euidenti signo ostendit, quoniam beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. 1

¶Non sic impij non sic, qui potius Ar.5.
in potestate constituti, rerum inanimatarum, & ferarum, & bestiarum, atque malorum hominum, quàm prædicti, uel aliorum iustorum iudicum mores sequuntur, atque conditiones.

¶Primo inter res inanimatas, instru- 18
mento musico male temperato assimi- Exem-
lantur, quia sicut illud non concordat, plum.
nisi bene tangatur, ita nec iudex falsus, uel alij de duodena concordabunt cum lege, uel iustitia, uel eum tausante, uel litigante, uel etiam interse, nisi muneribus datis, bene tangantur, & æqualiter, aliter ille, qui minus tangitur, ab alijs discordabit, sicut patet in illis, à quibus iudex (ut moris est) quę- Exem-
siuit, si essent in uno concordati, quo- plum.
rum unus respondit non, quia quilibet de socijs meis accepit quadraginta solidos, & ego non recepi nisi viginti, chorda illa ideo discordabat, quia non fuit ita intense tacta, sicut aliæ. Non quia iustitiam, vel iniustitiam in causa videbat. Qui ergo (secundum Petrum) faciunt leges, ubi sola pecunia regnat, aut ubi paupertas uincere nulla potest; iudicium nihil est, nisi publica merces.

¶Secundo, Isidorus de summo bono 19
lib. 4. capit. 54. Hos scillæ comparat, Exem-
cuius similitudinis vnam causam ibi- plum.
dem tangit, dicens, horum figura (vt ait quidam) tanquam scilla depingitur, atque describitur, ipsa siquidem est humana

mana facie,ſed caninis capitibus circumdata,ſic in propoſito (ſicut patet. C. 11. 48.)Secundo,ſcillæ comparari poſſunt, quæ maris uorago,ſeu ſcopulus eſſe dicitur & nauigantibus nocer, ita iſti litigantibus nocent. Pro quo eſt aduertendum,q; ſcilla,& caribdis, duo eſſe maris loca periculoſa dicuntur, q; in tali ſitu poſitę ſunt tempeſtates,q; cum difficultate poſſunt nauigãtes mediũ tenere,quin in una parte, uel alia lædantur,quia dum ab una ſe elongare nituntur,in aliam incidunt.

¶Recte in conſimili periculo ſunt. Primo generaliter, omnes nauigantes mare magnum huius mundi inter ſcopulos,& tempeſtates magnorum,& Tyrannorum,& falſorum Principum,atq; doctorum patriæ, quia ipſi cõmuniter inter ſe,uel ratione ſuperbiæ, ſeu cupiditatis,& huiuſmodi diuiſi ſunt. Nam & Sathan,cui ſeruiunt in ſe diuiſus eſt; volentes ergo inter illos uitam ad portum quietis ducere, dum non poſſunt utrique placere,ab uno franguntur, & quia magnus omnes perſequitur, q; aduerſario adhęrent, uel dum ab uno falſo fugiunt,in alium incidunt,cum quo concordantes in malo ſpiritualiter frãguntur, quomodo ſi fugiat uir à facie leonis,& occurrat ei vrſus? Amos 5.

20 ¶Secundo in hoc periculo ſpecialiter ſunt, qui cum falſis iudicibus, uel alijs quibuſcunque in poteſtate conſtitutis,facere habent, quia ſiue fugerint iuſtitiam,& appropinquauerint in cauſis ſuis iniuſtitiæ, ſiue econuerſo, ſiue damno nõ euadent, ſiue noluerint mali domini uoluntati parcere, ſiue non, immunes non euadent.

Exemplum. ¶Quod pulchre oſtenditur in tertia parte Speculi hiſtorialis in facto Honorici regis Vandalorum,qui tempore Zenonis Imperatoris omnes epiſcopos regni ſui pro extirpatione hæreſis Arrianæ ſimul congregatos ſpoliauit,tanquam hæreticus,& tyrannus peſſimus, quo facto iuramentũ ab eis exegit,q; filium ſuum poſt illũ regem facerent, q; etiã ad alia loca cõtra illũ nõ ſcriberẽt, timuit' forte, ne ꝓpter hæreſim filiũ de regno excluderent,uel ne ad curiã Romanã cõtra eũ ſcriberẽt, cui exactioni aliqui conſenſerunt,aliqui diſſenſerũt. Ad cõſentiẽtes vero dixit, uos cõtra fortẽ euãgelij iuraſtis,nũquã ad loca veſtra redibitis.Ad nõ iurãtes uero dixit, nec uos ad loca ueſtra redibitis,q; filiũ meũ poſt me regnare nõ vultis.Ita nũc accidit, tã uolẽtibus malis in malo placere miniſterio,q; etiã aliqua occaſione ipſos in fine ſpoliauit, quàm nolentibus,quibus nocet ſic hoſtibus.Idẽ etiã accidit tam uolentibus,ꝙm euãgelij viuere veritatẽ,& fidelitatẽ, quàm nolentibus, qui oẽs dicere poſſent cũ Suſanna.(Dan.13)Anguſtię mihi ſũt undiq; ſi hoc egero, mors mihi eſt ſi autẽ non egero,non effugiã manus vras,& vtinã eligerent,& dicerẽt,quod ſequitur, ſed melio eſt mihi, abſq; opere incidere in manꝰ vras, quã peccare i cõſpectu Dei.

¶Tertio tales currui male uncto aſſimilãtur, quia ſicut ille ſtridet, ita iſti dentibus,& verbis amaris ſuper nõ vngentes ſtrident, ideo in prouerbio dẽ ab illis qui cum eis facere habẽt,oportet q; illorum inungas manus. Quod prouerbium mulier quędã paupercula, quæ coram talibus expediri nõ potuit, audiens,ex ſimplicitate fertur ad domũ cucurriſſe,& ungento ſecũ accepto, ad iudicem appropinquans, quaſi uolens ſecretius ſibi loqui,manum ipſum aperiri fecit,quaſi uoleus in ea pecuniã ponere,qua aperta coram omnibus, non ſine magna iudicis uerecundia, fertur manus illius unxiſſe, qui confuſione compulſus,ipſam expediuit. 21 Exemplum. Exemplum.

¶Hæc ſimilis erat illi uiduę. (Lu.18.) quæ uenit ad iudicem, qui nec Deum timuit, &c. & tamen uindicauit eam, quia moleſta illi erat

Quarto leges,& ſtatuta,& facta illorum telis comparantur aranearum, q; muſcas,& non animalia magna capiũt, ita nec iſti magnos, & dantes munera, ſed(quod peius eſt)ipſos honorãt, quia uictoriam,& honorem acquirunt,quia dant munera, Prouer. 22. Exemplum.

¶Quinto illorum comparationem, vide. A 12.42.

¶Sexto inanimatis peiores sunt, qꝫ aqua in diluuio, & ignis in camino Danielis, bonis, & iustis pepercit, & in Sodoma ignis, & sulphur.

22 Canes. ¶Inter bestias uero cani comparantur, non cuicunque, qui in pace stat ante mensam, vsque dum ei detur, uel aliquid proijciatur, sed illi, qui rapit de mensa, uel latrando petit, ita princeps postulat. (Mich. 7.) glosa, non expectat, ut munera offerantur, sed subditos dare cogunt, sequitur, & iudex in nō reddendo est, interliniaris, scilicet, non reddet, uidetur, enim eis ꝙ mutuum ab eis nec reddi, nec repeti debeat. Et sicut canes, immo peius quàm canes, mordēt dentibus suis, & si quis non dederit in ore ipsorum quippiam, sanctificant super eum prælium. (Mic. 3.) Super dantes quantuncunque sint mali latrones, uel peccatores, non latrant, sed uel eos supportant, uel ad minus à corporali punitione parcunt, & in pœnam pecuniariam, non solum contra omnia, quæ scripta sunt. (C. 16. 38. cum sequētibus) sed etiam contra legem ciuilem, quæ habetur. C. lib 2. de transactionibus. l. transigere sub illo, qui sequitur tenore transigere, uel pascici de crimine capitali, excepto adulterio non est prohibitum, in alijs autem publicis criminib⁹, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet. i. inter se componere, ne pœna debita puniatur.

¶Et nō solum qui accipiunt, sed qui male dando occasionem dant male accipiendi, peccant, sicut patet. C. 51. 9. ad legem iuliam repetundarum. l. sancimus sub his uerbis, non modo aduersus accipientem, sed etiā aduersus dantem accusandi cunctis concedimus fa-
23 cultatem. Et hoc uerum est, quando iniustam habet causam, uel quādo aliter expediri posset. In his enim casibus tam iudicē, quàm seipsos corrumpunt, & peccant tam Gyesi, quàm Simon, tā Balaac, quàm Balaam. (Num. 22.) Sicut ergo qui uēdit, ita qui emit, nō lętetur. (Ezech. 7.) & bene dicit non lætetur, qꝫ ex tali prophana mercatione, fere omnia mala contingunt, ꝙ sic ostenditur, vbi non est timor pœnę, vix est timor peccati, quia ubi non timetur effectus, uix timetur causa. Illi ergo, qui parum timent pœnam pecuniarum, quia forte diuites sunt, parum timent peccare, sed dum parum timēt peccare, omnia mala committūr, igitur, &c. Ideo dicit lex in autentica, ut iudices sine quoquo suffragio. Col. 2. §. cogitatio versus fi. Quod una est omnium occasio malorum, & accipere suffragium à iudicibus totius nequitiæ, est principium, & terminus, cui concordat Apostolus ibidē adductus dicens, ꝙ cupiditas est radix omnium malorum. Ideo iura remediū contra adhibuerunt, ꝙ unusquisque pœna, quam plus timet, punietur (sicut ostensum est C. 16. 37.) Sed omnino cōtrarium est, quia omnes pœnas, habent, (ut cōiter) quas plus diligunt, & minus timent, quia pauper minus timet corporalem, & illam habet contra forum, & ecclesiam, diues minus timet pecuniariā, & illam habet, & sic dum in defectu iudicum, nec pauper, nec diues peccare timent, patet, quia ad utrosque egressa est iniquitas de Babylone, à senioribus iudicibus, qui uidebantur regere populum. Dan. 13.

¶Sicut hęc uerba (videbantur regere) sunt petelentica. i. apparentia, & non existentia. Ita etiam in nonnullis moderni tēporis, qui nō solū prædictorum testium, uerum etiā iudicū, qui Susannā 24
sine sufficiente testiū examinatione ad mortem condemnauerunt, sequuntur cōditiones, eandem habent significationē. In curia nanque laicali, tam iudices, quàm duodecim iurati, iudicij inquisitores, & præparatores, ac prænūciatores (ut frequenter) prędictis assimilantur in errore, ita ut duodecim iurati prædictis testibus, nam & ipsi quidē faciunt de re, qua onerantur, testificationē. Et iudices moderni prædictis iudicibus comparantur, quibus sic cōparatis, patet, ꝙ processus, processui etiā comparari

parari poteſt. Quia ſicut duo ſenes in
Exẽplũ. morte Suſannæ teſtes, teſtificati ſunt de facto, quod neſcierunt, ꝙ (uidelicet) Suſanna fuit culpabilis, ex quorũ teſtificatione populus, qui locum tenuit iudicum, illos non ſufficienter examinãdo, ipſam ad mortem iudicauerunt, ita nũc duodecim aſſertiue teſtificantur hominẽ eſſe dignum uita, uel morte ſub iuramento præſtito, de quo tñ nulli illo-
25 rum, uel pauci ſcientiã habent, quæ ad teſtificãdum requiritur. Et iudex ex illorum dicto, illum uel condemnat, uel liberat. Et ut defectus in iſto ꝓceſſu apertius denudet, totius exceſſus, & ꝓceſſus, exemplũ in medio ponatur, aſſi-
Exẽplũ. ſtit quis illorũ tribunali de latrocinio, vel homicidio ſuſpectus, duodecim vocantur iurati, & partẽ tractant, uix unus inuenitur, q illius nouerit cõditiones, cui forte, ſi alius dictis illius incredulus a ſocietate duodecim recedere uelit, ne periurij, & homicidij reatum incurrat, ultra notitiam iurando, à iudice cõpellitur, cum alijs cõcordare, dum omnes repellit, & redire facit, uſque dum ſint concordati. Iſti ergo finaliter coram iudice, de certa ſcientia deponent, aſſerentes ipſum latronem eſſe, ubi de hoc certam ſcientiam non habent, non ſolum in periurij periculũ, quia iuramentum uerum aſſertorium, ſcientiam excedere non poteſt, ſine periurij periculo. Si enim iuro Papam eſſe in Auinione, cum hoc ignorem, licet nonnulli hoc dicant, periurij periculo me expono. (No. I. 12. 26.) Sed etiam in periculo condemnationis iuſti, uel liberationis iniuſti incidunt. Ex quo ſequitur, ꝙ iudex erit, ſicut prædicti, iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente domino, innocentem, & iuſtum non interficies.
26 (Dan. 13.) Quod autem iſte proceſſus erroneus ſit, tam ex parte iudicis, quàm ex parte iuratorum. Ex quibus ſimul errantibus totus ſequitur proceſſus erroneus, duabus oſtenditur rationibus. Quarum prima factum reprobat iudicis. Ille nanque, qui obligat homines ultra illorum poſſibilitatem, errat, quia Deus hoc nũquã facit, nec ratio dictat, hoc eſſe faciẽdũ, immo oĩs ratio cõtradicit. Sed iudex ille iuratos onerat ultra poſſibilitatẽ, quando facit eos aſſerere, ꝙ eſt talis, quod ſcire eo modo, ꝙ ſcire deberẽt, ſcilicet, per cauſam, cognoſcere nõ poſſunt. Si enim obligarentur ad dicendum, quantum ſcirent, uel ꝙ dicerent, ꝙ ueriſimiliter intelligerent, ipſum eſſe talem, poſſibilitatem illorum nõ excederet talis obligatio. Sed ꝙ certitudinaliter aſſerant, non habent leges Dei, nec eccleſiæ, nec ciuiles, nec aliarũ terrarum, & regnorũ, in quibus maior viget iuſtitiæ conſuetudo.

¶ Secunda uero teſtimonium reprobat iuratorum, qua quos ſic arguitur, 27
non minor certitudo, & ſcientia requiritur, ubi de morte uel uita agitur hominis, quàm ubi de alia citra mortem agitur inquiſitione, vel correctione, vel quamuis cauſa parua, vel magna, in qua teſtiũ requiritur ſcientia, immo maior,
Exẽplũ. ſi maior haberi poſſit, quia ubi nauis imminet periculum, cautius eſt agendum. Sed in omni alia teſtificatione, teſtis officium eſt ueritatem dicere de his, quę percipit aliquo de quinque ſenſibus (ſecundùm Innocentium ſuper Decretalem, cum cauſam, quæ habetur, lib. 2. titu. de teſtibus) per quorum ſenſuum perceptionem reddere debet cauſam teſtimonij ſui; Verbi gratia. Si
Exẽplũ. quæratur, à teſte, utrum res, de qua agitur, utputa domus ſit alba, uel nigra, & dicat alba, cauſam illius ſcientię reddere oportet, dicendo, quia ipſam uidit, ſi ſic, dicat, ꝙ ſit aſpera, vel leuis; oportet, ꝙ illam tetigit, ita ſi q̃ratur, an male cãtet, vel bene, oportet, ꝙ audiuit ad hoc, ꝙ bene teſtificat, ſic de guſtu, & olfactu.

¶ Addit ẽt, ꝙ ſi dicat, ego ſcio, ꝙ nullus dubitat, vel ego ſcio, ꝙ ſic oẽs dicũt, nõ ualet teſtimoniũ eius, qa malã & inſufficientẽ cauſam reddit ſui teſtimonij, nec ſufficit, ꝙ dicat, ego ſcio ipſum eſſe dominum, niſi cauſam reddat. ar. ff. de interrogatorijs actionibus, qa plerũque. li. 11. in digeſto ueteri; hæc ille.

¶Si ergo tanta requiritur certitudo, ubi de minimis, & exterioribus agitur rebus, & ſine tanta certitudine teſtimonium nō ualet, nec proceſſus, nec ſententia, quomodo ſine tanta certitudine poſſet teſtimonium ualere, uel proceſſus, uel ſententia, ubi de maximo, agitur negocio, de uita (ſcilicet) uel de morte? Reuertimini ergo ad iudicium melioren (ſcilicet) proceſſum, & ſecuriorē pro conſcientijs in iudicijs ueſtris inuenietis, quia (ſcilicet) uſque ad diem iſtum ſepius falſum teſtimonium locuti ſunt. (Dan. 13.) Et iudices inſufficienter iudicarunt, quia cauſam uiduæ nō iudicarunt, & cauſam pupilli nō dixerunt. Hierem. 5. Dum enim ſufficientem modum in iudicijs, & cauſis ſuis non inuenerunt, ſed inſufficientem (ut oſtenſum eſt) cauſam non dixerunt, ſed potius diſſipauerunt cōtra domini præceptum. (Leuit. 19.) Nolite facere iniquum aliquod in iudicio.

Artic 6. ¶Ad omnia uero in iſto præſenti p̄cedenti articulo contra eos obiectat, tā de munerum & perſonarum acceptione, quàm de malo proceſſu, antequam in articulo ſequenti pœnæ eis debitæ exprimātur, illorum audiendæ ſunt reſponſiones, & inſufficientes excuſationes.

28 ¶Quantum ad munerum receptiones, quidam illorum corde uel ore reſpondent, ſicut reſpondiſſe fertur quidam, qui rem uicini ſui furatus fuerat, cui cum dominus rei impoſterum ueniēs, diceret, hęc res mea eſt. Reſpondit, emas ergo illā, & habebis melius forū. Ita quantucunque apud eos allegetur iuſtitia, reſpondent, tacita cogitatione, facias curialitatē, & tuum ſit, quod petis, de qbus dum uiuū, uel alia ſic acquiruntur; dici poteſt iſtud (Iohelis 3.) puellam, non quātūcunq;, ſed pulcherrimā dominā (ſcilicet) & Reginā virtutū, quę etiā dña illorum ſpecialitar eſſe deberet, quia ipſi illius ſpecialius deputati ſunt miniſterio, vendiderunt pro vino, ut biberent, quod quidam nefas apud antiquos etiam deteſtabile erat. Vnde

Exemplum.

Pollicraticon. li. 5. c. 10. Omne quod ex debito officij gratuitum eſſe debet, ſi ad preciū fiat, in ſordibus computatur.

¶Sed dicunt, vel dicere poſſent, ſi aliqua ſimonia, ſeu turpitudo, uel peccatū in talibus donis ſit, quodcunque ex parte dantis eſt, cuius intentio corrupta videtur, qui ideo dat, ut cōſequatur, quod nullo modo conſequi deberet, vel ſaltē, ꝙ ſine dono conſequi deberet, illi vero, quorum intentio eſt bona, purum donum ſine quacunque cōditione, vel pacto oblatum, recipere, peccare non videtur, cum hoc licitum ſit. Sed hoc pro tanto non ualet, quia per optimē ſcire poſſunt, ꝙ non dant ratione perſonæ, ſed officij, cui incumbit iniuſtitia nunquam iuſtitia uero ſemper ſine muneribus facere. Et licet dans, uel offerens, nullam, primo porrigat petitionem, vel addat conditionem, intendit tamen potiꝰ petere, & ideo prius dedit, ut poſtmodū audacius peteret, cuius petitionem, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam turpe eis negare uidetur, muneribus prius ab eis receptis; Beatus ergo, qui excutit manus ſuas ab omni munere. Iſa. 33. Sed dicent, tales petitiones uel receptiones ſequelas ignoraui, quando recepi, ideo factum ſequens oſtendit, ꝙ melius fuiſſet non recepiſſe, & eſto ꝙ receptū ſit, quando tales, uidet ſequelas, quæ recepit, reſtituat exemplo illius epiſcopi, de quo ſupra e. c. 14.

¶Ipſi uero iudices dicent, ſe non errare in hoc, ꝙ antiquarum regni legū, & ſtatutorum ſequuntur conſuetudines, & ꝙ iudicant ſecundùm ꝙ iurati eis viam ad iudicandum præparant.

¶Quibus primo reſpondetur, ꝙ ſi ritus antiquę legis, uel conſuetudinis hominem a peccato ſine alio additamento excuſet, Iudæi per legem, & conſuetudinē legis Moyſi, & Saraceni ſm cōſuetudinem legis Machometi uſque in diem iſtum uiuentes à peccato excuſantur, quod falſum eſt (ſicut in ca. patet de fide.) Oporꝛet ergo ad hoc ꝙ excuſet, addere, ꝙ lex, uel cōſuetudo ſit rationalis (ſicut patet. C. 8. 21. cum ſequētibus.)

29

30

Sed

Sed hæc consuetudo non est rationalis, quia repugnat charitati iudicis, qui seipsum periculo exponit, & etiam iuratorum (sicut patet, supra eo. 26. cum sequentibus.) Repugnat etiam charitati proximi, illius (uidelicet) qui iudicatur, argumentum ad hoc. C. 8. 21. Contrariatur etiam charitati, quam ad Deum habere debemus in hoc, ꝙ eius nomen inuanum, uel saltem periculose sumi facit. Illis ergo, qui legum suarum sequuntur conditiones tot modis contrá Dei mandatum, optime dicit Saluator. (Matth. 15.) Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones uestras. Sicut ergo Moyses legem, per quam populũ iuste iudicare, in duabus accepit tabulis, in quarum una erat lex, quę ad Deũ immediate pertinet, in alia, quæ ad proximum, inter quas, quia nulla erat discordia, optime per illas iudicare potuit. Ita ad hoc ꝙ iudices iuste procedant, eos attendere oportet tabulam leges diuinæ, ipsamque recipere, & tabulam legum humanarum, quibus accepris, & coniunctis, & in nullo inter se discordantibus, sed pulcherrime cõcordantibus, iuste iudicabunt. Aliter uero nullo modo, quia sicut lapidum operarius ad hoc ꝙ recte operetur, regulam requirit, per quam opus dirigit. Ita istis etiam operarijs, necessaria est regula sapientiæ diuinæ, quæ dicit, Prouer. 8. Per me regnant, & legum conditores iusta decernunt, per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.

Exemplum. ¶Sine isto uero nec regnãt, nec Deo placent, quia sicut non placet regi, qui legem, & formam iudicandi in regno suo dat generalem, quòd inferiores leges, & iudicia faciant contraria, ita in proposito.

31 ¶Non ergo iudices contra iudicem. (Eccl. 8.) In qua auctoritate prohibetur omne iudicium contra ueritatem, quã nouit, quod est contra multos, qui dicunt, ꝙ sunt ibi, ut persona publica, & ideo sicut publica persona per iuratos testes informati, cõtra ueritatẽ, quã ut persona priuata, sciunt, iudicium dare possunt, hoc si uerum sit, quare Pilatũ de Christi lapidãt crucifixione, qui testium secutus attestationes, ipsum mortí adiudicauit, cum de bono opere nullus lapidari debeat. Potius ergo sequi deberet ueritatem quam nouit, quam falsitatí quã audiuit, quia dicit Scriptura, qui quod nouit, loquitur, iudex iustitiæ est, Prouer. 12. Sed dicent, pro tali loco publicó satis nouit, sed quis ita insanire uelit, ꝙ dicat, uel intelligat, ꝙ quicunque plus in aliquo loco teneatur sequi uoces duodecim hominũ forte falsorum, esto tamen ꝙ uerorum, quàm Deum, & ueritatẽ, & ppriã fidelitatẽ, ut contra conscientiã suam agat.

¶Nec ualet, ꝙ dicunt, ꝙ ibi nouit, ut publica psona, quia licet audiat, quod dicunt, & nouerit ꝙ si dicunt, non tamen nouit sic esse, ut dicunt. Ergo rem uotibus subiectam nescit, & Deus & quilibet Dei cultor plus res, & ueritates, quàm uoces attẽdit. (Nota. O. 6. 51.)

32 Et sicut iudex ueritatis non debet iudicare innocentem propter iuratorum uoces, ita nec sententiam proferre contra partem, quam scit ueritatem habere, propter aduocati, uel cuiuscunque negligentiam uel defectum, uerbi gratia. Aliquis mouit litem, proponit libellum contra alium ad ipsum à promotione sua amouendum, uel ad aliquid quod non habet obtinendum, alius in propria persona, uel per aduocatum non facit, uel facere nescit debitas exceptiones, & responsiones. Iudex tamẽ uidet, quòd si sciret se defendere, sicut deberent, nihil obtinerent, quia in rei ueritate ius non habent, nisi propter defensionis defectum. In isto caũ, & consimilibus dissimulare, uel alium iudicem assignare deberent, uel supersedere, ut interim pars iusta melius muniatur.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

¶Sed dicent, iudex supponit, ꝙ utraque pars bene procedit, quibus respondetur, ꝙ nõ, quãdo scit cõtrarium, faciẽdo enim cõtra illam sciẽtiã, uel cõsciẽtiã, plus erit cõtra eum in die iudicij, quàm faciẽdo cõtra uoces iuratorũ,

vel instantias aduocatorum. Sic ergo iudex nunc, ne tunc iudex tradas te exactori (Luc.12.) Iurati uero se excusant, uel q̃ hoc faciunt, quasi à iudice compulsi, qui eos ad iurãdum, & alios inuitos adiungit, & uidetur facere pro eis decretalis lib.1. titu.29. de officio & potestate iudicis delegati.ca. pastoralis. §.quia vero. Regula etiam iuris in ui- 33
que dicit, q̃ quis mandato facit iudicis, dolo facere non uidetur; cum necesse parere habeat. Sed tamen istæ leges non sunt pro eis, nec pro quibuscunque ministris, qui dominis suis in illis eis obediunt, quia distinguunt glosa ibidem, quòd ubi præceptum est apertè iniquum, uel contra legem, non debet inferior obedire, immo resistere.

¶Et ad hoc probandum adduci potest, tam lex ciuilis, quàm diuina. C. de decurionibus, lib.10. Iustinus, ubi habetur, q̃ decuriones eximuntur ab aliquibus popularibus seruitijs, & afflictionibus. Si ergo iudex præcipiat torqueri decurionem, uel aliud consimile, cõtra illorum libertates, non est obediendum iudici in hoc casu. Si ergo non debet torqueri decurio, quia lege humana cauetur, ergo à multo fortiori, non debet torqueri Christianus quocũque præcepto legis, uel iudicis mundi, quia lege cauetur diuina, & etiam humana, (sicut ostensum est. F.3.26.) & contra exemplum sacræ Scripturæ, & doctrinam Michææ prophetæ. (3.Regum 22.) Qui cum hortaretur, ut bona & placita regi diceret, sicut alij falsi dixerunt, respondit, viuit dominus, quia quęcũque dixerit mihi dominus, hæc loquar, uel q̃ hoc eos facere oportet, ut maiori parti se conforment, sed hoc reprobat Scriptura.E.7.12.& Ecclesiast.11. dicens. In iudicio peccantium ne consiltas.

Artic.7. ¶ Quos uero omnia prædicta exempla à munerum datione, & receptione, & iudicij deuiatione non reuocant, saltem ipsos pœna reuocet, tam dantibus, quàm recipientibus debita.

¶Ipsis enim dantibus pœnam infligit lex ciuilis.C.lib.7.tit. de pœnis iudicis, qui male iudicauit, uel eius qui iudicem uel aduersarium corruperit cauit lege 1. In his uerbis constituit Imperator in quacunque causa, ut cuicunque data fuerit pecunia, uel iudici, uel aduersario amittat actionem, is qui diffidentia iustę sententiæ in pecuniæ corruptelas spem posuit. 34

¶Ipsis etiam recipientibus, pœnę debitæ sunt tam temporales, quam æternæ. Temporales plurimę, quarum una est populi odiũ & infamia, iuste enim, & de suo nimentes subditi boni saltem timerent ut dominos, diligerent ut patres, colerent, ut sanctos, sicut fecerunt illi, quibus scribit Apostolus. (Gal.4.) Si fieri posset oculos nostros, eruisseris, & dedisseris mihi, quia eos non grauauit, collectas uel munera ab eis recipiendo. Sed hodie econtrario tantum collectis & muneribus à superioribus grauantur, q̃ potius illorum eruerunt oculos, si possent, quia iudices eius, quasi lupi uespere nõ relinquebant.Sophoniæ tertio.

¶Secunda est suspensio est restitutio, 35
& in casu irregularitas, sicut patet libro sexto, de sententia, & re iudicata, capitulo.cum æterni tribunal, ubi habetur, q̃ quicunque iudex ecclesiasticus, aut etiam delegatus contra conscientiam, & contra iustitiam in grauamen, alterius partis in iudicio, quicunque fecerit per gratiam, uel sordes, executione officij per annum se nouerit suspensum, & ad extimationem litis parti, quam læserat, nihilominus condemnandus. Si uero durante suspensione diuinis se ingesserit, irregularitatis laqueo se inuoluit, à quo non nisi per summum Pontificem poterit liberari, hæc ibi.

¶Quantum uero ad hoc q̃ dicit; q̃ tenetur ad æstimationem litis, &c. Nota q̃ iudex ordinarius, uel assessor, dolo, uel ignorantia, seu imprudentia, & negligentia, falsam ferentes sententiam, tenentur ad restitutionem totius damni in foro cõscientiæ parti læsę. Codice

de

de pęna iudicis, qui male iudicauit. l. ultima in parte agit ad hoc, delegatus uero non tenetur niſi de dolo, q uia talis ſententiæ ex certa ſcientia delegantis eſt ignarus, eius tamen aſſeſſores & conſiliarij obligantur, & ipſe etiam ſi negligens fuit in eligendo legiſperitos. Si uero iudex munus accipit, ut bene iudicet, tenetur reſtituere ei, qui dedit. Si vult male, tenetur ei reſtituere, quod accepit illi, quem damnificauit pro illa acceptione, ſi aliquem damnificauit, & nihilominus ad totum intereſſe obligatur, aliter dandum eſt pauperibus, & non illi, qui turpiter dedit, facit ad hoc decretum. 1. quæſtio. 1. Iubemus. Et articu. 17. quæſtio. 4. ſi quis.

36 ¶ Tertia eſt turpis mors corporis, quam meretur ſpecialiter, ubi innocentem cõdemnat, ſicut patet de illis ſenibus. (Dan. 13.) Qui ideo occiſi leguntur, quia innocentem condemnari fecerunt, & per legẽ talionis. (Deut 19.) vel vbi nocentem liberant, qui poſtquã eſt per falſos iudices vel iuratos, ſeu patriæ ductores, & malos homines liberatus, furatur, uel occidit. Ex quo enim traditus fuit ad puniendum, ſicut meruit, & per ipſos punitio impeditur, audaciorque fit impoſterum ad malefaciẽdũ, rationabiliter de malefactis ſuis reſpondebunt ipſi, per quorum iniquã liberationem, & procurationẽ, & ſupportationem talia committunt, committendique ſumunt audaciam.

Exemplum. ¶Hoc enim nõ ſolum hiſtoria oſtenditur, qua fertur, uiduam quandam cuiuſdam mali, & ſuſpẽdio digni, procuraſſe liberationem, qui poſt nouem occidit homines, quo facto uidua infirmata, & in extaſi coram iudice rapta, inter alia contra illam opponebatur, q nouem homines occidiſſet, ipſa uero hoc negante, accuſationem ſuam per hoc probabant, q ille nouem occidiſſet, quem ipſa liberari procurauit, cum dignus eſſet morte, quã ſi ſuſtinuiſſet, nullum poſtea occidiſſet, quæ ergo occaſionem damni dedit, damnum etiam dediſſe uidebatur. Sicut ergo ille, qui talia committit, furti, uel homicidij crimina, dignus eſt morte, ita tam iudices, quam adiutores, occaſione quorum talia committit, & qui huiuſmodi factorũ cauſa ſunt, ſicut patet per iura, I. 12. 20. Sed etiam in ſignum, q iuſtitia hoc requirit exemplum, ſeu hiſtoriam antiquorum, in quibus magna uiguit iuſtitia adducit Tullius, lib. 6. de Cambice rege, qui quendam iudicem de falſo conuictum iudicio excoriari fecit, & pellem extendi ſuper cathedram, vbi filius, qui ei ſucceſſit in officio, pro tribunali debuit ſedere, ut patris pellem uidendo, exemplum acciperet in ueritate ſe tenendi, nec malos liberãdi, nec bonos condemnandi, uoluntatem haberet. Addidit etiam ſcripturam verificatam, dicens. Sede ſedens iſta, iudex inflexibilis ſta; Sit tibi lucerna, lux, lex, pellisque paterna. A manibus reſeces munus, ab aure preces. Si ſic eſſet miſtratum falſis hominibus, & malorum ſupportatoribus, & adiutoribus, & liberatoribus, fidelem haberemus patriam. Sed (heu) licet hoc in uita iſta contra tales non exerceatur iudicium, quod tamen iuſte ſuſtinere deberent, ſicut prędictis patet exemplis, & etiam cuiuſdã ſancti auctoritate adducta. A. 12. 37. dependere, & prehendere, q de capientibus dona ad malos liberandum, ſpecialiter uerificatur, & etiam legibus humanis, & diuinis adductis F. 3. at. 6. per totum, &c. Certiſſimũ, q in alio ſeculo, multo grauiora ſuſtinebunt iudicia ab illo, qui dicit diſperdã iudicẽ. Amos 2. In ſignum cuius. Dan. 13. Illis malis iudicibus dixit Daniel, ecce Angelus domini accepta ſententia (ſcilicet) in morte ſcindet te, dando bona tua exteriora, quæ per falſitatem collegiſti amicis, & forte inimicis tuis, corpus uermibus, & animam dæmonibus. Audite hæc iudices domus Iſrael, qui abominamini iudicium. (Micheæ 3.) & cogitate quid tunc facietis, reuoluentes quod dicit Iſaias, & habetur. F. 1. 40.

Exemplum.

37

Exemplum.

Digitized by Google

¶ Hęc recordantes comparatis adinuicem, quæ in baptismo promisistis, & accepistis (sicut patet. F. 4. 24. cum sequentibus) & quæ facitis, & non inuenieris concordiam inter promissa & facta per istum modum) sicut in tertia parte speculi historialis legitur ad sui memoriam reduxit Murina diaconus hyspidorum falsum, ille namque diaconus lintheamina, in quibus hyspidorus in baptismo inuolutus fuerat, secum custodiuit, de fonte namque baptismi ipsum leuauerat, & pro tanto videbatur sibi, quòd fideiussor eius quodammodo fuit; unde cum quadam die pro tribunali sedens crudelia exerceret, fideiussor ille uidens, quòd à promissione, pro qua ad Deum pro ipso fideiussorem se fecerat, declinaret, lintheamina illa attulit, dicens, Ista est vestis, quã Christus in nuptijs suis te induit, istam custodiam contra te in die iudicij, ubi nudus apparebis. Sicut ille diaconus illum ad memoriam reduxit de promisso facto, & iudicio futuro, ita reducant seipsos cogitãtes, quòd quomodo se aspere haberent ad illum? qui coram eis uacuus apparet, ita ille se habebit ad eos, ubi munera illorum ipsos non iuuabunt, qui est iudex iniquorum hominum. Sapien. 12. Nota de iuramento, quòd iudices præstant. M. 8. 21.

Exemplum.

38

¶ Iudicium humanum. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium genuinum esse constat, licitum scilicet, & illicitum.*
Licitum est, aut de seipso in confessione, aut de proximo in correctione.

2 *Illicitum uero est, aut de prorsus occultis, aut de ambiguis: aut de malis apparentibus, aut de bonis apparentibus.*

3 *Quoad homines illicitè iudicantes quæ sterna causa inueniri potest.*

Vnde huiusmodi illicitum iudicium emanare censetur.

4 *Primum, quia illicitè iudicantes lupo, ac vulpi assimilari possunt.*

5 *Item proditoribus in castro obsessis, furibus, & incredulis conferuntur: & in improbos, indeuotosque homines, qui sacerdotes irreuerenter detestantur, atque execrantur, iustè inuehitur.*

6 *Secundo illi, qui ira duntaxat, uel amore, uel munere, uel timore ad iudicandum ducuntur, atque trahuntur; homini cernenti lignum rectum per indispositum medium, & ineptum ad uidendum, comparantur.*

7 *Iuxta Decretorum sanctiones iudicium, ac testimonium talium male iudicantium omnino inhibetur.*

8 *Illicitè, & inique diiudicant, qui ad eorum munienda, & dirigenda iudicia, leuium, infamiumque ac peruersorum, (quamuis grauiores sint) testium hominum uerbis innituntur, & credunt; quia iudici optimo vox & clamor populi satis minime est.*

9 *Tertia causa, quare humanum iudicium sæpe sæpius falli uidetur, pessima nonnullorum inueterata consuetudo existit.*

10 *Quarto uerò potissimum in causa esse æstimatur, quòd homines aduersa, & obliqua iudicia, ut plurimum, obire consueuerunt; ipsamet eorum, qui falso, & nequiter cæteros adiudicant, nequitia, atque falsitas, & uersutia, qua imbutos, ac infectos esse clarissime patet; quia ipsi tales sunt.*

11 *Exemplis pluribus non illepidis, cùm Iudæorum, & Saracenorum, tùm etiam naturalibus, illorum iudicio, qui pro uno duntaxat flagitioso totam multitudinem, uel Religionẽ improbam esse ducunt, & opinantur; facilè reijcitur, atque retunditur.*

12 *Idem quoque peruersum male opinantium omnes pro uno prauo malos fore iudicium, exemplis idoneis reprimitur.*

13 *Hæc eadem improborum iudicum opinio tum Diui Patris Augustini doctrina, tum pluribus sacræ paginæ exem-*

plis,

plus, inexcuſato frangitur, ac refutatur.

14. Vidimus prauo iudicio, exemplo Chiſij qui Ioannem Indum improbum ſimul cum apoſtolis ſecum degentibus in eius religionem cooptauit, & gubernauit optimè opponitur.

15. Idem etiam inſanum iudicium, exemplo vnius flagitioſi Luciferi à bonis angelis in cælo commorati, quo tamen vno malo ipſi boni vnio bonaquaque dantur, euellere enixe contendimus.

16. Exemplo longè appoſito Dei, optimi, qui nec ob improbos ſodomæ incolas, atq; eius probum virum Lot perdere, ſeu plectere voluit, uberius conſtat, tū malos propter bonos tolerandos, tum bonos propter malos iniurijs, conuitijſque nunquam laceſſendos ſeu caſtigandos fore.

17. Eadem ratione, qua ob vnius culpā omnes alicuius multitudinis religioſos malos eſſe exiſtimās, omnes etiam è regione ob bonum & dignum vnius probi factum probos, ac dignos diiudicare, & opinari debemus: quod certè, quia mali & falſi ſunt, prorſus omittere non verecundantur.

18. Quadrifariam illi, qui pro vno nefario omnes huiuſcemodi eſſe arbitrantur ac iudicant, ne à Deo in ipſos atrociter animaduertatur, ſibi conſulere poſſunt.

Primum namque conſiderent, q illū, quē malū ipſi adiudicant, apud Deum fortè cunctorum criminum pœnituerit, & ſeipſum diutius correxerit, atq; emēdauerit: vnde tunc eos amplius iudicare neutiquam decet.

Exinde tales illicitè iudicantes clare cōſpiciant exemplum illud cuiuſdam in eius domo amicum prædilectum è vita deceſſum habentis, & cum minimè lugentis, ſed aliorum mortem ploratis.

19. Tertio male iudicantibus finis iudicij, ſeu finis cogitatio prodeſſe poteſt.

20. Quarto demum male aliena facta iudicātes ab huiuſcemodi iudicijs longe abeſſe debent; cum vehementem tentationem vel præſumptionem ipſius, qui ab eis male iudicatur, diligenter cogitarent: quia eadem, quæ in alios iudicant, agere facillimè poſſunt.

21. Ii etiam, qui à prauis iudicibus non recte iudicari ſolent, hoc facto ſibi proſpicere poſſunt: quas enim cauſas, atque anſas eos male iudicandi (quod ad melius fieri poteſt) ab his iudicibus arripere, et amouere prō viribus euitantur.

22. Homines deinde, qui iudices illicitè, & exacrabiliter eos adiudicantes, euitare nequeunt, eorum ſaltim iudicia prorſus floccipēdere, & contemnere debent, à bonis actibus nullo tempore (exemplo Chriſti) deſiſtentes.

23. Exemplo quodam appoſito patefit, malè iudicantium verba, atque conuicia prorſus nihil facienda eſſe, dummodo à recta Dei via nunquam declinare, ac recedere videamur.

IVdicij humani; Primo, facienda eſt diuiſio, Secūdo illiciti iudicij oſtēditur cauſalitas, Tertio, reprobatio, Quarto, remedia, Quinto, paruipenſio.

¶Quantum ad primum, quoddam eſt iudicium licitum, quoddam illicitum. Artic. 1.

¶Licitum uero, aut eſt de ſeipſo in confeſſione, ſicut æger quodammodo ſe iudicat, dum morbi cauſam, gulam, videlicet, uel aliud uicium, in quo delinquendo, morbum incurrit, medico reuelat. 1 Exemplum.

¶Sic os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium (in Pſal. 36.)

¶Sic ſi nos ipſoſmet iudicaremus, non iudicabimur. (1. Corin. 11.) Aut de proximo in correctione: ſicut iudicium de latronibus; ſic exaltare; qui

qui iudicas tetram, reddo retributionem superbis (in Psal. 113.) Quia beati, qui custodiunt iudicium, & faciũt iustitiam in omni tempore (in Psal. sicut patet. I. 9. tit. 4. per totum illicitum uero, uel est de omnino occultis, quæ p decretum, Dei iudicio sunt reseruanda. 6. q. 1. fi omnia. Sicut ergo in iudicio foriseco illicitum est iudicare incognitum, uel non subiectum, ita in iudicio quotidianæ locutionis; Talis cõtra omnia iura officium iudicis cœlestis sibi usurpat, quem reprehendit apostolus, dicens, Tu quis es, qui alienum seruũ iudicas? suo enim domino stat, aut cadit. (Ro. 14.) quasi diceret, ipse dominus suus, & non tu, scit, verum bonus uel malus sit, quia ex quo occultum est, ipse stat, uel cadit (id est) ipse notitiam habet de statu suo, utrum stet ad Deum erectus, an cadat ad peccatum, & diabolum prostratus.

¶Vel est de dubijs, ubi (scilicet) dubium est, quo animo fiant, quæ de sui natura mala non sunt, nec prohibita, sicut comedere bis in sabbato, loqui cũ muliere, & huiusmodi. Hoc nõ solum ideo illicitum est in malam partem iudicare, quia rationem quodãmodo habet occulti, sicut prædicta, sed quia contra statum est ecclesiæ quæ vult, quòd in meliorem partem interpretetur (in lib. 5. Decretalium. de reg. iur. titu. ulti. estote.) Et contra doctrinam Pauli dicentis, qui manducat non manducantem nõ iudicet. (Rom. 13.) Et causam, reddit ī hoc, quòd sequitur: Deus enim assumpsit illum (id est) fieri potest, q̃ sit à Deo acceptum illud, in quo ipsum iudicas: Nota de hac materia E. 7. 10.

¶Vel quia est de apparẽtibus malis, quorum tamen iudicium à te non pertinet. Et sic alicuius iudicis terreni, cui, uidelicet, talis delicti pertinet correctio, tibi usurpas, quod est reprobatum. D. 6. 24.

¶Vel est de apparentibus bonis, in quo erratur, plus attribuendo bonitatis, quàm attribui deberet, iudicãdo dilectiores, & melius uestitos meliores, & honorabiliores, sicut ideoæ reliquiæ melius deauratas reputant sanctiores. Contra quos est exemplum de Samuel. Hi. 4. 11. Et auctoritas Iacobi. I. 9. 9. Si introierit, &c. Et Christi actio, de qua Ma. 11. Non secundùm uisionem oculorum iudicabit, &c.

¶Quarum ergo ad occulta, uel dubia, nolite ante tempus iudicare; quo adueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. (1. Cor. 4.) Quia tunc clara sine periculo iudicare poterunt, quæ nunc occulta uel dubia iudicari non possunt. Diuinum ergo iudicium sibi usurpat, qui incerta uel dubia iudicat. 2. q. 1. nomen presbyteri qa soltis Deus nouit corda. 2. quæst. 7. consuluisti.

¶Quarum uero ad apparentia mala uel bona nolite secũdum faciem iudicare. (Io. 7.) quia in tali iudicio facile ualde erratur, sicut ostensum est. I. 9. 9.

¶Huiusmodi errores in iudicio erroris multiplex inuenitur causa ex parte iudicantis. Quarum prima ad similitudinem accipitur oculos habentis infirmos, uel ægrotantis, seu existentis in tenebris. Artic. 2.

¶Primi nãque speculentorum, & oculos damnificare dicuntur uisos & uidentes, sic isti uisa peruertunt. 3 Exemplum.

¶Secundi uero nõ bene iudicat inter fœdum, & pulchrum, inter aurum, & auricalcum, inter florenum, & denarium cuprum, inter canem ouium custodem, & lupum ouium rapacem, ita nec isti more febricitantium palatum habentes, infectum, & more ægrotantium, quos uidelicet amor, uel odium, seu timor, uel cupiditas, exæcauit sanctissimum uirum, qui diligentium magnam de ouium habet custodia, lupum uocant, dicentes, quãdo illorum intrat societatem, quòd lupus est in fabula, illiusq; tam personam, quàm cautum, atque uerba contemnunt. Ideo dicit scriptura. (Iob 12.) quòd iustus est lãpas contempta apud cogitationes diuitũ, quia sicut lampas accensa de die clarã Exẽplũ con-

contemnitur, & parui penditur, paráq; apparet in conspectu illorū, qui de nocte illius diligunt, & affectant præsentiam: & a iustissimi eius lumine gratiæ ac scientiæ uiæ uel nullius sunt apparētiæ, immo parui pendūtur ab illis, qui licet in tenebris sint peccatorum, quasi dignam mundialem habent prosperitatis. Tales nāq; die prosperitatis illorū durante solum mundi luminaria, de quibus salmator: Vos estis lux mundi, cauti in quotidianis locutionibus, quàm in extremis iudicijs, in curijs malorum si aliud quàm iustitia interuenerit, cōdemnare, quia nescierunt uidentem, ignorauerunt iudicium. Isa. 28. Nota. P. 6. in.

4 ¶Nescierunt (inquit) uidentem (id est) prophetam, uel quemcunque ipsum (id est) de ipsi non curauerunt, qui de die præsentis tantum gaudent prosperitate, qui tamē lumine illo deficiente, mortis nocte appropinquāte, lampadum præsentia, & lucem & uidere consilium habere affectant, & festinant, dicentes. Intende iudicio meo (in Psal. 54.) Et secundùm iudicium tuū uiuifica me. (iterum in Psal. 118.)

¶ Est ergo tam de talibus, quàm de illorum iudicijs, & actuum diuersitate quantum ad facta, quæ in prosperitate faciunt, & in aduersitate capiunt, sicut de lupo, qui tota uita sua oues deuorauit, & de uulpe, quia sicut lupus ille, q ex uenatorum, & canum, quę imminet, sequela timens, libenter inter oues in ouili pacifice, & uulpes inter gallinas quasi mortuam se ponerent, ut mortem euaderent immoriturum, quam cū euaserint, sunt sicut ante fuerunt, sicut ille, de quo Prouerb. 17. Impius accipit, ut peruertat semitas iudicij, qui in tota uita sua propter numerum & personarū acceptionem, quātum possibile est, pro mundi uerecundia Dei, & pauperum peruertit iudicia. Exemplo filiorū Heli, qui acceperunt munera, & peruertunt iudicium. (1. Reg. 8.) propter quod tam pater, quàm ipsi populi amiserunt dominium, quando mortem appropinquare uidet, rogat, quæ ad pacē sunt, & fomentum condens inter oues Christi, & ecclesiæ, quas nunquàm pauit, sed quibus sæpius nocuit, se poni ordinat, acquiterq; se humiliando, magnamq; dilectionem mendaciter fingendo, manus ad crucem, & oculos ad Deum leuando, cum suspirijs & gemitu dicit istud Psal. Non intres in iudicium cum seruo tuo, sed miserere mei secundùm iudicium diligentium nomen tuum (in Psal. 118.) Seruum se dicit, sed serotinum, quia sero seruus esse incipit Dei, diligere etiam se simulat, qui ueracius dicere posset. Omnia hæc ideo facio, & loquor, quia à iudicijs tuis timui (in Psalm. 118.) Nota. P. 7. artic. 20.

¶In quibus uerbis & factis non solum prædictis bestijs, sed etiam prædonibus in castro obsessis, & latronibus, & incredulis assimilantur. Exēplū.

¶Primū patet, quia sicut obsessi, quādiu fortiter defendere se sperāt, & aduersarium aduersarijq; seruos, & milites nilipendunt uerbis & factis eis proposse nocere. Sed quando amplius se defendere à possum, pulchrè loquūtur, quæ pacis sunt rogantes: Sic prodito res Dei, Deum, & milites suos in hac uita in iudicijs suis, ideo accipient prolixius iudicium. Mar. 12.

Exemplum. ¶Secundum etiam patet, quia sicut latrones ad patibulum ducti, sacerdotū petunt preces, suffragia, atque consilia, quos prius in nemore, uel in domibus spoliauerunt: Sic ille, qui ędificat cenacula sua non in iudicio. (Iere. 22.) Sed ex furto, rapina, & usurijs, & iniquitate. Exemplum.

Exemplum. ¶Tertium insuper patet, quia sicut increduli oculos fidei habentes debiles, quando uadunt mercari, uel uenari, uel alio quouis modo negociari, nō libenter uiris obuiant ecclesiasticis: (sicut nec Belial Christo, nec latro ad latrocinium eadem, fideli, nec lippos habens oculos homini) nec libenter eos in societate ducunt. Nōnulli nāq; marinarij libentius se cum in mari latrones, quàm bonos ducerent religiosos, quia

quia ſicut incredvli in terra euntes ad nundinas, libentius latronibus obuiarent, quàm ſacerdotibus, p quibus eſtimarent ſe peius negociari, quibus etiã, ſi qua eis illo die contingerent infortunia, attribuerent, eo p eis obuiauerunt, ita & in mari tẽpeſtates, & infortunia, potius bonis, quàm malis, quos ducũt, attribuunt, illi q nec recordabãtur iudiciorũ iuſtorũ. (Dan. 13.) Not. S. 10. 12.

¶In quibus inuenire poſſent, q illorũ proſperitas, eſt ſalus potius ex illorum bonorum contingit obuiatione, & ſocietate, ſicut patet de Sodoma, &c. quę ſubuerſionis, & ſubmerſionis euaſiſſet periculum, ſi decem bonos in ſocietate ſua habuiſſent, quam tamen omniũ malorum ſocietas non ſaluare, ſed potius perdere potuit; ita in propoſito.

¶Omnes tamen prædicti, qui terra, mariq; ſeruorum Dei ſocietatem (qa ipſi ſerui ſunt diaboli) uitant, & fugiũt, in tranſitu mortis, quando ad mẽcationes uadunt maioris pẽderis, & periculi, ad portũq; properant piculoſiorẽ, libenter ſacerdotibus, virisq; quibuſcũque obuiarent eccleſiaſticis: Nota hic de milite, qui poſuit vnum ſacerdotem in cauea, alijs omnibus eliminatis, poſtea ſine ſacerdote obiit, ut dignus erat: Et mirabile eſt, qui prius timuerũt peiorẽ habere formam, in morte ſe meliorem ſperant fortunam, eis obuiãdo. Sic ſe habuit ille, qui in tota uita ſua, vel maiori parte uitæ ſuæ, nec Dei diligit ſocietatem, nec mandata, nec ſeruitium, qui antequàm patiatur contumeliam, iudicium deſerit: Prouerbiorum 17. Exemplum.

¶In quibus omnibus dum ſeruorũ Dei fugiunt obuiationẽ, uel ſocietatẽ, ſeruos ſe eſſe oſtendunt diaboli, & inimicos Dei, quando uero in mortis neceſſitate ſeuos quærunt Dei, ſe per illos Deo reconciliari, ipſiusq; ſe ſeruos fieri, licet tarde quodammodo, uelle oſtẽdunt: Sed, heu, tantum in uerbis ſanctis ſtabunt ad iudicium: Eccleſiaſtici. 43.

6 ¶Secunda uero cauſa erroris in iudicio, tã quotidianæ locutionis, quàm aliorum iudiciorum, tam in curia eccleſiaſtica, quã ſecularj, accipitur & intelligitur ad ſimilitudinem uidẽtes lignum rectum per inordinatũ mediũ, vtputa per aquam, quæ non eſt mediũ ita bene ad uidendum diſpoſitum, ſicut aer, uel per plura media, quorum vnũ eſt diſpoſitum, aliud non, ad uiſi ligni rectitudinem oſtendendam, ſicut patet de aere, & aqua: In iſtis enim caſibus lignum rectum uidetur curuũ, quia medium in uidendo incongruũ, illud mẽdaciter, curuũ facit iudicari. Sic in p poſito, illi, qui in iudicijs ſuis ſolo medio utuntur in congruo, ſicut ira, amore, munere, uel timore, uel q bono medio, vtputa legis, & iuſtitiæ in aliquo de prædictis medijs cum bono cõiuncto, & copulato, utuntur in iudicijs, rectum curuum iudicare, & ecõuerſo, ſicut patet. C. 17. 37. Exemplum.

¶Quod enim talia media in iudicijs in uſu habentur, ex uerbi oſtẽditur p phetæ, qui ſub uerbis de præterito factum narrat de præſenti. Mich. 3. Principes (inquit) eius in muneribus iudicabant. Sacerdos eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & ſuper dominũ nõ requieſcebant. Ex quo uſu concludi poteſt, quòd in uſu habent erronee iudicare.

¶ Ideo, ſecundùm iura talium teſtimonium uel iudicium, qui medijs talibus ducuntur, eſt prohibitum, in cuius ſignum dicit, Decretalis. lib. 2. tit. de teſtibus. c. licet, Secũdo, q in cauſa diuortij ad teſtificandum non admittitur, niſi iuret ſe illa, de quibus agitur, didiciſſe impedimenta ante litem motam, q etiam illa audierunt ab antiquioribus ſuis, & fide dignis, & nõ ab infamibus, uel ſuſpectis, uel leuibus perſonis. 7

¶Cuius ſtatuti cauſa eſt, quia ſi aſſerat ſe tantum poſt litem motam cauſas didiciſſe iura præſumunt, q munere à parte accepto, uel ira, uel amore, vel timore ad inquirendum, & teſtificandũ indicatur, & ſic talibus innitens medijs falli faciliter poſſet.

¶Quare uero addit, quòd à fidedi-

gnis

gnis addiſcere eum oportuit, cauſa eſt, quia leuium & infamium perſonarum uerba minus ſunt credibilia, nec ex illis ad uerum, & certum procedi poteſt teſtimonium, uel iudicium. Sicut hæc Decretalis inſufficiens reputat teſtimonium, ſeu iudiciũ, quod ex talibus ꝓcedit medijs in cã diuortij, & cõſãguinitatis, ita neceſſe eſt in alia reputare cã, ſeu iudicio, uel teſtimonio quocũq;

8 ¶Sed ſpecialiter in ultima prædictæ decretalis parte delinquunt, qui alios iudicando, malorũ, uel leuium, uel grauiũ, ſeu peruerſorũ, adducunt teſtimonia, dicentes, ꝙ à talibus audierunt, nõ ſolum ab vno, ſed à multitudine. qđ licet uerum ſit, nõ tamẽ ꝓ illorum ſufficit iudicio, plurimorum, auditus, quia ſi clamor populi, uel etiam grauium, ſed peruerſarum perſonarum excuſaret de alio mala narrantẽ, uel iudicãtẽ, patet, ꝙ excuſatus eſſet, qui diceret Chriſtum uoratorem uini, Et Ioannem baptiſtam dęmonium habere, quia & alij hoc dixerunt (ſicut patet Lu. 7.) uel etiam, ſi quis dicat Chriſtum dęmoniũ habere, quia hoc alij dixerunt. (Ioan. 8.) uel ꝙ malus ſit, ꝙa hoc alij dixerũt (Io. 7.) qui etiam dignum & reum eum eſſe morte clamant cum tota multitudine, quia teſte Matth. 27. dicunt omnes, crucifigatur. In his omnibus exemplis, magna patet ratio præcepti diuini. (Exo. 23.) dicentis, Non ſequaris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorũ acquieſces ſententiæ, ut à uero deuies: Ex quibus omnibus oſtenditur, quòd pater noſter, qui prædicauit, uox populi, uox Dei, neſciuit omnia, non ſolum, quia contra legem fecit Dei (ut prædictum eſt) ſed quia etiam contra legem fecit ciuilem, quã ignorare non debuit: Codice libro 9. titu. de pœnis. l. decurionum, ubi habetur, quòd populus clamauit, quòd decurionum filij deberẽt torqueri, ſicut alij, uel beſtijs ſubijci: Imperatores uero contradixerunt, dicentes, quòd uanæ uoces populi, non ſunt audiendæ, nec eorum uoci credi oportet, quando aut noxium criminis abſolui, aut innocentem condemnari deſiderarunt, hæc ibi, gloſa ibidem dicit, quòd ſi Pilatus malefecit, quia Ieſum tenuit, & Barrabam dimiſit; Cum ergo tam clamor phariſeorum, quàm vulgi frequẽter irrationabilis ſit, non plus rationis habuiſſe uidetur, pro tanto pater, ille inductas, quàm prædicti Iudæi uel populus ille, uel etiam quàm ille, qui ſuper vnum miſerum ad carcerẽ, uel patibulum ductum clamauit, & clamoris cauſam interrogatus, reſpondit, quia alij clamauerunt, more canũ, qui percuſſum perſequuntur. Exemplum.

¶Talibus enim, medijs iudicatus dicere poteſt iſtud (Iob 34.) In iudicando enim me mendacium eſt.

¶Tertia eam, quare ſæpe humanum fallitur iudicium, eſt peſſima nonnullorum conſuetudo, ex qua frequenter cõtingit, quòd licet quis multas bonas habeat conditiones, propter tamen vnã malam omnes aliæ quaſi obliuioni traduntur, uel plus ad malum, quàm ad bonum in quotidiana locutione linguam ſuam applicant.

¶Et quia hæc apud eos eſt antiqua conſuetudo, ſuper omnem contra conſuetudinem illam doctrem noua more latrant canum, de quibus Caſſiodorus, Canum (inquit) natura eſt, ut nouis hominibus non acquieſcãt, ſed eos latratibus arceant: Quia igitur Chriſtus mandatum nouum dedit nobis. (Io. 13.) Nec ei, nec illis, qui noua docent, acquieſcunt, ſed ferociſſimis eos circundant latratibus canes impudentiſſimi. Iſa. 56. Qui dicere poſſunt, circũdederunt me canes multi, (in Pſal.) qui more canum æqualiter ſuper omnes extraneos, tam ſuperiores uſque ad Papam incluſiue, quàm cardinales latrant, quia ignoti ſunt tam ipſi, quàm opera illorum, contra Decretum quod dicit, quòd, facta Papæ à ſolo Deo iudicantur. (9. quæſtio. 3. facta.) Et ſatis ad literam in hoc caſu morem ſequuntur canum, quia ſicut canes, ideo latrant, quia ignorant illos, ſuper quos Canum natura.

latrant

latrant,quorum ſi haberent notitiã, nõ latrarent;ita iſti ſi multorum, quos iudicant,intentiones,& opera ſcirent,nequaquàm eos iudicarent. Cauete ergo, quia quæcunque iudicaueritis, in uos redundabit.2.Paral.19.

10 ¶Quarta cã & ultima,quę ĩ oĩb⁹ p̃dictis eſt cã cauſarũ, quare ſæpe humanũ fallitur iudicium,propria iudicantis eſt falſitas,& malitia,qua infecti ſunt,ſicut Exemplum. uas infectum, & immundum, in quo omnes liquores quantumcunque precioſi,ſordidantur,ita tales falſi in iudicio forinſeco,uel detractores in quotidiana locutione, quorum quilibet bona in mala conuertens inſidiatur, & in electis ſuis ponit maculam. Eccleſiaſtici. 11.

Exemplum. ¶ Cuius rei cauſa eſt, quia ipſi tales ſunt,ex quo accidit, ꝙ ſicut latro omnes uocat latrones,ita malus omnes ſuſpicatur,& iudicat malos. Vnde Chryſo.ſuper Matth.difficile ſuſpicatur aliquem malum,qui bonus eſt. Et econuerſo fornicatur neminem ſuſpicatur caſtum,nec ſuperbus quemquàm ſuſpicatur humilem.Si (inquit) qui nõ eſt ſacerdos Dei neminem ſuſpicatur ſacerdotem Dei.Immo (ſecundùm Bernard.in quodam ſermone) qui pauper es,abiectum te reputas, ſi diues ambitioſum,& auarum,ſi affabilis diſſolutũ, ſi prædicator uel doctor,humani honoris,uel fauoris quæſitorem,ſi tacẽs inutilem hypocritam, ſi comedens voratorem, & cauſa eſt, quia ipſi mali ſunt: ſicut oſtenſum eſt.E.7.arti.6.

¶ Non eſt ergo de eorum iudicijs multum curandum; quia ipſi mali ſũt, qui iudicant.Vnde Seneca de remedijs fortuitorum,Male de te opinantur homines,ſed mali,quibus,ſcilicet, diabolus ſuadet multos opinari malos,vt eorum exemplo audaciores fiant ad malum perpetrandum,ſequitur.Seneca,Si ſcipio uel alter ſapiens hoc loqueretur mouerer,ſi hoc iudicio faceret, nunc vero morbo faciunt, ex quo morbo peius eis accidit,quàm ebrietatis laborãtibus morbo: quia ipſi pro vno duos æſtimare dicuntur.Iſti uero ꝓ vno malo,totam vnam multitudinem, uel regionem malam eſſe iudicant, quia ipſe talis eſt,ſicut patet per Senecam.A.27. 11. Omni ergo ſic iudicãti loquit⁹ apoſtolus. (Roma.2.) dicens.In excuſabilis es o homo,omnis,q̃ iudicas, in quo modo alterum iudicas, teipſum cõdẽnas. Nam & loquela tua manifeſtum te facit. (Matth.25.).Cui ab illo audiẽte dici poteſt de ore tuo te iudicio ſerue nequam.Lucæ 19.

¶Contra uero prædictorum iudicũ Artic.3. iudicia,& ſpecialiter contra illos, de q̃bus in ultima parte prædicti articuli dictum eſt,ꝙ uidelicet,ꝓ vno malo, omnes tales æſtimant, uel ſaltem eis conſentiẽtes,propter quos omnes abominantur.

¶Sunt primo laudabilia facta, tam 11 Iudæorum,quàm Saracenorum,Secũdo naturalis ratio, & exempla: Tertio doctrina ſanctorum & totius creaturę, & ſacræ ſcripturæ proceſſus,& leges ciuiles .Quarto actiones, & ſanctiones Dei,omnia iudicia illorum reprobant, & peruerſa eſſe oſtendunt.

¶Primum patet Iudi.20.ubi illis de Exem-
Gabaa peccantibus, filij Iſrael tantum- plum.
modo malefactores ad puniendum petebant,dicentes, tradite nobis flagitioſos de Gabaa,ut moriãtur,nec alijs nocuiſſent,niſi illis auxilium præbuiſſet: Saraceni etiam. (Iudi.15.) Solum Sãſonem petebant ut de ipſo ſolo, & non de fratribus ſuis ſe uindicarent.Iſtis ergo peiores ſunt quidam Chriſtiani cõtra quos uiri Niniuitæ ſurgent in iudicio.Lucæ 11.

¶Secundum etiam patet, quòd contra naturalem rationem & exemplum eſt, ꝙ totus cumulus palea æſtimetur, quia de illo palea uiſa eſt exire, uel ꝙ nihil in camino, uel coquina eſſe æſtimetur,niſi fumus, quia fumũ inde uident,exire,uel ꝙ totum granum lolliũ opinentur,quia granum lollij in eo inueniunt,uel zizaniæ, uel ꝙ omnes denarij in ciſta,uel burſa falſi dicãtur, qa vnus falſus inter eos inuenitur, uel ꝙ

Exemplum. Exemplum. Exemplum. Exẽplũ.

omnes

Exemplum. omnes cantatores sint mali, quia vnus talis inter eos discordat, vel ꝙ omnes apostoli sunt Iudas: quia vnus talis inter eos inuentus fuit, uel ꝙ ipsi omnes Exemplum. conditiones habeant deffectiuas, & vicio sas, quia vnam talem habent conditionem; uel ꝙ in eis omnia mẽbra sint Exemplum. læsa & infirma, quia vnum est tale, uel Exemplum. ꝙ fons dicatur calidus, uel tepidus, se u insipidus, uel turbulentus, quia riuulus de illo ueniens, & multum distans talis est conditionis, immo peius ecõuerso dicitur, quia fons ille frecens est, & clarus, & ꝙ insipiditatem illam à terra traxit, per quam transiuit, uel ꝙ omnes oues morbidas iudicent, quia vnam talem inueniunt: Sed potius econuerso pastor bonus ouẽ infirmam à sana discernit, eiq; & non sane medicamenta imponit, dicens, iudico inter pecus, & pecus, Ezech. 34.

12 ¶Nec etiam ipsi, qui omnes de vna Exemplum. congregatione tales iudicant, quia vnũ talem uident, cõcederent, ꝙ omnes de statu suo, uel arte mali essẽt, quia vnus Exemplum. inter eos talis inuenitur. Qui ẽm uxorati sunt, uel uxoratæ nõ iudicant, omnes adulteros, uel adulteras. quia vnum uel vnam talem audierunt, nec milites, Exemplum. omnes milites concedunt, uel iudicant esse proditores, quia aliquando vnus vel plures de statu illo inuenti sunt tales: Patet ergo, ꝙ congrue respõdit religiosus cuidam militi quærenti, an Exemplum. omnes essent tales, qualis ille, qui tarde tale nefas commisit? cui ille, estis uos omnes proditores? quare (inquit) quæritis? quia inquit aliter, modo tarde in tali ciuitate propditione fuit quidã miles tractus de ordine militiæ, uestre; si dixeritis ꝙ non, quare ergo aliter de alijs iudicatis, quàm de uobisipsis? Omnia ista exempla tam in factis & naturis extraneis, quàm etiam in dictis, & factis propriis ostendunt, ꝙ non recte iudicastis. Sapien. 6.

13 ¶Tertio etiam ostenditur ex processu Augustin quadam epistola, quã specialiter contra tales edidit, qui omnes de monasterio abominabantur propter vnum, qui turpe factum commisit de domo sua; scribit tamen illam epistolam ad Vincentium Donatistam (sicut patet in Decreto. di. 47. quantumlibet.) Cuius tenor talis est, quantum licet uigilet disciplina domus meæ homo sũ, & inter homines uiuo, nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit, quàm archa Noe, ubi tamen inter octo homines vnus reprobus inuentus est, aut melior sit, quàm domus Abrahæ, cui dictum est, eijce ancillam, & filium eius, aut melior sit, quàm domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est, Iacob dilexi, Esau odio habui, simpliciter autem fateor charitati uestræ, corã domino Deo, qui testis est super animam meam. Ex quo Deo seruire cepi, sicut difficile expertus sum meliores, quàm qui in monasterijs profecerunt, ita non peiores expertus, quàm qui in monasterio defecerunt, hæc ille.

¶Non solum ex prædictis Augustini uerbis, uerum etiam ex tota creatura & scripturarũ origine, à principio mũdi omnis societas, & domus, seu famiExemplum. lia inuenitur mixta de bonis, & malis simul, & ꝙ nũquam fuit iustum, ꝙ boni iudicarentur, uel uituperarentur, uel minus diligentur, propter malorum societatem, immo plus potius sunt diligendi, & honorandi (sicut multis exemplis ostensum est. G. C. 13. 4.) Adã duos filios habuit, quorum vnus Cain pessimus, Abel fratrem suum occidit, quis non diceret insanire, si odio haberet Abel bonum propter fratrem snũ malum, uel quis posset esse potentior, uel uirtuosior ad custodiam suę religionis, uel domus, quàm Adam à Deo in Paradiso formatus, nec tamen ipse custodire domũ suam sciuit, quin inter duos, vnus esset malus, hoc ergo factũ in illo cogitantes, quam materiam habent uituperãdi prælatum, qui nec est ita sapiens, nec fortis, uel potens sicut ipse; qui etiã plurimos habet sub se, si vnus de illis malus inueniatur, aut quã materiam habent loqui contra illos, qui de conditione sunt Abel: quia fratrem

habent

habent Cayn: Idem dici poteſt de archa Noe, & de filijs eius, & de domo Abrahe, & filijs eius, quorũ vnus erat Iſaac bonus, alius Eſau malus, & de domo Iſaac, & filijs eius, quorum vnus Iacob electus, alter Eſau reprobus fuit? Et de domo Dauid & filijs eius, inter quos fuit Salomon ſapiens, & Abſolon maledictus, qui contra patrem, & fratres rebellauit: Et de cetu electorũ per ſanctos apoſtolos, ipſi namque orationibus præmiſſis, ſeptem elegerunt. (Actuum. 6.) de quibus tamen vnus poſtmodum, Nicolaus, uidelicet, aduena Anthiochenus peſſimus effectus eſt hæreticus.

14 ¶ Quibus uero cætera tam ueteris, quàm noui teſtamenti exempla nõ ſufficiunt ad talia dimittenda iudicia, exẽplum ipſius accipiant ſanctiſſimæ religionis Chriſti; Quis enim prælatus Chriſto, & quæ religio cetu, apoſtolorum ſanctior eſſe poſſet, & tamen ipſe illos paucos, quos ĩ clauſtro, & religione ſua, ab ipſoque electos habuit, non ita elegit, nec ita cuſtodiuit, quin illorũ Iudas, uidelicet, malus fuerit? Quis ergo ita decipitur, quòd illum prælatũ, uel illos apoſtolos, Petrum, uidelicet, & Paulum cum cæteris alijs uituperet, uel odio habeat, uel minus diligat, qa Iudam ſubditum habuit Chriſtus, & apoſtoli ſocium, & fratrem? Ergo nec à fortiori, illum qui in eligẽdo, & cuſtodiendo minus ſufficit, & plures cuſtodire habet, uel illos, qui plures habent ſocios, & fratres, de hoc, quòd vnus il-

15 lorum eſt Iudas; Iterum quos omnia prædicta non reuocant à talibus iudicijs exempla terrena, ſaltem illud, reuocet cęleſte exẽplum, uidelicet, clauſtri, & religionis ſanctiſſimæ trinitatis in cęlo empireo, in quo inuenti fuerũt angeli boni, & mali, nec tamen boni uituperandi ſunt propter malos, qnia ſicut inter angelos boni ſunt optimi, & mali creatorarum peſſimi: Ita inter uiros religioſos, ſeu eccleſiaſticos, ſicut ergo de prædictis ſocietatibus, uel religionibus non uituperatis bonos propter malos, ſicut & non deſpicitis ĩ uobiſipſis ornamenta uel bona, uel carnẽ ipſam propter purgamenta, quæ emittit, nec uinum propter fœces, uel alia purgamenta, quæ ſuperius emittit, immo illud plus æſtimatur quia ſignum boni uini eſt, quando ſe bene purgat, & ſignum corrupti, quando ſe non bene purgat, ita nec ordinem, uel ſtatum ſeu religionem, quãcunque ſcientes, quòd illi, qui illam ſuſtinere non poſſunt, ſed ſua deſideria ſequentes exeunt, uel alia ſcandaloſa à præceptis religionis ſuæ recedentes committunt, purgamenta ſunt illius ſtatus, quibus emiſſis ſtatus in ſe mundior eſt, & clarior, & commẽdabilior, ſicut ordo, apoſtolorum, & angelorum, Iuda & Lucifero electis: Et ſicut granum palea electa, & ceruiſia, & vinum purgamẽtis electis, & melodia, corda, uel cantore malo amotis. Nota: R.N. 5.34. cum ſequentibus.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

¶ Patet ergo ex prædictis, quòd melior modus arguendi, uel iudicandi eſſet econuerſo, & nõ ſic, ut uidelicet, ordinem illum potius meliorem, & ſanctiorem iudicarent, qui plures hẽt apoſtatas, quàm ego. Sic arguebat rex ille nobilis. (De quo habetur. D. 6. 34.) & rationabiliter quidem quia ſicut nõ eſt uerecundum, immo laudabile, in omni natura, in qua eſt corruptio, quòd ſe purge, ſic &c.

Exemplum.

¶ Sicut ergo illi gloriari poſſunt, de quibus mali diuiduntur, ita illi materia non habent gloriãdi, in quibus mali impune permittuntur, de quibus nõ oportet, quòd exeant ad malum perpetrandum, quia & inter illos hoc facere poſſunt: Ex quare ab illis apoſtatarent, uel illorum dimitterent habitum, inter quos apoſtaſia ab obedientia, & continentia, & paupertate etiam ſub ipſo habitu diſſimulatur. In illis ergo, ubi nullus exit, plures ſunt: Sed in illis, de quibus multi exeunt, meliores ſunt, ſicut ſi vnus filius alicuius patriſfamilias malus moriatur, pauciores q- dem filios habet, ſed non peiores. Iuſtũ ergo iudicium iudicate. Io. 7. (Nota.

Exemplum.

Exemplum.

(P.3.19.cum duobus sequentibus.)

16 ¶Quartum insuper patet,tam in factis Dei(quàm in factis,& dictis de Sodoma,ubi perdere noluit iustum cum impijs, immo iustum liberauit Loth (scilicet) antequàm alios iudicaret,immo & Segor cum ciuibus suis, propter eius morã cũ illis saluauit. (Gen 19.) In quo ostendit,ꝙ mali propter bonos sunt tolerandi, & nõ boni propter malos lapidandi:Hanc etiam sententiam, & iudicium dedit in Ezechiele, dicẽs; Pater non portabit iniquitatẽ filij, nec econuerso,nec cõitas iniquitatem personæ,sed vnusquisque in peccato suo ꝓprio morietur (sicut patet Ezech.3.) Et vnusquisque onus suum portabit. (Ad Gal.6.) Et secundùm regulã iuris li.6.Delictum personæ nõ debet in damnum ecclesiæ redundare: Et sumitur hæc regula ex uerbis beati Grego. in Decreto.16.q.6. Si episcopum. Sed qui uos conturbat portabit iudicium suum,quicunque est ille.Gal.5.

17 ¶Qui omnibus prædictis à talibus non retrahuntur iudicijs,quare eadem promptitudine,& facilitate, non iudicant omnes bonos, & quia vnũ uidẽt, uel intelligũt bonum,sicut faciũt ecõuerso:estimo,ꝙ causa prætacta sit, quia ipsi mali sunt:Vel si omnino odio habere uoluit omnes propter vnum malum,quare non odio diabolum, & opera eius, & talia iudicia detractoria, & apertos diaboli seruos, in quibus omnia,uel saltẽ plura sunt mala; uel quare odio non habent,seipsos, in quibus aliqua inueniũt mala?uel si plures pauperes de curijs suis, uel amicis suis excludunt, uel eijciunt propter factum vnius,uel duorum, quare non eijciunt totum granum de area sua? quia vnum inueniunt putridum,uel totã pecuniã, de cista,quia vnum denarium inueniũt falsum; uel totum sanguinem de corpore,quia aliqua portio eius est corrupta,quod tamen nõ faciunt, sed solum corruptum pro posse eijciunt, uel quare omnes non excutiunt dentes propter vnum malum? uel quare omnes, nõ amputant digitos, quia vnus infirmatur? uel quare de lethania, & cordibus suis non delent Petrum, propter Iudam? Nota contra tales. R.N.5.18.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

¶Sed qui occasiones quærunt faciles inueniunt, quibus conuenit ,puerbiũ: quo dicitur, qui vult canem suum occidere,furiam ei imponit: Timeant tamen omnes tales,quia in hoc ꝙ omnes propter vnum malos iudicant, Deum informant,quomodo pro vno malo facto,quod in eis inuenit, totum tale reputabit,& pro tali iudicabit, qa & hoc ipse promittit,dicens, eodem iudicio, quo iudicatis iudicabimini.Matth.7.sicut patet E.3.47.

¶Contra hunc ergo timorem necesse est remedium quærere, tam ex parte iudicantis,quàm ex parte iudicati. Artic. 4.

18 ¶Ex parte iudicãtis, primo remediũ adhibere deberet,ipsumq; à talibus retrahere iudicijs,quòd forte ille, quem iudicat apud Deum penituit, & se correxit,in quo casu non est licitum eum: iudicare,sicut nec Paulum,uel Magdalenam de iuuentutis delictis,&c.

¶Secundum remedium ad hoc non longe quærat,sed in seipso palpet, quã turpe sit illi, qui mortuum habet optimum amicum suũ in domo sua, ex cuius uita tota sua pendebat promotio,& ex cuius morte sua pendet perditio, & illum mortuum non plangit, sed uadit extra, ut super alterius mortem lamẽtationes faciat: Sic qui animã pluribus peccatis mortuam habet, & alienã vno uel pluribus peccatis mortuam, & non suam lamentatur iudicando, sic facere noluit ille D.6.25. Exemplum.

¶Tertiũ remediũ exhibeat iudicãtis finis,seu finis cogitatio,dũ.n.qs subdiabolo militat, nõ est ei multũ credendũ in his,q̃ diabolus suadet, & Deus ꝓhibet, quia cõmune dictũ est, ꝙ quilibet dñi sui opera commendat, cui seruit: Non ergo est mirabile, si serui diaboli peccata,& peccatores diaboli, cui seruiunt opera, & seruos commendent, nec est eis in hoc credendũ, quia amor inordinatus eos in iudicio illo excę- 19 Exemplum.

catur, & facit quòd contra asserentem expugnant; Sicut latro dum in bonis est, omnem ei imponentem latrocinia, & mala facta, quæ diligit, expugnat ergo tunc ei credendum non est: Sed qñ iudicatus ad patibulum ducitur, & defectus suos misericordiam petẽdo clamat, tunc ei credendum est, quia frequenter accidit, quòd falsam appellationem prius factam tunc reuocat cõscientia ductus, & ueritatem tam de se, quàm de alijs fatetur: Sic nonnulli diaboli serui, dum in bonis sunt, seipsos extollunt, contra dicentem expugnãt, seruos diaboli tanquàm Dei sui opera, & peccata commendant, & Dei seruos vituperant, sed ad mortem appropinquantes omnia iudicia illa reuocant, asserentes se errasse, quando dixerunt, fornicationem non esse peccatum, uel quando dixerunt uel iudicauerunt malum bonum, & bonum malum. Isa. 5. Illa ergo cogitatio nunc habita de cogitatione, quam tunc habebunt, eos à talibus reuocet iudicijs, quia si iudicia sua uel cogitationes suas referant ad statum, in quo sunt, iudicia sua incerta sunt, sicut latronis (ut prædictũ est) dũ in bonis sunt: Sed si referant ad finem, certa sunt: Beatus ergo, qui non iudicat semetipsum in eo, quod ꝓbat. (Ro. 4.) sed in eo quod cogitat.

20 ¶Quarto eos à talibus retrahat iudicijs cogitatio uehemens, illius, qui iudicatur tentatio, & etiam præsumptio, quòd talia uel maiora frequenter agerẽt si illorum tenerent locum, uel gradum, quod in exemplo uidere & præsumere possunt discipuli cuiusdã magistri Parisiẽsis, de quo fertur, quòd dicere solebat magistro suo, quòd omnes episcopi Franciæ fuerunt cęci, quia nihil magistro suo dabant, nec ipsum promouebant, qui postmodum ad talẽ dignitatem promotus, magistrum suũ non promouebat. Exemplum.

¶Cui magister postea cum luminaribus in manu sua accensis, obuiam veniens ei eandem improperabat cęcitatem, quam alijs improperare solebat, asserens, quòd ideo ei luminaria, quęsi eęcutienti deportasset, cui etiam incutere potuit illud Roma. 2. Eadem enim agis, quæ iudicas. 3

¶Ad istud propositum loquitur Ber. (super can. Homel. 40.) dicens. Noli iudicare proximum, sed magis excusa, quod omnino dissimulationẽ rei certitudo recusat suade: Nihilominus tibijpsi, & dicit, uehemens fuit tentatio, quid de me illa fecisset, si similẽ in me accepisset potestatem, innuit Ber. (qđ & rei frequenter probat euẽtus) quòd illi, qui alios iudicant, eadem postmodum agunt, quæ prius iudicauerũt, uel consilia seu peiora, sicut patet. 4. Reg. 10. de Iehu rege Israel, qui Baal, & sacerdotes eius destruxit, iudicando, sed tamen ipsemet à uijs Ieroboam non recessit, uitulos suos aureos adorando: ita isti eadem uel maiora facerent, si eandem haberent tentationẽ, uel occasionem, uel opportunitatem, quam illi habuerunt, quos iudicant, Inexcusabilis es ergo (o homo) qui iudicas. Roma. 2. Exemplum.

¶Ex parte uero iudicatorum remedium adhiberi debet, ut occasiones & causas, quantum possibile est, retrahant eos iudicandi propter pericula & leges tactas. F. 2. 7. Potius enim quilibet niti debet, se speculum pulchrum ostendere bene cõuersando, in quo cęteri suas tergant maculas, quàm lignum fumigans, ad cuius aspectum oculi lędantur intuentium. Sanius nanque est tam pro se, quàm pro alijs, quòd talis sit, quòd merito de illo dicatur, utinã essem ita sanctus, sicut ille est, quàm quòd dicatur, quòd patria, uel uilla, seu societas est peior, in qua habitat, istam namque temeratij iudicij fugam docere uidetur Christus. (Matth. 5.) dicens. Quicunque vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere (id est) in factis tuis, quæ forte licita sunt apud te, sed non aperta (quo ad proximum, te iudicare uel damnificare, uel prosequi, dimitte ei, & pallium, palliũ enim habitus exterior est, interiora abscondens, quod quidem dimittitur, quando illi, 21

illi, qui cum iudicat, uel de factis suis scandalizatur, intentionem prius absconditam manifestat, ut illum à talibus auertat iudicijs, vt declinaret iudicium uiri. Tren. 3.

Artic. 5. ¶Quod si illi iniquitatis iudices, instantum malicia pleni sint, quòd sicut Pharisei, de optimis operibus scandalizari uelint, nec illorum aliqua posset ratione declinare iudicia, illa paruipẽdat, nec pro eis à bono desistat, exemplo Christi, qui de talibus ad literã dixit, sinite illos, cęci sunt, & duces cęcorum: Exemplo etiam hominis cuiusdam, de quo in exemplis continetur, quòd ut hominum occurrentium, & cum iudicantium de hoc, quòd ipse asinauit, & filium tenerum eum sequi permisit, filium asino imposuit, de quo cum iudicaretur, quòd plus filium qui agilis erat, & bene currere poterat, quã seipsum antiquum, & debilem diligeret, ambo peditauerunt, de quo cum ab alijs iudicaretur occurrentibus, quòd plus asinum suum, quàm se uel filium suum diligeret, plusquàm ei quietem affectaret, ambo asinum ascenderunt, de quo cum iudicarentur, quòd tam paruum animal modo occiderent onere, ligatis asini pedibus, ipsum super lignum inter se portauerunt, de quo cũ insani iudicarentur, ait, Primo pater filio, fili ex quo uides, quòd quicquid feceris iudicaberis, sicut ex auctoritate Ber. ostensum est supra. eo. c. 10.) Consilium meum est, quòd talia paruipendas iudicia, & quod utilius esse prospexeris, facias, nec propter talia iudicia à bono cesses, deinde dixit asino, uade ua baudet & uiens apertement, &c. Sic in proposito. Vnde Hiero. in epistola ad Pammachium, Prima uirtus monachi est hominum contemnere iudicia, & apostoli recordari dicentis, si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem: Et subdit rationẽ quare de illorum iudicijs non est curandum, in hoc quòd bona opera iudicando in malum peruertent, quia nesciũt artem bonorum operum, & de iudicijs illorum, qui de arte nesciunt non curamus, sed potius eos deridemus, sic in proposito. Et hoc est, quòd sequitur, Fabius inquid quod fœlices essent artes, si de eis soli artifices iudicarent: Qui ergo sic iudicantur, bibant, & obliuiscantur iudiciorum. Prouerb. 31.

22 Exemplum.

Exemplum.

¶Quia reuera si scirent, quòd per talia opera regnũ acquirere possent terrenum, propter talia iudicia ab operibus non cessarent, qui enim est in firma spe, & propinqua dispositione ad lucrandum ludum in scacho, nõ multũ curat de hoc, quod sibi dicitur, hoc enim eum à ludo cessare non facit, licet fortè in alio displiceat, quòd tamen post ludi finem doiorem, non incutit, sed amplius gaudium, quòd non obstãte, quòd cautum & infectum contra illum habuit lusorẽ, uicit, &c, per decretum Cornelij Papæ. distin. 47 cap. quod ad nos, uos non debent mouere conuicia perditorum, quo citius à uia, recta, & à certa regula recedamus: Rosa enim propter spinarum, quibus circũda aculeos crescere non cessat. In omnibus ergo talibus Pauli sequatur exemplũ, & teneat sententiam, dicens, pro minimo mihi est ut à uobis iudicer, aut ab humano die, quia neque meipsum iudico, reprehensibilem, supple. in hoc, in quo uos me iudicatis. (1. Corin. 4.) Quibus duriora parata sunt iudicia, quia parata sunt derisoribus iudicia: Prouerb. 19. de quibus in capitulo patebit sequenti.

23 Exemplum.

¶Iudicium diuinum. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium diuinũ duplex esse, nemo ambigit; alterum particulare; alterum vero generale.*

Diuini Iudicij generalis diem ex D. Hieronymi sententia quindecim signa antecedere, commostratur.

2 *Adde, quòd ijtud quoque vniuersale Dei*

Iudicium ignis non immeritò præcedere debet; qui montes omnes? ceu olim eosdē diluuij vniuersalis diebus Aqua ꝑser fluxit; vt omnia quasi diuinæ iustitiæ instrumentum expurgare, & euertere possit, non abre præteruolabit.

3 *Signa deinde huiusce modi iudicium cōcomitantia tria esse, elucidatur; Primū tempus est quo tale iudicium fiet.*

4 *Secundum signum concomitās locus est, vbi hoc iudicium faciendum est; qui quidem Iosaphat vallis esse ex Ioelis vaticinio clare conflat.*

5 *Tertium cōcomitans signum Iudicis vox longè alsissima fuerit: quam vocalē fore nō inerudite, neq; temere asseritur. Tandem sequentia signa duplicia erunt; quædam ad malos duntaxat spectabūt; tormenta scilicet, & mala æterna quædam autem solum ad bonos gaudia nempe æterna, pertinebunt.*

Cælū, seu mundus etiam, Sole in oriente Lunaque in occidente commorantibus, pro eius decore & ornamento, impendio magis circum fulgebit.

Motus insuper omnium corporum, tùm cælestium tùm inferiorum semper desiderabitur.

6 *Huiusce modi vniuersale Iudicium fieri necesse est, vt Deus cunctis iustitiam eius clarissimè ostendat.*

7 *Iudicium, quod tunc tēporis Deus iudex iustus obibit, à iusto hominum iudicio, ne transuersum quidem (vt aiunt) vnguem distabit.*

8 *Sicus in foro temporali ad iudicium faciendum duæ partes adesse dicuntur; nempe pars rea, & pars agens, seu appellans: sic etiam in foro animæ istæ binæ partes facillimè comperiuntur.*

Qui in proximum iniurioſus, & contumelioſus eſt pars rea dicitur.

Qui vero iniuriam, contumeliāq; accipit, ac sustinet in hac curia, vbi hāc iustitiā habere non valet Pars agens, & appellans ad Dei curiam ab iniurijs ac īiquis iudicijs sibi laesis corde, seu ore nuncupatur.

In foro animæ, & in hac Dei curia omnes pauperū cogitationes, & loquutiones appellationes verè nuncupantur: quibus quamplures, tum veteris, tum noui testamenti patres, sanctiquè non ab re vsi sunt.

9 *Inopes, & egeni de iniurijs, & angustijs, sibi à diuitibus allatis appellantes ad Dei forū sencuriam in iudicio particulari, scilicet in hora mortis, Deum sum procuratorem haud inconsideratè constituunt.*

Quæ vero sit tum apellationis, tū procurationis forma, clarè ostenditur.

10 *Cum ad particulare Dei Iudicium, nempe in morte, ambas partes personaliter minimè astare cognoscamus? Deus Iudex iustus, astantibus in medio generalis Iudicij ambabus partibus, iudiciū in morte latum, atque datum clarè, & publice pronunciabit, & recitabit: vt eius iudicium, & iustitia omnibus impendio luculentius liqueat.*

11 *In iudicio generali Deo optimo maximo pro tribunali assidente; omnes, quī hac in vita in foro temporali, corā iudicibus os reserare nentiquam audent, eorū querimonias, & accusationes instrepidè, & audacter deponere valebunt.*

12 *In iudicio illo vniuersali tria potissimū fieri videbimus.*

13 *Vniuersale iudicium tunc bonis iucūdū, ac delectabile fuerit: tametsi in presentiarū ipsimet boni illud formi dare, & timere vehementer præ se ferunt.*

14 *Pluribus de causis nocentes, & improbos homines idem iudiciū impendio magis temere deberent.*

15 *Iudicium vniuersale ob quinque cās flagitioſis hominibus formi doloſum, & horribile fueris.*

Primo ob iudicij certitudinem.

16 *Tunc in vniuersali iudicio omnes creaturæ, & specialiter boni viri in flagitioſos homines iustitiā à Deo flagitabunt, eosquè non iniquè insimulabunt, atque accusabunt.*

17 *Non solum sancti, & angeli, sed etiam profani, atque dæmones, apud iustissimum iudicem Deum impiorum nomen deferre, & adducere non cessabunt.*

18 *Secundo*

18 *Secundo magna aduersorum iudicium turba prauos,& peruersos homines atroci horrore afficient.*

Primum nanque superius Deus iudex iustus istatus erit, inferius Orbis patefactus,exterius Mundus ardens, interius Mentis conscientia.

19 *Tertio propter iudicis, iudicantiumque, & aduersantium æquitatem.*

20 *Præ confusione,& rubore malis omnibus iudicium vniuersale terribile erit; quæ quidem confusio trifariam ipsis aueniet.*

Primo,quia viros illos,quos in hoc mundo,tanquam acerrimos hostes,odio nõnunquam prosequuti sunt,super sidera extolli non immerito intuentur: deinde,quia cum turpi,& fœdo corpore, & rerum omnium à se clam inuolatarum,ac sublectarum fascibus ad iudicium illud coram toto mundo pudenter comparebunt.

21 *Tertio, quia tũc hi mali qui variis eriminum generibus cũ leonem, & lupos, tùm vulpes,& sues, eorum proprietates sectandos complectebãtur, & ouim signa habere semper contempserunt ab electorum societate merito excludentur signa autem Dei ouium tum mandatorum diuinorum,tùm voti in baptismatis lauacro polliciti exequutiones,& obseruationes existunt.*

22 *Etsi tria hac in vita sint, quibus nefarij homines,dum delictis incumbunt, incassunt recreantur ac reficiuntur: illa tamen in vniuersali iudicio ab eis, dolorem ac solicitudinem minime leuabunt.*

23 *Qui cunctis huius iudicij vniuersalis terrificis,ac somni dolosis periculis optime consulere expetunt, nũc sibi confessarium eruditum, tanquam iudicem delegatum,omni cura ac diligentia petant,& rogent coram quo conscientiæ ipsa mentis cogitationes,oris colloquia, & manus operationes, atque omissiones quadam ferè citatione adducat, & conuocat.*

24 *Exemplo quorundam auspicantium præ iudicij diuini timorem Carthusiensem ordinem clarissime ostenditur,quòd lachrimarum pluuia quæ in pœnitentia horribilẽ irati iudicis vocem antecedit, eũ lenire, ac mulcere nullo labore pẽt.*

IVdicij diuini; Primo ostẽdetur distinctio, seu diuisio, Secũdo, generalis & ultimi iudicij ratio, Tertio, quòd illud erit bonis delectabile, Quarto, quòd erit malis terribile propter multa, Quinto,qualia adiutoria seu remedia sunt ante illud iudicium prouidẽda,ut cum uenerit,non timeatur.

¶Quãtum ad primum diuinum iudicium est duplex,vnum particulare, quod singulariter de quocunque fit, quando moritur,de quo dicetur.cap.de mortuis,Aliud generale, quod in fine erit omnibus simul cõgregatis, de quo (1.Reg.2.) Dominus iudicabit fines terræ;de quo tria sunt ostendenda, antecedentia,concomitantia, & sequẽtia. Artic. 1.

¶ Quantum ad antecedentia dicit Hiero.se inuenisse in animalibus Hebræorum quindecim signa, quindecim diebus præcedentibus ostendenda.

¶Primo nanque die,ut ibi habetur, mare se eriget quadraginta cubitis ultra montium altitudines, in loco suo stans quasi murus.

¶Secundo,tantum descendet, quòd uix uideri poterit.

¶ Tertio marinæ beluæ apparentes supra mare dabunt rugitos suos usque ad cœlum.

¶Quarto ardebunt mare & aquæ.

¶Quinto herbę,& arbores rorẽ dabunt sanguineum.

¶Sexto ruent ædificia.

¶Septimo petrę ad inuicẽ collidẽtur.

¶Octauo erit generalis terremotus.

¶Nono æquabitur terra.

¶ Decimo exibunt homines de cauernis suis,& ibunt, quasi amentes, & non poterunt mutuo loqui.

¶Vndecimo ſurgent oſſa mortuorũ, & ſtabunt ſupra ſepulchra ſua.

¶Duodecimo ſtellę cadent, Decimotertio morientur homines, ut cũ mortuis reſurgant: Decimoquarto ardebũt cœlum, & terra, aeris ſuperficies.

¶Decimoquinto fiet cœlum nouũ, & omnia renouabuntur: licet ſcripturæ sãctę de p̃dictis ſignis mentionẽ nõ faciant; dum tamen ſcripturæ contraria non ſint, rationabile uidetur, ꝙ talia præcedant ſigna terribilia ante iudiciũ terribile, ſicut præceſſerunt dulcia ante iudicium miſericordiæ (ſicut patet. A. 13. 5.) ut etiam ſecundùm beatum Gregorium, qui in cunctis delinquunt, uel cunctis prædictis abutunt', in cunctis terreantur & puniantur. Di-
2 cit etiam ſanctus Thomas ſuper 4. ſententiarum. diſt 47. Quod iſtud iudiciũ ignis p̃ceder, iuxta illud Pſal. 49. Ignis in conſpectu eius exardeſcet, qui ſuper omnes montes aſcendet (ſicut aqua diluuij) ad purgandum, & deſtruendum omnia, inquantum eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ; ſicut aqua diluuij, quæ uindicta (ſicut tunc in aqua facta fuit ad purgationem fœditatis quæ ex calore fuit introducta carnalis concupiſcẽtiæ: ita iterum in igne fiet ad purgationẽ peccacorum, quæ ex frigiditate cõtingunt; quã defectus introducit miſericordię, & charitatis. In ſignũ cuius tota diſceptatio de operibus erit charitatis, & miſericordię. ut indignos illos miſericordia oſtendat, q opera nõ fecerũt miſericordiæ, de quibus uerificat' illud Iac. 2. Iudicium ſine miſericordia, &c.
3 ¶Concomitantia, ſeu ſimul concurrentia ſunt tempus, & locus, & uox iudicis: Tempus uero Chriſtus diſcipulis indicare noluit; ideo non eſt mirum, ſi alijs ignotum ſit: Aliqui tamen certum computant tempus uſque ad iudicium; allegantes prophetiam Dan. (12.) qui dicit Beatus qui expectat, & peruenit ad dies milletrecentos trigintaquinq;. Iudæorum magiſtri hanc literã exponunt de meſſia illorum, per hunc modum, inter uos Iudæos, qui in aduentu Chriſti deſolationem habere incepiſtis magnam, Beatus, qui expectat, & ſuſtinet patienter dies mille, &c. diem pro anno exponẽtes, iuxta illud Ezech. (4.) Diem ꝓ anno dedi tibi, poſt quos meſſias, qui eos conſolabitur, uenier: Quod utrum uerum ſit, & tempus illud ab incarnatione Chriſti computetur, quinquennij temporis expectatio oſtendet, cum nunc annis currat milleſimus trecenteſimus triceſimus.

¶Chriſtiani uero ueritati innitentes, qui Meſſiam (id eſt) Chriſtum nõ expectant, quem iam receperunt, dicunt, ꝙ ſi quis tunc uenerit, non Chriſtus, ſed antichriſtus erit, de quo & prophetiam illam exponunt, pro tempore eius, in quo durabit grauis perſecutio, ſicut patet in hiſtoria ſcholaſtica ſuper Danielem. Daniel namque uir deſideriorum multum deſiderabat ſcire, quãtum temporis perſecutio antichriſti, duraret cui angelus manibus eleuatis iurauit, per uiuentem in ſecula ſeculorum, quòd per tempus, & tempora, & dimidium temporis; Et quòd tunc finis eſſet horum mirabilium, ita quòd quaſi iterum idem ad maiorem recitãdo certitudinem, adiecit, ꝙ poſtquàm ablatum fuerit iuge ſacrificium (hoc eſt) cum ablato cultu Dei & deſolato per antichriſtum, tunc erunt dies mille. 200. nonaginta (id eſt) tres anni, & ſemis: Et cum Daniel ſcire uellet, quid eſſet futurum. poſt hæc, reſpondit, beatus qui expectat, &c. ut prius.

¶ Ad cuius intellectum ſcire oportet, ꝙ ſecundùm magiſtrum in hiſtorijs ſcholaſticis, poſt mortẽ antichriſti dabuntur lapſis quadraginta dies ad penitentiam, qui ſi addantur p̃dictis diebus mille ducentis nonaginta, fiẽt dies mille. 300. trigintaquinque, Et eſt ſenſus, ꝙ ille beatus erit, qui à tempore p̃ſecutionis uſque in finem in bona uita expectat, uel qui tẽpore perſecutionis errat, & peruenit ad pœnitẽtię dies, in quibus emendare poterit errorem.

¶Locus uero, ſecũdùm prophetiam Ioelis, erit uallis Ioſaphat, hoc eſt promittit

4 mittit Deus dicens (Ioel. 3.) Congregabo omnes gentes,& deducam eas in valle Ioſaphat, & diſceptabo cũ eis ibi: Locus namque ille prope Hieruſalem eſt,& montem oliueti,qui locus ꝓ tanto conuenientior uidetur pro iudicio illo,non ſolũ,quia eſt in medio,ſed qa ibi fuit natus,paſſus tibiq; prædicauit, de loco etiam illo reſurrexit, & aſcendit:Congruum ergo uidetur, ꝙ ibi iudicet,ibiq; locus in præſentiarum oſtẽdi poterit, in quo tanta ꝓ reprobis fecit, contra quæ ingrati ei extiterunt: Congrue ergo ibi arguet mundum de peccato,quod fecerunt,de iuſtitia, quã non fecerunt,& de iudicio, quod nõ timuerunt.Io.16.

5 ¶Quantum uero ad uocem iudicis: Primo quęritur, utrum ad omnes loquetur? ad quos reſpondet beatus Grego. (26. mor. ſuper illud Iob 36. Iudicium pauperibus tribuit) ubi diſtinguit quatuor ordines hominum in iudicio,duos reproborum, & duos electorum:Nam inter reprobos,quidã iudicantur& pereunt,ſicut mali Chriſtiani:Quibus dicet, Eſuriui, &c. Non iudicantur,& pereunt infideles, de quorum quolibet dicitur,qui non credit iã iudicatus eſt,non enim tunc cauſa eorum diſcutitur, qui ad conſpectum diſtricti iudicis iam cum damnatione ſuę infidelitatis accedunt, Profeſſionẽ uero fidei retinẽtes, ſed profeſſionis opera non habentes,redarguũ tur, ut peãt.

¶In electorum uero parte alij iudicantur, & regnant; qui uitæ maculas lachrymis,& eleemoſynis tergũt, quibus dicet.Eſuriui,&c.Alij uerò nõ,iudicant,& regnãt;qbus dicit,uos,q reliqſtis oĩa, & ſecuti eſtis me,ſedebitis,&c.

¶Secundo,utrũ uocalis erit, uel mẽtalis,opiniones ſunt. Petrus tamen ſup 4.ſententiarum diſtin. 47.Sentit, ꝙ erit uocalis,& ratio uidetur concordare, ꝙ illud iudicium illo proferatur modo, quo poteſt eſſe ad maius gaudium bonorum, & tormentum malorum, ſed magis torquebuntur mali & gaudebũt boni,ut uidetur, quando uocem ſenſibilem audiunt,ergo &c.quia tunc bonli nõ ſolum gaudebunt gaudio ſpirituali interiori, ſed etiam de uoce gaudioſa, quam ſenſu percipiunt auditus, & ſic habebunt tam gaudium intellectuale, quàm etiam ſenſibile, quod plus eſt quam intellectuale ſolum.

¶Et ſic etiam à contrario ſenſu de malis.Sic ergo intelligi poteſt,quod dicitur Iere.2.Iudicio cõtendam tecum, non prolixius diſputando, ſed finalem dando ſententiam, quia ſicut diffinitiua ſententia in eccleſia militante,in his uerbis conſiſtit.Statuo.præcipuo, condemno,abſoluo (ſicut patet lib.5.Decretalium. tit.40.de uerborum ſignifi. in his) Ita Deus, qui hoc præcipit, & ſtatuit,ſtatuta,& pręcepta hic data non tenentes,non abſoluet, & ſic iudicium gentibus proferet Iſa.42.

¶De alijs uero ſignis,quæ tunc concurrent.Nota.A.13.4.

¶Sequentia uero, quantum ad malos,ſunt tormenta ęterna, quantum ad bonos uero gaudia æterna Quantum uero ad cœlum,uel mundum, ſecundũ alios,Sole ſtante in oriente, & Luna in occidente,ſicut fit in plenilunio, maior erit lux,quàm nunc ſit,non ad neceſſitatem:ſed ad decorem,omniſq; motus ceſſabit,tam corporum cœleſtium, quã inferiorum,fluxuſq; & refluxus maris amplius non erit à die iræ,& reuelationis iuſti iudicij Dei.Rom.12.

¶Iſtius autem iudicij ratio eſt iuſtiArtic.2. tiæ Dei oſtenſio,ut uidelicet, illud partibus ſimul comparentibus, quàm iuſte in utriuſque remuneratione,uel punitione proceſſerit,uel tunc procedat, 6 oſtendat.Pro quo eſt aduertendum, ꝙ nõnulli hic ſunt mali, & in futuro dãnati;qui tamen boni reputantur,& ecõ uerſo aliqui ſunt boni,& in futuro ſaluati;qui à multis reputãtur mali:Congruũ ergo uidetur, ꝙ omnes ſimul cõgregentur, ut illi, qui mirari poſſent, quare illi ſaluati eſſent, quos malos reputabant, cauſam aperte uideant ſuæ ſalutis,quando dicit Eſuriui, &c. Licet enim illi in cœlo clare huiuſmodi ui-

deant cās, tamen damnati hoc uidere nunc non poſſunt, quia ipſum, in quo relucent cauſæ, nō uident: Cōgruū ergo, eſt ut ipſi ad locū cōueniant cōem. & Dei uideant iuſtitiam, qua uiſa plus dolebunt, uidentes, ꝙ quicquid eſt iuſtitiæ in Deo eſt, & quicquid iniuſtitiæ in eis eſt. Sic uidebit (inquit) peccator, & iraſcetur (in Pſal. 111.) qm̄ peruenit uſq; ad cœlum iudiciū eius. Ier. 51.

¶In quo (ſecundùm Chryſo. ſuper Mach. 24) & plangent ſe oēs tribus terræ (Hom. 56.) Plāgēt (inquit) ſe Iudæi, uidentes Deum uenientē, quē hominem mortuum putabant, Plangent ſe gentiles, quia uanis diſputationibus philoſophorum irrationabilem putabant eſſe Deum colore crucifixum, & dederunt creaturæ gloriam creatoris, Lugent & Chriſtiani peccatores, q magis dilexerunt mūdum, quam Chriſtū crucifixum; cum audierint eū hæc uerba ad eos dicentem, Propter uos factus ſum homo, propter uos alligatus, illuſus, cęſus, crucifixus fuit, ubi eſt tanta rum mearum fructus? Ecce preciū ſanguinis pro uobis datū, ubi eſt ſeruitus ueſtra, quam mihi debetis pro precio ſanguinis dato? Ego ſuper gloriā meā uos habui cum eſſent Deus factus homo, & uiliorem omnibus rebus me feciſſis. (Ecce quomodo uidētes Dei bonitatē, & ſuam iniquitatem.) Plāgēt ibi omnes peccatores, cœleſti iudicio perurgente. 2. Mach. 9.

7 Exemplum. ¶Quod quidem à iuſto iudicio non diſcordat humano, quia licet, ſecundū leges humanas, iudex quādoque ad iudicium procedat, una parte contumaciter abſente, & alia præſente, quia dicit lex ꝙ ſi appellatus die fatali, ad quem ſcilicet citatus eſt, nō compareat ſuam defenſionem oſtenſurus; iudex de appellationis negocio altera parte abſente cognoſcere poteſt (ut C. li. 7. titu. de tēporibus & reparationib⁹ appellationū. l ultima.) Tñ clarior modus eſt, qđ ad minus quodcunq; fiat prius, ut finaliter & ultima ſnīa proferatur partibus p̄ſentibus, qñ partes ſimul haberi poſſunt, qa hoc dicit lex in digeſto nouo. li. 4. ti. 1. de re iudicata. le. de vnoquoq; ſub his uerbis, de vno quoque negocio ſnīam præſentibus oībus, quos cā contingit, iudicare oportet, & hoc iuſtū eſt, & ſatis cōgruū, qa ad hoc pars rea ad certū diē citatur, & pars agens ad eundē cōparet diem, ut ambo ſimul ſnīam audiāt. Sed pars rea inuitē, & quaſi citatione coacta cōparet, timēs, ne cōtra eū iudicet, pars uero agens gratis uenit, qa ad hoc in curia inferiori litē mouit, uel à curia inferiori, in qua cōtra eū iudicium pro illo daret, & ꝙ iudicia mala inferioris curię in illa corrigerētur, ſperau it. Iſta uero pars ages, & ſi ſemp in iudicio in ꝓpria perſona præſens non fuerit, nihilominus tñ cōtra partē reā procedere pōt p ſufficientē ꝓcuratorē, per quem ſententia contra reum æqualiter dari poteſt, ac ſi præſens eſſet.

8 ¶Quātū ad propoſitū noſtrū in foro aīæ pars rea eſt, quæ iniuriā facit ꝓximo ſuo, in quacunq; cā, negocio, uel iudicio; pars agens, & appellās, ad curiā Dei ab iniurijs, uel iudicijs iniuſtis ſibi illatis, eſt pars, quæ iniuriā ſuſtinet in quacunque cauſa, uel curia, in qua quia hanc iuſtitiam habere non poteſt, ad iudicium ad minus corde uel ore appellant Dei, dicentes. Deus omnipotens nos uindicet, Deus oſtendat ueritatem, quia ipſe ſcit, dominus iudicet ueritatem.

¶Et huiuſmodi plures habent appellandi modos. In foro namque animæ, & in curia Dei omnes huiuſmodi cogitationes & locutiones, appellationes ſunt pauperum, quæ ita bene allocabuntur ibi ſub tali tenore verborū, ſicut in exteriori curia allocantur uerba ad formam appellationis exquiſita, ſine quibus nō allocabitur. Talis nāq; appellādi modus in ſacra ſcriptura frequenter legitur acceptus. Exemplum.

¶Sic nāque appellaſſe legitur Dauid contra Saul à perſecutione iniuſte ei illatæ dicens Iudicet dominus inter me & te. (1. Reg. 24.) de quo poſtea dicitur, iudicabit ꝙ te hodie dñs. (2. Re. 18.)

¶Talibus

¶Talibus etiam appellationibus ſe interim cõfirmauit in anguſtijs iniuſtè ei illatis Paulus,nõ ſolum ad tribunal hominum appellando, dicẽs, ad tribunal Cęſaris ſto,ibiq́ me iudicari oportet. (Actuum 25.) uerum etiam ad tribunal Dei,dicens,omnes ſtabimus ante tribunal iudicis. (Ro.14.) Et iterum dicit, omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.(2.Cor.5.)

¶Talibus etiam appellationibus, & cogitationibus quidam uſque in diem hunc,ſe cõfortaſſe auditi ſunt,qui quãdo eſt cauſa,uel quicunque iurati in ali qua curia,prece,uel precio, timore,uel amore contra fidelem,& ueritatem,vadunt, dicunt ex parte Dei, magna eſt cauſa. In tali ſpe & conſolatione ponit eos Scriptura dicẽs, dominus iudicabit cauſam eius. (Prouer.22.) ſcilicet iniuriam patientis,quia(teſte Pſal 45.)Iudicium iniuriam patientibus(ſicut patet.
9 D.12.37.) Iſtis uero partibus cum appellationibus ſuis ſit ordinatis, quia illi, qui iniuriam ſuſtinent, non poſſunt in iudicio mortis cum iniuriantibus ſemper concurrere, quia ſæpe contingit,ꝙ viri ſanguinum, qui nõ dimidiat dies ſuos,citius moriuntur, pauperes & iniuriã patiẽtes,procuratorem ſuum ſufficienter inſtructum ipſum cõſtituunt Deum,dicentes illud. (Pſal.34.) Intẽde iudicio meo Deus meus, & dñs meus, & iterum. (Pſal. 9.) Eſto refugiũ pauperẽ, ſicut prædictũ eſt de forma appellationis,ita, & de forma ꝓcurationis inſtituendi dicere oportet,ꝙ in curia Dei talis ſufficit forma, nec mirẽtur,ꝙ idẽ ſit iudex partiũ,& ꝓcurator unius partis,quia ipſe dicit. (Iere.29.) Ego ſum iudex,& teſtis,in eo uero nõ eſt mirabilius, ꝙ ſi iudex & procurator,quã ꝙ ſit iudex & teſtis,quia ꝓ utroque ſufficit.

¶Iſto uero procuratore ſic cõſtituto moritur,quis, qui iniuriã fecit falsè iudicãdo,uel quãcunque iniuſtitiã exercẽdo,ꝓ quo ad Deũ in forma præmiſſa appellatum fuerit, procuratore pauperis cauſam ipſius agente ſtatim iudicii mortis eſt uiro huic, (Ierem.26.) quia Deus iudex iuſtus iudicabit contra te cauſam illius, &c. (Prouerb.23.)

¶Sed quia in iſto particulari iudicio 10
ambę partes nõ ſunt ꝑſonaliter ꝓſentes,ad iuſtitię ſuæ quodãmodo amplio rẽ declarationẽ,& ad electorũ ſuorum, qui cõtra malos appellauerũt, nõ ſolũ ut iudicium fieret,quod in morte factũ eſt,ſed ut ueritas inter illos oſtẽderet, quod in iudicio ſit generãli,veritatis & iocunditatis maius augmentum (quia teſte Pſal. 58.Lætabitur iuſtus, cũ uiderit uindictã) in medio generali partib⁹ præſentibus, nõ ſolũ malos iudicabit, ſed etiã quodãmodo iudiciũ in morte datũ recitabit,& clarificabit, ſicut dicit. Soph.3. Iudiciũ ſuũ dabit in luce & nõ abſcõdet. Iudicium eñ,quod in morte dat,quo ad multos abſcõditũ eſt,ſed illud iudiciũ generale ꝓpter eius claritatẽ,& manifeſtationẽ uocat ꝓpheta meridie, dicens. Et educet quaſi lumẽ iuſtitiã tuã (qui hic iniuſtitiã ſuſtinent,) & iudiciũ tuũ tanquã meridiẽ, qui hic male iudicaſti, qui ſediſti cũ potẽtibus in occultis,ut interficeres pauperem.

¶Cõtra quos occulte agẽtes ꝓmittit, dicens, Iudicia mea quaſi lux egredientur. (Oſeæ 6.) ſicut contra latrones qui occulte furabãtur,& publice iudicãtur.

¶Ex oĩbus iſtis patet, qđ eſt de oĩbus 11
iniuriã ferẽtibus,uel male in hoc ſęculo iudicãtibus,& ſuſtinẽtibus, & de iudicio Dei, ſicut de iudice inferiori malo,& iudicatis ab eo,& iudice ſuperiori iuſto. Et ſicut de malo prelato, & ſubditis ſuis,& uiſitatore ſuper eũ miſſo. Et ſicut de Ægyptijs,& filijs Iſrael,& Deo. Quia ſicut ꝓpter defectũ iudicis inferioris malè iudicãtis,uel nõ iudicantis, cã ad ſuperiorẽ deuoluit, & nõ aliter. Ita in ꝓpoſito,ſi noſipſos,& ẽt alios iuſte iudicarem⁹,nõ iudicaremur.1.Co.11.

Exemplum.

Exemplum.

¶Sicut inſuper malus prælatus, toto anno ſubditos ſuos male tractare poteſt, ſuperiore prælato, uel uiſitatore fidei ſuperueniente, totum pondus belli contra prelatum illum utitur, omnesq́ue,qui illũ accuſare uolunt, libere audiuntur. Sic in propoſito,cõtra

Exemplum.

iſtos

iſtos,& iniuriam facientes,Deo pro tribunali ſedente omnes, qui hic præ timore os ad conquerendum aperire nõ audent, quia ſi facerent tam in bonis quàm in corporibus male timerẽt tractari, ſed ibi abſque timore quærimonias,& accuſationes ſuas deponent,ſicut oſtenſum eſt.F.8.10.

12 ¶In hoc ergo iudicio Deus facit electis ſuis iniuriam prius patientibus, quod facere conſueuit quidam Rex ſubditis ſuis,quando ei proceres,& homines magni officij de officijs ſuis amouere uoluit, illos in cuſtodia detinere ſolebat, præcone clamante ad illos,quibus præfuerunt, ut ſi quem læſerint,uel ſi cui iniuriam in officio ſuo fecerant, ueniat, qui læſum ſe ſentit,& quærimoniam ſuam libere deponat. Hanc benedictam conſuetudinem ſolebant obſeruare Reges Franciæ, quo ad propoſitos Pariſien. per quã quidã dictorum præpoſitorum nuper ſuſpenſus fuit. Hanc etiam obſeruabit Chriſtus iuſtitiam erga omnes in die iudicij, in quo verificatur iſtud de malis. (Sapiẽ.1.)Non præteriet eos corripiens iudicium,in quo malos primo iudicabit dominus.(Gen.15.) Gentem cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo more Ægyptiorum,quibus ſeruierunt ſub tyrannico dominio filij Iſrael,quibus ſubmerſis filij Iſrael egreſſi ſunt. Sic iſtis infernum ſubmerſis electi terram ſanctam cum multa ingredientur ſubſtãtia, hoc enim utriſque promittit Deus. (Iſa.49.) dicens, Eos, qui te iudicauerunt, ego iudicabo, & filios tuos ego ſaluabo.

Exemplum.

¶Secundo in hoc non euadent iniuſti iudices,quia qui non fecerunt iuſtitiam,iuſte iudicabuntur. Sapien.6.

¶Tertio non euadẽt illi, qui hic nec à ſeipſis, nec ab alijs iudicati fuerunt, quia quod hic non corrigitur, alibi à Deo ſupplebitur,quod ſignificatum eſt. Iudi.8. vbi Gedeon præcepit filio ſuo, quoſdam malos occidere, & ſanguinis iudicium de eis facere, qui hoc facere noluit ſanguinis enim iudicium facere metuebat.(2.Machab.14.)Nec tamẽ mali illi iudicium hoc euaſerunt,quia pater in eis ſuppleuit,quod filius facere recuſauit,ita in propoſito. Quid ergo ualet poteſtate,nobilitate,uel muneribus,uel quibuſuis alijs uijs, & modis iudicium euadere hominum, & in Dei incidere manus? qui in iudicio non errabit.Prouer.16.

¶Iſtud uero iudicium, licet nunc à bonis etiam timeatur, ſicut patet per hoc, quod legitur de beato Iero. quòd ſiue comederet, ſiue biberet ſemper ei uidebatur, quòd tuba illa auribus eius inſonaret,dicens,ſurgite mortui,uenite ad iudicium, tamen tunc erit delectabile,quando (ſcilicet) omnia corpori iterum copulabuntur glorioſo,ut in utroque premia recipiat, qui in utroque opera meritoria exercuit. Illud nanque corpus quod nunc pœnitentia, & laboribus conculcatur, maceratur, & decoloratur,tunc colorabitur,& glorificabitur, quia ſicut facies, quæ nunc in laboribus, & ſolis obfuſcatur caloribus,& denigratur,cum uenerit ad requiem,& ad hoſpitium optatum,reformabitur ab illo,qui Malachiæ 3. uocatur,quaſi herba fullonis, quia ſicut fullo permittit,ꝙ pannus conculcetur, & conteritur ſub pedibus,ut pulchrior,& melior fiat. Ita Deus hic ſuos conculcari ſinit,ut reformentur,& talis ſolummodo reformabit corpus humilitatis noſtræ. (Philip.3.) & non aliud. Vnde Bernard. qui in pellibus murium, & ſtercoribus uermium ſe reformant, Deus cum ad iudicandum uenerit, non reformabit, tantum ergo humilibus, & bonis tunc iudicia tua iocunda,in Pſal.118.

Art.3.

13

Exemplum.

Exemplum.

¶Et ſi illud iudicium nunc à bonis intantum timetur, quòd nonnulli electorum mallent habere certitudinem, ꝙ in illo iudicio eſſent à dextris iudicis collocandi cum tota miſeria, quam in iſta uita ſuſtinere poſſent, quàm cũ inceſtitudine habere totum dominiũ mundi ad libitum, à mundi principio uſque ad finem, quantum iſtud timere

Ar.4.

14

deberent

deberent mali, qui crudelitatibus furtis, usuris, rapinis, & alijs peccatis (scilicet) luxurijs, &c. Potius se disponunt, ut cum lupis, & animalibus immundis illo die à sinistris ponantur, quibus etiã ampliorem incutere deberent timorem illius iudicij propinquitas, malũ enim quod prope est, plus timeri solet, sed illud prope est, igitur, &c. Quod autem illud prope sit, ostendit Chryso. super Io. Home. 32. per signa refrigerationis spiritualis caloris, & per mundi miserias, & tribulationes, uolens, ꝙ sicut in corpore humano infirmato refrigeratio, quæ nihil caloris operatur in membris, mortis, iudiciũ appropinquare signat, & sicut ruina domus, quæ fit in lapidum, & cooperimenti casu, eius uicinum denunciant finem. Ita refrigeratio spiritualis caloris inter membra Christi, & ecclesiæ, & miserię, quæ in hoc mundo quotidie cadunt, eius finem appropinquare ostendunt. Sunt autem uerba Chrysostomi, hæc sicut corpus humanum laborans, & ꝓpe finem existens, mille ostendit malitias, & defectus, & de domo debente cadere, multa ante cadere consueuerunt à tecto & parietibus, quæ signum sunt, ꝙ eius finis appropinquat, ita &c. Nota. M. 13. 2. Per eadem signa, licet sub alijs uerbis eius arguit propinquitatem beatus Grego. in Homel. super euangelium, Lucæ 21. Erunt signa in Sole, &c. vlulate ergo, quia prope est dies domini. (Isa. 13.) & prope facite iudicium. (Isa. 41.) Vosipsos hic iudicando, quod si non feceritis, sicut istud iudiciũ erit bonis delectabile, ita à contrario sensu erit malis terribile quinque de causis.

Exemplum.

15

¶Primo uidelicet, propter iudicij certitudinem. Secundo propter aduersariorum multitudinem. Tertio propter iudicantium, & aduersantium æquitatem. Quarto proter iudiciorum confusionem. Quinto propter totius negocij euidentiam.

¶Quantum ad primum certissimi esse poterunt, ꝙ quando stabunt ante tribunal iustissimi iudicis, cum sarcina peccatorum, qui etiam in morte uidebunt (sicut patet per historiam. D. 2. 6.) Et cum furto malarum acquisitionũ, ꝙ iudicabuntur, aliter de Deo cogitare, est ipsum omni barbarica gente, ipsiusque leges omnium gentium legibus, iniustiores, falsioresque esse, cum nunquam fuerat gens tam barbara, quæ nõ puniret malos, & premiaret bonos. Ad hoc enim sunt leges Regum, & Principum, decreta Pontificum, canones patrum, statuta ciuitatum, consuetudines regionum. Si ergo hoc non facit iustus iudex Deus, qui iudicat omnem terrã, vbi est Deus iudicij? Malach. 2.

16 ¶Aliter enim quodammodo iniuriã parti. i. omni creaturæ, quæ quodammodo se contra peccatores tunc partẽ facient, iustitiamque petent (sicut ostensum est. A. 10. 11.) Specialiter tamen boni iustas tunc allegationes, & accusationes contra illos adducent (sicut ostẽsum est. F. 8. 10.) Et non solum contra illos, antequam iudicentur, allegabunt, sed super ipsos iudicatos improperando clamare securè poterunt, sicut quandoque accidit, ꝙ illi, qui pro malo, & tyrannico uicino caput leuare non audent, ipso ad carcerem uel patibulum ducto, priora facta secure improperant, sicut Dan. 13. dicens. Nunc uenerunt tibi peccata tua, quæ aliquando operabaris, iudicans iudicia iniusta, ita in ꝓposito exultabunt Sancti in gloria, dicentes. (Isa. 13.) quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? quia teste Ps. 18. Lætabitur iustus cum uiderit uindictã 17 quando Deus reddet periuris, & adulteris, quod meruerunt, & non solum boni, & angeli eos accusabunt, eisque improperabunt, sed etiam mali, & dæmones. De malis nanque, qui mutuis exemplis & exhortationibus, & inductionibus peccauerunt, & male acquisitis mutuis perierunt. Quid aliud æstimari poterit? quàm ꝙ mutuis maledictionibus, & accusationibus, & improperijs, se mutuo lacerabunt, & uilipendent propter pœnam, quam sustinent, dicentes,

Exemplum.

Exemplum. dicentes, & loquentes more latronum, qui certi de morte alios appellant, qui primum ſocij reputabantur, eisque improperando dicunt, ibi feciſti me committere tale latrocinium, & ibi tale factum, & breuiter nunquam fuiſſem latro, niſi tu fuiſſes? &c. Ita etiam nunc quandoque peccatores, & alij alijs improperant, quando confuſionem incurrunt, dicentes, Nunquam fuiſſem mulier mala de corpore meo, niſi tu fuiſſes, maledicta hora, qua te uidi. Sic in illo iudicio quilibet ad alium ſe habebit, ſicut de aliquibus exemplificatum eſt. (A.12.54.& A.27.42.) Ergo tũc nullos habebunt amicos, niſi forte illos dæmones, quorum tantum dilexerunt opera, tanquam obedientes dum uixerunt, extiterunt, qui tunc cum ſalutationibus ſuis eis occurrent, deridendo, & cum fuſcinulis ad infernum trahendo, de quibus damnati tunc dicere poterunt illud. (Pſalm. 34.) Tentauerunt me (ſupple) uiuum, ſubſannauerunt me ſubſannatione, frenduerunt ſuper me mortuum & damnatum dentibus ſuis.

18 ¶Niſi forte quis cogitare uelit, quod licet omnia tunc damnatis aduerſentur, tamen amicitia erit inter damnatorum ſpiritum, & carnem, ſed hęc cogitatio reprobata eſt. (C. E. 2.10. & G. 8.5.23.

¶Ex dictis ergo patet, ꝙ magna erit aduerſantium malis in die iudicij multitudo. Quærat ergo peccatum nunc à corde ſuo de ſeipſo, ſicut de quocunque tali quærit Anſelmus, dicens. Quid faciet peccator in die iudicij deprehenſus, cum ſit ſuperius iudex iratus? cuius (ſcilicet) mandata trangreſſus eſt, & ipſum etiam interpretatiue negauit, uel non eſſe deſiderauit, quia cum male facit, nollet aliquem eſſe, qui de malo facto ſuo uindictam acciperet, nec Deũ, nec alium quemcunque, ergo nollet Deum eſſe iuſtum. Cum ergo Deum non eſſe iuſtum, & Deum non eſſe, cõuertantur, uel idem ualeant, quia ſi ſit, oportet eum iuſtum eſſe, patet, quòd qui deſiderant eum iuſtum non eſſe, deſiderant eum non eſſe, ſequitur in auctoritate Anſelmi inferius patẽs infernus, exterius ardens mundus; quod intellige (ut dictum eſt ſupra E.2.) interius ueſtræ mentis conſcientia. Et ſi quæris, qui te accuſabit? dico ꝙ totius mundus, quia offenſo creatore ſuo modo omnis offenditur creatura; quomodo ergo exiſtimas, quia tu, qui tunc malus inueneris, effugies iudicium Dei. Rom.2. (Nota M.9.29.) Satis dat intelligere Apoſtolus, ꝙ nullo modo effu- 19
giet, non ſolum propter iudicis & iudicãtium, & aduerſantium multitudinẽ, ſed etiam propter eorundem æquitatẽ, ibi nanque boni in accuſationibus, & allegationibus ſuis à uia æquitatis non errabunt, mali uero & ſi errare uoluerint, non audientur. Iudex etiam flecti non poterit prece, uel precio, uel cuiuſcunque timore, uel poteſtate, ſed ęqualiter ſicut ad pauperrimum malum, ita & ad potentiſſimos dicet, Domus regis auſcultate, quia uobis iudicium eſt. (Oſeæ 5.) Quia non ſecundùm uiſionẽ oculorum, neque ſecundùm auditum auriũ, ſed in ueritate iudicabit. (Iſa.11.) ſecundùm quòd in libris conſcientiarum ſingulorum ſcriptum eſt, ibi nanque quilibet damnandus literas portabit Vriæ (id eſt) propriæ mortis, & damnationis, quia ſicut qui ad computum venit cum rotulis, & tallijs inſufficientibus, literas portat amiſſionis, quia ꝓpter illarum inſufficientiam ſua amittet, ita in iudicio, in quo ſcientia Dei erit, ſicut liber domini, uel theſaurarij, qui præpoſito, prędij uel expendenti, & neceſſaria pro domo domini ementi pecuniam tradit. Numerum uero & quantitatem pecuniæ traditæ, in libro, uel tallia ſua ſcribit, recipiens etiam ex parte ſua talliam, uel librum facit tam de receptis, quàm de expenſis. Ille uero liber quantum ad recepta poteſt dici liber conſcriptus, cum libro ſcilicet tradentis, quia eſt cum eo ſimul ſcriptus, ſicut patet in factura talliarum, in quibus tantum continetur in una, ſicut in

Exemplum. Exemplum. Exemplum. Exemplum.

alia,

allá, ſic in libro Dei totum ſcribitur, quicquid pro nobis fecit, uel ſuſtinuit, ſeu quicquid nobis dedit, contra quem quaſi liber conſcriptus, uel tallia condiuiſa erit in die iudicij liber conſcientiarum, in quo aperte oſtendetur non ſolum quantum recepit, ſed etiam quãtum expendit, & quomodo. Sicut ergo ad hoc, ꝙ quis ſecure ad computum accedat pecuniarum, oportet ꝙ liber de receptis, & expenſis concordet cum libro liberatoris (id eſt) domini, uel theſauratij, quia in concordia, uel diſcordia illius libri totum pendet iudicium, uel quantum ad liberationem, uel damnationem, quia ſi bona oſtẽditur, concordia liberatur, & diſcordia damnificatur. Ita omnino cogitare oportet de computo animarum in Dei in iudicio, quia totum illud iudicium nobis erit ad liberationem, uel damnationem ex oſtenſione librorum, & cõſcientiarum ſingulorum. Et hoc eſt, quod dicit Ioã. Apoſt. 20. Aperti ſunt libri, & iudicati ſunt mortui ex his, quæ in eis ſcripta ſunt ſecundùm opera ipſorum, ſiue ad liberationem, ſiue ad damnationem, quia ſi liber conſcriptus (id eſt) cõſcientia, quo ad recepta & expenſas concordet cum libro liberatoris, pro ſuoque perpetuo acquietationẽ accipit. Si uero liber ille cõſcriptus concordet in receptis & non concordet in expenſis, quia cõtra mãdata in illo libro mãdatorum Dei accepta, uel recepta expẽdidit dãnatur, & ꝑ ſuo perpetuo incarceratur, vſque dum ſoluat ultimum quadrantẽ. (Mat. 5. & Luc. 12.) quod nunquam fieri poteſt. Et propter hanc conditionẽ iudicium illud uocari põt iudiciũ conſcriptum. i. iudicium cõſcriptorũ librorũ, Dei ſcilicet, & cõſcientiæ, vnde Pſ. 149. vt faciat Deus (ſcilicet) cum illis, qui ſecum iudicabunt in eis. i. in omnibus in die iudicij, iudicium conſcriptum, ut ſcilicet omnes iudicẽt ſecundùm libros illos conſcriptos, ſiue ad uiam, ſiue ad mortem omni appellatione, uel dilatione poſtpoſita.

Exemplum.

Exẽplũ. ¶Sicut ergo qui ſcit, quòd liber ſuus conſcriptus eſt defectiuus, quia male recepta expendidit, cum timore uadit ad computum. Ita ille, qui ſcit, quòd liber conſcientię non concordat cum libro legis Dei, cum timore uadit ad iudicium, ſciens qui in lege peccauerint, per legem iudicabuntur. (Rom. 12.) Qui uero ſcit, quòd liber ſuus concordat cum libro Dei, lætãter ad iudicium properat, dicẽs, memor fui iudiciorum tuorum, & conſolatus ſum (in Pſal. 118.) eo ꝙ cognoui domine, quia æquitas iudicia tua (in Pſal. 118.) de talibus, qui lætaliter, & hilariter uenerunt ad iudicium mortis, patebit. c de mortuis. Nota de iſto libro conſcientiæ. C. 7. 19. cum ſequentibus.

¶Confuſio uero illorum qui computo illo deficiunt. 10

¶Primo ex aduerſariorum, quos inimicos hic reputauerunt, & quos odio habuerunt, exaltatione erit. Videbunt illos prius in cęlum uocari, ſicut Matth. 25. vbi benedicti prius uocantur ad regnum, ut male uidentes quid amiſerunt, acrius dolebant, quando enim ſuperbus, qui diu ſuper alium dominabatur, uerecundę deijcitur, & alius, qui prius ei ſubiectus fuit, ſuper illum potẽter exaltatur, & ille turpiſſimè deijcitur, multum confunditur deiectus, ſic in propoſito.

Exemplum.

¶Secundo ex modo, & forma apparitionis in iudicio, ꝙ quantum ad corpus turpe, in quo apparebunt (de quo. M. 11. 85.) Et quantum ad illud quod portabunt, multum enim erubeſceret nobilis homo huius ſęculi apparere coram iudicibus cum fardello furti in collo. Multum ergo erubeſcent multi, qui nobiles hic uocantur, in illo iudicio, quando oues & boues uniuerſas inſuper & pecora campi, quæ rapuerũt, uel acceperunt, & nõ ſoluerunt, in collo ſuo portabunt coram toto mundo, Deo forſitan eis ſupponente, qui cuncta, quæ fiunt, adducet in iudicium. (Eccl. 12.) illis ſcilicet portantibus, qui illas ſarcinas feceruũt, quia vnuſquiſque onus ſuum portabit ad Gal. 6.

Exemplum.

¶Tertio

21 Exemplum. ¶Tertio ex curię Dei,& festi electione,sicut enim pastor non recipit ad ouile suum,nisi oues,quæ signum suum portat,sed excludit, & sicut à numero pauperum,quos Papa pascit,excluduntur,qui signum non portant: ita de ouili Dei excludentur,qui crudelitate leonis sequebantur conditionem,qui etiã dente detractionis,more luporum carnes comedebãt, qui etiam falsitate vias sequebantur vulpium, qui immunditia sordes imitabantur porcorum. Et breuiter omnes, qui signa non portant ouium. Illa autem signa sunt obseruantiæ mandatorum Dei, & uoti, quod factum est in baptismo,(de quo signo nota.F.4.29.) Si ergo uis ad uitam ingredi,serua mandata (Matth.19.) quia aliter exclusus eris à ianitoribus cęli, dicentibus, signa uestra non uidimus. (in Psal.73) Quanta autem erit de illa expulsione omnibus,& specialiter hominibus magni status,confusio,ex minori euentu cogitare poterunt, quia si nunc erubescerent a conuiuio expelli hominum, alijs introductis, uel si de hoc grauantur,ꝙ in loco pro statu illo, ut eis uidetur in mensa ponuntur, & specialiter superbi, qui primos in cęnis amant recubitus,quantum erubescent, qui de Dei,& Angelorum, & omnium electorum expellentur conuiuio; Et si tantum contra Architiclinum irascuntur, qui primum locum in mensa non obtinent,quantum dolebunt, qui non infra cęli portam stare, uel intrare permittentur. Tunc ergo licet omnes excluſi,confusionem patiẽtur tamen specialius,& uehemẽtius superbi. de quibus Zacha.10. Confundẽtur ascensores equorum. Et Hiere.20.Confundentur uehementer,quia non intellexerũt opprobrium sempiternum, quia Tyro, & Sidoni remissius erit in iudicio. (Luc.10.) quàm illis, quia illud erit iudicium diuersissimum his,qui præsunt. (Sapien 6.) quia ipsi maiorem (ut dictũ est) patientur confusionem.

Exemplum.

Exemplum.

22 ¶Omnia uero prædicta malorum in iudicio infortunia id aggrauat, quòd omnium ibi ostendentur,uel fient manifestissima euidentia, & omnium generalis aspectus. Nunc enim peccatores dum peccant, ex tribus inaniter se confortant.

¶Primo licet turpissima, & pessima cogitent,non tamen erubescunt, quia æstimant omnes illud latere.

¶Secundo licet turpia loquantur, quos forte amicos reputant, quorũ nõ timent delationem, unde & hoc quandoque dicunt, scio ꝙ me nõ accusabis, uel in camera, & secretius talia operantur,ubi à nullis,nisi ab illis, quibus inter est, se uideri credunt, & ideo non curant,quàm spurcissima,& quàm fęda committant.

¶Tertio ex hoc, ꝙ licet in peccato deprehendantur, uel tales esse percipiantur, tamen quandoque se confortant,ex hoc, ꝙ in extranea patria, uel inter ignotos capiuntur, uel confunduntur uel ꝙ non sunt ipsi soli,qui laborant uitio illo, &c de quibus omnibus nihil in illo iudicio eis ualere poterit, quia ibi non solum ostendentur uoces & opera, sed & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabat consilia cordium. (1.Corin.4) Et non solo paucis in camera, sed toti mundo in ualle Iosaphat Nec amicis, sed gentibus & regnis ostendam nuditatẽ tuã, dicit dominus. (Naum.3.) quia in fine hominis denudatio operum illius (Ecclesiast.11.)hoc eis ꝓmittit ille, cui omne iudicium datum est (Ioan.5.) dicẽs, ꝙ inquit occulte locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. (Lucæ 11.) Et sic iudicium dabit in luce, & non abscondetur. (Sopho.3.) Et qui non fecerit legem Dei tale iudicium erit de eo. (1.Esdræ 7.) Nota. M. 11. 13 Et V.8.17.

¶Contra omnes prędictos in Dei iudicio terrores,uel pericula melius non uidetur esse remedium, quàm ꝙ iudex petatur delegatus, partes nanque uel una partium quandoque longam timẽs vexationem in curia superiori, Papæ (uidelicet) uel alterius iudicis, ad loca remota

Ar.5. Exẽplũ. 23

remota distantis, iudicem petunt delegatum, coram quo in patria sua iudicentur. Sic spiritualiter timentes iudicia Dei, iudicem petant delegatum, confessorem, uidelicet, coram quo ratio mentis cogitationes, & locutiones, & operationes, atque omissiones dispersas, quasi quadam citatione conscientia conuocet; Morem in hoc sequendo Sixti cuiusdam (de quo scribit Sene. li. 3. de ira) ꝙ consummato die cum se ad nocturnam quietem recepisset, interrogare solebat animum suum, dicēs, quod hodie malum tuum sanasti? cui uitio obstitisti? qua parte melior es? desinet ira, & moderatio. Sic qui scit se quotidie ad iudicem ueniendum esse, desinet (inquit) ira, & omnis occupationis motus, qui animam in isto iudicio impedit, quia secundum beatum Grego. super Ezech. lib. 1. Homel. 11. Sicut aqua concussa imaginem prospicientis non reddet, sed solum quando est quieta, sic est de anima, ꝙ non deprehendit se, cum est inquieta. Conuocat ergo cogitationibus, & omnibus peccatis, siue operationis, siue cuiuscunque sint modi, & amotis omnibus impedimentis, sicut prædictus in sero excogitauit diei. Ita in quadragesima vel alio quouis tempore confitendi, uita præterita ob memoriam reuocetur à ratione dicente ad conscientiam illud. (Isa. 43.) Reduc me ad memoriam, ut iudicemur simul.

Exemplum. Exemplum.

¶Quia sicut citator, uel apparitor coram iudice partes conuocando congregat, ut iudicentur. Sicut etiam campanella ad capitulum subditos uocat coram prælato, ut ea rata corrigantur, incorrigibiles, eijciatur, inquieti, & negligentes emendentur). Ita officium cōscientiæ est cogitationes, locutiones, atque operationes malas simul cum omissionibus, commemorando, & cōuocando coram ratione, & coram cōfessore, qui locum in hoc tenet iudicis, & plati congregare (sicut patet. C. 7. 2.) Dicendo istud Isa. 46. Prævaricatores redite ad cor, quilibet sic coram sacerdote congratis cum lachrymis contritionis, teipsum accusa, & ut iudiceris, & sanctificeris, & iustificeris, & timorem ultimi indicij Dei euadas. Ante iudicium (supple) illud præpara iustitiam coram iudice suo delegato. (Ecclesiastes 18.) Scies, quia si nosipsos iudicaremus, si coram iudice delegato, nequaquam iudicaremur in iudicio (scilicet) ordinario. 1. Cor 11.

Exemplum.

¶Quia sicut pluuia præcedens periculum corruscationis, & fulguris, impedit sequentis. Ita pluuia lachrimarum in confessione, & pœnitentia coruscationem (id est) uocem iudicis terribilē, qua dicet, Ite maledicti. (Matth. 25.) ipsam præcedens mitigat. Sic enim vocem illam mitigare nitebantur illi, quibus ordo inceptus fuit Cartusiensium, de quibus scribitur. Quod cum esset diuites, & potentes, & in exequijs cuiusdam magni cōgregati, qui in opinione seculi bonus habebatur, accidit, quod ipsis exequias cantantibus, mortuus in medio positus capite eleuato diceret, ad iudicium sum uocatus; post paruam uero moram ipsis nimio timore, & admiratione percussi, iterum capite eleuato dixit, & in multis sum accusatus, tertio uero capite similiter eleuato adiecit, & iusto Dei iudicio sum cōdemnatus, qui etiam secundùm aliquos addidit, & si non fuissem de numero prælatorum, non essem de numero damnatorum, ipsi uero uidentes ictum tonitrui, & coruscationis tam prope hominem percutere, timentes, ne similia paterētur, fugerunt ad quoddam nemus in Burgundia, in quo se incarcerarunt, malentes potius temporaliter, quàm æternaliter incarcerari, quorum quilibet dicere potuit illud. (Psal. 118.) A iudicijs enim tuis timui. Nec mirum, si isti timuerunt, qui in multis se reos esse inuenerunt, cum illum condemnatum audirent, qui melior illis reputabatur. Horum ergo exemplo fugite à facie gladij, quoniam ultor iniquitatis gladius est, & scitote esse iudicium. Iob 19.

24 Exēplū. Exēplū.

¶Ad

¶Ad hoc enim omnes artare deberet cogitatio illius iudicij, quia (secundùm Chryſoſt. ſuper Ioan. Homel. 39.) Iudicij cogitatio eſt, ſicut frenũ equo, &(ſecundùm eundem ibidẽ Hom. 15.) Cogitatio iudicij, aut eſt frenum à malitia retrahens, aut eſt doctrina, ut patienter ſuſtineas. Beatus ergo qui dicere poteſt iſtud. (Pſal. 17.) Omnia iudicia eius in conſpectu meo, & beatus homo, qui ſemper eſt pauidus, & beati, qui hic iudicium eligunt iudicis delegati, dicentes iſtud, Iob 34. Iudicum eligamus nobis, & inter nos uideamus quid ſit melius.

¶Iuramentum. Cap. XII.

SVMMARIVM:

1 *Iuramentum duplex eſſe enucleatur. Alterum aſſertorium, alterum autem promiſſorium appellatur.*
Verum iuramentum quodlibet triplas conditiones expoſcit.
Prima veritas contra falſitatem,
Secunda Iuſtitia contra iniquitatem,
Tertia verò & vltima iudicium contra leuitatem eſſe cenſetur.
Caſus autem, quibus aliquando licitè iurare, & obteſtari contingit, quinque ſunt; quos hoc Diſtichon auctores ſacri texere eleganter curarunt; Pax, Fama, Fides, Reuerentia, cautio damni,
Defectus ueri tibi dant iurare licenter.

2 *Caſus exinde, quibus homines illicite iurare ſolent, vndecim ſunt; qui quidem ſub literis duarum dictionum, (FATVM, & IDONEA) appoſitè includuntur, & exprimuntur: de quibus etiam illicitis iuramentis alterum Diſtichon canitur.*
Si male iurãdi ſpecies ſit cura noſcendi:
Sit tibi per Fatum, per Idonea notificatum.

3 *Iuramentum promiſſorium cũ prioribus conditionibus, & quoad Deum, & quoad homines, niſi in deterius reddeas, ſemper nos obligare dicitur.*

4 *Pro leui, & friuola ac floccifaciendo cauſa, niſi magna cura, & ſollicitudo adhibeatur, iurandum nequaquam eſt.*

5 *Item nullus certè pro eadem leui, ac nullius pretij cauſa adiuramentum à iudice, ſeu ab alio prouocandus, nec excitandus eſt.*

6 *A nemine dolo, ac fraude & æquiuocatione, ſeu uerborum ambagibus, & fictionibus ſophiſticiſque impoſturis adiurandum eſſe, exemplis ſatis aperte exponitur.*

7 *Quando quis ad proximum fallendum, & irretiendum iureiurando affirmat, peierat, ac periuroſus iuſiurandum violat.*

8 *Flagitioſorum hominum, qui quæcunque nullius momenti re & occaſione eiurare, & euouere, atque peierare impudenter, & irreuerenter crebrimè non deſueſcũt, Ingratitudo, nefandumque ſcelus dupliciter patet.*
Primum, quia ore, ac lingua, qua Deus homines cæteris animantibus præſtare potiſſimũ uoluit, eum periurij, iuramentis atque uotis temerarijs turpiter dehoneſtant.

9 *Dehinc, quia naturam humanam à Deo pro nobis aſſumptam, & eius necem, & crucem, ac effuſum ſanguinem, panaſque omnes ſingulo quoque momento inaniter appellantes, Deum benedictũ temere deformant, & inhoneſtant.*
Hoc genus homines in iuſiuranda, in periuria, & in uota facillimè proiecti Corniculæ aſſimilantur.

10 *Iſti etiam locuſtulei, (ut ita dicam) & blaſterones Chriſtiani Iudæis ſimiles immo deteriores ob perennia eorum iuramenta non abre eſſe uidentur.*

11 *Itidem ſceleſto Cham Noe filio patris pudenda impudenter reuelanti, & cuidam longè ingratiſſimæ uxori ſatis clarè comparari poſſunt.*

12 *Poſtea hi lingnaces, & periurioſi furibus, & homicidis conferri apriſſime queunt.*

13 *Iſ præterea cùm Iudæ peſſimo Chriſti mercatori, tùm Dæmonibus deteriores eſſe præ ſe ferunt.*

14 *Qui*

14 *Qui inutili, ac futili & pernicioſo iuſiurando, cum Dei, eiusvè ſanctorum iniuria ac dedecore cæteris colloquentes abſtuntur, multipliciter periclitantur. Nam primum ſeſe mortali ſcelere obſtringunt.*

Exinde, quia ſtudioſa diligensque Ratio de eorum iuramentis inanibus reddi ſubtiliter debebit.

15 *Homines inſuper facinoroſi, qui ſuper ſacrum Codicem praue peierare audent, grauius piaculum admittũt, gramoriq; in diſcrimine uerſantur;*

Quia non ſolum cuncta bona, quorum ſacer ille Codex meminit, confeſtim amittunt, & mala omnia perpeti non immerito debent.

16 *Sed etiam cuncta, quæ impoſterum facient, ipſos tanquam membra Diaboli agere, & exequi dicitur.*

17 *Illis etiam, qui hominibus periurioſis arridents, & fauent, magna imminet calamitas.*

18 *Hi deinde, qui periuros cùm precibus, tùm pretijs ad peierandum flagitioſè, ac callidè illiciunt, graue piaculum admittunt, & homicidij ſcelere perinde ſe aſtringunt.*

19 *Qui precibus, literis, & muneribus, ſeu alijs quibuſcunque modis viros, ac mulieres ad votum, & fidem, atque iramentum difringendum, & violandum irritant, & attrahunt, duas animas erudeliter perimunt, ſuam ſcilicet, & illius, quem periurare ſolliciè ſtuduerint.*

20 *Qui dominis in domo ſeruiunt, vel alicuius rei cuſtodiæ præſunt, ac præponuntur, fidem, ac iuramentum fideliter ſeruare tenentur.*

21 *Ille tùm coram Deo, tùm coram hominibus culpabilis exiſtit, qui ab aliquo petit ea, quæ ſine voti, vel fidei, vel iuramenti violatione fieri, obtineriq́ue non poſſunt; & aliquid forte in eius manu, vel ore inijcit, vt facilius & libentius ad id faciendum alliciat; eum etiam erudit, & edocet, abſque criminis perpetratione ſe adiurare maxime poſſe.*

22 *Qui quotidiana iuramenta, vel periuria perfricata fronte, & audacter admittunt, multipliciter ſeipſos tueri ac defendere ſtudent; quorum inutiles voces, & leuiores excuſationes facilè reprimuntur.*

23 *Qui in eorum iuramentis, ac periurijs paſſiones, tedia, & anguſtias cauſantur, leuiſſimè refutantur.*

24 *Nonnulli cauſantur, tum illos, qui ſibi ſtipendia, ac mercedem non ſoluunt, & amicos, ac munera; tum dominorum iram & indignationem, atque propinquorum diſſipationem; quibus ſedulo ſatisfit.*

25 *Leues eorum excuſationes, qui artem, & munus cauſantur, non arduè refelluntur. Quatuor deinde rationibus hi, qui pro hominis fama & uita tuenda abſque culpa peierare licere inconſideratè aſtruunt, non inerudite proculcantur.*

26 *Qui inſcitiam, ſeu ignorantiã pro periurij tegumento in mediũ afferunt, ſeipſos non leuiter fallere ſatis apertè commoſtratur.*

27 *Illorũ ambages, qui tùm ſociũ pro periurijs pœnas ſoluturum ſpopondiſſe aſſerunt; tùm periurium non admiſiſſe, licet ſe iuramento accingerent, temerè blaterant, non inepte profliguntur.*

28 *Pœna temporalis, qua aduerſus improbos peierantes hac inuita uti oportet, duplex eſt: altera corporalis eſt, qua à Deo in periurorum corpora, ac mẽbra ſæpenumero iuſtè animaduertitur.*

29 *Altera verò ſpiritualis; quæ adhuc: gemina eſt, alterã ante necem, et alteram ad necis horam periurioſi impij merito luere debent.*

30 *Quod debitam æternam pœnam nefarij hi peieratores perſoluant, tùm præclaris exemplis, tùm ſacris ſententijs, ſeu auctoritatibus indicatur.*

31 *Execrabile periurationis facinus, ob plurimos defectus, qui à peierantibus dimanare, ac diffluere uidentur, difficillimè improbi illi relinquent, & iuſtam pro eo animaduerſionem multo labore uix euitare poterunt.*

32 *Qui ore ſuo deteſtabili ac ſordido fidem, iureiurandum, & uota infringere uiolareque quotidiè aſſueſcunt, bipartitò ſibi conſulere debent.*
Primùm, proprium ſtatum, ac conditionem & ſtirpem perpendant.

33 *Exinde, quàm graui ſupplicio olim principes, & domini, & etiam ſerui periurioſi affecti ſint, mente animoque conſiderent.*

34 *Ciuitatum iudices dominoſque, qui periuria periuroruè vindicare, & punire deſpeciunt praue, & perperam agere, pluribus exemplis expromitur.*

35 *Memorabile Amphilochij Iconiæ præſulis exemplum affertur, qui Theodoſium Imperatorem Arrianos procaces hæreticos Deum turpiter peierantes, & dehoneſtantes haud obiurgantem nec animaduertentem, coram inſimulauit.*



Vramenti.

Primo oſtendetur diſtinctio, & circũſtantiæ debitæ. Secundo obligatio. Tertio deliberatio. Quarto, ꝙ non eſt per fallaciam iurandũ. Quinto fallaciter, ſeu temerarie iurantium, uel etiam periurantium ingratitudo. Sexto periculum. Septimo periculum facientium periurare, uel talia periuria admittentium. Octauo excuſatio eorũdem cum reprobatione. Nono pœna. Decimo remedium. Vndecimo nolentium remedia adhibere peruerſitas.

Ar. 1. ¶Quantum ad primum. Iuramentũ aliquod eſt aſſertorium, vt cum iuratur de præſenti ſic eſſe, uel non eſſe, uel de præterito, ſic fuiſſe uel non fuiſſe.

1 Aliud eſt promiſſorium, ut cum iurat ſe aliquid impoſterum daturum, uel facturum.

¶Circunſtantiæ autem debitæ, ſeu conditiones ad hoc requiſitæ, ut iuramentum ſiue aſſertorium, ſiue promiſſorium licitum ſit, ſunt tres, determinatæ per Deum. (Hieremiæ 4.) Iurabunt (inquit) uiuit dominus in ueritate, & iuſtitia, & iudicio, ſuper quo dicit Hierony. ꝙ iuramentum tres prædictos habere debet comites. Sanctus vero Thomas ſecunda ſecundæ. q 99. articulo 3. prædictam exponens auctoritatem, dicit, ꝙ iuramentum debet habere ueritatẽ cõtra falſitatem, ita uidelicet, ꝙ uerum ſit, quod aſſerit, uel ꝙ uerum faciat, qđ promittit iuſtitiam, ita uidelicet, ꝙ iuſtum ſit quod ſe facturum eſſe promittit, contra iuramentum illicitum & iniquũm, quo iurat ſe hominem contra iuſtitiam occidere, uel ſpoliare. Et iudicium diſcretionis, ita uidelicet ꝙ bene examinet illud, de quo iurat contra iurãmentum ſurreptionis, & leuitatis. Neceſſitate uero urgente cum tribus prædictis conditionibus, per nomen illius iurabis. (Deutero. 6.) Neceſſitas vero, ſeu caſus, qui ad hoc requiruntur, ꝙ licite iuretur, in his notantur uerſibus, Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni; defectus veri tibi dant iurare licenter. i. pro pace eccleſiæ, uel hominum ſeruanda, pro fama purganda, pro fide alteri facienda, quando eſt dubius, in hoc quod ſibi expediens, & utile ſuadetur, nec hoc ſine iuramento credere vult, iurare conceditur. (22. q. 1 non eſt contra. & cap. ita ergo.) Pro reuerentia (id eſt) obedientia faciẽda, ſicut faciunt vaſalli, & ſerui dominus, quando eis fidelitatem iurant.

¶Cautio damni (id eſt) vt res eccleſię, vel tua, uel proximi indemnis, ſeruetur, ut ab illo, cui debetur, non auferatur, uel ut ablatum recuperetur, in his caſibus licite iurabis in nomine illius. (Deutero. 10.) & non in alijs. Quia ſicut 2
iſti caſus faciunt iuramentum licitum, ita alij faciunt illicitum, qui quidã per primas literas duarum exprimuntur dictionum (fatum uidelicet, & idonea.) Prima nãque litera de facto (ſcilicet F.) falſum ſignat iuramentum. Secunda appetitum iurandi ad uanam gloriam, ſicut faciunt iſti nouorum iuramentorum inuentores, qui in talibus inaniter

ter gloriantur, & nobiliores se taliter iurantes reputant, per t, trufatorium, per u, usitatum, per m, malitiosum, seu pernicioſum, per i, irreuerenter, per d, doloſe, per o, ocioſe, per n, negligenter, per a, alte & clamoroſe ad risum, uel scandalum aliorum. Vnde versus. Si male iurandi species sit cura noscendi. Si primas fatum per idonea notificatum. In his casibus docet Christus non iurare omnino. (Matthæi 5.)

Artic. 2. ¶Cum primis conditionibus iuramentum promissorium semper obligat, & quo ad Deum, & quo ad hominem, nisi in peiorem uergat exitum; 3 quo ad hominem, ideo additur, quia per decretū sumptum ex uerbis Chryſoſt. quo ad Deum tantum obligat simplex uerbum quantum iuramentum. 22. quæst. 5. Iuramenti, nisi uergat in deteriorem exitum, ideo additur, quia ubi quod iuratur contra Dei honorem, uel propriam, uel proximi uertitur salutem, & charitatem, si à principio fuit scitum, male fuit iuramentum, nec obligat, sed de malo iuramēto pęniten tiam agat. Si uero illius notitia poſtea quàm iuratum est occurrat, ex tunc nō obligat. Aliter enim semper obligat, etiam si ui, uel metu coactus iuret, hoc enim tenet gloſa super decretalem. lib. 2. titu. 24. de iureiurando super capitulum peruenit. Et est exemplum ad hoc de saraceno, qui potius elegit omnia mala sustinere, quàm iuramentum per falsos Deos factum frangere (sicut patet. F. 4. 44.) A multo fortiori Christianus, qui per Deum uerum iurat, uel super librum eius, quod ideo plus obligat, quia cum maiori fit deliberatione, & solemnitate, ideo eius trangreſſio grauior est, sicut grauius peccat, qui hominem ex longa deliberatione, & odio occidit, quàm ex passione inopinata. Patet ergo, quòd iuramentum licitum est tenendum. (22. quæstio. 4. quòd Dauid.) Nec faciliter de hoc habetur remissio, quia solus Papa à iuramento licito absoluit. (15. quæstio. 16.)

Exemplum.

Alius illicitum uero iuramentum maius peccatum est implere, quàm periurium incurrere. (22. q. 4.) vnusquisque, ergo in licitis tantum redde Deo iuramenta tua. Matth. 5.

¶Ex quo iuramentum tantū obligat, & ex quo est quasi gladius omnē ampu tans dubietatem à corde illius, cui iuratur, qui ut ambiguum amputet, iuramentum petit. Ex quo iterum est, quasi 4 ſtatera, quæ in iudicio ponderat inter mortem, & uitam, inter hæreditatem amittendā, uel lucrādam, quia in iuramēto duodecim iuratorū pendet mors, & uita, hęreditatis acquisitio, vel pditio, immo (ꝙ plus iurante mouere debet) ꝙ est quo ad seipsum ſtatera ponderans, inter uitam ipſius spiritualem, & mortē, inter cęlum sibi lucrandum, uel infernum, quia dum in ſtatera iuramenti sui ponitur ueritas, & falsitas, hinc inde ex duabus partibus, si ueritatem iuret, uitam animæ spiritualem conſeruat, & cęlum lucratur, si falsum, animam perdit, & infernum lucratur. Patet ergo, ꝙ quando in tali iuramento ponitur, vel oneratur, ubi tamē de uita uel morte, de hæreditate, uel exhæredatione agitur, ut credit alterius, bene cogitanti apparet, quòd plus in illo negocio de uita, uel morte, de lucro uel amiſſione agitur propria, quia quicquid de alienis agitur negocijs exteriorem concernit hominem, tranſitoriumq; est, quia & finem habet. Quod uero de proprio agitur ibi negocio, ad interiorem pertinet hominem, lucrumque uel perditio finem non habent. Circa hanc deliberationem iudex cautelā adhibeat (sicut patet. L. R. 3. 18.) Ar. 3. Exēplū. Exēplū.

¶Patet ergo, ꝙ nō est faciliter & sine magna deliberatione iurandum, nec etiam pro leui cauſa est quis ad iurandum prouocandus.

¶Primum patet ex prædictis, quia dum ſuo iuramento diſcernit inter iugerum terræ, quis illam habere, uel nō habere debeat, quantum ad proximū, uel etiam in quocunque alio negocio, in quo ad iurandum obligatur, quo ad

ſeipſum diſcernit ſimul, cum hoc inter cęlum,& infernum, quod illorum habere debeat.

5 ¶Secundum etiam patet, ꝙ non uidetur rationabile,ꝙ quis ad maximum prouocari debeat negocium, ubi animam propriam ponere debet,& cęlum amittere,in caſu niſi pro magno,ſiquidem gladius acutiſſimus inter tot (ut prædictum eſt) diuidens extrahi non deberet,niſi ꝓ magnis cauſis, & neceſſarijs, quia Salomon cum magna deliberatione proceſſit. (3.Reg.3.) & Chriſtus.(Ioan.8.) in caſu mulieris in adulterio deprehenſæ,ubi tantum modo de morte, uel uita agebatur corporali. A fortiori ratione, deliberatio magna adhibenda eſt in caſu iuramẽti, in quo tot pendunt lucra,uel pericula(ut prædictum eſt.) Ex quo patet,ꝙ pro magna cauſa uidetur iuramentum eſſe petendum,& cum magna reuerentia & deliberatione ſoluendum.

Exemplum.

¶Contra primum peccant, qui uxorem,uel prolem, uel familiam, uel ſeruos quoſcunque ad iuramentum aſſertorium,pro luxurię,uel furti,uel cuiuſcunque malefacti ſuſpitione faciliter obligant, quia ſatis eis conſtare deberet, ꝙ citius periurium committerent, quam ſeipſos diffamare, vel ſua amittere uelint,quia & hoc in communiter accidentibus expertum eſt, & raro, uel nũquam viſum eſt, ꝙ ſeipſos proderẽt, minus tamen uituperandi ſunt, qui à ſuis ſubditis iuramẽtum exigunt promiſſorium, ne talia in futuro committant, quia multi poſtquam talia commiſerũt, potius deteriores fient quàm ſuum oſtendant delictum, qui tamen ſi iuramentum præceſſiſſet, nihil in hoc cõmiſiſſent. Et tamen ut nunc cõmuniter iuramẽtũ à quibuſcunq; ſubditis exigere, eſt peccatũ duplicare, dũ furto,& infidelitati periurium additur.

¶Contra ſecundum peccãt, qui talia iurant, quæ ſciunt, ueriſimiliter ſcire poſſunt,ſe nolle tenere. Scire enim deberent, ꝙ uir multum iurans replebitur iniquitate. Eccl.23.

¶Et ſicut non eſt leuiter,& ſine deliberatione iurandum, uel uouendum, ita à fortiori nec fallaciter per ęquiuocationes,uel fallacias alias,ſeu quaſcunque ambages, ſicut fecerunt duodecim periuri(de quibus fertur) ꝙ cum litigaretur inter duos dominos de dominio oniuſdam terrę,& iudices ſedere deberent ſuper terram, de qua litigabatur, acceperunt in calceis ſuis de terra illius,qui nullum ius habuit ad terram, de qua litigabatur,& iurauerunt,ꝙ terra, ſuper quam ſtabant, illius erat, qui nullum ius ad terram illam, de qualis fuit, habuit, de terra in calceis intelligentes. Et ſub illo colore cauteriatas conſcientias ſuas gloſabant, ſed tamẽ, quòd Deus cor illorum non latuit, effectus uindictæ ſequentis oſtendit. Nam eodẽ anno omnes, exceptis duobus, mala morte fratrem ſortiti ſunt uitæ,in qua morte inuenerunt,quòd ſicut alium hæreditate priuauerant terrena,ita ſeipſos hæreditate priuauerant cœleſti, nec mirum, quia per decretum ſumptum ex uerbis Iſidori ſententiarum li.2.ſicut patet.22.q.5 quacunque arte,uerba autem decreti ſunt hæc, quacunque arte uerborum quis iurat, Deus tamen,qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille,cui iuratur,intelligit,dupliciter autem reus fit, qui & Dei nomen in uanum ſumit, & proximum dolo capit. Ar. 4.

6 Exemplum.

¶Caueant ergo qui alijs ſeruiunt, iurantes dominum,uel dominam, uel illum, qui quæritur, non eſſe hic intus claudentes manum, &c. uel quodcunque aliud ſophiſticè intelligẽtes. Sicut ille, qui quando aliquis ab eo petiuit pecuniam, iurare ſolebat, ꝙ non habuit tantum in toto mundo, per totum mundum pyxidem unam, quam habuit, intelligens. In quo etiam delinquunt,qui iurant, ꝙ tantum conſtitit, quando emerunt in tali uilla, in qua nunquam illud emerunt,uel ꝙ tãtum conſtitit eis,intelligentes totum, vel duas ulnas, ubi mentio fit niſi de parte. In omnibus talibus, & conſimilibus. Exemplum. 7

libus casibus periurium committitur, cuius ratio est, quia iuramentum fit ad faciendum certitudinem alteri, & non sibijpsi, ita ꝙ semper finis iuramenti alterum respicit. Cum ergo natura cuiuscunque rei à fine pensari debeat. Et finis iuramenti in hoc casu sit alterius deceptis, qui per hoc fallitur, sequitur, ꝙ totum illud iuramentum à fine denominari debeat falsum, sicut falsitatē iuramento firmastis. (Iosue 6.) Nota. M. 5. 3. Et M. 6. 15.

Art. 5. ¶Istorum uero, siue quorumcunque aliorum temerarie & consuetudinarie iurantium, uouentium, uel peierantiū ingratitudo, & peccati magnitudo, multis ostenditur euidentijs.

8 ¶Primo, quia Deum inhonorant in membro, in quo Deus plus ꝓ eis fecit, quàm pro quacunque alia creatura (id est) in lingua, & ore, homini nāque soli dedit os, & linguam ad loquendum. Ex quo sequit, ꝙ in illa parte, in qua Deus illum specialius, & excellentius honorauit ex lege gratitudinis, & mutuæ uicissitudinis obtentu, specialius Deum laudare deberet, dicens cum (Psal. 33.) semper laus eius in ore meo.

¶Sed (heu) à cōtrario iurantes, & vouentes contra omnem gratitudinis legem, & contra omnem mundi humanitatem plus Deum in illa parte inhonorant, contra omnem mundi humanitatem ideo additur, quia etiam apud mundum rudis & male educatus diceretur, qui in præsentia domini sui, uel alterius domini, per oculos, uel alia membra eius iuraret, uel ipsum ad testificandum de omni uanitate, uel falsitate prouocaret, nec dominus ille patienter, uel inulte hoc audiret. A simili ratione apud Deum, & totam curiam cęlestem, tales ingrati, & in ciuiles reputabuntur, qui iurant in domino, & qui auertuntur de post tergum domini. Soph. 1.

Exemplum.

9 ¶Secundo quia Deum inhonorāt in natura, in qua plus nos honorauit, plusque ꝓ nobis fecit (id est) in natura humana, quā pro nobis assumpsit, quàm iurādo mēbratim nominat, & diuidūt, vel in facto, in quo ꝓ nobis plus fecit, & sustinuit, sicut in morte, & sanguinis effusione, & pęnis, & huiusmodi, in his enim eū plus honorare deberēt, & nunquam de illis sine magna reuerētia loqui. Sed (heu) ꝙ cōtrariū fiat, quotidiana docet experientia, qua vī, ꝙ vix ēt pauca loquūtur verba nōnulli illorū, quia uotū addant, uel iuramētum de quibus (Eccl. 27) Loquela multum iurās horripilationem capiti statuet, & irreuerētia ipsius obturatio aurium, quia boni talia audiētes aures obturare deberent.

¶Tales uero bestijs assimilantur, Iudęis uero, uel Saracenis, uel latronib⁹, uel Iudæ, uel etiam ipsis dæmonibus, uel quibuscunque rebus peioris sunt conditionis, & maioris ingratitudinis.

¶Primum patet, quia sicut corniculæ super aquilam uel falconem garrunt. Ita istę cornículæ inferni super Deum, & sanctos. Sed sicut auis illa nobilis si illas garriētes attingere posset, illis redderet, quod meruerunt. Ita Deus, & sancti, qui illos attingere possunt, illis reddunt tam hic diuersis eos infirmitatibus percutientes, quàm alibi damnātes (sicut ostendetur infra ar. 9. de pęnis taliter iurantium.)

Exemplum.

¶Secundum etiam ex factis ostenditur.

10

¶Primo Iudæorum, qui ipsum Christum Deum ignorantes, & mortalem blasphemauerunt, & deriserunt, Christiani uero scientes ipsum esse Deum, glorioso & regnāti hoc faciunt, illi dimiserunt corpus Christi integrum, isti membratim, & per frusta gladio diaboli (id est) lingua sua illud diuidunt, illi ipsū duxerūt corā tribunali, & iudicib⁹ ad pęnā, isti eum ducunt, & inuocant in testimoniū corā iudicibus, & alijs ad culpam, quod plus odit. dum enim coram iudicibus quibuscūque falsum iurant, cum iurare (ꝛm Augustinum) sit Deum in testē inuocare, quid aliud facit, quàm Deum ad testificandū de falso adducit. Et sic quādo inaniter, & temerarie corā qbuscūq; iurat, vel vouet.

Exemplum.

In omnibus enim talibus (quantum in eo eſt) Deum falſum teſtem facit, & ad culpam adducit. Illi minus iurant, quia vix vnquam iuramentum ab eis auditur, niſi per legem ſuam, iſti quaſi omni uerbo, uel iurant, uel uouent, uel manus in protectionem fidei, quam non habent, quod dicunt affirmant, illi audientes blaſphemiam ſciderunt veſtimenta ſua (ſicut patet, Matth. 26.) Et obturant aures (ſicut patet, Act. 7.) Continuerunt aures ſuas. De ſocietate etiam Chriſtianorum, turpiter iurantium recedere leguntur, iſti uero talia audientes rident. Qui tamen ſi de patre, uel domino terreno contemptibilia dicerentur, illum defenderent, pro ipſo pugnando, uel ſaltem offenderentur, uel recederent. Caueant tam blaſphemantes (id eſt) tam turpiter iurantes. Quia dicit Auguſtinus ſuper illud Matth. 26. (blaſphemauit) ꝙ non peccant minus, qui blaſphemant Chriſtum regnantem in cęlis, quàm qui crucifixerunt ambulantem in terris, quàm etiam patienter audientes propter rationes ſcriptas. (D. 6. 33.) Tales nanque latro in Cruce conuincit, qui ſocium ſuum contra Deum loquętem corripuit. (Matth. 27) Cuius exemplo dicas. Nolite iurare, neque per cęlum, &c Iaco. 5.

Exemplum.

11 ¶Secundo idem ex factis Saracenorũ oſtenditur, ſeu infidelium. Sem nanq; verenda patris abſcondit. (Gen. 9.) Iſti infirma Chriſti membra denudãt grauius, quàm Cam, quia ille hominis, iſti Dei denudant membra, & improperãt facta, & paſſiones, & mortem quas pro eis ſuſtinuit. Ad modum ingratiſſimè mulieris, de qua fertur, ꝙ cum factum feciſſet pro quo ſuſtinere debuit turpe iudicium, quod vulgariter pillori nuncupatur, maritus propter magnum, quem ad illam habuit, amorem, conuenit cum iudicibus, qui pro illa iudicium illud ſuſtinere poſſet, quod cum feciſſet, illa quotiens irata marito fuit, illud ei improperare ſolebat iudicium, coram illud nominando. Sic in poſito nos mortem & paſſionem peccatis noſtris exigentibus meruimus, & Dei filius propter nimiam & magnam charitatem, qua dilexit nos, paſſionẽ, & mortem pro nobis ſuſtinuit, quam totiens ad eius offenſam corã illo recitamus, quotiens contra eius mandatũ, & honorem per pęnas, uel paſſiones, vel mortem, vel alia, quæ pro nobis ſuſtinuit, iuramus, vel iurantibus applaudimus, & conſentimus: vnde conqueritur. Hierem. 3. Quemadmodum mulier contemnit maritum ſuum, ſic me contempſit domus Iſrael, unde dicere poteſt, quod metricè fertur illum uxori dixiſſe. Eſt amor ingratus cum non ſit amator amatus. Illi pęna datur, qui ſemper amat, nec amatur. Diſtinchon.

¶Non ſolum iſta prædicta muliere, ſed etiam illo emſmoradas (de quo habetur. F. 5. 15.) & illis filijs (de quibus idem habetur) quindecim peiores ſunt, quia illi in patrem hominem turpia commiſerunt Iſti vero in patrẽ Deum, qui dicit (in Pſal. 101.) Aduerſum me iurabant. Exemplum.

¶Tertium, facta oſtendunt latronũ, quia ipſi latrones, uel homicidæ homini, iſti Deo iniuriam inferunt. Ideo dicit Sanctus Thomas in quadam quæſtione de quodlibet, ꝙ periurium grauius eſt peccatum, quàm homicidium, & grauius à Deo punietur, qui grauius & maius peccatũ grauius puniet: licet homines homicidiũ grauius puniant, quia eſt magis nociuum, quia cum periurare nomen Dei ſit quædam diuini nominis denegatio, ſecundum locum poſt idolatriam periurium tenet, ut ex ordine præceptorum patet: hæc ille. Exemplum. 12

¶Quartum factum oſtẽdit proditoris Iudę, quia ipſe pro triginta denarijs, iſti pro minori Deum negant, & uendunt, ſicut patet de illo, qui dicere ſolebat, ꝙ pro patre ſuo non committeret periurium, pro minori, quàm pro duobus ſolidis. Sed pro tanto Deum negaret cum iuramento, dicens, quia non noui hominem. Matth. 26. Exemplum. 13

¶Quinto

¶Quinto factum ostendit dæmonis, quia ille adiuratus per trinitatem, uel per mortem, & passionem Christi à sanctis uiris (sicut in aliquibus sanctorum gestis legitur) non audet, uel non potest falsum dicere, sed veritatē, de qua adiuratur, fatetur. Nec etiam unquam legitur mendacia suo iuramento firmasse. Isti uero adiurati per Deum, & per mortem, & passionem Christi, & per librum Euangeliorum, uel quemcunque alium, super quem iurant, & per ipsam trinitatem, uel quæcunque alia bona, quæ in libro illo continētur, periurium committunt, & mēdacium, scilicet, ad alterius exhæredationem, uel damnum iuramento confirmant.

Versus. Vltimum ostendit uersus, quo dicitur, Cuncta Deum laudant, uel laudis materiā dant, quem isti uituperant, quibus dicatur, Ezec 16. despexisti iuramētum.

Artic 6. ¶Et non solum peccant, & ingratitudinem (ut dictum est) contra Deum committunt, sed etiam (sicut ex hoc rationabiliter sequi debet.)

14 Maximum & multiplex periculū incurrunt tam ipsi, quàm illi, pro quibus falsum iurant, quàm etiam tota communitas, in qua tales habitant periuri, uel qui tales inter eos permittunt.

¶Primi periculum incurrunt. Primo, quia mortaliter peccant. Doctores nanque theologiæ sentiunt, quòd iuramenta iocosa, uel officiosa cum deliberatione prolata, uel solemnitate ad confirmandum falsum, uel ad promittendum illicitum, sunt mortalia. Multo ergo magis hoc sentire oportet in pernicioſis, cum decretum distin. 2 c. cap. unum orarium, in fi. & glosa ibidem sentire uidetur, ꝙ quando in ioco iurat, non peccat mortaliter, sed non dicit, quin sit mendacium iocosum iuramento confirmet, quin mortaliter peccet. Sed glosa ibidem magis uidetur hoc sentire, & si iuret vel voueat ex consuetudine, quæ deliberationi ęquipollet, quis illum à mortali peccato excusabit, cum in tali iurandi consuetudine tam illicita, quàm falsa, se frequenter immiſceant, & in casu multum delinquunt linguaces & trufatores, qui de consuetudine trufas, & mendacia suo iuramento confirmant.

¶Secundo, quia si de omni uerbo ocioso est computus reddendus loquēti periculosus. A fortiori ratione, periculosior erit computus de iuramētis ociosis, uel uanis, & uotis, quæ non bene stant cum Dei præcepto, de Dei nomine in uanum non accipiendo.

¶Si uero super librum solemniter 15
falsum iuret, maius incurrit periculum.

¶Primo, quia in hoc casu, omnia bona amittit, de quibus in libro fit mentio, & ad omnia mala se obligat sustinenda. In libro nanque mentio fit de sacramentis ecclesiæ (scilicet) baptismi, & corporis, & aliorum sacramentorum, & de suffragijs ecclesiæ, & sanctorum, & operibus bonis, quæ quilibet fecit, uel facere deberet, & de beatitudine, & gloria cęlesti, & de pęna damnatorum &c.

¶Est ergo intellectus iuramenti, ꝙ quis ad librum accedens facit, ꝙ nisi verum sit, quod iurat, abnegat auxilium baptismi, & missarum, & cōmunionis corporis Christi, & suffragiorum ecclesiæ, & orationum sanctorum, & omniū bonorum operum, quę fecit. Quia quādo ad librum pergit, meritum perdit omnium passium, quos prius iuerat, siue ad ecclesiam, uel circa ecclesiam, uel peregrinando, uel ad sermonem audiendo, uel ad quæcunque bona loca, uel opera meritoria. Sic cum manum ad librum mittit, omnia bona opera perdit, quæ manibus prius operatus est, siue eleemosynas dando, siue quocunq; alio modo, & eodē modo qā os aperit ad iurandum, oīa bona opera pdit, quæ ore prius fecerat, sicut orādo, cātando, docendo, & huiusmodi bona loquēdo, perdit etiā gaudiū beatorum, & se tradit pęnis æternis dæmoniorū, quia quādo librum osculatur à Deo, & sanctis suis, & omnib⁹ bonis prędictis, & à gaudio cęlesti licentiam accipit, & diaboli se hominem facit. Ipsemet

Deus omnium iſtorum dictorum ueritatem oſtendit. (Ezech. 3.)ubi ſic ait. Si conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fecerit iniquitatem, ipſe in peccato ſuo morietur,& non erunt in memoria iuſtitiæ eius,quas fecit.

16 ¶Secundo quia tamen manu diaboli ſe ſignat, & cibum ad os ponit,& cũ ore diaboli loquitur, & comedit, & cũ pedibus eius ambulat, quia exquo eius dominio (ut dictum eſt) omnia mẽbra corporis tradidit,quando omnia bona facta per membra perdidit, & eius dominio, & ſeruituti membra illa ſubiecit, ſequitur, ꝙ omnia quæ facit, cum membrum illius facit, cuius dominio mẽbra ſubiecit, quando defixiſti apud extraneum manum tuam. Prouerb.6. Quia ex quo ipſe illa poſſidet,ſua ſunt, & per conſequens quis illis utitur, diaboli membrum utitur,quia iurauerunt in his,qui non ſunt dij. Hiere 5.

17 ¶Secundi etiã periculum incurrũt, quia propter malos compurgatores nõnulli peccata ſua cõtinuant, & propter falſorum iuramenta in curia eccleſiæ facta,multi cum mulieribus,quaſi cum uxoribus ſemper ſtant,cum quibus nũquam ſtare deberent.Quia quando aliquis magnus talem in uxorem ducit, quam tamen propter impedimentum conſanguinitatis, uel affinitatis, uel quodcunque aliud impedimentũ nunquam ducere deberet,uel quando cum tali ſtat,uel cum alia, quam tamen nõ duxit,ſi ab eccleſia citetur, teſtes de impedimẽto iurati, uel requiſiti ueritatem negant, & ſic eos ad infernum ire permittunt,uel illos purgant, ubi ipſos ſciunt eſſe culpabiles,uel ſcire poſſent, ſi uellent. Sic etiam de latronibus,quos liberant. Et uiceuerſa ſi ab illa, quam duxit, cum qua ſemper ſtare deberet, ſeparari uult, periuros ſemper inuenit, qui iurabunt, ꝙ conſanguineam illius prius cognouit, uel aliud ſimile fictitium probabunt, ita ꝙ propter tales periuros in curia eccleſię, ſiue quia requiſiti,uel iurati, impedimentum non oſtendunt, ſiue quia purgant non purgandos, ſiue quia diuidunt, non diuidendos,mille falſa matrimonia, & luxuriæ uſque ad infernum impune transeunt propter tales, iuramentum ergo mendax ne diligatis. Zacha.8. Nota. T.22.

¶Et ſi tantum ſit periurij periculum, patet,ꝙ illi qui eos ad tale crimen prece, uel precio,uel quacunque uoluntaria occaſione inducunt, non omnino immunes ſunt à periculo, quia ſi ſcit eum uelle falſum iurare, & iuramentum ab eo exigit,ille(ſecundùm Auguſtinum) de ſuo periurio ſe interimit, ſed iſte manum interficientis impreſſit, & ſic homicida eſt tam ſuipſius, quàm illius, quem male ad iurandum inducit. Artic.7.

¶Et ꝙ tale crimen à Deo multũ non tranſibit, patet per hoc,ꝙ idem Auguſtinus narrat in ſermone de collatione Ioannis Baptiſtæ de quodam, qui in tali caſu alium adiurandum compulit, nocte ſequenti in uiſu ad iudicium ducto,à quo iudex quærebat,quare illum iurare fecit, qui reſpondit,quia negauit mihi rem meam, cui iudex, nonne rem tuam melius perderes, quàm animam illius,eo ergo bene uerberato,intantum, ꝙ ſigna poſtea in corpore apparuerunt, dictum fuit ei, ꝙ ideo hoc ſuſtinuit, quia plus rem ſuam quàm proximi dilexit. (Nota.I 13.34.) Immunes autem ab hac culpa,& pœna non ſunt, qui iuramentum, uel purgationem admittunt, ubi ſciunt eos uelle falſum iurare. Quia (ſicut dicitur Eccleſiaſtes 9.)ut periurus, ita qui uerum deierat. Exemplum.

¶Ex his patet,ꝙ is,qui alium prouocat adiurandum, ubi ſcit eum uelle falſum iurare, uel nolle iuramentum, ꝓmiſſorũ tenere,grauiter peccat, totum iſtud cõfirmat decretũ ex uerbis Auguſtini de decollatione Ioannis Baptiſtæ ſumptũ.22.q.5.ille qui.Ille(inquit)qui hominẽ prouocat ad iuramentum, & ſcit eum falſum iuraturum eſſe, uincit homicidã, quia homicida corpus occiſurus eſt,ille aĩam, immo duas animas, & eius, 19

& eius, quẽ iurare prouocauerit, & ſuã: hæc ibi. Caueant ergo iudices illi (de quibus. I. 9. 24. cum ſequentibus.) Et timeant hij domini & patres, de quibus ſupra eodem. c. 5.

¶Paueant inſuper, omnes, qui alios alliciunt, uel inducunt precibus, literis, uel muneribus, uel quibuſcnnque uijs, perſonam quamcunque ad frangendũ uotum, fidem, uel iuramentum.

¶Contra primum faciunt, qui caſtitatẽ, iciuniũ, peregrinationẽ, uel quęcunque bona opera uouentes, ſollicitant, ut contra uotum faciant.

¶Contra ſecundum faciunt quicunque mulieres uxoratas, ad frangendum fidem uel uotum, quam iuramento ſeruare debent, ſollicitant: Contra ſecundum, & tertium ſimul, uel contra vnũ illorum diuiſim, faciunt quicunque illos, qui fide, uel iuramento aſtricti ſunt ad ſeruiẽdum alijs, ut fidem, illam, uel iuramentum frangant, inducunt, uel quicunque illos, qui iuramẽto obligatos ad fideliter inquirendum, taxandum, colligendum, puniendum, cuſtodiendum, iudicandum, corrumpunt quoquo modo.

20 Ad cuius declarationem eſt ſciendũ, ꝙ aliquotiens contingit, ꝙ quãdo quis in officio aliquo de prædictis iuratis ponitur, uel ut ſeruiat in domo, uel ut prędia ſicut coloni, uel ut res alias, ſicut præpoſiti, uel ut nemora, & feras, ſicut nillici, & huiuſmodi, cuſtodiant (de qbus. T. 2. 6.) uel recte populum taxent, & puniant, & bona obligant, & colligant, cogitant hoc fideliter facere, fidemq;, & iuramentũ in oĩbus ſeruare.

¶ Sed diabolo ſuadente alij ab eis petunt illa, quæ eorum tradita ſunt, cuſtodiæ, quæ ſine fidei, uel iuramẽti fractione dare non poſſunt. Quia nõ ſunt ibi poſiti, ut datores, ſed ut cuſtodes, uel ab illis etiam, qui taxare, uel punire deberent, petent, quod concedere nõ posſũt, & utroſq; tã cuſtodes, quã iſtos iudices, ſeu ſuperiores literis, muneribꝰ, uel feſtis, & cõuiuijs datis inducũt.

¶Hoc eĩm apud multos inoleuit, ut tales paſcant, & multũ magnum eis faciant ad hoc, ut dent, uel faciant, uel dimittant, non factum qđ non deberent, uel facere, uel dimittere, & non eſt dubiũ: quin utriq; tam inducentes, quàm inducti, periurij culpam incurrant, qa dicit decretum Pij Papæ. 22. quæſt. 5. qui compulſus, qui compulſus à domino ſciens periurat, uterq; ſunt periurij, & dominus, & miles, dominus, quia pcepit, miles, quia dominum pluſquam animam dilexit, hæc ibi.

¶Iſtud decretum pro tanto eſt ad ꝓpoſitũ, quia ſicut ille eſt in culpa, quia occaſionẽ damni dat, & periurij compellendo: Ita omnes prædicti, qui ſuo modo compellunt, & inducũt, uel dãni quouiſmodo occaſione dant, qa qui occaſionem damni dat, culpa interueniente damnũ dare, uidetur (ſicut expreſsè habetur h. 5. decretaliũ titu. 36. de iniurijs, & damno dato: capitulo ultimo,) & omnia mala, quæ ex cauſa tali data ſequuntur, ei imputantur, ſicut patet li. 2. de teſtibus. c. ſicut nobis: ubi habetur, ꝙ ad periurij & adulterij pœnitentiam obligantur, qui cauſam in his delictis dederunt, ubi dicit gloſa, ꝙ ſi aliquid imputatur alicui ꝙ puniatur de aliquo, omnia, quæ ſequuntur ex illo, puniantur, argumentum, quòd malum præcedens aggrauatur per conſequens ex illo: hæc ibi. Nota exemplum ad hoc I. 9 36.

¶Eſt etiam aliud exemplum ſenſibile ad hoc Chryſoſtomi ſup Matth Homel. 11. ꝙ tamen ab eo ponitur contra tenentes libros uolentibus falſum iurare. Exempli uero intellectus eſt, ꝙ ſicut ille culpabilis eſt, tam coram Deo quàm hominibus, q hoĩem inſtigat ad aliũ occidendũ, & forte cultellũ in manu ſua ad hoc faciendũ ponit, & rogat, ut occidat, uel ſpoliat, uel aliud mãlũ faciãt, ita ille, qui ea rogat, quæ ſine ucti, uel fidei, uel iuramenti fractione fieri non poſſunt, & forte aliquid in manu ponit, uel ore, pro quo hoc faciat, ĩ formam, etiam, ꝙ ſine peccato hoc iurare poteſt, quia aſſerit ſe ueritatem habere:

21 Exemplum.

Illi

Illi uero qui fortè ad comitatū, uel curiam bona uenerunt intentione, ſic informati,& ſubornati periurant, nonne ambo tenentur per exempla,& leges,& rationes prædictas, & per leges.T.2.6. Ille qa male ſubordinauit, & informauit,& iſte, quia ſubordinatus nimis faciliter credit informationi, quia facta utriuſque in malis, quæ faciunt,commixta ſunt. Iuxtà illud Sapien. 14. Omnia commixta ſunt,infidelitas (ſcilicet) informantium,& ſubordinantiū, & periurium,&c.Iſtud prædictū Chryſoſtomi exemplum negare nō poſſent, qui fortè leges prædictas negarent.

Artic.8. ¶Quia uero in prædictis mentio facta eſt,tam de culpa illorum,qui temerariæ quotidiana committunt iuramēta,uel periuria: Et de his qui cum ſolēnitate hoc faciunt, & de inducentibus, antequàm pœna eis infligatur, omnes ſigillatim audiendi ſunt. 22

¶Primi dicunt primo, ꝙ uerum eſt, quod iurant,& ponatur ꝙ ita ſit, tamē fortè uanum eſt, quia iurandi nulla incumbit neceſſitas, uel utilitas. Et Dei præceptum non ſolum prohibet iuramentū falſum,uel mendax. (Exo.20.) ſed etiam uanum,dicens, non aſſumes non Dei tui in uanum.

¶Iterum dicunt,ꝙ mala conſuetudo me iurare facit ex improuiſo, quibus dupliciter reſpondetur.

¶Primo,ꝙ ſi ſcirent,ꝙ fur conſuetus eſſet ad ueniendum ad ciſtam illorum, ut inde pecunias tollere, uel ad ſtabulum ut animalia raperēt, uel breuiter quodcunque damnū corporale de conſuetudine eis cōtingeret,cito & ſtudioſe illi damno emerent ciſtam, melius firmando & cuſtodiendo,ne denarium amittereut,& neſciunt os melius claudere,ne animam amittant.

¶Secundo patet, ꝙ reſpōſio illorum plus eos culpabiles,& damnabiles reddit,quia ſi corā iudice terreno de furto irretiti,reſponderent, ꝙ ita ad talia eſſent aſſueti,ꝙ dimittere non poſſent, ſeipſos damnarent,ſic in propoſito. Ergo ſub talibus excuſationibus iurationi ne aſſueſcat os tuum. (Eccleſi.23.)

Quia plus eſt cōtra,quàm pro, pluſquàm obeſt,quàm proſit, quia conſuetudo in malis,malum aggrauat.

¶Alij ſe excuſant paſſione,uel tedio, 23 ſicut quidam,quorum mala eſt conſuetudo in aliquibus mundi partibus, ꝙ quaſi pro omni tedio, quod ſentiunt, Deum,uel matrem ſuam, uel ſanctos blaſphemant,uel eis abrenunciant. Iniuſtitiam Deo attribuunt, qui eos grauari permittit. Sed tales dum à Deo manu percutiūtur,pede male affectionis,uel uilipenſionis eum repercutiūt, ſed quia nimis alte pugnant, peiorem partem qui huiuſmodi eſt, in fine habebit quia,addidit ſuper omnia peccata ſua blaſphemiam.Iob.34.

¶Illorum uero, quia ad librum po- 24 nuntur pro iuramento faciendo, uel qui fide interpoſita fidelitatem in ſeruiendo,uel cuſtodiendo, uel iudicando promittunt.

¶Alij uero ſe excuſant ꝙ illi,quibus ſic aſtricti ſunt eis ſtipendium non ſoluunt, & ideo bona illorum furantur, hoc non eſt aliud, niſi malum pro malo reddere. Et ſicut ipſi domini infidelitate,ita iſti ſerui furto & fidei fractione ad infernum uadunt.

¶Alij dicunt,ꝙ oportet eos pro amicis facere.

¶Quibus reſpondetur,primo ꝙ maior amicitia eſt ueritas, & ꝙ optimus amicus eſt Deus, cui in hoc inimicantur,cuius tamen amicitia illorum amicitijs deficientibus durabit, ſi prius cōparetur.

¶Secundo, ꝙ male fit alteri amico, qui ſibijpſi fit inimicus: quia qui ſibi nequam: eſt,cui bonus erit?

¶Alij uero ꝑ muneribus hoc faciūt, & turpiter deficiunt in hoc,ꝙ ſunt cōtra illum,qui plus dat, & ꝑmittit plus, ſicut patet.V.1.15.

¶Alij dicunt,ꝙ non audēt iurati uerum dicere,uel iuramentum tenere,qa fortè potentes offenderent,uel quia uicini ſui ſuper hoc bona ſua amitterent.

¶Reſpon-

¶Respondetur, ꝙ plus potentior, & plus timendus est Deus, qui potest mittere in gehennam, quando illi potentes pro quibus periurarunt, eos iuuare non poterunt, & ꝙ melius est, ꝙ uicinus amittat bona exteriora, quam ipsi superiora, & interiora: Sicut ergo potius eligeret quis offendere dominum, uel uicinum, cuius dominium, uel uicinitatem non esset habiturus, nisi per vnum diem, uel breuissimum momentum, quàm illos quorum dominium, & uicinitatem cogitaret, & affectaret, ꝑ suo habere perpetuo, potiusq; istis secundis placere niteretur, & specialiter, si isti essent in ueritate, & alij in falsitate, & cum istis esset lucrum maximũ benefacientibus; & placentibus, & pœna maxima non placentibus, & cũ alijs neutrum, uel saltem breuissimum. Illi ergo qui plus istos timuerunt trepidauerunt timore, ubi non erat timor (in Psal. 13) Nota contra tales. V. t. 9.

Exemplum.

25 ¶Alij dicunt, nõ possumus iuramẽta seruare, officium enim nostrum tale est, ꝙ nullus in eo fidẽ seruare potest. Respondetur, ꝙ hoc cogitare debuissent antequàm iurassent, uel saltẽ, quãdo hoc experiuntur, officium illud dimittunt.

¶Alij dicunt ꝙ falsum iurare pro uita, uel fama hominis conseruanda, non est peccatum, quia melius est proximi uitam, & famam, & bona saluare, quã damnare. Et quia ille homicida, uel latro, uel luxuriosus, pro quo periurãt, potest se emẽdare, & esse bonus homo.

¶Respondetur, ꝙ non est, sic iurandum propter quatuor rationes.

¶Primo, quia dubium est, utrum futurus sit bonus, uel malus, quia sicut ipsi dicunt, ꝙ poterit esse bonus, ita responderi potest, ꝙ poterit esse malus, & hoc sæpius uisum est, & ideo magis ꝑsumendum est, quia iuxta regulam iuris in 6. semel malus semper præsumitur malus.

¶Secundo, quia certum est ꝙ falsum iurantes animam suam, & omnia bona (de quibus dictum est supra. c. 9. 15.) amittunt. Et tale certum propter prædictum dubium pertransire non deberẽt: immo si prædictũ dubiũ non esset dubium, sed certum esset, adhuc plus animam propriam, quàm uitam, uel famã proximi diligere deberent, & specialiter in casu, in quo secundùm Deum, & rationem, & iura utraque, uel vna illarum priuari deberet, quia vna anima melior est, quàm omnia corpora mũdi.

¶Tertio, quia malos liberando communitati, & toti quandoque patriæ nocet, in qua liberati latrocinia & turpia committunt.

¶Quarto, quia sic falsum iurantes, & malos liberantes, erunt participes omniũ malorum, quæ postmodum faciẽt: sicut patet per historiam I. 9. 33.

¶Alij dicunt, nescimus, ꝙ falsum 26
fuit, quod iurauimus, sed post ea bene perpendimus, ꝙ falsum fuit, respondetur ꝙ fortè noluit intelligere, ut bene ageret, nec ueritatem inquirere, nec audire, sed potius gaudebat se ignorare, & iõ auditum, ueritatis fugiebat, ne ueritate cognita, conscientiam haberet, uel se retrahendo illum, pro quo iurare debet, offenderet: Sic ignorans ignorabitur. (1. Cor. 13.) In negocijs enim pro quo certi esset, ꝙ nisi uerum iurarent, uitam perderent temporalem, & omnia quæ habent mobilia, & immobilia, inuite ad iuramentum accederẽt, & si omnino accedere oporteret, diligẽtissime ueritatem antequàm accederent, inuestigarent. Qui ergo non tantam adhibẽt diligẽtiam de ueritate inuestiganda, & dicenda, ubi de perditione agitur animæ, sicut faceret ubi perditio timetur corporis, non excusatur. Quia minus quàm deberet Deum & animam diligere cõprobatur, nec sufficit ꝙ nesciant esse falsum, quod iurãt, quia iramentum nunquàm scientiam, excedere debet (sicut ostensum est. I. 9. 24.

¶Et si obijciatur, ꝙ quandoque iurãt aliquid, de quo scientiam non habẽt, sicut compurgatores, qui iurant, quòd credunt compurgatorem uerum iurasse,

raſſe,non eſt contra, quia ſciunt ſe hoc opinari.

27 ¶Alij dicũt,talis rogauit me, cui bene negare non potui, dixit etiam mihi talis,ꝙ uerum fuit, quod iurare debui, & omne periculum ſuper ſe accepit, & ad omnem pœnam,& pœnitentiã proinde uenturam ſe obligauit. Reſpondetur,ꝙ tibi periurio pœnitẽtia, & pœna hic a ſacerdote,uel in inferno à diabolo imponetur. T u ergo ſic oneratus exonera te,ſi potes. Et ſecundùm pactũ illum oneres,& ſi murmuret, commemores eum de pacto,& roga eum ꝙ pactum teneat,& pro te pœnitentiam hic, uel pœnam in inferno pro te portet, & ſuſtineat,ſicut tu pro illo periuriũ, uel fidei,uel uotifractionẽ,uel aliud quodcunque turpe commiſiſti, uicem ergo vicino rependat. Et ſi cogitatio dictat, tibi,ꝙ iſta pro te ſuſtinere noluerit,uel non poterit, nec tu talia pro illo committas,quia nũquàm uidebatur, quòd aliquis talia pro aliquo ſuſtinere uellet,& ſi uellet,ſaltem in alio ſeculo nõ poſſet,in quo vnuſquiſque onus ſuum portabit (ad Gal.6.) Quando ſic vnus ꝓ inductione,uel occaſione,ſic & alius ꝓ periurio,uel fidei fractione, ſeu alio delicto damnabitur.

¶Alij,quando fidem uel iuramentũ præſtare deberent,uel renuunt, remiſſionem pœnitentes,ne uidelicet, ad librum ponantur,tamen animam ſic habent diſpoſitum,ꝙ ſi accedant, periurabunt,uel fortè parati ſunt periurare. Sed alius uidens eos uelle falſum iurare,iuramentum illorum accipere non vult.

¶Omnes iſtos reputat decretũ periuros.22.q.5.c.q perierare, ſub his uerbis,qui peierare paratus eſt, antequàm periuret, periurus uidetur, quia Deus non ex operibus iudicat, ſed ex cogitationibus,& corde:hæc ibi. (Not.V.10. arti.4.) Patet ergo,ꝙ qui cum talibus coloribus ad iuramentum acceſſit,periurans,diſceſſit.2.Eſdræ.1.

Artic.9. ¶Tam multipliciter uero delinquẽtibus, & in reſponſione deficientibus multiplex debetur pœna, quæ tamẽ in generali ſub temporali comprẽhenditur,& æterna.

¶Temporalis eſt duplex, Vna corporalis, Alia ſpiritualis: Corporalis,qua ſcilicet periuri ĩ corpore per Dei uindictam percutiuntur,& membris. 28 Exemplum.

¶Sicut legitur de Pancratio,qui Romæ ueneratur, qui intantum periurij vtor eſt, ꝙ quicunque eccleſiam ſuam intrat,antequàm, ad cancellos ueniat, ſupꝙ pauimẽum cadit, v nde multi illuc cum iurantibus pergunt, ut iramenti ueritatem,uel falſitatem diſcant. De ſancto etiam Andomaro legitur, ꝙ qui ſuper eius tumbam periurat,ſtatim diuina uindicta per cutitur. Vnde quidem ibidem periurus ſtatim cęcus factus fuit,& tertia die mortuus: Si tales ſancti requieſcerent in terra iſta, pauci ſunt de iſtis iuratoribus, qui ad loca illorum accedere auderent. Exemplum.

¶In qua licet tales ſancti non ſunt, pro quibus Deus ſtatim uindictam in periuros capiat,certitudinaliter tamen, uel tales uindictas hic,uel ĩ futuro pœnas expectent graviores, quia iuſtũ eſt, ꝙ qui omnia mẽbra Dei inaniter nominando,& iurando, quantum in eo eſt,deformat in omnibus membris ſuis pœnis deformetur, uel hic, licet forte non ſtatim.Sicut patet de illo, qui cum audiret talia prædicare, reſpondit in corde ſuo,uel ore dicens, non eſt preuior manus illa,quàm frequẽter ad iurãdum extendit,quàm alia, quæ ſtatim ultione diuina combuſta fuiſſe dicitur, uel ſaltem in morte. 29 Exemplum.

¶Spiritualis uero eſt duplex, Vna qua ante mortem puniuntur, de qua dicit decretum ſic,ſi quis per capillum Dei, uel caput iurauerit,uel alio modo blaſphemia contra Deum uſus fuerit,ſi in eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur, ſi laicus, anathematizatur.22.quæſtione 1.ſi quis.

¶Alia in morte, qua in deſperationem cadit.Sicut patet de illo, de quo fertur, qđ poſt quàm multis iuramẽtis eſſet aſſuetus,cum in extremis langue- Exemplum.

ret

ret,uidit, ut ſibi uidebatur, dominam pulcherrimam ad ſe intrantem, & paruulum puerum in omnibus, membris laceratum,& plagatum in brachijs ſuis portantem;quæ ab illo quæſiuit, quale promeruerit iudicium, qui tam tenerũ infantulum ita enormiter, & crudeliter vulnerauerat, qui reſpondit,ꝙ turpiſſima morte dignus fuit, quia infans uiuere non potuit,poſt ruinam, illa reſpondit,iudicium tuum dediſti:Nã ego mater ſum Chriſti, hic filius meus eſt, quem tu iuramentis tuis (quantum in te eſt) tam turpiter tractaſti,qui deſperãs ſtatim mortuus fuit:Iuſte enim hic, uel in morte male tractantur, qui ita Deum deturpant.

Exemplum. ¶Vnde patet, ꝙ gentilis quidam bene reſpondit quibuſdam loquentibus, & admiratibus,quare plures eſſent male tractati,utpote cęci, claudi, gibboſi, impotẽtes,& mendicantes inter Chriſtianos,quàm inter Iudæos, uel ſaracenos,quia (inquit) ipſi peius tractant Deum ſuum iuramentis, & alijs peccatis contra uotum,quod in baptiſmo fecerunt,ipſum inhonorantes, quos percutiendo prophetiam implet, qua dicitur,ero teſtis uelox,& maleficis, & adulteris,& periuris. (Malach.3.) Nota.S.13.11.

30 ¶Quod uero pœna æterna ſit eis debita,duo oſtẽdunt ſcripta & dicta. Scripta,uidelicet,exempla,in quibus continet,ꝙ diabolus talem iuratorem, & ad

Exemplum. taxillos luſorem, Cum ſecum per noctem in forma hominis luciſſet, ad infernum viuum portauit, nec debet hoc eſſe cuiquam mirabile, qa beatus Grego.in 4.li.dialogorum ſcribit de quodã,puero, de ſinu patris à dęmonibus, propter iurationis conſuetudinem ad infernum portato.

¶Dicta etiam ab eis idem oſtendũt, Nam cum loquela oſtendat,de qua terra quis ſit Illi qui loquelam habent inferni,de inferno ſe eſſe oſtendunt,licet ad breue tempus hic extra patriam ſuã peregrinentur,ſed quid eum in uerbis ſuis turpibus,& iuramẽtis inhonorãt, loquelam inferni, modumq; in loquẽdo ſequuntur damnatorum, de quibus Apoca 16.Blaſphemauerunt Deũ præ doloribus ſuis:Et antichriſti, qui aperuit os ſuum in blaſphemia cõtra Deũ (Apoc.13.) Qui ergo ſic Deũ inhonorant,oſtendunt, Quoniam de illorũ ordine ſunt: Nam & loquela illorum eos manifeſtos facit, nec mirãdum eſt, ꝙ Deꝰ eos grauiter puniet:Quia exquo in lege ciuili,tales pœna digni iudicẽtur. Nam lex dicit ſicut (patet in authẽtica) ut non luxurientur contra naturam. (Col.6.) circa medium. Quod ſi blaſphemiæ factæ contra homines impune non relinquuntur. Multomagis qui ipſum Deum blaſphemat,punitur, ex quo & in lege Moyſi, Blaſphemus iuſſus ſit lapidari (ſicut patet Leuit. 24.) Ex quo etiam filius patrem ſagittans hæreditate priuatur paterna (ſicut oſtenſum eſt.F.5.17.) quod mirabile, ſi Deum iuramentis ſuis contemnentes,& ſagittãtes? Sicut patet de illo,iuxta quem ſagitta ſanguinolenta cecidiſſe fertur,dum turpiter iuraret in ſignũ Exemplum. ꝙ quantum in eo fuit, ſic ſanguinolẽtiam in Deo illam fecerat, & à Deo puniantur,& hęreditate cęleſti priuentur, qui eis hoc ꝓmittit Zachariæ 5. dicẽs. Omnis iurans ſimiliter iudicabitur. (Gloſa,id eſt) dãnabitur, Et ueniet ad domum furis,& ad domum iurantis in nomine meo (gloſa) ſcilicet,uindicta.

¶Sed dicent ꝙ iſtam uindictam in- 31
current,niſi ſe emendauerint, ꝙ etiam omnia bona ſuperius nominata, (eo. c.15.) amittentes uſque quo ſe correxerint.

¶Rogo illos,qui hoc cogitant, ꝙ ſimul cum hoc cogitent, quàm difficile erit periurij uicium in multis caſibus emẽdare, propter malum effectum inde ſequentem. Per falſa namque iuramenta, quandoque vnus terra,uel hæreditate, uel iure patronatus priuatur, & alius illam iniuſte lucratur, vnus ante legitimam ætatem eccleſiaſticũ obtinet beneficium, uel ordiniẽ, quia iurat,ꝙ eſt ætatis legitimæ.

¶Alius

¶Alius ſimoniace obtinet beneficiũ, ſicut accidit, quando aliquis de ſimonia ſuſpectus, ꝙ uidelicet aliquid dederit pro beneficio, ad quod præſentatur, pro fama purgãda coram epiſcopo citatus, cum compurgatoribus ſuis iurat, quòd nec dedit, nec ſciuit aliquem pro ipſo dediſſe.

¶Alius quod ſibi de iure debitũ eſt, amittit; ſi cut uerbi gratia, quando coram iudice iurati, & onerati de ueritate dicenda de aliquo, vtrum fur ſit, uel homicida, uel nõ, contra conſcientiã dicũt illum eſſe fidelem hominem, de quo ſi ueritatem dicerent, dominus iuſte omnia bona illius occuparet: de q̃bus per illorum periurium priuatur.

¶Alij per tales cõtra Deum, & ratienem matrimonialiter copulantur; quia quando impedimentum cõtra eos obijcitur, ne ſimul contrahant, ipſi iurant, & probant per teſtes periuros, ꝙ nullũ eſt inter eos impedimentum.

¶Alij legitime copulati, & qui ſimul ſtare deberẽt, per tales teſtes periuros, qui probant per contractum cum alia, uel per cognitionem, ſeu carnalem copulam cum aliqua de conſanguineis vxoris ſuæ, à qua vult ſeparari, diuiduntur.

¶Alij per tales periuros in furtis, uel homicidijs ſuis ſupportantur, & per illos liberantur multa impoſterum mala committunt, & propter tales ad mala perpetranda audaciores fiunt, de quibus omnibus, ipſi reſpondebunt (ſicut patet periura ſupra. eo. c. 28.)

¶Cogitent ergo quomodo prædicta mala reformabunt, & inuenire poterũt, quomodo periurij periculum euadent, quod ſi difficile eis uidetur, primũ difficile cogitent, ſecundum difficile nãq; erit, uel forte impoſſibile eos inducere, ut reſtituant terram, uel poſſeſſionem per eos amiſſam, & ab alio ad eius dãnationem occupatam.

¶Nec cogitent, ꝙ ille ſolus, qui illã poſſidet ad reſtitutionem obligef; quia niſi ipſe reſtituat, ipſi ad reſtitutionem obligãtur; tam uidelicet periuri, quàm inducentes, & ſubordinantes.

¶Sic iterum cogitent, quàm difficile erit, ꝙ iudicatur, uel eccleſiaſticum beneficium per eos male poſſidet, dimittat; circa quod omnem adhibere deberent diligentiam, quam poſſunt: Et ſic de omnibus alijs malis, quæ per illos contingunt; cogitantes inueniẽt, quòd periurij plaga cum difficultate ſanatur, & per conſequẽs, ꝙ cũ difficilitate periurij euadẽt pœnas: uindictas & picula, & cum maxima difficultate aſcendet in montem domini cum illo, qui non accepit in uano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo: in Pſal. 23.

¶Cõtra omnia periuria ſuper librũ, melius, uel efficacius, non reputo remedium reuocatiuum, quam prædictorũ periculorum cogitatio: cõtra alia quotidiana, & inſolita, uel horribilia iuramenta, & uota, remedia afferre duo deberent, proprij, uidelicet, ſtatus cogitatio, & ſuperiorum diſciplina, & caſtigatio. Art. 10. 52

¶Primum patet in his, qui nobiles ſe reputãt, uel ſuperbi ſunt; hi ſicut nouitates diligũt, & inueniunt in toto exteriori apparatu. Ita etiam in uotis, & iuramentis. Qui iterum quando uidẽt nouitates, ſcilicet, à ſceleſtib⁹ is, & uilibus perſonis in uſu haberi, illas tanquã nimis communes, & ideo nullius admirationis contemnunt, ſicut patet de ſingulis tibiarum & huiuſmodi, ita ẽt faciunt de uotis, & iuramẽtis. Vota eẽ & iuramenta extranea, ab ipſis inuenta, tam ita cõmunia ſunt, ꝙ in ore cuiuſcunque improbi & latronis quotidie inueniuntur. Nunc ergo tanquàm nullius precij, uel raritatis ab eis deſeri deberet: Et modus nouus rarus, & admiratiuus ab eis inueniri deberet; qui in ore nullius malæ perſonæ innitur loqui, uidelicet ſine iuramentis, uel notis. De tali nouo modo loquendi nobiles gaudere deberent à Chriſto docti. (Oſeæ 4.) Neque iuraueritis, uiuit dominus.

¶ Exemplum vero ſecundi remedij habetur, Primo in facto Nabuchodonoſor, Exemplum.

nbſor,qui turpiter contra Deũ loquentes caſtigari præcepit. (Dan.3.) dicens
33 quicunque dixerit blaſphemiam contra Deum diſpereat,&c.

¶Secundo in facto ſancti Ludouici quondam regis Francorum, qui tales
Exemplum. iuſſit ferro ignito in facie ſignare ad petuam rei memoriam,poſtmodũ uero ordinauit,ꝙ tales in quodam ligno alto in loco publico ponerentur, quòd lingua eorum ſcala uocatur, in qua ſimilis eſt forma,& paſſio ei, quĩ regnò Angliæ ſcindentib us loculos imponitur,in regno etiam Ciciliæ tãlium linguæ ſcindi iubentur.

¶Si principes, & domini moderni, talia nunc ubique terrarum cõtra turpiter iurantes, ordinarent, citius ipſi quàm prædicatores corrigerent, quia citius metu pœnarum ſenſibiliũ,quàm metu pœnarum æternalium, quã prædicatores eis minantur, talia dimitterent. Si uero dicere uelint, ꝙ taliũ criminum correctio, uel punitio ad uiros eccleſiaſticos, & non ad eos pertinet, hanc reſponſionem reprobatã uideant. F.3.28 Et in decretali.lib 5.tit 6.de Iudæis.c.in nonnullis:ubi ſcribitur,quòd Iudæi Chriſtũ blaſphemantes per principes grauiter ſunt puniendi:de quo in cle.c.vnico.eo. titu.

¶Ex quo ſequitur,ꝙ potius,ut uidetur,à ſuis culparum maculas abſtergere debeat,quibus plus tenetur, qui audierit uocem iurantis. (Leui.5.) Nolentium uero talia corrigere, nec contra talia crimina remedia adhibere opportuna, quanta ſit peruerſitas multis oſtenditur exemplis.

Art.11. ¶Si enim peruerſus reputaſ ſeruus,
Exemplum. qui iniurias non uindicat domini ſui, prior uidetur, qui iniurias non uindi-
34 cat Dei ſui, (& ſi contra iniurias proprias remedia ſciunt adhibere, quare talia nõ adhibent contra iniurias Deo illatas.

Exemplum. ¶Tali conſideratione motus quidã miles, fertur magnum ciuem percuſiſſe Pariſienſem turpiter iurantẽ, de quo cum apud regem eſſet accuſatus, & citatus,reſpondit,quòd ideo hoc fecit,qa uilificauit Deum ſuum. Tu (inquit) domine mi rex non reputaſſes miniſtrum tibi fidelem,qui non uindicaſſet grauem iniuriam tibi factam, immo contra talem iratus eſſes,uindicantem uero plus diligeres, quare ergo contra me iraſceris,quia Dei uindicaui iniuriam, non uultis,quod Deo honor adhibeatur, quem uobis adhiberi uelletis à miniſtro ueſtro:Item ſi filios,& filias,& familiam humanitatem docent, Exemplum.
qualiter uideliceẽt ſe reuerentes ad omnes habẽbunt homines, ad quos ſi inhumaniter ſe habuerint, illos acriter reprehendunt, & corrigunt, quæ peruerſitas eſt,illos non informare, quomodo benignè,& reuerenter ſe habebunt in his, qnæ ad Deum & ſanctos ſuos pertinent, illorum nomina irreuerenter nominando,uel quare nõ puniunt contrarium facientes?

¶Item ſi filij magnam irreuerentiã Exempatri illatam non grauiter ferant, uel plum.
non corrigant pro poſſe, ſed de tali cõtumelia rideant, peruerſi iudicantur; immo potius dicerentur non eſſe filij, ita in propoſito.

¶Item ſi pater iraſcitur contra inho- 35
norantem,uel honorantem filium, ſicut patet per hiſtoriam,quæ habetur in tertia parte ſpeculi hiſtorialis de Amphilochio epiſcopo Iconiæ, qui Imperatorem Theodoſium reprehendit de hoc,quòd permiſit Arrianos hæreticos Exemin terris ſuis, quo correctionem diſſi- plum.
mulante,accidit ſemel prædictum epiſcopum ad curiã uenire Imperatoris, & patrẽ Theodoſiũ uidelicet Imperatorẽ,& filium ſuũ, Archadiũ ſimul inuenire,Epiſcopo uero patrem ſalutante,& non filium quæſiuit, Imperator, quare filium ſuum non reueretur? Cui epiſcopus,reuerentia,quæ tibi exhibetur fit,& filio tuo.Cui Imperator,ſic reuerentia,quæ filio meo fit,mihi fit.Cui epiſcopus, quare non iraſcens contra non honorantes filium Dei, ſicut iraſceris contra non honorantes filium tuum. Imperator tali uictus ratione,

Arra-

Arrianos de Imperio, & regno, & dominio suo expulit; tale moderni Christiani principes deberent iudicium inferre blasphemiæ. Iudæi.

¶Iustitia. Cap. XIII.

SVMMARIVM:

1 *Iustitiam cum vno duntaxat oculo clauso, & læua manu veteres sapientes non inconsultò finxerunt.*

2 *Manum lævam tantùm iustitiæ admotam, & dexteram amotam non abre, nec iniuria fuisse verius constat.*

3 *Iustitiæ exequutor & iudex, oculum obseratum, ne ad iustitiæ exequutionẽ inter diuitem & egenum, inter formosum ac deformem nimium discernere videatur, tenere perpetuo debet; & altera manu carere iubetur; ne præclara à diuitibus, & potentibus xenia, seu munera vnquam accipere possit.*

Præterea iustitiæ descriptio iuxta legis tùm humanæ tùm diuinæ sententiam, satis eruditè apponitur, & obiicitur.

4 *Iustitiam tergeminam esse non obscurè agnoscimus; nempè iudicatiuam, commutatiuamq́; ac distributiuam.*

5 *Iudiciaria potestas vel iustitia cingulo corporis medium præcingenti, graphicè comparatur.*

6 *Commutatiua iustitia cuilibet mensuræ conferri considerate, & aptè potest.*

7 *Distributiua verò cẽtro similis esse haud imperitè traditur, quæ quidem omnia iustitiæ præcepta vnà complectitur: p̃cipis enim potissimum triã, honestè viuere, neminẽ lædere, & ius suum cuicunque erogare, atque tribuere.*

8 *Primum iustitiæ præceptum de vita honestè ducenda ad illos primum, qui ad iustitiam faciendam pro tribunali assident: vt & ipsi (quod memorandis exẽplis ob oculos facile ponitur) honestam vitam quam cæteros exteros degere lõge æquissimè mandatur opere exequi, & suos charissimos, ac familiariores necessarios ad idem obseruãdum impellere haud quaquam dedignentur.*

9 *Hoc idemsidem præceptum non solum iudicium, sed etiam omnium hominum referre affirmamus, ne fœdas brutorũ proprietates, luxuriæ, gulæquè, ac voluptati indulgentes ignominiosè æmulẽtur.*

10 *Secundum iustitiæ præceptum de nemine lædendo nobis iniungit; ne proximũ tùm in bonis fortunæ, & corporis, tùm in bonis animi, animæq́; vllo pacto vnquam oblædere velimus.*

11 *Tertium iustitiæ præceptum de suo iure cuipiam exhibendo, ac præstando nobis obiicitur.*

12 *Inter iustitiam diuinam & veram, & inter iustitiam mundanam, seu humanam & falsam, multum & plurifariam interest.*

Primum Dei immortalis iustitia ab vno improbo ob eius delictum pœnas æternas tantummodo expetit: sed falsa hominum iustitia quandoque à iusto nullum crimen admittente, & quandoque ab altero ob alterius facinus iniquissimum supplicium sumit.

13 *Dein diuina ab humana iustitia admodum differt; quia illa hominem tùm dignum promeritis gratia & obsequio plenius demeritur; tùm nefarium pro sceleribus, non iniuria punit, atque castigat.*

Ista verò homines siue puniat, siue remuneretur; munera duntaxat, & alias indecentes seculi causas die noctèque intuetur.

14 *Mundi iustitiæ exequutores, domini, & potentes, qui improbos sustinent, probosq́; euertunt, & proculcant, cæteros viros ab eorum iniustitia diffidẽtes crudeles suos hostes opinantur.*

15 *Qui affinium, diuitiarum, virium, ac prauorum hominum ope suffulti sunt, tùm palam vi, ac fortitudine & minis, tùm etiam secretò dolis, insidijs, & fraudibus, veram iustitiam arripere, & prosternere contendunt.*

16 *Tertio Dei & hominum iustitiæ dissimiles sunt: quia Dei iustitia vera, ac recta est: Iustorũq́; viæ rectæ, & claræ apparent: Sed mundi iustitia falsa, curua tortilis,*

tortilis,& deflexa eſſe clariſſime videtur; falſorumque viæ tenebricoſæ nubilæ,& incuruatæ ſunt.

17 *Falſæ Mundi iuſtitiæ vno ſanè nomine gaudentes impendio magis vindictæ, quàm iuſtitiæ nuncupari meritò debent.*

18 *Miſterioſa,& arcana Micheæ prophetæ vaticinatio,non vulgariter enodatur; quæ ea eſt; Concidet gladios ſuos in vomeres, & haſtas, in ligones; gladius quippe rectum iudicium, quod memini,nec amico,nec hoſti condonat; haſta vero rectam iuſtitiam; vomeres inſuper et ligones terrenum lucri,et cõmodi præſentis propoſitum, atque conſilium; demum falces leges,ſeu poteſtatem, ac ſcientiam,lucratiuã, & quod cunque iuſtitiæ, munus in falſorum hominum manu poſitum,eſſe nobis longè optimè explanant,atque exponunt.*

19 *Veram, rectamq; iuſtitiam,his tribus, volũtate videlicet,ſermone,atq; actione ſatis leuiter nanciſci poſſumus.*

Primùm cordis intentione iuſtitia iſta paratur: qua quidem intentione tria peragimus;Deo placere, rectum iudicium obire,& iuſtitiam non leuiter diligere exiſtimur.

20 *Poſtea locutione, ſeu ore,quo itidem tria exequimur,iuſtitiam poſſidere valemus.*

21 *Tertio operatione, qua etiam ad tria exequenda non ineptè vtimur; iuſtitiã veram aſſequimur.*

22 *Iuſtitiæ veræ exequutio ſummo emolumento nobis eſt,tùm in mia, tùm in patria; in via namque loricæ loco nobis eſt.*

23 *In patria iuſtitiam Dei gloriam nobis eſſe;quadrifariam aperitur.*

24 *Rectæ iuſtitiæ ſementis, in algidis,ſeu frigidis hominum pectoribus, quæ charitatis calore nullo tempore æſtuant, varò gliſcere,& accreſcere cernitur.*

25 *Quatuor profectò ſunt præpeditiones, quæ in hominibus iuſtitiæ ſementem grandeſcere,ſiue augeſcere interpellãt, ac prohibent prima & potiſſima eſt ſuperuacaneæ vberrimarum rerum,& copiarum cupiditas.*

26 *Secunda eſt formido,ac pauor cùm bona amittendi,tùm etiam lædendi.*

27 *Inſignè illius tùm caſtæ,tùm venuſtæ Suſannæ exemplo, nos omnes ſordidi abiecti ac pauidi homũculi optimè inſtituimur,q Deus illos, q ſæuas in hominũ manus incidere maluit, & illos potius quàm Deum in feſtare, & lædere decernunt,& eligunt;tueri, ac protegere ſæpe ſæpius ſolet.*

28 *Fabella quadam vulpis, & galli periucunda clarè liquet,nefarios homines eiſdem technis & impoſturis ac fraudibus mutuis nonnunquam Dei voluntate falli,& circumueniri.*

29 *Tertia iuſtitiæ rectæ impeditio eſt iniqua inopum collachrimantium miſeratio.*

30 *Iudicum mollium miſericordia qui frequẽtibus ſuorum charorum,ac neceſſariorum fletibus vltro commoti,& commiſereſcentes iniquè peierant,& iniuſtitias alias admittere non erubeſcũt; à Diuo Ambroſio ex legis,tùm diuinæ, tùm humanæ auctoritate iniuſta vocitatur.*

Quarta denique huius iuſtitiæ interpellatio eſt,omnium eccleſiaſticorũ iudicum in his,quæ tùm ad Dei decorẽ, & ornamentum,tùm ad noſtrarũ animarum ſalutem ſpectare cenſemus,incuria,atque indiligentia.

31 *Bifariam iuſtitia perturbari, ac periclitari poteſt.*

Primum exceſſu, cum quis ſibimet, & alijs nimis aſper, & horridus, ſeu rigidus eſſe conatur.

32 *Exin iuſtitia periclitatur defectu,ac diminutione; quando illa muneribus, præcibusq;, ac pretijs, alijsue id genus cauſis duntaxat efficitur:ex hac meherele iuſtitia,ſeu (vt melius dicam) iniuſtitia quampluribus magnum imminet diſcrimen, & calamitas non exigua.*

Primum hominibus hanc iuſtitiam pecuniarium facientibus.

33 *Qui quidem Iudæ ribelli proditori, tùm Yacinore, tùm ſupplicij diſcrimine prorſus comparantur.*

34 *Secundo, non exigui momenti pœna, & afflictio imminet his, qui iudicibus xenia, ac dona magnæ ſibi, vt iniuſtitiam facientes, ſontibus cæteris innocentibus incommodare velint, quotidiæ mittunt.*

35 *In eadem collocantur naui, & æque periclitantur ſubditi inopes, & pauperes ac ſimplices, qui horum iudicum iuſtitiam nũmis vendentium, & exequẽtium poteſtati ſubduntur, ac ſubiacent.*

36 *Iniuſti iudices, quĩ vt ſummas citiſſimè diuitias poſſint, eas non à potẽtibus & ſtrenuis viris, ſed à debilioribus, & pauperibus ſubripere curant, callido coruo, aſſimilandi ſunt.*

37 *Adhæc in ijſdem huius iniuſtitiæ fluctibus, iudicum nati, nepotes, pronepotes, vxores, amici, famuli, & ad ſummum tota eorum familia tùm temporaliter tùm æternaliter nauigare & agitari iure merito debent.*

38 *Iniuſtitiæ denique auidorum iudicum toti ciuitati, atque reipublicæ admodum obeſt.*

39 *Iudices improbos homines ad mortem condemnantes, qui grauioribus admiſſis piaculis ſeſe illa morte nocentes & dignos turpiter reddidere, & in alios id genus nefarios iuſtè animaduertentes, chriſtianæ proximi charitati, ac dilectioni non modo haud aduerſãtur, nec refragãtur, ſed potius æque arridẽt, & ſuffragantur: quod luce clarioribus exemplis omnibus patet.*

40 *Egregijs exemplis luculenter innoteſcit, quod ſi Iudices homini ſonti, ac prauo ex ſanguinis, & prolis nobilitate, & ex affinitatis ſeu amicitiæ vinculo, plura ſcelerum genera perpetranti indulgent; illico ſæuitiam non exiguam profectò præſe ferunt.*

41 *Si hæc in vita ob aliquam cauſam à iudicibus iuſtitiæ non efficitur, Mudum iſtum Inferis ipſis deteriorem eſſe D. Chryſoſtomus non inelegãter literis prodit.*

IVſtitiæ: primo oſtenditur deſcriptio. Secundo diuiſio. Tertio, differentia inter iuſtitiã diuinam & mundanã, ſeu iuter ueram, & apparentem. Quarto, qualiter uera iuſtitia haberi debeat. Quinto talis poſſeſſionis oſtẽditur utilitas. Sexto raritas. Septimo iuſtitię oſtendent impedimenta. Octauo iniuſtitię periculũ Nono oſtẽdetur, quòd iuſtitia, quę malos punit, charitatem nõ excludit. Decimo, quod magnũ meritum includit.

¶Quantum ad primum, iuſtitię deſcriptio dupliciter attenditur, uel quãtum ad picturam, uel quantum ad ſcripturam. Artic. 1.

¶Quantum ad picturam dicitur, ꝙ antiqui, qui uirtutum imagines ſibi deſcribi, & pingi uoluerunt, ut efficacius eis imprimerent, tã uiſę q̃ auditę iuſtitiam formare ſolebant, ad modum imaginis hominis monoculi, uel aliqualiter oculum claudentis, & manci. Ratio autẽ huius formationis hęc erat, uiderunt ex vna parte, ꝙ actus iuſtitiæ eſt contorta rectificare, uiderunt ex alia parte, ꝙ qui vult tortuoſionẽ in re deprehendere, & illam rectificare, vnum oculum ſiniſtrum, uidelicet, claudit, ſecurpatet de uolente rectificare ſagittã, ut uirtus uiſiua magis vnita conditionem rei uiſæ certius oſtendat, qua uiſa ſi defectũ in illa inuenerit, manum illũ rectificat, iſta de cauſa iuſtitię clauſerunt oculum, ut tota intentio iuſtitię, & iuſtitię locum tenentis, ſic ad negocium, de quo agitur, applicetur, ut excluſis ab oculis eius quibuſcunque iuſtitię impedimentis ſolam ęquitatem rei, de qua agitur, uideat, ut de illo uerificetur illud. (Pſal. 10.) Iuſtus dominus iuſtitias dilexit ęquitatem uidit vultus eius: Non dicit pecuniam uidit vultus eius, uel amicitiam, uel quodcunque tale, ſed ſolam ęquitatem: hoc enim iuſto conuenit iudicij, & his qui Exemplum.

qui iudicem informant: Si uero aliquid uiderit in re illa contra æquitatem, cũ manu (id est) effectu, illam rectificet gibbositatem, & ad æquitatem deducet: Exemplum. Et sicut uidens maculam in facie propria illã tergit, ita in anima aliena, ne uideatur, plus faciem, quàm animam proximi diligere contra ordinem charitatis. Ad hoc enim iustitię locum obtinent, quod est contra multos, q̃ multa in uisitationibus, & alijs querelis audire, & uidere uolunt, sed omnia differunt, & dissimulant, ubi lucrum non imminet pecuniarum.

¶Mancani uero iustitiã descripserũt, q̃a intellexerũt, q̃ multi, q̃ iustitiã facere tenent, una manu eleuata, & lingua minantur, quòd contra omnes malos iustè, & rigide procedere uolunt, sed postmodum cũ eadem manu, uel alia munera recipiunt, & iustitiam peruertũt, sicut patet de duobus filijs Samuelis. (1. Regum 7.) de quibus dicitur, q̃ acceperunt munera, & peruerterunt iudicium, *Sic illi*, in quorum manibus *iniquitates* sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Antiqui ergo sapientes, uolentes, quòd iudices una manu leuata iurarent, uel promitterent se iustitiam facturos, & alia manu munera non reciperent, ut iustitiam euerterent, ab imagine iustitię unam amputauerunt manum illam, uidelicet, qua munera recipere solent, qui iustitię iam mortuę sunt executores, & aliam solã ei dederunt manum, cum qua iustitiã faceremus de qua in Psal. 47. Iustitia plena est dextera tua.

3 ¶De tali iustitię executore, uel procuratore, qui oculum habet clausum, ne discernat inter potentem & pauperem, inter pulchrum & deformem, qui manum non habet, qua munera recipiat, qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam (in Psal. 14.) dici potest, illud Isa. 11. Non secundùm uisionẽ oculorum iudicabit, neque secundùm auditum auarium arguet: sed iudicabit Exemplum. in iustitia pauperes: Et hac de causa quidã phibuit pictorẽ, de quo fertur, quòd uidens hanc imaginem pulcherrimam hoc excepto, quòd non habuit manum, & oculum, cum esset pictor cautus, uoluit ei dedisse manũ, & oculum, nesciens causam, quare sic facta esset. Non facies (inquit) alius, quia si manum ei dederis, latro, si oculum adulter erit, Vnde uersus. Si manus ad fuerit, prędo, si lumina, scortum. Fiet, si neutrum, uirgo perennis erit. Et sicut dixit Christus. (Matth. 18.) bonũ est ad uitam intrare cum uno oculo, quàm duos oculos habentem mitti in gehẽnam ignis.

¶Sed, heu, aliud omnino est iudiciũ de iustitia in pariete, aliud de iustitia in opere, quia in pariete est cęca & mãca quantum ad ea, quę æquitatem, & iudicium peruerrere possent: Et tantummodo uidens, & potens ad ea, quę uel corrigenda sunt, uel quę æquitatis sunt, & rationis: In opere uero omnino econuerso, quia oculos ad terrena lucra habent apertos, & dextera eorum repleta est muneribus. Quantum uero ad ea, quę Dei sunt, uel æquitatis, oculos habentes clausos, ueraciter dicere possunt istud. (Sapien. 5.) Iustitię lumẽ non luxit nobis, quia oculos ad illud aperire noluerunt: Nota de hac materia. I. 9. 11.

¶Quantum uero ad scripturam iustitię descriptio habetur, tam in lege ciuili, quàm in lege diuina. In lege namque ciuili habẽ instituta de iustitia, & iurel. ib. 1. §. 1. circa principium in his uerbis. Iustitia est cõstans, & perpetua uoluntas ius suum unicuique tribuẽs; Cuius tria sunt præcepta, honeste uiuere, alterum non lędere, ius suum unicuique tribuere.

¶In lege uero diuina descriptio eius habetur. Sapien. 1. ubi dicitur, quòd iustitia est perpetua, & immortalis.

¶Ex quibus descriptionibus, simul Artic. 2. comparatis patet, quòd in uerbis ad iustitiam pertinentibus satis concordant lex mundi, & Dei, sed in operibus magna inter illas ostenditur differentia in articulo 4.

4 ¶ Iuſtitię uero diuiſio, partim colligi poteſt ex uerbis beati Auguſt. 13. de trinitate. c. 28. ubi ait, qnòd duo pertinent ad iudiciariam poteſtatem, potẽtia (ſcilicet) & iuſtitia, inter quæ talis ordo eſſe debet, ꝙ potentia ſequi debet iuſtitiam, non perire, partim ex uerbis Ariſt. 5. Ethicorum: ubi iuſtitiam diuiditin commutatiuam, & diſtributiuã. Horũ ergo ſnïam ĩ breuibus ꝓſtringẽdo, patet, iuſtitiã eſſe triplicẽ, iudicatiuam, commutatiuam, & diſtributiuã.

¶ Prima conſiſtit in iudicijs faciẽdis.

¶ Secunda conſiſtit in emptionibus, & uenditionibus, immutationibus, & ſatisfactionibus, in pœnitentijs, & remiſſionibus, & cęteris emendis, faciẽdis, & contractibus ubi datur certum pro certo, tantum pro tanto, denariatus boni pro denariato, certa emenda pro certa culpa, & ſic de alijs.

¶ Tertia conſiſtit in honorum exhibitione, in amorum acceptationibus, & donorum largitionibus.

¶ Prima æqualitatẽ ſolũmõ reſpicit cãrum. Secunda ualorẽ reſpicit rerum. Tertia proportionem attẽdit ꝓſonarũ.

5 ¶ Prima cingulo cõparatur, quia ſicut cingulum corporis medium tenet locum inter partem corporis ſuperiorem, & inferiorem, æqualiterq; diuidit, ita iuſtitia iudicis, de qua Iſa. 11. Erit iuſtitia cingulum: æqualiter enim diuidere, & iudicare deberet inter ſuperiorẽ, & inferiorem, inter diuitem, & pauperem, ſine perſonarum acceptione: Sed, heu, nonnullorum iudiciaria poteſtas in iſta proprietate cinguli non ſequitur conditionẽ, ſed in vna alia, quæ in cingulo inuenitur, ꝙ uidelicet ad ponderoſiorem inclinatur partem. Quia ſicut uidemus, ꝙ cingulum plus inclinatur, & incuruat ad illam partem, in qua crumena pendet ponderoſa, quia crumena cum denariorum pondere illud ad ſe trahit. Ita poteſtas inquirendi, uel iudicandi iuſtitiam, aduocatorũ iudiciũ, & iuratorũ, & oĩum ſimiliũ, ut cõiter, plus inclinatur ad lorulum ponderoſiorẽ, intãtum, ꝙ ſi iuſtitia nulla clare ex parte illa uideatur, clientẽ tñ cõfortant, bonum ei promittentes cauſæ exitum, plus in defectu teſtium, & probationis, uel alijs defectibus alterius partis, quàm in iuſtitia propriæ partis de bono. i. optato exitu confidentiam habentes, qui ueritatem Dei in iuſtitia detinẽt. (Ro. 1.) dũ ꝓ ſuas iuſtitias ueritatẽ partis aduerſę impediũt. Not. A. 14. 4.

¶ Secunda uero (id eſt) commutatiua menſurę cuicunque comparatur, qa ſicut menſura ęqualitatem, & medium facit, & oſtendit inter partes menſuratas: ita hæc iuſtitia ęqualitatem facere, & oſtendere debet inter partes emẽtes, & uendentes, inter delinquentes, & remedia opponentes, & quouiſmodo cõtrahentes, ita ꝙ in omnibus talibus cõditio reſpiciatur rerum, & culparum, quia ſicut in rebus menſurandis neceſſe eſt regula & præceptum à Deo datum. (Leuiter. 19.) Statera (inquit) iuſta, & ęqua ſint pondera, ita in punitionibus, & medicinis animæ, ſicut etiam patet in medicinis corporis: quia ſicut ſtatera doloſa, abominatio eſt apud Deum. (Prouerbiorum vndecimo) ita qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtũ, uterq; abominabilis eſt apud Deũ. Prouerbiorum decimoſeptimo. 6 Exemplum.

¶ Tertia uero iuſtitia (id eſt) diſtributiua, centro comparatur, & aſſimilatur, quia in medio circuli continetur. Exemplum.

¶ Quia ſicut à centro ad circumferentiam maiorem maior, & longior protendit linea, ad minorem uero minor, ita à iuſtitia diſtributiua, quę eſt quaſi cẽtrũ mediũ tenẽs, qa uirtus eſt habitus electus immediate conſiſtens (ꝓut ſapiẽs determinabit ſm Philoſophũ. 3. Ethicorũ.) Amoris, uel largitionis, & donationis linea producta ad illũ, q in uirtutibus, & bonitate maioris eſt ambit⁹ cęteris parib⁹, maior cẽ dẽt. Quia cũ honor ſit premiũ uirtutis (ſm Philo.) uirtuoſiori maior debet honor. 7

¶ Et ſicut à cẽtro omnẽ circũferẽtię partẽ linea produci põt, ita & iuſtitia ad oĩa iuſtitiæ ꝑcepto, uel exhibitiones extendi dẽt, quia hęc ꝓcepit, honeſte uiuere,

Exemplum.

uere, neminē lædere, ius ſuum vnicuique tribuere, inſtituta de iuſtitia.

¶Propter quod dicit philoſophus. 5. Ethicorū. Quod iuſtitia eſt præclariſſima uirtutum, & vna de quatuor cardinalibus, quæ primo præcipit, honeſte uiuere quo ad ſeipſum; Et hoc præceptum primo extenditur ad iuſtitiæ procuratores (id eſt,) qui ad faciendam iuſtitiam locum tenēt; Secundo ad omnes: Ad primos extēditur, ut quod alijs iuſte faciendum imponunt, ipſi opere compleant, hoc enim honeſtum uidetur, ꝙa (teſte Vrbano) turpe eſt doctori, ꝙ culpa redarguit ipsū, & (teſte euāgeliſta.) Cępit Ieſus facere, & docere.

Exemplum. ¶Exemplum ad hoc ſcribit Tullius lib. 6. de carindio tirro, qui propter ſeditionem pericula ordinationem fecerat, quòd qui contionem intrans, ferrū ſecum portaret, eodē perimeretur. Ipſe uero poſtmodū de longinquo ueniēs, & ſubito contionem intrās cum ferro, cum de hoc commemoratus eſſet, in ſeipſo tenuit, ꝙ alijs tenendum ordinauerat. *Sic diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.* (Sapien. 1.) ſic patere legem, quam ipſe tuleris. (Seneca.) Nota. L. 3. 7.

8 ¶Et non ſolum ipſi leges, & iuſtitias, quas in extraneis obſeruari uolunt, obſeruent, ſed etiam ſuos propinquiſſimos, & chariſſimos illas ſeruare faciāt: Exemplo Traiani Imperatoris, de quo ſcribitur, ꝙ tantā in ſuis iuſtitiam exercuit, ꝙ filium proprium ad ſeruiendum cuidam viduę, tradidit, quia filius ſuus indiſerete equitando, uiduę filium impotentem pro matris ſeruitio fecerat.

Exemplum.

¶Et non ſolum ſic in ſeipſis, uel ſuis familiaribus, leges ſuas obſeruare deberent, ſed quandoque propter ſuorū miniſtrorū defectum, uel propter cauſas, & quærelas diuerſis de cauſis deuolutas, ipſiq; quandoque inter alios iudicare deberēt, pauperumq; cognoſcere cauſas. Exemplum ad hoc in factis ſancti Ludouici. D. 12. 4. & in geſtis Traiani Imperatoris.

¶In quibus continetur, ꝙ ad bellū cum exercitu pergens, uiduam quandā obuiam habuit, qui cū pro iuſtitia ſua in cauſa facienda interpellauit; Cui ille promiſit, ꝙ in reditu ei iuſtitiam faceret. Cui illa, quid ſi non redieris? tunc inquid, ſucceſſor meus tibi iuſtitiā faciet. Cui illa, tu nūc mihi debitor es, & non ſucceſſor tuus, ſi ergo iuſtitiā mihi non feceris, fraudem mihi facis, & peccas, de quo factum ſucceſſoris tui te non liberabit, quia facta tua tibi ualebunt, uel nocebunt, & facta ſua ei nocebunt, uel ualebunt, & non tibi quia iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij ſuper eum erit. (Ezech. 18.) Qui ſic concluſus ei iuſtitiam fecit, propter hæc & alia iuſtitiæ opera, beatus Grego. poſtmodum pro illo oraſſe legitur ad ſalutem, qui ſe nunc propter talia iuſtitiæ opera in cęlis coronatum uidens dicere poteſt illud. (2. Thimotheū. 4.) Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Nota de iudice, cuius caput Londonijs in fundamentum eccleſiæ ſancti Pauli inuentum fuit, &c. Nota L. 3. 8. & P. 10. 2. Horum ergo exemplo ſi uere utique iuſtitiam loquimini, rectè iudicate. in Pſal. 57.

Exemplum.

9 ¶Sed, heu, nonnulli moderni iuſtitiæ aduocat, & iudices (vt dicunt) de iuſtitia loquunt, legesq; condunt, quas nec in ſeipſis, nec in proximis, nec in extraneis aliquid eis dantibus obſeruant, quorum periculū patet. (Eze. 5.) q contempſit (inqt) iudicia, ut plus eſſet impia, quàm gentes, & præcepta mea, ultra quàm terræ, qui in circuitu eius ſunt, & iuxta iudicia gentium non eſtis operati: ſicut per dicta patet exēpla. Ideo hęc dicit dominus, patres comedent filios, & filij patres: tertia pars peſte, & fame, & tertia pars gladio morietur. Nota de hac materia. T. 5 4. ꝙ uidelicet tales uindictæ propter peccata contingunt.

¶Secundo hoc iuris præceptum, honeſte, uidelicet, viuere, quo ad ſe, & ad omnes extenditur, ut uidelicet gulose, & luxurioſe uiuēdo, brutorū nō ſe-

quantur conditiones, ne fiant, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, &c. (in Pſal. 31.) Qui enim ſic viuit, iſtud iuſtitiæ præceptum tranſgreditur, quod ſic oſtenditur, ille, qui brutaliter, & ſibijpſi damnoſe uiuit, nec honeſte, nec iuſte uiuit. Non honeſte, pater, quia comparatus eſt iumentis, nec iuſte, quia ſibi damnum infert. Sed guloſe & luxurioſe uiuentes brutaliter ſibiipſis damnoſe uiuunt, quia damnificant & corpus & animam, hoc enim quantum ad gulã oſtẽſum eſt. G. 5. 3. 20. Quantum uero ad luxuriã idem oſtendetur infra loco ſuo, ergo &c. Hoc ergo iuſtitiæ præceptum implendo ſobrię, & iuſte, & pie uiuamus. (Titum 2.)

10 ¶Secundo præcipit alterum non lædere, quantum ad proximum, in quo prohibetur, ne proximus in bonis lædatur exterioribus, per rapinam, furtũ, uſuram, uel conſimili modo, nec in corpore ipſum uerberando, uel occidẽdo, uel in fama ipſi detrahendo, uel obloquendo, uel in anima ipſum ad peccatũ ducendo. Sed ſic inter omnes ſta in iuſtitia & timore. (Eccl 2.) vt dicere poſſis cum Paulo, ſecundùm iuſtitiam, quę eſt ex lege, conuerſatus ſum ſine querela. Philip. 3.

11 ¶Tertio præcipit ius ſuũ cuique tribuere, ſuperioribus, obedientiã, & reuerentiam, partibus amicitiam, inferioribus gubernationem, indigentibus eleemoſynam, & mortuis orationem.

¶Primum uero, licet omnibus ſuperioribus ſit debitum, prꝛecipue & excellenter Deo, ut ſcilicet ei exhibeatur credulitas in corde, reuerentia in ore, obediẽtia in opere, ſit domino Deo noſtro iuſtitia. (Bar. 1.) Sic ſeruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris. Luc. 1.

¶Quomodo aũt ſecundum eſt iuſtitiæ debitum, natura ipſa docet. Quid enim in natura iuſtius, quàm ꝙ mẽbrũ iuuet membrum eiuſdem corporis, ita quid iuſtius eſſe poteſt, quàm ꝙ uiuum membrum Chriſti, & eccleſiæ adiuuet conſilium dando? quo indiget mutuando, inimicũ diligendo, quia niſi abundauerit ueſtra iuſtitia, pluſquã ſcribarũ, &c. (Matth. 5.) Et iniurias remittendo, oſtendant membra ueſtra arma iuſtitiæ dño. (Ro. 6.) Quomodo aũt tertiũ iuſtitiæ debitum ſit, natura docet corporũ cęleſtium, quæ ſuo motu inferiora mouet & gubernat. Niſi ergo hoc faciat rationalis creatura (id eſt) homo, multum uituperandus eſt, quia cum iuſtitiam Dei cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerunt. Rom. 1.

¶Ad quartum uero allicit merces uiri iuſti, ſicut allicit mercatorem ſpes lucri, ſic nos ſpes, de qua in Pſal 111. Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſęculum ſęculi. Exemplum.

¶Quintum uero docetur, Hiere. 22. facite (inquit) iudicium, & iuſtitiam liberate, ui oppreſſum. Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Matt. 3.

¶Omnem iuſtitiam dico, quæ natura & nomine iuſtitia eſt. Pro quo eſt aduertendum, ꝙ magna eſt differentia inter ueram iuſtitiam, & falſam quę in uſu à multis habetur, & ſolo nomine iuſtitia nuncupatur. Artic. 3.

¶Prima uero inter has differẽtia eſt; 12
ꝙ uera Dei iuſtitia ſolum delinquentẽ æternaliter punit, dicens, ꝙ filius non portabit iniquitatem patris, nec econuerſo, ſed unuſquiſque in iniuſtitia, quam operatus eſt, morietur. (Ezec. 18.) falſa uero iuſtitia, quãdoq; ubi nullum eſt delictum, pro facto ꝙ in ſe delictum non eſt, ſed iuſtum illud non facientẽ punit. Quãdoq; vero ꝓ delicto vnius, alius punitur, qui circa hoc nihil delinquit, uerbi gratia. Iudex & prælatus eccleſiaſticus, vel dominus tẽporalis, quãdoque iuſte alium uexẽdo, uel eius homines iuſte puniendo, ipſum offendit, de quo tñ offendi nõ deberet. Sic ergo à malitia ꝓpria potius, quàm alieno facto ꝓuocatus, uel ꝓcipit (ſcilicet) dicẽs, fecit ipſe iſtud cõtra me, uel nõ vult illud facere ꝓ me, qđ peto, ꝓcipio uobis, ꝙ nullus de ſuis hominibus, uel beſtijs intret dñm noſtrũ, quin male tractẽtur, vel arreſtentur, vel ſi tale nõ habeat dominium,

minium, in quo nō poſſet talia facere, aliorū dñorum ꝓcurat domeſti. ut ipſi talia cōtra ipſum committant, ipſumq; quantū poſſunt, uexent. Poſtmodū uero pauperes,& pauperū animalia, uſq; ſorte ad mortem incarcerati, pro facto ꝙ dñs illorum iuſte & diſcrete, uel ponamus iniuſte,& indiſcrete, fecit,& qñ de emēda,& cōcordia tractatur, nullam de damno eis illato reportāt emendā, qa nihil eis iniuriam patiētibus tribuitur. Sed ſi aliqua emēda fieri debeat, totum fit dñis, qui nihil amiſerūt, & ſic patet, ꝙ quicquid delirant reges, plectuntur achiuij, quia iniurias vel à dñis, vel pro dñis ſemper ſuſtinent,& cum illis lucra non participant, quæ ideo potius uindicta, quàm iuſtitia nuncupatur, uel qa iniuſte fit, uel quia eis fit, quibus fieri non deberet. Si enim dñi mutuo expugnantes, & odium inter ſe habentes, mutuo ſeipſos excoriarent, minus curandum eſſet, ſed ꝙ ſubditi ſic affligūtur, dolendum eſt. Sed (heu) perit iuſtus,& non eſt, qui recogitet. Iſa. 57.

23 ¶Secunda differentia eſt: quia uera iuſtitia datur, & fit ſiue remunerando, ſiue puniendo pro meritis, quia teſte, Pſal. 61. reddit unicuique iuxta opera ſua, ille ſcilicet, qui dicit. Ego iuſtitias iudicabo (in Pſal. 74.) Malos ſcilicet opprimendo,& iuſtos exaltando.

¶Sed apud falſos, falſorumq; curias, omnis iuſtitia, & iniuſtitia fit pro muneribus, uel alijs cauſis illicitis. In curijs nanque illis, nullus poteſt aliquid expedire, niſi cātauerit, cuius cauſa eſt, quia uidētur in domibus, uel cordibus ſuis clauſam, & ſeratam habere iuſtitiam ad cuius aperitionem alia clauis non eſt, niſi pecunia,& niſi illa affertur, clauis iuſtitiam relinquitis in terris. (Amos 5.) Si uero iſta clauis aſſiſtit, & cantauerit potius large, quàm alte,& caute potius quàm caſte dedero, ꝙ nullo tēpore de curijs illorū excluditur, ualue aperiuntur (ſicut patet l. 9. 15.) cātaturq; ei nō bñdictus, qui uenit in nomine dñi, ſicut antiquitus ſpecialiter in curijs uirorū,& ꝓlatorū eccleſiaſticorū cantari ſolebat, ſed bñdictus, qui uenit in nomine nummi. Et quicquid fecerit, ſiue bonum ſiue malum, qualeſcunque inſuper conditiones habeat malas, reputatum eſt ei ad iuſtitiam. (Iaco. 2.) ſicut patet. M. 14. 11.

¶Contra iuſtum vero, qui non uenit in nomine nummi, dicunt corde, uel ore, uel utroq; illud (Sap. 2.) Venite, opprimamus iuſtum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris.

¶Mundi nanque potētes,& patrię du 14
ctores, qui falſos ſupportant, & iuſtum opprimunt, omnē hominem eis cōtrarium reputant, qui eis in malis ſuis non condeſcendit, uel qui eis nihil dat, uel eis ſubijci, ab eis q; duci nō vult. Et contra tales multas cogitāt cogitationes,& malitias, qūo illos opprimere poſſint.

¶Itaque ex prædictis patet, ꝙ illud ꝙ aliqua patria facit, aperte morti addictos, uendendo, precium manifeſte accipiendo, hoc falſi homines faciunt, occulte preciū dignorū mori occulte recipiendo, niſi ꝙ iſti peius faciūt, quia illi dignos mori precio aperte recepto liberant ſine periurio. Iſti uero nō ſolum mortis reos periurio liberant, ſed etiā iuſtos uēdunt,& opprimunt, & uitæ dignos morti adiudicant, & tanquā iniuſtos iudicanti dicentes, malum bonum, & bonū malū, qui iuſtitiā iuſti aufertis ab eo. (Iſa. 5.) Nota. M. 14. 16. Item nota pœnam eis debitam. P. 2. 54. & P. 4. 25.

¶Aufertis (inquit) uel aperte, & cū fortitudine, ſicut hi qui in parentū, uel diuitiarum, uel naturaliū uirtum, uel malorum hominum auxilio, pluſquā in iuſtitia confidentes quicquid eis nō placet contra eos iuſtum putāt, illudq; 15
proteruæ,& potenter uindicant, dicentes,& obijcientes contra factum illorū, reſpondentes illud. (Sapien. 2.) ſit autem fortitudo lex iuſtitiæ, uel occulte eis inſidiando, quando, videlicet, aperte eis nocere non poſſunt, nūc amicos, & alios, quos credunt eis nocere poſſe, cōtra illos prouocant, ut ꝙ per ſe ipſo, facere non poſſunt, per alios fiat,& male luctantium, quod non poſſunt facere

vno modo, uel ſaltem alio modo proſternatur: Et iuſtitia iuſti non liberabit eum, ſcilicet, de manibus eorũ Eze. 33.

16 ¶Tertia differentia eſt in hoc, ꝙ uera iuſtitia eſt recta, iuxta illud Pſal. 18. Iuſtitiæ domini rectæ uiæq; iuſtorum rectæ ſunt: Iuxta illud Sapien. 10. Iuſtũ deduxit dominus per uias rectas, & claras (ſicut patet A. 19. 1.)

¶Sed falſa iuſtitia eſt curua, & inclinata, uieq; illorum tenebræ, & lubricum (in Pſal 34.) utriuſque cauſas in exemplis uideri poſſunt, in quibus uidemus, ꝙ illa, quæ regulantur, & informantur, ad petram omnino, planam, uel ad regulam rectam applicantur, omni gibboſitate, uel cauitate amota rectitudinem tenent, quàm à regula illa acceperunt, & oſtendunt. Sed iuſtitiæ ueræ ad petram Chriſtum planiſſimã applicantur, de qua. (1. Cor. 10.) petra autem erat Chriſtus, ab ipſo originantur, & formãtur, ideo neceſſe eſt, ꝙ iuſtitiæ dñi ſint recte, non habentes gibboſitatem, quia non puniunt homines, uel remunerant ultra id, quod iuſtum eſt ex merito, uel ex gratia largitoris (ſicut patet Matth. 20.) ubi tantum ex gratia donantis, datum fuit ueniẽti ad opus ſero, ſicut uenienti mane, nec cauitatem, quia nec puniunt, uel remunerant citra dignum, nec imputant nõ imputandum, nec remittunt, non remittendum, uel declinant à dextris, uel à ſiniſtris, ſed in medio ſtant, ethimologiam ſui nominis tenentes.

Exemplum.

¶Dicitur eñ iuſtitia, quaſi iuris ſtatus, ꝙ ei tunc competit, quando non declinat ad vnã partẽ, uel aliã, ſed oĩa facit, uel ſuffert, q̃ ĩ lege p̃cipiũtur, ꝓ iuſtitia agonizans, & uſq; ad mortẽ ꝓ iuſtitia certans. (Eccl. 4.) ꝓ iuſtitia, (inqt) agonizare, ꝓ aĩa tua, & uſq; ad mortẽ certa, ꝓ iuſtitia & Deꝰ expugnabit, &c.

17 ¶Iterum ſicut uidemus, & iam oſtẽſum eſt, ꝙ illa, quæ regulãtur, naturãq; & conditionẽ illarum rerum, poſt quas formantur, tenent, & oſtendunt in rectitudine (ita à contrario ſenſu neceſſe erit concedere, ꝙ illa, quæ formantur, applicãtur, uel protrahunt poſt formas curuas, uel non rectas, ſed tortuoſas, uel circulares, non ſint recta, immo ſi eſſet aliquid in ſe rectum, tantũ pót ad vnam partem trahi, & ad curuũ trahi, & applicari, ꝙ rectitudinem ſuam amitteret: Ita falſæ mundi iuſtitiæ, quę nomine ſolo iuſtitiæ uocantur, uel in ſe curuæ ſunt, & malæ, quia potius uindictæ ſunt, quàm iuſtitiæ, uel in ſe quidem bonæ ſunt, & iuſtæ: ſicut leges, & iuſtitiæ eccleſiaſticæ, & iuſtinianæ, quę nomen ſequentes actoris, & nomine & re iuſtæ ſunt, & recte: Sed quia nonnulli ad pecunias, & ad lucra terrena colligenda totaliter applicant (ſicut patet. A. 12. 38.) Et ad denarios lucrãdos eas incuruare ſtudent, quantumcũnque in ſe iuſtæ ſunt, & rectæ, ex tã antiqua cõſuetudine ad vnam partem incuruatæ, & ad denarium colligendum, qui non habet formam rectam, ſed circularem applicatę, rectitudinem ſuam in uſu ab olim perdiderũt, Ipſis malis formatoribus, & legum, & iuſtitiarum peſſimis conflatoribus hoc agentibus, & rectam formam in curuã mutantibus, de quibus p̃dictũ uĩ Iſa. 2. Cõflabũt (inqt) gladios ſuos in uomeres, & lanceas ſuas in falces. Et Mich 4. Cõcident gladios ſuos in uomeres, & haſtas ſuas in ligones.

Exemplum.

¶Quid aliud per gladium, niſi iudicium rectum nulli parcens amico, uel inimico intelligere poſſumus, ſicut optime patet Apocal. 1. ubi iudicium per tale, ideo intelligere & exprimere uoluit, dicens, ex ore eius egrediebat gladius uerſatilis, ſcindens ſupple ex utraque parte tam amicos, quàm inimicos, tã potentes q̃ pauperes, delinquẽtes nec illud amore, nec alijs timore parcens. 18

¶Quid uero per lanceam, ſeu haſtã rectam, melius quàm iuſtitia recta accipitur, quia iuſtitiæ domini (ut prædictum eſt) rectæ ſunt.

¶Quid uero per uomeres, & ligones, quæ ſunt inſtrumenta terrenis, & infirmis uſibus applicata & ordinata, niſi terrenam intentionem, lucri ſcilicet, & commodi terreni intelligemus.

¶Quod

¶Quod uero per falces, quæ ſunt inſtrumenta curua metentium, quę manu tenentur dextera, ſed ad quid referā vt impleatur, manus ſiniſtra manipulis. Quid aliud, quàm leges, uel poteſtatē, uel ſciennā lucratiuā, uel quacunque iuſtitiæ uicē, ſtatū, uel officiū, in manu intelligere poſſumus falſorū hominū cuiuſcunq; ſint ſtatus, qa realiter, & ad literam, quādo in talibus ponuntur officijs, ſeu poteſtatibus, uel qñ eis de iuſtitia faciēda ſermo fit, uel qñ eis in aliqua cauſa ſuggeritur, lucrumq; eis ꝓmittitur, quaſi meſſor, qui manum ad meſſem, quam maturam uidet, eleuat, & falcem ad meſſem applicat manus eleuantes, & falces (id eſt) leges multas, & rationes imaginatas ad propoſitum applicare, immo uiolenter trahere nituntur, dicentes, ſperamus ꝙ bene erit ꝓpter tales, & tales cauſas, immo quandoq; qñ in talibus ponunt officijs, manū eleuant, iurantes ꝙ iuſte facient, ſed ad quid manus iſtas eleuant, & falces applicant, certe ad meſſes eis datas, uel promiſſas (id eſt) ad lucra terrena, in ſignum cuius, ſicut meſſores falces non parant, antequam meſſes uideant, uel in proximo ſperant uenturas. Ita ipſi nunquam, uel raro ſtudent, niſi ubi lucra uident, uel ſperāt terrena. Sed quando lucra magna, ſed iuſtitiam paruam uident, noctes ducunt quaſi inſomnes, libros aperiunt, folia multa uertunt, leges reuoluunt, & cum ſocijs conferunt, & totum, ut falces ſuas ad meſſes parent, quibus, quia omnia ſtudia ſua, & iuſtitiæ, & legum iuſtarum uſum potius ad lucrū malum, & ad meſſes conuertunt alienas, in quas falces immittere non deberent, quàm ad id, quod iuſtum, qđ ſanctū, qđ ſalubre eſt, congrue dicitur. (Amos 6.) Cōuertiſtis in amaritudinē iudiciū, & fructū iuſtitię in abſynthium. In quorū manibus iuſtitia eſt, ſicut in illorum, qui acceperūt munera, & peruerterunt iudiciū. (1. Reg 8.) Et iſtis proprie conuenit auctoritas prędicta Amos qui iuſtitiam (inquit) in terram reliquiſtis.

Exemplum.

¶Habita uero differentia inter iuſtitiam uerā, & falſam, iuſtitia falſa ſpreta, & uera electa, in hoc articulo oſtendere reſtat, quomodo hæc haberi, & oſtendi debeat, Pro quo eſt ſciendum, ꝙ hæc haberi debet tripliciter, intentione, locutione, & operatione. Ar. 4. 19

¶Primo in cordis intentione ad tria. Primo ad placendum Deo, qui cor uidet, & intentionem, ſicut uxor bona affectat pulchrum ornatum, ut placeat marito. Thob. 13. facite iuſtitiam corā Deo, non ut placeat adultero. Matth. 6. Attendite, ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram hominibus. Exemplum.

¶Secundo ad recte poſtmodū iudicandum, ſicut iudex, uel quicunque artifex antequā operetur, quomodo operari oportet meditatur, & ſic ſolum beatus in opere ſuo erit, ſic beatus vir, qui in ſapiētia morabitur, & in iuſtitia meditabitur, & in ſenſu cogitabit circunſpectionem Dei. Eccl 14. Exemplum.

¶Tertio ad diligendum, ſicut ſcholaris diligit lectionem per quam multa lucrari ſperat. Et quicunque artifex talem diligit artem, ſic ſanctus iuſtitiam. Pſal 44. dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, &c. Exemplum. Exemplum.

¶Sed (heu) opera iſta oſtendunt quod pauci ad hanc iuſtitiam, quam petunt, faciendam, intentionem habēt, quia ſi pauperes, famelicos, & nudos, & mendicantes de ſanguine ſuo habeant, nullum, uel paruum remedium apponere curant. Si uero aliqua iniuria alicui de ſanguine ſuo fiat, cuius occaſione uidet ſibi lucrum, uel emendā, uel prædam quamcunque, ſibi cōtingere poſſe, maxima furia, & nimijs minarum iactantijs, cōtra iniuriātes inſurgunt. Et quaſi propter parentum amorem, quē falliciter prætendunt, dicētes, ꝙ ſanguinē ſuum contempſit toto malignitatis ſpiritu debachari incipiunt, plus affectātes, ꝙ emenda eis quàm læſio fiat, quibus in clanculo fiet, & læſus nihil inde capiet, ſic acta probāt, quod plus lucri proprij intētione, quam parentū amore iuſtitiam illam deſiderauerunt, quibus totus

totus clamor, & ſtrepitus de iuſtitia facienda tantummodo eis augebit incrementa frugum iuſtitiæ. 2.Cor.9.

¶Eandem etiam intentionem oſtendunt opera ſequentia in omnibus, qui officia deſiderant, uel dignitates, uel quaſcunque iudiciarias poteſtates, uel facta, in quibus iuſtitia aliquo modo exerceri debet, ad malefactorum punitionem, qui omnes plus crumenæ repletioni, quàm culpæ intendunt correctioni. Et ideo illis, qui coram Deo (ut prædictum eſt) iuſta intentione ſe ornare deberent à Deo, qui contrarium uidet, dicitur. (Iſaiæ 64.) quaſi pannus menſtruatæ uniuerſæ iuſtitiæ veſtræ.

20 ¶In ore etiam haberi debet ad tria. Exemplum. Primo ad prædicandum in eccleſia, ſicut aduocatus fidelis, uel nuncius, ſeu mediator audax, aperte pronunciat iuſtitiam clientis, uel domini ſui. Sic annunciaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna (in Pſal.39.) Secundo ad oſtendendum in quacunque ſocietate, uel in priuata locutione, uel inquiſitione, ubi iuſtitia linguæ requirit officium, non ſolum in prædicatione, ſed in omni alia collatione, ſicut ſeminator, uel bonus paterfamilias in multis terris, & locis ſeminat, ut ſaltem in aliquo loco creſcat, unde & hoc dicit, ſi ſemen defecerit in terris humidis, & baſſis, propter aquarum abundantiam, ſaltem in altis & ſiccis aliquem fructum habebimus & econuerſo. Sic ſeminare vobis in ueritatem iuſtitiam. (Oſeæ 10.) Exemplum.

¶Quia in multis locis, ſeminati iuſtitiam ſaltem pro aliquo loco erit mercès fidelis. Prouer.11.

¶Tertio ad pugnandum uerbis, ſaltem pro iuſtitia, ut non ſolum iuſtitia prædicetur in eccleſia, nec doceatur in priuata locutione, ſed ut defendatur euidentiſſima ratione, omni offenſa poſtpoſita, quia ſicut milites pro domini ſui iuſtitia fortiter, & perſeueranter dimicantes, à domino illo promoueri merentur, ita beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Matthæi 5. Exemplum.

¶Sed (heu) linguaces ſunt omnes, qui dum iuſtitiam in terra delinquunt. i. terrena lucra uel potentum, quærunt affectiones, iuſtitia à longe ſtetit, & ueritas corruit in plateis, & æquitas non potuit ingredi. Iſa.59.

¶Tertio in opere etiam haberi debet ad tria. 21

¶Primo, quo ad Deum omnibus mandatis ſuis humiliter obediendo, quia iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo. (2.Mach.9.)

¶Secundo, quo ad ſeipſum, per pœnitentiam ſeipſum emẽdando, ſicut enim iuſte emẽdam petit ab illo, qui in eum deliquit, ita iuſte emendet ipſe, quod contra Deum deliquit, dicendo iſtud. (Pſal.118.) Fecit iudicium, ſecundum confeſſionem, & iuſtitiam (ſcilicet) in ſatisfatione, non tradas me calumniantibus me (ſcilicet) in punitione. Exemplum.

¶Tertio quo ad proximum in beniuolentia, & beneficiorum, & eleemoſynarum largitione, quia ſicut tempore belli multos conducentes fideles ſtipendiarios liberant ſe à corporis periculo; ſic tales iuſtitia ſua liberant animas ſuas. Ezech.14. Exemplum.

¶Huius autem iuſtitiæ obſeruantia, ſi corde, ore, & opere (vt prædictum eſt) teneatur, magna eſt utilitas tam in uia, quàm in patria. Art. 5.

¶In uia nanque eſt lorica, in patria gloria. In uia igitur lorica dicitur, quia ſicut lorica quoddam genus armorum eſt corporis, in quo omnes anuli concatenantur, & mutuo ſe tenentur. Ita iuſtitia quoddam genus armorum eſt animæ, in quo omnes uirtutes concatenatæ ſunt, & continentur. Quia (ſecundùm Hieronymum) ad Demetriadem, omnes virtutũ ſpecies vno iuſtitię nomine continentur, cuius auctoritatis ratio patet ſupra c.7. 22 Exemplum.

¶Et ſicut ex fractura unius anuli homini inuaſo periculũ imminet toti corpori, ſic ex defectu unius uirtutis, vel ex conſcientia nimis lata periculum

imminet

imminet animæ, (ſicut patet. A. 24.5.) Neceſſe eſt ergo, ꝙ uolentes pericula euadere omnes neceſſarias habeant virtutes, induti lorica iuſtitiæ. (Ephe.6.) Et in iſto caſu conditio interioris hominis quo ad armaturam animæ conditionem ſequitur, non ſolum exterioris hominis quo ad armaturam corporis, ſed etiam conditionem totius humanę policiæ, & ſocietatis. Quia ſicut in exterioris hominis armatura eſt mutua concatenatio, ſic etiam in hominũ vniuerſali ſocietate eſt neceſſaria mutua ſupportatio, & communio, ita uidelicet, ꝙ diues, ſapiens, fortis pauperem, inſipientem, debilem iuuant, dando, informando, defendendo, & ipſi etiam quodãmodo anuli inſerti, ipſos etiam reciproce modis ſuis iuuent, laborando, orando, & obediendo, & modis licitis ſeruiendo. Et ideo Deus mundum ſic ordinauit, ut quilibet altero indigeret, & per mutuum adiutorium mutuo ſe iuuarent, ſupportarent, & defenderent. ut per mutuam ſupportationem in exteriori policia mutuam facerent amicitiam in anima, ut uidentes, quomodo ad exteriorem hominẽ etiam policiam ſe iuuant, & armẽt homines mundi, uideant, quomodo ſe interius aſinabunt milites Chriſti, & homines militiæ Chriſtianæ, ſicut Dei miniſtros per arma iuſtitiæ virtutis Dei. (2.Cor.6.) ſic induti pro thorace iuſtitiam. (Sapien.5.) ſicut oſtenſum eſt. A.24.6.

Exemplum.

23 ¶Secundo ideo eſt in patria gloria Dei, quia gloriam illam per iuſtitiam quis meretur, in qua erit primo omnis beata uita ſine morte. (Ezech.18.) Si cuſtodierit iuſtitiam, & fecerit iudiciũ, &c. uita uiuet, & non morietur. Iuſtum enim eſt, ꝙ qui ſine morte culpæ finaliter uixit, & mortuus eſt, ſine morte pœnæ æternaliter uiuat.

¶Secundo omnis gloria, & uoluntas ſine tędio, & confuſione, uel anxio deſiderio. In hoc namque ſęculo quantuncunque homines abundent diuitijs, delicijs, in cibis, & potibus, & huiuſmodi, ſemper tamen eſt aliqua anxietas, uel de fame, vel de ſatietate. Sed regnum Dei non eſt eſca, & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu. Rom.14.

¶Tertio omnis ſatietas ſine defectu. Pſal.16. Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo, ſatiabor, cum apparuerit gloria tua.

¶Quarto ueniendi ſecuritas, & remanendi perpetuitas, Pſal.14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo, qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Primũ ergo quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, &c. Matth.6.

¶Sed (heu) huius virtutis ſemen conditionem ſequitur terræ, in qua ſeminatur. In terra nanque frigida (qualis eſt iſta. ſ. Anglia) ſemina precioſa, & cara fructuum ſumptuoſorum, & ſpeciminum carorum, raro, uel nunquam creſcunt (ſicut ad oculum patet) quantumcunque ſemen illorum ibi diligenter ſeminetur, cuius ratio eſt, quia terrã non habent aptam. Sic quantuncunque ſemen iſtius precioſiſſimi fructus iuſtitiæ in terris aliquibus, qui corda habent frigida in prædreationibus, & exhortationibus, diligentiſſimè ſeminetur, raro tamen creſcit, calore charitatis deficiente, quibus lumen non luxit iuſtitiæ. Sap.5. Artic.6. Exemplum. 24

¶Et forſitan, ſicut iſta conditio minorem ſequitur mundum (id eſt) hominem, quòd uidelicet ubi minus calor abundat charitatis, minus creſcit iuſtitiæ fructus, ita maiorem ſequitur mundum, ut ubi minor uigeat actus iuſtitię, ibi minor eſt calor Solis, & uigor planetarum. Et hoc in parte didicerunt, qui mundi, & terrarum, & diuerſarum regionum conditiones experti ſunt. In illis nanque partibus, quia armis prędictis (iuſtitiæ uidelicet) nõ armantur hoſtibus, quandoq; debilibus uincuntur. Quia vero terra illorum, charitatis calore deficiẽte, frigida & inepta eſt, ſemẽ frumenti conuertunt in ream, & fructũ iuſtitiæ in abſynthium. Amos 6.

¶Nec

Ar.7. ¶Nec mirum uideatur quòd iuſtitiæ ſemen non creſcit, quia multa habet impedimenta.

25 ¶Primum nãque,& principalius iuſtitiæ impedimentum eſt temporalium diuitiarum cupiditas. Nam ſicut(teſte Chriſto) ſemen uerbi Dei inter ſpinas creſcere nõ potuit,quia ſpinæ ſuffocauerũt illud,ita nec iuſtitia bene creſcere uel fieri uidetur,ubi regnat cupido, & munerum acceptio.

¶Quæ quidam recipiunt per ſe,quidam per ſuas uxores, amicos,& famulos, erubeſcunt manibus proprijs talia recipere, ne cupidi & iniuſti reputentur,ſed non erubeſcunt per manus talia recipere,& cupidi & iniuſti eſſe.

¶Nec per hoc ſe excuſari putent, ꝙ per ſe non recipiunt.

¶Primo,quia qui per alium facit per ſeipſum facere uidetur. Iterum, quia ſi non haberent recipiendi uoluntatẽ, poſſent eis prohibere, ne talia pro uſibus proprijs,uel pro uſibus illorum reciperent.

¶Tertio, quia plus uidentur, & contra partem, à qua accipiunt, & contra iuſtitiam delinquere per alios, quàm per ſeipſos recipiendo, contra quam plus grauãt, qui raro aliquid tali per mediatorem mittitur, quin aliquid etiam detur mediatori ut ipſe gratioſe nuncium faciat, & bonum quod poterit procuret, & loquatur, cõtra iuſtitia, in quam efficacius opprimunt per mediatorem rogati,dicentem, domine multum fecit ꝙ uobis, per cuius uocem, & procurationem iniuſtus cõſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium perhibẽte muneribus eius tali procuratore. Heb.11.

26 ¶Secundum iuſtitiæ impedimẽtum eſt timor,quandoque mundanus, quo ſcilicet quis timet dicendo ueritatem, uel faciendo iuſtitiam, bona ſua amittere,quandoque timor humanus, quo timet,in corpore lædi. Talium enim timorum euidentias habent,uel quia potentes & malitioſi ſunt, contra quos ueritatem dicere uel iuſtitiam facere deberent, uel quia magni & potentes pro eis ſcribunt, uel rogant, ut contra iuſtitiam faciant, ſicut Ieſabel ſcripſit literas ad maiores natu. (3.Reg.21.) ut iniquum facerent iudicium. Naboth occidendo, & exhæredando. Sicut ergo illa Ieſabel literas ꝓcurauit,& obtinuit,regis maiores natu pro falſo iudicio faciendo. Ita frequenter contingit, ꝙ uolentes iuſtitiam obtinere literas procurant,& obtinent,magnorum, & maiores natu(id eſt)patriæ ductores, & iudices per quos aliqui quandoque ad mortem iniuſte iudicantur, aliqui exhæredantur, alij exulant, alij incarcerantur,per literas uidelicet cancellariorum diaboli. Alij propter tales literas, & timores peccant luxuriando, adulterando,uerberando, furando,occidendo,& non corriguntur,nec citantur, cum magis ſint culpabiles, quàm pauperes. Sed propter timorem,quem de eis,& eorum complicibus, & malitijs habent, qui citare, uel iuſtas correctiones de eis facere deberent, eos libere ad infernum permittunt. Exemplum.

¶Sed omnes iſti trepidauerunt timore,ubi non fuit timor, illorumque uecordiam muller oſtendit Suſanna. (Dan.13.) quæ potius elegit in manus incidere hominum,quàm derelinquere legem Dei(id eſt)mori,quàm peccare. Et ideo ab utroque eam Deus præſeruauit. Si uero aliud elegiſſet,à neutro finaliter præſeruata fuiſſet,ita Deus eligentes potius homines offendere, quam Deum ab utroque eos frequenter præſeruat, quia ſæpe contingit, ꝙ illi,quos offendere ueritatem dicendo, uel iuſtitiam faciendo timent,eos poſtmodum,propter ueritatem,& manſuetudinem, & iuſtitiam (in Pſal.44.)plus diligunt,ipſo hoc ordinante Deo, qui non deſeruit ſperantes in ſe, qui econuerſo in hominibus confidentes, qui potius Deũ quàm homines offendere eligunt,intantum deſerit,ꝙ ſimul cum hoc, ꝙ peccando Deum offendunt,etiã hominũ offenſas incurrunt, intantum ꝙ ex una parte,uel alia quandoque pro 27 Exemplum.

falſita-

falsitatibus suis uerberantur, uel occidunt, uel graues sustinent iniurias, uel sustinere timent, quia tales semper sūt in timore, à quibus eos Deus preseruaret, si ueritatis, & iustitię legem tenerēt. In qua iustitia simplicis dirige uiam eius, & impietate sua corruet impius. (Prouerb. 11.) Iustitia (inquit) simplicis diriget uiam eius, &c. saluans eum tam in periculo spirituali, quàm corporali, quia iustitia custodit innocentis uiam. (Prouer. 13.) vbi impius utrunque incurrit, hoc enim quotidie uidetur, ꝙ videlicet ubi decem occisi audiuntur pro iniustitijs & falsitatibus, & exhæredationibus suis, sicut falsi ꝙquisitores, qui propter tales acquisitiones frequenter martyres fiunt diaboli, uix auditur unus occisus, uel uerberat⁹ ꝙ iustitia, uel facto iusto, ut martyr beat⁹ efficiat, quia uix ꝙ iusto qs moritur. (Rom 5.)

Exemplum. Quia sicut hominis fidelitas iniusta curia eū à periculis liberat, ita iustitia rectorū liberabit eos. Et sicut aues ꝑdales, dū pullis, & prædæ insidiātur, capiūtur, ita in insidijs suis capiunt iniq. Prou. 11.

¶In insidijs (inquit) suis, quibus bo-
28 nis, uel quibus inter se mali sibijpsis insidiantur, ut mutuo se decipiant, capiant, uel hic dū viuunt à seipsis, vel dū moriuntur à diabolo, uel ab utrisque.

Exemplum. ¶Quomodo uero per insidias propabula de vulpe & gallo. rias, & reciprocas quandoque capiuntur, & decipiuntur, fabulæ exemplum ostendit de vulpe, & gallo. Vulpes enim uolēs gallum decipere, & ipsum capere, quasi sic allocuta fertur fuisse, si (inquit) dum cantas oculos claudere, multo melius cantares, esses q; auis gratiosissima, ꝙ cum faceret, à vulpe captus fuit, q̄ & ideo oculos claudere docuit, vt dum ipsam appropinquantem non videret, secrete in illum insiliret. Alijs vero super vulpem clamantibus, eo ꝙ gallū portaret alienū, docuit illā gall⁹, ꝙ respōderet eis, ꝙ gallus suus esset, & ideo à clamore iniusto cessarent, ipsa vero os aperiente, & dicente, gallus meus est, gallus super domum uolauit de ore suo, qui ideo illam loqui docuit, ut fugeret, dum os aperitet, finaliter de insidijs ad litigium uentum est, in quo sibi mutuo maledicebant; Gallus enim dixit, uel dixisse potuit, si sensum, & loquelā habuisset, maledictus, qui suadet alteri oculos claudere, quando pericula imminentia uidere deberet, vulpes econuerso dicere potuit. Maledictus, qui suadet alicui loqui, quando tacere deberet. Sic mali mutuo se decipiunt, multaque loqui, & fieri suadent, & rogant, quæ ad animarum pertinēt deceptionem, dum enim falsus homo falsa suggestione, uel malitiosa defensione, ut quando se ueritate defendere non potest, ad malitias cōuertitur, uel quocunque alio velamento in his uersibus contento, Timore, odium, dilectio, census. Sæpe solent hominum rectos peruertere sensus (de quibus dictum est. 1. 9. 17.) Nititur oculos velare. i. sensum peruertere alicuius potētis, uel cuiuscunq; alterius, ne veritatē uideat, & iustitiā faciat, uel iudicet, vulpes gallum claudere facit oculos. Qñ uero quis cęcitatē habēs cordis alicui petenti suadet, ꝙ pro ipso loquatur, uel scribat, aduocato, ut pro ipso aduocet, uel iuratis uel testibus, ut falsum testificentur, ut falsum iurent, uel iudicibus ut falsum iudicent, & correctionē non faciant, ut ipse, qui peccando in vulpe capt⁹ est inferni, sine punitione, vel correctione debita, quā cordis claudendo oculos promeruit, impunitus euadat: Gallus vulpi loqui suadet, qñ & q̄ loqui nō deberet, sed qñ ambo in insidijs suis à diabolo capient, mutuo (ut prędictū est) sibijpsis reciproce maledicēt (sicut patet. A. 37. 42.) qñ scilicet iniusti disperibūt, & simul reliquiæ ipsorū impiorū interibunt (in Psal. 36.) propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. (Eccl. 10.) Et quia peccauerūt dño iustitię decori. Hic. 50.

¶Tertium iustitiæ impedimentum 29
est iniqua lachrymantium, & pauperū miseratio, & cōpassio. Sicut verbi gratia, quandoque contingit, ꝙ iurati de veritate dicenda, uel onerati de iustitia

facienda,

facienda, videnᵗ, ꝙ ſi ueritatem diceret, pauper, qui deliquit, exuleret, uel multaretur, & citius periurium eligunt, plus pecuniæ in illo, quàm animarum in ſeipſis perditioni compatientes, contra Dei præceptum. (Exo. 23.) pauperis in iudicio non miſereberis.

¶Quandoque uero ſuorum charorū victi lachrymis, periurium, & alias cōmittunt iniuſtitias, ſub falſa miſericordiæ ſpecie. Talem nanque miſericordiam Ambroſius in lib. de officijs iniuſtam uocat (ſicut patet per decretum. 23. quæſtio. 4. eſt iniuſta miſericordia.) Et adducitur in teſtimoniū decretum illud legis diuinæ (Deutero. 13.) ubi præceptum eſt de illo, qui inuitat alium ad idolatriam, quiſcunque fuerit filius, uel amicus, uel frater uel uxor, non audias eum, nec parcat ei oculus tuus, nec miſerearis, nec occultes eum, ſed ſtatim interficies, ſit primo manus tua ſuper eum. Huic etiam concordat lex ciuilis, dicens, ꝙ iudex lachrymis nō debet moueri, quorūcunque. (ff de officio p̄ſidis. l. obſeruandum, in digeſto uete. lib 1.) Non ergo miſereris omnibus, qui operātur iniquitatem. (in Pſal. 58.) Sed dilige iuſtitiam, iudicium, & æquitatem Prouer. 1.

¶Quartum uero, & generaliſſimum iuſtitiæ impedimentum eſt omnium iudicum eccleſiaſticorum in his, quæ ad domini honorem, & animarū pertinent ſalutem, negligentia, quæ eſt nouerca, iuſtitiæ (ſicut patebit infra cap. de negligentia) & ſubditorum oppreſſor, quia ſicut columna putrida uel debilis, vel de malo marmore, uel inclinata, & non recta ſub magno onere, opus ſuperpoſitum decipit, & cadere, & ſubditos opprimere facit, & quanto plus onerat, uel plures ſub ſe continet, tanto periculoſius ibi ponitur, & ſtat, & cadit. Ita in propoſito, quando ille, qui in quocunque loco, uel officio pro onere iuſtitiæ ſupportando, quaſi columna ponitur, eſt, uel negligens quaſi de malo, id eſt molli, & non rigido, nec duro marmore, uel eſt in ſe putridus peccato, uel debilis in ſcientia, & ſufficiētia, uel inclinatus ad cupiditatem, totum onus ſuperpoſitum ruit, & ſubditi, uel correctionis defectu, uel ſcandali exēplo ſub impotenti, uel ſcandaloſa cadūt columna, & ſic tam ſibijpſis, quàm alijs, quibus iniuſte præeſſe uolunt, iniuſtitia mortis eſt acquiſitio. (Sapien. 1.) quia illi, qui non cuſtodierunt iuſtitiam propter aliquod (ſcilicet) de prædictis impedimentis, recte iudicabuntur. (ſap. 6.) Ab illo, qui arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. Ioā. 17.

¶In quo examine, iuſtitiæ apparebit periculum, quæ duobus modis cōmittitur, per exceſſum, uel defectum. Per exceſſum, quando quis ſibi, uel alijs eſt nimis rigidus, habens conſcientiam nimis ſtrictam, & ſtricti iuris. Tales enim iuſtitiam in crudelitatem, & fructum iuſtitiæ, de quo in conſcientijs gaudere deberent, conuertunt in conſcientiarum amaritudinem, qui omnes talis exiſtentes conditionis cuidam aſſimilantur fatuo, qui audiens (ut fertur) dominū ſuum ſeruis, & miniſtris ſuis præcipere ꝙ in correctionibus, iudicijs, & alijs factis non declinarent ad dexteram, uel ſiniſtram, ſed directū tenerent iter, uoluit ultra domos, & rupes, & mōtes, & omnia, quæ directe ante ſe inuenit, tranſire, ne uideretur illius præcepti tranſgreſſor, non huius exemplum, ſed ſapientis doctrina tenenda eſt, quæ dicit. Noli eſſe multum iuſtus, ne obſtupeſcas (Eccl. 7.) Nota de conſimili ſtulto. L. 7. 14. Ar. 8. 31 Exemplum.

¶Iuſtitiam uero defectuoſam per diminutionem, ſeu defectum citra rectum iuſtitiæ punctum, uoco iuſtitiam illam, quæ ita larga eſt, quòd per munera, uel alias cauſas effecta, quæ ſecum manifeſtam patitur iniuſtitiam, & hæc eſt periculoſa. Primo ipſis facientibus. Secundo ipſis procurantibus. Tertio ipſorum ſubditis. Quarto ipſorum uxoribus, & liberis, ſeu hēredibus. Quinto toti communitati. 32

¶Primum patet, quia ſicut periculū iuſte imminet proditori, qui à rege & domino Exemplum.

domino ſuo ſtipendio accepto, ut cum illo ad bellum uadat in campo, quando cum aduerſarijs congredi deberet, domini partem dimittit, & ad aduerſarij partem uadit illam adiuuando, & contra dominum ſuum pugnando, domino enim illo ſuper illum poteſtate accepta tali imminet periculum proditori (ſicut patet. 3. Reg. 20.) de Achab, qui dimiſit Benadab uirum dignum morte, qui quantuncunque regale haberet dominium, ſicut illi in vualia tamen ei dictum fuit, quia dimiſiſti uirū dignum morte, erit anima tua pro anima illius. Sic illi à Deo uitam, & linguam, & ſcientiam, & bona naturæ, fortunæ, & gratiæ accipiunt, ut partem Dei defendendo pro iuſtitia uſque ad mortem pugnent, ipſo Deo eos ad hoc hortante, qui ait, pro iuſtitia agro, &c. (Eccl. 4.) Et uſque ad mortem certa pro iuſtitia, quia ſi uitam iſtam miſeram pro iuſtitia amittis, ego feliciorem tibi dabo. Si ergo ſic à Deo ſubordinati, & informati, poſtquam ad locum ueniūt, ubi de iuſtitia tractabitur, ſi prece, uel precio, uel quacunque de cauſa iuſtitiæ partem dimittentes, iuſtitiæ parti ſe dederint, quis eos proditionis culpam, & periculum incurriſſe non iudicabit, ſicut patet ſupra cap. 32.

¶Sed dicent, mallemus eſſe cum iniuſtitia tantum daret ſtipendium, quantū dat iuſtitia, uel ſi forte aliquid minus daret, dum tamen aliquid daret. Quia & ſic reſpondit quidam, cum de tali materia fieret mentio, quomodo uidelicet aliqui de profanis & falſis hominibus accipiunt, quādoque à falſa parte, quandoq; ab utraque, ut ſtatera æqualiter liberet. Mallem (inquit) ſex accipere denarios, ut eſſem cum iuſta parte, quàm duodecim, ut eſſem cum falſa, cui alius, ad minus precium ponis ueritatem, quàm Iudas, quia ipſe ad triginta, tu ad ſex eam ponis denarios. Et ſicut in facto Iudæ aſſimilatur, ita & in periculo, & pœna, quia ſicut ipſe accipiendo pecuniam laqueum ſimul accepit: quia & ad literam illa accepta, cito laqueo ſe ſuſpendit. Ita iſti accipiendo munera laqueum accipiunt, quo ligati ad furcas deducuntur, & ſuſpenduntur inferni, figura, Iudi. 3. vbi Eglon munera ſimul, & mortem accepit ab Aioth: de ipſis ergo talia recipientibus munera dici poſſet, quod dicitur de homine, quando periculoſum recipit officium, & ſtatum, uel uires, uel ſcientiam eius excedit, ſicut cōtingit de illis, qui fiunt magnorum camerarij, uel cōſiliarij regū, quibus multi inuidēt, & inſidias parāt, de quibus quādoque dicitur, hodie accipit mortem ſuam. Sic nanque de quodam nuper dicebatur, cuius dicti ueritatem poſtmodum rei pbauit euentus: ita in propoſito, tales non ſolum temporalem ſed & mortem quādoque recipiunt æternam. Et hoc iuſtum videtur, ut impij, qui in circuitu poſt pecuniā ambulant lucrandum (ſicut ſupra eo. cap 17. oſtenſum eſt) ad eorum ſalutem non reſurgant in iudicio. Non (inquit) reſurgunt impij in iudicio. Et & illi, qui iuſtitiam (ſcilicet) pro ſola mercede faciebant temporali mercede, priuentur æterna, quia nec mercedem ſperauerunt iuſtitiæ. Sap. 2.

Exemplum. Exemplū. Exemplum. Exemplū.

¶Secundo, ſi tantum periculum ſit iniuſtorum, & munera libēter recipientium, ſequi uidetur, & omnino ſine periculo non ſunt, qui talia eis dant, uel rogant, ut iuſtitiam faciant (ſicut in parte oſtenſum eſt. I. 12. 18) Talibus nanq; ſpiritualiter contingit, quod quandoq; cuidam latroni corporaliter contigiſſe dicitur, quaſi modo qui ſequitur, ipſe obligaſſe cuidam ſe dicitur diabolo ea conditione, & ſemper ipſum in ſuis neceſſitatibus iuuaret, & à periculis, & ſuſpendijs liberaret. Illo ergo poſtmodū capto, & ad tribunal iudicis rapto, diabolus ab illo inuitatus, ut pactum teneret, ſtatim adfuit, ne tanquam falſus in pactis ſuis, & ſeruorum ſuorum ſeductor reputaretur, & diffamaretur. Cum uero à latrone de nimia mora, & periculo ex mora imminente reprehenderetur blande eum confortans, bonam auri maſſam in manu ſua ut latroni videbatur,

debatur, posuit, dicens, hæc trade iudici, & dicas eis secretius, ꝙ tibi faciat secundùm ꝙ istius rei conditio requirit, & statim eris expeditus, hic ergo secretius coram iudice ductus, instanter petiuit, ꝙ pro magno reipublicæ lucro iudicem secretius alloqui posset. Cui cum iudex aurē inclinaret, illud, quod diabolus ei tradiderat, in manu iudicis clanculo ponens rogauit, ꝙ de illo cogitaret, & ipsum expediret secundùm ꝙ res illa requirebatur, iudex uero respiciens in manu sua aptam inuenit chordam pro latronis suspensione, qua uisa respondit, ꝙ petitioni suæ libenter annueret, & cum eadem chorda eum suspendi iussit.

¶Sic spiritualiter, munera dantes iudici, ne ipse iuste iudicet, sed ut eis parcat, & contra illorum negocia iniuste procedat, ubi credūt diutius iniustitias suas uiuere, & pericula euadere, furcas emunt inferni, quia cum illis, & pro illis æternaliter puniētur, ꝙa dant ꝓpter uiolenta iudicia, & ut subuerti faciāt iustitiam in prouincia. (Eccl. 5.) Sub talibus nanque donis latent pericula.

55 (sicut patet. A. 5. 9.) Est ergo datum quod non est utile. (Eccl. 20.) nec recipienti, nec danti.

Exemplum. ¶Talia ergo offerentibus conuenienter respōderi posset ab illis, quibus offeruntur, sicut respondit Petrus Simoni Mago male pecuniam offerenti, pecunia tua sit tecum in perditionem.

Exēplū Canis. ¶Et sicut respondisse legitur canis latroni, qui ei panem obtulit, ne super ipsum latraret, dum domum, pro cuius custodia nutriebatur, spoliaret. Cur me priuare cibo cogitat iste cibus, non rapiet nox una mihi bona mille dierum. Sic respondere deberet offerenti sibi munera, sciens, quoniam melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate. Prouer. 16. Secundum patet. I. 12. 12. & I. L. 9. 56.

¶Tertio periculosi sunt potestati illorum subiectis, & maxime pauperib⁹, & simplicibus, quia ex quo ipse est in se cupidus, & iniustus, & dominum etiam talem habet, oportet, ꝙ per multas iniustitias colligat, quæ dominum suum, & seipsum satient. Quia uero ipsi, ut frequenter, timidi sunt inimicorum, quos offendunt, timētes accusationes, & potentum uindictas, oportet ꝙ illa à simplicibus, quos non timent, colligant. 36

Et sic eis accidit, ꝙ in facto similes sunt cuida coruo, de quo quasi huiusmodi fabula cōtinetur, ꝙ uidelicet ad ouem debilem, & morientem uenit, nolēs illā comedere, quæ aiebat, macillenta sum, & miserabilis, nullum bonum in me reperies morsum. Vade ergo ad oues cuiusdam potentis, quas in tali reperies loco pinguissimas, & ibi famem tuam satia, qui respōdit, fortes sunt, & eas inuadere nec audeo, nec superare potero, sed quia tu resistere non potes, ideo superare te tentabo, & de iterum me satiare quæram. Sic illi, qui in officijs diuersis positi, dum cupidi sunt, & timidi, ut cito ditati uideantur, cum illas diuitias à potentibus, quos inuadere, uel contra quos iniuriari non audent, non colligant; oportet ꝙ contra oues debiles iniustitias suas exerceant, quas spoliare audent, dumque diuitias cito colligere uidentur: nihil aliud melius cogitare poterint, quàm quòd oues debiles inuaserunt, quia raro in eis simul stant illa duo. Prouer. 8. Opes, superbię & iustitia.

Coruus Fabula.

¶Quarto, talis iniustitia est periculosa uxoribus, liberis, amicis, & familiæ (sicut in parte patet. A. 12. 54.) Iniustorum nanque filij, & uxores, atque hęredes non solum æternaliter, sed etiam temporaliter male prosperati frequenter uidentur, hæreditasque, & bona sic lucrata ad extraneos sæpius transire uidentur. Nec mirum, si illi pro patribus, uel antecessoribus puniantur, quia in duobus, uel in uno illorum delinquunt. 37

¶Primo, uel quia participes sunt in crimine, uel consentiēdo, uel in factis illorum cōplacēdo, uel cooperando, sicut ille, q tenet pedē, cooperatur excoriari, uel receptādo, qđ illi male lucrantur. Exemplum.

tur. In quibus caſibus facientes,& cõſentientes pars pœna conſtringet, quia participantes in crimine eandẽ merentur,& incurrunt ſententiam(ſicut patet in decretali.li.5.tit.de ſententia excõicationis.Nuper.)Sunt etiam ad hoc leges, F.3.20.lex etiã diuina,q̃ dicit Rom.1.ꝙ digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt,ſed qui conſentiunt facientibus, nec hoc mirandũ eſt,ꝙ uidelicet participantes in crimine in legibus puniantur. Cum etiã ipſa uoluntas quandoq; ꝓ facto puniatur(ſicut patet Codice de epiſcopis & clericis lege ſi qs nõ dicã. li.1.)Quomodo ergo coram Deo ſe accuſabunt,qui uoluntatẽ habent, ꝙ alij ꝓiuriũ, vel malã acquiſitionẽ, uel quãcunque iniuſtitiã faciũt. Cũ etiã ab ipſa lege humana uoluntas, ſiue factio, ſiue intentio puniatur. Nota etiam ad hoc decretum. 17.q.4.omnes.

¶Secundo, quia tales nunquam, uel raro reſtituunt,cum tñ ad rerum & dãnorum obligẽtur reſtitutionẽ, ſicut patet per uerſus illos,qui alibi planius exponuntur.Iuſſio,conſilium,conſenſus, palpo,recurſus. Participans, mutus,nõ obſtãs nõ manifeſtans.Propter hęc eñ duo,uel propter unũ illorũ ſæpe, & tẽporaliter eis contingere uidetur, quod eis Deus promittit. (Hierem.6.) dicens. Tranſibunt domus illorum ad alteros agri, & uxores pariter, & quaſi cauſam huius uindictæ aſſignat in uerbis cito ſequentibus,dicens, A minore quippe uſq; ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent, & quaſi idem replicans. (Hiere.8.)dicit, dabo mulieres eorum exteris,& agros eorum hæredibus alienis, quia a minimo uſq; ad maximum oẽs auaritiã ſequuntur, à ꝓpheta uſq; ad ſacerdotẽ cuncti faciunt mendaciũ. Et hoc iuſte quidem per argumentum à contrario ſenſu, quia(teſte Scriptura) iuſtitia firmatur ſolium.(Prouer.16.)Et firmabitur iuſtitia thronus. (Prou.25.) Ergo ꝓ iniuſtitiã delebitur hęreditas ſolium,& thronus. Et æternaliter eis cõtingere creditur, qđ Deus eis ꝓmittit per propheta(in Pſal.36.)dicens,iniuſti

Diſtichon.

punientur,& ſemen impiorum peribit. Et iterum, iniuſti autem diſperibunt, ſimul reliquiæ impiorum interibunt. Et ſic quantũ ad punitionẽ temporalẽ regnũ a gẽte in genté trãsferunt,ꝓpter iniuſtitiam,& iniurias,& dolos.Eccl.10.

¶Quantum uero ad punitionẽ æternam;veh qui ædificat domum(ſcilicet) iniuſtitia, ſequitur, amicum ſuum opprimet,&c.Hiere.22. 38

¶Quinto iniuſtitia cuilibet maxime nocet communitati (ſicut ſatis oſtẽſum eſt.C.4.3.cum ſequẽtibus.)Cuius cauſa eſt,quia latrones,& homicidæ multiplicantur,& boni deprimuntur, & iuſtitia habitauit in ea,nunc autem homicidæ. (Iſa.1.)Ab illis qui cum Iudæis clamãt, non hunc, ſed Barrabam, qui iuſtificãt impium pro muneribus,& iuſtitiã iuſti auferunt ab eo. (Iſa.5.) Hæc cauſa eſt, quare perit iuſtus in iuſtitia ſua, & impius longo uiuit tẽpore in malitia ſua. (Eccl.7.) in omni arte de qua cõmunitas uiuere deberet, quæ ideo bene, ut deberet, uiuere non poteſt, quia illi, quibus iuſtitiam facere incumbit, munera accipiunt, & latrones, & homicidas, uel etiã in artibus ſuis,vel pondere, & menſura, & in rerum uenalium qualitate deficiẽtes, non puniunt,quos ſi punirent,ipſi præſidentes eſſent pauperes,& communitas diues,& pacifica. In ſignum cuius dici poteſt, ꝙ ſimul copulantur iuſtitia, & abundantia (in Pſal.71.)& iterum iuſtitia,& pax oſculatæ ſunt(in Pſal.83.)Sed,heu,econuerſo eſt, & ſic patet ꝙ in bonis iuſtorũ exultabit ciuitas, & in benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas. Et in ore impiorũ ſubuertetur (Prouer.11.)Et nota ꝙ nõ dicit ĩ opere impiorũ, ſed in ore, ad denotandum forte, ꝙ grauius peccant,& plus ciuitatem, & communitatẽ deſtruunt, qui ore (id eſt) periurijs,& procurationibus malos ſupportant, quàm ipſi mali,quando mala illa prius operabantur, quia ipſi ſic operando occultè, & paucis furantur. Ipſi uero ſic loquẽdo apertos, & multos malefactores faciunt. Dum ergo iniuſti tantum

ſibiipſis nocēt ſpiritualiter, & ſubditis, & communitati temporaliter, faciēdo (uidelicet) ſeipſos miſeros ſpiritualiter, & ſubditos temporaliter, ipſos depauperando, quos econuerſo iuſtitia bonorum præſidentium exaltaret, patet, ꝙ iuſtitia eleuat gentem miſeros autem faciat populos peccatum. (Prouer. 24.) Et temporaliter, & ſpiritualiter.

Ar. 9. ¶Ex prædictis euidenter elicitur, ꝙ reos mortis in iudicio ad mortem condemnare, & morti tradere, & alios etiā quoſcunq; delinquentes ſm demerita punire, dilectionem & ꝓximi charitatē

39 nō excludit, ſed includit, quia prædictis oſtenditur exemplis, & auctoritatibus, ꝙ mali & iniuſti ſunt communitati pe-

Exem- riculoſi, ſicut ergo charitati corporis

plum. naturalis non repugnat, ꝙ ſanguis corruptus minuatur, & ꝙ membrum putridum, ex cuius putrefactione periculum imminet toti corpori, abſcindatur, quantūcunque ille ſit nobilis, uel diues, uel amicus, in quo ſanguis ille, uel membrum illud inuenitur, immo quāto nobilior, uel ſanguine, uel amicitia magis conuictus eſt, tanto cibus hoc contra illum operari, eiq́ue in hoc cooperari deberent, ut corrupta & putrida portione abiecta pars reſidua ſalua fieret, ſi etiam amicum haberes

Exem- phreniticum, non repugnaret dile-

plum. ctioni, immo ſignum eſſe dilectionis, ꝙ eum ligares, ſignum uero odij eſſet, ſi nullum illum litigare permitteres, ſed uagari, & ſeipſum ſubmergere, & diuerſis periculis ſe exponere ſine res. vnde Auguſt. Si frater tuus, &c. ita in propoſito, quantuncūque quis de nobili genere, & ſanguine, uel amicitia, uel conſanguinitate propinquus, dummodo ipſe ſit de illo genere, quaſi ſanguis corruptus, uel membrum putridum, ex cuius luxurijs, & latrocinijs, & malefactis periculum imminet communitati, nō eſt contra genus illud, ꝙ ille corruptus ſanguis capitis abſciſione, uel ſuſpēſione minuatur, & membrū illud corruptū abſcindat, & phreniticus ille ligetur, & incarceretur, quod eſt contra multos, qui dicunt de genere, & ſanguine noſtro eſt, uel amici eius ſunt amicis noſtris coniuncti, & affines, placet, cum tñ ſanguis corruptus ſit, non eſt contra ſanguinē reſiduū, ꝙ expellat, immo ſicut eſt pro ſanguinis, & totius corporis ſanitate, ꝙ ſanguis corruptus extrahatur, ita ꝓ totius generis puritate, & honore, ꝙ malefactores, & latrones de illo purgentur, qa (ſicut etiā cōmuniter dī) ipſe maculat totā parētelā, eiq́; uerecūdiam facit, nec eſt cōtra amicitiā, ꝙ talis ligetur, & incarceretur, cum ſit ſpiritualiter phreniticus. Sed hoc faciēdo & cooperando amicitiam ad eū oſtendis.

¶Et mirum eſt, ꝙ in teipſo iudicas 40

eſſe ſanum, & bonum, uel infirmum, & malū, & nullo modo ꝓmittendū, quare hoc nō iudicas in genere tuo. Cū ergo

Exem- in teipſo iudices ſanū eſſe, & cū hoc ēt

plum. ꝙ ipſum male diligas permittis uulnera dure ſcrutari, etiā cum ferro ignito, ſi neceſſe ſit, & de teipſo ꝓmittis ſanguinem extrahi, & digitū infirmū pungi, & putridum amputari, ut periculū imminet corpori, & hæc ſanum eſſe dicis, & nō facere crudele, & malū reputares, quia in hoc nō digitū, ſed uenenum te odio habere oſtendis, quē niſi amputares contra totum corpus crudelitatem committeres. Sic in propoſito, parcere proprer ſanguinis nobilitatem, uel quācunque cauſam peccatori in multorum diſcrimine, crudelitas eſt (ſicut patet ꝓ Decretū, quod habetur. T. 5. 8.) vbi ponitur exemplum; quomodo ſicut uis morbida gregem, ita peccator populum inficit. Sicut ergo non ſanare

Exem- ouem morbidam malū eſt toti gregi,

plum. ita non punire peccatorem eſt damnoſum toti communitati, & ipſis etiā non corrigentibus, quia (teſte de Auguſt. in ſpeculo clericorum.) Magis innocētes, &c. Quia qua gladium uindictæ repri mit, non ſolum conſentit, ſed occaſionem tribuit delinquendi. (23. quæſt. 4. eſt iniuſta.) Auferte ergo malum ex uobis ipſis. (1. Corin. 5.) Exemplo Dei, qui nulli parcit, quia iuſtitia illius in filios. in Pſalm. 102.

¶Si

Ar.10. ¶Si autem iustitia propter causas lucratiuas, uel quascunque alias hic non fiat, Chryso. probat, q̃ mũdus peior est
41 inferno, qa in inferno iustitia fit, in mũdo uero iustitia. Nec tñ illi, qui in mundo hic iustitiam, & quãtum ad alios, & quãtũ ad se impediunt, illã ibi impedire poterunt, ne ab illo fiat, qui dicit. Cũ accepero tempus, ego iustitias iudicabo (in Psal. 74.) Si uero iustitia fiat, ut fieri deberet, magnum est facientium meritum, quia iusti in perpetuũ uiuẽt. (Sap. 5.) Si ergo pugil, vel gigas ad pugnandum in duello, uel miles in bello,
Exẽplũ. etiam ubi mortis imminet periculum, mercede temporali, & pro certa pecuniæ summa inclinari potest, quãto magis nos ꝓ mercede æterna, & ꝓ regno, quod nobis ꝓmittitur. (Matth. 5.) beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã, qm̃ ipsorum est regnũ cęlorum, quoniã (scilicet) si perseueranter hic sustineãt, & patiuntur, ipsorum est regnũ cęlorum, si ipsum continue sequãtur, q̃ iustum deduxit per uias rectas, & ostendit illi regnũ Dei. (Sap. 10.) in qua ostensione quid aliud dicere intendit, quàm q̃ si fortiter agas seruans semitas iustitiæ. (Prouer. 2.) viriliter dimicando cõtra inimicos iustitiæ, sicut domini temporales exercitum congregant, & pugnant pro hæreditate temporali, gloriã illius ostensi regni habebis, aliter non, quia (teste sacra Scriptura) si sequaris iustitiam, apprehendens illã. (Eccl. 27.) Sed si dicant, uel timeant, ne forte multa in his iustitiæ semitis patiantur aduersa, audiant contra hoc Deum, qui iustitiam suadet eos confortantem, (Isa. 64.) Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum, ad saluandum. Sed, heu, statim post sequitur, torcular calcaui solus, & de gentibus non est uir mecum, nec in iustitiæ labore, nec letitiæ erit. Et iuste quidem, ut sicut in uia spreuerunt iustitiã tuam, ita in gloria spreuisti omnes discendentes à iustitijs, in Psal. 118.

¶Labor. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Qui hac in uita in dies laborant, duplices sunt: quidam bonò, & quidam malo labori insudant.*
Septem potissimum sunt, qui rectè, & non inaniter laborant.
Et hi sunt; homines qui delictis suis dolent.
Qui illa sacerdoti detegunt;
Qui piaculis satisfaciunt.
Qui profiguis rebus operam, & studium impendunt,
Qui profigua literis mandant,
Qui cæteros edocendo concionem habent,
Artifices tandem omnes, qui rebus licitis, ac decentibus inuigilant, atque sudant, rectè, & laudabiliter laborant.

2 *Septem adhuc sunt peccatorum genera, qui perperam rei operam nauant;*
Superbi, stomachosi, seu iracundi, liuidi, immunifici seu tenaces, libidinosi, heluones, obloquutores, et iuratores, periurosi, inertes, uel accidiosi; & omnes demum flagitiosi homines, dum laborant, oleum, & operam amittunt.

3 *Tres conditiones in his, qui ritè lassantur, seu defatigantur, non laboriosè inueniuntur.*
Bonæ intentio, sedula exequutio, & extrema perseuerantia;

4 *Meritum, ac præmium hominum, in quibus bonus labor, & utile onus incubit, inclitis quibusdam exemplis latissimè patet.*

5 *Illorum operam, & laborem nunquam perire, qui proprio corpori alendo, & proli suæ nutriendæ, atque curæ rei domesticæ, familiarisue consulendæ laboriosè inuigilant non solum ex cuiusdam Hæremitæ remuneratione, qui in huius uaturalis suæ uitæ adminiculo nimium seipsum exercebat; sed etiam ex lege, & ratione clarissimè perspicitur.*

6 *Alio non iniucundo, & notatu digno exemplo expromitur, Deum de his, qui ſupra modum in alijs, tùm extraneis mendicis, tùm propriis cognatis cibandis, atque alendis elaborant, in ſecunda cœli menſa remunerando optime mereri.*

7 *Deus oppidò æquiſſimus non ſolum concionatores & operarios, quorum labor effuſus non eſt, ſed etiam eos, quorum opera omnis ob auditorum, ac ſubditorum nequitiam periit, præmijs afficere ſolet.*

8 *Tres itidem malorum factorum conditiones ſunt, quæ prædictis bonorum conditionibus aduerſæ prorſus exiſtunt.*
Inordinata intentio, lenta exequutio, & inutilis perſeuerantia.

9 *Per bellis exemplis prauorum actorum ineptia, ac ſtultitia latè ſignificatur.*

10 *Auidi ad rem, delitioſi, ſalaces elati, ac tumidi, & maleſici id genus homines, qui in externo, alienoue agro colendo intrinſecum cordis, & animæ ſibi à Deo ad coleudum traditum deſerentes, immoderate ac inſanè elaborant, in morte pluribus, diſcriminibus, & ærumnis non ab re agitabuntur.*

11 *Ab eiſdem prauis factoribus, dùm vitam agerent, Deus pœnas tùm rebus, tum corpore perſequi deberet.*

12 *Omnes iniquos operarios, qui omnem operam ſuam corporalem mundo, carni, ac Dæmoni male locant, ualde magis elaborare, plura que ferre pro illis; quàm bonos & iuſtos, qui laboris plurimum pro Deo ſentire, & ferre quotidiè vellent, non difficulter experiri, cognoſcereque poſſumus.*

13 *Si nefarij actores, ut puta leues, inanes, glorioſi, parci, auari, mundani, edaces, iactatores, ſuperbi, deſides, ſocordes, inuidi, ſtomachoſi, ſalaces, atque libidinoſi ab eorum Confeſſarijs benignè rogantur, uel forte impelluntur; ut eadem, quæ pro vana Mundi gloria, pro carnis amore, & pro Dæmonis honore cum non exiguo eorum animæ detrimento nimium laboriosè tractarunt, tum Dei honori animæque ſaluti, tùm eorum peccatorum remiſſioni colere, & exercere uelint, affluxum recuſant; & ſinguli quamplurimæ cauſſantur.*

14 *Tribus de cauſis operarius quicunque laboris plurimum ferre ſolet,*
Conductoris, ſeu domini præſentia,
Mercedis, & premij magnitudine,
Tandem multiplicis, & diuturnæ animaduerſionis timore.

15 *Quinis de cauſis hi, qui conducibilibus rebus, ſeu laboribus profiguis cùm corporeis, tùm ſpiritualibus hoc in mundo admodum non inſudant, uitam propemodum infœliciorem, ac miſerabiliorem his, qui nimium elaborant, ducere præ ſe ferunt.*

Laborantium.

Primo oſtendetur differentia. Secundo, quales conditiones requirat labor meritorius. Tertio, ſic laborantium meritorium oſtendetur, & præmium. Quarto, male operantium, ſeu laborantium oſtendentur conditiones. Quinto ſtultitia. Sexto pœna, & periculum. Septimo prædictorum duorum, oſtendetur ad inuicem comparatio, quo ad laborem maiorem, uel minorem, & quo ad fœlicitatem, & infelicitatem.

¶Quantum ad primum, laborant quidam bene, quidam male. Ar. 1.

¶Bene laborant, primo conſcientias ſuas diligenter ſcrutantes, & de peccatis ſuis dolentes. (Pſal. 6.) Laboraui in gemitu meo, &c.

¶Secundo confitentes ſic laborant, qui domum, vel locum uolunt mundare ſordidum. (Pſal. 24.) vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte uniuerſa delicta mea. 1

¶Tertio,

Digitized by Google

¶Tertio, ſatisfactionem ieiunando, orando, eleemoſynas dando. (Pſal.127.) labores manuum tuarum manducabis, ſpiritualiter ſicut laborat agricola, ut manducet corporaliter.

Exemplum. ¶Quarto in utilibus ſtudendis ad hunc laborem nos Scriptura accedere hortatur, dicens. (Eccl.6.) Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & uſque ad canos inuenies ſapientiam, quaſi qui arat, & qui ſeminat, accede ad illam, & ſuſcipe bonos fructus illius, in opere ipſius exiguum laborabis, & cito edes de genetationibus illius.

Exemplum. ¶Quinto utilia compilantes, & ſcribentes, qui more artificiũ alijs ędificãt. (Eccl.24.) videte ꝙ non mihi ſoli laboraui; ſed oĩbus exquirẽtibus diſciplinã.

Exemplum. ¶Sexto docentes, & prædicantes, qui more ſpeculatorum clamãt. (Pſal.68.) Laboraui clamans. 2 Thim. vlt. tu uero uigila, in omnibus labora, opus fac euangeliſtæ, &c.

2 ¶Septimo quicunque artifex, qui in licitis laborare nõ ceſſat. (Eccl.4.) Male laborant.

¶Primo ſuperbus, ſicut buffo qui ſeipſum inflando uſque quo crepuerit,
1 boui in magnitudines aſſimilari voluit, quid ergo prodeſt ꝙ laborant in ventum. Eccl.5.

¶Secundo iracundi, ſicut phrenitici. (Eccl.10.) Labor ſtultorum affligit eos.

¶Tertio inuidi, ſicut gigantes, qui laborabãt Ioue de domo ſua eijcere (ſicut patet. A.25.24.) Hier.9. ut agerent inique, laborauerunt.

¶Quarto auri, qui conceperunt laborem, & peperierunt iniquitatẽ. (Iſa.59.) Primo nanque anno in numulario regis, uel alijs ſcolis conſimilibus laborem cõcipiunt, quomodo ſcilicet alios uexando, laborare faciant. Secundo anno, uel cito poſt iniquitatem periũt, multis nocẽtes, & multas acquirentes. Tertio anno, uel cito poſt moriuntur, de his tribus ſimul (in Pſal.7.) Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, lacum aperuit (ſcilicet) in inferno, &c. ſub lingua eius labor & dolor, in Pſal.5.

¶Quinto luxurioſi per totã noctem laborantes. Lucæ 5.

¶Sexto guloſi, qui plus laborãt circa oris repletionẽ, & corporis impinguationem, quàm aĩç ſaluationẽ (Eccl.vlt.) Oĩs labor hominis (ſcilicet) guloſi ĩ ore eius (id eſt) circa repletionẽ oris illius.

¶Septimo detractores, & iuratores. Pſal.9. ſub lingua eius labor, & dolor.

¶Octauo accidioſi, & gñaliter omnes peccatores, qui (teſte Pſal.72.) in labore hominũ nõ ſunt, ſed dæmonum, ideo cũ hominibus nõ flagellabuntur, ſed cũ dęmonibus Et excepta pęna, & labore ęterno, de quo (in Pſal.48.) laborabit in ęternũ, ſicut egreſſus eſt nudus de utero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil afferet ſecum de labore ſuo. Eccl.5.

¶Ex ꝓdictis ergo patet, ꝙ ſunt ſeptẽ Ar.2.
genera hominum bene laborantes, & ſeptẽ male, quorum conditiones diuerſæ ſunt, ſicut & labores. Nam bene labo 3
rantiũ tres neceſſarię ſunt conditiones. Bona (uidelicet) intentio diligens executio, & finalis perſeuerantia. De prima conditione ſatis oſtenſum eſt. I.5.5. Secundam uero conditionem, & tertiam docent quotidianum experimentum, & auctoritas ſacræ Scripturæ, & ordinatio diuina.

¶Primum patet, ꝙ ſicut oportet incipientem bonam dietam ipſam diligenter exequi, & perſeuerare ad hoc, ꝙ bonum finẽ ſuæ imponat peregrinationi. Exemplum.
Sicut etiam oportet incipientẽ cum armis pugnare, arma, & uires diligenter exponere, & bene perſeuerare, ad hoc ꝙ uictoriã cõtra potentes obtineat inimicos, nec poteſt in hoc caſu equo, uel armis parcere, quin illa ictibus exponat, ut corpus ſeruetur illęſum, quantũcunque pulchra illa habeat, & chara; Ita ſpiritualiter qui à bona intentione, uel à natiuitate in qua homo ad laborem naſcitur. (Iob 5) Tanquàm à mane, bonam operationem, uel uitæ ſuæ incipit peregrinationem, & inimicorum aggreditur expugnationem, ſi vult facere bonam dietam, mane exibit homo ad opus ſuũ, & ad operationem ſuam Exemplum.

ſuam uſque ad ueſperam(ſcilicet) perſeuerantes(in Pſal.103.) Exẽplo illius, qui uſque ad occaſum ſolis laborabat. (Dan.6.) Nec poteſt in iſto labore, uel pugna ſpirituali corpori parcere,quantuncunque charum illud habeat, uel pulchrum,quin illud laboribus,& mortiſi neceſſe ſit,exponat pro uera acquirenda gloria. Sicut ergo miles equum ſuum morti exponit pro uana acquirenda gloria. Exemplum. Sicut ergo miles in caſu lucri,uel uanæ gloriæ,equo non parcit, ſed eum calcaribus urget, & perditioni exponit, & ſpecialiter quando ſub largo domino militat, à quo ſperat equũ habere meliorem: ita &c. Exemplum. Sicut ergo medium inter peregrinationis, uel pugnæ principium,& finem, eſt laboriosum,ita neceſſe eſt,ꝙ medium uitę humanæ ſit vtilibus laboribus plenum,vt medium principio conformetur, & fini,ut ſicut in anguſtijs naſcimur, & in pœnis morimur, ita in laboribus uiuamus,ut de uita,& ſtatu cuiuſcunque verificetur illud (Pſal.54.) Labor in medio eius inter introitum (uidelicet) in mundum,& exitum. Et hęc laborandi diligentia, perſeuerantia, atque neceſſitas ex Dei procedit ordinatione, qui (ſecundùm Chryſoſt.) uoluit omne malum poſſe latere ſub colore boni. Et omne bonum uoluit eſſe ſub caligine obſcuritatis, ut nec bonum ſine labore inuenias, nec malum ſine labore euites. Negligens autem nec bona inueniat, nec mala euitet, & quare ſic omnia poſuit in labore certe,ut in omni re mercedem præſtaret.

¶Cuius auctoritatis finis meritum tangit & præmium rectę laborantium. Ar.2. Et ſic tertium introducit articulum, in quo meritum primo oſtendetur utiliter laborantium ex hiſtoria accepta,de collationibus patrum lib 7.Col.2. quæ continet, ꝙ Dæmon quidam, qui propter orationem,& præceptum Ioannis Abbatis de coprore obſeſſo exire noluit,aduenięte quodã fideli, & laborioſo laico exiuit,de quo facto admirãtes uitam,& actus eius, diligenter ſcrutantes,inuenerunt,ꝙ fidelem, & diuturnũ laborem oratione, & Dei laude inciperet,& finiret,mane,& ueſpere in eccleſia gratias agens,ꝙ etiam decimas fideliter dedit, animalia ſub alieno cuſtodiuit damno, cum uxore quaſi cum ſorore uixit. Talem etiã nunc,qui cum prædictis conditionibus feſta,& omnia mandata Dei fideliter laborando cuſtodiret,quis dubitaret,quin dęmones expellere, & alia miracula facere poſſet, ſi neceſſitas adeſſet. Sed timendum eſt, ne ferè tanta ſit,ſic laborantium,quanta miracula facientium paucitas, quia propter illorum falſitatem, & mãdatorum Dei fractionem labores populorũ ad nihilũ. (Hiere.51.) Duæ aliæ hiſtoriæ ad iſtud propoſitum ex vi. patrum accipiuntur Quarum prima eſt de heremita, qui dum propter laborem,quẽ habuit in quærendo ſibi aquã,cogitaret ꝙ domum ſuam iuxta fontem collocecaret,uidit Angelum in forma humana ipſum ſequentem, & omnes paſſus eius numerantem,ut pro ſingulis mercedem à Deo reciperet, quo facto confortatus coguauit, ꝙ potius domum ab aqua plus elõgaret, quàm proximaret. Exemplum.

¶ Hæc hiſtoria oẽ dubiũ remouet,ꝙ quis habere poſſet de operibus indifferentibus quæ ſunt circa corpus propriũ alendum,& prolem nutriendam,& curam rei familiaris diſponendam, utrũ (uidelicet) in illis qs mereri poſſet, vel non. In iſtis enim forſitan quis cogitaret,ꝙ nullam in alio ſęculo mercedem reciperet, quia nec ea pro mercede in alio ſęculo uidetur facere, quia in hoc ab alijs operibus differre uidentur,quia alia opera tam charitatis ſpiritualis, quàm corporalis pro mercede fiunt alterius ſęculi, hęc uero ideo fieri uidentur,ut in hoc ſęculo uiuatur. Sed hoc remouet,non ſolum prædicta hiſtoria, quæ illum,heremitam à Deo remunerandum oſtendit pro laboribus circa naturalis huius uitæ ſuſtẽtationẽ exhibitis. Sed etiam lex. X. 1.16. Et ratio dictat,ꝙ actus deliberati,& circunſtantijs debitis ueſtiti, & indiuiduati, & ad finem

4

Exemplum.

finem aliquem intentum ordinati, sint meritorij, uel demeritorij specialiter in habente charitatem, ut uidelicet meritorij sint, qui circunstantias, & fines intendunt conuenientes, & demeritorij, qui huiusmodi habent incõuenientes, sed actus prædicti facti, ut oportet, quãdo oportet, in quibus oportet, circunstantias habent debitas, intendentes Dei implere ordinationem, qua ordinant istam ad Dei honorem, & suam salutem, ducere uitam, finem intendunt debitum, ergo sunt actus meritorij, lætetur ergo de labore suo. Eccl. 5.

6 Exemplum. ¶Secunda, in qua de fideli labore uiuentis ostẽditur. Primum est de Pafuncio Abbate, qui supplicauit Deo (ut in vi. pa. legitur) ut ei ostenderet, cui similis esset, uel cum quo mercedem speraret, ad quem uox uenies dixit, ꝙ similis in merito esset uni ciuium nomen eius exprimendo; Cuius uitam cum Abbas scrutari fecisset, inuenit, quòd nullum pauperem pro posse refutauit, nel contempsit, contra iustam personã non accepit, alieni fructus, domum eius nõ intrauerunt, litigantes pacificauit, greges sui alienos non læserunt, quibus cohibere potuit, non permisit potentiorem inferiorem deprimere, studuit insuper, ut neminem contristaret, huius animam in morte ipsius uidit prædictum Abbas in cœlum ab Angelis deportari ad ipsum, qui illum de laboribus ad requiem uocauit, dicens, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego remunerabo uos. (Matth. 10.) Et solum uos, sicut illi soli in secunda mensa inter religiosos, & etiam inter sæculares reficiuntur, qui in prima mensa alijs comedentibus laborabant, sicut etiam mater filio de labore redeunt, necessaria præparat, ipsum cum tempus adest prandendi, reficit, filio uagabundo & famulis ociosis cum sceleſtis tabernas exercẽtibus, sine præparatione, ue) refectione cum asperis uerbis ejectis. Ita Deus, qui maternũ in hoc gerit affectũ, reddet, mercedem laborum sanctorum suorum. (Sap. 10.) A quo unusquisque propriam mercedem recipiet, secundum proprium laborem. (1. Cor. 3.) Ergo ibi laboribus, & laborantibus etiam non ociosis debetur merces, & uexatis quies, quia ammodo dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. (Apo. 14.) Qua quiete habita dicere potest, qui illã adipiscitur illud. (Eccl. 51.) Modicũ laboraui, & inueni mihi multã requiẽ. Nota. M. 3. 29.

¶Per tales labores, siue spirituales sint, siue corporales ad illam requiem perueniunt tam Martha, quàm Maria, 7 quàm etiam Paulus, cui manus laborãdo ei necessaria ministrabat, de quo dicit Decretum. 1. q. 2. sacerdos in fine, ꝙ nolebat in præsenti laboris sui fructũ, sed in futuro recipere, prædictis etiam cõcordat decretum. 1. q. 2. clerici, dicẽs, ꝙ stipẽdia sanctis laboribus debita secundùm seruitij sui meritum clerici à sacerdotibus consequantur, ergo secundùm auctoritatẽ Apostoli præmissam, qua dicit, unusquisque propriam mercedem recipiet ſm proprium laborem; Et istam auctoritatẽ canonũ, & sanctorum patrum ex consilio Agathensi, qua dicitur, ſm Seruitij sui meritum, patet, ꝙ non tantum coronatur à Deo labor cum fructu, sed etiam qñque labor sine fructu, quia qñ stat in laborante, uel p̃dicãte, quin tm̃ cõsequatur fructũ, sicut alius, qa tm̃ laborat, tanquã sicut alius diligentiã, & oĩa, q̃ requirũtur, adhibet, ita ꝙ nihil obstat, nisi auditorũ, vel subditorũ malitia, tm̃ meritũ consequitur, & præmium, sicut alius, qui materiã inuenit aptiorẽ (sicut patet expresse p Decretalẽ li. 1. tit. 9. de renunciatione. c. nisi cũ pridẽ. §. quippe sub his verbis.) Quia licet nõ sequat semper laborẽ effectus, nihilominus tm̃ ipse est labor meritorius apud Deũ, iuxta, qđ legitur, Reddet Deus mercedẽ laborũ suorũ, hæc ibi. Et hortatur illa Decretalis quendã archiepiscopũ, ꝙ subditos suos doceat, ipsisque prædicet, quia nõ licet omnibus profit, tm̃ laboris fructũ nõ amittet. Malorum vero operariorũ prædictis contrariæ sunt conditiones, & quantum ad

Exemplum.

intentionem, & quantum ad executionem, uel perseuerantiam.

Artic. 4. ¶Prima, quia illorum deordinata
8 est intentio. Nam ipsi laboribus suis, quibus se exponunt, intendunt uanam gloriam & ſęculi honorem sicut superbi qui propter huiusmodi multis se exponunt laboribus, & periculis in torneamētis, & hastiludijs, & huiusmodi, uel intendunt diuitias sicut cupidi, qui terra mariq; , die noctuq; multis se exponunt laboribus, & periculis propter diuitias congregandas terrenas, uel intēdunt delectationes carnales, sicut gulosi, & luxurioſi, qui multis expensis, & laboribus se exponunt, ut suum malum faciant appetitum. In omnibus istis patet, ꝙ inimicus peussit primitias omnis laboris eorū (in Psal. 77.) Executione etiā deficiunt, & perseuerantia, quia non curant, quàm breuis sit dies, uel quàm paruum sit opus, nisi ꝙ magnā habeant mercedem, nec quàm negligentes in operibus sint alienis, & pigri, dummodo in proprijs sint diligentes, nec quàm ocioſi sint, qñ non uidentur, ita tñ ꝙ operioſi uideantur, nec quantū inobedientes sint Deo præcepta eius de festis, & alijs frangendo, & uana, & superba operando, ita tamen ꝙ hominibus placeant; Et tu ex illis es, qui fingis laborem (supple) talem esse licitum in præcepto illius, qui (scilicet) hoc facere præcepit contra Deum. Iterum nō curāt, quàm turpia, & detractoria cōtra Deum & ꝓximum, & salutē ꝓpriā loquātur, ita ꝙ dies transeat, & socij loquantur & rideant, sed quādo finaliter in inferno sepelientur, labor labiorum ipsorum operiet eos (in Psal. 139.) Et de labore temporali male transeunt ad laborem ęternum, quia amplius eorū labor & dolor in Psal. 90.

Artic. 5. ¶Horum uero stultitiā in parte exēpla ostendunt prædicta. (F. 1. 24.) In parte residua exēpla ostēdēt sequētia Quæ
Exem- cū maior esse pōt stultitia, quàm ꝙ homo totaliter apponat laborē, diligentiā,
plum. 9 & seruitiū suū ad placendum illis, qbus finaliter placere nō poterit, sed q finaliter ei inimici erūt, uel ad implendū & satiendū illud qđ satiari non pōt, vel ad colendū agrū alienū, se dānose derelicto. Sed sic faciūt ꝓdicti, tā supbi, quàm auari, atq; delitioſi, qa primi mūdo placere nituntꝰ, & mundialibus, q finaliter ei inimicabuntur, qñ scilicet in morte ipsum spoliabūt, q ipsum ad hoc sequebātur, sicut diabolus sequtur, ut aīam capiat. Qui ergo de tali fine talis laboris cōmemoraret, ei congrue dicere posset illud. (Exo. 18.) Stulto labore cōsumeris, sicut ille, q laborat, ut umbrā suā ap Exem-
plum. prehēdat, q (teste Scriptura. Eccl. 8.) quāto plus laborauerit, tanto minus inueniet, finaliter qñ inueniet, ꝙ de illo honore, circa quē tm laborabat, minus habebit, qñ incipiet cū robore nouissimū locū in inferno tenere, vbi qui hinc in labore hominū nō sunt, cū hoībus nō flagellabuntur, sed cum dæmonibus.

¶Auarus uero appetitū suū diuitijs, & delitioſus delitijs saturare cupiūt insatiabilem, & tamen labore nō cessant, nec satiantur oculi eius (Eccl. 4.) Quos uituperat scriptura. (Isa. 55.) dicens. Quare appenditis argentū non in panibus, & laborem uestrum non in saturitate? quasi diceret, quare tā stulti estis, ꝙ tantum expenditis, & laboratis circa mūdi uanitatem, & appetitū diuitiarū, & delitiarū saturādum, qui satiari non possunt? Et non expēditis, nec laboratis circa panem spiritualē, qui animā reficit, & in futuro ad æternam ducit satietatem. In qua satiabor, cum apparuerit gloria tua. Psal. 16.

¶Omnes isti, dum cum tot expensis, 10
& laboribus, agrum colunt alienū, uel extrinsecum, qui alienus fuit, & erit, & colenti utilis non erit, quādo plus illo indigebant, suo proprio, & intrinseco, & intrinsecum (scilicet) cordis seu aīæ, q eis à Deo ad colēdū tradit. (1. Cor. 3.) Dei agricultura estis, qui ꝓduceret bone cultus fructus in æternum duraturos, & omni necessitati ualituros damnosissime deserunt, de quibus. Prou. 24. Per argrum hominis pigri, & per uineam uiri stulti transiui. Et ecce totum

repleue-

repleuerunt urticæ, Talis dicere potest admiratiue, quærendo illud. (Eccl. 4.) Cui laboro tñ (scilicet) in exterioribꝰ; & fraudo aïam meã bonis (interioribꝰ.

¶Talis in fine cum rerum ueritatẽ, & exitum inuenerit, dicet illud. (Ecclesia. 2.) Detestatus sum omnem industriam meam. Et quæ sub Sole studiosissimè laboraui: Notate uerba illa (detestabitur) quæ sub Sole laborauit, quorum nec, opera ipsa, nec finis intõtus supra Solem sunt, quia inueniet se esse, de illis, qui dicunt. (Lucæ 5.) per totã noctẽ laborantes nihil cepimus.

Artic. 6. ¶Et non solum talibus periculis, & uindictis feriuntur in morte, sed etiam aliis puniuntur uel puniendi essent in uita ista, tam in rebus quàm ĩ corpore.

11 ¶In rebus enim puniendi essent, ut restituerent, quæ male lucrantur: sicut quando non fideliter pro mercede laborãt accepta, uel utĩ eleemosynas darẽt, q̃ per uanitatẽ, & ludũ lucrãtur inhibitum, & laborẽ, sicut interneamẽtis.

¶In corpore uero puniendi essent, ut non comederent, qui utiliter nõ laborent, quia non ualent panem, quem comedunt, quem si comedant, in illis amittitur. Vnde illi, qui non laboribus speculatiuis, uel practicis laborant, & de laboribus suis occisos, uel non utiliter laborantes, pascunt sicut apes bridones nutriũt inutiles, dicere possunt, sicut respondisse fertur quidem quærẽti, quid tantum laborabant? quia omni die eũ quinque panes lucrari oportebat, quorum unum comedebat, aliũ dabat, tertium reddebat, quartum mutuabat, quintum proijciebat, seu amittebat, & quærenti quid hoc esset dictũ respondit, unam ad literam comedo, alium pauperibus do, tertium parentibus meis debilibus, & senibus, reddo, quartum filijs meis mutuo, quintum uxori meæ tediosæ, & non laborant, proijcio, & illum perdo: Ita panis perditur, quẽ tales mãducãt, si qs ergo nõ uult operari, nõ mãducet. (2. Thess. 3.)

Exemplum.

¶In rebus simul, & aïa, & corpore uniũtur, quia, ut frequenter, operarij, & artifices semel saltem in septimana (id est) in die festo inebriantur, in quo facto, & res diminuuntur. Ex quo sequitur, q̃ oĩs operarius ebriosus nõ locupletabit. (Eccle. 19.) & anima peccat, & dãnificatur, & corpus affligitur, in quo ostenditur, quomodo labor stultorum affliget eos. Ecclesiastici 10.

¶Quantum ergo ad periculum spirituale, non est dubium, quin mali operarij in maiori sint periculo, quàm boni, quantum etiam ad laborem corporalem male laborantes pro mũdo, carne, uel diabolo, sicut illi, qui ad diaboli suggestionem, & ira, uel inuidia furta committunt, uel homicidia plus laborant, pluraq̃ sustinent pro mundo, carne, uel diabolo, quibus seruiunt, pluresq̃; in illo seruitio martyres fiunt (sicut patet. F. 1. 24.) quã ipsi q̃ laborãt, uel laborare, uel sustinere, uellent, quã etiam multi boni pro Deo laborẽt, uel sustineant (sicut partim ostensum est. A. 27. 38. & C. 1. 14. & T. 5. 68.) partim uero hoc quotidiana docet experienti, in qua uix uidetur, qui tñ labores pro æternis diuitijs, delicijs, & honoribus, uel etiam tãta sustineat pro lucro animæ, & uerę glorię, quanta sustinet pro lucro pecunię, & glorię transitoriæ. Et, ut hoc exemplo manifestius appareat, uide omnes operarios iniquitatis. Artic. 7. 12

¶ Vbi sustinent milites Christi, tot ictus, & pericula, in Christi militia pro uera gloria? uel qui tot ardua p̃ animę salute aggrediuntur, sicut sustinent, & aggrediuntur pro uana gloria in mundi militia, in torneamentis, & hastiludijs pro animæ perditione?

¶Vbi iterum inueniuntur, qui cautũ cogitant, laborant, uel sollicitantur circa diuitias æternas sicut altari circa diuitias temporales.

¶Vbi apparẽt, qui tñ laborant circa uictum, & uestitũ ęternũ, sicut operarij laborãt p̃ uictu & uestitu corporali.

¶Vbi sunt qui tantum laborãt, & cõcupiscunt cibos aïæ in æternũ duraturos, q̃ aïã sine fine nutriũt, & lętificãt, sicut gulosi, cupiũt esculẽta, & poculẽta dele-

delectabilia, quorũ delectatio eſt momentanea, quia ſolum durat, dum per os, & guttur tranſit, & frequenter ſtatim poſt, & diu poſt corpus, & ſtomachum torquet.

¶ Vbi iterum inueniuntur, qui ita pectus nudarẽt, & pedes in ſtrictiſſimis caleis arctarent, & corpus, ita diligenter ornarent pro amore Dei, ſicut faciunt ſuperbi, ut ſuas & aliorum perdãt animas?

¶ Vel ubi ſunt, qui tandiu ſeipſos in locis obſcuris pro amore Dei incarcerarent, ſicut faciunt ocioſi in lectis ſuis omni die pro, carne ſua male nutrienda? uel ubi ſuſtineret quis tot pœnas, & anxietates, & pericula pro amore Dei, & animæ ſalutæ, ſicut faciunt inuidi, & iracundi, propter malam ſuam uoluntatem, & ut ſeipſos uindicent?

¶ Poſtremo, ubi uiſi ſunt, qui tot expenderunt, uel ſuſtinuerunt, uel cogitarunt de amore Dei, ſicut faciunt luxurioſi de amore carnali? (No. M. 11.106.) Immo ſi illa, quæ ꝑdicti operarij iniquitatis prædictis ſuſtinent de cauſis in confeſſione à Papa, uel quocũque confeſſore in remiſſionem eis iniungerẽtur peccatorum, omnes ſimul ſe excuſarent. 13

¶ Primi minimum ictum; quem ſuſtinent pro uanitatibus, non ſuſtinerẽt pro Deo & in peccatorum remiſſionẽ, immo nec tot ictus ſuſtinerent pro anima cum uirga, quot ibi ſuſtinent cum gladijs, & fuſtibus, ſed potius confeſſorem eos ſic uerberantem, repercuterẽt.

¶ Nec auarorum quis ſuſciperet pœnitentiam, uel etiam agricolarum, quia ubi ipſi frequẽter loca frequentãt trãſmarina, & multum diſtantia pro lucro terreno, ubi etiam agricolæ in pane, & aqua cum exili pulmento duriſſimam ducunt uitam, uix inuenitur, qui cum primis Papam, uel epiſcopum pœnitẽtiarium ad locum diſtantem, uel etiam proquinquũ quærere uelit, ut de peccatis ſuis ab illo abſoluatur, de quibus circa abſolui non poteſt: immo ſi caput intraret, & uoluntariæ tãtum peregrinaretur, uel plus non uideretur ei graue, quod iniunctum uidetur grauiſſimum, uel qui cum ſecundis in abſtinẽtia, uel labore pauciſſimos agere uelit dies pro lucro ęterno.

¶ Nec guloſorum ſequuntur appetitum in cibo animæ, quia ubi ipſi ad lõginquas uadunt partes, ad uillas, uidelicet, uel ciuitates, quandoque ad pluta miliaria diſtantia, ut inebrientur, nix inuenitur qui tot miliaria uadãt, ut uerbum Dei audiant.

¶ A ſuperborum etiam pœnitentia ſe excuſarent, dicentes, quòd pro frigore non poſſent ſic pectus nudare, uel præ tenerítudine pedes arctare, uel præ ſollicitatione tam diligenter ſe ornare, uel cum pigris in lectis tã diu laſciuire.

¶ Ab iracundorum, & inuidiorum; & laſciuorum uigilijs, quas primi & ſecundi habent propter cordium ſuorum amaritudines, & tertij circa uoluptates ſuas implendas, ſi eis iniungerentur, ut tantum in orationibus uigilarent, ſe ꝑ capitis excuſarent debilitatem, intantũ quòd ubi circa furta, homicidia, & uoluptates ſuas noties ducunt inſomnes ſine murmuræ, & quiete, & quaſi grauamen uix inuenitur, qui circa orationes per parum noctis ſpacium uigilare uelit, qui ad nocturnas matutinas ſine murmure cum tanta agilitate, prõptitudine, & lætitia ſurgant, & Deo ſeruiant, ſicut ipſi ſeruiunt diabolo.

¶ Et hanc quidem miſeriam lamentatur quidam ſanctus pater in uitaſpatrum, qui uidens quandam mulierem cum magno niſu tripudiantem, ut hominibus placeret, fleuiſſe legitur, dicẽs, heu, nunquàm tantum niſus ſum placere Deo. Exemplum.

¶ Eandẽ lamentationis cauſam multi in ſeipſis inuenire poſſent, qui nõ ita feruẽter nituntur bonis operibus, Deo placere, quantum prædicti malis operibus, & laboribus nituntur mũdo, uel hominis terrenis, & ſpecialiter, quia in hoc multum faciunt contra rationem. 14

¶ Ratio namque dictat, quòd operarius fortiter laboret propter tria: propter

pter conductoris præſentiam, & mercedis magnitudinem, & pœnarũ multiplicitatẽ, & diuturnitatem, ſi deficiat, quæ omnia cõcurrunt in operibus Dei labora ergo, ſic ut bonus Chriſti miles. 2. Thimo. 2.

¶Ad quẽ qdẽ laborẽ, & militiã excita teipſum p cogitationẽ, & cõparationẽ prædictorum malorum operariorum, cum Auguſtino dicente, O ſi poſſemus homines excitare, & cum eis excitari, ut tales eſſemus amatores uitæ permanentis, quales ſunt ipſi uitę fugientis. Cui dictum eſt, nauiga ne moriaris, & diſtulit, uel cui vnquam dictum eſt, labora, ne moriaris, & piger fuit: Sed leuia iubet Deus, ne in ęternum moriamur, ſed ut in ęternum uiuamus, & negligimus. Ideo tales laborabũt in ęternum (in Pſal. 48.)

35 ¶Et ponatur, quòd non ſit timor pœnę ęternę prędictis malis operarijs, uel ſpes mercedis ęternę bonis, adhuc quo ad uitam iſtam non occupati in utilibus laboribus ſpiritualibus, uel corporalibus infœliciorem, & miſerabilioré ducunt uitam in multis, quàm occupati.

¶Primo, quia illi uilioribus, & crudelioribus ſeruiunt dominis, & in uilioribus ſeruitijs (ſicut oſtenſum eſt. G. 2. 37.)

¶Secũdo: quia (ſicut prędictum eſt,) plus laborãt, cui dicta rõ cõſonat, qvulr, ꝙ illi plus laborent, in itinere, q accutã, uel circulare ſequunt lineã, uel uiã, quàm qui rectam ſequuntur. Sed impij in circuitu ambulãt ab extremis, quia, ſcilicet, poſt cupiditates, & uanitates ſuas exeũt, & ad peccata diuerſa incuruantur. Ideo non eſt mirum, ſi contritio, & infœlicitas ſit in uijs eorum, & labor, & afflictio ſpiritus. (Eccleſi. 1.)

Exemplum

¶Tertio, quia non occupati ad plura, à diabolo, & carne, & mũdo ducũtur, ad peccata, & infortunia, & ſic habent animam infœliciorem.

¶Quarto, quia etiam quantũ ad corpus, ut frequenter, minus ſunt ſani, quam quaſi in continuis ſint delitijs, & conuiuationibus, ſine delectatione, & in digeſtis comedunt, ſic etiam quãtum ad corpus miſerabilioris ſunt conditionis.

¶Quinto, quia ut frequenter, de alienis viuunt, ubi laborioſi; & ſimplices viuũt de ſuo, ſic ſunt infœliciores, quãtum ad exteriorem ſubſtantiam, quia etiam finis illorum eſt pœna, & labor ęternus: Et ſic patet, quòd in omnibus uijs ſuis ſunt in miſerijs, & ĩ laboribus plurimis. (2. Cor. 11.)

¶Laus. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Deus à tribus hominum generibus laudari ſolet, à ſecularibus, à clericis, & à religioſis; corde, ore, & opere: & ab his propter tria opera ſcilicet, creationis, redemptionis, & gubernationis probatur, & laudatur.*

Inſuper tria ſacrificiorum genera olim in veteri teſtamento fuiſſe nemo eſt, qui ignoret.

Primũ pacificorũ hoſtia ſecundũ pro delictis oblatio, & tertiũ immolatio fuit: quod quidem ternum ſacrificiorũ genus ter nos hominũ ſtatus ſeculariũ clericorum ac religioſorum Deum laudantium: qui in Dei eccleſia comperiũtur non inepte indicare, videtur.

3 *Omnes hi, tũm clerici, ac religioſi, tũm ſeculares, varijs deteſtabilium ſcelerum & cogitationum generibus corda manus, & opera conſpurcantes, & contaminantes à primo, & ſecundo diuinarum laudum generibus non laudabiliter deſciſcunt.*

3 *Tribus è cauſis iuſtus ſanctusq́; à ſanctis, & iuſtis, cum primum occũbuerit; laudibus, & encomijs digniſſeferri ſolet, & debet.*

4 *Iniuſtus, & improbus peccator ab improbis, & iniuſtis hominibus laudibus extolli ſolet; verum enimuero perperã*

&

Digitized by Google

& iniuria, ob tria ingētia damna, quæ ipſiſmet laudatis ab immeritis & prafanis laudibus facilè proficiſci cognoſcimus.

LAudatur Deus, iuſtus, & peccator. Laudatur primo Deus tripliciter propter tria, & à tribus generibus hominum.

¶Laudatur enim à iuſto corde, ore, & opere: Propter opera creationis, redemptionis, gubernationis, à ſeculari-
Exemplum. bus, à clericis, & à religioſis, propter hoc enim laudate nomen domini ſicut laudat ſapiēs artifex medicus, & largus.

Artic. 1. ¶ Hæc enim triplex laus à tribus p̄dictis generibus hominum ſignificata uidetur in leuitico, ubi tria eliciuntur fuiſſe ſacrificiorum genera, hoſtia, ſcilicet, pacificorum, oblatio pro peccato, & holocauſtum.

¶Prima (ſicut patet per magiſtrum in hiſtorijs) diuidebatur in tres partes, vnam accipiebat offerens, aliam ſacerdos, tertia in laudem Dei cremebatur.

1 ¶Secunda diuidebatur in duas partes, quarum vna erat ſacerdotis, alia cōburebatur in honore domini.

¶ Tertio totaliter in laudē Dei immolabatur, quia holocauſtum eorum incendium dicitur, quia totum in laudem Dei incendebatur.

¶Et ſignificat tres p̄dictos ſtatus in eccleſia Dei, qui tripliciter, & ſub triplici differentia Deum laudat; non in bobus ouibus, & auibus (ſicut illi in veteri teſtamento) ſed in corde, ore, & opere: In his enim tribus immola Deo ſacrificium laudis (in Pſal. 49.) Quia ipſe dicit, ſacrificium laudis honorificabit me (in Pſal. 49.)

¶Primum enim ſacrificiū ſignificat ſtatum bonorum laicorum, & operariorum fideliter de labore ſuo uiuentium; qui licet Deum laudent, tamen quia ſunt ad multa diuiſi, & circa multa ſollicitu, landi Dei minus intendere poſſunt.

¶ Secundum ſtatum ſignificat bonorum clericorum, qui magis à ſeculi occupationibus remoti, & magis diuinæ laudi intenti ſunt, quorum quilibet dicere poteſt, ſepties in die laudem dixi tibi: in Pſal. 118.

¶ Tertium ſtatum ſignificat perfectorum religioſorum, qui totaliter & perſeueranter uſque ad mortem in diuina laudē occupantur totaliter, quia quilibet illorū de omni corde ſuo laudant dominum, & dilexit Deū, qui fecit illud. (Eccle. 47.) perſeueranter, quia laudabit uſque, ad mortem anima mea dominum. (Eccleſi. 51.) Not. V. 11. 5. 2 & rationabiliter, quia dicit Decretum, quòd laus eſt Deo pro ſuis beneficijs impendenda. (16. q. 1. Reuertimini: circa fi.). Ex quo ergo totaliter quicquid habemus, Dei eſt beneficium, & quotidie eius ſemper recipimus beneficia. Iuſtum eſt, quòd totaliter, & continuè ei laus reddatur, dicendo, ſemper laus eius in ore meo (in Pſal. 33.)

¶A prima conditione deficiunt cor habentes inquinatum turpibus cogitationibus, uel ira, & inuidia excæcatū, uel qui manus habēt ſanguine plenas, uel os pollutum, quia ſicut non decet Exem-
os porci pulchrum pomū, uel precio- plum.
ſum iocale, nec etiam eſt dulcis cantus in ore aſini; ita nō eſt, ſpecioſa laus in ore peccatorum. (Eccleſi. 15.) Itē non mortui laudabūt te dñe (in Pſal. 113.). Tales reprehendit ſanctus ſpiritus dicens, quare tu enarras iuſtitias meas: in Pſalm. 49.

¶A ſecunda deficiunt, qui primo anno, quo ordinātur, uel religionem intrāt, uel in quadrageſima ſunt, Angeli, ſecundo homines, tertio dęmones, qui more Iudæorum, primo Deum laudabant, de quibus dicitur. (Lucæ 19.) Ceperunt omnes turbæ deſcendentiū laudare dominum uoce magna, quam cito poſtea crucifixerunt: In talibus uerificatur illud. (Iob 20.) Laus impij breuis, ſicut patet. P. 7. 45.

¶Secundo laudatur iuſtus & ſanctus Artic. 2.
à iuſtis, & hoc ſpecialiter poſt mortem,

ſicut

Exemplum. sicut dux post uictoriam. Sed quia ante mortem deficerere potest, sicut semẽ
3 in terra, & arbor in flore, & puer antequàm senescat, ante mortem non laudes hominem. (Eccles. 11.) Sed post
Exemplum. mortem laudemus uiros glorioſos. Eccleſiaſtici. 14.

¶Primo quia seminauerunt semina doctrinarum, & scripturarum, & bo-
Exemplum. norum exemplorum, sicut laudamus large seminãtes, uel dantes corporalia.

Exemplum. ¶Secundo, quia carnem, mundum, & diabolum uicerunt, sicut laudamus potentes uictores, & triumphatores.

¶Tertio, quia Deo in gloria, & amicitia magna coniuncti pro nobis orãt,
Exemplum. sicut laudamus, qui in curijs magnorũ, principum magnum locum nobis tenent, propter hoc enim memoria iuſti cum laudibus. (Prouerb. 10.) Et laus eius in eccleſia ſanctorũ (in Pſal. 149.) Et ſignanter dicit in eccleſia (id eſt) cõgregatione ſanctorum, & non malorũ, ſeu profanorum, quia profani iuſtum dum uiuit, non libenter laudãt, ſed potius eis laudant ſimiles. Laudant magis mortuos, quàm uiuentes. (Eccl. 4.) Poſt mortem uero, & ſi laudent, laus illorum ſancto non placet.

¶Primum ex uerbis patet Senecæ in quadam epiſtola, ſectator (inquit) epiſtolarum non de bene uiuente, ſed de bene paſcente laudabilem profert ſententiam, nec hoc bene uiuenti diſpliceat, ſed potius illorũ laudes ei diſpliceant. Vnde Seneca ibidem. Sit tibi tam triſte laudari à turpibus, quàm ſi laudaris ob turpia. Lætior ergo eſto, quotiens diſplices malis, & malorum de te eſtimationes malas, ueram tibi laudationem aſcribe.

¶Secundum patet. C. 6. 3. Non mortui laudabunt te (in Pſal. 113.)

Artic. 3. ¶Tertio laudatur peccator in deſiderijs animę ſuæ (in Pſal. 9.) Et hoc male, propter tria damna, quæ ex tali contingunt laudatione.

4 ¶Primo namque ex hoc damnum contingit ipſis laudatis tripliciter, uel aliquo trium modorum, ſecundùm q̃ de tribus, uel de aliquibus trium laudantur.

¶Quia aut laudantur de bonis, quæ forte inter alia mala pauca, fecerunt, & tunc decipiuntur, ſicut coruus à vulpe. (G. 2. 15.) uel laudatur de indifferentibus, quæ bona intentione, & mala fieri poſſunt, ſicut patet de domorum ędificijs, & operibus magnificis, & tunc ad inanem gloriam inardeſcunt ad talia facienda propter hominum laudes, etiã vijs malis, etiam ubi bonę, non ſufficiunt, anhelant. Vnde Chryſoſto. ſuper Matth. in hoc quaſi mentem illorum, & uerba recitans, ait, dicebant, ſi bene fecerimus cum pauperibus, uel mediocribus, quis illud uidet, & ſi uiderint, non multi uident, & ſi multi uident, pro tempore. Melius eſt ergo ędificia facere, quæ aſpiciãt omnes, non in hoc tempore ſolum, ſed impoſterum. O inſipiens (inquit) qui tibi prodeſt iſta mora: ſi ubi es, torqueris, & ubi non es, laudaris, aut laudantur, uel eis ſaltem arridetur in turpibus uerbis, & iuramentis, & malis operibus, & tunc prõptiores, & ardaciores fiũt ad ſimilia ꝑpetranda, quia ex quo uident, ꝙ alij de eorum rident nequicijs, ꝙ quia apud illos maiorem inueniunt gratiam fiũt quaſi Mimi ad omnia talia nefaria parati, ſtudentque, quomodo plures nequicias loqui, & facere poterunt, & ſic talis fit, oſtenditur, & probatur homo ore laudantis. Prouerb. 27.

Exemplum.

¶Secundo nocent alijs, qui audaciores fiunt ad faciendum mala, ad iurandum, & deridendum, uidentes, & audientes, quòd laudabuntur omnes, qui iurant in eo (in Pſal. 62.)

¶Tertio nocent ſibijpſis, quia dum malos laudant, occaſio ſunt malorum quę faciunt, & legem Dei derelinquũt, & ſeipſos malos eſſe oſtendunt, de illis, uidelicet, de quibus prouerb. 28. Qui derelinquunt legem, laudant impium, ipſi (ſcilicet) impij laudant impium, qui ſi bene illorum laudes conſideraret, non plus ex illis honoratur, quàm ille uſurarius (de quo hiſtoriæ quędã continent)

continent) quòd cum in quadam patria mortuus esset, in qua defuncti secundùm patriæ consuetudinem extra domum ad sepeliendum deferri non debuerunt, antequam eorum laudes recitarent, & more quarumdam nationũ, quæ iuper mortuos cantilenas faciunt lamentabiles, in quibus defuncti opera recitantur, & laudes cantarentur: Cum ergo de illo pessimo usurario nullum bonum dicere scirent, qui adfuerũt, & sic sepultura eius pro tanto impediretur adfuit vnus, qui barbam eius radere solebat dicens, quòd nunquàm inuenit barbam ad radẽdum faciliorem, & tali laude contentus, sed non multũ honoratus sepultus est, & talis in perditione impiorum sine honore erit laudatio. (Prouerb. 11.) Nota de hac materia. R.N. 5. articulo 9.

Exemplum.

¶Lex. Cap. III.

SVMMARIVM:

1 *Lex quaterna est; naturæ, Mosis, Christi, & mũdi, seu Gratiani: quæ quidem cuicunque homini eadem riste vtenti prodesse: ille autem autem lege quacunque nequaquam abutitur, qui expressa legis verba, & nõ sensum duntaxat accipere cogitat.*

Ad hæc Mosis legem scriptam à Christi lege gratiæ admodum differre duobus nobilioribus exemplis latissime cõstat.

2 *Pluribus exemplis causam agnoscimus, quare lex tùm naturæ, tùm Mosis, Christi seu gratiæ legem ante cesserit.*

3 *Deus tantum sibi illos, qui paciferam eius legem mente, animoquè nõ parum diligunt pacatos esse censebit, ac iudicabit.*

Legum postea mutationem Dei legislatoris mutationem, & lenitatem haud quaquam significare, clarissimè enucleatur.

4 *Pulcherrimo scriptæ paginæ, ac testamẽti exẽplo addiscimus nos gratiæ legẽ cõparasse, & obtinuisse: & eius excellentiam, efficaciamquò experimur.*

5 *Hi, qui conditiones in schedula atque in testamento scriptas, & positas tenent, & obseruant, ac testatori interim gratos, memoresquè seipsos præstare conantur, scheda, ac testamẽto cælestẽ hæreditatem adipisci non laboriosè possunt.*

6 *Quaternis rebus ista gratiæ lex obseruari à Christigens debet; primum corde cum perenni illius meditatione, ac dilectione; exinde voluntate; tertio ore; & demum omni opera.*

7 *Et bona opera vnusquisque legem exple re debet, tùm vt ipsam impensè colas, & adamissim custodiat.*

8 *Tùm etiam agere debet, vt eadem ab alijs omni cura, ac diligẽtia quo ad fieri potest, seruetur.*

9 *In iniquos iudices ac legiferos, qui leges, & statuta, ac plebiscita dissipantes, & violantes Traiani Imperatoris exemplo reluctantur, vehementer inuehit.*

10 *Eosdem legislatores prauos Licurgi exẽplum prorsus omittentes, & ejcientes non parum criminantur.*

11 *In dominos, & potentes illos qui Seleuci Alexandriæ Regis de adulterorũ mulcta ac pœna exemplum contemnũt, turpia quædam verba confert, atque inuehitur.*

12 *Triplices ob causas iustæ & rectæ leges violari, & dissipari solent: quarum prima obseruatorum parcitas, inertia, atque auiditas est: secunda improborũ hominum studium, & tertia falsorum versutia, ac nequitia esse censetur.*

13 *Omnium bonarum legum violatores, ac dissipatores falsi & praui iurisperiti, causarumque patroni esse videntur.*

14 *Itidem prauis legislatores legulei ac iudices bifariam stipendiarijs, seu tributarijs sane assimilantur.*

15 *Exemplo notabili Iudæi cuiusdam Christianum fallentis, & inuolãtis, qui ipsi non parum credebat, clarè ostenditur; peruersos ac fallaces causidicos, & iudices, qui clientes omnes in eis confidentes decipiunt; & penè exuunt, ei meritò comparari.*

16 *Falsæ iudicum, & causidicorum, atque iuris-*

iurisperitorum excusationes, qui seipsos in curia temporali, cõfessarijs in curia spirituali, similes esse iniuria, & ab re affirmãt, nullo labore reprobantur, ac refelluntur.

17 *Prouidi, ac diligentis causæ disceptatoris non dissimiles clientum patroni esse debent, dum certitudinem, ac veritatem ex eorum dictis scisciari atque inuenire planè percupiunt.*

18 *Iidem verbosi Rabulæ seu aduocati, qui iudicem sententiam ferentem, vt seipsos à clietum suorum detrimento facilius tueri si valeãt penitus causantur, eruditissimè proculcantur, ac profligantur.*

Fgum. Primo ostendetur differẽtia. Secundo nouæ legis efficatia. Tertio obseruantia. Quarto infectio. Quinto infectionis causa.

Artic. 1. ¶Quantum ad primum, adaperiat dominus cor uestrum in lege sua. (2. Maca. 1.) Pro quo est aduertendum, quòd licet de omni lege tam naturæ, quàm Moysi, quàm Christi, quam etiã gratiani, seu mundi, posset intelligi illud. (Roma. 7.) Lex quidem sancta est, & mandatum sanctum: Et iterum ibidem, lex quidem spiritualis est. Et iterum. (1. Thimo. 1.) Lex quidem bona est, si quis ea legitimè utatur.

¶Nõ tamen sancta est ei, qui ea non bene utitur. Ea autem bene non utitur, qui uerba accipit cuiuscunque legis, nõ sensum: Sicut Iudæi legis Moysi, & hæretici legis Christi. Et nonnulli legistæ legis mundi, seu Graciani, & Iustiniani qui nucis mandant corticem, & nõ nucleum, propter quod lacerata est lex: Abacuc. 1.

¶Licet (inquit) omnes prædictæ in hoc conueniant generaliter, quòd in se bonæ sint, & etiã in usu, licet in abusu quandoque peruertantur, tamen in cõditionibus specialibus magna est illorũ differẽtia, & mutatio, seu uariatio.

¶Hæc enim differentia patet in lege Moysi, & Christi, inter quos talis fuit differentia, qualis, fuit differentia inter lucem primo die creata (Gen. 1.) & solem quarto die creatum, qualis etiã fuit inter baculum Helysæi à Giesi ad filium mortuum deportatũ. (4. Re. 4.) Et ipsius Helysæi præsentiam. Exemplum.

¶Quia sicut lux illa in Solis creatione finita fuit atque cõpleta quarta die. Ita lex Moysi in lege gratiæ quarta die data, ut primus dies pro tempore acceptatur æternitatis. Secundus pro tempore legis naturæ. Tertius pro tẽpore legis Moysi. Quartus pro tẽpore legis gtatiæ in cuius diei aurora ortus est Sol iustitiæ Christus Deus noster. Ad quẽ finita, & completa est lex Moysi, sicut vmbra adueniente ueritare, vmbram enim habens lex futurorum bonorum. (Hebre. 10.) Et hoc est quod ait Matthe. 5. Non ueni legem soluere, sed adimplere. Exemplum. Exemplum.

¶ Sicut etiam baculus ille à Giesi portatus filium mortuũ ad uitam pristinam, & ad statũ perditũ, antequàm ipsemet ueniret Helysæus, non reuocauit, ita per legem Moysi, quàm Iudæi portabant genus humanum uitam, & statum salutis amissum non recuperauit, antequàm Christus præsentiam suã exhiberet, quia ex operibus legis non iustificatur omnis caro coram illo. (Roma. 3.) Quia etiam lex neminem ad perfectionem ducebat. (Heb. 7.) Nec per legẽ facta promissio Abrahe, & semini eius. Roma. 4.

¶Rationem uero, quare Deus legem naturæ, & Moysi præcedere uoluit legem gratiæ in pluribus uidere possumus exemplis.

¶Primo namque uidemus, quòd infirmi minori utunt, lumine, pueri etiã, & omnino indocti grossiori etiã & cõmuniori prius informantur doctrina, & antequàm ad alias, & subtiles ponãtur scientias sub pẽdagogo sunt, snb quo per rudiora, & subtiliora intellectũ, abilitant imbecillẽ. Sic in ꝓposito, igitur lex pedagogus noster fuit. Gal. 3. 2. Exemplum. Exemplum.

¶Iterum.

Exemplum. ¶Iterum uidemus, quòd inimicitia inter duo exiſtente, ille, qui pacem quærit, & cõcordiã, qñq; nuncios, & mediatores alteri mittit ſine literis, qñq; cũ literis, ut pacẽ amicitiãq; reſorment, quibus reformatis ſibi mutuo occurrentes oſculantur: Sic inimicitia exiſtente inter Deum & hominẽ Deus, qui noluit mortem peccatoris, nuncios homini miſit, per antiquos patres ſine literis ante legem Moyſi, ſicut Noe & alios iuſtos, qui licet ſine literis uenirent, qa legem non dabant in ſcriptis, tamen archam fabricando, & pericula futura annunciando, peccatores ad Dei amicitiam hortabantur.

¶ Poſtea uero alios miſit nuncios, Moyſen, uidelicet, & Aaron, cum cæteris illorum adiutoribus cum literis legis ſcriptæ, per quas illi ſaltem populo æqualiter reconciliatus, homini in utero uirginis glorioſę occurrit, ipsũq; deoſculans, pacem compleuit, & ſua p̃ſentia confirmauit, quantum ad illos, de quibus (in Pſal. 118.) Pax multa diligentibus legem tuam.

3 ¶Et rationabiliter quidem pacẽ tenebit, cum diligentibus legem ſuam, & non alijs, quia dum de pacis tractaretur reformatione, illa conditio appoſita fuit, hoc namque recordatur propheta, & in ſcriptis ſub manu publica redegit, dicens, uiuam, quia lex tua meditatio mea eſt (in Pſal. 118.) q.d. Sub hoc pacto uiuam, & pacem habebo, ſi uidelicet, legem tuã meditauero, & dilexero, & nõ aliter: Et hoc eſt, quòd idẽ notarius publicus teſtificatur in perſona Dei loquens. Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, uiſitabo in uirga iniquitates eorum. (Pſal. 88.) &c.

¶Nec talis legum mutatio mutationem arguit ī legislatore Deo, quia (ſecundùm decretum diſt. 63. quia ſancta Romana. §. uerum.) Legum abrogatio, & præcedẽtium conſtitutionum reuocatio, & nouarum ordinatio, occaſione malorum ſit emergentium. Et ponitur ibi exemplũ de ſerpente Æneo, quem Moyſes iubente domino fecit, ne repentina morte populus interiret, quem cum poſtea populus colere, & uenerari inciperet, Ezechias rex, uolente domino, deſtruxit: Sicut ergo in iſto exẽplo, non Dei mutabilitas, ſed populi nõ ſolum oſtenditur mutabilitas, ſed etiam utilitas dum propter illorum mutabilitatem, & utilitatem Dei ordinationem mutauit ſerpentis: ita in propoſito de legibus antedictis.

Exemplum.

¶Prędictis namque cauſis emergentibus, neceſſe eſt, ut legis translatio fiat. Hebr. 7. Artic. 2.

¶Sed cum legum translatio, uel mutatio à ſapientiſſimo legislatore Deo (de quo Iob 36.) Nullus ſimilis ei in legislatoribus, nunquàm fiat, niſi in meliorem, & honorabiliorẽ, ſequitur, q̃ lex gratiæ, in quã alię translatę ſunt, ſit efficacior, melior, & honorabilior, atque uirtuſior. 4

¶Pro quo eſt ſciendum, quòd fuit de alijs legibus ante legem gratiæ, ſicut de carta magnæ hæreditatis alicui promiſſæ ſcripta, & non cõfirmata per teſtes, & ſigillunt, ſicut etiam de teſtamento, in quo multa alicui legantur, quę tamẽ obtinere non poteſt ante mortem teſtatoris: Quia ſicut ille per cartam illã, licet hęreditatem uendicet, non tamen acquirit, nec etiam legatarius legatum ante cartæ confirmationem, & mortem teſtatoris: tamẽ quando cartam ſcribit, uel ſcriptam habet, ſigillationem petit, & ſperat teſtamenti ualorem, expectat legatarius & utroque optato, uel expectato potiri poterit, ſi conditiones in carta, & teſtamento appoſitas teneat, ſi cum fideli tractet homine: Si autem non teneat fidelis ille pactum de hæreditate, uel legato ei tenere nõ vult, nec tenetur. Exemplum. Exemplum.

¶Sic ī propoſito, lege naturę ſcripta, in cordibus, & Moyſi ſcripta in libris, carta fuerunt, non ſigillata, & teſtamẽtum non confirmatum, quia in carta illa ſub typo terræ ſanctæ hrẽditas promittebatur cęleſtis, de illa etiã loquẽs, dicit diſpoſui teſtamẽtum electis meis

(in

(in Psal.88.) Tamen per cartam illam, uel testamentum, nec cœlestem hereditatem eis in carta promissam, & ī testamento legatam acquirebant, nō obstante, ꝙ illa scribentes, uel scriptis utentes, spem haberent de sigillatione, & cōfirmatione, idque peterent. (Dan.6.) dicentes. Confirma sententiam, & scribit decretum, antequàm Christus ueniret, & cartam & sententiam ueteris legis, testibus illis adhibitis, de quibus (Actuum 1.) Eritis mihi testes in Israel, & ī omni Iudæa, & c. Et sigillo rubeę ce ræ (id est) carnis suę benedictæ in cruce appositæ confirmaret nouas leges, & Decreta addendo, de quibus prædicitur, scribe decretum, &c. (q.d.) Confirma sententiam antiquę legis, & scribe Decretum nouę, ut testamentū mediante morte sua legatario ualidum fieret, quia (teste Paulo. Hebrę.9.) Vbi testamentum est, mors necesse intercedat testatorum, in cuius signum moriens dixit, consummatum est (scilicet) tam contentum in carta, quàm testamento.

5 ¶ Per cartam ergo & testamentū, hereditatem cęlestem acquirere possunt, qui conditiones in carta oppositas tenent illæ autem cōditiones sunt mandatorum Dei custodia. (Deut.19.) Cū dederit tibi cūctam terram, quam pollicitus est, si tamen custodieris mandata, & feceris quæ hodie prȩcipio tibi, ut diligas dominum Deum tuum, &c. Et qui conditiones etiam in testamento appositas obseruant (in Psalm. 88.) Sic custodierint filij eius legem meam, &c.

¶ Et iterū (Psal.131.) Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hęc, quę docebo eos, & filij eorum usque in seculum sedebunt super sedem tuam, &c.

¶ Testatoriq; interum grati existant, aliter non (sicut patet. D 8.6.) Ne dimittas ergo legem matris tuę. (Prou.1.) Sed diligenter tene conditiones, quę in ea scriptę sunt & nō dimittet te, donec hereditate possidearis sanctuariū Dei: Si autem illam dimiseris, dimittet te.

¶ Immo quando in morte libri aperientur legis, qui modo sunt quasi per indēpturam diutisita quòd vnam partē Deus uersus se referuat, qa in dextera eius ignea lex. (Deute.33.) Aliam uero condiuisam tradidit nobis in custodiam, dicēs, dabo legem meā in uisceribus uestris. (Hiet.31.) Et cū uisum fuerit, quid lex iubet, & quid feciſtis, & quid promisit (sicut patet. I 42.) Si nō seruastis pacta, quę in libris illis continentur, non seruabit, promissa bona in illis contenta, si autem seruastis, seruabit (sicut patet. X.1.14.) Ergo habendo respectum ad illud tempus, qui custodit legem, beatus est. (Prouer.29.) quia pars indempturę, quam habet ex parte sua, cōcordat cum parte Dei: hoc namque necessarium est, ꝙ uel contineatur, antequàm in iudicio ostendatur, uideas quid in parte Dei contineatur. (Matth.5.) Beati pauperes, &c. (& 25.) Esurtiui, &c. (Et Exo.30.) No. C.7.17.

¶ Ex omnibus istis sic deductis patet, ꝙ est quodammodo de lege Dei, sicut de professione religiosorum, de quibus namque religiosis dicitur, ꝙ professionē manu propria scriptam, & reseruatam, super eos, qñ sepelientur, proijciunt viui. (q.d.) si pactum non tenuistis, nec promissum in ista schedula: sit hęc schedula contra te coram Deo: Si uero tenuisti sit pro te, ut per illam hereditatem acquiras cęlestē: Sic in morte hereditatem obtinebitis æterna, si tamē legem perfeciſtis regalem. (Iac.2.) Nota C.7.4. Exemplum.

¶ Qui uero contra indemptura, & legem fecerunt, promissis priuabuntur, quia quicunque in legem peccauerunt, per legem iudicabuntur. (Roma. 2. Tanto grauius, quanto legem transgressi sunt meliorem, sicut patet. D. 1. 21.

¶ Non solum ergo legis nouæ excellentia, & efficacia, sed ēt non obseruantiū pęna, & obseruantiū gaudia, nos ad illius obseruantiā arctius astringere debe- Artic.3.

6 berent,ut,uidelicet,primo habeatur in corde,per iugem meditationem,& dilectionē (ſicut lux in domo) cōtra oēs
Exemplum. infidelitatis,uel malorum cogitationū tenebras,exēplo illius(in Pſal.36) Lex Dei eius in corde ipſius:Et iterū, Quō dilexi legē tuā dñe: tota die meditatio mea eſt?&c. Et iterum. Legem tuam in medio cordis mei. Contra negligentes legem, de quo uix minimā partē cordis cum illa, uel circa illam occupant, de quibus Ezechiæ 22. Sacerdotes contemſerunt legem meam,&c.

Exemplum. ¶Secundo in uoluntate,ſicut regula in agendis, & menſura in menſurādis, exemplo ſancti uiri (de quo in Pſal.1.) In lege domini fuit uoluntas eius,& in
Exemplum. lege eius meditabitur die ac nocte.

¶Tertio in ore, ſicut doctrina magiſtri ad docendum diſcipulum:ad illum effectum ſtude tu,& labora, ut lex eius ſemper ſit in ore tuo. (Exodi 13. & nō ad uanas diſputationes.

7 ¶Quarto in opere, prima, ut ipſam in teipſo teneas,atq; opere impleas. Secūdo ab alijs illam cuſtodiri facias.

¶Ad primum nos arctari deberēt, tā gentilium exempla,quàm etiam ratio, & ſacræ ſcripturæ auctoritas. (Primū patet.I.13.7.) Ratio etiam hoc dictat, quia ex quo ipſi gentiles, tam ſtrictè in ſeipſis obſeruare uoluerunt legem,quę corpora tantum regebat, ut alijs obſeruandi darent exemplum:A fortiori ratione, Chriſtiani legem obſeruare deberent,quam dant,uel docent, uel præcipiunt,quæ animas regit, & ad uitam ducit ęternam,& etiam corpora,& animas,ut alijs darent exemplum eas tenendi.

¶Sacra ſcriptura ad hoc exemplum ducit, & auctoritatem. (2. Paral. 17.) Docebant (inquit) populum habentes librum legis:in manibus habent, qui quod ore docent, manibus implent: Exemplum ad hoc de propheta, qui dicit,ſcrutabor legem tuam,& cuſtodiam illam in toto corde meo.in Pſal.118.

8 ¶Secūdo illam ab alijs obſeruari faciant. Quia quid ualet legem condere, niſi executioni, & obſeruationi demādetur? Non ergo proprijs parcat laboribus,uel diſpendijs, quin leges tam à chariſſimis,& proximis, quam etiā ab alijs omnib⁹ ſubiectis obſeruari faciat: Exemplum vnum ad hoc habetur de Traiano.I.13.8. Exemplum.

¶Aliud exemplum ad idem ſcribit Trogus Pomponius,lib.3.de ligurgo, Exemplum. cui cum leges in ciuitate ſtatuiſſet,quę durę uidebantur, obligauit ciuitatem, quòd illas ſaltem tenerent, uſque ad ciuitatem, de qua tunc erat exiturus, rediret:quod cum promitterētur, exulauit, nec vnquàm redire uoluit. Oſſa uero ſua præcepit in mare proijci poſt mortem ſuam,ne illis reductis ab obligatione uiderētur abſoluti: In quo facto oſtenditur, ꝙ qui legem neſciuit Chriſti,uel Pauli, plus tamen communem dilexit utilitatem, quàm propriā, & qui Auguſtini nō viderat regulam, communia proprijs, & non propria communibus antepoſuit.

¶Tertium exemplum ad hoc ſcribit Valerius lib.6.de Seleuco, qui urbem hurrentium ſalaberrimis legibus muniuit,inter quas fuit, ꝙ deprehenſus in adulterio utroque oculo priuaretur. Quod cum filio in crimine illo deprę- Exemplum. henſo facere uellet,ad maximam ciuiū inſtantiam vnum oculum filio cōceſſit, & ne lex frangeretur,ſibijpſi alterū eruit oculum:iſte nec ſibijpſi nec filio chariſſimo in legis pepercit uiolatione.

¶Sed,heu, in omnibus prædictis pūctis,nonnulli modernorum diſſipauerunt legem tuam,in Pſal.118.

¶Contra primum namque exemplū Artic.4. poſitum.I.13.7.legem diſſipant, qui in his,quæ fauoris,& commodi ſunt,quātum ad ſeipſos leges tenere faciunt, & non quantum ad alios,in his uero,quę rigoris ſunt,nequaquàm, ſicut patet in dominis, uel eorum miniſtris, qui ſta- 9
tuta faciunt de certo precio rerum uenaliū in dominio ſuo,ſicut de animalibus,de uino,& huiuſmodi.Poſt quorū ordinationem ipſimet tantum dabunt,

& non

& non plus, quando aliquid emere noluerint, ita ꝙ in emptionibus proprijs in omnibus statuta tenebunt: quia eis fauorabilia sunt: sed muneribus, uel negligentia interuenientibus, non compellerunt suos subditos ꝙ alijs sic uendant, & maxime extraneis, sed permittunt, ꝙ carius uendant peregrinis, & aduenis, quam iudigenis. Quodq; ipsi durius tractentur, in ipsis legis exercēt rigorem, in alijs fauorem contra Dei præceptum. (Exo. 22.) Eadem (inqt) lex erit indigenæ, & colono.

¶Contra illud iterum faciunt, qui actorum, & ordinationum, & statutorum, & legum subditis onera imponūt importabilia, nec minimo digito ea supportant, quia non digitum, sed linguam solam ad onus ponunt, & qui p̄dicant non furari, furantur. Timeāt tales maledictionem Dei. (Deute. 27.) Maledictus (inquit) qui non permanet in sermonibus legis huius: nec eos opere perficit.

10 ¶Contra aliud exemplum de Ligurgo faciunt, qui ī legibus, & statutis suis plus commodum respiciunt propriū, quàm subditorum, sicut illi, qui huiusmodi semper condunt, & teneri faciūt circa lucra terrena.

¶Et ista est communis infirmitas nōnullorum dominorum, tā secularium, quàm ecclesiasticorum, qui leges Dei, uel ecclesiæ, sicut Decreta, uel Decretales, uel etiam leges ciuiles, q̄ ad eas nō pertinent lucratiuas, non negligunt, sed ad deuotionem, uel conscientiā, & animam regendam negligunt, nec circa illas studēt, & negligi permittunt.

¶Cōtra illos etiam, qui statuta faciūt prouincialia, & synodalia, & ea in synodis suis ore pronunciant, nec tamē imposterum ea debite, & diligenti demādant executioni: Et specialiter, quia ad Dei pertinent honorem, & animarum salutem, quorum transgressio ad Dei pertinet inhonorationē, & animarum perditionē, & non ad pecuniarū acquisitionē, de quibus idē Deus cōqueritur, dicens. (Hiere. 2.) Tenentes legē nescierūt me (q.d.) In alijs legē tenēt, sed nō in his, qui me tangunt, uide. S 4.2.

¶Contra tertiū exemplum de Seleuco faciunt, qui in alijs extraneis fornicationes, & alia corrigunt peccata, sed non in familia propria, & hic error, tāquàm lex, custoditus est. Sap. 14. Cōtra quos est lex prēallegata. (Exodi 11.) Eadem erit lex aduenę, & colono. 11

¶Sed, heu, aduersus hmōdi non est lex. (Gal. 5) ideſt aduersus familiares, potentes, & munera dantes, & carnales affectiones: In his enim nulla lex obseruatur, nec quantū ad illos, leges suas extendunt, nisi illam, de qua. (1. Re 7.) hæc est lex (inquit) Adā hominis dñe Deus, qui uidelicet potius Deū offendere, ipsiusq; transgredi uoluit mandatum quàm uxori suæ displicere uel cōtra eius facere uoluntatē: Sic in ꝓposito, & patet, vnde illis, uel dicunt, uel dicere possunt illud, qđ dixit rex Assuerus Hester uxori suæ, Non em̄ pro te, sed pro omnibus lex hæc constituta est: Hester 15. Sed hæc sapiētia carnis mors est, legi enim Dei nō est subiecta. (Roma. 8.) Nec etiam ipsi Deo.

¶Tales ergo obseruatores, & executores non sunt de regula legis Dei, sed Pilati, quia quodcunque prędicti ab eis petierint, uel quemcunque etiam contra legem puniri, uel afflīgi petunt, cōcedunt, dicentes, cum Pilato secundùm legem uestram iudicate eum. Io. 18.

¶Ex istis ultimo dictis in parte patet, quòd bonarum legum infectionis triplex est causa. Artic. 5.

¶Primo obseruatorū auaritia, & negligentia, & carnalis affectio, sicut ex p̄dictis in præcedenti articulo patet.

¶Secūdo malorū instantia, sicut patet de Iudæis, qui ita importune instabāt erga Pilatum, dicentes. Non legem habemus, & secundùm legem nostram debet mori. (Io. 19.) ꝙ eū ad præuaricationē legis quodāmodo cōpulerūt. 12

¶Tertio falsorū cautela seu malicia, per quam leges trahuntur ad libitum. (sicut patet. A. 12. 38) Per hos em̄ tres, illōrum consilium, auxilium, & fauo-

rem facit diabolus, eccleſiæ, & totius Chriſtianitatis cõmunitati, quod fecerunt Greçi Troiç per auxilium herculis, de quo narrat Virgilius in Eneidos.

Exemplum. Quod Troiam erat imago Mineruæ, q̃ apud illos Dea dicebatur ſapientiç, hęc (ſecundùm fabulas illas) quandiu in Troia maneret, Troianos nullis uincere potuit, hanc ergo Greçi, qui Troiã obſedebant, per Vlixem furabãtur, qua furata, ciuitas capta, & deſtructa fuit: Spiritualiter lex quęcunque, de qua (in Pſal. 18.) Lex dñi immaculata, imago quędam, & exemplar eſt ſapientiç increatæ. Sapien. 7. Candor eſt lucis ęternæ, & ſplendor ſine macula, & imago quædam bonitatis illius, hæc quandiu in eccleſia, & in Chriſtianorum manebat ſocietate, uel quocunq; regno, uel ciuitate, ſeu loco, locus ille manebat inuincibilis: Quod uidentes dęmones, qui eccleſiam obſiderunt, per prædictos fecerunt, quod Greçi fecerunt p Herculẽ, Vnde ſicut Hieremias lamẽtatur deſtructionem Hieruſalẽ, ita modo poſſent lamentari deſtructionẽ eccleſiæ, dicendo, non eſt lex. (Tren. 2.) Et prophetæ non uiderunt uiſionem: Iſtam tamen legum pręuaricationem ſpecialius procurant dęmones, per falſos legisperitos, de quibus (Lucę 7.)

13 Legiſperiti conſilium Dei ſpreuerunt: Spreto enim conſilio Dei, per conſiliũ proprium, & diaboli, omnem cauſam extra rectam uiam ducere ſit legẽ mãdatorũ decretis euacuans. (Ephe. 2. ſicut patet. C. 8. 26.) Et ipſam peiorẽ facere, & prolongare ſciunt, ut plura lucrẽtur, dum homines diutius in illorum tenent dominio. In quo facto illi medico aſſimilantur (de quo habetur in

Exemplum. Digeſto nouo lib. 11. titu. de uarijs, & extraordinarijs cognitionibus lege medicus) ſub eo, qui ſequitur tenore, Medicus, cui curandos oculos, qui eis laborabat, commiſerat, periculum amittendorum eorum, aduerſa medicamẽta inferendo, contulit, ut ei poſſeſſiones ſuas contra bonam fidem uẽderet. Sic illi, qui uiuunt ſecundùm legem mãdati cærnalis. (Heb. 7.) Cauſas multis annis in curijs ſuis trahẽtes, in partium grauamen, & de pauperationẽ.

¶In quo facto ſtipendiarijs aſſimilãtur Italiæ in duobus. Exemplum.

¶Primo, quia ſicut illorum, talicorũ bellam ſine ſtipendiarijs, nec eſſent patriç, & uicinis tam nociua nec tã plixa: quia ſine illis nec tot caſtra, & uillas deſtruerent, nec tot ſpoliarent, ideo cum illis loquuntur, quando hoc committere cogitant, ſic in propoſito. 14

¶Secundo, quia ſicut ipſi ſtipendiarij ibidem propter cõmodum propriũ bella nutriunt, & in lõgum trahunt, ita ĩ propoſito, in curia laicali pro una terra, q̃ nullam ſuam mutat, breue deponendo, & in curia eccleſiaſtica mirabiles exceptiones inueniendo, & prohibitiones de curia ſuperiori ad inferiorem mittendo, nõ ſolum in grauamen alterius partis, ſed etiam frequenter in damnum, & expẽſarum grauamẽ cliẽtis proprij, dummodo tamen lucrum ſibijpſi euenire ſperet amplius in quo facto Iudæo illi aſſimilantur, de quo ſcribit Alfonſus in lib. ſuo, q̃ per hunc modum pedante, gentili quodam equitante, & Iudæo per etiam confabulantibus, & de legibus ſuis conferentibus, dixit Iudęus, legem ſuam eſſe per ſequi omnes, qui non eſſent de lege ſua. Gẽtilis uero dixit, legem ſuam eſſe hoc alteri facere, quod ſibi uellet fieri. Cui Iudæus, leges noſtras in opere oſtendamus, quia non auditores legis iuſti ſunt apud Deũ, ſed factores legis iuſtificabuntur. (Ro. 2.) Quomodo inquit gentilis, illas oſtendere debemus? cui Iudæus, deſcende de equo, & mihi falſo fac, quod ubi in cõſimili caſu fieri uelles, equum tuum mihi mutuando, qã cum feceris ſtatim poſt legẽ meam tibi oſtẽdam in opere. Equum ergo eius aſcendendo, dixit, Tu oſtẽdis in opere legem tuam, ſicut dixiſti, mihi feciſti, quod uelles tibi fieri, Nunc autem tibi oſtendam in opere, quod tibi dixi, tibi nãque dixi, q̃ lex mea vult, q̃ ſim inimicus, & ſpoliator illorũ, qui non ſunt Exemplum. 15

de lege

de lege mea: Ex quo ergo tu non es de lege mea, erga te hoc in opere oſtendam, equum tuum auferēdo à te, & ſic cum equo ſuo fugiens abceſſit, malum pro bono, & odium pro dilectione reddendo.

¶Licet hoc exemplum cōtra omnes Deo uel homini ingratos (de quibus habetur. G. 4. ar. 5. uſque in finem capituli) adduci poſſet, quia cum à Deo, uel ab homine de peditibus equites facti ſint, contra Deum, & hominem illum frequenter militant, uel quibuſuis modis faciunt, tamen ſpecialiter eſt contra prædictos, qui illos ſpoliant, & decipiunt, qui in eis confidūt, quia ipſi peiores ſunt prædicto Iudæo, quia gentilis in eo non multum confidebat, quia etiam ipſe gentilē, iſti Chriſtianos ſimplices, qui licet reges neſciant ſcriptas, ſicut ipſi, tamē legem Dei in corde habent, & opere, de quibus Roma. 2. Cum (inquit) gentes, quæ legem non habēt naturaliter ea, quæ legis ſunt faciant, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, ſuper quos licet malorum, & mundi ſapientum contemptus ueniat, & maledictio, Dei tamen uenit benedictio, ſicut ſuper illos. Io. 7. Nunquid (inquiunt) aliquis de principibus aut phariſeis credidit in eum? ſed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti ſunt.

16 ¶Sed dicent illi falſi legum reuolutores, quòd ſi qua fraus, uel falſitas in proceſſibus illorum committitur, totū clientibus illorum, & non illis imputandum eſt. Quia (ut dicunt) oportet ī omni curia, quòd legiſperitus ita credat clienti, in his, quæ ei dicit, ſicut Exemplum. oportet confeſſorem credere confitenti, cum tamen non ſit ſimile, quia de factis cōfitentis ulteriorem inquiſitionem facere non poteſt, ideo ei creditur, tam pro ſe, quàm contra ſe, quia ſiue bene confiteatur, ſiue male, confeſſio in bonum, uel malum conuertitur confitentis, & nunquàm in periculum confeſſoris, ſaltem de hoc, quòd ueritatem celat, quæ ipſum latet confeſſorē.

¶In factis uero, quæ dicētes eis oſtēdunt, ulteriorem inquirere poſſunt ueritatem, & ideo nō tenentur eis ſtatim credere, quod ſi fecerint, ubi contrariū ſciunt, uel ſcire poſſent, ſi uellent, & ſcire tenentur; (Sicut patet de appellationibus lib. 6. c. Romana, in qua patet, q̄ iudex ſuperior ad ſuggeſtionem partis non debet iudicis inferioris proceſſum impedire, nec prohibere, antequam p teſtes iuratos de ueritate partis informetur, quem modum curia Romana dicitur obſeruare: Si ergo curia cantuariæ ſecus fecerit, in periculum utriuſq; uertitur partis.

¶Sicut ergo uni uenienti ad eos, & dicenti, quòd eſſet optimus ouium, uel prędij illorum cuſtos, uel medicus, nō ſtatim ei ouium, uel prędij, uel corporis proprij curā traderent, ei in his credentes, uel in quibuſcunque alijs, ubi corporis, uel rerū immineret periculū. Exemplum.

¶Qui ergo uitam, & mortem corporis, & rerum amiſſionem in ore unius non poneret, ipſi ſtatim credendo, quare uitam, & mortem animę in ore cliētis ponit, ipſi ſtatim credendo? Quia ſi male in cauſa procedat, de qua ſtatim credunt, mors proculdubio imminet animæ, quia ſi totam legē impleuerit, offenderit autem in uno, q̄ uidelicet cupiditate pluſquàm ueritate ductus, de pleniori ueritate īquirere noluerit, uel ſtatim à cauſa ceſſare cum ueritatem contra clientem inuenerit, factus eſt omnium reus. Iac 2.

¶Sicut ergo iudex diſcretus iuramē- 17
tum in aliquo caſu non ſtatim accipit, ſed illos onerat, ut interim ad certum diem ueritatem rei, de qua iurant, inquirat.

¶Sicut uerbi gratia. Alicui uero ec- Exem-
cleſiaſtico uel ſeculari, conceditur pur- plum.
gatio de crimine ſibi obiecto, quo facto, ueniet ad illos, q̄ de facto neſciunt, & rogabit eos, q̄ ſecum iurent, qui iuramento ab eo accepto, quòd licitè iurare poterunt, uenient coram iudice nullam aliam habentes euidentiam,

quare illum purgare uolunt, nisi, quòd eis iurauit reus, Iudex uero discretus hoc ab eis diligẽter examinatis audiẽs, eis diem prefigit, inter quam ad uillã, ubi moriatur, ualent, & ueritatem diligẽtius inquirant, quo facto experimẽto compertum est, quòd illum pugnare noluerunt, quia illum reum de crimine impositio inuenerunt.

¶Sic illi diem prefigant clienti, citra quem de ueritate diligenter inquirant, & inuenient, quòd multiplex sit lex eius. (Iob 11.) quia nec legem, nec certitudinem in dictis eius inuenient.

18 ¶Sed dicent, quicquid circa causam litigamus inquisitio est ueritatis, quia nos nihil aliud facimus, quàm ueritatem inquirere, & ostendere, quia nec causa, uel res de qua agitur, p nos amittitur, uel lucrat', quia nõ damus suã.

¶Sed prædicta iuratorum, quod vulgariter uocatur, uertit sæpius per antifrasim, & per iudicium iudicis, qui in lege altissimi incredulus fuit. (Ecclesiastici. 23.) Et iõ si qđ iustũ fuerit, uel acciderit, eis, & non nobis imputetur.

¶Quibus respõdetur, quòd consentientes, & agentes, prestantes insuper consilium auxilium, uel fauorem, par pœna constringit. Satis ergo consenserunt, qui cum scirent clientem suum magnum esse patrię ductorem, scire eum hoc potuerunt, ꝙ ducere causam ad patriam eius æquipolleret determinationi, & quòd etiam longe fiet lex in die illa. Mich. 7.

¶Si uero dicant, quòd nisi illi essent, plura mala fierent, & ideo status illorum est bonus, non concludunt, sed sequitur, quòd minus malus est, quàm esset status mundi, si ipsi nõ essent, &c.

¶Liber. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Librorum tria genera esse nos minime latet.*

Primi namque mortis libri appellantur, qui quidem adhuc gemini sunt. Alter sceleroſi Anima est, vbi diabolus mundus, & caro ternas lectiones nõ sui dissimiles singuli tum exarant, tũ lectitant, atque docent.

2 *Alter liber iudicantis Christi sententiæ non temerè nuncupati, potest.*

3 *Secundi vitæ libri passim dicuntur: qui etiam bini sunt; alter est iusti probiq; conscientia: quem certè librum duo potissimum correctio scilicet atque apertio ad vnguem seruare, & custodire possunt; alter vero ipse Deus est.*

4 *Tertio libri, q indiscriminatim cũ vitæ, tũ mortis esse dicunt, bona tẽporalia nobis à Deo præstita non immeritò sint.*

5 *Tergeminis exemplis, ac rationibus librũ etiã copias, & opes, ac delicias meritò dici, non inepte ostenditur.*

6 *Rationibus, seu exemplis non ineruditis librum vitæ immutabilẽ Dei agnitionem, ac scientiam à digniori appellandam esse facile declaratur.*

7 *Non solum bonorum ac iustorum perseuerantium nomina ad bene merẽdum, de ipsis, sed etiam malorum, & iniustorum delinquentium ad sumendam pœnam ab eis, variè in isto libro Dei notitiæ exarata esse nos minime fugit: nã illi scientia approbationis, hi aũt scientia simplicis notitiæ scribuntur, & sciunt.*

8 *Iustos denuo, ac bonos hoc libro diuinæ cognitionis diuersè scribi doctissimè exponitur; nam bonorum quidã, vt æternam vitam immutabiliter possideant; quidam verò, vt æternam vitam infinitam, in vsu gratiæ scilicet, & in operum bonorum ostensione, ac perseuerãtia habeant, scripti & pdestinati sint.*

9 *Ab hoc libro Dei scientiæ longe abesse eos diuersitas, et eos mutatio, aut vicissitudinis obũbratio cõspicuè enodatur.*

10 *Quibusdã conspicuis ac facilibus exemplis satis superquè respõdetur his, qui ex Dei scientiæ immutabilitate male argumentes, astruũt, omnia à Deo scita, & cognita tum bona tum mala necessario euenire.*

11 *Sicut immutabilis Dei scientia atq; voluntas non sat est; vt corporis victũ ac vestitũ p huius vitæ adminiculo sine nostra cooperatione, & solicitudine adipiscã*

adipiſci poſſimus: ita Deus vult cũ eius ſcientia, vt pœnitentiæ charitatiſquè opere nimium elaboremus, vt vitã gloriæ æternam comparare, & animam incolumẽ creddere ĩ æternũ valeamus.

12 *Quando arguitur, Deus hoc infallibiliter ſcit; ergo infallibiliter eueniet; reſpõdetur negando conſequentiã; quia oppoſitũ cõſequẽtis ſtat cũ antecedẽte. Nam Deus res illas ſcit, ſicut euenient; ſed res illæ contingenter euenient, ergo Deus ſcit res illas, ſicut contingenter euenient; ſi ſcientia Dei referatur ad rerum euentum, & non ad neceſſitatem.*

13 *Exemplo non quidem parui faciendo addiſcimus immutabilem Dei ſcientiam malorum cauſam minimè eſſe, ſed peruerſam prauorum hominũ voluntatẽ.*

14 *Scientia Dei approbatiua bonorum omnium cauſa eſt: ſed hominum ſciẽtia horum bonorum cauſa eſſe nequaquam poteſt: adhæc ſcias, quod alia eſt furti cauſa, & alia ſuſpendij; primi enim mali culpæ cauſa fur eſt, ſecundi verò mali pœnæ cauſa iudex eſſe dicitur.*

15 *Librum iſtum tum vitæ curriculo, tùm interitus hora nobis commoda ac emolumẽta optima parere, præclaris exemplis interpretatur.*

16 *Magnum fructum, quẽ ex hoc libro nos è vita emigrantes cõſequimur, binis non ille cupidis exemplis auctor clarè aperier contendit.*



Librorum ſpiritualiũ. Primo oſtenditur diuiſio. Secũdo, quid ſit liber uitæ, & per quã rõnẽ, & ſimilitudinẽ Dei ſcientia dr̃ liber. Tertio, qũo in illo libro diuerſi diuerſimodè ſcribuntur. Quarto, ꝙ ex illa ſcientia nullus neceſſitatur ad faciẽdum male, uel bene, uel non faciendum. Quinto, quam utilitatem conſequuntur boni de hoc, quòd in libro uitæ ſcribuntur.

Art. 1. ¶Quantum ad primum, librorum, quidam ſunt mortis, quidam uitæ, quidam indifferentes ad utrunque.

¶Libri uero mortis, uel ſunt culpæ, uel pœnæ, quorum primus ſe tenet ex parte deliquẽtis, ſecus ex pte iudicãtis. 1

¶Primus eſt aĩa peccatoris, in quo ſcribunt, & legunt leges, & lectiones ſuas illi tres, qui libros legis Dei combuſſerunt. 1. Mach. 1.

¶Quorũ primus, diabolus tres ſcribit, & legit lectiones, eius appropriatas informationi, ſuperbiam, uidelicet, iram, & inuidiam.

¶Secundus mũdus, uidelicet, lectiones in p̃dicto libro ſcribit, & legit cupiditatis, falſitatis, & peruerſæ acquiſitionis, per rapinã, per falſa iurã. p furta, & circunuentiones, & fraudes plurimas.

¶Tertius, uidelicet, caro leges ſcribit, & lectiones legit accidię ĩ ſcola lecti, gulę in ſcola aulę, luxurię in ſchola camerę.

¶De iſtis libris ſe deleri petãt, & efficaciter ad hoc operentur, qui ſe ſcriptos timent, dicentes cum Moyſe, dele me de libro. Exo. 32.

¶Secũdus eſt ſnĩa iudicãtis, q̃ ſolum liber, ſeu ſcriptura dici põt; Quia ſicut iudex excõicationis ſnĩam ĩ ſcriptis ꝓferre dẽt (ſicut patet ĩ Decretali li. 6. de ſnĩa excõicationis. c. cũ medicinalis. §. quiſqs igit̃.) Ita iudex oĩum Chriſtus, cui omne iudiciũ datũ eſt, dãnationis ſnĩam ꝓfert ſcriptã. (Mat. 25. Eſuriui, & nõ dediſtis mihi mãducare, ſitiui, & nõ dediſtis, &c. Iõ ite maledicti in ignẽ ęternũ, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Et ſic iudicati ſunt mortui ex his, q̃ ſcripta erãt ĩ libris. (Apo. 20. Tã. ſ. delinquẽtis, q̃ iudicãtis, quia ĩter vtroſque ꝓportio eſſe dẽt, ut uidelicet liber iudicãtis proportionetur libro delinquẽtis ĩ puniẽdo, qa ſnĩa iudicis ſm mẽ ſurã culpę delinquentis proferri dẽt, & de iſtis põt intelligi illud Actuũ (19.) Cõtulerũt libros, delinquẽtis. ſ. de quo Ier. 51. librũ iſtũ ligabit ad eũ, & iudicãtis, de quo Apo. 5. Vidi ĩ dextera ſedẽtis in throno librum ſcriptum. 2

¶Quibus adinuicem cõparatis iudicabuntur ſm ea, quę in libro ſcripta ſunt. ſicut patet. C. 7. 3. & L. 3. 5.

¶Sententia uero illam quis euadere poteſt per libellum appellationis, quæ fit in confeſſione, & ſe de utroq; libro delere poteſt, dum uiuit, per aquas lachrymarum, quia talis penitens ſcribit 3 in libro ſ. appellationis in cõfeſſione, iſta maledicta. ſ. ab eo cõmiſſa: Et deleqit ea aquis amariſſimis. (Numeri. 5.)

¶Libri etiã uitę, uel ſunt meriti, uel premii, quorũ primus ſe tenet ex parte uirtuosè operantis in uia: Secundus ſe tenet ex parte gloriosè remunerantis in patria. Primus eſt anima, ſeu conſcientia uiri iuſti, de quo, cum in eo Dei mandata ſcribantur, diligantur, & opere impleantur, dici poteſt illud Baruch 3. Hic eſt liber mandatorum Dei.

¶Ad cuius libri pfectionẽ, & cõſeruationẽ duo requrũt, correctio, & aptio.

¶Primum patet, quia ſicut de nouo nullus ſcribitur liber, quin aliquẽ habeat defectum, & ſic correctione indigeat: Sic nullus de nouo naſcitur homo, qui illam generalem euadat ſententiã, qua dicitur (in Pſal. 115.) Omnis homo mendax (id eſt) in aliquo defectuoſus: qa nemo ſine crimine. i. ſine aliquo defectu uiuit: ergo neceſſariũ eſt, q̃ qſcunq; librũ (ſcilicet) uitæ corrigat ad exemplar, quod ſibi in monte (id eſt) in Chriſto monſtratum eſt. (Sicut patet E. 7. 7.) radendo falſum, quod in eo eſt ad exemplar libri (de quo. P. 2. 30.) Antequàm ĩ mortis iudicio omnibus oſtendatur, & publicetur: Et hoc tanto diligentius eſt faciendum, quanto liber tunc pluribus oſtendetur, quãtoq́, maior confuſio erit ei, qui librum ſuum male ſcripſit, nec correxit, & maior gloria, & utilitas ei, qui bene ſcripſit, & diligenter ornauit, & correxerit. In illo namque libro tũc correcto, uel non correcto ſalus quorumcunq; pẽdebit, & perditio, quia dum cum exẽplari concordauerit, ad librariam cœli recipietur: Si uero falſus fuerit, & diſcordauerit, expelletur: uideat ergo q̃ liber dicta, & facta ſua, ut diligenter correcta exarẽtur in libro ſtilo ferreo. (Iob 19.) Iuiꝰ hui' libri sũt ſenſus. S. 6. 3.

Exemplum.

¶Secundum patet, quia ſicut liber non poteſt corrigi, niſi aperiatur in cõfeſſione: Sic nec liber conſcientiarum, niſi aperiatur in confeſſione: immo ſicut liber corrumpitur, niſi aliquando aperiatur, ſic conſcientia, quæ à confeſſione receſſit, ſicut aperte liber inuolutus. Apo. 6. Neceſſe eſt ergo aperire librum, & ſoluere ſignacula eius. Apo 5.

Exemplum.

Exemplum.

¶Secundus eſt gloria remunerantis, quę eſt ipſemet Deus, qui ideo liber dici poteſt, quia ſicut ĩ libro ueritates rerum ſcriptarum clare apparent, ita in libro illo increato, qui liber generationis Ieſu Chriſti. Matth. 1. Veritates rerum creatarum clarè uidentur (ſicut oſtenſum eſt. A. 15. 17.) Hic ergo eſt liber uitę, & teſtamẽtũ altiſſimi, & agnitio ueritatis. Eccleſiaſtici. 24. No. P. 2. 3. & 10. 1. 8. & C. 7. 17. cum ſequentibus.

4

¶Libri uero indifferentes ad mortẽ, uel uitam in arbitrio legentis, ſunt res temporales à Deo creatę, quę libri dici poſſunt, propter tres ſimilitudines, & rationes, quas communes habent cum libris ſcriptis.

Exemplum.

¶Primo, quia ſicut ex inſpectione librorum deuenitur in cognitionem rei dubię, quę quęritur ita ex conſideratione creaturarum deuenitur, in cognitionẽ Dei, & rerũ non uiſarum, iuxta illud. (Ro. 1.) inuiſibilia ipſius à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciunt, ſempiterna quoque uirtus, &c.

¶Cum enim omnis creatura effectus ſit, neceſſario dicit, & docet ſe cauſam habere. Et ſic pueris, his dedit Deus ſciẽtiam, & diſciplinam in omni libro (id eſt creatura.) Dan. 1.

Exemplum.

¶Secundo, quia ſicut in libro materiali, qui ſolum reſpiciunt literas craſſas, & capitales ad ludum, & curioſitatem, nunquã m erunt boni clerici, nec ſic Dei, uel ſui cognitionem acquirent, ita qui creaturis utuntur ad uoluptatẽ, & curioſitatem potius, quàm ad utilitatẽ, q̃ ſolũ reſpicunt illud, qđ pulchrũ, & delectabile eſt oculis, nec eas ordinant,

nant, uel eis utuntur ad Dei cognitionem,& amorem, nunquàm per eas ad Dei perfectam ducentur uisionem. Illis enim,qui sic libro isto utuntur,est in ore illorum dulcis, se postmodum amaricabit uētrē eorū,de quo Apoc.10. Accipe librum,& deuora illū,& amaricare faciet ventrem tuum,& in ore tuo erit dulce tanquam mel.

5 Exemplum. ¶Tertio, quod sicut frequenter accidit,qui plus libris abundāt,maioremq; librorum habent copiam, minus sunt studiosi, minusq; sciunt plusque sunt negligentes, ut aliqua perfecte sciant, & corderenus,quia cogitant semper ad libros suos habere recursum, quando indigebunt, quod corrigere nō possūt, qui librum ad tempus ex accōmodato accipiunt,& ideo diligentius in eo studentes,quando primi amissis uel absentibus libris ignorantiam suam dolentes erubescunt,alij de scientia sua consolantur. Sic spiritualiter illi, quibus maior est diuitiarum, & creaturarum copia, qua mente excæcantur, minus sunt,ut frequenter diligentes, ut eas ad Dei ordinent cognitionem, uel maiorem minoremq; Dei,& omnium, quæ ad salutem illorum pertinent, habent cognitionem. Exemplum. Ex quo patet, ꝙ sicut melius esset,habere unum paruum librum quēcunq; pauperem, in ipsoq; utilia q̄rere,& ad eius doctrinā saluti propriæ, & proximi cooperari, quàm currū plenum habere libris, & totum ignorare, uel in illis quærere uana, ita melius est modicum iusto super diuitias pecatorū multas, qa in morte qñ illis amissis libris diuitiarum suarum,in quibus,quia semper sperabant,sicut ille(in Psal.51.) Qui sperant in multitudine diuitiarū suarum, sicut prædicti in libris suis de Dei cognitione,uel amore,uel utilium factione minus curabant, cogitantes, ꝙ cum diuitijs semper se custodirent, quantumcunque essent mali,& diuites, & dicentes, ꝙ cum pecunia etiā cęlum emere pñt,& ꝙ in oībus necessitatibus, (sicut p̄dicti ad libros) ita ipsi ad diuitias habere ualēt recursum, in infernū, vbi nec est ratio,nec scientia, ignorantes descendent, isti cum paupertate sua iusta in cęlum ascendent, habentes solatio sanctos libros. (1.Mach.12.) quorum(scilicet) nomina scripta sunt in libro uitæ.Phil.4.

¶Pro quo est sciendum,ꝙ liber uitæ, Ar.2. uidelicet à digniori, dicitur cōscriptio aliquorum ordinatorū ad uitā æternā in notitia Dei, quæ notitia per quandā similitudinem liber uocatur, quia sicut olim nomina sub Imperatore Romano Exemplum. militantium,uel ei magno statu assistentium, in quodam libro scripto erāt, sicut patet per leges ciuiles primo in inforciato li.29.ti. de testamento militari, lege ex eo tpe in qua lege cauetur, 6 ne milites militum gaudeant priuilegijs à lege eis concessis (sicut de testamento sanguine ꝓprio rutilante, scribendo,& huiusmodi, de quibus habet. O.4.14.)Antequā in libro inserti essēt, & inscripti,quantūcunq; essent ad hoc electi,uel nominati. Nota.M.7.8.

¶Secundo idē patet de illis, qui Imperatori in magnis parebant statibus.in Digesto nouo lib.12.tit.de albo scribēdo lege decurione, ubi continetur, ꝙ decuriones ī albo ita scriptos esse oportet(vt lege municipali pręcipitur)vt scribantur eo ordine,quo quis eorum,maxime honore in municipio functus est. Ita militantes sub cęli Imperatore, in magnisq; ei famulantes meritis in sua signati sunt notitia,ut eorum, quisq; ꝓ meritis honorē habeat. Si enim iudex, & Imperator hominū in libro suo nomina militum, & ministrorum suorū ex bona ęquitate scripta habere debuit, quāto magis ille Imperator, & iudex cęlestis, in quo est omnis æquitas, nomina militum suorum ad remunerandum & honorandum in libro notitiæ suæ scripta habere debet, ut specialiter librum scribat ipse, qui iudicat, & oēs pro meritis remunerat. Iob 31. Propter hoc nanque propheta congrue se uidisse atramentum scriptoris ad renes eius.Ezech.9.

¶Et non solum prædicti milites, & Artic.3. finaliter

finaliter perſeuerantes in Dei ſcripti ſunt notitia, ſed etiam deficientes, vt liber ille tam bonos includat quàm malos, ut de illo uerificet illud. (Pſal. 38.)
7 Imperfectum meũ uiderunt oculi tui. Et cauſam ſubdit, dicens, in libro tuo oẽs ſcribẽtur. Sed tamen diuerſimode, & ad diuerſos fines, & effectus, quia boni ibi ſcribuntur ſciẽtia approbationis, ut ille, qui facta illorũ approbat, & remunerat. Mali uero ibi ſciuntur ſcientia ſimplicis notitiæ, ut puniantur. Item boni in illo libro diuerſimode ſcribuntur, qui quidã ſcribuntur, & prædeſtinantur, ut habeant uitam æternã immutabiliter, ſicut mater Dei, quidam vt habeant uitã æternã infinitam (ſcilicet) in uſu gratię, & oſtẽſione, & perſeueran tia bonorum operum, ita uidelicet, ꝙ ſi iſta finaliter ſeruant, ſeruentur, & ſaluẽtur, ſi ꝑdant, perdantur. In quo caſu cõditionem illorum tenent mercatorum (de ꝙbus dictũ eſt. G. 3. 28.) Et ſic quan tum ad talem præſentem iuſtitiã & gra tiã, in quibus ſaluari potuiſſet, ſi coope rari uoluiſſet, fuit prędeſtinatus, & quodammodo in libro iuſtorum ſcriptus Iudas proditor, & oẽs, qui quãdoq; boni fuerunt in libro bellorum dñi. (Numeri 31.) qui tamen quia in militia & in bello dñi fortiter non perſtiterunt, nec finaliter uicerunt, in eis uerificatũ eſt, quod de eis ſcriptum eſt per ꝓphetam dicentem; Deleantur de libro uiuentium, & cum iuſtis non ſcribantur (in Pſal. 68.) quia recedẽtes à te in terra ſcribẽtur. (Iere. 17.) i. infra terrã, in infer no, in libro diaboli, & in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur. Ezech. 13.

Exemplum.

¶Quod contra de illo, qui uicit in ꝑdicto bello dñi & diaboli, dr Apocal. 3. Qui uicerit, ſic veſtiet ueſtibus albis, & non delebo nomen eius de libro uitæ.

¶Patet ergo, ꝙ liber iſte ĩ aliquo aſſi
8 milat libro, ſeu regiſtro eꝑorum, & rotulis uiſitatorum, quia ſicut in regiſtris eꝑorum ſcribunt, & intitulantur noĩa ordinãdorũ, ſeu ordinatorũ, & ad quos titulos ſunt ordinati, & noĩa ꝓmotorũ, & ad ꝙ beneficia ꝓmoti ſunt, ſcribũtur

Exemplum.

ẽt priuãdi, & degradandi, ſeu priuati, & degradati, & ob quã cãm ſic puniuntur. In rotulis etiã uiſitatorũ, & ſpecialiter, inter quoſdã religioſos, noĩa ſcribunt Exem-
aliquorũ, qui ꝑ ſcientiæ, & morũ meri- plum.
tis ad maiora ſunt exponẽdi, noĩa etiã aliorum, qui pro demeritis ſunt puniẽdi, uel puniti. Ita in libro uitæ, qui eſt Dei immutabilis ſciẽtia; qua ſcit, ꝙ boni, qui vẽ mali ſunt, uel qui ſaluãdi, uel qui damnandi ſunt, in quo oẽs ſcribuntur, boni ſcribunt ob qualia merita, & ad quos gradus in cęlo ꝓmouẽdi ſunt, & mali ꝓpter ꝙ peccata ſunt puniendi, dr tñ liber uitæ à digniori, ſicut liber Auguſt. in quo tractatur tã de ciuitate Dei, quàm diaboli, uocatur tñ à digniori liber de ciuitate Dei, ita liber iſte, de quo. (Apoc. 20.) & alius liber apertus eſt liber uitæ.

¶Circa quẽ vnũ eſt aduertendum, ꝙ
9 uidelicet licet diuerſi in eo diuerſimode (ut prædictũ eſt) ſcribantur, & alij mutabiliter, & alij immutabiliter, tñ in illo nec eſt diuerſitas, nec mutatio, aut uiciſſitudinis obumbratio.

¶Pro quo eſt ſciẽdũ, ꝙ liber ꝑdictus quodammodo duas habet paginas, vel duo folia; quorum unum eſt omnino immutabile.

¶Primũ ſe tenet ex parte Dei, quod nihil aliud eſt, quàm eius eſſentia; ꝓut in illa oĩa relucent, & clare oſtenduntr, in hoc libro, ſeu folio nihil de nouo ſcribitur, uel deletur, quia Scriptura ibi nihil aliud eſt, quàm rerũ idea, ſeu repreſentatio, ꝙ nõ eſt aliud ab eiꝰ eſſẽtia.

¶Alia ſi tenet ex parte noſtra, ꝙ pagi na, quantũ ad fundamentũ in quo Scriptura fundatur, eſt liber animæ, de quo. (Ezech. 2.) Ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, & ſcripte erũt in eo lamẽtationes (quãtũ ad pęnitẽtes) & carmen, (quantum ad beatos) in quibus ſemper eſt carmen laudis, & ueh (quantum ad damnatos.)

¶Sola uero pagella, ꝙ in aĩabus ſcribitur pęnitentiũ, ſeu peregrinantiũ, & viatorũ, eſt mutabilis, quia ipſi de gratia in peccatũ, & econuerſo frequenter mutantur,

mutantur, quia licet omnis ſcriptura gratiarũ,& uirtutũ,q̃ in animabus ſcri-
Exẽplũ. buntur iuſtorũ, exẽplata ſit ab exẽplari diuino, qđ eſt immutabile, tñ ſicut uidemus in libris materialibus, ꝙ exemplari nõ mutato,exemplatum deleri,& mutari põt,ita in propoſito libri iſti,de quibus.(Dan.7.)Iudicium ſedit,& libri aperti ſunt, quibus apertis inuentũ eſt, ꝙ exemplari libro, qui in Deo eſt,non mutato,exemplatus liber in animabus mutatus eſt de uirtutibus ad uitia.

Ar.4. ¶Sed cũ liber ille exẽplari(id eſt) Dei ſcientia ſit tã inuariabilis, & immutabilis, ꝙ à nullo mutari poſſit, uidetur ſequi,ꝙ quicquid ſcit,de neceſſitate eue-
10 niet;ponamus ergo,ꝙ ſcit aliquẽ damnandũ eſſe,ille de neceſſitate damnabi-
Exemplum. tur,quia ſciẽtia Dei mutari non põt, & ſic uidetur,ꝙ damnationis cauſa ſcientiæ Dei potius, quàm uoluntati peccatoris attribui debeat, ſic enim arguunt ipſi dicẽtes,quare ieiunabimus,uel alia opera pœnitentię faciemus,cum omnia euenient, ſicut Deus ſcit, quæ ſcit,quę vult illa eſſe uentura, fruſtra(inquit)conamur,quia ſi Deus ſcit,& vult ꝙ bene faciamus & ſaluemur, ſaluabimur, & econuerſo.Licet iſtis obtectionibus doctores Theologiæ hactenus ſubtiliter, & ueraciter reſpondiſſe inueniantur, quia tamen laici, & parum literati iſta communiter obijciunt, qui ſubtiles nõ intelligunt, nec approbant reſponſiones,melius eis rudibus, & ſenſibilibus ſatis fit exemplis.

Exemplum. ¶Quærendum eſt ergo ab illis, quare tãtum laborant circa diuitias acquirendas,uel circa ſęculi honores,& ſciẽtias lucratiuas,& carnis delitias, & circa equos,& alia neceſſaria eligenda,uel emenda, uel circa uitam prolongandã per medicinę,& medicorum artem,per dicta enim propria in his omnibus fruſtra laborant,& in uanum conantur;qa Deus ab ęterno ſciuit, ſi debuerunt eſſe diuite,uel non, ſi magnũ honorẽ ſęculi,uel delitias carnis, uel ſcientiã magnam,vel equum,uel alia neceſſaria,& longęuitatem eſſent habituri, uel non.

¶Si ergo ſciuit iſta eſſe futura eis, quare tantum circa illa ſollicitantur, quę de neceſſitate eis euenient? Si vero his contraria ſciuit, eis euenient, quieſcant ergo, & dormiant,& non cogitent, quomodo diuitias & honores conſequantur,nec comedant, aut medicinam adhibeant corpori, ut diutius uiuant,quia ſi Deus ſciuit illos diu uicturos, ſine cibo diu uiuent, & ſi contrarium ſciuit,ſi ſaniſſima & delicatiſſima comedant,non uiuent, nec dicant puero,ꝙ equum ad equitandum paret; quia ſi ſciuit eos equitaturos, de neceſſitate equitabunt. Ceſarius ſcribit, ꝙ per iſtum modum reſponderunt quidam medici cuidam ægroto,qui artem Exemillorum talibus expugnabat uerbis, ſi plum.
inquiunt Deus ſciuit te in iſta infirmitate moriturum, de neceſſitate morieris,quare ergo à nobis, quos ſanus cõtemnere ſolebas, infirmus conſilia petis? quorum conſilia,& adiutoria vacua eſſe affirmare ſolebas.

¶Sed dicent,ꝙ ſicut laborant, & ſol- 11
licitantur pro ſuſtentatione ſua & ſuorum,& ꝙ Deus vult,ꝙ hoc faciãt,quãtumcunque hoc ſciat, & ab æterno ſciuerit,quia cum hoc, ꝙ ſciuit talem finem,uel effectum eſſe uenturum,ſciuit etiam media,per quæ eſſet ventura, uel per quæ ab illo fine deficeret, & per quę media talẽ terminũ attingeret,uel non attingeret.illa autem media fateri uolunt eſſe labores, & ſollicitudines (ſcilicet)& opera, quæ ſuæ propriæ derelinquuntur uoluptati ad faciendum, & attingendum finem illum,uel ad nõ faciendum, & non attingendũ. Si iſta conceſſerint circa uictum, & ueſtitum corporis,ꝙ (uidelicet) cum ſcientia, & uoluntate Dei ſtet, ꝙ ipſi cooperẽtur ꝙ corporali ſuſtentatione,& tẽporali vita, & ꝙ ſcientia Dei, quantũcunq; ſit immutabilis,non ſufficit ad hoc,ꝙ iſta acquirant ſine illorũ cooperatione & ſollicitudine. A fortiori ratione eos hoc cõcedere oportebit,ꝙ Deus uelit ẽt,ꝙ per opera pœnitẽtię & charitatis laborent,& ſollicitẽtur,ut ſuſtentationẽ acquirant

quirant ęternam, & uitā gloriosam, & ꝑ tāto uelit, ꝙ efficacius circa illā operentur, ille q̄ omne rōnabile vult Deus, quāto illa melior, maiorisq̄; est ualoris. Si eñ scientia Dei sola in alijs, quæ ad corpus pertinent, non sufficit, ergo nec in his, quæ ad animā pertinēt. Cum ad hoc natus sit homo, ut specialiter laboret, ut finē suum, ad quē ordinatur, attingat, hæc enim oīa habent naturalia eis indita, ꝙ in his, quæ ad finem suum inclinant naturalem efficacius & fortius operentur, & conentur. Sicut patet in motu lapidum deorsum, cum enim finis, & naturalis eius, qui es sit esse deorsum, semper ad hoc conatur, ubiq; positus fuerit. Cum ergo hominis finis à Deo ordinatus sit uita beata, maxime ad illam adipiscendā conari deberet, aliter non solum contra rationē, & naturam ꝓpriā, sed contra oīum rerum
12 facit conditionē, & naturam. Sicut ergo nō obstante, ꝙ Deus oībus rebus certos indidit, & ordinauit fines, & eorū præsciuit fines, & fortunas, ipse tñ ut fines illos assequatur, motibus conatur naturalibus. Sic non obstante, ꝙ Deus hominē ordinauit, uel prędestinauit ad finem super naturalem, ipse tamen ad illum adipiscendum proprijs cooperari debet laborib⁹ (ficut patet. P. 11. 4.) Quia ſm beatum Gregorium in li. Dialogorum. Et allegatur in Decreto. 23. q. 4. Obtineri, perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo dispositā, ut ad hoc electi ex labore perueniāt, quarum postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens ante sęcula dispo suit donare, sicut plenius patebit infra c. de prędestinatione.

Exemplum.

¶Istis ꝓbatis rñdetur ad argumentū illorū, quo dicūt, De⁹ hoc scit infallibiliter, ergo infallibiliter eueniet, negatur cōsequentia, q̄a oppositū consequentis stat cum antecedente, q̄a hoc, ꝙ aliquid nō infallibiliter, uel necessario, sed cōtingenter eueniet, stat cum hoc, ꝙ Deus immutabiliter, & infallibiliter illud sciuit, quia infallibiliter & immutabiliter in antecedente & consequente non referuntur ad idem, quia in antecedēte refertur ad intuitū diuinę ꝓsentię; in cō sequēte refert ad rerū euentū, sicut patet ex Decreto sumpto ex verbis Augu. 13
23. q. 4. Nabuchodonosor. §. non ergo necessitatem, referendo enim scientiā Dei ad rerū euentum, ita res illas scit, vt eueniant, sed eueniunt contingenter, ergo, &c. No. P. 11. 11.

¶Ex quib⁹ patet ꝙ immutabilis Dei scientia non est malorum causa, quia hæc immutabilitas non ad res malas causandas refertur, sed ad Dei notitiā, quem nihil latere potest. Hoc etiā in aperto & sensibili, patet exēplo de scien tia humana, homo uidēs unum alium hominem occidere, & occisorem ad suspendiū duci; infallibiliter ista scit, videns etiam & sciens multa mala esse in mundo, & hæc immutabiliter uera esse intelligens, istorum causa non est, sed homicidij causa fuit occisoris mala uoluntas. Sic in proposito, sicut ille uidet homicidium corā oculis suis fieri, nec tñ illius est causa, sed occisoris uoluntas, & peruersitas, ita Deus præsentialiter ab ęterno uidit omnia mala, q̄ fuerunt, sunt, uel erunt, nec tñ illorum est causa, sed malorum hominum peruersa uoluntas. Vnde August. lib. 3. de libero arbitrio. Sicut (inquit) tu mora tua non cogis facta esse, quæ præterierunt, sic Deus præsentia sua non cogit facienda esse, quæ futura sunt. 14

Exemplum.

¶Si obijciatur, ꝙ aliter sit de scientia Dei, atque aliter de humana, respondetur, ꝙ in aliquo est aliter, in aliquo idē. In hoc enim aliter est, quia scientia sua (scilicet) approbatiua (qua dixit, & facta sunt) est omnium bonorum causa, quæ nostra scientia causare non potest. In hoc uero idem est; ꝙ sicut uoluntas uel scientia humana bene ordinata, licet mala culpæ uideat, nō tamen ei placet, q̄a uellet oēs homines bonos esse, nec culpā in eis causat, malū tñ pœnæ boni iudices, & sciunt, & uolunt, & causant, quia nō placet eis, nec causant, ꝙ vnus alium occidat, licet hoc uideāt. Sed placet eis, & causant, ꝙ occisor suspēdatur.

Sic

Sic de scientia,& uoluntate diuina,quæ uult omnes homines saluos fieri, inquãtum homines sunt,& uult eos damnari,inquantũ peccatores, scit, ꝙ malũ faciunt culpę,& non placet ei,nec illud in eis causat,scit ꝙ damnantur, & puniuntur, & placet ei, & causat illud.

Exemplum. Patet ergo,ꝙ alia est causa furti,uel homicidij, alia suspendij, quia primum causat fur,secundùm iudex, nec in hoc in Deo dicenda est diuersa uoluntas, quia tota diuersitas rerum respicit euẽtum. Non obstante ergo Dei scientia, sijuis in libro uitæ scribi, sume tibi librum grandem,& scribe. (Esa.8.) id est fortiter,& diligenter age, ut ibi scribaris,& saluetis, quia non intrabit in illam aliquod coinquinatum, & faciens abominationem, & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro uitæ agni. Apoc.21.

Art.5. ¶Quanta autem sit huius scripturæ, tam in uita, quàm in morte utilitas, in parte exemplis ostenditur, & auctoritatibus.

15 Exemplum. ¶Exemplis hoc ostenditur per rotulos magistrorum uniuersitatũ, in quibus scolarium nomina scribuntur, ob quam scripturam in multis defendunturs, & uniuersitatis gaudent priuilegijs,quod non faciunt alij,quorum nomina inserta non sunt. Sic specialiter quorum nomina sunt in libro uitæ, à Deo, & ab Angelis in uita à multis tentationibus, & aduersitatibus spiritualibus custodiuntur (sicut patet Apoc.13.) vbi dicitur, quòd adorabunt bestiam omnes, qui habitant terram, quorum nomina non sunt scripta in libro uitæ agni.

Exemplum. ¶Sicut ergo tempore belli transeuntes per terram alicuius domini, nituntur aliquam habere domini illius protectoriam scripturam, ita tempore belli spiritualis nitamur habere scripturam libri uitæ.

Exemplum. ¶Huius etiam utilitas in morte patet, tam per prædictum exemplum de rotulo uniuersitatis,quia sicut ad illum honorandum, & pro ipso orandum & ad terram, & ecclesiam deportandum, cuius nomen in rotulo alicuius magistri inuenitur,omnes cõcurrunt magistri, ita Deus,& Angeli ad talem, & nõ ad alios, quia tunc qui non est scriptus in libro uitæ, missus est in stagnum ignis. (Apocal.21.) quàm per similitudinem libri hospitaliorum Sancti Ioãnis, quia sicut illi, quorum nomina in illorum scribuntur regulis, uel regi- 16 Exemplum.
stris,quæ per ecclesias portantur, hanc consequuntur corporalem utilitatem, ꝙ licet de meritis suis exigentibus suspendantur, tamen corpora illorum ad terram portantur benedictam, ita isti spiritualem consequuntur utilitatem, talem uidelicet, quòd quacunque morte mortui fuerint, in refrigerio erunt, ad terram etiam portabuntur uiuentium, & salutis æternæ, quia in tempore illo saluabitur populus tuus, qui inuentus fuerit in libro uitæ, &c. Dan.12. Nota quomodo Christus est liber.P.2.20.

¶Loquutio. Cap. V.

SVMMARIVM:

1 *Duo loquentium hominum genera sunt; quorum nonnulli eloquuntur; & nonnulli obloquuntur, & blaterant.*
Illi de tribus honorificè loquuntur; de Deo; de seipsos; & de proximo.
Primum de Deo loquentes tria in medium afferunt, quia ipse eis tria beneficia, & commoda contulit.

2 *Tria isidem de seipsis tradere debent, ob tria augmenta.*

3 *Tria demum de proximo, ob triplicem fructum, quem ex illo consequi possumus, eloqui debemus.*

4 *Eorum verò dicacium qui blaterant, & inepte loquuntur, terna genera esse scias: quidam enim ociosè, quidam inaniter, & quidam perniciosè alloquuntur.*

5 *Bifariam inter hæc duorum loquentium genera bifariam interest;*

Primum

Primũ hæc inter ſe ſe eo pacto intereſſe, quo inter optimum, ac peſſimum intereſt; exemplo claro commoſtratur.

6 Dein Fabella quodam oſtenditur hæc eadem duo genera differre, quia nec prima ſecundis, nec ſecunda primis placere uidentur.

7 Pernicioſi ſermonis, ſeu loquutionis experientia clarè dignoſcitur, à qua patria loquutor ortum trahat.

8 Eodem orationis periculo facilè noſcitur, an quis ad Cœli Patriam proficiſcitur.

9 Exemplo quodam canum latè patet; Nunquid Dei, vel Dæmonis ſeruus ac filius ſit, qui perniciosa uerba facere ſolet.

10 Non contemnendo aliud exemplum, canum, ac piſcium exemplo perdiſcimus obloquentium, ac muſſitantium miſeriam, ac nilitatem.

11 Pulchro vinearum, & arborum omnium exemplo cognoſcimus eos, qui ſæpe ſæpius effutiunt, & intonant, nullum virtutum fructum afferre.

12 Ex frequentiori magni fluminum crepitus periculo nos minime latet, locuſtulleios homines, qui in dies garriunt, atque loquitantur, aut mero madere, aut peccatis obrui.

13 Eos, qui nimium linguaces, et blaterones ſunt, plurimum inſaniæ, & minimum ſcientiæ poſſidere, facillimè experimur.

14 Loquutores, ut plurimum, ſunt mendaces, ac ueritatem inficiantur. Et qui improborum ſcelera libenter audiunt, eadem ſcelera non leuiter diligunt, ac ſceleroſi eſſe uidentur.

15 Quod vnuſquiſque non iniquo animo audit, ac de quo multa verba facere aſſueſcit, illud profitetur, & amat: Adhæc dignis primæ, puſus, anhelitus, & coloris hominis atque arborum exemplis planè agnoſcimus, hominem obloquentem deuotione, interiori, ac ſanitate carere.

Homines inſuper pauperes, inopes, & virtutibus experies ſunt, quorum lingua tam prodiga, infrænisque eſt, vt teterrimo quodam verborum uento effluat, ſemper, & conflet.

16 Præclaris volucrum exemplis deteſtabilis hominum tum ineptè cornicantium, ac detrahentium, tum huiuſmodi verba attentè audientium ingratitudo vberrimè liquet.

17 Trifariam futiles, & leues loquutorum linguæ maximopere obeſſe videntur: Primum quia ori eorum modeſtiæ ſeu prudentiæ cuſtodiam non apponunt. Deinde quia Piſtrini exemplo, cum linguam compeſcere, & gubernare nolint, verba tum ſibi, tum aliis exitialia, effutire non verecundantur.

18 Hi, qui diu conticeſcunt, iramque frænare, & comprimere ſimulant; cum loqui, & iraſci incipiunt; tum medius fidius iracundia ducti nimium loquitantur, garriunt, & intonant.

Qui quoslibet corporis ſenſus patulos & ora potiſſimum pœnitia frequenter tenent, per illos aquas peccatorum, quæ animam ſubmergere ſolent, ingredi ſinunt.

19 Tertio ex iiſdem oris, cæterorumque ſenſuum foraminibus turpiloquij factor egreditur, qui mulsifariam auditores probos fœdat, inficit, atque interimit.

20 Mimorum, ac parаſitorum, hiſtrionumque, & id genus blateronum excuſationes inanes & futiles facilè refelluntur.

21 Hi nugaces, & uerboſi homines duplici pœna merito afficiendi ſunt; altera temporaria, altera verò æterna erit; Temporaria adhuc tergemina eſt; Ante necem prima pœna deriſionis, In nece ſecunda primationis, Poſt necem tertia combuſtionis erit; Quas vtique pœnas omnes ab ipſis ſuſtinendas ſore exemplis opportunis commoſtratur.

22 Tametſi in omnes turpiloquentes, ac ineptientes æternaliter animadvertendum ſit; in iuratores tamen potiſſimũ, in peruroſos, & in obloquutores, atque

atque notam inurentes iusta erit animaduersio.

23 *Qui iuramentis, ac periurijs à Deo honorem demere, ac arripere conantur, & detractionibus, ac ignominijs proximi famam furari, & subtrahere uolunt, rationem subtiliter reddere impellentur.*

24 *Quinque partitò hi omnes linguaces, ut prædictas tetras, ac diras pœnas effugere possint, sibi prospiciant.*

Primum, quia Deus homini in gutture geminos meatus, & os unum, duasque aures, & os unum tribuit, ut ualde minus, quàm audiat, loqui uelit.

25 *Deinde linguæ serpentis mortui exemplo sibi, suæque obloquutioni, atque adulationi quispiam uerbosus consulere studeat.*

26 *Tertio exemplis tùm uasis obturandi, tum ianuæ claudendæ elegantibus nobis prouidere possumus, ut cordis uas per oris custodiam cooperiatur; & os, cæteri uè sensus quamaptissimè obserentur.*

27 *Quarto uirorum sapientum exemplo, & timore denique sodalitatis Dæmonum, dum ineptè, & inaniter ac pernicioſe prolixum sermonem habemus, linguam compescere incumbamus.*

28 *Inutilia uerbosorum hominum dicta, quibus seipsos tueri maximè uolunt, bifariam eiiciuntur, ac proculcantur.*

29 *Trifariam præmia eorum comprobantur, qui non garriunt, non detrahunt, non obiurant, non periurant, non inuehuntur, nec adulantur, & blaserant.*

Primum quia Mariæ Deiparæ Virgini similes euadere uidentur;

Exinde, quia opus adeo magnum, ac prolixum aggrediuntur, ut uix toto annorum curriculo efficere, & explere possint.

30 *Tandem tùm historia, tùm exemplo, hominum eloquentium, ac lingua & ore non delinquentium merita & præmia uberrimè dilucidantur.*

LOquutionis, & linguarum. Primo, ostenditur differentia. Secundo, experientia. Tertio, tam malę loquutionis, quàm lætę audientiæ ingratitudo. Quarto, periculum. Quinto pęna. Sexto, remedia. Septimo, bonæ loquutionis præmium.

¶Quantum ad primum, loquuntur quidam bene, quidam male. Bene loquitur quis de tribus, de Deo, de seipso, de proximo. Ar. 1. 1

¶De Deo, tria, propter tria commoda. Primo propter beneficia clementiæ, ut diligatur, sicut beneficiatus loquitur amicis (scilicet) de beneficijs sibi factis, ut benefactores illos diligant, eisque referant gratias. Sic debet prædicator in prædicatione publica, & quilibet bonus in societate priuata de Dei loqui beneficijs, creationis, redemptionis, gubernationis, glorificationis. Exemplo pastorum, qui de Christi natiuitate loquebantur adinuicem. (Lucæ 2.) Et exemplo illius, de quo dicitur. (Numeri 7.) Solutum est uinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Exemplum.

¶Secundo opera miraculorum, de quibus habetur capitulo de fide, & documenta sapientiæ, ut cognoscatur, & fides recta habeatur; & ei in omnibus obediatur, quia sicut scolaris de magistri sui loquitur doctrina, & factis, ut plures eius diligat doctrinam; propter quam famam bonam plures ad eum confluant. Sic bonus tam publicè quàm priuatè, miracula, & magnalia, & doctrinam, & sapientiam Dei. Exemplo psalmistæ dicentis, (Psal. 118.) loquar de testimonijs tuis in conspectu regum, &c. Et pauli dicentis, sapiētiam loquimur inter perfectos. 1. Cor. 2. Exemplum.

¶Sed quia nonnulli, nec eum diligunt, uel ei seruire uolunt, uel credere ratione beneficiorum, uel miraculorum, sed potius ratione uerborum, sicut asinus piger, & seruus maleuolus.

¶Tertio

Exẽplũ. ¶Tertio loquendum eſt de eius potentia, quomodo ei rebelles, hic temporaliter, & alibi æternaliter affligit. Exemplo Apoſtolorum, qui loquebantur magnalia Dei. Actuum 2. Sed quis loquetur potẽtias domini, in Pſal.105.

¶De ſeipſo loqui etiam debet tria, propter tria augmenta.

2 ¶Primo, quia ſicut æger loquitur
Exẽplũ. medico de ſua infirmitate, ita peccator primo loqui debet, ſuum peccatum in confeſſione, ut abſoluatur, dicens, loquar in amaritudine animæ meæ. Iob 10. Nihil celando, exemplo Iob dicentis, Non parcam ori meo, loquar in tribulatione, &c. Iob 7.

Exẽplũ. ¶Secundo, ſicut indigens loquitur diuiti de ſua paupertate, ita loquendũ eſt Deo in oratione. Exemplo Annæ, quæ pro prole petenda loquebatur in corde. 1. Reg. 1. Sic Dauid propheta pro fine ſuo ſciendo, ne (uidelicet) finem haberet malum, & improuiſum, dicẽs. Locutus ſum in lingua mea, notã fac mihi domine finẽ meum, in Pſal. 38. Quanto ergo pauperiores ſimus, & in multis deficientes, & de fine incertiores, tanto inſtantius orare debemus, quia cum obſecrationibus loquitur pauper. Prouer. 18.

Exẽplũ. ¶Tertio, ſicut negociator libenter loquitur, & audit loqui de lucro ſuo captando, & periculo ſuo uitando, ita bonus, qui dicere poteſt illud (Eccl. vlt.) Dedit mihi dominus linguam mercedem meam, per quam (ſcilicet) loquar de mercede ęterna; loquens de regno Dei. Actuum 1. Et aures per quas audiam, quid loquatur in me dominus, in Pſal. 84. Vel aliter loqui debet de ſeipſo tripliciter.

Exẽplũ. ¶Primo Deo in corde per contritionem, ſicut æger de infirmitate gemit, Pſal. 40. Ego dixi domine miſerere mei, ſana animam, quia peccaui tibi.

¶Secundo, ore confitendo, ſicut æger medico infirmitatem oſtendit. Pſal. 65. Locutum eſt os meum in tribulatione mea.

¶Tertio, ſatisfactionem cum gratiarum actione acceptando. Exemplo illius de quo, dicitur. (Lucæ 11.) Cum eieciſſet dæmoniũ, locutus eſt mutus. Sed (heu) os habent & non loquentur, in Pſal. 113. Non ſit iuſtus, de quo dici poteſt illud. (3. Reg. 8.) Ore locutus es, & manibus perfeciſti, ſic omnis lingua confiteatur. Rom. 14.

¶De proximo etiam tria loquenda 3
ſunt, propter tres proximi utilitates.

¶Primo nãque, ſicut bonus religio- Exẽplũ.
ſus ſecrete admonendo, uel palam accuſando, alteri loquitur religioſo delinquenti. Ita exemplo aſinæ, quæ falſo prophetæ loquebatur. Num. 22. Peccatoris loquimini plagas. Prouer. 16.

¶Secundo, ſicut Duces loquuntur, & Exẽplũ.
recitant coram militibus facta proborum militum. Et eccleſia facta legit ſanctorum ad excitandum, alios ad ſimilia, ita iuſti exempla bonorum ad imitandum, ad eloquium ueſtrum corda eorum erigite.

¶Tertio, ſicut mater nunc promittit Exẽplũ.
dona filio, nunc minatur pœnas, ita iuſti loquantur proximo prœmia beatorum, eis illa promittentes, & pœnas malorum, eis minantes. Exemplo Dei, qui dicit, loquas iudicia mea cum eis. Iere. 4.

¶Malarum uero linguarũ, tria ſunt 4
genera, quia quædam ſunt ocioſæ, quædam vanæ, quædam pernicioſæ.

¶Ocioſæ ſunt, quæ non loquuntur, quando deberent, docendo, increpãdo, prædicãdo, de quibus (in Pſal. 38.) Silui à bonis. Et Iob 3. Nonne ſilui? Nonne quieui? & uenit ſuper me indignatio tua domine. Non ſic Ezechiel propheta, qui ait. Aperto ore meo non ſilui amplius, Eccl. 33.

¶Vanæ ſunt, quę circa inutilia occupantur, de quibus (in Pſal. 11.) Diminutæ ſunt ueritates à filijs, uana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum.

¶Pernicioſæ vero ſunt linguæ & lo- Superbia.
cutionęs ſuperborum, in quibus ſunt labia tumentia cum corde peſſimo ſociata. Prouerb. 26. Ex hac oriuntur

ſuperba

ſuperba iuramenta, ſed diſperdat dominus uniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam, in Pſal. 11.

Ira. ¶Secundo ſunt iracundorum. Lingua eius quaſi ignis deuorans. Iſa. 30. Et in labijs eius, quaſi ignis. Prouer. 16.

Inuidia. ¶Tertio ſunt inuidorum, ſicut Iudęorum contra Chriſtum dicentium, Percutiamus eum lingua. Ierem. 18. Et hæc eſt uenenoſa lingua, de qua oriuntur detractiones, uenenum aſpidũ ſub labijs eorum, in Pſal. 139.

Auaritia. ¶Quarto ſunt eorum auari, qui congregat theſauros lingua mendacij. Prouer. 21. Ex hac uerba doloſa, periuria, & iuramenta oriuntur, prohibe ergo linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum, in Pſal. 83.

Pigritia. ¶Quinto eſt lingua pigrorum, qui ſunt, ſicut canes muti, non ualentes latrare. Iſa. 56. Tales in his, quæ ad Dei pertinent honorem, uel propriam ſalutem, dicere poſſunt illud. Exod. 4. Impeditoris & tardioris linguæ, ego ſum. Et ex hac oriuntur garrulationes, & iudicia peruerſa.

Luxuria. ¶Sexto eſt luxurioſorũ, à qua oriuntur uerba turpia, & ad malum mouentia. Et hæc lingua eſt gladius diaboli, qui multos ſpiritualiter occidit. Prouerb. 18. Os ſtulti contritio eius, & labia eius ruina animæ.

Gula. ¶Septimo eſt guloſorum, qui diſpergenter ad manducandum, ſi uero non fuerint ſaturati, murmurabunt, quibus illorum eſt, ſicut urbs patens, quæ non poteſt cohibere ſpiritum ſuum loquendo. Prouer. 25. & hoc ſi fuerint ſaturati, uel inebriati. Inter has uero duarum 5 locutionum conditiones. Primo, tanta eſt differentia, quanta eſt inter optimum & peſſimum. Secundo, talis eſt differentia, ꝙ nec prima placet ſecundis, nec econuerſo.

Exemplum. ¶Primum patet per exemplũ de coco, de quo fertur, ꝙ ad Deũ ſui præceptũ, de optimo bolo quem ſciuit ei parando, & peſſimo, in utroq; præcepto obediens, linguã paratam domino ſuo portauit, de quo requiſitus, quomodo

uidelicet, illud poſſet eſſe optimum, & peſſimum? Reſpondit, ꝙ ſicut non eſt aliquid melius bona lingua, in ſignum cuius ſpirituſſanctus in linguarum forte apparuit figura, ita non eſt aliquid peius mala. Quia ſicut bona eſt calamus ſpirituſſancti, iuxta illud (Pſ. 44.) Lingua mea calamus ſcribæ. i. Dei: ſicut patet expreſſe per hoc, quod dicit Apoſtolus. An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Chriſtus. 2. Corin. 13. Ita mala eſt calamus ſpiritus maligni, quia iniquitatem in excelſo locuti ſunt (in Pſal. 72.) id eſt in excelſo ſtatu, quantum ad priuilegium, ꝙ ultra alia habent animalia in loquendo, uel in excelſo ſtatu Chriſtianitatis, contra honorem illius, qui eos ad ſtatum illũ exaltauit, de quo cõqueritur (in Pſ. 108.) dicens, Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij, &c.

¶Secundum uero patet per exemplũ fabulæ, quã fingitur, ꝙ ſcarabei ab apibus ad conuiuium inuitati, & melle, & floribus coram eis appoſitis, cum murmure, & indignatione receſſerunt dicentes, illa fętida, & inſolita, & eis diſplicentia. Apes uero alia die à ſcarabeis inuitati, & fętidis rebus, in quibus ſtrabones nutriuntur, & delectantur, eis appoſitis, ſimili modo fętorem ferre non ualentes, ſocietatem illam derelinquentes fętidam receſſerunt, ita quòd neutrum feſtum partibus placuit ambabus. Ita in propoſito, ſi illi qui aſſueti ſunt ad turpia uerba, & opera, & aliquando declinent ad homines ſanctos, & honeſtos, & in prædicatione publica, uel colloquutione priuata, uerba ſancta, & peccati illorum, reprehenſiua eis apponantur, & oſtendantur, illa indignantes aperte ſpernunt, uel ſaltem eis non ſapiunt. Nec de tali materia diutius loqui uolunt, ſed ad aliam ſe uertunt loquendi materiam, oſtendentes, quoniam qui de terra eſt de terra loquitur. Ioan. 3. Et tales loquentes perfecte abominati ſunt. Amos 5. loquentes quæ fas non eſt. 2. Mach. 12. 6 Exemplum.

¶Si ergo malis non placent, loquelæ bonorum, ita nec placeant uerba malorum bonis, nec ea patiẽter audiãt. Sed uel recedant, more apum prædictarum, uel loquentes increpent, exemplo Christi, de quo dicitur. (Lucæ 4.) Increpans non sinebat ea loqui, quia corrumpunt bonos mores colloquia praua. Sicut ergo increparent, & corruptores fugarent corporis, atque fures detestarentur, morum, & uirtutum, atq; homines fugiant infernales.

Ar.2. ¶Quod uero pernicioſa loquentes infernalis ſint loquelæ cognoſcitur experimento, ipſius nanque loquelæ, & auditus experimento cognoſcitur. Primo, de qua ſit terra, qui loquitur. Secundo ad quam uadit. Tertio cuius do
7 mini ſit. Quarto qualiter interius ſit, quantum ad ſpiritualem nobilitatẽ, & ignobilitatem. Quinto ad ſpiritualem fertilitatem, & ſterilitatem. Sexto quantum ad ſobrietatem, uel ebrietatem. Septimo quantum ad ſapientiam, uel ſtultitiam. Octauo quantum ad ueritatem, vel falſitatem. Nono etiam oſtendetur, quomodo etiam per auditum qualitas cognoſcitur audientis. Decimo unius per loquelam, & alterius per auditũ cognoſcitur ars. Vndecimo, quantum ad ſanitatem, uel infirmitatem. Duodecimo quantũ ad diuitias, uel paupertatẽ.

Exẽplũ. ¶Primum patet. Nã ſicut cõmuniter cognoſcitur quis gallicus, quis teutonicus ſit, uel anglicus ex loquela ita qs de terra ſcolaque ſit Dei, uel diaboli, ex loquela cognoſcitur. Tali enim experimento cognitum fuit, de qua terra, ſeu patria fuit Petrus, cui dicitur (Matt. 26.) Galileus es, nam & loquela tua te manifeſtum facit.

8 ¶Secundum ex parte patet. A. 26. 19. Exẽplũ. & I. 12. 30. Eſt enim in hoc caſu de nobis, ſicut de duobus, quorũ unus eſt ſine ſpe redeundi à terra ſua relegatus, alter vero eſt extra terram ſuam peregrinus, quia ſicut primus non libenter loquitur, uel diligit, uel audit proſpera de terra illa, uel hominibus terræ illius, ad quam non habet ſpem remeandi, ſed potius mala, cuius ratio eſt, quia loquendo, uel audiendo mala de terra illa, exilium ſuum conſolatur, leuiusq; illud fert & ſuſtinet, quia ſi multa proſpere loqueretur, uel audiret, plus de exilio ſuo triſtaretur, dicendo, heu me, q tam fęlicem terram perdidi habitationem ad patriam. Peregrinus vero, qui reuerti intendit, libenter bonum loquitur, uel audit de terra ſua. Sic illi, qui de meritis ſuis exigentibus de terrra exules ſunt uiuentium, nunc in culpa & cauſa, de qua poſt modum relegati erunt in pœna, non libenter loquuntur, uel audiunt de terra illa loqui bona; Nec de uia loquuntur, uel inquirunt, quæ ad illam ducit, peregrinus uero, qui dicere põt illud (Pſal. 38.) Aduena ſum apud te, & Peregrinus ſicut omnes. p. m. libenter loquitur, uel audit Deum loquentem, ſicut locutus eſt ad patres noſtros Abraam, & ſemini eius in ſęcula. Luc. 1.

¶Tertium etiam exemplo patet ca- 9
num, qui ſuper dominum ſuum nõ la- Exẽplũ.
trant, ſed ſuper extraneos; dominique uoci, & uocationi obediunt, & non extraneorũ, dominoque ſuo applaudunt, & non extraneo, ſicut ergo tali experimento coniecturatur, cuius ſit canis, ita etiam cuius ſit, qui loquitur, uel audit, Chriſti ſit uel diaboli, quia ſicut dictũ eſt de cane, qui non latrat ſuper dñm ſuum, ita nec ſeruus Chriſti ei, uel ſuis obloquitur, uel uerbis, ſeu iuramentis irritat, ſed diabolo, & ſeruis eius, Chriſtoque obedit, & ſeruis eius, eisque applaudit. Canes uero uenatici diaboli, q ei prędam capiunt, dũ alios prauis colloquijs inficiũt, ſuper Deum & ſeruos eius iuramẽtis, improperijs, detractionibus, & irritationibus latrant, diabolũ vero & miniſtros eius libẽter audiunt, de operibus eius libenter loquuntur, eisque applaudunt, de quibus, nemo quo bonum eſt loquitur. Iere. 8.

¶Quartum in ſuper exemplo patet 10
tam uolucrum, quàm canum. Nam Exẽplũ.
ſicut aues nobiles minus garriunt, quàm ignobiles, ſicut patet de falconibus,

bus, & huiusmodi, magnique minus
Exēplū. quàm parui clamant. Canes etiam qui nobiles uocantur, sicut leporarij, qui maioris sunt fortitudinis, & uirtutis, minus latrant, quam rurales, uel debiles, de quibus, Seneca in Prouerbijs. Canibus (inquit) imbecillibus mos est, quanto plus defecerint viribus, tanto magis latrantibus indulgere: duodecim etiam magni Lucij, minorem strepitum faciunt in stagno, quam duę ranę, ille nāque ranæ clamant, sed Lucij tacent. Sic miseri semper murmurant, uel turpia & detractabilia loquuntur, ubi bonus loquitur uerbum tempore suo. Prouerb. 15.

11 ¶Quintum etiam patet per exemplū
Exēplū. uinearum, & aliarum arborum, quia sicut in illis folliorum ariditas, & nimis tempestiua decoloratio, quæ à fulgoribus, & uentis urētibus oriri solet, signū est sterilitatis anno illo in uineis, & arboribus, & etiam frugibus quibuscunque, ubi uero folia, quæ ad fructuum à frigore & æstu ordinantur custodiam, sunt uirida, & bene ordinata, signum est fertilitatis. Sic ubi uerba sunt inordinata, à fulgure tentationis diabolicę percussa, signum est, quod non est ibi fructus uirtutum, nec fructus ille benedictus, de quo ad Mariam Dei matrem dicitur; Benedictus fructus uentris tui; Sed sterilitas, quia fraudes labia eorum loquuntur. Prouerb. 14. ubi uero uerba sunt bene ordinata, signum est, quod talis est tanquàm lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et quod huiusmodi fructus signum addit dicens, folium eius non defluet, &c. de lingua sic loquente dicitur. (Prouerb. 15. Lingua placabilis lignum uitæ, quia lingua eius loquetur iudicium, in Psalm. 35. Quæ quidem loquela ipsum signat esse lignum uitæ, quod fructum suum sicut nec ostendit, ita nec producit mortem, de quo Iob 16. donec supereſt alitus, in me non loquentur labia mea iniquitatem.

¶Sextum etiam exemplo ostenditur Exemplum. 12
fluuiorum, magnus nanque fluuij sonitus, signum est eius inundationis, sic magnus sonitus inutilium, & turpium uerborum, uel est signum inebriationis potus materialis, uel peccati, ubi nanquàm talis est ebrietas ibi uerbositas inhonesta, quod patet in taberna, ubi decimum uerborum non est utile nec honestum. Et sicut ubi frequens est aquarum inundatio, inutiliter seminatur illa terra, quia semen ibi submergitur, & non crescit, ita nec semen verbi Dei, ubi frequens inundatio tabernæ, & ebrietatis. Tales nanque uel semen uerbi Dei non suscipiunt, sed potius in taberna esse eligunt, dum illud suscipere deberēt, uel si suscipiunt, ebrietatibus & uoluptatibus, suffocant uerbum, & cito illud obliuioni tradunt. Cū stulto ergo ne multum loquaris. Eccl. 22. Et in auribus insipientium ne loquaris. Prouerb. 23.

¶Septimum quotidiano patet experimento, quo uidemus, ꝙ sapientes 13
minus loquuntur, immo etiam si sapientes non sint, & parum loquantur, sapientes æstimantur, quam quidē æstimationem loquendo mutant. Sicut Exemplum.
scholaris ille Parisius, de quo fertur, quod à socijs suis sciolus reputabatur, quia semper siluit: cum uero postea in scholis male respondisset, unus de socijs ab alio postmodum, qui præsens tunc non erat interrogatus, quomodo respōdisset dixit, ipse perdidit pulchrū silentium. Alius uero simili modo requisitus dixit, ꝙ optime determinauit quæstionē dubiam melius quàm omnes de uniuersitate, uel societate fecisset, quomodo, inquit alius, potest hoc esse, quia totum contrarium audiui, ꝙ nidelicet male respondit, cui alius, nosti quod dubium fuit de eius literatura, & plures opinionem habebant, quod erat bene literatus, alij, quod non istam quæstionē, seu opinionem dubiam, clarissime determinat, ostendens, ꝙ parū, vel nihil scit, huic illud cōmune puerbium, dici potuit. Si tacuisses, philo-

ſophus fuiſſes, ſed loquendo philoſophum ſe non eſſe oſtendit. Et reuera frequenter accidit, ꝙ tales minus ſilere poſſunt, quàm ſapientes. Vnde Valerius Exemplum. maximus li. 7. refert ꝙ cum Solon alijs loquentibus taceret, interrogatus, utrũ propter uerborum inopiam, aut quia ſtultus eſſet, taceret? reſpondit, nemo ſtultus tacere poteſt. Ideo dicit Ambro. de officio. lib 1. ꝙ tacere noſce eſt difficilius, quàm loqui. Si ergo uidiſti hominem uelocem ad loquendum, ſtultitia magis ſperanda eſt, quam eius correctio. Prouer. 29.

14 ¶Octauum per exemplum oſtenditur prædicamentorum Ariſtotelis, inter quæ, ſicut relatio minus habet de entitate, ita relatores frequenter minus habent de ueritate, quia non eſt ueritas in ore ipſorum, in Pſal. 5. quia docuerunt linguam ſuam loqui mendacium. Ierem. 9.

Exemplum. ¶Nonum per exemplum oſtenditur diligentis, qui libenter audit loqui de re dilecta, dicens illud. (Canti. 2.) En dilectus meus loquitur mihi. Sicut ergo libens de aliqua re auditus, ſignum eſt ꝙ interius eſt, qualitas dilectionis, ita libens malorum auditus, ſignum eſt, ꝙ mala diligit, & aliqua mali qualitas interius lateat, per quam ſimile diligit. Ex qua etiam tanquàm ex fonte riuulus oritur, malę loquelæ, cum de cordis abundantia os loquatur, ubi ergo os libentius, & ſæpius loquitur tam malum, quàm bonum, & aures tale audiunt, & cor citius credit (ſicut patet. D. 6. 35.) oſtenditur, ꝙ cor plus mala abundat qualitate, quàm bona, & ſpecialiter, ubi malum loquuntur, audiunt, vel credunt de bonis in bono perſeuerantibus, quia ꝙ de bonis deficientibus multa, & admiratiue loquantur, ex raritate, quæ admirationem inducit, contin Exemplum. gere poteſt, quia ſicut plus loquerentur, & admirarentur de ſpiſſis tenebris in meridie, quàm circa mediam noctẽ, ita de uno facto tenebroſo in illo, qui ſemper fuit clarus, uel qui inter claros ſemper uixit, quàm de multis factis malis illius, qui ſemper fuit malus, uel inter malos conuerſabatur. Quod autem de illis, qui in ſe boni ſunt, & inter bonos uiuunt, mala loquantur, potiorem neſcio cauſam, niſi facti illorum plenitudinem, de quo ſicut nec de uaſe pleno poteſt aliud exire, uel extrahi, quàm ꝙ ibi poſitum fuit. Et ſic, ſicut Exemplum. cognoſcitur, ꝙ quis diſpoſitionem habet infirmitatis interius, ex hoc quod dulcia, quæ ſumit, dicit eſſe amara, & econuerſo. Ita ſpiritualiter plenus malo, & infirmus oſtẽditur ex hoc, ꝙ malos uel mala commendat, & bona dicit; & econuerſo, de quo Eccl. 11. bona in mala conuertens inſidiatur & in electis ſuis ponit maculam.

¶Ex iſtis cognoſcere poteſt, quis quã uel qualem habeat interius diſpoſitionem, uel qualem colat, uel diligat Deũ, quia videm⁹ omnes, de qua re plus cogitant, loquuntur, & libentius audiunt, ardentiusq; diligunt, & illius rei qualitatem, & ſimilitudinem habent in anima (ſicut patet. A. 20. 2.) Illamque rem pro Deo colunt. Caueant ergo guloſi, qui quaſi ſemper loquuntur de cibo, uel potu, quorum ideo uenter Deus eſt. Et luxurioſi, qui libenter loquuntur de immundicia. Et auari, qui libentius loquuntur de lucro pluſque illud, quàm Deum, quem propter illud negant, diligunt, qui etiam luxurioſis & malis fauent, & caſtos perſequuntur, uel eis obloquuntur, & ſic de alijs uitis, uel uirtutibus. Contra quos nota auctoritatem Senecæ. D. 6. 15. Et Hieronymi ibidem 17.

¶Decimum p exẽplum patet omniũ 15
artificium, qui ſicut de illa arte libenter Exemplum.
loquunt, & audiunt, in qua ꝓficere intendunt, uel quas ſciunt, & diligunt, ita in arte aĩæ, de qua dictum eſt. I. 12. 30. Dicat ergo artifex animę, laudationem domini loquetur os meũ, in Pſal. 164.

¶Vndecimũ patet p exẽplum de uri- Exemplum.
na, pulſu, anhelitu, & colore ramorũ arborũ. Quia, ſicut urina, & pulſus interiorẽ indicãt ſanitatẽ, uel ĩfirmitatẽ, ita mors & uita in manu linguę. Prou. 18.

¶Sicut

Exemplum. ¶Sicut etiam anhelitus fœtidus signũ est interioris indispositionis. Et color hominis exterioris interioris hominis
Exemplum. indicat dispositionem. Et rami, & folia arboris ostendunt conditionẽ, quia si tempore, quo uirentia esse deberent, sint arẽtia, signum est interioris ariditatis, si uirentia, signum est interioris vitæ, & sanitatis. Sic uerba interioris signũ sunt deuotionis, uel ariditatis interioris sanitatis, uel infirmitatis, qa lingua sapientũ sanitas. Prouerb. 12. Vnde Cassiodorus. Vis scire, quale cor frater tuus habeat attende, bene, libenter & frequenter loquitur, quia ex abundantia cordis os loquitur, &c. Sicut olla
Exemplum. bulliens ostendit, quid in fundo, & sic condemnabit te os tuum. Iob 15.

Exemplum. ¶Duodecimum per exemplum patet de grangia, quia sicut vẽti plus abundant in grãgia uacua, quam plena, hoc enim docet tam experimentum, quàm prouerbium, quo dicitur, grãge vuyde venteuse. Ita uentus uerborum in illo, qui est uacuus, & pauper, & ab omnibus uirtutibus denudatus, quia uerba plurima; ibi frequẽter egestas. Prou. 14. Et in multiloquio non deerit peccatũ. Prouer. 10. Nolite ergo multum loqui, sicut Ethnici faciunt. Matth. 6. Qui male locuti sunt de Deo, in Psal. 77.

Art. 3. ¶Ad quorum ingratitudinis ostensionem cum audiorum suorum ingratitudine non sufficiunt exempla ostensa. D 6. 33 & C. 12. & G. 2. 25. In quibus
16 ingratitudo ostenditur auditorum. Et
Exẽplũ. I. 12. 8. & 30. ubi ingratitudo ostenditur, scilicet loquentium. Sed etiam aues cœli in testimonium adducendæ sunt contra eos, quæ linguas, quas à Deo acceperunt, nunquàm contra Deum laxant; sed quantum natura eis dedit, Deum cum illis laudant, quarum tamen linguis non tantam contulit uirtutem, quantum linguis contulit humanis.

¶Sed dicent, ꝙ ille aues nec Deum tantum honorant cum linguis suis, quantum ipsi quandoque faciunt. Quibus respondetur, ꝙ magnum uidetur concedere inconueniens, quia sicut contra naturam est, ꝙ de eodem fonte emanet aqua dulcis, & amara, ita contra rationem est, ꝙ de eodem ore Dei procedat laudatio, & inhonoratio, oratio pro salute propria, & iactatio de pec catis suis contra salutem propriã, ꝓximi informatio, & detractio. Et ꝙ de calamo suo, scilicet, calamum faciat spiritus maligni, quod de ore Dei os faciat diaboli. Os quippe iusti, os Dei dicitur, Os iusti.
per quod Deus loquitur, quia dominus locutus est in sancto suo, in Psalm. 59. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus. 2. Corin. 13. Et veritas in euangelio, Non uos estis, qui loquimini, &c. Matth. 10. Os domini locutum est. Isa. 1. & 58. Et si separaueris preciosum à uili, quasi os meum eris. Hierem. 15. Sic os peccatoris os est diaboli, unde Psal. 108. Os peccatoris os dolosi. i. diaboli super me apertum est, ꝙ postremo de lingua, quæ clauis cœli in tantum facta est, ꝙ cœlum pro eis, & alijs ipsa aperire possunt, si uoluerint clauẽ pro se, & alijs, quos tentant, uel qui eorum libenter audiunt iuramenta, uel detractiones faciant inferni, & Christi euacuent redemptionẽ, contra ipsam ingrati existẽtes, de quo cõqueritur dicens. Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. Oseæ 7. Talis lingua est tam sibi, quàm alijs ualde periculosa.

Exemplum. ¶Primo, quia qui ore suo discretionis non apponit custodiam, est, sicut ciArti. 4.
Exẽplũ. uitas absque muro, cui imminet peri17 culum tẽpore belli, sic ille, de quo Prouer. 25. Sicut urbs patẽs & absq; murorum ambitu. Ita uir, qui in loquendo non potest cohibere spiritum suum.

¶Secũdo, qa est, sicut equus sine freExẽplũ. no, nauis sine gubernaculo, domus sine ostio molendinũ sine exclusa. Pro quo est sciendum, ꝙ sicut exclusa omnino à molẽdino amota, molẽdinũ inutile efficit, qa tota aqua effundit, ita ubi nulla est oris custodia, ofa uerba effunduntur ad suũ, & aliorum malum, quia qui dimittit aquam caput est iurgiorum.

Prouerb 17. Quando uero excluſa ſemper apponitur, nocet quando uero pro tempore apponitur, & pro tempore amouetur, aqua molendino prodeſt, & excluſa debit⁹ ſuum cõplet officium. Et ideo aquæ ſubmittitur, ut aquam quando curere non debet, retineat, ex tẽpore, quo eius curſus ualere poteſt, amoueatur, & aquam currere permittat. Sic de oris cuſtodia & ſilentio, ſi ſemper ſileat, nocet. Oportet ergo ꝙ tẽpus captet loquendi, & tempus tacendi, & ꝙ utrunque tempus ſuum aptum habeat, quia tempus tacendi, & tempus loquendi. Eccl. 3.

18 ¶Sed notãdum, ꝙ ſicut aqua diu retenta & obturata, & poſtmodum dimiſſa, uehementius, & impetuoſius currit, in tantum, ꝙ quandoque ripas ſuas, uel frangit, uel eiit, & terræ circumiacenti nocet, & ſegeti, ita illi, quandoque, qui diu ſilent, uel patienter, ut uidetur, irã diſſimulant, qũ loqui uel iraſci incipiunt, nimis loquuntur, & impetuoſe iraſcuntur, ſicut ignis in ſpinis, & aqua de rupi per torrentem currens, & omnes in circuitu moleſtant, & turbant, omnem talem admonet ſcriptura. (Eccleſiaſt. 25.) dicens. Non des aquæ tuæ exitum, quod qũ ſpiritualiter intelligi debeat, accipe. Lac. 1. Tardus (inquit) ad loquendum, & tardus ad iram.

Exemplum.

Exemplum.

¶Tertio, quia eſt ſicut nauis non bene conſolidata, nec pice linita, in qua foramina dimittuntur aperta per aquæ intrant, & nauigãtes ſubmergit, ſic qui ſenſus corporis, & ſpecialiter os habet nimis apertum, qui dicere poteſt illud. (Pſal. 68.) Intrauerunt aquæ uſque ad animam meam, per os ſuum, uel alios ſenſus, ipſam ſubmergentem. Et nunc ſcio, ꝙ os eſt lubricum operatur ruinas. Prouer. 26. Et ꝙ eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum. Eccl. 20. Et ꝙ qui inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. Prouer. 13. (Nota. S. 6. per totum.) Qui ergo cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam. Prouer. 13.

19 ¶Et non ſolum per os, uel alios ſenſus apertos intrat aqua peccati ad ſubmerſionẽ ꝓpriã, ſed etiã per foramina, illa exit fętor ad aliorum infectionẽ, & ſpiritualẽ occiſionem, quia dum ad modum tumulorum, qui corpora recipiunt fętentia, de quibus non bene clauſis exit fętor, aerem & circunſtantes, & uel commorantes inficiens, & aliorum fętores interius mentẽ recolliguat, & eis incorporant, uel non fętores, ibi tanquàm uas immundum inficiunt, & fętere faciũt, quos nõ bene retinent, quia os nõ bene clauditur; ſed os, aures, & oẽs ſenſus, monumẽta aperta ſunt. Matth. 27. Et ſepulchrum patẽs eſt guttur eorũ, linguis ſuis doloſe agebant, detrahendo, murmurando, iurando, turpia loquendo. Et multis modis fętores ſuos ad aliorum deprauationẽ & infectionem emittendo. Et ſemina peſſima, tanquã ſeminatores diaboli in cordibus audientium, per eloquia turpia ſeminando. Ex quibus ſeminibus in poſterum mala creſcunt opera. Quia ex talibus cogitationibus illis, ex talibus uerbis impreſſis procedunt operationes.

Exemplum.

¶Sed dicunt, talia loquendo, nullum malum cogitamus, ſed pro ſolacio talia loquimur, unde tam mimi, quàm alij paraſiti quando uident alios de turpibus uerbis ſuis & iuramẽtis riſum accipere, & ſolacia, maxime ad talia dicẽda nituntur, unde eſt de illis, ſicut de leone, qui (ſecundùm fabulas) uoluit uilibus animalibus placere, eis de uilibus cibis, quibus libenter veſcuntur, miniſtrauit, & totum conuiuium nobilium animalium maculauit, illorumq; ſocietatem turbauit. Sic illi, dum nituntur aliquibus leuibus, uel turpibus pſonis, talibus placere, narrationibus bonos & honeſtos turbant, & totũ conuiuium maculant. Ergo ne timere, qd loquaris. Eccl. 5. Quia ſi feceris, & tibi, & alijs (ut oſtenſum eſt) noces, & diabolo places. Vnde ſcribit Gerardus in itinerario ſuo de quodam, qui tantam familiaritatem habuit cum malignis ſpiritibus, ꝙ eos uidere, & alloqui potuit, quotiens autem falſum coram eo dicebatur,

Exemplum.

Exemplum.

batur,illud agnouit, videbat enim diabolum ſuper linguam mentientis,quaſi ſalientem & exultantem. Nec,mirum ſi ille in talibus delectetur, qui cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur. Ioh.8.

Ar.5. ¶Tot vero ingratitudines,& pericula, neceſſe eſt pœnam ſequi duplicem, temporalem ſcilicet,& æternam.

21 ¶Temporalem uero triplicem, quia pœnam ante mortem ſuſtinet derisionis,in morte uero mẽbri,in quo peccauit priuationis, poſt mortem ſenſibilis combuſtionis. Has enim pœnas, qui loquitur iniqua,non effugiet. Sap.1.

Exemplum. ¶Quod non effugiet primam, patet per hiſtoriam,qua fertur infirmum reſpondiſſe Medico dicenti,ꝙ comederet de parte piſcium caudæ propinquiori, quia ſanior erat pars, quia plus mouebat, ergo (inquit infirmus) lingua vxoris meæ ſaniſſima eſt,quia cõtinue mouetur:, quia non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum ibi non audiantur voces eorum. Quod non effugiet ſecundam,patet per illud,quod ſcribit in libro de apibus de quodam aſſueto ad turpia,& pernicioſa loquẽdum,qui antequam moreretur,linguam propriam comedit, & poſt mortem tantus fœtor de eius exiuit gutture, ꝙ ſtupor erat.Et iuſte quidem linguam ſuam comedit, propter rationes, & auctoritates oſtenſas.D.6.29. Iuſte etiam de eo fœtor exiuit propter rationem oſtenſam ſupra. eo. c.19. Ergo indiſciplinoſæ loquelæ non aſſueſcat os ſuum.Eccl.23.

Exemplum. ¶Quod inſuper non effugiet tertiã patet, per hoc quod ſcribit beatus Grego.4.de animarum,de quadam muliere, licet caſta,non tamen linguam ſuã caſtigauit, poſt cuius mortẽ cuſtos eccleſiæ eam quadam nocte de fouea ſua extrahi uidit, & per mediũ ſecari,& ſic per medium comburi, parte ſub cingulo integra remanente,in ſignum caſtitatis, pars ſuperior ibidem totaliter cremabatur, in ſignum malæ linguæ, in cuius uiſionis, & cõbuſtionis certitudinem, in craſtino combuſtionis ſigna ſuper pauimentum oſtenſa fuerũt. Nec mirum,quia ſupra.E.C.17.dictum eſt,ꝙ talis eſt, ſicut ciuitas abſque muro, talis autem ciuitas tempore belli cõburitur. Sic diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquã. in Pſal.11. Quia ſagitta vulnerans eſt,lingua eius dolum loquuta eſt. Ierem.9. Exemplum.

¶Secundo,quia pœnam non effugiet æternam,patet primo, quia iuſtum uidetur,ꝙ illi,qui regnum cęleſte,nec ſocietatem illam diligunt,illo priuãtur, ſed iſti ſunt huiuſmodi (ſicut patet ſupra eo.c.7.) Ergo nec illam intrabunt terram,figura, & auctoritas de Iudæis, qui non intrauerunt terram promiſſionis, cui detraxerunt, ſicut patet. D.6.29. 22

¶Et licet omnes pernicioſa loquentes prædictas timere debeant pœnas; maxime tamen iurans, & detractor, de quo dicit beatus Greg. in mora.(ſuper. 1.Iob 19. Carnibus meis ſaturamini.) Linguæ frena relaxat audacius,ut nulli deferat, nunc in blaſphemiam conditorum, nunc in contumeliam proximi rapitur,unde Pſal.72. Poſuerunt in cęlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra, ideo & diues in igne poſitus ſtillari ſibi aquam in lingua poſtulabat,quia ubi amplius peccauerat,ibi atrocius ardebat.

¶Quando ergo alij de omni uerbo ocioſo reddent rationem; Et ſecundùm beatũ Greg. in paſtoralibus in illo cap. Aliter admonẽdi ſunt taciturni, atque aliter loquaces, uerbum ocioſum ſit,ꝙ aut rõne iuſtæ neceſſitatis, aut intẽtione pię vtilitatis caret, qualẽ rationem det, qui diuinũ ſubtrahit honorẽ iurãdo,& proximi furatus eſt fama detrahendo.Et ſi oĩs fur (ut ſcriptũ eſt)iudicabitur.Zach.5. Et ſi fures rerũ corporaliũ regnũ Dei nõ poſſidebũt.Cor.6. Quomodo illud obtinebũt, q furãtur famã, qui omne bonũ exterius excellit, quia melius eſt nomen bonũ, quàm diuitiæ mulie.Prouer.22. Qñ quidẽ nomẽ ipſi furãtur,non manibus, ſicut alij fures, 23

qui furantur propter paupertatē, ſed lingua propter uanitate, quia cōmuniter alijs obloquentibus ſunt uani, & ideo aliorum facta in quibus ipſi uideri vellent, detractionibus deprimunt, ut illa in ſe glorioſiora videātur. Et bene, vnde alios deprimunt, ſeipſos inaniter extollunt, & quod de alijs lingua furantur, ſibiipſi quantū poſſunt per fas uel neExemplum. fas attribuant, ſic miſeris aſſimilantur in facto illo latronibus, qui de aliorum veſtibus parua furantur fruſtra. Vnde ei clamidē faciunt ſceleſtorum, ſub qua ſicut nullus honoratur, ita nec ipſi à Deo, uel bonis hoibus honorabuntur in ornamento illo, ꝙ alijs obloquendo texere credunt, qui loquuntur pacē cū ꝓximo ſuo, ma.aūt in cor, in Pſal. 27. Et qui loquitur pacē cum ꝓximo ſuo, & in occulto ponit ei inſidias. Ierem. 9.

Art. 6. ¶Ad euitandum tot illicitæ locutionis pericula, & pœnas, multiplicia excogitare neceſſe eſt remedia.

24 ¶Quorum remediorum primū adhibuit, & oſtendit Deus in rationabili natura, in qua uidemus, ꝙ dedit homini in gutture duas cānas, ſeu meatus, &
Os. unum os, in ſignū, ꝙ minus loquetur, quàm eius ori de corpore per meatus illos aſcenderit, dedit inſuper homini duas aures, & unum os in ſignū, ꝙ minus loquatur quàm audiet, habēdo reExemplum. ſpectum ad primum, fuerunt Tullium reſpondiſſe requiſitum, cur parum loqueretur? homo (inquit) habet duas cānas, & unum os, in ſignum, ꝙ non loquetur quicquid venerit ſibi ad os, haExemplum. bendo reſpectum ad ſecundum, ferunt etiam hiſtoriæ alium philoſophum ad conſimilem quæſtionem per ſecundā reſpōdiſſe cauſam, memini (inquit) me duas accepiſſe aures, & unū os, ut plus audirem, quàm loquerer.

¶Videmus inſuper, ꝙ in natura humana magnū fecit ſpacium inter cor & os, in ſignum, ꝙ in illo medio ſpacio debet ratio, occurrere loquale, anteExemplum. quàm per eos publicetur, & examinare illam, utrum publicanda ſit, an non. Sicut ergo inter duas partes ponitur iudex, uel arbiter medius, qui partes, & cauſas partium examinet, ita inter cogitationem & locutionē, uel inter auditum & loquelam, debet poni ratio, quæ partes examinet, antequàm palam ſententia cordis publicetur, ut plus uel minus loquatur. Num. 22.

¶Secundum remedium oſtendit in 25
natura ſerpentina, & irrationabili, Exem-
de qua dicunt naturales, ꝙ lingua cu- plum.
iuſdam ſerpentis mortui nalet contra aliorum ſerpētium uenena, quia ſuper mēſam poſita dicitur ſudore ſuo venena propalare, in ſignū, ꝙ ſicut hæc ſerpentis mortui lingua, alia impedit venena poſita in menſa. Ita lingua detractoris ſeu adulatoris ſeu iuratorum, uel illiciti locutoris mortui, aliorum conſimilia loquentium impedire deberet venenoſas loquelas in corde rememorata, quia ꝙ in lingua ſerpentis operatur uirtus naturalis ei indita, in iſta operati deberet pœna excogitata, de qua habetur. D. 6. art. 8. per totum. Sed quia talis lingua plus uiſa, quam excogitata, corda moneret loquentium, utinam talem linguam cum tota, quàm ſuſtinet pœna in menſa, & alijs locis ſecum haberent, & uiderent, ut per linguā ſuā compeſcerent, quia illa viſa efficacius illos compeſceret, quàm verſus Auguſtini de quibus habetur. D. 6. 12. Quia efficacius defunctus loquitur, Heb. 11.

¶Tertium remedium addere debe- Exem-
ret humana ratio, quæ dictat, ꝙ ſi uas, plum.
in quo cibus reponitur corporalis, eſt cooperiendum, ne à muſcis inquinetur à fortiori ratione, uas cordis, in quo cibus reponitur animæ, vel reponi deberet, eſt cooperiendum per oris, & aliorum ſenſuum cuſtodiam, ne muſcæ intrent inferni, & illud maculent, & immundum facient, uas nanquàm, quod cooperculo caruit, lex immundum indicauit. Numeri 19. 26
Ratio inſuper dictat, quòd ſi quis Exem-
oſtium clauderet, ne animal quod- plum.
cunque perderet, & maxime, ubi ſciret animalibus periculum imminere propter latronum inſidias, niſi

oſtium

ostium clauderet, ꝙ à fortiori ratione os, & sensus claudere deberet, ne animã amitteret, cuius amissioni caudissimi insidiantur latrones, contra quos neceſſe est sensus claudere, & clauem tanti thesauri in rationis reponere custodia, quæ antequàm aperiat, consideret, quid dicas, & ubi de quo, cur, quomodo: quando. Clauem enim cœli, & tãti thesauri, etiam in via nullus negligenter reponere deberet.

¶Sed, heu, quomodo iuuabit clauis, ubi nullum est ostium, sed ubi loquacitas abundat, nullum est ostium. Vnde
Exemplum. in uita Pa. Cum quidã senex ad quendam ueniret senem Antonium nomine, duos secum ducẽs socios bonos, sed loquaces Antonio dicenti, ꝙ bonos in uia habuit socios? Respondit senex, Boni quidem sunt (inquit) sed domus illorum non habet portam, quicunque vult intrat, & asinum furatur, quia loquebaũt de oĩbus, q̃ acciderãt. Luc. 34.

¶Iterum ratio dicat, & informat, ꝙ
27 sicut foramen est obturandum, per qđ
Exemplum. ignis amarus exit, & intrat, & fumosus, ne alijs noceat; quod etiam ignis ille est extinguendus, & obstruendus.

¶Ita foramen oris, per qđ exit ignis ille, de quo Iac. 3. Lingua ignis est. Et in Psal. 38. Concaluit, cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis, est obturandum, quod si gratis illud obturare noluerit, pœnis inuitus illud obturare debet, uel de illis uerificetur illud Psal. 62. Obstructum est os loquentium iniqua.

Exemplum. ¶Quartum remedium afferre deberet sapientium doctrina: de qua fertur, ꝙ quidã philosophus requisitus à quodam, quomodo omnibus in bono placere posset: respondit, fac bene, & parũ loquere.

¶Quantũ afferre deberet timor male societatis. Pro quo est sciẽdum, ꝙ secundùm beatum Grego. in Homel. de discipulis euntibus in Emaus. Sicut discipulis tunc de Christo loquentibus, Christus inter eos adfuit, eosque associauit. Ita & nunc, sicut ẽt Angelus bonus bene loquẽtes associat (sicut patet. A 22. 6.) Ita ꝑ argumẽtũ à cõtrario sensu male loquẽtibus deest Ieſus, affuitq; inter illos & Sathan, quia & rationabile uidetur, ꝙ sicut Christus, & angeli boni sunt, ubi loquuntur de his quæ ad eos ptinẽt, ut eos inueniant, linguasq; illorum moueant, sicut ipsemet Christus promisit, dicens, dabitur uobis in illa hora, quid loquamini. Matth. 10. Quia nõ uos estis, qui loquimini, &c. 28
Ita dęmones sunt præsentes, & adiuuantes, & linguã mouentes, ubi loquũtur de his, quę ad eos pertinent, sic etiã de illis uerificatur, non uos estis, &c.

¶Sed dicunt non cogitamus malum, sed ludentes sic loquimur. Quantũ ad primũ, quomodo possent male loqui, nisi male cogitarent, cum cogitatio loquelam prędat, nisi forte dormientes loquantur. Et præterea, si ipsi malũ non cogitent, alijs tamen malarum uenenũ propinant cogitationum, & sine culpa non est, qui culpæ dat occasionem.

¶Quantum ad secundum non deberet esse bonus ludus, uel societas, ubi malignus spiritus esset socius, & particeps, quia si socium illum uidere possent, cito à ludo fugerent, nec ludendi haberent appetitum, quem ergo oculis nõ uides corporalibus, fide uidens obmutescas, nec ultra addas loq. Iob 40.

¶Vt autem remedia prædicta efficacius adhibeant, meritum, & præmium ostendere restat bene, ac discrete, & utiliter loquentium.

¶Horum primo meritum, & gratia Arti. 7.
ex similitudine ostenditur, quam cum Maria matre Ieſu habent, quę parum, 29
& solum cum quatuor honestis perso- Exemnis, & de utilibus ĩ sacra scriptura legit plum.
fuisse locuta. Cum angelo uidelicet, qui eam salutauit. Cũ filio suo quando dixit uinum non habent: ubi negocium procurauit pauperum. Cum ministris illis in nuptijs, quando dixit, quodcũq; dixerit uobis facite: ubi diuinis obedire docuit mãdatis. Et qñ salutauit Elisabeth, ubi magnam docuit humilitatẽ. Caueant ergo, q̃ eius habere credũt deuo-

deuotionē,& ſpecialiter mulieres, nec multum loquātur,ſed ſi quis loquitur, quaſi ſermones Dei.1.Pe.4.

¶Secundo magnitudo prēmij,& meriti, ex difficultate attenditur operis. Difficultas uero operis, quæ in linguæ habetur cuſtodia, ad hoc quòd ſileant, quando debeant, & loquantur quando loquendum eſt, ut non delinquant in lingua ſua; Ex narratione oſtēditur quę legitur libro nono. hiſtoriæ tripertitæ. Exemplum. Ibi namque legitur, quòd abbas pambo,cū eſſet illiteratus,acceſſit ad quendam, ut doceretur à quo cum audiſſet primum uerſum illius Pſal. 38. Dixi cuſtodiam,& c.ſecundum uerſum, non eſt paſſus audire,dicens, ſi potero hoc implere,hic uerſus ſolus mihi ſufficiet. Cunque doctor eius ipſum poſtmodū cuſparet, quòd per ſex menſes ad eum non ueniſſet, reſpondit, uerſum illum adhuc opere non impleui, poſtea uero à quodam requiſitus, an uerſum ſuum didiciſſet,& compleuiſſet, reſpōdit.49. annis (inquit) uix illum implere potui, ſic ſitis loquentes uobiſmetipſis in primis. Eph.5.

3 ¶Tertio idem patet exemplo cuiuſdam fabulę qua fertur, quòd rex quidā Exemplum. hæredem ſuum inſtituere uoluit; vnū de tribus filijs, qui ſapientius ad interrogata reſpōderet. Illis ergo tribus coram eo cōgregatis, interrogauit ſenioreē, ſi eligere poſſet,& deberet, vt vnius auis haberet naturam,& conditionem, qualis auis eſſe uellet, qui dixit, quòd Aquila,quia altius uolat,& alijs dominatur auibus:Secundus reſpondit,quòd falco eſſe uoluit, quia delicata comedit,& dedicate nutritur: Tertius reſpōdit, quòd cignus cum longo collo eſſe uoluit, ut de omni uerbo deliberare poſſet,antequā ad os de corde per longum collum tranſiret, ſi dicendum eſſet,uel non,pater uero hæc audiens,dixit,ſenior hæres non erit, quia ſtatum affectat ſuperbum,nec ſecundus, quia uitam affectat guloſam: Sed tertius,qa deſiderat in loquela eſſe circunſpectus, iſti itaque tertio locutus eſt,dicens,tibi do hæreditatem meam. (Sic Deus ſuperbis,& guloſis,& alijs uicioſis de hæreditate electis cęleſti illos, qui ſpiritu ſancto inſpirati locum ſunt, hæredes inſtituet.2.Pet.1. Quia ſic nouiſſimè locutus eſt nobis in filio, quem cōſtituet hæredem.Hebr.1.

¶Ludus. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Bina ludorum genera ſunt; quidam liciti, & quidā illiciti:ludus licitus animi relaxandi cauſa inuentus eſt; illicitus uero uoluptatis, ac uanitatis ſtudio exercendæ in more poſitus eſt.*

2 *Alearum ludus, ſub quo quislibet ludus innixus fortunæ uiribus, qui in pecunia fit, facile percipi poteſt, tùm clericis, tùm laicis omnibus interdicitur.*

Præterea clericis ipſis non ſolùm aleariū ludus, ſed etiā ludi earum obtutus prohibetur.

Laicis tandem conflictionis ſeu concertationis ludus non iniuria uetitur.

3 *Ludi prædicti omnes ob quam maximam eorum inæqualitatem, cum alter gaudeat & alter mœreat; à nobis prorſus omittendi ſunt.*

4 *Luſores pluribus e cauſis allucinantur, atque falluntur.*

Primum, quia iuuenes ſeu equites concertantes expenſis non lenibus, & ictibus, atque uulneribus non paucis uanitatis amictum emere ſatagunt.

5 *Deinde excæcantur, & falluntur; quia bona cuncta non nunquàm amittunt: id genus homines ad ludos proclines, dū præbent bona, & ſua amittunt, tùm Diuo Martino, tùm Diuo Iob conferri poſſunt.*

6 *Dum verò multa aduerſa inter ludendū perpeti uidentur, eidem Iob patientia præſtant.*

7 *Plurima ſunt damna, quibus luſores quotidiè afficiuntur. Quorum hæc potiſſima ſunt, nempe Dei atque parentum maledicta, & execrationes.*

8 *Item*

8 *Item luſores deteſtabilibus eorum ludis, cæteris quamplurimis iacturas nõ exiguas afferre ſolent.*

9 *Leues, tum æquitum conflictantium, tùm proteruiorum aleatorum excuſationes ſeu defenſiones, expeditè renuuntur, & profliguntur.*

10 *Triplici a pœnarum genera luſores luere debent.*

Pœnam quandam ante mortem gratis, ac dedita opera ſuſtinere volunt.

Quandam etiam in morte, priuationem nempè eccleſiaſtici monumenti; Tertium demum pœnarum genus, quod poſt mortem perſoluere debebunt, æternum erit.

Vdorum.

Primo oſtẽditur diſtinctio. Secundo ludorum noxiorũ prohibitio. Tertio inęqualitas. Quarto deceptio. Quinto periculum. Sexto ludentium reſponſio cum reprobatione. Septimo pœna.

Artic. 1. ¶Quantum ad primum, ludorum, quidam ſunt liciti, quidam illiciti.

¶Ludus licitus eſt quiſcunque ludus ſocialis, honeſtatis, inuentus & uſitatus ad leuamen laboris, & humanæ uitę licitam recreationem. Talibus enim ludis ſapientes luſiſſe leguntur, ſicut ponit exemplum Craſſianus lib. 7. collatione patrum de Ioanne Euangeliſta, qui cum aui in manu luſiſſe legitur (in 6. etiam Pa. Abbas Antonius cuidam obloquenti, hæremitæ cuidam de quodam ludo honeſto reſpondit dicens, trahas arcum tuum ſemper extentum, cui ille, non faciam, quia ſic cito deſtrueretur, niſi quandoq; laxaretur. Sic, inquit ille, caro infirma non poteſt in eodem feruore ſemper durare.

Exemplum.

Exemplum.

¶Et ponit exemplum ad hoc. Sene. lib. de tranquilitate animi de agis fertilibus, quos cito exhauriret, nunquàm intermiſſa fœcunditas, ſic hominẽ exhauriret, & nimis fatigaret, labor aſſiduus, ideo ſecundum ſapientis doctrinam. Impone tuis, interdum gaudia curis. Sic dicendum, & omnis Iſrael ludebant coram domino. 2. Reg. 6.

¶Ludus autem illicitus eſt ille, qui inuentus, uel uſitatus eſt ad cupiditatẽ, uel uoluptatem, & uanitatẽ, & alterius partis damnum, ſicut torneamentorũ, haſtiludiorum alearum, ita quòd ſub nomine alearum compræhẽdatur omnis ludus, qui uiribus nititur fortunę, qui fit in pecunia, ut patet in glo. Bernar. Omnis talis ludus prohibetur propter cupiditatem, temporis amiſſionẽ, & fraudem, & mendacia, & iuramenta, quia ſicut ſcribit policratitio. lib. 1. Mẽdaciorũ, & periuriorum mater eſt alea. Sic ergo ludentes mores ſequuntur pſidorum ludæorum, de quibus dicitur. (Exod. 32.) ſicut populus comedere, & bibere, & ſurrexit ludere.

¶Horum uero ludorum abuſus propter mala prædicta à patrũ canonibus eſt prohibitus, ſicut patet primo de ludo aleę, q̃ omnibus tam clericis quàm laicis prohibetur ſub pœna damni, & priuationis communionis, diſtinctione 35. epiſcopus. Artic. 2.

¶Item prohibetur ſpecialiter clericis, tam aleæ ludus quàm ludi inſpectio. Extra. lib. 3. titu. 1. de uita & ho. cle. c. clerici officia. 2.

¶Ibidem etiam dicit glo. quòd quæ in ludo illo acquiruntur, ſunt pauperibus eroganda, huic etiam concordat decretalia. li. 3. tit. ult. c. 1. Ne clerici, uel monachi ſecu. nego. ſi immiſc. 1. Nota, q̃ ſecundũ aliquos prædicta decretalis de uita; & honeſtate clericorum capitulo Clerici illum ludum, & inſpectionem, & participationem prohibet ſub præcepto, his concordant leges ciuiles. ff. de aleatoribus per totum (ideſt) in digeſto ve. lib 11 In authentica de ſanctiſſimis & reuerent. cle. & mo. §. inter dicimus. Coll. 9.

¶Ludus uero torneamentorum prohibetur in decretali. li. 5. titu. 13. detorneamẽtis. c. 1. Cauſa autem prohibitionis (ſecundùm Hoſtien.) fuit propter mortes hominum, & animarum pericula,

cula,quæ inde ſæpe prouenerunt,quas etiam cauſas prędictas allegat decretalis,de qua dicit glo.Guilelmi, quòd cũ tornamenta prohibeãtur à canonibus, conſtat quod mortaliter peccãt torneamentores,cum faciunt contra prohibitionem. Nec mirum ſi prædictus aleæ ludus, inter Chriſtianos ſit prohibitus, cum inter ipſos ſaracenos illicitus, & prohibitus fuerat(ſicut oſtenſum eſt.C. 4.11.) Tales ergo ludi fugiendi ſunt, exemplo Thobiæ dicentis, nunquam cum ludentibus miſcui me. Thob.3.

Artic.3. ¶Et ſi nulla de prædictis ludis eſſet lex,uel prohibitio homo & lex naturalis omnibus indita dictaret illos eſſe
3 fugiendos,propter maximam,quę illos ſequitur inęqualitatem. Non enim eſt rationi conformis ludus, in quo vnus lætatur,& alius triſtatur, in quo vnus torquetur animo,& perdit, & alius nihil lucratur, quia quod lucrũ eſſe credit,ſibi retinere non poteſt, in quo diues cum canibus,& auibus uenatur, & leporem,uel auem capit,& pauperis ꝓſternit ſegetes,qui de prędaillanõ participat, in quo diuitum torneamẽtum, eſt pauperum tormentum, quia dũ circa illos ludos multa expẽdunt, uel ſubditos tallijs, & exactionibus,torquent, uel ubi tranſeũt,nihil ſoluunt,niſi fortè monetam lingneam. Et ſimul cum hoc multos malefactores ſecum ducũt, qui omnes,ſicut domini ſui fœnum, & auenam, panem, & potum habere uolunt ſuperfluenter, itinere dum in tali ſunt. Qui comedunt panem impietatis. & uinum iniquitatis bibunt. Prouerb.4.Noneſt ergo mirũ,quòd libẽter in quibus exercendis multa uidentur tales ludos exercẽt,habere ſine ſolutione,ꝓ qbus ſoluerẽt,uel ſub uſuris mutuo acciperẽt,ſi in vno loco reſiderent, qui in auibus cœli ludunt. Baruth.3.

Artic.4. ¶Quorũ deceptio, & excęcatio maior eſt:quam illius fatui (de quo dictũ eſt G.2.29.) quia ille permiſit ſe uani-
4 tate ueſtiri,iſti uero maximis expenſis, & grauibus ictibus, & duris paſſionibus,& vulneribus,uanitatis emũt amictum,in ludis armorum,maximis dico expenſis equorum,armorum, & donorum,quæ heraldis, & meneſtrallis copioſius dãtur pro laude humana,& breui clamoris uanorum hominum mercede,quàm Martinus dederit pro laude uera,& mercede æterna,quia ille clamydis medietatem, iſti integram dant rem cum omnibus paramẽtis, qui nũquàm tantũ ſimul dederunt pro amore Dei,& animabus proprijs,uel parentum ſuorũ, & ſic perfectiores ſunt cõfeſſores mundi, & uanitatis in dando, quàm Martinus fuerit Dei, & charitatis.

¶Iterum in amittendo cõditionem 5
ſequũtur Iob,quia ſicut ipſe omnia ſua amiſit,ita aleatores, quandoque ad nudam carnem, quandoque ad terræ, & hęreditatis uenditionẽ, in quo Iob excedunt, quia ipſe in tota miſeria ſua non legitur hęreditatem ſuam uendidiſſe.

¶In tornamentis uero cũ Iob equos perdunt,uel arma. In amiſſionis uero cauſa multum ſunt Iob diſſimiles,quia ille Deo diſponente ſua amiſit ad ſui probationem,& perfectionem. Iſti uero diabolo ordinante, ſua amittunt ad ſuam temporalem depauperationem, & æternam damnationem:dum contra Dei leges, & prohibitiones amittunt, quę pro Dei legibus, & animabus ſuorum parentum,uel proprijs non darẽt. Quod enim talia,quæ ibi amittent,pro animabus parentum, uel proprijs non darent,acta probant, ubi enim uiſum eſt,quòd aleator tantum eccleſię offerret,uel pauperibus ſimul daret,quantũ ad taxillos amittet. Aliquãdo enim auditũ eſt, quòd multas argẽti libras vna nocte perdunt ad aleas,immo frequentius uiſum eſt, quòd tot, uel plura ab eccleſijs,& pauperibus acceperunt,& ꝓ anteceſſores illorum eccleſijs, & pauperibus dederunt,ipſi auferunt, uel auferre uellent,ut in alea,& luxuria illud expenderent.

¶Vel ubi uiſum eſt,uel auditum, ꝙ torneatores tot equos eccleſiæ,uel pauperibus

peribus darent, quot in torneamentis amittunt, immo ubi multos amittunt, raro auditum est, ꝙ vnum pro Deo darent, immo frequentius auditum est, ꝙ ecclesiam de equis, quos habere deberet pro animabus parentum, uel amicorũ suorũ circũuenirent, & defraudarent, sicut patet de equis, quos ante mortuos suos ad seculi ostentationem, ad ecclesiam mittunt, quos quia ecclesia de iure habere deberet, uel aliquibus fictis pactionibus præcedentibus, uel equis extra septa ecclesiæ debentis, eos ad domum secum ducunt, quando redeunt, quos postmodum, uel in torneamentis perdunt, uel perdere malum, quàm ꝙ ecclesiæ proparentum, & suarum animarum salute remaneant, hæredibus, & executoribus suis, dantes exemplum, ꝙ similiter in cõsimili casu eis ministrẽt.

6 ¶Iterum in sustinendo Iob excedũt sufferentiam, & patiẽtiam, quia ille nõ legitur, noctes duxisse insomnes, sicut faciunt aleatores, nec ictus, & vulnera sustinuisse; sicut faciũt torneatores, quorum minimum non sustinerẽt pro anima (sicut ostensum est. L.1.13.) Iob etiam in sufferentia mortuus non fuit, isti uero in sufferentia, frequenter occiduntur, martyresq; diaboli efficiuntur, & uanitatis, ut sint apud mundum famosi, in quo similes sunt illi, qui incẽdit templum dianæ. D.4.3. Sic ad mortem propriam lusit Samson, de quo dicitur Iudi.16. quòd expectabant ludentem Samson.

Exemplum.

Artic.5. ¶Et non solum prædictis inuoluuntur corporalibus deceptionibus, & fatuitatibus, sed etiam multa incurrunt damna, & pericula spiritualia, occasione talium ludorum, tam ipsimet ludẽtes, quàm inspicientes.

7 ¶Sicut rapina est: & furtum, immisericordia, deceptio proximi, animi afflictio, Christi, & sanctorum blasphemia, regum & ecclesiæ cõtemptus, bonorum omissio, homicidium, ira, fraus, festi uiolatio, conuicia, litigium, & proprij status paruipentio, quia cum pueri non sint, quasi pueri ludunt.

¶De quibus saluator. (Matth.11. Et Lu.7.) Cui assimilabo generationem istam? similes sunt pueris ludẽtibus in foro: Et multa alia incurrunt damna, & peccata, de quibus dictũ est. (A.26.35.)

¶Et Dei, & parentum incurrunt maledictionem, à quibus cum fuerint depræhensi non sufficiet dicere, ludẽs feci. Prouerb.26.

8 ¶ Inferunt etiam sic ludentes alijs pericula, & damna, quia circunstantes peccant, hęredes pauperiores fiunt, uel omnino exhęredãtur usurarios plures faciunt, & multis mala dant exempla, & sic ludendi pernicioſam nonnullis prębent andaciam, & liberos suos, & hęredes ad consimilia facienda prouocant. Iuxta illud antiquum dictum. Si damnosa senem iuuat alea: ludit & hæres. Quia (ut ait Satiricus.) Citius nos corrumpunt uicioſorum exempla: magnorum subeunt animos auctorum: Et ideo prædare fertur dixisse Themestides. Magistratus à ludis, & quibuscunque leuioribus esse arcendos, ne respublica ludere uideatur, defectumque sui relicta grauitate, pronuncient alij, qui ęstimauerunt lusum esse uitaun nostrã. Sapien.25.

¶ Sed ad hoc respondent, dicentes, Artic.6. quomodo sciemus ecclesiam, & regnũ ab inimicis defendere, nisi discamus usum habere armorum.

¶Addunt insuper, ꝙ propter tales effectus, talia faciunt torneamẽta, & hastiludia.

¶Aleatores uero dicunt. Ex quo pecunia nostra est, & placet partibus sic ludere, & sic perdere, cui iniuriam facimus, uel quare peccamus.

9 ¶ Primis uero respondetur, quòd forte tale armorũ exercitium propter tales fuit inuẽtum causas. Sed quia tali exercitio abusi sunt, ludos suos uertentes in animarum pericula (sicut patet. A.24.2. Ecclesia, quę sub Deo animas habet gubernare: tales ludos prohibuit. Quibus prohibitis melius est in illius confidere adiutorio, quantum ad ecclesiæ, & terrarum defensionem, quia

quia nec in fortitudine, equi uoluntatem habebit: nec in tibijs uiri beneplacitum erit: qui non deserit sperantes in se, sed sibi, ecclesiæque suæ obedientes protegit, quàm confidere in uirtute, & potentia, & scientia propria cõtra Dei, & ecclesię præcepta, usum discendo armorum: & ludum exercendo à Deo prohibitum, in quo confidentes ab eo non iuuantur.

¶Secundis respõdetur, quòd in his, quę prohibita sunt, non sufficit partiũ concordia, sicut patet de concordia in actu luxurię, quod pulchræ significatũ est. 2. Regum. 2. ubi de cõcordia partiũ. 12. ludebant contra. 12. de quibus ibidem dicitur. Surgant pueri, & laudant coram nobis, qui tamen sicut illi omnes in ludo illo occisi fuerunt corporaliter, ita isti spiritualiter: de quibus dicitur Hiere. 30. Auferet laus de eis: uox q; laudentium.

Artic. 7. ¶In quo sic ludentium notatur pœna. Pro quo est sciendum, quòd præter illam pœnam, quam gratis sustinet ante mortem (de qua prędictum est supra eo. c. 6. Et C. 1. 14.) Et præter illam etiã quam in morte sustinere deberent, confusionem de sepultura electi ecclesiastica (sicut patet per decretalem allegatam. D. 4. 14.) Aliam sustinebunt pœnam ęternã post mortẽ, peccato mortali dignam, & debitam, quando alijs quiescentibus, & uocatis, & remuneratis pro laboribus suis: ipsi pro laboribus suis punientur, & laborabunt in æternum.

Exemplum. ¶Quod pulchrę significatur per historiam libri de apibus de quodam milite probo in armis, de quo cuidã sanctæ personæ talis post mortẽ eius ostẽsa fuisse dicitur uisio, uidebat siquidem quosdam terribiles eidem galeam imponentes non salutis, sed pœnalitatis, quia erant in illa claui totum corpus usque ad pedes penetrantes, & singula alia arma cõsimilibus clauis, ei affixerunt, ne impressura illa arma cito amitteret, uel faciliter, quo facto eũ in horribili balneo sulfuris, & picis bulliẽtis posuerunt, ac postea in lecto ardẽti dicentes, quòd sicut post facta armorum solebat balneari, & lecto poni luxuriæ, ita nunc in balneo isto, & lecto ardenti cum buffone, quem osculabatur, poni debet: Istam pœnam tãto certius timere potuerunt, quanto rarius, uel nunquàm de culpa confitẽtur, quæ frequẽter esset eis prædicanda: & publicanda, ne ignorantes ignorentur cũ illis, quorum infantes exultant lusibus. Iob. 21. Nota N. 15.

¶Luxuria. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Communis, & generalis luxuriæ descriptio ostenditur, atque enodatur.*

2 *Septem sunt coitus & luxuriæ species. Fornicatio, stuprum, adulterium, rapsũ, sacrilegium, incestum, & præpostera libido.*

3 *Hæ septem lasciuiæ, atque luxuriæ species immundi spiritus nequitiæ sunt; quæ à pluribus in sacra pagina patribus præmonstratæ fuere.*

4 *Singulæ harum specierum quadrifariã admitti possunt; corde, ore, opere, & signo.*

5 *Exemplis nonnullis clarissime patet signis potissimum tum munerum receptorum tum oculorum inuentium & ornatus fornicationem ac incontinẽtiam significari, ac detegi.*

6 *Loco dialecto, quẽ dialectici ab inferiori ad superius, seu à minori ad maius nũcupare non indocte assuescunt, enucleatur, quòd qui in quamlibet septem prædictarum specierum libidinis prolabitur lethali, & flagitio adstringũs, & mortaliter delinquunt.*

Nam aliquibus sacræ paginæ exemplis latissimè liquet, fornicatores olim iustè pro simplici fornicatione enecatos esse.

7 *Fornicarij à cœlorũ regno perpetuo abigentur, & pro turbabuntur; quos etiã Deus à cælo relegator tartareas sedes habitare nunquam non uoluerit.*

8 *Forni-*

8 *Fornicationem adhuc mortale crimen esse, fornicarios vè criminosos æstimari, & in ipsos grauiter animaduerti, non inepte exprimere contendimus.*

9 *Fornicationis piaculum ex ipso Dei præcepto cunctis hominibus inter dicitur.*

10 *Qui fornicationem crimen mortale esse impurissimo ore, fronteque perfricata inficiari non dubitant, hæreticos ecclesiæque orthodoxæ aduersos sine dubio censere debemus.*

11 *Hominum lasciuorũ, & lasciuiæ patronorum ineptiæ ac nugæ eruditè comprimuntur, qui allegantes offerentes vè decretum quoddam perperam ab ijsdem intellectum, negant fornicationem simplicem peccatum mortale fore, & asserunt hominibus innuptis & innoxoratis licere amicam, & concubinam tenere.*

12 *Neminem satis em cõsequi posse arbitramur, nisi in aliquo horum tergeminorũ statuum vitam duxerit: qui quidem sunt, virginitas, connubium, seu matrimonium, ac viduitas.*

13 *Primum grauioris culpæ locum post fornicationem stuprum sibi vendicare dicimus.*

Secundum locum adulterium obtinet.

Adulterium mulierum raptus sequitur.

14 *Deinceps accedit sacrilegium, quod homicidij, & periurij criminibus grauius esse declaratur.*

15 *Idem adulterio longe criminosius censeri, vberrime narratur.*

16 *Fallaces, ac sophisticæ conclusiunculæ, pernicioseque mendacia improborum sacerdotum, qui inter mulierculas atque comminas differentes, vt eas ad sacrilegam eorum voluntatem falacem nullo labore inducant; asserunt adulterium sacrilegio grauius esse, penitus profligantur, & euertuntur.*

17 *Memorabilibus quibusdam exemplis nõ obscurè ostenditur, ex voti transgressione in eadẽ esse nauigium sacerdotes delinquentes, tum mulieres oẽs amasias quibuscum illi execrabile sacrilegium admittunt.*

18 *Vt idem facinus clarius pateat, aliud scriptu dignum exemplum nobis obijcitur.*

19 *Luxuriæ modi, si eidem libidini comparentur, maiorem iacturam, & calamitatem afferunt; nõ tamen crimina maiora sunt.*

20 *Domui accensæ; quæ aliæ etiam accenduntur, atque cremantur, & Carboni seu titioni ignito, mulieres pulchræ, & ornatæ, quæ ad eas concupiscendas homines alliciunt, per graphicè assimilantur.*

21 *Item dæmonis reti, qua ipse plures amãtium animulas expiscatur, & capit, mulieres illæ fucatæ, & compositæ comparantur.*

22 *Qui phaleratis verbis, amatorijsq; indicijs ad lasciuiendum mulieres, vel secũ, vel cum alijs vafrè adducunt, atq; impellunt, tum vanis mercatoribus, tum falsis quibuslibet hominibus & alijs rebus comparari possunt.*

23 *Quorum demensia atque iactura pluriformiam declaratur.*

24 *Quia his insanis hoĩbus spiritus immũdus spiritus sancti dona prorsus procudere, & eijcere conatur; sapientiam scilicet, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam.*

25 & 26 *Pietatem, atque timorem.*

27 *Plures inutiles rationes, & mendaces argumentationes eorum, qui non solum rem cum mulieribus habent, sed etiam alijs tandem rem agentibus opem ferũt, domosque eis locant, & assentiuntur; quam doctissimis solutionibus refelluntur ac recusantur.*

28 *Futiles etiam nonnullorum excusationes perscitè proflarnmntur.*

29 *Inania mulierũ lasciuientiũ verba, quæ pro earum libidine, mendicitatem, atq; inopiam, & violentiam audacter causari consuescunt; accuratè euertuntur.*

30 *Eiusmodi excusationes illorum adeò petulantium, ac effœminatorum hominum, quos affirmare non pudet, se castè pudicamque vitam ducere minimè posse: vberrimè confutantur.*

31 *Bifariam respondetur his, qui ad petulãtiam,*

tiam, ac impudicitiam eorum tuẽdam, pulchram probamquè prolẽ apertè cauſſantur.

32 *Hi mentis compotes, & inopes profectò cenſendi ſunt, qui ex Deo ſciſcitari intrepidè audent, quare actus ille coeũdi nefarius eſt, & à Deo ipſo nobis vetatur; quorum inſana quæſtio ſcitè reijcitur.*

33 *Iuſta meherclè in homines ſalaces, & immodicè effrænatos ad libidinem terna animaduerſio fuerit.*

Quòd primam ante interitum perſoluere teneantur, præclaris exemplis experimur.

34 *Libidinis crimine luxurioſis non ſolum gratiarum donum confeſtim amittunt; ſed etiam eos temporalibus bonis ſæpe ſæpius orbari, & abdicari videmus.*

35 *Qui ab ijſdem amaſijs, quibuſcum opes omnes male perdiderunt, & abligurierunt, (vt exemplis claris conſtat) reijciuntur, & contemnuntur.*

36 *Triplex eſt horum amantium amẽtium depauperationis cauſa.*

Plurib⁹ inſuper ſacræ paginæ exemplis manifeſtum eſt, Deum hoc laſciuia ſcelus communibus ſupplicijs quandoque æquiſſimè vlciſci.

37 *Secundam pœnam, dum vitam cum morte commutant homines petulcos, & laſcitos meritò luere horrificis exemplis exprimitur.*

38 *Tertiam pœnam poſt interitum eoſdem molles, & incontinentes perpeti, exemplis inconſuetis graphicè explicatur.*

39 *Quatergemina remedia comparanda ſunt ab impudicis, vt huiuſmodi pœnas facilius euadere poſſint.*

Quorum primum ad mulieres pertinet, vt publica loca, quæ ad earum petulantiam homines non difficulter allicium⁹, pro viribus deuitare conentur.

40 *Secundum remedium eorum intereſt, qui mulieres perditè amare ſolent; vt illas aſpicere, & de iliis frequentius cogitare nolint.*

41 *Quibuſdam nõ inconſultis exemplis eruditur ſalaces, vt ſi mulieres debellare, & ſuperare planè volunt, à incundis eorum tactibus, oſculis, colloquijs, aſpectibus, atque cogitationibus ſeipſos effugiendo reprimere, & frenare cuvent.*

42 *Hi potiſſimum ab huiuſmodi mulierum laſciuarum propenſionibus ac irritamẽtis longe abeſſe diligentiſſimi ſint; qui prius cum illis concubere ſolebant.*

43 *Lex & exemplum prohibẽt illos etiam cũ mulieribus verſari, qui ſuis nitentes viribus ſe poſſe cum illis pudicè, & integrè cohabitare exploratum habent.*

44 & 45. *Optimo caſtri obſeſſi exẽplo vtitur, vt eorum præſumptionem ac temeritatem, qui apud focarias, ſeu concubinas diuerſari omni tempore caſte ſpẽ habent, penitus eximat, & eripiat.*

46 *Tertium remedium cùm hominum, tùm meretricum luxuriãtium eſt; vt in hoc mentis aciem ſemper intendant; quòd vtrosquè delinquentes Deus cum tota cælicolarum turba ſemper ſpectat, & cernit.*

47 *Quarto demum ſibi conſulere geminarũ rerum cogitatione debent.*

Primum accuratius meditentur, circa fœtidã eorum carnẽ, vt puta quid ipſa fueris poſt interitum; deinde nullum ab ipſis inextinctis tempus prætermittatur cogitãdi, de atrocibus inferorũ pœnis, quas apud tartara ex libidinibus perpetuò ſoluere debent.

48 *Exempla nobis offeruntur, quibus latè conſtat, quamplures etiſi pœnas luxuriæ debitas ſe paſſuros pro cõperto habeant, eam tamen admittere non deſinunt.*

49 *Cauſa ferè aperitur, quare pœnarum formidine mulieres à ſacerdotum concubitu haud quaquam abhorreant.*

LVxuriæ Primo oſtenditur deſcriptio. Secundo ſpecierum, & modorum diſtinctio. Tertio oſtenditur, quòd omnes ſpecies eius ſunt mortales. Quarto fiet ſpecierũ eius adinuicem comparatio ſecundùm maiorem grauitatem, uel minorẽ. Quinto oſtenditur, quale officiũ generaliter omnes

omnes luxurioſi, & luxurię mediatores habeant in curia diaboli. Sexto horum omnium oſtenditur periculum. Septimo reſponſio cum reprobatione. Octauo pœna. Nono remedium.

Arti. 1. ¶Quantum ad primum, luxuria eſt omnis immundicia, pertinens ad libidinoſam, & illicitã delectationẽ, quocunque modo fiat, ſiue cordis cogitationi, ſiue oculorũ deſectione, ſiue oris
1 locutione, ſicut in turpiloquio, & huiuſmodi ſiue in quibuſcunq; alijs motibus, ſicut in oſculis tactibus, & ample
Luxuria. xibus, & alijs quibuſcunq; ad delectationẽ malã pertinentibus. Sic enim accipit, & loquitur Apoſtolus de luxuria. Ephe. 5. Vbi ait. Fornicatio aũt & omnis immundicia, &c. Et parũ infra, hoc enim ſcitote, & intelligẽtes, q̃ oĩs fornicator aut immundus, &c. gl. immundicia. i. incõtinentia pertinens ad libidinẽ: quocunq; modo fiat. Aut turpitudo. gl, ut in oſculis, & amplexibus. Sic etiã loquitur Beda de luxuria. ſuper illo Mat. 5. Qui uiderit mulierẽ ad concupiſcendã eam, nam mechatus eſt eam in corde ſuo, dicens, q̃ uiſus ibi accipitur pro omni motu ad delectationem.

Arti. 2. ¶Hęc aũtẽ luxurię generalis deſcriptio, plures in ſpeciali includit ſpecies nefarias & modos immundos: ſpiritus nãq; immundus ſeptem dedit ei ſpecies, & filias, contra ſeptem dona ſpiri-
2 tus mundi (uidelicet) fornicationem, quę committitur inter ſolutũ & ſolutã.

¶Sc̃do ſtuprũ, qđ cõmittit cũ uirgine.

¶Tertio adulterium, qđ committitur à marito, uel cum maritata. i. quando vna pars quæ peccat eſt uinculo matrimonij alligata, uel utraque.

¶Quarto raptum, quod cõmittitur, quando mulier ui abducitur, ut corrumpatur, uel in matrimonium ducatur, uel quando uiolentia opprimitur.

¶Quinto ſacrilegium, quod committitur, quando vna pars quæ peccat eſt Deo conſecrata, per ſacri ordinis ſuſceptionem, ſicut quando quis in ſacris ordinibus, uel in uoto ſolenni cõſtitutus, peccat cum muliere, uel quando peccatur cum muliere, quæ ſacrum ordinem eſt profeſſa, uel uotum ſolenne emiſit, uel quando utraque pars eſt Deo ſimili modo alligata, & cõſecrata.

¶Sexto inceſtũ, qđ cõmittit iter cõſãguineos, & cõſãguineas uel iteraffines.

¶Septimo uicium contra naturam, 3
quod multis modis abominabiliter cõmittitur. Iſtos ſeptem ſpiritus nequiores ſe aſſumit ſpiritus ille immundus. Luc. 11. habẽtes ſeptem plagas nouiſſimas. (Apoc. 5.) Dicẽs eis, effundite ſeptẽ phialas irę Dei in terrã. Apoc. 16.) Cũ illis, q̃ mediãte luxuria, ĩ cuius corde ſeptẽ p̃dictę ſunt nequicię. Septẽ (inquit) nequicię ſunt in corde eius. Prouerb. 26. In tm̃ cõtra agnũ illũ, de quo Apoc. 5. Vidi agnũ ſtantẽ tanquàm occiſum, habentẽ cornua ſeptem, q̃ ſunt ſeptem ſpũs Dei, miſſi in omnem terram, pugnauit, & p̃ualuit, q̃ deſtruxit ſeptẽ colũnas eccleſiæ: quas ſapientia excidit Prouer. 9. Et ſeptem ſtellas, quas Ioan. uidit Apoc. 3. Et ſeptem lãpades ardentes, quas uidit ante thronũ Apocal. 4. extinxit, q̃ a per illas ſeptẽ neq̃tias illa ſeptẽ dona ſpiritus ſancti, (Iſa. 11.) Enumerata, quaſi per totũmũdũ diminuit, & annullauit: ſicut patebit. ĩ. art 11.

¶Omnes uero prędictæ luxuriæ ſpe- 4
cies p̃ ſeptẽ ſpecies (ut p̃dictũ eſt) diſtincte, ſecunda accipiũt diſtinctionẽ, per modos diuerſos, quia quęlibet prędictarum ſpecierum, committi poteſt corde, ore, opere, & ſigno.

¶Corde nãque committitur fornicatio, quãdo ſolutus, uel ſoluta cor in cogitatione fornicationis tangit, uel quãdo fornicari appetit, Chriſto teſte, qui ait, iam mechatus eſt eam in corde ſuo. Mat. 5. Et ſic de oĩbus alijs ſpeciebus, q̃ ſimili mõ in corde committi poſſunt.

¶Ore ſimiliter fornicatio cõmittit, q̃n ſolutus ſolutã, uel ecõuerſo, ad fornicationem ore ſolicitat, uel de illa dilectabiliter loquitur, & ſic de omni alia ſpecie, & immundicia in turpiloquio, q̃ Apoſtolus præcipit. Nec noĩari ĩ uobis Eph. 5. Facto inſuper ſeu opere committitur, q̃n cogitationes, & locutiones

mittitur,qñ cogitatiões, & locutiones, non refrenãtur,quia ſicut dicit decretũ ſumptum ex uerbis beati Grego. in paſtorali.dum in cogitatione uoluptas nõ reprimitur,etiã in actione dominatur. q.d.cutis pruriginem. Paulus curabat extinguere,cũ dicebat, ad Corinthios, Tentatio uos non apprehẽdat, niſi humana.Atſi aperte diceretur, humanum eſt in corde tentationem perpeti,diabolicum uero eſt in tentationis certamine,etiã opportune ſuperari, probentur hæc,diſt.49.c.ſollicite.& c.ſeq.§.iugem uero ſcabiem.

¶Si ignis uero prædictæ ſpecies cõmittuntur,& oſtenduntur, quãdo perſona aliqua in aliquo de prædictis ſtãtibus ſigno aliquo dato,ſicut capitis, & aliorum membrorum motibus,& oculorum nutibus,uel curioſis ornamẽtis, datis muneribus alium ad peccandũ in aliqua prædictarum ſpecierum prouocat , uel quando talibus ſignis ſeipſam finalem,& tanquàm rogari uolentem oſtendit.

5 ¶ Quantumcunq; n.dicant ſe nihil cogitare mali,dũ talia oſtendunt ſigna, appetere uel appeti uelle ꝓſumuntur, quia ſicut tabernarius ſigna uini uenalis extra tabernam oſtendendo, uel arras à tranſeuntibus, & ſitibundis accipiendo.quos præſumere põt, iõ ei arras,uel pecuniã dare ei,ut poſtea bibãt, quantumcunq; ore hoc minime dicãt, ſeipſum eorum exponit interpellationi, quia quantũcunq; dicat ſe uinũ nõ habere uenalẽ.Dum tñ talia ſigna oſtẽdit,pecuniasq; illorũ recipit,præſumũt ipſum in negãdo decipere, uel ficte negare.Nec ei credunt,niſi ſigna deponat, pecuniasq; illorum reſtituat. Sic dum ſigna exterius oſtenduntur laſciuiæ,muneraq; à laſciuis accipiuntur; quibus nitũtur peccati præparare uiã,licet aperte hoc non dicant,quantumcunque,dicant ſe eſſe caſtos,uel caſtas, ſemper ſe intuentium exponunt præſumptioni, & interpellationi.

Exemplum.

¶Nec caſta eſſe creditur, quæ libenter laſciuorum uenatur aſpectus, uel q̃ rogari gloriatur, uel donãria, & munuſcula,quæ teſte Hieronymo in prologo totius ſacræ ſcripturæ. Sanctus amor non habet,libenter ab amatoribus accipit,quia ex corde negare,quod petitur,turpe non creditur, antequàm ſigna etiã illa deponat uenalia(de quibus.C.15.2.) Munuſculaq; cõtemnat, quia ſicut immundiciæ domus.i.lnpanar ſignum eſt tam libidinis prouocatiuũ,quàm etiam oſtenſiuum, ita quodammodo ornatus, & alia ſigna: propter talẽ namque habitum Iudas Thamar ſuſpicatus eſt eẽ meretricẽ.Ge.38.

Exemplum.

¶Quod autem ĩ omnibus prædictis ſpeciebus,& modis peccatum conſiſtat mortale,oſtendetur primo ĩ ſpeciebus, & poſtea in modis,contra illos, qui aliquas de prædictis ſpeciebus, uel modis leues reputant.contra quos non opinãdo,ſed ueritatem oſtendendo arguitur per locum ab inferiori,& à minori ad ſuperius, & ad maius, oſtendendo uidelicet,ꝙ illa ſpecies,quæ minor, & lenior ab eis reputatur,fornicatio, uidelicet,ſimplex peccatum ſit mortale quo oſtenſo neceſſe erit illud de grauioribus. & maioribus ſpeciebus cõcedere.

Artic.3.

6

¶Circa cuius probationem,& oſtenſionem ſic procedetur.

¶Primo oſtendetur intentum. Secũdo arguetur contra dictam ueritatẽ per argumenta, quę magis apparent, uel quæ ipſi ad propoſitũ adducere ſolent, qui fornicationis, & diaboli partẽ defendũt.Tertio reſpõdebitur ad obiecta.

¶Intentum primo tali oſtẽditur cõſequentia.Sacra ſcriptura cõmemorat fornicatores licite pro fornicatione occiſos,& à regno,cęleſti excluſos, & inferno deputatos , ergo fornicatio eſt mortale peccatum, conſequentia non uidetur probatione indigere, quia omnibus orthodoxis notum eſſe uidetur, ꝙ nullus prædicta incurrit mala, poſtquàm uſum attigerit rationis coniunctim,uel diuiſim,niſi pro delicto mortali antecedẽs pareat quo ad omnes eius partes.Quantum enim ad primam eius partem,uidelicet,ꝙ fornicatores licite

occidun-

occiduntur, patet primo Numeri. 25. ubi commendatur finees, quia occidit simul fornicantes, & non solum ibi, sed etiã in Psal. 105. Stetit (inquit) finees, & placauit, & quassatio cessauit. Et nonnullis alijs sacræ scripturæ locis de facto illo commendatur, propter fornicationem etiam Thamar mortem sustinuisse debuit, de qua dixerunt. Fornicata est Thamar. (Gen. 38. Et sequitur) producite eam, ut cõburatur. Deut. 22. Hæc quę sequitur sentẽtia est Dei, contra mulierem, quę fornicata fuit in domo patris sui. Eijcient (inqt) eã extra fores domos patris sui, & lapidibus obruẽt, uiri ciuitatis illi⁹, & morief, qm̃ fecit nefas ĩ Israel, ut fornicatur in domo patris sui. Paulus etiam. 1. Cor. 10. commemorat multos propter fornicationem iustè occisos, dicẽs. Neque fornicemur, sicut quidem, ex illis fornicati sunt, & sic ceciderũt, vna die. 24. millia, sicut patet Numeri. 25. Sed qa posset aliquis dicere, ꝙ non ceciderunt solum propter fornicationem, sed etiam propter idolatriam: Paulus innuens, ꝙ sicut alij propter idolatriam, ita isti ꝓpter fornicationem ceciderũt, ponit casum idolatriæ à casu fornicationis distinctum, dicens, neq; idolatræ efficiamini, sicut quidam, &c. 7

¶Secunda pars prædicti antecedẽtis, ꝙ uidelicet fornicatores à regno cęlesti excluduntur, patet Eph 5. Vbi primo fornicatores nominans dicit. Omnis fornicator, aut immũdus, &c. Et postea infert sententiam illorum dicens, de quolibet illorum, ꝙ non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei: idẽ patet. 1. Cor. 6. Nolite inqt) errare, neq; fornicarij, neq; idolis seruiẽtes, neque molles, neque masculorũ cõcubitores, neq; auari, neq; ebriosi neq; maledici, neq; rapaces, regnũ Dei possidebũt.

¶Tertia insuper pars prædicti antecedentis ostenditur, per illud Apoc. 21. Timidis autẽ (inquit) & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & ueneficis, & idolatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulfure, quod est mors secunda. Ex qua auctoritate lucide, patet, ꝙ fornicatores in ferni, deputantur pœnis, cui concordat Psal. 72. dicens. Perdes oẽs, q̃ fornicantur, patet. ergo fornicationẽ peccatũ esse mortale

¶Secundo idem patet, & ostenditur per argumentum sumptum à rationis præsumptione. Omnis enim ratio præsumit, ꝙ illi, qui ab Apostolo inter criminosos nominantur, & detestantur, tanquàm criminosi, ꝙ sunt criminosi. Quod etiam illi, qui ab Apostolo dicũ tur, à Deo inter criminosos esse iudicãdi, ꝙ sint criminosi, ꝙ tertio illi, qui à canone inter criminosos pœnitentiantur, sicut criminosi, sint criminosi Sed Apostolus. 1. Thimo. 1. Multos enumerãs criminosos, sicut homicidas, periuros, & huiusmodi, inter eos etiam fornicarios tanquàm criminosos nominat, & detestatur. Idem etiam ostenditur. 1. Cor. 5. ubi Apostolus prohibet ne Christiani cum fornicatoribus cõmunicent, dicens. Scripsi uobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs, & parũ infra. Si (inquit) qui frater nominatur inter uos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiẽs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax cum huiusmodi, nec cibum sumere. 8

¶Secundo idem Apostolus fornicarios inter criminosos dicit esse à Deo iudicãdos, dicens, fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. Heb. 14.

¶Tertio fornicatores, sicut criminosos punit (sicut patet. 22. q. 1. prædicandum.) Nosse (inquit) debent talem de periurio pœnitentiam imponi debere, qualem etiam de adulterio, de fornicatione, & de homicidio sponte commisso: & de cęteris criminalibus uicijs, patet ergo, quòd fornicatio est uiciũ criminale, & mortale.

¶Tertio idem, ostenditur per præcepta Dei, in quibus fornicatio prohibetur: sicut Exo. 20. Et Deuter. 5. ubi inter decem præcepta vnum continetur, quo dicitur non mechaberis, quod pertractans decretum sumptum ex uerbis Isi- 9

dori ſuper Exo. dicit, non mechaberis (id eſt) nec quiſquàm prꝛeter matrimonij fœdera alijs fœminis admiſſeatur, ad explendam libidinem. 32. q. 5. Non mechaberis, quod etiam pertractãs decretum ex uerbis Auguſtini ſumptum ī q̃ſtionibus de Deuteronomio dicit, ꝙ ſicut furti nomine intelligitur omnis illicita uſurpatio rei alienę, non enim rapinam permiſit, qui furtũ prohibuit, ſed utique aperte totum intelligere voluit, quicquid illicite rerum proximi aufertur: Sic profectò nomine mechię, omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus uſus prohibitus, debet intelligi. 32. q. 4. Meretrices gl. in decalogo ſecundùm interpretationẽ Auguſtini prohibita fuit oĩs fornicatio, idẽ ẽt ꝓhibitũ vꝝ Deutr. 23. Non erit (inqt) meretrix de filiabus Iſrael, neq; fornicator de filijs Iſrael.

¶Quarto idem oſtenditur per decretum ſumptum ex uerbis Hieronymi, in quo faciendo diſtinctionem inter illos, qui fornicantur inter Chriſtianos, & illos qui fornicantur inter infideles, dicit, ꝙ fornicator inter Chriſtianos maioris eſt criminis: qa mẽbra Chriſti mẽris facit meretricis: gl. meretricis. i. diaboli, infidelis uero membrum ſuum membrum facit meretricis. 32. q. 4. in eo. Si ergo in vno maioris eſt criminis, in utroque criminoſum eſt, & mortale.

¶Cuius contrarium aſſerere pertinaciter, hæreticum tenet eccleſia, quę nuper marchiones Ferrarienſes hęreticos adiudicauit, & contra eos crucem prędicauit vna de cauſa, quia eis imponebatur, ꝙ debuerunt dixiſſe fornicationem non eſſe peccatum mortale. Idem patet in cle. tit. de hęreticis. c. ad noſtrũ. §. 7. ubi inter hęreticos numerãtur, qui dixerunt, ꝙ actus carnalis cum ad hoc inclinet natuta, peccatum, non eſt, maxime cum exercens tentatur, & cauſa eſt (ſecundùm gl.) quia dicunt contra prꝛeceptum Dei. (Exo. 20.) Nõ mechaberis (id eſt) non ibis ad aliquã ꝓter uxorẽ (ut legitur. 32. q. 5. Non mechaberis.) Et ſi feceris, peccabis mortaliter: totum iſtud confirmatur per ſententiã ſacrę ſcripturę. Eccle. 19. Putredo (inquit) & uermes hęreditabũt fornicarium, & tolletur de numero aĩa illius. Veritate uero ſic oſtenſa, ꝓter illas excuſationes, & argumenta, quibus luxurię aduocati nituntur defendere, ꝙ luxuriari nõ eſt peccatũ, & hoc dicũt, de quibus dictis recitandis, & probandis erit totus ſeptimus articulus: Hic recitanda & probanda ſunt dicta illorũ, quibus ſpecialiter probare nituntur, ꝙ fornicatio ſimplex non eſt peccatum mortale. Primo nãque ad hoc quoddã adducũt Decretum male intellectum, diſt. 34. Si quis non habet: & c. ſequenti. Illis nãq; capitulis cauteriatas illorum gloſant conſcientias, dicentes. Nõ habentibus uxorẽ licitum eſt habere concubinam. Quorũ mentita eſt iniquitas, quia in rei ueritate habere cõcubinam, ſemper fuit peccatũ (ſicut expreſsè dicit glo. 32. q. 4. ſuper c. meretrices.) Et reſpondet ad decretum illud, uel alias ſcripturas, quę uidentur cõcubinatum permittere dicens, ꝙ cõparatiua ꝓmiſſio fuit, quo permittitur minus malũ, ut euitetur maius malum. Nec tamẽ talis cõparatiua permiſſio à peccato excuſat (ſicut patet in gl. 33. q. 2. ſi qđ uerius) ubi potius permittitur, ꝙ homo uxorem adulteram dimittat, quàm occidat. Sicut etiam potius permittitur, ꝙ ſortibus credat, quàm ꝙ dęmones conſulat. 26. q. 3. hi qui. Ita permittitur eis concubinatus, tanquàm minus malũ, quàm ſodomia, & huiuſmodi, quę fortè committerent, licet utrũque ſit mortale. Gl. uero ordinaria ſuper capitulũ prędictum: diſt. 34. dicit, quòd concubinam ibi notat, non ſolenniter ductam, ſi tamen mutuus aſſenſus interuenit, qa aliã cõcubinã nõ licet hãre. Capitulũ uero ĩmediate pcedẽs cõcubinã notat illã, q̃ vnita eſt, & cõiugali affectu aſſiſtit. Ex quo patet, ꝙ ĩ rei ueritate uxor eſt p conſenſum mutuum interueniẽtẽ, qui matrimonium facit. Ad cuius forte cõtractũ, tunc temporis nõ erãt leges, & decretales edite, de ꝓmulgationibus

&

& alijs ſolennitatibus, ſine quibus matrimonium ſine peccato cõtrahi nunc nõ põt, quod forte tũc potuit, qñ non ſolenniter ductã vxorem habere licuit, quam lex concubinam uocauit.

¶Viri ergo eccleſiaſtici, qui nec uxorem habent, nec habere poterunt. Et qcunq; alij, qui nullam habent uxorem, uel qui habẽt, & cũ alijs peccant, inaniter, & periculoſę illud capitulũ pro eis allegant periculoſę, ideo dico, quod nõ tantum ſeipſos, ſed etiam alios, quàm plurimos talibus uerbis, & allegationibus ſeducũt, & ad damnationem ſimul cum eis ducunt ęternam. Oẽs uidelicet illos, qui apoſtolica admonitione contra tales ſpecialiter hortante, qui tales audiunt fornicationis aduocatos, dicẽte. Eph. 5. Nemo uos ſeducat inanibus uerbis, ſumpta, ipſos ſequũtur, & eiſdẽ eredunt. Quia ad litteram poſtquàm apoſtolus dixit fornicatorẽ eſſe à Dei hæreditate excludẽdũ, & ſciuit aliquos contrarium dicere, & docere, addidit de illis dicens. Nemo uos, &c. hoc ſciens pro certo, q̃ propter fornicationem, & alia prędicta uicia uenit ira Dei in filios diffidentiæ patet ergo fornicationem mortale eſſe peccatũ: & per conſequens oẽs ſpecies eius grauiores, & maiores eſſe mortales. Idẽ etiam ītelligẽdum eſt de turpiloquio, & ſcurrilitate, & omnibus alijs modis, qui ſunt mortales, prout eos apoſtolus inter prędicta uicia (Ephe. 5.) connumerat. & ut ad finem malum, & delectationem inordinatam tendunt, uel in illa cõſiſtũt. Ex prędictis concluditur, q̃ nullus ſaluari põt, niſi in vno de tribus ſtatibus, ſiue uijs, uidelicet, uirginitatis, uel mundi matrimonij, uel uiduitatis. Status enim pœnitentiæ eſt ſtatus ſpiritualis uiduitatis. Iſtud nanq;, quod de prędictis ſtatibus dicitur, pulchrè ſignificatũ vī Ezech. 14. Si fuerint tres uiri iſti in medio eius, &c. Noe: qui ſignificat uxoratos. Daniel per quem uirgines. Iob per quem uiduati ſignificantur, ipſi liberabunt animas ſuas.

¶Volenti ergo ad uitam ĩgredi amulandum eſt poſt aliquem trium prędictorum ſtatuum. Et nõ poſt illos, qui ambulauerunt in luxurijs ſuis. 1. Pe. 4. Arti. 4.

¶ In quibus diſtinctio eſt ĩfirmitatũ ſpũaliũ ſicut ĩ infirmitate corporaliter eſt diſtinctio infirmitatũ corporalium. Quia ſicut vna febris uel quęcũq; alia infirmitas grauior, & piculoſior eſt in vno, quam ĩ alio ſm diuerſitatẽ cõplexionũ, qualitatũ, tẽporũ, regionũ, ætatũ, & ſimiliũ circũſtantiũ: Sic infirmitas luxuriæ periculoſior & grauior eſt in vno, quã in alio, ſm diuerſitatẽ ſtatuũ peccãtiũ, & tẽporũ, & modorũ, & ſpecierũ, q̃ qdẽ cõparatio, uel põt fieri in ſpeciebus, uel in modis cõparatis ad ſpecies. Si uero fiat ſpecierũ adinuicẽ, ſic cõputando à fornicatione, tanquàm à minori ſpecie uſq; ad uiciũ cõtra naturã, primũ, locũ poſt fornicationẽ tenet ſtuprũ, qđ ió eſt grauius, quàm fornicatio: quia cum hoc, quod peccatur mortaliter, ſicut in fornicatione, irrecuperabile inſuper bonum amittitur, quod non fit in fornicatione. 13 Exemplum.

¶Secundum locum poſt ſtuprum tenet adulterium, quod ideo grauius eſt, quàm ſtuprum. Primo, quia maior eſt iniuria, quæ fit in muliere alterius poteſtati ſubiectæ, quãtum ad cuſtodiam, & uſum generationis, quàm illa, quę fit muleri alterius poteſtati ſubiectæ, quantum ad cuſtodiam ſolam: Secundo, quia ex adulterio falſorum hæredũ, homicidiorũ, & aliorũ malorũ, frequẽtiora, & piculoſiora occurrũt pericula.

¶Proximum uero locum poſt adulterium tenet raptus, qa oĩa p̃dicta aggrauat p uiolentiam: nõ grauior eſt raptus mulieris ſolutę, quàm fornicatio, & uirginum, quàm ſtuprum, & uxorũ, quàm adulterium.

¶Poſt raptũ uero uxorũ, proximum locũ tenet ſacrilegium, qđ multis euidentijs grauius eſſe adulterio diſſinit.

¶ Primo, quia ſacrilegus auferens ſacrum à ſacro (id eſt) ſeipſum, uel aliam perſonam, quæ uoto ſolenni, uel ordinis ſuſceptione, q̃ uotum ſolẽne continentię habet annexũ, Deo 14

consecratum, à Deo auferens, uel scilicet ſum, uel aliam, uel utrumque in ſimili forma meretrici, & diabolo dans, non uxore, uel ſpõſa abutitur hominis, ſed Dei, quia ipſa, uel alia in ordinis ſuſceptione, uel uoti emiſſione, ſponſa Dei ſpecialiter efficiebatur. Quanto ergo matrimonium inter Deum, & hominẽ, altioris, & dignioris eſt naturæ, & conditionis, quàm matrimoniũ inter hominem, & mulierem, tãto caſus, & fractio eius grauior eſt, & periculoſior.

¶Probatur ſecundùm ſanctum Thomam in quadam quæſtione de quolibet periurium grauius peccatum eſſe, quàm homicidiũ, quia illud cõtra Deũ, iſtud contra proximum cõmittitur, & peccata grauitatem ſortiuntur ab obiectis. Quod uero homines homicidas grauius puniunt quàm periuros, non eſt, quia peccatum in ſe grauius ſit, ſed quia hominibus uidet magis nociuũ.

¶In alio loco vult q̃ fractio uoti ſolennis ſit grauius, quàm fractio iuramenti. Sed ſecundùm omnes doctores uotum ſolennizatur per ſacri ordinis ſuſceptionẽ. Cum ergo talis cum muliere peccat, frangit uotum ſolenne, & per conſequens grauius peccat, quàm homicida, uel periurus.

15 ¶Ex quo ſequitur, q̃ grauius etiam peccat, quàm adulter, quia peccatũ homicidij maius eſt quàm peccatũ adulterij. Sicut patet per decretum ſumptũ ex uerbis Auguſtini, li. 2. de adulteris coniugijs. 33. q. 2. Si quod uerius.

¶Quod ergo excedit peccatum, q̃d grauius eſt, excedit illud, quod munus graue eſt, ſed ſacrilegium excedit homicidium (ut ex dictis patet) ergo excedit adulterũ: q̃d min⁹ eſt homicidio.

¶Probatur, Caſtitas coniugalis, uel uotum, ſeu fidei datio, quæ in matrimonio homini fit, eſt temporalis, quia mortuo illo marito (à uoto illo abſoluitur) & alteri nubere poteſt. Votum uero, quod in ordinis ſuſceptione de continentia ſeruanda includitur, æternum eſt, & ſemper hominem obligat: Cum ergo omne uotum perpetuũ ſolennius, & magis obligatum, ſit ſecundùm beatum Thomam, ſecunda ſecũdæ, ubi de religioſis tractans, ſpecialiter quæſtionem tangens, utrum uotum religionis potius ſit, quàm terræ ſanctæ, & determinat, q̃ ſic, quia eſt perpetuũ, & ad perpetuam obſeruantiam bonam obligat. Sicut ergo tale melius eſt uotũ, ita eius tranſgreſſio peior. Cum ergo in uoto ſolenni continentiæ, quod perpetuum eſt, maior ſit preciositas in tenẽdo, maius eſt periculum in frangendo ergo grauius peccatur in ſacrilegio, quàm adulterio.

¶Probatur. Decreta grauiorem pœnitentiam imponunt ſacerdotibus incõtinentibus, quàm adulteris, ſicut patet in primo canone pœnitentiali, qui habetur diſt. 82. c. presbyter: ſi fornicationem fecerit.

¶Prædictam uero ueritatem ideo rationibus roborare neceſſariũ uidetur, quia multi in tempore deliquẽtes cõtrarium aſſerere ſolent, adulteriũ grauius eſſe aſſerẽtes ſacrilegio, ut talibus perniciosis mendacijs mulieres citius ad illorum malas inclinent uolũtates: contra quos uide. P. 132.

¶Ad ſophiſticum uero argumentũ, 16
quod pro eis inter cõuiuantes, & potãtes, & inter mulierculas philoſophantes faciunt.

¶Quòd uidelicet caſtitas cõiugalis, & ſacramentum matrimonij primum inter omnia ſacramenta fuit inſtitutũ, in paradiſo uidelicet, & à digniori, quia à Deo cõtinentia uerò clericalis ab hoſtibus, & ideo aſſerunt fractionem primi magis eſſe periculoſam.

¶Non uidetur difficilis eſſe reſponſio. Primo, quia ſi temporis prioritas, uel loci dignitas faceret uotum magis obligatorium, & fractionem peiorem, melius eſſet uotum abſtinentiæ unius diei, & in loco ſacroſancto. ſ. in eccleſia factum, quàm uotum terræ ſanctæ, uel cuiuſcunque religionis.

¶Poſtea & ĩ mõtibus, uel cãpis factũ, & fractio eius peior eſſet, q̃d eſt falſum.

¶Secũdo, quia ſicut illud fuit à Deo conſti-

cõstitutũ,ita omne bonũ uotum, cum omne bonum à patre sit luminũ,Iac.1. Et ille idẽ,qui obligauit uxoratos ad tenendum fidem adinuicem, obligauit continentiam uouentes ad tenendũ qđ uouerunt,dicens.Vouete, & reddite.

17 ¶Quorum uoti transgressio, nõ solũ in ꝓpriũ, sed etiã in maximũ illarũ mulierũ,cũ quibus peccant, redundat periculum,quarũ quidẽ periculũ, non solũ ꝑdictis rationibus, sed etiã sequẽtibus ostẽdetur historijs: Quarum prima cõtinet, de quadam ecclesiastici diti amasia mortua,quã omnes,uiri de uilla fortissimi leuare nõ potuerunt, tanto eã ponderẽ fixit spiritus immundus, donec cõsilio cuiusdam prouidi, forte dicentis, ꝙ consuetudo illius ciuitatis erat,ꝙ oẽs ad terram portantur ꝓ hoïes artis suę. Cũ alię tales ad eã portandã adductę essent,facillime eã portauerũt.

Exemplum.

Exẽplũ. ¶De alia tali etiã fertur, ꝙ dęmones uisibiliter corã uigilantibus circa corpus eius,frenum in eius ore ponentes, ipsam ad modum iumenti ad infernũ equitauerunt.

Exemplum. ¶Itẽ de duabus talibus fertur, ꝙ per uiã transeuntes,currũq; iuxta uiam uidentes, loquebãtur,ꝙ hic uel in inferno eas currum trahere oportuit, qa audierant,ꝙ tali officio in inferno fungerentur,de cõi ergo cõsilio se sub curru posuerunt, inaniter ęstimantes, ꝙ per hoc alibi officiũ illud euaderẽt, q̃ statim ictu fulminis occidebãtur,& ad infernũ ꝓ officio suo faciẽdo mittebant.

Exemplum. ¶Ad idem uerò fertur,de quodã necromãtico coniurante diuersos dęmones,ut quendã diabolũ expellerent,qui unum hoïem uexauit, de quibus cum duo, uel tres illũ esse expellere nõ possent, asserentes illũ esse potentiorẽ eis.In fine uenit unus terribilis,q nolenti exire minatus est,ꝙ nisi statim exiret, mitteret eũ ad balneandũ in balneo, ubi cõcubinæ sacerdotum balneãtur, quo audito statim de corpore fugit obsessio.

Exemplum. Nota exẽplũ de cõcubina sacerdotis in Cęsaria, quàm miles quidam defendere uolens, liganſq; crines mulieris ad brachium sum portauit crines, &c.

¶Ad idẽ à fide digno narrari solet,ꝙ 18
in uilla satis nota. Cum quidam sacer- Exem-
dos in crepusculo rediret de focaria plum.
sua,& audiret quandã uocẽ lamentabilẽ in quadam domo diruta, & propinquius accederet,& quæreret,quis esset, q ibi clamaret,quęsiuit,uox illa,quis ille esset,q quęreret.qui rñdit. Ego sum sacerdos qdã. Et nos cum maxima admiratione altissime clamauit, nomen sacerdotis admirãdo, bis uel ter repticãdo,quo q̃rente, quare sic admirando clamaret, rñdit uox, in tanta multitudine ad nos in infernum descẽdunt,ꝙ credidi,ꝙ nullus sacerdos ĩ terra remãsisset.Et ego admirãdo clamaui,audiẽs unum in terra esse,ęstimans oẽs ad infernum descendisse.Nec mirum,qa nõ solũ dãnabuntur ꝓ peccatis proprijs, sed pro alijs,q eorum luxuriantur exẽplo, quia teste sacra scriptura, multi sequẽtur eorum luxurias per quos uia ueritatis blasphemabitur.2.P.2.

¶Modi uerò luxuriæ (de quibus dic- 19
tum est supra eo.c.4.) ad species comparatæ,maioris sunt periculi, licet non maioris criminis:Maioris ergo periculi sunt,non in natura,sed in euentu, qa minus sensibiles,& raro de eis pura fit confessio.Sicut ergo illa infirmitas corporalis est periculosior, qua minus ꝓcipitur,& planta putrida, uel foramen quod nescitur, quia quando contra apertos defectus, uel manifestas tentationes remedia adhibentur,& euadũtur,ab illis occultis pro defectu remedij,perduntur,quis ignorat,qui sacram legit scripturam, quin luxuria corde committatur,sicut patet de illis, quibus loquitur Iacobus dicẽs,in luxurijs enutristis corda uestra.Iacob.5.

¶Quis insuper ignoret, quin oculis uanis committatur, per illos uidelicet qui teste propheta, oculos eorum fornicantes.Ezech.6. Et fornicatio mulieris in extollentia oculorũ, &c.Eccl.16.

¶Sic de ornatu,quia mulier occurrit eis in ornatu meretricio:Prouerb.7.

¶Sic ĩ loquela,sic in tactu,sic in om-

nibus ſenſibus corporis peccatum, & ſpecialiter cõmittitur luxuria. & tamen uix inuenitur, qui de luxuria illa, uel ſuperbia, ſeu peccato, qđ in ſpeciali pe talis motus cõmittitur ī ſpeciali con fiteatur, niſi forte in generali dicendo, per oris loquelam per uiſum oculorum, &c. Quæ confeſſio generalis: ubi peccatum eſt ſpe ciale, non ſufficit; propter quod videtur periculũ iſtius grauius, qui talibus comeſſationibus ua-
Artic. 5. leat atque luxuriæ. Deut. 21.

¶Cuius officiũ cum cæteris talibus luxurioſis atque luxuriæ ſigno, uel uerbo, pro ſeipſis, uel alijs mediatoribus, & immundiciam ſuadentibus in natu-
20 ra diaboli eſt multiplex, & magnum.

Exem- plum. ¶Primo namque ſunt domus accenſæ, per quas aliæ accẽduntur. Qui enim vult uillã, uel prędium, uel curiã qua cunq; cõburere, non ponit primo ignẽ in omnes domos, ſed in vna, & per illã alias cõburit. Sic diabolus uolens plures igne infernali. i. luxuriæ, uel cuiuſcunq; peccati mortalis inflãmare, primo illum ignem ponit in corde vnius, quãtum ad cõcupiſcentiã malã, uel in corpore, quantum ad ſuperbũ ornatũ, ꝙ eſt ſignum illius ignis interioris. Et ſic multos per vnum accendit, ꝙa prius per oris flatum ignem, quem in corde hẽt, in alio accẽdit: dũ ad peccãdũ, illũ uerbis attrahit, p oculos ī ignẽ iſpirat, & ſcintillare facit, dũ ipudice oculos dirigit.

Exem- plum. ¶Secundo uero eſt carbo totus ignitus immouerius, magnus ignis iferius, multos ignitos habens carbones: in muliere namque impudice ornata ad capiendas animas ſertum in capite eſt, quaſi vnus carbo, uel titio inferni pro igne illo accedẽdo, ſic cornua alterius, ſic collum nudatum, ſic firmaculum in pectore, ſic de omnibus curioſitatibus totius corporis, quid aliud uidetur, uel dici poterit, quàm ꝙ quilibet illorum ſcintilla ſit, ignem ſpirans infernalem quẽ ita ſpirat effectuoſę, illa miſera diaboli incendiaria, in qua à planta pedis, uſque ad uerticem capitis non eſt ſanitas, ꝙ vno die chorizando, uel per uillam tranſeundo forſitan. 10. de aſpicientibus, quos Deus creauit, & tam care redemit, ut ſaluarẽtur, igne cõ cupiſcentiæ inflãmat, & aĩas dãnat: Sic diabolus eas ad hoc ornat, & per uiliã tanquàm apoſtolos ſuos mittit repletos omni iniquitate, malicia, fornicatione, &c. Roma. 1. Not. C. 15. 5.

¶Secundo ſunt retia diaboli, per qua 21
piſcatur in uiuario Dei, trãſmittere pi- Exem-
ſces ad ſtagnũ inferni, de quo Apo. 21. plum.
Pars illorum ī ſtagno ignis, & ſulfuris, & loquitur ibi de fornicatoribꝰ, & adulteris vnã perſonam talẽ trahit per uillã, uel ad domum mittit, ubi ſcit piſces eſſe capiendos, & multos plures capit, q̃ piſcator aĩarum, ad Deum, ore ſuggerendo, uel ornatu prouocãdo, ꝙa vnus piſcator. i. pdicator Dei etiã vnus de piſcatoribus illis, qbus ueritas dixit, uenite poſt me, faciã uos piſcatores homi num. i. vnus apoſtolus, ſi præſens eſſet, poſſet tota die prædicare, & frangendo capꝫt ſuum, clamare, & uix vnum ad Deum conuerteret.

¶De vno namque apoſtolo ſcribitur, ꝙ circumeundo multa terrarum ſpacia, ſolum vnum cõuertit diſcipulum: Sed vna perſona, ī qua aduerſarius noſter circuit, quærens quem deuoret, per quam multis loquitur, ſicut Euæ loquebatur per ſerpentem, quo ipſum ꝓpria forma non audirent, per vnam ꝑſuaſionẽ, & ꝑ vnũ circuitũ per uillam, uel per vnũ fatuũ aſpectum per feneſtram, multos conuertit ad diabolũ. Ex quo patet, ꝙ ſeruitus illorũ maximę dęmonibus placet, ꝙa nullum ſacrificiũ, uel opus maioris gratiæ eſt, uel magis Deo placet (ſicut patet per auctoritatẽ beati Greg. in prolo. iſtius tractatus in fi.) quàm ſalus aĩarũ, ita nullũ ſacrificiũ, uel peccatum plus inimico placet, quã pditio aĩarũ: Quid. n. grauius eſſe poſſet, quã de filijs Dei filios facere diaboli? Tã. n. graue illud habẽt rõnẽ uideri deberet, ꝙ ſi nõ perderet, niſi vnã ſolam, per totam uitam ſuã dolere deberet, quãtomagis qui multas perdis, ſi plures habere uitas, qũ ſufficienter

dolere,

dolere, uel ſatisfacere poſſet, pro re infiniti precij, quæ reſtitui, uel de inferno redimi non poteſt (id eſt) pro anima illius, qui diſſipauit ſubſtantiam ſuam (id eſt) vitam ſuam ante mortem: & animam ſuam in morte perdidit: pro meretricibus: & cum meretricibus uiuendo luxuriosè. Luce 15.

22 ¶Tertio, qui uerbo, uel ſigno alios ad luxuriandum cum eis, uel cum alijs inducunt, ſimiles ſunt falſis mercatoribus, & falſis hominibus in quacunque arte, uel negocio, quia ſicut, tales communiter pulchrius loquũtur quàm ueraces, & decorem, quem in rei ueritate, in re, de qua agitur, interius non habẽt, ore, uel ſigno exterius mentiuntur, ita iſti, qui ad modum falſorum pelli pardorum antiquas, uel turpes, quas habẽt polles, & turpia opera, ornatu uerborũ, & ueſtimentorum albant, & ornant, ut appareant noua, & alios decipiant, more amicorum defuncti, qui funus illud mortuum diligentius ornant mortuũ, quàm ornatũ ſit corpus mulieris portatæ de ciuitate viuum.

Exemplum.

Exemplum.

¶Et more aucupis, ibi plures laqueos (id eſt) uerba, & ſigna luxurię oſtẽdũt, ubi plures aues, quas capere intendũt, uenire intelligunt.

Exemplum.

¶Et more ſepelientium mortuos, diligentius corpus mortuum ſepulchro claudunt forti, & operiunt, ſeu ornant picto, dum quicquid rugoſum, & fœtidum eſt, quantum poſſibile eſt, albiſſimis epiſtylijs tegunt, & pulchris coloribus pingunt, ut mihi præter oculos, quos pulchros reputant appareant, vt ſic totum exterius ornamẽtum, & oculorum, & quicquid exterius patet oſtẽſionis, quaſi lapis eſt ſup defuncti corpus poſitus.

¶Quia ſicut lapis ille exterius politus, pulcher, & pictus, interius plenus eſt fœtoribus, ita luxurioſorum uerba, & ornamẽta, & partes corporis, quę exterius oſtenduntur, interius plena ſunt dolorib', peccatis, miſerijs, & ſpiritualibus fœtiditatibus, & malis cogitationibus, & deſiderijs, & nolẽtatibus corã Deo, & tota curia cęleſti abominalib'.

¶Et ſicut pictores uolẽtes picturarũ addiſcere experientiam, aliorum reſpiciunt picturas. Ita iſti dum quilibet ab alio in arte diaboli experto modum deceptibilius loquendi, & laſciuius ſe diſcent ornandi.

¶Qui more inſuper luſorum, qui omnia amiſerunt, & taxillos ſuos alijs mutuant.

¶Et more ſacerdotum, qui feſtis ſuis ceſſantibus, ornamenta ſua uicinis ſuis mutuant feſtiuantibus: Dum pulchritudine, & alijs luxuriæ occaſiõibus præ ſenectute, & infortunio deficientibus, iunioribus ornamenta ſua accommodant, uel eos ornant, & nundinis diaboli, uenales exponunt illis, qui in domo meretricis luxuriabantur Hiere. 5.

¶Quorũ periculum, & ſtultitia multis oſtenditur euidentijs. Arti. 6.

¶Primo, quia ſtatus proprij tantam habet obliuionem, & inconſiderationem, ꝙ animam ſuam pro nihilo dat (ſicut oſtenſum eſt. A. 23. 22.) Et non 23
ſolum animam, ſed Deum, & regnum cœlorum, & omnia bona, & pro eodem precio omnibus pœnis ſe obligant, qui pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem, in Pſal. 105.

¶Qui ideo ſtulti dicendi ſunt: quia Chriſtũ Dei ſapientiam, ſtultum reputãt. De quibus ait Aug. in quodam ſermone. Qui dat pro modica delectatione, illud, pro quo Chriſtus ſe tradidit, Chriſtum ſtultum reputat. In hoc ergo facto ſpiritus immundus fugat ſpiritũ ſapientiæ.

¶Secundo illorum oſtenditur ſtultitia, & periculum, qui maximo inimico ſuo (id eſt) diabolo illo peccato multũ placent, & ſpecialius illo quàm alijs, ut ex duabus apparet euidentijs.

¶Primo, quia plus procurat, ꝙ homo dormiendo huius peccati habeat imagines, & delectationes, de alijs nãq; peccatis tentat uigilantes. Iſto uero tam uigilantes quàm dormiẽtes, plus quàm alijs tentat peccatis.

¶Secundo, quia alia peccata poſſunt

ab vno ſolo cõmitti, iſtud uero, ut frequentius, committitur à duobus, & ſic diabolus duos ſimul lucratur, & ſic ſpiritus immũdus ſpiritũ fugat ītellectus.

24 Tertio, idẽ oſtendit, quia plus alijs peccatis rõnẽ abſorbet, plusq; per iſtud amor inducitur, & delectatio præſentis ſeculi, & negligẽtia futuri. Et in tm̃ hominẽ excęcat, ꝙ turpiſſima, & q̃ maximè nõ excęcatus execrabatur, & deteſtabatur, excęcatus operatur. Sicut patet de Salomone, qui rõne utẽs, Deo templũ conſtruxerat, ſed luxuria excęcatus, tẽpla idolis fabricauit: Et ſic ſpiritus immundus, ſpiritum fugat cõſilij, quia ſic infatuatus nullius, niſi proprium vult ſequi conſilium.

¶Quartò, promptiſſimos ad opera ſpũalia tæpidos, & quaſi inhabiles, & impotentes facit ad opera ſpũalia, & ſic ſpũs immundus fortes uincit, ſicut patet de Sanſone, & ſic ſpiritum, & donũ fugat fortitudinis.

¶Quinto ī tm̃ hoīem excęcat, & totaliter immutat, & quodãmodo alterat, in tm̃, ꝙ parcos, & duros facit largos, ocioſos, & delicatos facit laborioſos, & in tribulatione patiẽtes, ut ea, q̃ voluptatis ſunt, aſſequantur, & ſic dum ſpiritus immundus facit, ꝙ homo nec expenſis, nec corpori proprio parcit, donum, & ſpiritum ſcientiæ excludit, qa ſupercecidit, ignis luxuriæ, & nõ uiderunt mala, quę patiuntur: Not. V. 4. 5.

25 ¶Sexto facit famã negligere, in tm̃, ꝙ illi, qui prius multũ de bono curabãt noīe, iſto uicio excęcati, famã totaliter negligũt: Sicut patuit de illo rectore, quẽ famoſiſſimus magiſter in theologia uniuerſitati pdicãs retulit p mulierẽ decceptũ, modo ſequẽti, Vicina q̃dã excogitans, qũo ab illo rectore neceſſaria hãre poſſet, quodã die conſiderãs, ꝙ tota familia eſſet extra in diuerſis negocijs occupata, filiã ſuã ornauit, & ad domũ illius miſit, dicẽs, ꝙ ueſtes peteret ad lauandũ: ipſa ergo quaſi miniſtra q̃rens ingreſſa, obuiũ in aula habuit rectorẽ illũ, q uidens oportunitatẽ, eã amplexans, oſculatus fuit, ꝙ cum matri narraſſet, dixit mater, totũ lucratũ eſt. Alia uice ſimilẽ uidens opportunitatẽ, iterũ miſit, cũ qua peccauit, & ille, q ſemp ante bonę fuit famę, in tãtũ famã ſuã poſtmodũ neglexit, ꝙ nec ꝑ citationibus, uel cenſurijs eccleſiaſticis quibuſcunq; illã dimittere uoluit, ſed vſq; ad mortẽ tenuit, licet delictũ propriũ frequẽter gemeret, dicẽs. Eua dece pit primũ hoīem, nõ eſt mirũ, ꝙ ſeduxit me, ſic. n. uocabat illa maledicta, quã tenuit. Sic ſpũs immundus, & impius ſpiritũ abijcit pietatis: dum facit, ꝙ nec de ſeipſo. i. aĩa, uel corpore, uel fama ꝑpria pietatẽ habeat priorẽ pietatem crudelitatem commaculans. Heſter. 16.

¶Et nõ ſolũ à ſeipſis, ſed à filijs, quos alere tenent (Sicut patet ꝑ legẽ illã. C. li. 8. ti. de patria poteſtate. l. nec filiũ) Pietatẽ & curã abijcere facit, dum ſpũs ille immundus multos generare facit filios extra matrimonium de quibus nuſquàm curam habent, ex quo mendici, uel fures deueniunt, & homicidæ.

¶Septimo huius uicij piculũ, & ſtul- 26
ticia in hoc apparet, ꝙ facit, hominem fidem, & doctrinã cõtemnere eccleſię. Eccleſię. n. fides eſt, & doctrina, ꝙ peccatũ luxurię magnũ ſit, & mortale (ſicut patet ſupra arti. 3. ꝑ totũ) Cuius contrariũ multi iſto uicio excęcati uidentur credere. Et aliquãdo hoc aperte dicunt, uel ſaltem illud leue reputãt. Cuius reputationis vna, & maxima eſt cã huius uicij communitas, & peccantiũ multitudo. Si. n. rarum eſſet, abominabile uideretur (ſicut patet de comeſtione carnis in quadrageſima) Grauius nanque uidetur iſto uicio in quacunq; ſpecie peccare, quàm carnes in quadrageſima comedere, tum quia eſt contra Deum, & ſeipſum, & illam cum qua peccat, & prolem, quod in comeſtione carnium ſecretius facta, nõ cõtingeret. Sed tm̃, quia illud uicium cõiter nõ fit, homines illud grauiſſimum reputarẽt, iſtud uero, quia cõmuniter fit leuiſſimum reputant, & ſine timore illud cõmittũt. Et ex tali cõſuetudine, & peccãtiũ multitudine ſpiritus iſte immũdus

Exemplum.

Exemplum.

ſpiritum

ſpiritum abijcit timoris, dicens, non ſit pratum, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Sapiē. 2. Nota, ꝙ luxuria pacem turbat. P. 4. 14.

¶Ab iſtis uero periculis, & peccatis, multipliciter, & mēdaciter ſe excuſant.

Artic. 7. ¶Primo nāque dicunt, ꝙ licentia, & cōmiſſione utūtur Dei, dicētis. (Gen. 1) Creſcite & multiplicamini, &c. Sed hoc pro eis non agit, quia illud dictum fuit matrimonialiter cōiunctis, & nō alijs.

27 ¶Alij dicunt, naturale eſt, quare ergo (inquiunt) uoluit Deus talē facere naturā, ſi illud, quod natura requirit, peccatum ſit? Quibus reſpondetur, ꝙ ſicut actus ille naturalis eſt ad cōſeruationē ſpeciei. Ita etiā cōmeſtio eſt naturalis ad conſeruationē indiuidui. Naturaq; plus requirit cibū, quàm actum illum, quia ſine illo eſſe pōt, nō aūt ſine cibo. Et tñ comedere cibum, qui ꝓ qualitate, vel tēpore eſt prohibitus ab eccleſia, ad uoluptatē ſuam implendā peccat. Sicut patet de comedente carnes in 40. & tñ iſtud grauius eſt. Sicut inſuper comedēs cibum uenenoſum mortē incurrit corporis, ita in actu illo ꝓhibito, & uenenoſo peccat, & mortem incurrunt aīæ. Non ſolū qui faciunt, ſed dñs & dña, & qui reſiſtere deberent, cū illud in ſubditis ſuis regnare ſciunt, & nō faciunt, deſcendant in infernū uiuētes, qm̄ nequitiæ in habitaculis eorum, in Pſalm. 54. Quia non ſolum digni ſunt morte, qui faciunt, ſed qui conſentiunt faciētibus. Rom. 1. Cōſentiunt autem, qui non reſiſtunt cū poſſent, ſicut patet. C. 16. 46.

Exemplum.

¶Et ſi in tali periculo ſunt, qui in domibus, uel familia ſua talia peccata diſſimulāt, in quali periculo dicendi ſunt, qui ex ꝓpoſito talibus pſonis in uillis vel ciuitatibus, uel ſuburbijs domos locāt, quæ de illa immundiſſima viuunt arte. Qui in domibus ſuis regis nō auderent receptare ꝓditores, domos ſuas Dei proditoribus locant. Si ergo primi in infernum deſcendent, ubi, putas locandos, & ponendos iſtos ſecundos.

Exemplum.

¶Ad iſtā uero ſecundā excuſationem de naturalitate, uide pleniorē reſponſionem. H. 1. art. 2. per totum. Per dicta nanq; ibi patet, ꝙ naturale eſt inter vxoratos, qui rōnabilē inter ſe hñt ſocietatem, non aūt inter alios, niſi natura accipiatur, ꝓut habet ſentire cum brutis.

¶Alij dicunt, oēs ſic faciunt, quibus primo ſic reſpondetur, ꝙ mentiuntur. 28

¶Secundo ſic, ꝙ multi hoc faciāt, illa eſt mirabilis audacia & conſolatio, ꝙ conſolant de hoc ꝙ multos hñt ſocios, & habebunt in inferno. Ex quo nanq; multi hoc faciunt, ſequitur ꝙ infernus erit repletior, & ſic maior erit omnium preſſura, & miſeria. Ex quo patet, ꝙ mirabilis eſt conſolatio dicere, multi hoc faciunt, & ſemper fecerunt, & oportet nos facere, ſicut alij faciunt, quia non poſſumus oēs eſſe religioſi. Verū eſt, ꝙ non pñt oēs eſſe religioſi, ſed oēs pñt caſte uiuere, qui uolunt, & malorū fugere ſocietatē, quātūcunq; ſint in magna multitudine, quia talis multitudinis ſequela prohibetur. E. 7. 12.

¶Alij dicunt, & ſpecialiter qñ reprehēdunt, quare illā, quā male tenēt, matrimonialiter, nō ducāt Rñdent alij, ꝙ ſunt pauperes, & iō vxorē hre nō pñt.

¶Alij vero dicūt, ꝙ ſi amici illius vellent bona cum illa dare, uel ſi haberem domū, ad quā illā ducere poſſem, & bona, cū quibus illā ſuſtentare poſſem, libenter illā ducerent in uxorē. Quibus rñdetur, ꝙ melius eſt illā mrimonialiter hre cum cęlo, & ſine exterioribus & tēporalib⁹ bonis, quàm extra matrimonium cū inferno. Et melius eſt illā hre hic ſine domo, & cū paupertate in illa forma, in qua poſt mortē illam ducere poſſit ad domū cęli, & ad bona ſine fine in terra uiuētiū, quàm in illa forma, in qua poſt mortē illā ducet ad domū inferni, & ad pęnas ſine fine. Aliæ uero ſe excuſant ꝙ ſi peccatū illud dimitterent non haberēt, vnde viuerēt, cū ꝓle ſua, quia ſi hoīes illos, qui eas propter illud exhibent, uel munera eis dant, derelinquerent, paupertate deficerent Quibus rñdet, ꝙ infidelitas maxime eſt credere Deū eſſe impotentē, uel malū impotentē, qa nō ſufficit ſeruis ſuis in neceſſarijs ſubuenire, 29

ſubuenire, ſicut diabol⁹ p̄t ſeruis ſuis malū, qa (uidelicet) poſſe ſeruis ſuis, uel ancillis caſte uiuētibus ſubuenire, ſed nollet eis ita abundāter ſubuenire, ſicut diabolus ſeruis ſuis. Tales enim multū decipiunt', qa Deus (teſte ſacra Scriptura) nunquā deſerit ſperantes in ſe. Et diabolus deſeruit ſemp ſperantes in ſe, & in factis ſuis. Et poſito, ꝙ uitium ſibi quietius, & delectabilius ſic lucrentur diabolo ſeruiendo, quam facerent ſeruiendo Deo, & mundiciæ, cogitare deberent contra hoc, quot amittunt bona, & quot pœnas incurrunt, ſicut patebit, arti. immediate ſequenti.

Exemplum. ¶Alie dicunt, ꝙ ui opprimūtur, quarū dictū, quantā cōtineat aliquotiēs fal ſitatē, hiſtoria oſtēdit, qua fert', ꝙ cū q̄dam hmōi corā iudice allegaret, & iudici q̄renti quare nō clamaſſet, rādit, ꝙ non potuit, iudex præcepit cuidā, ꝙ de pecunia, quā ſecū habebat. illā in eodē loco forte ſpoliaret, qd cū facere attētaret, tm̄ clamauit, ꝙ multos ad locū currere fecit. Cui iudex, ſi ita alte clamaſſes p̄ amiſſione cōtinētiæ, ſicut p̄ amiſſione pecuniæ, caſtitatem nō amiſiſſes.

¶Alij dicunt, ꝙ non poſſunt caſte uiuere, ꝓpter naturę ſuæ complexionē, & qualitatē. Sed iſtud reprobant tā exempla, quām auctoritates, & ratio.

Exemplum. ¶Primo, qa quantūcunq; cōplexio, & appetitus eſſet diſpoſitus ad comedēdū aliquē cibū, ſi ſciret ꝙ corporaliter mo reret', ſi illū comederet, uoluntatē ſuā retraheret, nec impotentiam allegaret, qn illā retrahere poſſet, quare ergo impotētiā allegat, ꝙ nō p̄t appetitū ſuū retrahere, ubi mors poſt imminet aīæ, & poſtea corporis, & aīę ęterna dānatio. Probat', qui p̄ pedis, uel alterius mēbri amiſſione ſe retrahere poſſet, quare p̄ animę amiſſione retrahere ſe nō p̄t? Impotētia eſſe nō p̄t, quia ſi poſſet, ne amitteret minus, poſſet, ne amitteret maius. Si tā illud magis reputaret, uel illud plus diligeret, tota ergo cauſa eſt, quia nec aīam reputat meliorē, quām pedē, nec tm̄ eius timet amiſſionē, quia minus illā diligit. Si nanque homo aliquid dimittere poſſet, ne amitteret quinque ſolidos ergo illud dimittere poſſet, ne amitteret centū. Ita in propoſito, & reputaret aīam tm̄ in preciōſitate excedere membrum corporis, quātum centum ſolidi excedunt quinque.

Exēplū.

¶Pręterea quantūcunq; eſſet tētatus, tā propter uerecundiā iuſtorū hominū intuentium, ſe retrahere poſſet ſemper, ſi ſemper eſſet in conſpectu uniuſ magnæ & honeſtæ multitudinis, ergo ſemper uiuere caſte poſſet, ſi uellet, qui ſemper eſt in conſpectu totius multitudinis cęleſtis, ſicut patet. A. 2 5. 17.

¶Præterea, pro maximo lucro terreno, te refrēnare poſſes, qa ſi ſcires te lucraturū ciuitatē, quotiens reſiſteres tali tētationi, uel bona p̄bēdā, uel mille marchas, ſemp reſiſteres. Ergo reſiſtere poſſet, ſi uellet p̄ regno cęleſti lucrando.

¶Probat', ſi reſiſtere poſſet p̄ diē, uel hebdomadā, uel mēſem, uel ſemel, poſſet ſemper reſiſtere, ſi uellet, quia cū in omni reſiſtentia augeat' ei gratia, maiorē gratiā habet, poſtquām ſemel reſiſtit uel p̄ diē, uel p̄ mēſem, quām habuit in prima reſiſtentia illius diei, uel hebdomadę. Qui ergo cum minori gratia reſiſtere potuit, cum maiori reſiſtere poſſet, ſi uellet.

¶Probat', tales magnū uituperiū dicūt de ſeipſis, qa fatent' ſeipſos debilioris eſſe naturę, & ſtultioris bruti, q̄ ratione carēt. Piſces cm̄ à cibo, quē appetunt, ſe retrahere poſſunt, qn̄ hamū ſub eſca deprehendunt. Et aues, qn̄ laqueū cōſiderāt. Et iſti uidētes laqueū peccati, & lacū latere inferni ſub tali delectatione, & dicūt ꝙ ſe retrahere non p̄nt, mētiētes cōtra Paulū, dicentē, ꝙ fidelis Deus nō ſinit uos tētari ultra quām poteſtis. 1. Cor. 10. Et cōtra Hieronymū, q dicit, Maledictus, q dicit Deū aliquid præcepiſſe impoſſibile. Probat', dicere, ꝙ nō p̄t ſaluari, qa ſi nō potes modo, antequām delectationē diutius dixeris in cōſuetudinē, & antequām pluribus peccatorū uinculis faeris allegatus, plusq; delictorum p̄dere gratus, & diaboli dominio ſubiectus, q̄o illud facere

poſſes

posſes,postea,cũ facilius sit seruitutẽ,& carcerẽ fugere,cũ liber sit uel etiam minora frangere uincula,quàm de carcere fugere,uel frangere plura uincula,& specialiter uinculũ consuetudinis, qđ maximũ & fortissimum est. Concedere ergo ꝙ ante delectationis usum,uel cõsuetudinem resistere non possunt, est cõcedere, ꝙ necessario damnabuntur.

31 ¶Alij excusant se ꝓple dicẽtes, nõ est peccatũ,ubi puer generatur ad honorẽ Dei,& bona anima producitur, & bonus homo, qui multa bona facere potuit,& multos iuuare.

¶Quantũ ad illos rñdeť,primo,quasi ita,excusantur isti à malo opere p̃cedẽti,p bonum effectum sequentẽ,sicut excusabãtur Iudæi,& Pilatus à crucifixione Christi, ex qua magnum sequebatur bonum, redẽptio uidelicet nr̃a, quos si excusatos à p̃cedẽti peccato ꝓpter talẽ utilitatem sequentẽ nõ hñt,nec seipsos ĩ ꝑsimili casu excusatos habeãt ab opere p̃ Dei factũ p̃ceptũ.Quia nec sicut redẽptio,bona crucifixores, ita nec ꝓples bona fornicatores excusat à delicto.

¶Secũdo rñdetur,ꝙ forte frequẽtius producunt prolem ad diaboli,q̃ ad Dei seruitium,ad damnationẽ,quàm ad salutionẽ. Frequẽter em̃ cõtingit, ꝙ sunt imitatores paterni criminis.Et hoc etiã iura p̃sumunt, q̃ ideo eos ꝓhibẽt ordinari.Sæpe etiam cõtingit, ꝙ tales fures sunt,& latrones,quia ex parentũ prouidentia cõmuniter non habent,vnde viuere possint,sicut filij legitimi.Non debet ergo factum cõmittere,de quo certum est,quod est à Deo ꝓhibitũ & malum, ubi utilitas est dubia, quia necibi committere deberet, ubi utilitas esset certa, quia non debent fieri mala, ut eueniant bona.

32 ¶Sed q̃rẽt forte,ex quo actus ille placet partib⁹,quare est mal⁹ & à Deo ꝓhibitus, sed ista q̃stio est nimis diabolica, & fatua. Quia nulli dubiũ esse debet, qn Deus tã sincero amore oẽs hoĩes,& mulieres diligat, ĩ oĩbusq̃; tãtã iustitiã iuste uendicet, dũ bonã ducant,uitam, quantã rex in filijs,& filiabus suis,quia si rex illos diligit,regimenq̃; in eis uendicet,& dñium, quia carnẽ ꝓlis suæ ad esse ꝓducit,p uiã gñrationis. A fortiori rõne, Deus in eis dñium vẽdicat, & regimen,quia aĩam,quę plus valet,in esse ꝓducit p uiã creationis. Si ergo stultissimus reputaretur,qui ad regẽ ueniẽs q̃reret,quare ꝓhiberet, ne filij, uel filiæ fornicarentur, cum partibus placeret, immo si hoc à minore hoĩe q̃reret, stultum illũ reputaret. A fortiori rõne stultior dicendus est,qui hoc quærit de rege cęli,& filijs & filiabus suis. Exẽplũ.

¶Alij & fere oẽs se excusãt spe venię, cogitãtes,& dicẽtes, ꝙ Magdalena peccatrix fuit,nec tñ perijt. Sed ista est doctrina illi⁹ diaboli,q̃ eadẽ doctrina primos decepit parentes, dicẽs,uequaquã moriemini,qui eadẽ doctrina nũc fere totũ decipit mũdũ. Quia p̃ vnã p̃sonã, q̃ exẽmplo Magdalenæ de malo ad bonũ cõuertitur statũ,mùltę exẽplo Holofernis luxuriosi,moriunt ĩ peccatis suis grãm transferentes in luxuriã.Iudæ 1.

¶Quorum pęna, & confusio est ante mortem,in morte, & post mortem.

¶Primũ patet tã in gratiarũ amissionibus, quàm in bonorum exteriorum depauperationibus,quàm etiã in publicis, & generalibus flagellationibus. Art.8. 33

¶Quod vero ꝓpter p̃cm̃ luxurię fiat grãrum,seu bonorũ sp̃ualium amissio, patet p hoc, qđ scribit beatus Grego. in lib.Dialo.lib.3.c.32.de quibusdam eis p̃dicantibus p̃ Arrianos, qui ab eisdem Arrianis capti, & linguis radicitus abscisis,clarissime loquebantur, & p̃dicabant sine linguis.Quorum unus in luxuriã lapsus,miraculi amisit virtutem, spiritus nãq; immũdus spiritumsanctũ, qui in ore eius loquebatur, fugauerat. Exẽplũ.

¶Secundo idem patet per hoc, quod legitur in vita patrum de quodam patre Saba nomine, qui cuidam discipulo solitario in solatium leonem ministrum dedit, qui serui more animalia eius custodiebat ad pascua ducendo, & domi reducendo, quo in luxuriæ uitium cadente,& solatium malum quærente,solitũ animalis abcessit solatium. Exẽplũ.

Nam

Nam Ieo ab eo totaliter receſſit, nec ei vlterius obedire voluit, ex quo ipſe Deo obedire contempſit.

¶Nota etiam quomodo amittere facit gratiam, uirtutem, & fortitudinem corporalem. B. 2. 39.

¶Secũdo, ꝙ etiã ꝓpter luxurię vitiũ fiunt bonorũ exteriorũ depauperationes, quotidiana docet fortuna, in qua uidemus, qđ aliqui beneficijs propter huiuſmodi delictum priuantur, & plures priuari deberent. Quia per conſtitutionẽ Octoboni legati in Anglia, clerici, & maxime in ſacris ordinibus cõſtituti, qui in domibus ſuis, uel alienis,
34 publice concubinas tenent, ultra menſem ab officio, & beneficio ſunt ſuſpẽſi, & uſquequoq; ſuper hoc condigne ſatisfecerint, de beneficijs eccleſiaſticis, nullatenus ſe intromittãt. Quod ſi fecerint, ſunt ipſo iure beneficijs priuati. Ecce cõſtitutio generalis; de qua nõ eſt dubiũ, quin multos ipſo iure liget, q de facto non ligantur. i multos ſuſpẽdat, & priuet, qui de facto non ſunt ſuſpẽſi, nec priuati. Ex quo ſequitur, quod licet nõnulli de facto, & cũ maximo peccato, & periculo ſint beneficiati, uel diuites, & de officio, à quo ſuſpẽduntur viuẽtes, tñ in rei ueritate ꝓpter illud peccatum ſunt pauperes, & miſeri. Quibus ſpecialiter loquitur. Ioan Apocal. 3. Tu dicis, diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & paup, & cęcus, & nudus.

35 ¶Alijs bonis cõſumptis, tãquàm miſeri, & fatui, etiã ab illis, circa quas illa expenderunt, contẽnuntur, ſicut patet de fatuo, qui cum potius eligeret eccle
Exemplum. ſiam, quam unam talem dimittere miſeram, dimiſſa eccleſia, ipſa eum dimiſit dicens, te nolo, ex quo nihil habes.

Exemplum. ¶Idem oſtenditur per factum alterius, qui oĩa ſua in tali fatua cõſumpſiſſe fertur, quem de ciuitate præ uerecundia fugientẽ, miſera illa lachrymando ſecuta fuit, quã eum mater conſolaret, ditiorem ei promittens, reſpondit, non ſeo receſſum, ſed quod collobium, quo indutus recedit, cum omnibus alijs cõſumptis non conſumpſit.

¶Tales ergo fatu amantes (ſicut ex iſtis patet hiſtorijs) depauperãtur, non ſolum in fama, ſed etiã in rebus. Quorum depauperationis cauſa eſt duplex.

¶Vna, quia fatuo, amore excęcati, nõ 36
curant, quantum expendant.

¶Alia eſt, quia fatua dilecta, quod etiam quandoq; fatuis contingit uxoribus, non curat, quantum amarius, vel maritus, in illius expendat uanitate, uel quantũ depauperet, niſi ꝙ delicatè nutriatur, & ſuperbia eius in ornamẽtis ſuſtentetur. Et quicquid expendunt, niſi paruũ ei uidetur, comparatũ ad pœnas, quas ꝓ eis alibi æternaliter ſuſtinebũt.

¶Vũ cuidã tali fatuę murmuranti de Exemplum.
exhibitionis exilitate in rebus & ornamẽtis, reſpondiſſe fertur, fatuus ille dicens, non ſic te exhibeo, & tot & talia tibi præbeo ornamẽta? Cui illa, nimis pauca ſunt hæc ad ſuſtinendũ pro te, & pro his pœnam inferni. Ex cuius dicto patet, ꝙ aliqualẽ habent colorẽ parum curare, qualiter amaſij bona ſua in eis exhauriant, q̃ pro amaſijs tam duras & æternas pœnas ſuſtinebunt.

¶Tertio, ꝙ ꝓpter hmõi luxuriæ uitium, Deus publicas & generales accipiat uindictas, etiã tẽporibꝫ modernis, ſicut famis, mortalitatis, bellorũ, & peſtilentiarum, ueriſimile & rõnabile vr̃ ex his, quæ ſacra Scriptura hactenus facta cõmemorat, cauſam nanq; diluuij tẽpore Noe ſacra Scriptura, (Gen. 6.) peccatũ carnis eſſe cõmemorat, dicens. Videtes filij Dei. i. filij Seth. q. minus irreligioſi filias hominum. i. de ſtirpe Cain, ꝙ eſſent pulchræ, acceperunt eas, &c. Propter iſtud etiã peccatũ fuit ſubuerſio Sodomæ & Gomorræ, Gen. 19.

¶Propter iſtud etiã peccatũ occiſi ſũt 24. millia. Num. 25. Propter hoc etiam tota tribus Beniamin, exceptis ſexcẽtis hominibus deſtructa, & occiſa, legitur Iudic. 20. Et Iſrael cum tẽplo deſtructa. Nã tẽplum luxuria & comeſſationibus erat plenum. 2. Mach. 6. Cum ergo (teſte beato Grego.) prẽteritorũ exhibitio, ſit futurorũ certitudo, nõ uidet dubiũ, qn-

ſim iles

similes uindictæ, q̃ istis accidunt tẽporibus, tam in aquarũ nimia abundãtia, sicut in diluuio Noe, tam in ciuitatum cõbustione, & destructione, sicut in Sodoma & Hierusalem, quàm in occisorum in bello, & extra bellũ multitudine, sicut in iudicũ & numerorũ lib. maxima ex parte, ex tali accidãt causa. Ipso Deo teste, qui nunc implet, qđ olim minabatur, dicẽs, Disperdã habitatorẽ de cãpo idoli.i. cupiditatis, & tenentẽ sceptrum de domo uoluptatis, & luxuriæ.

37 Amos 1. Secundo luxuriosorũ pœna, & cõfusio, quã in morte sustinent. Primo ex historia ostẽditur, qua narrari solet, ꝙ tali cũ fatua muliere, simul in lecto mortuis, quos cum familia in crastino diu expectaret, & nullũ motũ in camera clausa admirantes deprehenderent, viris accersitis, & ostio cameræ fracto, eos simul amplexatos inuenerunt mortuos, nigerrimos, & fœtidissimos.

Exemplum. Exemplum.

¶Secundo idem ostẽditur ꝑ illud, ꝙ de quodam luxurioso, magno apud sœculũ, circa cuius (ut scribitur) cameram, tot tonitrua audita fuerunt una nocte, ꝙ patria tremẽs mirabatur, intra quam quatuor intrantes, & eũ de lecto leuantes, cũ eo luserũt, ipsum in altũ ꝓjciẽtes, quorũ unus ueniẽs ad camerarium, qui in angulo iacens, oĩa ista uidit, manu ita latus eius tetigit, ꝙ oĩa interiora eius patuerunt, dicẽs, dormis tu, qui cũ in crastino superuixit, omnia ista narrauit. Ad cuius narrationis confirmationem, dñs in crastino, quasi titio de incẽdio raptus, inuentus fuit mortuus.

38 ¶Tertio eorundem pœna & cõfusio, post mortem ostenditur.

Exemplum. Exemplum.

¶Primo, ꝑ illud, ꝙ fertur, de quodã lubrico infirmato, & de confessione admonito, respõdente, quid mihi ualebit cõfessio, quia cum uires habuero, faciã quod solebam? Cum ergo fuisset mortuus, inuẽtus est sub cingulo, quasi igne infernali adustus, ut in ea parte, in qua peccauit, punitus ostenderetur.

Exemplum. Exemplum.

¶Secundo idem ostẽditur ꝑ exẽplũ, quod in quibusdam legitur historijs de quodã sancto uiro, q̃ in or̃one positus, uidit in aere, quasi duos dracones ignitos inter se pugnantes, & mutuo se torquentes, cui desideranti, quid, uel qui essent, ꝑ Deum ostẽsum fuit, ꝙ fuerunt uir, & mulier, q̃ inordinate, & luxuriosè se in uita ista dilexerunt. Et ideo sicut hic mutuas, & illicitas inter se habuerunt delectationes, ita ibi se mutuo torquent. Et sicut inter eos ad tẽpus mala fuit dilectio, ita iustum fuit, ꝙ inter eos magnum esset odiũ. Quod quidẽ odiũ ex cogitatione præcedentiũ oritꝰ delectationũ, & causarũ. Sicut de incarceratis, quia sicut incarceratus plus odit eũ, qui eum in carcerem poni fecit, quàm carceris custodẽ. Ita quis in carcere positus inferni, cogitans, ꝙ ꝓpter talẽ mulierẽ, cum qua peccauit, est ibi positus, & ipsa cogitans ꝙ ꝓpter illũ est ibi posita, quia quilibet ibi sciet, quare est dãnatus, maius odium inter se, quàm ad dœmones eorũ custodes habebunt, quia illi male & iniustis persuasionibus, & mutuis sunt ibi positi, dæmones uero iustã sniam à Deo determinatã, executioni demãdant. Ex quibus historia videlicet, & exẽplo patet, ꝙ breuis amor in æternũ mutatur odiũ, & breuis delectatio in æternã pœnã. Et breuis risus in ęternũ luctũ, & suspiriũ, quia teste Augustino. Momentaneũ est, qđ delectat, æternũ quod cruciat? Et teste Apostolo. Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, inuidia, luxuria, &c. q̃ prædico uobis (sicut prędixi) qm̃ qui talia agunt, regnum Dei nõ cõsequẽtur.

Exemplum.

¶Et si tanta pœna digni sunt, qui tale cõmittunt crimen, nõ est dubiũ, quin magna pœna digni sunt, q̃ tales corporaliter nõ puniunt, & efficacitur nõ resistunt, quia Dei filios se esse non ostendunt, qui Dei iniurias ꝓ posse non uindicãt in accusatione luxuriæ; ad Titũ 1.

Art. 9. ¶Ad euadendũ uero tã multiplices pœnas multiformia adhibenda sunt remedia, quorũ primũ uidetur fugere signa attractionis, & loca q̃ ad lasciuiam 39 inclinãt, ne uidelicet occasione talis exterioris ostensionis, homines ad peccatum, & ad prædictas ducantur pœnas.

Exemplum

Exẽplũ. Exẽplum ad hoc fertur de quadã puella Alexandra noíe, q̃ quia ſciuit quẽdã per aſpectum in illã defixũ in aĩa lædi, incluſit ſe in anguſtã cellã per totã uitam ſuam. Et cum ab ea quẽreretur, quę cauſa eſſet tãtę afflictionis, malo(inqt) ſic affligi, q̃ ꝙ homo ad Dei factus ima ginẽ, in me occaſionẽ accipiat peccãdi.

Exẽplũ. ¶Conſimilis etiã fuiſſe fertur in ciuitate Remenſi, quę quia deprehendit, ꝙ hoíes illã pulchrã reputarẽt, & ideo libẽter illã reſpicerẽt, rogauit Deũ, ꝙ gratiã ei mitteret infirmitatẽ, q̃ ipſam deformaret, & eã turpiorem redderet, ne alij eius occaſione peccarẽt, qđ & à Deo obtinuit. Ob nõ ſic viri, uel mulieres moderni tẽporis, quę ideo ſe lauãt, ornant, & ornati diſcurrunt, ut uideãtur, uel cõcupiſcant, hoc nãq; ipſimet, uel diabolus, qui eos ad hoc inſtigat, intondũt. Si primũ det, ꝙ uidelicet ipſi ſe ad hoc ornãt, ut, cõcupiſcãtur, licet ipſi peccare nolent, mortaliter peccãt, iuxta illud Auguſtini in regula religioſorum, Appetere(inquit) uel ab ipſis appeti uelle, criminoſum eſt.

¶Si ſe cũdum detur, qđ uidelicet ipſi nihil mali intendãt, diabolus tñ, cuius in hoc ſunt inſtrumẽtum, ſicut gladius eſt inſtrumentũ homicidę, aliorũ ſpirituale intendit occiſionẽ? Et iſto in caſu ſententiã ueritatis timere habent, qua dicitur, Veh per quẽ ſcandalum uenit, expedit ei, &c. Nota. O. 7. 10.

40 ¶Si uero pſonę curioſæ prædictũ remedium adhibere noluerint, ut à talibus ceſſent attractionib⁹, & allectionibus, ſed oĩno uenenũ ꝓpinare uoluerint, ſecundũ remediũ adhibẽdum eſt ex parte illorũ, quorũ intereſt, ne uidelicet illas aſpiciant, uel de illis incaute cogitẽt. Primo eñ incaute intueri non deberẽt, quod uix ſine peccato uidetur.

Exẽplũ. Si eñ impudicus aſpectus immunis eſſet à culpa, nequaquam quidã ſenex in vi. pa. diſcipulũ ſuum à ſe fugaſſet, quia mulierẽ, cui in uia obuiauit, curioſe reſpexit, qđ magiſter ex hoc deprehẽdit, quia ipſo aſſerẽte, ꝙ ſolũ unum habuit oculũ, diſcipulus ecõtrario aſſeruit ipſam duos habere oculos. Nec etiam Demetrius ſibi eruiſſet oculos, quia mulieres ſine cõcupiſcẽtia uidere nõ poterat. De Exemplum.

¶Et nõ ſolũ oculi ab aſpectibus, ſed & corda à cogitationibus reprimenda ſunt, & refrẽnãda, quia ſicut fruſtra apponitur exterius medicina plagæ, dum ferrũ intus latet in uulnere, ita fruſtra oĩa exteriora refrænantur, medicinaq; orationis ꝓprię, uel alienæ inaniter apponitur, dum interius uirus malarũ delectationũ abſcõdit. Qđ pulchrè oſten ſum fuit in vi. pa. Vbi quidã iuuenis legitur rogaſſe ſenẽ quendã, ꝙ pro ipſo oraret, ꝙ Deus ipſum à tẽtationibus liberaret luxuriæ, ſene uero orãte, iuuenis ei dixit, ꝙ nullum ꝓ orationes ſuas ſenſit remediũ. Sene uero orãte, ut Deꝰ ei cauſam oſtẽderet, quare orãdo nihil ꝓficeret. Oſtẽſum fuit, ꝙ ĩ cogitationibus luxuriæ delectaretur, & ideo ꝓ illius nõ audiebatur ſalute, qui ad ſalutẽ propriã cooperari noluit, turpes auferendo cogitationes. Sicut ergo homini ad leprã diſpoſito, optimũ remediũ eſt, ꝙ ſocietatẽ fugiat leproſorũ, ne uidelicet illos tãgat, uel libenter alloquat, uel uideat, uel fortes de eis habet imaginationes, quia oĩa iſta ad hoc ciuãt, ut citius inficiatur, ita diſpoſitio ad laſciuiã, neceſſe eſt, ꝙ ſe cuſtodiat à tactibus, & oſculis, & alloquijs, & aſpectib⁹, & imaginationibus mulierũ, quia ſicut tãgẽs picem calidã manus inquinat: ita tãgẽs illas aliquo ꝓdictorum modorum aĩam inquinat, quia ſicut qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Eccl. 13. Ita nõ erit mundus cum tetigerit eam. Prouer. 6. 41 Exẽplũ. Exẽplũ.

¶Patet ergo ꝙ philoſophus congrue docuit optimũ modũ pugnandi ꝫ mulieres, eſſe fugiendũ, ad hoc ut uictoria obtineatur, quia ſicut qui luctatur cum lutoſo, quãtũcunq; à lutoſo nõ ꝓſternatur, manus tñ reportat lutoſas. Ita q̃ circa eas inſiſtit, licet intantũ repugnet, ꝙ peccati coplexione nõ uincatur, tñ lutoſam reportat mentẽ. Quia ẽt duriſſima, & ꝓfecta corda, aut emolliunt, aut inclinãt. Et ideo ille Iob, q̃ innumerabiles uicit tẽtationes, & tribulationes, ne à Exẽplũ.

mulieribus

mulieribus post tot uictorias uinceret, pepegit fœdus cum oculis suis, ne cogitaret de uirgine. Iob 31. Cuius exẽplo doctrinã tene pulcherrimi uersificatoris dicentis. Emineas cum fœmineas discernis ideas. Ne fœdeas, sed eas, ne pereas per eas; id est, qñ tales occurrunt cogitationes, vel tentationes de luxuria, & de fœditate eiusdem. Emineas. i. cogita eminentẽ naturæ tuæ rõnalẽ nobilitatẽ, in qua ad Dei factus es similitudinẽ. Et noli tã eminentẽ naturã, tã uili deturpare peccato. Tali eĩ cogitatione quidã nobilis, cum esset multis alijs deditus peccatis ab illo peccato, semper se custodisse fertur. Nec fœdeas. i. ne moreris in talibus cogitationibus, sed eas id est, statim ad alias mentem transferas, cogitationesq; illas expellas, sicut ostensum est. C. 10. 2. Nota. O. 7. 17. Et P. 7. arti. 9. & R. 2. art. 5.

Distichon.

Exemplum.

¶Quia si cogitatio talis uel mulieris societas tecũ diu moretur, erit de te, sicut de pariete uel pãno albo, quia sicut candela parietem maculat, ita illa mentem tuam, quantuncunque fuerit prius munda, & alba.

Exemplum.

42 ¶Et si ista fuga sit necessaria hñtibus mentẽ albã. i. innocẽtibus, q carnẽ suã nunquã maculauerunt, à fortiori rõne illi, q aliqñ igne luxuriæ fuerunt inflãmati, maxima ĩdigẽt ab oĩbus occasionibus & opportunitatibus elongatione. Et specialiter, ut se elongent ab illis; cũ quibus prius peccauerunt, qa sicut ticio citius & facilius accẽdit, quàm lignum uiride. Sic q prius fuit ticio inferni peccãdo, qui nõ est adhuc bene extinctus, sed adhuc fumigat p illicitos aspectus, & inordinata uerba, & ideo facilius accendit, sicut cãdela fumigãs, sicut etiam duo titiones, uel carbones de igne extracti, nõ tñ loco diuisi simul positi, iterũ simul ardere incipiũt. Sic q uolũtate se diuidunt, uel ꝓmissione, sicut faciũt. qñ in 40. vel in infirmitate confitẽtur, nisi loco & domo etiã se longius diuidãt, iterum peccato simul inflãmantur. Qui ergo igne concupiscentiæ accendi non uult, ab igne se lõgius retrahat, & fumum uisus alloquij, & cõtactus extinguat, & caste uiuere poterit. Sicut patet per rñsum perpetuæ Virginis Mariæ, quæ cuidam personæ, q uotũ emiserat castitatis, ob amorẽ matris Dei, q postea ad illã in or̃one clamauit adiutoriũ requirens, asserẽs, qꝺ libẽter uotũ teneret, sed nõ ꝓmitteret tẽtatio, nisi specialius illam iuuaret. Cui mater Dei ꝓ uisum respondisse fertur, dicens. Custodi uisum, auditũ, & tactũ, & uotũ tenere poteris. Si uero ista non custodis, non est signum, qꝺ cor est caste custoditum interius, quia sicut infirmitas corporalis in oculo ouis apparẽs signũ est interioris infirmitatis, ita infirmitas spiritualis, id est diffolutio in sensibus, signum est infirmitatis in anima, seu corde, qa impudicus oculus impudici cordis est nuncius, ẽm August in regula.

Exemplum.

Exemplum.

¶Sed forte sunt aliqui, qui tñ de uirtute, & fortitudine propria præsumũt, qꝺ credunt se cũ mulieribus posse semper sine periculo conuersari, contra quos est legum præsumptio, sicut patet. C. lib. 9. titu. de custodia reorum. l. qñ unum, ubi lex prohibet uiros & mulieres in uno carcere incarcerari, propter peccati præsumptionem. 43

¶Si ergo lex præsumit malum luxuriæ posse contingere inter miserrimas pſonas, quæ nec ex ciborum copia, uel ex loci amenitate, uel quacũq; libertate opportunitatẽ habent peccãdi, quare lex uel persona non præsumeret peccatum inter illos, qui libere cum multis opportunitatibus peccare pñt? Sicut patet de uiris ecclesiasticis, qui ancillas sub titulo familiaritatis in domib⁹ suis continue tenent, in quibus ipsimet dominantur, & peccãdi liberas habent habenas. Nec in hoc casu confidere possunt de uictoria, quã circa hoc p plures annos forte obtinuerunt, qa papilio in primo uel tertio uiolatu circa cãdelam uel lãpadẽ forte nõ cõburit. Nec castrũ obsessum primo ictu capitur, sed tãdiu uolat, qꝺ finaliter comburitur. Sic in proposito diabolus caute castrũ obsidet animæ, & paulatim illud capit.

Exemplum.

¶Sicut

44 Exemplum. ¶Sicut ergo caſtro obſeſſo illi, quibus caſtri incumbit cuſtodia, omnẽ materiã, & uiam obſidẽtibus, quibus poſſibile eſt ſubtrahunt, per quas citius faciliusq; capi poſſit, & obſidentibus ꝓijciunt ſagittas. Ita caſtro tuo ꝓprio per tentationes incontinentiæ intrinſecas obſeſſo, ſubtrahe quietẽ, ocium, & delitias. Nam per iſta capi poteſt.

Exemplum. ¶Sicut ergo domus tua, te inuito, nõ comburitur, ſi tu gratis focalia, quibus cõburatur, miniſtras, vel ignẽ cũ poſſis, non extinguis. Ita nec aĩa tua, te inuito igne luxuriæ inflammatur, quantũcunq; dicas, ꝙ aliter facere non põt, ſi ocium delitias, & longas pigritationes, & calefactiones in mane ei miniſtras, ſi malas ſocietates, & opportunitates non fugis. Si malarum cogitationum ignẽ ſtatim non extinguis. Caſtro uero tuo per ſollicitationes extrinſecas obſeſſo, ſagittas durę reſponſionis eis dirigere deberes. Exemplo cuiuſdam mulieris, quæ eam ſollicitanti ad peccatũ, & dicenti; ꝙ tm̃ illã diligeret, qđ quicquid vellet pro amore eius faceret, & ſuſtineret, reſpõdiſſe fertur. Ergo pro amore meo permittas manum tuam breui tẽpore eſſe ĩ igne iſto. Reſpõdit, ſe nolle hoc facere, quia manum ſuam amitteret, cui illa, quare ergo hoc peccatum pro amore tuo facerẽ, pro quo non ſolum manum, ſuel pedẽ in igne ad tempus ſuſtinerem temporali, nec manum tm̃ ad tẽpus amitterem, ſed totũ corpus cum aĩa in igne ſuſtinerẽ ęterno, totũq; ſimul amitterem. Si uero caſtri tui obſidio tã uiolenta ſit, ꝓ prædictos obſeſſores intrinſecos, & extrinſecos ꝙ perditionẽ timeſ fac, quod facit cuſtos caſtri in cõſimili caſu ſtatim enim ad principalem dm̃ caſtri nuncium mittit ꝓ ſubſidio. Sic mitte nuncium orationis ad Deũ, quia ſicut cuſtodi caſtri captio, & pditio caſtri imputatur, niſi ad dm̃ ĩ tali caſu mittat, cũ poſſit, ſic in ꝓpoſito.

45 Exemplum.

¶Sed heu in tali caſu plures cogitãt, quo tẽtationes ſuas implere poterunt, & hoſtibus caſtrum aperire, quàm ad Deum pro liberatione ex corde clamẽt.

¶Et ſicut caſtro ꝓprio obſeſſo amouere debes media, per quę capi poſſet. Ita etiam quodammodo caſtro tuæ cuſtodiæ deputato, obſeſſo, te habere debes, ut ſuperflua, & uana ſubtrahas ornamenta, & alias peccandi occaſiones, à filijs, & filiabus, & ſubditis, ꝙ ſicut ſel aduſtus, uel aliter deturpatus minus euagari dicitur, ita tales, non des ergo fornicarius honorem. Eccl. 9. Exemplum.

¶Tertium remediũ afferre deberet cogitatio, qũo tota curia cęleſtis peccantes intuetur, ſicut patet. A. 2 5. 17. Et tali cogitatione, & doctrina legitur Abbas Effrem in vi. pa. quandam communem conuertiſſe mulierem, ducens illam ad forum publicum, dicens, ꝙ ibi ſe macularе permitteret, quæ reſpondit, ꝙ ibi non potuit ꝑ uerecundia, cui ille, quare ergo non verecundaris illud cõmittere coram tota curia cęleſti, ubi ſunt, quaſi infinita millia contra vnum, qui te hic intuetur. 46 Exemplum.

¶Idem etiam legitur de quodã alio ſancto patre, qui aliã quaſi ſimili modo conuertit, finxit em̃ ſe quaſi uelle cũ illa peccare; rogans ꝙ illũ ad ſecretum duceret locum, qui cum ad duo uel tria loca duceretur, & nullus ei placeret, in fine ait mulier, hic eſt locus ſecretiſſimus, hic nemo nos uidere poteſt, niſi Deus. Et illo verbo ex ore eius accepto, incepit ei prædicare, & perſuaſiones facere, quomodo non ſolũ Deus, ſed tota illa ſocietas clare uident, quæ fiunt, ſic eam cõuertit. Horum ergo exẽplo erubeſcentia illa oẽs ab illo peccato retrahere deberet. Vnde Bern. Si me uidente rubes, cur Deo ſpectante non rubes? Exemplum.

¶Quartum remedium afferre deberet, non ſolum, qualis miſera caro, quã tm̃ diligit, erit poſt mortẽ (de qua dictũ eſt. C. 5. 42. & C. 2. 10. & M. 11. 91.) Sed etiam cogitatio pęnæ, q̃ ex illo peccato æternaliter ſequitur, oẽs ab illius amore retrahere deberet. Tali nãq; cogitatione legitur, quidam in vi. pa. tentationẽ ſuam mitigaſſe, hic cum multum à ſpiritu fornicationis tentaretur, cogitauit, ſi illud peccatum fecero, & in illo 47 Exemplum.

deprehen-

deprehenſus fuero, morte ꝑuentus ero in igne infernali, ſine fine. Ergo antequam illud attentauero, uolo prius minus probare, ſi ſuſtinere potero illud maius digitum ergo poſuit in igne, qui iuxta eum erat. Et cum non poſſet illū ignē in digito ꝑ unā horam ſuſtinere, cogitauit, ꝙ min⁹ ſuſtinere poſſet ignē calidiorem in toto corpore æternaliter, & ſic ignis in manu cum cogitatione ignis inferni, ignem carnalis concupiſcentiæ de corde ſuo expulit. Sic facit de cordibus illorum, qui cum pondere idem cogitant, quia teſte Seneca, lib. de moribus, libidinis initium continebis, ſi exitum cogitaueris. Quod uero eius exitus, ꝙ cogitari deberet, pœna ſit ęterna uerbis patet Hieronymi, qui de luxuria loquens ait. O ignis inextinguibilis, luxuria, cuius materia gula, cuius flamma ſuperbia, cuius ſcintillæ praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius finis gehenna. Nota ſimile. M. 11. 102. & T. 1. 26.

48 ¶Sed, heu, non obſtante, ꝙ iſtam pœnam peccato illo debitam, & credant, & fateantur, & per reuelationē aliquando uideant, illud tamen committunt.

Exemplum. ¶Hoc primo uideri poteſt exemplo cuiuſdam ſacerdotis, de quo fertur, ꝙ cum ab eo quæreretur, quare tam turpē haberet focariam, reſpondit, tantum uolo ad diabolum turpe encenium mittere, ſicut pulchrum: Et peccati ſui pœnam, & fatebatur, & recognouit, nec tamen ſe correxit.

Exemplum. ¶Secundo idem oſtēditur, per exemplum cuiuſdam mulieris, de qua fidedigna narratur, quòd nocte aliqua de cauſa extra domum uadens, obuiauit cuidam mulieri æquitanti diabolum in forma equi, quæ à uiua interrogata, quæ eſſet. Reſpondit ego fui concubina talis ſacerdotis, & nunc defuncta, ad infernum ducor, iſta tamen oſtenſione non obſtante, uiua illa eodem anno à ſacerdote illo impregnata, fuit. In quo patet, ꝙ nec pœnę oſtenſio miſero à peccato illo retrahere poteſt. Cuius forte una cauſa eſt, ꝙ fatui popirones, & ſpecialiter ſacerdotes, illas infatuant, dicētes, illud peccatum minus eſſe quàm 49 fit, & ſe non eſſe ſacerdotes, niſi quando ſunt in miſſa.

¶Sicut patuit de quodam, à quo cum concubina ſua recedere uellet propter pœnas, quæ eis in prædicatione futuras audierat, dixit, ꝙ verum fuit, quod dixit de concubinis ſacerdotum, ſed ego (inquit) non ſum ſacerdos, niſi dum miſſa ſum. Alio uero tempore capellanus ſum, & ſic illa lachrymas de oculis, & ſarcinam rerum ſuarum de dorſo deponens fertur remanſiſſe. Exemplum.

¶Ex quo tot iſto delicto ſunt culpabiles, & pauci pro quacunque perſuaſione, uel prædicatione, uel confeſſione, uel oſtenſione illud dimittunt, dum illud exercere poſſunt, ut res habentes naturales, uel licētiam, uel mundi impunitatem, uidetur, ꝙ magna pars mundi propter iſtud uitium damnetur.

¶Quos uero prædictæ pœnæ nō mouent, quia non uidentur, ſaltem moueant pœnæ, quas in conſcientijs ſuſtinent, & infamia, & exterior anguſtia, multiplex, & tribulatio, ut de illis uerificetur illud (Eccl. 13.) Malitia uniꝰ horæ, obliuiſci facit luxuriæ magnæ. No. contra locātes eis domum. P. 8. 23.

Explicit Prima Pars Summæ Prædicantium.

Digitized by Google



VENETIIS,


Apud Dominicum Nicolinum.

M D LXXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

